


9

EV-4

R-a-p-r



100 48 JEDBY

R-a-p-r

A
039
90

9

Ev-4

R-a-p-r



R-a-p-r

A
039
02

2-34-7689.

Del Collegio de La Comp^{ta} de J^{ss} de Granada y. 1248

BIBLIOTHECAE
HOMILIARVM
ET SERMONVM
PRISCORVM ECCLE-
SIÆ PATRV
TOMVS SECVNDVS.


IN QVO EVANGELIORVM, QVÆ A PRIMO DIE
*Quadragesimæ, vsque ad dominicam in Albis, in sacrosancto Missæ officio legun-
tur, prout in Missali Romano ex decreto Concilij Tridentini restituro
habentur, expositiones, nec non plurimæ eidem tempori
accommodatæ conciones continentur.*

*LAVRENTII CVM-DII Itali primùm opera collectus, & post eius obitum à Fr. GERARDO
MOSANO Dominicano Germano ad finem vsque perductus.*

ACCESSERE ETIAM IISDEM AVCTORIBVS BREVIA
*in margine scholia, quibus vel hæreses nostri temporis à Priscis Patribus iugulatæ
ostenduntur; vel si quid iisdem Patribus excidit, quod minus communi
Ecclesiæ consensu receptum est, modestè corrigitur.*



L V G D V N I.
EX OFFICINA IVNTARVM.
M. D. LXXXVIII.
Cum privilegio Cæsareæ Maiestatis, ac Christianissimi Galliarum Regis.



EVANGELIA QVADRA-
GESIMALIA SECVNDVM
MISSALE ROMANVM
NUPER RESTITVTVM.

FERIA IIII CINERVM
MATH. 6.

In illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, Cum ieiunatis, ^a nolite fieri sicut hypocritae ^b tristes. ^c Exterminant enim facies suas, ut ^d pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia ^e receperunt mercedem suam. ^f Tu autem cum ieiunas, ^g unge caput tuum, & ^h faciem tuam laua, ne videaris ⁱ hominibus ieiunans: sed ^j patri tuo, qui est in ^k abscondito: & ^l pater tuus, qui videt in ^m abscondito, reddet tibi. ⁿ Nolite ^o thesaurizare vobis thesauros in ^p terra, vbi ^q arugo & ^r tinea ^s demolitur, & vbi ^t fures effodiunt, & ^u furatur. Thesaurizate autem ^v vobis thesauros in ^w caelo, vbi nec ^x arugo, nec ^y tinea ^z demolitur: & vbi ^{aa} fures non effodiunt, nec furantur. Vbi enim est ^{ab} thesaurus tuus, ibi est & ^{ac} cor tuum.

GLOSSA ORDINARIA
in superius Euang.

In ieiunatis. Postquam docuit quomodo orandum sit, docet de ieiunio quod iterum pertinet ad mundiciam cordis, ne non sit simplex ad Deum, dum ad exteriora rapitur. *Nolite si.* Non prohibet virtutem, sed sicam virtutis speciem. Bonum est ieiunio pro peccatis tristes esse ad poenitentiam, & humilare animam nostram. vnde: Cor contritum & humiliatum Deus non despiciet. Sed tristitiam, quae pro laude est, prohibet. Vnde non ait simpliciter: Nolite ieiunare, sed addit, sicut hypocritae

tristes. *Exterminant*, id est, extra terminos humane conditionis abducunt. Sicut de nitore vestium iactantia est: sic de nimio squalore & macie. *Demoliri* est quasi dissipare: & venustatem vultus quasi ad nihil redigere. *Facies suas*. Luctu ovis sordibus in quibus etiam iactantia est: & magis sub specie religionis decipiunt. Nota non debere oves pelles suas deponere sed vestiri, si aliquando lupi eis se cōtegunt. *Unge caput*. Spirituali leticia mentem refice diebus abstinentiae: ut dilectionis odor fragret in operibus misericordiae. *Conscientiam laua* lachrymis: ut sit munda coram Deo. Non enim sufficit opus misericordiae sine munda conscientia: nec hoc sine illo. Palæstinis mos erat in festis caput ungeret: ergo *caput unge*, id est festium & hilarum. *Bibl. Hom. tom. 2.*

C A T E N A A V R E A

in idem Euang.

rem te exhibe: & mentem spirituali oleo refice: & de ieiunio non quæras laudem exterius. Sed quia à seculo auertens, coram Deo gaudeas: & sic faciem, id est, cor mundabis à fordibus: quibus remotis, Deum videre licebit. *Vnge caput tuum.* Ecce nondum omnia in nouo Testamento ad litteram. Ruideli enim essent in ieiunio oleo delibuti; sed spiritu amoris eius; cuius passionibus debemus participare, nos macerandum, mens debet iniungi, & non oleo adulationis: aliter vana sunt ieiunia. Christus factus est vnguentum nobis: quod essum per passionem mortis: ecclesiam suam suo odore impleuit. Ideo non alterius causa ieiunare debemus; sed eius perfusi spiritu per abstinentiam macerantes carnè eius passioni participemus. Illo ergo vngamur: vt opera misericordie cumulentur: & charitas interius diffundatur: quia sine illo calix nostri ieiunij non inebriatur affectu pietatis. Deo ieiunat, qui pro amore eius se macerat & quod sibi subtrahit, alteri largitur. *Et pater tuus.* Pater per fidem interius est: & remunerat in abscondito facta. Ibi ergo ieiunandum, quo ipse videat: Et necesse est vt ieiunans sic ieiunet, vt ei placeat, quem in pectore portat. *Nolite thesaurizare.* Ad mundiciam cordis terrena erogari præcipit. *Nolite thesaurizare.* Qui ieiunat, vel seruando quod non edit: vt gloriam querendo: in terra thesaurizat. Qui propter Deum, in celo, id est, in æternitate. Et si specialiter de elemosyna moneatur, tamè de omni opere virtutum accipitur: Quia quidquid pro Deo fit, in eo æternaliter recipiemus. Ergo metalla consumit: tinea vestes: quod ab his intactum esse, tollunt faeces. His tribus modis, omnis auaricia condemnatur: prætereunt enim omnia quæ possidentur. Moraliter. Si quid in carne gerimus: thesauros in terra condimus, dum preciosos corporis sensus in terrenis desideriis occupamus, quos ærugo, id est, libido consumit. Porro indumenta morum, ita & superbia, & cætera vitia destrunt: quibus si quid restat, demones furantur. Omne terrenum vel æruginè consumitur, vt aurum, & argentum: vel putredine & vermibus soluitur, vt vestis, vel quod ab his immunc est, à furibus tollitur: vt lapides preciosi. In his ergo omne genus auaritiæ reprehenditur. Rabb. Ærugo significat superbiã, quæ decorem virtutum obscurat. Tinea quæ vestes latenter rodit, inuidia est, quæ & studium lacerat bonum: & compactionem vnitatis dissipat. Fures sunt hæretici, & demones, qui semper ad hoc sunt intenti, vt spiritualibus spoliènt. *Theauri autem.* Quasi dicat cum ieiunatis, aut aliquid boni operis agitis: ibi recondite, vbi corruptio non possit accedere. *In celo.* id est, omnem spem in cælestibus ponite: fide gradatè: charitatem amplectentes. *In celo,* id est, in spirituali firmamento: quod non transit. Cælum & terra transibunt: verba mea non transibunt. Si ergo cor est in celo: mundum est, quia munda sunt cælestia. Si autem in terra volutatur: quomodo mundum est? si quid agit, vt terrena consequantur: quomodo mundum est? Si etenim illa in genere suo munda tamen fordescent res dignior, dum inferior imiscetur: vt aurum argento: argentum plumbo. *Vbi enim est thesaurus.* Si in terra: cor est deorsum. Si in cælestibus, cor est in Christo. fixum.

Si in cælestibus, cor est in Christo. fixum.

Chriso. Quia oratio illa iam fortis est quæ fit in spiritu humili & corde cõtrito, qui autem deliciis fruatur, spiritum humilem & cor contritum habere non potest, manifestum est quoniam oratio sine ieiunio gracilia est & infirma: & ideo quicumque pro aliqua necessitate volerunt orare, ieiunium cum oratione iunxerunt, quia ieiunium adiutorium est orationis, vnde consequenter dominus post doctrinam de oratione subiungit doctrinam de ieiunio, dicens: *Cum autem ieiuna. nolite fieri hy. tri.* Sciebat enim dominus gloriam vanam ex omni bono procedere, ideo spinam vanæ gloriæ quæ nascitur in terra bona iubet præcidere, ne suffocet ieiunij fructum. Non autem potest fieri, vt non sentiat qui ieiunat, sed melius est vt ieiunium te ostendat, quam tu ieiunium. Non autem potest fieri vt sit hilaris qui ieiunat. Ideo non dixit, Nolite esse tristes, sed, nolite fieri tristes. Qui enim per imposturas aliquas fallentes apparent: illi non sunt tristes sed sunt, Qui autem naturaliter propter assiduum ieiunium tristes est, non fit tristes, sed verè est. vnde subdit: *Exterminant enim facies, vt ap. ho. ieiun.* Hiero. Verbum *(exterminant)* quod in ecclesiasticis scripturis vitio interpreti tritum est: aliud multò significat quam vulgò intelligitur. Exterminantur quippe exules qui mittuntur extra terminos, pro quo ergo sermone *(demolunt)* semper accipere debemus. Demolunt autem hypocrita faciem suam vt tristitiam simulat, & animo fortè latente ludum gestat in vultu. Grego. 8. Nam ora pallefcunt, corpus debilitate quatitur, pectus interterritibus suspensius vigetur, nihilque tanto labore aliud nisi estimatio humana cogitatur. Leo pa. in sermo. de Epiph. Non sunt aut cæsta ieiunia, quæ non de ratione veniunt continentia, sed arte fallacia. Chryl. super Matth. Si ergo qui ieiunat, & triste se facit, hypocrita est: quanto magis iniquus est, qui non ieiunat, sed argumentis quibusdam in facie sua pingunt venalem pallorem quasi ieiunij signum? August. de sermo. do. in mon. In hoc autem capitulo maxime aduertendum est: nõ in solo rerum corporearum nitore, atque pompa, sed etiam in ipsis fordibus latos esse posse iactantiam, & eo periculosiorem, quo sub nomine seruitutis Dei dicit. Qui ergo immoderato cultu corporis atque vestitu, vel ceterarum rerum nitore fulget, facillè conuincitur rebus ipsis pompæ seculi esse sectator, nec quenquam fallit dolosa imagine sanctitatis. Qui autè in professione christianitatis inuistato squalore, ac fordibus intentos in se hominum oculos facit cum id voluntate faciat, non necessitate patiatur: ceteris eius operibus potest cognosci vitium hoc contemptu superflui cultus, & ambitione aliqua faciat. Remi. Fructus autem ieiunij hypocritarum manifestantur, cum inferunt: *Vt ap. ho. ieiun. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam, scilicet, quam desiderauerunt. Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, &c.* Glof. Docet dominus quid non est faciendum, modò docet quid est faciendum, dicens: Tu autem cum ieiun. vn. ca. &c. August. de sermo. do. in mon. Quærit autem solet, quid sit quod hic dicitur. Non enim quispiam rectè præcepit, quoniam faciem quotidiana consuetudine lauemus, vncis quoque capitibus cum ieiunamus

ieiunamus nos esse debere, quia turpissimum omnes fatetur. Chryl. super Matth. Item si ideo iuber non fieri tristes, ne per tristitiam appareamus hominibus ieiunare. Si vncio capitis & lautio faciei à ieiunantibus semper oblatentur, nihilominus erunt signa ieiunij. Hiero. Sed loquitur iuxta ritum prouinciæ Palestinæ, vbi diebus festis solènt vngere capita. Præcepit ergo vt quando ieiunamus, lætos & festiuos nos esse monstremus. Chryl. super Matth. Simplex ergo interpretatio huius est, quoniam per aggregationem intelligèda sunt ista, sicut cætera autè dicta: tanquam si dicat, Sic longè te facere debes ab ostentatione ieiunij tui, vt si posses fieri (quod tamen non deceat) ea etiam facias quæ ex diuerso luxuria & epulacionis videntur esse indicia. vnde sequitur: *Ne vide. ho. is.* Chryl. in ho. In elemosyna quidem non simpliciter hoc posuit, sed dixit elemosynam non esse faciendam coram hominibus, apponens, vt videremur ab eis. In ieiunio autem & oratione nihil tale addidit, quoniam elemosynam quidem impossibile est omnino latere: orationem autem, & ieiunium possibile est. Nõ paruum autem fructus est humanam gloriam contemnere: per hoc enim aliquis à graui hominum seruitute liberatur, & propriæ virtutis operator efficitur, eam amans. non propter alios, sed propter se ipsam. Sicut enim nos contumeliam æstimamus, cum nõ propter nos, sed propter alios diligimur: ita nec virtutem oportet propter alios sequi, nec Deo propter homines obedire, sed propter se ipsum. Ideo sequitur: *Sed patri tuo qui est in abscondito.* Glo. Id est patri tuo cælesti qui est inuisibilis, vel qui habitat in corde per fidem. Deo autè ieiunat, qui pro eius amore se macerat: & quod sibi subtrahit, alteri largitur. Et pater tuus qui videt &c. Remi. Sufficit enim tibi vt qui est inspector conscientie, sit & remunerator. Chryl. super Matth. Spiritualiter autem facies animæ conscientia intelligitur. Sicut enim in conspectu hominum gratiofa est facies & pulchra, sic in oculis Dei speciosa est munda conscientia. Has facies hypocrite, qui propter homines ieiunant, exterminant, fallere volentes Deum & homines. nõ semper vunerata est conscientia eius qui peccat. Si ergo ab stuleris nequitiam ab anima tua, lauisti conscientiam tuam, & bene ieiunas. Leo pa. in sermo. de ieiunio. Impleri enim debet ieiunium non ciborum tantummodo paritate, sed maxime priuatione vitiorum. Nam cum ob hoc castigatio ista sumatur, vt carnalium desideriorum fomites subtrahantur, nullum magis sectandum est continentia genus, quam vt semper firmus ab iniusta voluntate sobrius, & ab inhonestâ actione ieiuni, quæ deuotio non fecerit inualidos, quia etiam in languido corpore potest animæ integritas reperiri. Chryl. super Matth. Spiritualiter autem caput tuum Christus est, si ceterum pota, esurientè ciba, & sic oleo misericordie vnxi caput tuum, id est, Christum, qui clamat in euangelio: quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Greg. in ho. Illud enim ieiunium Deus approbat, quod ante oculos eius manus elemosynæ lauat. Hoc autem quod tibi subtrahis, alteri largire: vt vnde tua caro affligitur, inde egentis proximi caro reparatur. August. in lib. de sermo. do. Vel caput rectè accipimus rationem, quia in anima præeminet, & cetera hominis membra regit. Vngere ergo caput ad latitiam pertinet. Interius ergo gaudeat de ieiunio suo, qui ieiunans

do se auertit à voluntate seculi, vt sit subditus Christo. Glo. Ecce non omnia in nouo testamento ad litteram accipiuntur. Ridelium enim est in ieiunio oleo delibati, sed spiritu amoris eius, cuius passionibus debemus participare, nos macerandum mens debet iniungi. Chryl. super Matth. Propriè autem debet faciem quidem lauare, caput autem non lauare, sed vngere. Quandiu enim sumus in corpore, conscientia nostra sordida est in peccatis. Caput autem nostrum Christus, peccatum non fecit. *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi ærugo &c.* Chryl. in ho. Postquam vanæ gloriæ expulit ægritudinem, optimè iam sermonem de cõtemptu diuitiarum inducit. Nihil enim ita pecunias concupiscere facit, vt gloriæ cupido. propter hoc nanque famulorum greges, & auro oportet equos, & argenteas menias expetunt homines, non vt vtilitatem aut voluptatem impleat, sed vt multos ostendantur. & hoc est quod dicit: *Nolite thesaurizare vobis thesaur. in ter.* August. de ser. do. Si enim eo corde quisque operetur aliquid, vt terrenum commodum adipiscatur, non erit cor mundum, quod in terra volutatur. Sordescit enim aliquis, cum inferiori miscetur nature, quauis in suo genere nõ sordideatur: quia etiam de puro argento sordidatur aurum si misceatur, ita & animus noster terrenorum cupiditate sordescit, quauis terra in suo ordine munda sit. Chryl. super Matth. Vel aliter: Quia supra dominus nihil de elemosyna vel oratione vel ieiunio docerat, sed simulationem eorum compefcuit tantum, nunc secundum tria prædicta tres consequentias introducit doctrine: quarum prima pertinet ad elemosynam, quæ est hæc: *Nolite thesaurizare vobis, &c.* vbi primò dat consiliu vt elemosyna fiat, vt fit ordo narrationis talis: Cum facis elemosynam, noli tuba canere ante te. & postea subsequitur: *Nolite thesaur. vobis thesaur. in ter.* vbi primò dat consiliu vt elemosyna fiat. secundo ostendit, quæ sit vtilitas in elemosyna facièda. tertio vt neque timor inopia accidentis impediat voluntatem elemosynæ faciendæ. Chryl. in ho. Dicens autem: *Nolite thesaur. vobis thesaur. in ter.* subdit: *Vbi ærugo & tinea demolunt:* vt demonstraret thesauri, qui est hic, nocumentum: & eius qui est in celo vtilitatem, & à loco & ab his quæ nocent, quasi dicat quid formidas ne pecunie consumantur, si elemosynam dederis? Itaque de elemosynam, & additionem accipiet: etenim quæ in cælis sunt, apponuntur, quod si non dederis, pereunt. & non dixit aliis derelinquis, quoniam in hoc delectabile est hominibus. Raba. Tria autem ponit secundum tres diuersitates diuitiarum, metalla æruginè, vestes tinea demoluntur. Sunt autem alia quæ neque æruginem, neque tinea timent, sicut lapides pretiosi: & ideo ponit generale detrimentum scilicet fures, qui omnes diuitias rapere possunt. Chryl. super Matth. Alia litera habet, *vbi tinea & comestura exterminant.* Omnia enim bona mundi tripliciter tollit interitus. Aut enim à semetipsis veterascunt & tinea, sicut vestimenta: aut ipsi dominis luxuriosè viuèntibus comeduntur: aut ab extraneis vel dolo, vel vi, vel calumniis, vel alio iniquo modo diripiuntur: qui omnes fauces dicuntur, quia per iniquitatem festinat aliena facere sua. Sed dices: Nunquid omnes qui hæc habent, perdant ea? Interim quidem dicam, quia est non omnes perdunt, tamen multi perdunt. Verè autem & male seruatas diuitias est non corporaliter, spiri-

gnis furantur, ideo quia non in caelis thesaurizant sibi. Labore nimio, dolore quaeramus, & tunc poterimus invenire, quem quaerimus.

S. HILARII EPISCOPI *Pictaviensis Superioris Evangelij expositio.*

Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypoerite tristes exterminant enim facies suas, ut pareant hominibus ieiunantes, &c. Ieiuniorum profectum docet extra iactantiam confecti corporis esse oportere, neque de inedia ostentatione favorem gentium confectandum, sed omne ieiunium, in sancte operationis decore ponendum. oleum enim fructum misericordiae esse celestis, & propheticus sermo est. Ergo bonitatis operibus caput nostrum, id est, vitae nostrae sensus ornandus est, quia intelligentia omnis in capite est, fordesque in facie ablucenda, ne quid sit horrois ex vitiiis, sed magis gratia candoris sit in occurfu: atque ita nos in splendorem bonae conscientiae claros, & in gratiam misericordiae operis delibutos. Deo ieiunia nostra commendat. Ceterum fugientes in ieiuniis hominum conscientiam vinctis capitibus, & ridiculi magis erimus, & cogniti. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, &c. reliqua, Praetermissa igitur humanae gloriae & opulentiae sollicitudine, omnem placendi Deo curam sumi oportere demonstrat, quia humanam laudem, vel corporum vitia, vel obrectatio invidentium corrumpat: & hic thesaurus pecuniae, aut detrimento sit periculosus, aut furto. Ceterum laus caelestis aeterna est, nec subrepentis furto subtrahenda, nec tineae, aut rubigine invidiae exedenda: corde nostro sedem thesauri vitam sit sequutus, habitu & intelligentiae nostrae lumine aut cum pecunia damnosa futuro, aut cum Deo sempiterno.

S. BASILII MAGNI DE *ieiunio Sermo I.*

Canite, inquit, tuba in neomeniis, in insigni die solemnitatis vestrae: quia praecipuum in Israel est. Hoc praecipuum propheticum est; nobis autem omni tuba clarius, & omni musico instrumento insignius: hanc horam dierum celebratam, ea, quae nobis leguntur, significare videntur: Notimus enim ieiuniorum gratiam ex Esaiam, Iudaicum quidem ieiunij modum vituperante, at verum nobis ieiunium ostendete: In die, inquit, ieiunij convenitis debitores vestros, fora contentionesque exercetis: solum colligationes impietatis. Et dominus, Noli fieri tristis sed lava faciem, & vnge caput tuum. Vivamus igitur fratres dilectissimi, ut edocti sumus: ne item, & nos tristes in his succedentibus diebus efficiamur, sed hilariter (ut decet sanctos) erga eos disponamur. Nullus nanque lugens ac tristis coronatur. Nemo item mento delectus trophaeum figit, ne curatus liberatusque mareas. Absurdum profecto in animae salute, non lacerari, sed ob ciborum abstinentiam dolere, ac magis gratificari velle ventris voluptati, quam curandae animae. Satietas nanque corporis habet hilaritatem: ieiunium vero animae lucrum atque salutem. Gaude quod tibi a medico pharmacu, necans

Ieiunium animae salus.

peccatum prebetur: Sicut enim in visceribus puerorum vermes grassantes, quibusdam acutissimis medicinis expelluntur: sic peccatum in animo profundo radicatum ieiunium introductum inficit quod digne ita vocatur. Vnge caput, & lava faciem. Ad mysteria te hic sermo vocat. Qui vngit, iam vinctus est, Qui lavat, ablutus est; Rationem membrorum ad interiora refert. Animam a peccatis lava, caput vnge christumate sancto, ut particeps Christi reddat, atque ita domum ad ieiunium accede. Ne obscuras faciem, quemadmodum hypocritae faciunt. Obscuratur autem facies quando mens, & interior affectus commento aliquo, aut simulatione extrinsecus obumbratur veluti sub tegumento quodam mendaci cooperta. Hypocrita, hoc est histrio vocatur is, qui in theatro alienam personam sumit, ut serenus exultans saepenumero domini, & priusatus Regis. Sic & in hac vita, ad suos mores orchestras, atque theatrum exercent, ij, qui alia corde gerentes, alia extrinsecus hominibus praesenserunt. Ne obscura faciem: qualis es, talis appareat. Ne te in squalidi tristisque formam conuertas, ut abstinentiam ostentans, gloriam ex hominibus inanem colesceris. Sicut enim ex beneficentia, tuba publicata nulla utilitas: sic ex ieiunio palam iactato nullum lucrum. Facta enim per ostentationem nequaquam ad futurum seculum fructum extendunt: sed in hominum laudem conuertuntur. Prodi igitur aperto sereneque vultu ad ieiunij munus. Verutum quidem est ieiunium, nunquam senescens, seu tabescens, sed continuo vigens florensque. Patas me vetustatem ieiunij ex lege fumere? Et lege antiquius est: Idque, si me parumper audieris, scies; Noli existimare diem propiciationis apud Israel septimi mensis die decima consecratam esse ieiunij principium. Historias paululum percurrere, vetustum ipsius vestigia initium: Partum thesaurus est. Quicquid veritate excellit, venerabile est; ieiunij canicem diligenter venerare: homini primo coeum est, in paradiso prius institutum. Mandatum prius Adam accepit. De ligno scientiae boni ac mali ne comederis. Hoc autem, ne comedite ieiunij simul & abstinentiae lex est; si enim Eua a ligno abstinuisset, non profecto hoc opus esset ieiunio. Valentes nanque medico non indigent, sed male habentes. Ob peccata faucij sumus, per penitentiam vero sanamur. Poenitentia quoque citra ieiunium vana est. Terra nanque execrabilis sentes, ac tribulos tibi parit, Ad lugendum, non in deliciis agitandum constitutus es: Per ieiunium Deo satisfacias. Sed & in paradiso commoratio, ieiunij quaedam est imago: non solum quod angelis homo in ratione victus similis ob paucorum indigentiam existit: sed quoniam quocumque hominum industria postea receperit, nobis in paradiso permanentibus adinuenta nondum erant. Nondum vini potatio, nondum animalium sacrificia, non denique erant, quae cumque nunc mentem inquinant humanam. Itaque quoniam non ieiunavimus in paradiso, eieci sumus; Ieiunemus ergo, ut ad ipsum revertamur. Nonne vides Lazarum, quomodo per ieiunium in paradysum est ingressus? Noli Euae inobedientiam imitari, ne rursus serpentem accipias consiliarium carnis cure cibum subicientem. Neque corporis imbecillitatem, valetudinemque causeris. Non enim mihi, sed omnia videntur haec facis. Ieiunare non potes: dic, quae so: grauari vero

Ieiunij opus satisfactoria.

cor pus

corpus esculentis plus aequo potes? At debilibus non ciborum luxum, sed abstinentiam ieiuniumque medicos vidi praecipientes: Quomodo te te excusas? satur esse potes, abstinere parum per non potes? Quid facilius quae so, ventri, cibi tenuitate noctem tolerare, an ciborum copia oneratum iacere? ac iacere quidem, sed magis crebro huc, illic, ob eam grauitatem discentium ac molestiam verti ac torqueri? Nisi forte dicas, gubernatores nauem commeatibus valde onerata melius feruare, quam leuem & expeditam. Nam multitudine plenam ac grauem paruis vnde impulsus demergit. Ea vero quae mediocrem retinet ponderum sarcinam, facile fluctibus supernat, cum nihil eam impedit, quin in sublimi versetur, sic & hominum corporibus continua saturitate grauaris solet euenire. Facile nanque per agrotationes submerguntur, firmiores vero ac vegetiores habitu lenis reddit cibis: & expectatum ex morbo in commodum, sicut tempestatem insurgentem effugit: & praesentem iam, iamque intentantem asperitatem, veluti turbinis cuiusdam impulsu ab se reicit: An otiosum esse laboriosius, quam currere: & quiescere quam iuctari? quandoquidem in delitiis esse magis quadrare dicis infirmis, quam tenuer viuent. Vialis enim virtus, breuiem ac tenuem victum facile, quidem digerit magisque nutrimentum praestat; multitudinem vero varietatemque ciborum suscipiens, deinde ad concoctionem deducere non valet, varia morborum genera creat. Sed ad historiam de ieiunij vetustate reuertamur: sancti omnes veluti hereditate quandam ex patribus acceptum ieiunium, ita seruaerunt, ut patet filio per manna tradere, vnde & ad nos vsque ista ieiunij possessio conseruata est. Non erat in paradiso terrestri vinum, non animalium sacrificia, non carniuum vsus: post diluuium & vinum reperitum est, & dictum, ut olera vescamini quibuslibet: postea quae desit per secho, tunc admisse sunt deliciae: Noe exemplum gerit sobrietatis, qui vini vsum ignorauit; Nodum enim venerat in vitam mortalium, nec in vsu & consuetudine habebatur. Cum igitur neque vidisset antea, neque bibisset vinum Noe ipse nocumento laesus imprudenter cecidit; plantauit enim, inquit scriptura Noe vineam, & bibit de fructu eius, & inebriatus est: non quod vini potator esset, sed quod experientiam vini non habens ignorauerat bibendi illius mensuram. Sic itaque vini vsus post paradysum inuetus est. Ex quo sane apparet ieiunij & abstinentiae decus antiquissimum esse. Sed & Moyses per ieiunium nouimus in montem ascendisse. Neque enim aliter ausus esset verticem summum emittentem adite atque in caligine versati, nisi ieiunio munitus. Per ieiunium mandata Dei digito in tabulis scripta suscepit. Item supra montem, ieiunium legis datae cociliator erat: infertus vero gula ad idololatriam populum deduxit ac contaminauit; sed, inquit, populus manducare, & bibere, & surrexit ludere. Quadraginta dierum laborem ac perseverantiam, Dei sermo continuo ieiunante ac orante vna tantum populi ebrietas, cassam irritamque reddidit: Quas enim tabulas Dei digito conscriptas ieiunium accepit, has ebrietas contudit, Propheta sanctissimo indignum existimante violentum populum ex Deo legem accipere oportere. Vno enim tempore momento ob gulam populus ille per maxima prodigia

Dei cultum edoctus in Aegyptiacam idololatriam turpissime ruit, ex quo fit vitruque simul confesas, videre licet quomodo ieiunium ad Deum dicat, deliciae vero salutem prodant. Redi ad priora. Quid Esau inquinauit, seruusque starris reddidit? Nonne cibis vnius, per quem primogenita vendidit? Samuelem vero nonne precatum cum ieiunio matri largita est? Quid etiam fortissimum hominem Samsonem & indomitum reddidit, nonne ieiunium, per quod in matris ventre conceptus est? Ieiunium illum concepit, ieiunium nutriuit, ieiunium virum ac fortem fecit: quod sanque Angelus matri praecipet, monens, quae cumque ex vite procederet, ne attingeret: non vinum, non ficeram biberet. Ieiunium Prophetas gignit, potentes consumat atque roborat. Ieiunium legislatores sapientia reertos facit. Anima optima custodia, corpori cohabitatio secura, fortibus vitis munimentum, & arma, athletis, & certantibus exercitatio. Hoc praeterea tentationem expellit: pietatem inungit, sobrietatem familiarem reddit, modestiam generat, in bellis fortem reddit, in pace quiescere docet. Nazaraeum sanctificat, sacerdotem consecrat. Neque enim fas sine ieiunio sacerdotem attingere sacra, non solum in mystico nunc & vero Deo calu, sed & in figurato ex lege introducto. Ipsam nanque ieiunium Heliam magne visionis spectatorem reddidit: quadraginta nanque dierum ieiunio animam purgans in spelunca, Horeb meruit (quantum fas est homini) Deum videre. Ieiunans quoque vidit filium incolumem reddidit, ac fortis potensque per ieiunium contra mortem apparuit. Ex eius item ore ieiuni vox exiens, caelum populo peccanti tribus annis & sex mensibus clausit: ut eorum cor durum, durum, ceruicem molliret: maluit seipsum quoque tali calamitate condemnare. Quamobrem inquit, vngit dominus: si erit aqua super terram, nisi per os meum: indixitque per famem omni populo ieiunium, ut deliniam, ac remissa vite vitium corrigeretur. Hilsico autem qualis erat vita. Quomodo apud Sunamitide hospitio exceptus est? Quomodo item & ipse prophetas excepit? Nonne agrestis holeribus, & modica farina hospitalitatis beneficentiam adimpleuit? Ita ut propter adiunctam holeribus colocyntidam agrestem de morte periclitari fuerint, qui gustaturi erant, nisi per ieiunantis precationem vis veneni extincta fuisset. In suma, & ut breuiter dicam, ieiunium sanctos omnes Deo proximis conciliatos; reddidit inuenies. Est quaedam natura corporis quam defecaram vocant, quae in flama constituta, in carbonem verti videtur, inde vero erepta, quasi per aquam abluta & purgata purior redditur. Talia erant tria puerorum corpora illorum apud Babylonem ex ieiunio visa. In magna nanque camini flama, velut aurei natura, existentes, ignis vim, & nocuentum superarunt. Imo longe auro potentiores visi sunt: Non enim absumpserunt eos, sed conseruauit incolumes, quamuis nihil flammam illa sustinuisset; quam & bitumē, & pix, & sarmenta circumposita in cubitorum 49. altitudinem excitabant, quae & vicina depascens multos circa Chaldaeos altantes absumebat. Talem igitur pyram pueri ieiuni ingredienti, velut aërem leuissimum roscidumque calcantes, in tam vasto igni respirabant, nec vnum ex capillis quidem amiserunt, tantum eis praestitit in ieiunio educatos fuisse. Daniel autem vir

Nota: nisi ieiunium non nisi a ieiunio consecratur, & sumatur.

descider

desideriorum, panem tribus hebdomadis minime comedens, nec aquam bibens, etiam leones ieiunare docuit in lacu descendens. Velut enim ex lapide, aut ferro, vel alia duriore materia factus esset, dentes in eum minime potuerunt figere leones, ieiunium enim corpus illius instar ferri candentis in aqua tincti obduratum, & leonibus inuictum reddidit: os enim contra sanctum non aperuerunt. Ieiunium extraxit vim ignis, obturauit ora leonum. Ieiunium insuper oratione in cælum desert, volut ala quædam ei coniuncta, & ad superiora tendens. Ieiunium domorum augmentum, sanitatis mater, iuuentutis pædagogus, ornamentum senioribus, iter facientibus optimum viaticum, cohabitantibus securus contibernalis. In matrimonio infidias vir non metuit, vxorem videns ieiunantem, vxor item virum idem facientem animaduertens zelotypa nunquam erit. Quis ob ieiunium propriam diminuit domum? Fac periculum, numerata hodie quæ sunt intus, numerata deinceps, nihil videbis ob abstinentias diminutum: nullum animal mortem timebit, nusquam effundetur sanguis, nullam aduersus animalia mortis sententiam emittet venter innocuus. Vacat coquorum gladius, mensa sponte natis parata cibis, satis erit. Sabbati lex data est Iudeis: Vt iumentum, inquit, tuum, vtque puer tuus quiescat. Ieiunium sit quietes à laboribus, quos serui alique operarij anno continuo tolerant. Parce tunc cocco: da libertatem mensas præparare solito, sine vacare pincernæ manum. Desinat aliquantulum tor ciborum, secundarumque mensarum varietas fruens: quiescat aliquando & domus ipsa ab innumeris illis tumultuationibus, & à fumo & nidore, denique à sursum deorsum cursitantibus, & ventri tantquam moroso cuidam, & imperioso domino seruientibus. Omnino & vegetalium exactores subditis suis parum aliquando remissionis permittunt: der ergo & venter aliquas inducias. Quinque saltem dierum inducias & vacationem tribuat improbus & insatiabilis, continuo petens, & nunquam accepit gratiam habens, accipit hodie, erat oblitus erit. Quando enim expletus est, tunc de abstinentia philosophatur; ubi inflatus est, nihil præceptorum, & sapientiæ reminiscitur. Ieiunium vsuræ naturam non nouit, ieiunantis mensa scænis non sapit. Ieiunantis filium orphanum debitum paternum, veluti serpens quidam deuorans, minime attingit: Denique ieiunium lætitiæ quædam occasio. Sicut enim sitis, dulcem subministrat potum, ac fames dulcem omnino præparat mensam: sic ciborum degustationem ieiunium suauissimum reddit. Interpositum nanque & deliciarum continuationem intercidens, & abscondens, desiderabilem suauemque longe ciborum repetitionem, vt peregrinam ac restitutam redderet quo si vulneris iucundam tibi mensam præparare, sume ex ieiunio mutationem atque interuallum. Tu vero ob copiam superuacua affluenteque nimium delicias, veras gulæ delicias ac voluptatem amittis, dum nimium delicias sectaris, voluptatem deliciarum perdis. Nihil enim tam desiderabile, quâ voluptas, interrupta, ac minime continuata. Næ ea quorum carnis est vsus, longe melius dulcisque sapiunt: sic & ille qui nos creauit, per vicissitudinem rerum, eorum, quæ dedit, gratiam nobis præstantiorem tribuit. Nonne vides solè post nocte clariorè apparere, &

Vides tempore ieiunij alim & carnis abstinere.

Exquirit ieiunia orationis mori, ubi sub batho non inueniatur, scias nec de dominico.

vigilantia post somnū dulcior, & sanitas post morborū experientia longè est charior. Ita & mēsa post ieiunium optatior est pariter diuitibus lauteque victitantibus, atque illis qui tenui, & frugali mēsa vtuntur. Time diuitis illius euangelij exemplum. Illum nanque vitæ delicia igni tradiderunt. Non enim ob iniustitiam, sed ob mollè victum ardentis camini flammis perpetuo obruitur. Hunc itaque ignem vt extinguamus, aqua opus est. Nec tantum ad futura consequenda ieiunium facit, sed etiam ad corporis salubritatem. Nam optima habitudo ad summum ex mollibus rebus deducta, faciliorem habet ad morbos occasionem, cum labefacta natura carnis pondus non diu ferat. Vide miser ne aquam nunc fastidians, post hanc vitam, aquæ guttam, (vt diues ille) desideres. Nullus enim ex aqua factus est ebrius, nullius vnquam caput ex aqua grauatum dolore affectum est. Nullus aquam potans alienis pedibus est vsus, nec pedes eius vilis vnquam ope indiguerunt. Nullius eriam manus aqua irrigatæ, auxilium expectauerunt. Superfluum enim quod digestionis residuum est, & incoctum quod delicatis necessario euenit morbos varios corporibus generat: At ieiunantis color venerandus, non impudenti rubore florens sed honesto honorabilique pallore ornatus. Oculi præterea mitis ac pius, incessus grauis, ac venustum ac prudentiam præ se ferens, minime visu immodesto, aut cachinno vires sermonis parcat, cordis puritas. Reminiscere parumper sanctorum, qui à seculis præteritis fuere, quibus dignus non erat mundus, qui in melotis, & pelibus caprinis egeni, tribulari, & afflicti errauerunt. Illorum imitare vestigia, si & illorum præmia cupis. Quid, queso, Lazarus in Abraham sine collocauit nisi ieiunium? Ioannis autem vita vnum erat ieiunium, qui nec lectum habuit, nec mensam, nec terram arator aptam, non bouem aratorem, non frumentum, non pistorem, non denique quicquid aliud in vita necessarium: quam obrem nullus eo maior inter natos mulierum, domini testimonio surrexit. Paulum quoque inter alia multa, ieiunium quoque quod ipse de tribulationibus suis gloriòd commemorarat, in tertium cælum euexit. In summa dominus Iesus qui carnem humanam nostri causa assumpsit, per ieiunium diaboli infidias conatusque euasit: profectò nos instruere volens, vt ieiunius & exercitationibus & palæstris, nosmet ad certamina cum inimicis paratos reddamus, & vt aduersario, per abstinentiam, ansam omnem ad erectionem contra nos eripiamus. Cum alioqui ob diuinitatis sublimitatem tentari nequaquam possit, vt homo voluit, acin abstinentia sustinuit. Post resurrectionem verò, cum in cæli esset ascensus, cibo est vsus, vt veram corporis reuiuiscēntis naturam credituris ostenderet. Tu vero si gulæ vacans corpus saginabis, mētem proculdubio tabefacies, nullas salutariū, ac vitaliū doctrinarum alimonia subministrata, quarum nullam habes rationem. An ignoras, vt quemadmodum in pugna, alterius auxilium facit, vt alter vincatur: sic caro carni per saginam addita spiritum expugnat, spiritum verò qui iuuerit, carnem in seruitutem redigit. Hęc nanque inter se opposita sunt. Si mentem itaque robustam ac valentem tibi esse volueris, carnem per ieiunium subiugabis. Hoc enim est quod Apostolus ait, Quantum exterior homo non

ster

ster corrumpitur, tantum interior renouatur de die in diem. Et rursus quando infirmor, tunc fortior sum. Nō cōtemnes corruptibiles hæcæ eficas? Non desiderabis regalem illum mensam quâ omnino poenitentis vitæ sobrietas ac ieiunium præparabit? An ignoras quemadmodum per saturitatem & cibos immodicos, vermes tibi tortores præparas? Quis vnquam lautè viuens, & in delitiis continus constitutus spiritualis gratiæ communionem vllam excepit? Moses iterum legem accepturus iterum ieiunio opus habuit: Niniuite nisi vsque ad animalia ieiunasset, euersionis, & ruinæ minas nequaquam euasisset. In deserto autem quorum corpora ceciderunt? nonnè illorum qui carnes appetuerunt? Illi enim donec manna intum, & aqua contenti fuere, Egyptio vicere, mare pedibus transiuerunt, in eorum tribus nullus æger ac debilis fuit. Postquam verò carniū ollas quibus in Egypto nutriti fuerant, recordati sunt, inque Egyptū desiderijs suis reuersi sunt, terrā promissionis minime viderunt. Nonne igitur exemplum hoc formidas? non horres iniucundum hunc cibum, ne te à speratis bonis excludat? Sed ne sapiēs quidē Daniel visiones vidisset, nisi ieiunio splendidiore perspicacioremq; animā redidisset. Ex cibi nāque crassitie veluti vapores ardētes, more condensę nebule concēdentes in nascētem sancti spiritus splendore omnino euertunt. Si verò Angelorū cibus est aliquis, panis est, vt ait Propheta, Panem Angelorum manducauit homo: non carnes, non vinū, non denique quæcūque ab iis qui ventri student curari solent. Ieiunium contra demonum exercitum est arma. Hoc enim genus demoniorum nequaquam nisi per orationē & ieiunium difcedit. Talia igitur sunt ex ieiunio bona: saturitas autem nequitia: probriq; initium est: statim enim delicias, ebrietates, sumptuosaq; ciborū cōdimenta omne genus bestialis lasciuie subsequitur, imò vnā concomitatur. Inde homines in equos post mulieres insanientes degenerant propter cæstrum ex delitiis in animam inductum. Ab ipsis vinolētis natura sexus peruertitur atque cōmutatur vt in mare fœminā, & in fœmina marem querant. Ieiunium verò vel in matrimonio modesta vitur, & continentia ac ab ipsis lege cōcessis abstinet, & de communis sententia consilij, quandoque ad tempus vacat, vt orationi dent operam. Ne tu pura solum in ciborum abstinentia ieiunij bonum esse: verum nāque ieiunium malorum est euitatio. Cum ieiunas, solue omnē impietatis colligationem, ne proximo tristitiam inferas, æs alienum illi remitte, nō fora litēque per ieiunij exerceas. Carnes non edis? fratrem nihilominus edis; vino abstines? at contumeliam di libidē non cohibes. Vesperam ad cibum expectas? at totū nihilominus diem in foro & iudicio consumis. Væh vocibus ebrj non vino tatum: ita & indignatio animæ quædam ebrietas est, exordem ac stolidam eam veluti vinum red dens. Est itē tristitia ebrietas, mentem submergens. Timor ebrietas est, quando quæ timenda non sunt, timetur. A timore, inquit, inimici eripe animā meam. Denique affectus omnis seu perturbatio quæ mētem vexat, ac de statu dimouet rationis, iure poterit ebrietas appellari. Cogita parum peritū videbis ob animi perturbationem ebrietate quadam captum, nec suum ipsius dominum esse: sese ignorat, & præseates, quemadmodum in pugna nocturna intruit in om-

nia atque offendit: incompōsita loquitur, effrenis est, iurgatur, cædit, minatur, iurat, clamat, vociferatur, rumpitur. Fuge istam ebrietatem: sed & eam quæ vini est, ne admittas. Ne ante euras aquę positionem vinolētia. Ne per ebrietatem ad ieiunium venias. Non est accessus ad ieiunium per ebrietatem: neque enim per auaritiam ad iustitiā, neque per luxum ad modestiā, ac pudicitiam: non denique per viciū ad virtutē aditus est. Alia porta ingrediendum. Ebrietas ad luxuriā deducit, parsimonia frugalitāq; ad ieiunij. Cerraturus ante sese exercet. Ieiunij cepturus ante se ad continentia præparet. Noli legis autorem decipi sedo, quinque dierum abstinentiā per luxū compētaturo, totidem dierum crapulam præsumere. Frustra nanque laboras corpus quidē conterens, defectū verò haud corrigens. Tutū nō est receptaculum, in dolium fractum aquam hauris. Vinū enim perfluit, viam suam decurrens, peccati verò remanet. Seruus fugit dominum verberatē: tu autē singulis diebus caput à vino tentari atque cædi sustines. Vini igitur vsus optima mensura, quantum cras est ad corporis sanitatem: si autē excesseris fat grati capite ibis oscitabundus, languidus, marcidus, vini olens, omnia tibi circumagi, omnia moueri videbuntur. Ebrietas somnū quidem inducit, mortis fratrem, vigiliam verò simul adfert somnū similit. An nescis quis sit quē recepturus es? qui nobis pollicetur, quod ego, & pater veniemus, & mansionem apud eū faciemus. Cur igitur ebrietate præoccuparis, & domino viam præcludis? cur inimicū permittis tuas munitiones inuadere, tēq; de statu decedere? Ebrietas dominū non recipit, spiritū sanctū expellit. Vt fumus apes abijcit, sic spirituales gratias crapula rejicit. Ieiunij ciuitatis ornamentum, fons stabilitas, domorum pax, rei familiaris salus. Quod si vis eius ornamentum inspicere, compara diem hodiernā crastinæ, & hæc aspicias ciuitatem ex tumultu, & turbine in altam quietē commutatam. Cupio itaque diem hodiernā, crastinæ veneratione similem esse: & diē crastinā, hodiernæ diei claritate nō esse inferiorem. Dominus igitur Iesus nos ad temporis circuitum deducens, det nobis certantibus vt ad ista præludia, firmissima ac validum fortitudinis robur, ostendentes, ad diem coronatum intrepidi pertingamus. Amen.

EIVSDEM DE EODEM

Sermo 2.

ADhortemini, inquit, sacerdotes populum, loquamini ad aures Hierusalem. Maximū quidem momentum fratres dilectissimi, ad studioforū alacritatē intendendā, pigros verò & ignaues excitādos habet orationis vis & natura. Ex quo duces in acie exercitiū deducunt, verbis virtutem excitantibus vi solent: tantūque huiusmodi monitio vim cōtinet, vt mors se penumero penitus cōtēnatur: & qui in gymnasijs atque ludis exercentur, ob coronam consequendā, multū ab ipsorum magistris ad laborū tolerātiā excitantur. Ex quopures ob glorię premiū persuasi, corporis pericula contemnant: nūc item mihi Christi milites aduersus inuisibiles inimicos in bellū educuro, ac pietatis athletas ad iustitię coronas per ieiunij præparanti, necessarius est adhortationis sermo. Quid igitur fratres dicam? Hi quos supra narraui, certaminibus ac palæstris legitime studētes ciborum

instituti solatium cōstituumus. Ieiunium autem, & famem illam, quæ intus est, caueamus. De qua & propheta loquens ait: Non occidet Deus fame animas iustorum. Item in psalmo, non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Non enim de sensibili loquitur pane: cum dominus permiserit patriarchæ nostrî Jacob filios, in Ægyptum famis gratia descendere: verum de spirituali loquitur cibo, per quem interior homo noster perficitur, ne contra nos infurgat ieiunium eius generis, quod Iudæus propheta minatur dicens: Ecce dies venient, ait dominus, & inducam in terram hanc famem: non autem panis famem, aut aquæ sitim, sed audiendi verbi Dei famem, quam hac de causa iustus induxit iudex: quoniam eorum mentem in fame veritatis ac sanctorum præceptorum versari, tantumque ciborum eos voluptati vacare, ac exteriorem hominem eis mortalibus saginare conspiciebat. Quamobrem, fratres dilectissimi, per hos sacratissimi ieiunij dies, pascat nos sanctus spiritus matutinis ac vespertinis gaudiis. Nullus sponte ac volens conuiuium hoc spirituale deserat. Omnes crateris sobrii particeps simus, quem sapientia fundens nobis ex æquo propinavit: quatenus quilibet ad eum hauriendum idoneus esse potest. Nam craterem suum miscuit, ac hostias ingulavit, hoc est, perfectorum solidum cibum, eorum qui exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali, vt ait Apostolus. Quo sanè cibo legitime imbuti ac saturi, digni sponsi læritia inueniamur, in Christo Iesu domino nostro Amen.

S. AMBROSII EPISCOPI
pi Mediolanen. de quadra. Serm. 1.

Est Serm. 1.

Sanctæ quadragesimæ rationem, cuius hodie *Sermonem* celebramus, *frequentè edidimus*, & cur tot dierum numero ieiunemus, sæpe docuimus. Diximus enim, quod dominus Iesus Christus hunc eandem numerum ieiunij consecravit: & continuatis diebus, noctibusque non capiens cibum, vnum ieiunij corpus effecerit. Hoc est, licet diei ordo noctis interrupteretur aduentu, nõ tamen interruptus est ordo ieiunij. Vnde erant apud eum plura temporum curricula, sed abstinentiæ dies vnæ ostendens nobis ita nos hunc numerum integrum ieiunare debere: vt, quia totam quadragesimam complecti non possumus, sopito & vno ieiunio, vel quotidianis eandem sine intermissione ieiuniis celebremus: vt, si quisquam vnâ diem abstinendo prætermiserit, totam quadragesimam violarit: & propter modici temporis cibum magni fructum laboris amiserit. Sed dicit aliquis: Quadragesimæ aliquoties accepimus rationem: & eam consecratam à domino frequenter audimus: sed cur eadem quadragesima quadraginta & duos dies habeat, audire gestimus. Legimus in veteri testamento, cum sanctus Moyses filios Israel de iugo Ægyptiæ captiuitatis ereret: vt in terram eos repromissionis induceret: quadraginta & duorum dierum eum ad memoratam terram mansionibus peruenisset: atque illum temporum numero potius esse promissis, quanto & nos promissis nobis à saluatore perfrui gratulamur. Eodem inquam numero Moyses per mansiones peruenit ad requiem, quo & nos per ieiunia propertamus ad cælum. Ieiunia enim nostra mansiones quæ-

Non quænta diligentiâ fit sermone quadragesimæ.

dam sunt, per quæ iter spiritualiter facientes animæ virtutibus ambulamus, & diurno profectu repromissæ nobis terræ vicinioribus efficiuntur: ita vt citius perueniat, qui deuotius ieiunat. Pedes enim quidam animæ pernicies sunt fides, atque ieiunium, qui cito de humilibus ad altiora conscendunt: cito de terrenis ad cælestia gradiuntur. De his pedibus dicit Apostolus: Quam speciosi pedes euangelizantium bona. Hos pedes lauare præcepit dominus. Sicut Apostolus ait de vidua; Si sanctorum pedes lauit. Digni enim honore euangelizantium pacem pedes sunt, qui spirituales, ac nitidi doctrina super hominum corda gradiuntur. Quadraginta etiam, & duorum dierum numero Israel populus peruenit ad fluentem Iordanis: Eodemque dierum circulo Christianus populus peruenit ad fluentem baptismatum. Et sicut ait propheta: Iordanis conuersus est retrorsum. Illic introente Israelita in aquam fluminis, vnda superfluit: hic descendente in fontem Christiano, crimum peccata diffugiunt. Et mirum in modum illic retrorsum conuersus fluiuis in originem suam reuertitur: hic in posterum reuocatus homo in originis suæ infantiam reparatur. Ibi fontem suum, de quo egressa fuerat, vnda perquirat: hic hominem suum, à quo exierat, innocentia recognoscit. Ibi exinanitur aluens fluctibus: hoc euacuantur corda criminibus. Ibi vi sermos Dei illic aqua cænoxa non madiderit: hoc famulos Dei conscientia terra non polluat. Iordanis enim quidam est fons lauacri, per quem qui transierit, relictis foribus, paradysum repromissionis ingreditur. In hoc ergo quadragesimario, & duali numero Israel populus relinquens Ægyptum, rubri maris fluentia transcendit: & nos quoque in ipso numero relinquentes mundi Ægyptum gehennæ ardentis stagna transimus. Illos in fluctibus vnda sustentat: nos ignis flamma non vrit. Illis solidatur aqua: nobis refrigerat incendium. Et contra naturæ vsum per ætium ficeatur mare: per fontem baptismi gehenna miserescit. In hoc inquam mystico numero filij Israel peruenientes ad Merham, eum præ amaritudine aquæ haurire non possent. Habebat enim fons aquam: sed dulcedinem non habebat. Erat delectabilis ad visionem: sed sincerus non erat ad saporem. Iniecto in eam per Moysen ligno, dulcedinem suauiter potarunt: austeritatem, quam noxia vnda gestabat, ligni abstulit sacramentum: Quod quidem in figura factum puto. Aquam enim amarum Merham, legem esse arbitror veteris testamenti: quæ lex prius quam cruce temperaretur domini, erat immitis. Lucebat enim oculum pro oculo, dentem pro dente, & velut austeram nullum misericordiz refrigerium porrigebat. At vero vbi ligno euangelicæ passionis est temperata, statim amaritudinem suam suauitate commutans, dulcem se cunctis præstitit ad potandum. Sicut ait propheta: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel & fauam ori meo. Dulcia enim sunt eloquia, quæ iubent: Si quis te percussit in maxilla: præbe ei & alteram. Si quis tibi auferit tunicam: relinque illi & pallium. Hæc est ergo illa amaritudo, quæ dulcedine commutata est, id est austeritas legis euangelij gratia temperata est. Amara enim est legis littera sine crucis mysterio. De qua ait Apostolus: Littera occidit. At vbi passionis illi sacramenta iunguntur: omniscis spiritualiter amaritudo cõditur. Et de eadem dicit Apostolus: Spiritus autem viuificat.

Rom. 10.

1. Tim. 5.

Psal. 113.

Leuit. 24.

Psal. 118.

Matth. 5.

Ibidem.

1. Cor. 3.

EIVSDEM IN IDEM

Sermo 2.

Est Serm. 2.

Retinent adhuc sensus vestri, fratres: nos hoc superiore dominica predicasse, quod huius quadragesimæ nostræ figuram illæ quadragesimæ, & due mansiones habuerint: per quas populus Israel exiens de Ægypto: diurno profectu terram repromissionis intauit: & quasi quibusdam salutaris gradibus post iugum seruitutis ascendit ad regnum. Figura inquam fuit in illis mansionibus ieiuniorum nostrorum: non solum in quâritate numeri, sed etiam in obseruatione virtutum. Non enim tãtum filij Israel in itinere deserti corporeis gressibus ambulauerunt: quantum in via domini religiosi actibus profecerunt. In via plane ambulauerunt domini, qui illos potauit in fluctibus, & pauit e cælo. Esurientibus enim in eremo manna non defuit: periclitantibus in mari terra non fugit. Ibi mare in semita sterperit: hic cælum ad pabulum referatur. Propter gratiam famulorum Dei Iordanis fluentia sua retinet: aquam suam Merham commutat. Illic retrorsum conuersa, quæ sequebatur, vnda præcedit: hic in melius temperata, quæ amarum stillabat, vena dulcescit. Et mirum in modum fluiuis cursum perdidit: fons saporem. Sed, quoniam diximus filios Israel venientes ad Merham: aquæ amaritudine laborasse: eamque non nisi ligni iniectione potare potuisse: typum quoque in illa fuisse veteris testamenti: videamus quo exinde proficiens populus ipse peruenit. Peruenit in locum, qui dicitur Elim: in quo erant duodecim fontes purissimi, & septuaginta virentium multitudo palmarum. Videte mysteriũ Dei, quem admodum post amaritudinem legis, fluentia euangelicæ pietatis exuberent. Ibi fons vnus austerus est ad bibendum: hic plures, omnes dulces sunt ad potandum. Ibi post fatigationem nulla refectio, hic post laborem refrigerium, atque victoria. Sitiens enim fontes ministrantur, palmæ virentibus offeruntur. Palmæ inquam offeruntur virentibus: quia post legis duriciam ad euangelij gratiam peruenisse, vicisse est. Præmium enim quoddam victoris est: os vni fonte diluere, dexteram triumphali palma munire. Per fontem enim lingua confessoris purificatur, per palmam dextera martyris honoratur. Illa quia Christi exaltauit gloriam, hæc quia aram facilegij recusat. Præmium enim quoddam est palma martyrij, quæ cõsistenti lingue dulcem fructum tribuit, & victrici dextera gloriofolum præstat ornatum. Est plane palma martyribus fauua ad cibum, vmbrosa ad requiem, honorabilis ad triumphum, semper virens, semper vestita folijs, semper parata victoriæ. Atque ideo non marcescit palma: quia martyrum victoria nõ marcescit. Ipse denique palma sedenti super sinum, & venienti ad templum domino à populis offeruntur. Cum enim discipuli vestimenta sua sternerent: & iter Christo suis amictibus communiunt, non habuit maius præmium nisi palmas, quod ei deuotio plebis offerret: significans stratis in itinere vestibus impollutam viam esse in mundo, oblatiis palmis ipsum mundi esse victorem. Ipse inquam victorem, de quo ait scriptura: Vicit leo de tribu Iudæ. Ipse plane victor, qui destruxit diabolicam mortem, vitam illuminauit æternam. Palmæ igitur aduentanti eriguntur Christo. Scriptum est: Iustus sicut palma florebit. Recte ergo aduentanti iusto eriguntur vexilla iusticiæ: & auctori suorum obsequuntur tituli triumphorum. Prius autem quam tollantur palmæ, iter domini vsque ad templum discipulorum vestibus operitur, & vt impolluta sit semita saluatoris, apostolorum amictibus communitur. Quod quidem in mysterium factum puto. Via enim Christi, quæ ducit ad templum, fides eius est, atque doctrina. Hanc igitur viam discipuli vt nos sine offensione gradiamur, amictus proprij corporis exuentes suo strauerunt martyrio, vt inter diuersarum gentiũ turbas iusticiæ semitam membrorum suorum vestimenta substeruant: & cænosam myrrhaginem mundi operiant, & impollutam viam saluatoris ostendant. Ad duodecim ergo fontes post Merham venit populus Israel. Legimus in propheta: Benedicite domino de fontibus Israel. Dominus Christus est, qui nõ nisi per Apostolorum ora discitur, discipulorumque doctrinam. Apostoli dicendi sunt fontes: quia velut omnes purissimi gratia prædicationis exuberant, & post amaritudinẽ legis venarum suarum larga sapientiæ sacramenta poculi dulcedinem stillant. Nec mirum, si potus dulcis est fontium, in quorum sinu cibus dulcor est palmarum. Apostoli ergo sunt fontes, qui totius terræ faciẽ doctrinæ suæ flumine rigauerunt, & fatigatis gentium populis potum diuini mysterij propinarunt. Septuaginta autem palmas iuxta fontes apostolicos generatas septuaginta illos discipulos dixerim, qui secundo ab apostolis gradu propter salutem hominum à domino diriguntur, quos Lucas euangelista describit bino, & bino afferit destinatos. Qui vere velut palmæ post curas hominum cum exultatione redeunt: gloriantur apud dominum sibi & dæmonia esse subiecta. Recte igitur comparantur palmis: qui palmarum præmio diaboli extitere victores.

EIVSDEM DE EODEM

Sermo 3.

Intellexisse vos credo, fratres, cur hæc nostra ieiunia illis mansionibus comparauerim, in quibus populus Israel itaquam in prociectu quodam postus Pharaonem regem quotidianum labore superauerat: & ab inimicis suis quasi quibusdam castris mansionibus sese statione defenderit: ita vt quicumque ex illo comitantium numero diurnæ stationis spacia non confecit, aut Pharaon illum occupauit, aut solitudo peruasit. Sic ergo & nos propositum nobis quadragesimæ dierum iter debemus omni labore conficere: & quibusdam quasi castris nos ieiuniorum deuotione munire. Castra enim nobis sunt nostra ieiunia, quæ nos à diabolica oppugnatione defendunt. Denique stationes vocantur, quod stantes, & commemorantes in eis inimicos insidiantes repellamus. Castra plane sunt ieiunia Christianis, à quibus si quis aberrauerit, ab spirituali Pharaone inuaditur, aut peccatorum solitudine deoratur. Peccatorum autem solitudinem patitur, qui deseritur societate sanctorum. Murus igitur quidam est Christiano ieiunij inexpugnabilis diabolo, intrãgressibilis inimico. Quis enim vnquam Christianorum ieiunauit, & captus est? Quis sobrius mansit, & victus est? Temulentum Bibl. Rom. tom. 2.

Psal. 97.

Luc. 10.

Est Serm. 25.

Ieiunij efficitur.

aggreditur diabolus, luxuriosum oppugnat inimicus. Vbi autem ieiunus videtur, fugit, metuit pertimescit, terretur pallore eius, debilitatur inedia, infirmatur. Vnde intelligimus, quod Saul hostes non tam virtute militum quam abstinentia superabat. Denique vnius culpa cunctis confertur ignavia: & vnius delicto omnibus generatur infirmitas. Deficit enim virtus in exercitu, vbi deficit in obseruatione ieiunium. Quod vt peccatum Saul ex ipsa diuinitatis offensione cognouit, statim Ionathas dixit non esse parcendum, sed peccatum admissum effusione eius sanguinis expiandum. Videte quanta apud Saul regem fuerit religionis obseruantia, qui offensum Deum optauit etiam patricio mitigare: Et quanta sit resoluti culpa ieiunij, quae non nisi sanguinis effusione punitur. Et si ignorans Ionathas indictum a patre ieiunium quia resolerit, morti addicitur, qui sciens indictum a Christo resoluti ieiunium, quid meretur? Ergo, fratres, statutum nobis castodiamus obseruatione ieiunium, vt hostes nostros spirituales, carnalesque vincamus. Habemus enim, sicut nostros, carnales hostes. Ieiunemus igitur, vt eos & exercitus noster & Saul superet, & obtineat. Nec in abstinentia positi declinemus ad fauam. Fauus enim quidam mundi est voluptas seu vitia, quae sicut scriptum est, ad tempus quidem impinguant fauces, nouissima amara sunt felle.

2. Cor. 12.

Math. 17.

Nota, ne esse leue peccati, in quadragesima non ieiunare.

1. Reg. 14.

gnatio repente commota est, vt & differretur victoria, & diuinitas laederetur. Denique nec bello finis imponitur, nec regi responsum propheticum datur. Vnde intelligimus, quod Saul hostes non tam virtute militum quam abstinentia superabat. Denique vnius culpa cunctis confertur ignavia: & vnius delicto omnibus generatur infirmitas. Deficit enim virtus in exercitu, vbi deficit in obseruatione ieiunium. Quod vt peccatum Saul ex ipsa diuinitatis offensione cognouit, statim Ionathas dixit non esse parcendum, sed peccatum admissum effusione eius sanguinis expiandum. Videte quanta apud Saul regem fuerit religionis obseruantia, qui offensum Deum optauit etiam patricio mitigare: Et quanta sit resoluti culpa ieiunij, quae non nisi sanguinis effusione punitur. Et si ignorans Ionathas indictum a patre ieiunium quia resolerit, morti addicitur, qui sciens indictum a Christo resoluti ieiunium, quid meretur? Ergo, fratres, statutum nobis castodiamus obseruatione ieiunium, vt hostes nostros spirituales, carnalesque vincamus. Habemus enim, sicut nostros, carnales hostes. Ieiunemus igitur, vt eos & exercitus noster & Saul superet, & obtineat. Nec in abstinentia positi declinemus ad fauam. Fauus enim quidam mundi est voluptas seu vitia, quae sicut scriptum est, ad tempus quidem impinguant fauces, nouissima amara sunt felle.

Prov. 5.

EIVSDEM DE EODEM

Sermo 4.

Non vsque adeo contristari debemus, fratres: quod in his quadragesime diebus tentatio in nos tribulationis aduenit: quoniam & saluatorem nostrum propter ipsam quadragesimam videmus esse tentatum. Minus ergo dolere debemus feruili: quia domini habemus exemplum. Vbi enim est similitudo Christi deuotio: similis est & cum Christo tentatio. Conditionem enim nobis tolerandi imponit conditio ieiunandi. Credimus autem, quod sicut saluator noster diabolum, cum tentaretur, obtinuit: ita & nos hostes nostros cum tribulamur, posse deuincere. Ieiunia enim Christi tentari possunt: non possunt superari. Angustias quidem in obseruatione habent, sed prosperitatem tribuunt, & salutem. Videamus igitur inter ceteras tentationes qua dominum diabolus arte lacessat. Cum enim super pinnam stare templi saluator, ait diabolus: Si filius Dei es: mitte te deorsum: & reliqua. Vere diabolicæ fraudis astutia consuetudinis suenitur argumento. Semper enim religiosos de superioribus deicere ad inferiora conatur: & de sanctis, ac venerandis actibus deducere ad terrena, & cenoia festinat: vt qui stat puritate mentis in summitate templi, proiciat se in profundum inferum contagione peccati. Nam cum dominum de pinna templi deicere nititur: vtique de perfecto religionis cultu eum remouere conatur. Pinna enim loci sancti perfectio caelestis est sacramenti. Recte autem dominus super pinnam templi stare dicitur: quia de ipso scriptum est: Qui ambulat super pennas veterum. Super pennas enim veterum quodammodo ambulat dominus: cum super moerum nostrorum alacri conuersatione volatu incedit. Pennae enim nobis sunt boni mores, qui nos alleuatos a terrae humilibus in caeli altiora tollunt: & volatu

Est Serm. 26.

Math. 4.

Psalm. 109.

Est Serm. 17. 2. Cor. 6.

volatu quodam mentis de tartari tenebris educatur: & ad paradisi amena perducunt. Quorum morum pennas habere propheta desiderans ait: Quis dabit mihi pennas columbae, & volabo, & requiescam? Super hanc ergo pinnam templi saluator stare dicitur, hoc est, quasi in quodam templo fidei nostrae consistere. Vnde ait Apostolus: Vos estis templum Dei: & spiritus Dei habitat in vobis. In hoc igitur templo stans dominus nec recedens increpat diabolum dicens: Scriptum est: Non tentabis dominum Deum tuum: Hoc est; non tentabis eum, quem putas tanquam hominem ad inferiora pellendum: sed magis tanquam Deum, & dominum ipsum noueris adorandum. In his ergo ieiuniorum diebus tentatur ad similitudinem saluatoris: Similiter enim & nos hostes nostri de pinna templi, hoc est, de obseruatione quadragesimae, turbare conatur. Dum enim terrores ingerunt, dum insidias parant, cupiunt nos de arce religionis abducere. Dicitur autem ei a domino: Non tentabis sanctos viros, & famulos Dei. Quos enim tanquam humiles coculcandos putatis, sentietis tanquam strenuos honorandos. Sicut enim, sicut dixi, perique, fratres, quos hostes nostri de perfectione religionis abducunt: qui dum praesens malum metuunt: putant Deum nostrae salutis immemorem, nescientes quod Deus nullus est immemor: sed immemor est illum nostri tunc nos facimus, cum peccamus. Cum enim mala operamur, auertit faciem suam nefanda loquimur, aurem obstruit: & ideo bonitate suam a nobis Deus non tam ipse retrahit: quam nostra illum delicta reiciunt. Ait enim idem dominus per prophetam ad eos, qui erant in tribulationibus constituti: Nunquid non valet manus Dei eruere vos? & reliqua. Vides ergo, quoniam inter Deum & hominem peccata separant. Tolle igitur peccata de medio, & Deum tibi proximum tu fecisti. Quomodo enim potest, fratres, obliuisci nostri Deus: qui etiam capillos capitis nostri in euangelio apud se dicit esse numeratos? Si enim capillorum nostrorum meminit: multo magis nostratum animarum meminit. Per numerum enim curam circa nos, sollicitudinemque cognoscimus. Nemo enim numerat, nisi quod vult diligentius custodire: nemo numerat, nisi qui veretur, ne fraudem absque numero patiatur. Pastor vt saluum gregem habeat, cum frequenter numerat. Denique dicit dominus, qui est bonus pastor: cum vna ouicula de centum ouibus aberrasset, recurrens ad numerum propriis eam ad gregem humeris reportauit. Vsq; adeo ergo habetur sub tutela, qui habetur in numero: vt errans propriis apporetur humeris: ne quid de numero minuatur. Nolite ergo putare, fratres, quod vel minimi cuiusquam obliuiscatur. Deus enim omnium meminit: omnium recordatur: tantum vt non nostris interuenientibus peccatis ei inferatur oblitio.

Psalm. 54.

1. Cor. 3.

Deut. 6. 0 Math. 4.

Luc. 11.

Edem 15.

EIVSDEM DE EODEM

Sermo 5.

Testimonium perhibet sanctus Apostolus de prophetis dicens: Tempore inquit acceptabile laxauit te, & in die salutis adiuui. Et subsequitur ipse: Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Vnde & ego testificor vobis hos esse dies redemptionis: hoc esse tempus caelestis quodammodo medicinae: in quo tempore omnium vitiorum nostrorum labem, & vniuersa vulnera peccatorum sanare poterimus: si medicum animarum nostrarum fideliter exoremus: vt praecipia eius tanquam suscepti idonei minime dispernamus. Tunc enim languidus aegritudinis suae inuenit medicinam: si omni sollicitudine medici madata feruarit: quod si aliud faciat, cum aliud iubetur: in crescente morbo non medicus sed praeparator in culpa est. Medicus autem est dominus noster Iesus Christus qui ait: Ego occidam, & viuificabo: percutiam, & sanabo. Occidit enim quodammodo antequam viuificet dominus. Occidit enim primum in nobis homicidia, adulteria, scelera, iura per baptismum: & sic nos tanquam nouos homines aeternitatis immortalitate viuificat. Moriturus ergo peccatis videlicet per laeuatum: regeneratur autem vitae per spiritum. Sicut ait sanctus Apostolus: Quoniam mortui estis delictis vestris: & vita vestra abscondita est cum Christo. Confessus enim estis cum illo per baptismum in mortem. Occiditur enim quodammodo, cum definitus esse, quod sumus. Nouo enim pietatis genere in vno, eodemque homine mors operatur, & vita. Moritur enim concupiscentia peccatorum, viuificatur ordo virtutum. In vno namque eodem homine impius, & adulter occiditur, vt misericors renascatur, & castus. Interimitur idololatria, vt religio propagetur. Fornicator, & ebriosus extinguitur, vt continens & sobrius procreetur. Sic ergo mortificat dominus, vt viuificare faciat: sic occidit, vt proficiat: sic verberat, vt emendet. Haec est igitur circa homines suos eius cura saeuitas, vt in his peccata puniantur: anima conseruetur. Auferantur detestanda vitia, virtutes optime nutriantur. Vsq; adeo autem hac pia occasione domini cernimus prolesque conuersos, instantum ad melius profecisse, sic de pessimis optimos factos, vt cum videas eos, credas renatos homines, cum non videas, mutatas esse personas. Instantum enim in nobis id, quod prius eramus, interimitur, auferitur, extinguitur, vt id, quod postea sumus, denuo natum esse credamus: vnde natiuitas haec secunda prioris vitae finem iam fuisse significat. Quia autem ait, Ego percutiam, & sanabo. Percutit plane praecipis suis peccatores vt sanet, mandatis verberat, vt emendet: ieiunia praecipit, indicit continentiam, iudicium comminatur, vt tristitem gehennae metum excutiens adhibeat medicinam, vt, dum futura pertimescimus, praesentia corrigamus. Sic namque Paulus Apostolus percutiendo sanum reddidit. Cum enim esset persecutor, impius, & blasphemus, & quidem ad deuastandas ecclesias Damascum properaret, subito fulgoris caelestis terrore percussit, vt Evangelici splendoris caelestis luce perfunderet, & carnalium luminum orbem mutauit, vt spiritualium oculorum illuminaret aspectum, corpus eum debilitate perterruit, vt fidei deuotione saluaret. Surgens ergo a terra Paulus exterioribus quidem oculis non videbat homines, non aerem, sed mentis luminibus Christum videbat de caelo. Denique intantum profuit domini ista percussio, vt de Iudaeo Christianus, de blasphemo Apostolus, de Saul Paulus existeret, & eoque mutauit veterem cum moribus hominem, vt etiam mutaret & nomen. Habentes igitur huiusmodi medicum, qui percutiendo sanat, mortificando viuificat, subdamur ei cum omni patientia. Bibl. Rom. tom. 2. b 3 tia ad

Deut. 32.

Col. 3. Rom. 6.

Deut. 32.

Act. 9.

tia ad curandum, vt, quicquid vlcibus fetidum esse perpexerit, incidat, amputet, excet, vt refectis omnibus diaboli vulneribus, hoc solum in nobis faciat remanere, quod Dei est. Istud autem pceptum eius est primum, vt his quadraginta diebus ieiunij, orationibus, vigiliis opera commodemus. Ieiunij enim lasciuia corporis castigatur, orationibus deuota saginatur anima: Vigiliis diaboli inuidie depelluntur. Deinde cum istis mandatorum obseruationibus fuerit hoc tempus impletum, tunc purgata, & fatigata tot obseruationibus anima ad baptismum venies spiritu sancti inundatione reficitur, & quicquid in ea diuersarum aegritudinum ardor excicauerat, caelestis gratiae rore perfunditur. Vnde ponens veteris hominis corruptelam nouae indolem iuuentutis acquirat. Et mirum in modum in vno, eodemque homine delictis sanctitas, iniquitas iusticia, senectuti succedit infantia nouoque natiuitatis genere alter est, qui renascitur, cum ipse sit, qui peccauit.

3. Reg. 18. Sic namque Elias quadraginta dierum, ac noctium curriculo, continuato ieiunio, totius mundi longam, ac nimiam succiditatem meruit imbrum rore restituere, & ardentem terrarum sitim caelestis pluuie largiente perfundere. Quod quidem in figuram nostri factum esse cognoscimus, vt nos quoque horum quadraginta curriculo dierum ieiunantes spiritualem baptismatis pluiam tribus nostris iam diu aridam terram caelestis desuper imber infundat, & longam gentiliuini succiditatem lauari inundatio salutaris iroret. Sic itaque enim & ardorem animae suae patitur, qui quisque baptismi gratia non rigatur. H. vnu ergo dierum, noctiumque ieiunio Moyses sanctus meruit cum Deo loqui, stare & consistere, & de mana eius legis praecipua suscipere. Quamuis enim illum ab obtutibus Dei conditio humana subtraheret, ieiuniorum tamen gratia proximum illis diuinitatis consortio faciebat. Haec enim in nobis virtutum portio Dei est, vt ieiunemus frequenter, quoniam semper Deus ipse veniat. In quocunque igitur plus operum suorum inesse perpexerit, ipsi magis familiaris intimus, & amicus est: Sicut scriptura dicit, Et Moyses loquebatur cum Deo facie ad faciem, sicut quis loquitur cum amico suo. Vnde & dominus Iesus Christus resurrectionis gloriam percepturus virtutes suas quadraginta dierum, noctiumque ieiunio dedicauit, vt ostenderet non panem esse vitam hominum. His itaque dierum quadraginta ieiunij reconciliatur Deus, aperitur caeli, inferna referantur. Igitur & nos, fratres dilectissimi, ieiunemus continue, & deuote hoc spacio temporis, vt propitietur nobis dominus, pateant nobis caeli, inferna contra nos non valeant.

EIVSDEM DE EODEM

Sermo. 6.

Est Serm. 33.

Diximus superiore dominica, hoc esse fidei nostrae opus primum, vt horum quadraginta dierum curriculo deuotissime ieiunemus, & istam esse causam salutis nostrae: si hoc tempore abstinentiae operam commodemus. Atque ideo, fratres dilectissimi, inspicere debemus, quae sit huius forma ieiunij: vt respiciamus, quanta sit eius vtilitas. Est enim interdum inutile, & inane ieiunium: quod licet ventrem, & omnia viscera succo

saturnitatis exhaurit, non tamen acceptum est Deo, quia mentem, & intimos sensus minime vinculo iniquitatis euacuat. Quid enim prodest ieiunare visceribus, & luxuriare venatibus abstinerere cibis, errare peccatis: castigare corpus inedia, mentem exercere nequicia: vinum forte non bibere, & ebrium cogitatione malignitatis incedere? nisi quod facilius causa est faturi sive tumulenti, quam iniqui pariter & ieiuni. Ille enim peccare aliquando desinet, qui ebrius aliquando obdormit: hic autem errare non cessat, qui exercitatus malis, ieiunij semper innigilat. Vnde inutile, & inane est tale ieiunium, quod media membra debilitat, & animam ad perditionem non liberat. De quo ieiunio dicit sanctus propheta ex persona domini; Vt quid mihi ieiunastis? non tale ieiunium elegi, dicit dominus. An puratis illum ieiunare, fratres, qui primo diluculo non ad ecclesiam vigilat, non beatotum martyrum loca sancta perquirat: sed furens cōgregat seruulos, disponit tercia, canes producit, salus, siluasque perustrat? Seruulos inquam secum pertrahit fortasse magis ad ecclesiam festinantes, & voluptatibus suis peccata accumulata aliena: nesciens reum se futurum tam de suo delicto quam de perditione seruorum. Totam igitur die venatibus immoratur: nunc clamorem inmoderatum effert, nunc silentium latenter indicit. Latus, si aliquid ceperit ieiunare, si id, quod non habebat, amiserit: & tanto studio gerit, quasi ideo inditum ieiunium fuerit, vt venetur. In his ergo luxuriis, fratres, dicit quis cultus sit Dei: quae mentis possit esse deuotio: qui propterea ieiunat, non vt Deo, atque orationibus vacet, sed vt tota die ociosus, & liber proprias exerceat voluptates? Quamuis igitur qui eiusmodi es, frater, vespere ad domum reddas: quamuis declinante iam sole manduces: potes videri tardius te refecisse: non tamen domino ieiunasse: non enim potes videri voluptatem tuam exercens fecisse domini voluntatem. Haec enim voluntas est domini: vt ieiunemus ad cibis pariter & ad peccatis. Abstinentiam indicamus corpori: vt in vitis magis animam abstinere possimus. Frenum enim quoddam est luxuriantis animae corpus exhaustum. Quisquis enim ieiunat, & peccat: lacrum escarum fecisse videtur, non salutis: & patendo copis repleisse cellarium, non mentem saginasse virtutibus. Nonnulli autem diuinorum immemores praecceptorum ita circa seruos suos, & subditos sibi potestatem dominationis exercent, vt in his diebus non dubitent flagris eos caedere, poenis afficere, compedibus praepedire: & si forte cum ad rescindendum venitur, tardius minister affuerit: statim eum verberibus lanare: & prius se fatiare seruuli sanguine quam conuiuij voluptate. Horum tale ieiunium est, quod ideo ieiunatum est: non vt diuinitatis misericordiam pronocaret: sed vt clamorem familiae ingemiscens effunderet. Quisquis autem cupit de Deo misericordiam promereri, ipse debet prior esse misericors. Scriptum est enim: Qua mensura mensi fueritis, eadem mensura remetietur vobis. Et quod magis dolendum est, Christianus dominus Christiano in his diebus seruo non patitur, minime respiciens, quod & si seruus est conditione, gratia tamen frater est. Etenim similiter Christum induit ieiunium, participat sacramentis: eodem quo & tu vitur Deo patre: cur te non vitur vt frater? Sunt enim plerique qui de venatibus redeuntibus magis canum quam seruo

Est. 17.

Nota beatorum martyrum loca frequenter laudat.

Est. 6.

seruorum curam gerunt, & faciunt eos iuxta se vel recumbere, vel dormire: quotidianum illis cibum sui praesentia ministrantes: qui vtrum serui eius fame moriantur, ignorant: & quod est grauius, nisi diligenter his preparatum fuerit, pro cane seruus, poena afficitur. Vides enim in nonnullorum dominibus nitidos, & crassos canes discurrere: homines autem pallentes, & titubantes incedere. Ibi ergo miseruntur aliquando pauperibus, qui minime suis famulis, & domibus miserantur? Scire igitur debemus, fratres, hoc acceptum Deo esse ieiunium: non solum vt abstinentia castigemus corpora: sed etiam humilitate animas induamus. Simus ad seruulos mites: blandi ad extraneos: misericordes ad pauperes. Surgentes primo diluculo ad ecclesiam festinamus: refectum Deo gratias: peccatis veniam postulemus: rogantes praeteritis delictis indulgentiam, cautelam futuris. Tota die sit nobis vel oratio, vel lectio. Qui litteras nescit, sanctum virum perquirens eius confabulatione paciscatur: nulli actus saeculi, actus diuinitatis impediunt: non ludus tabulae mentem auocet: non voluptas canum sensus obducit: non negocij compendium animam audiat peruerat. Quicquid enim aliud praeter mandatum Dei feceris, quamuis abstineas, non ieiunas. Hoc est enim salutare ieiunium: vt, sicut abstinetur corpus ab epulis, & anima referatur in virtus. Illud etiam, fratres, ad perfectionem ieiunij accedendum non est: vt, qui abstinemus, & minime prandemus: hoc tempore prandia nostra pauperibus praerogemus. Haec enim est vera iusticia: si, te esuriente, de cibo tuo alius satietur: & tu praedictis tuis ieiunij dominum roges: & ille pro te fatiatus exoret. Vtrique tibi proficiens: & tua fames, & saturitas mendiciorum. Caeterum qui sic abstinere, vt nihil pauperibus de suis epulis largiatur, & videtur questum sibi suum fecisse ieiunium, & negociationem praerogare: ad hoc enim abstinuit: non vt placeret Deo, sed ne amplius erogaret. Atque ideo bona elemosyna cum ieiunio: quasi non quoddam negociationis genus: vt tam parce viuatur: vt abstinentia sua monachos, clericosque praecedat: Nisi hoc interest, quod illi hoc questus causa faciunt, non salutis: illi pecuniae compendio animas macerant: nos propter animarum lucrū nostra corpora castigamus.

EIVSDEM DE EODEM

Sermo. 7.

Est Serm. 34.

Nonnulli Christianorum, fratres, existimantes se diuinitatis praeccepta religiosius obseruare: praetermissa deuotione quadragesima hodie curam exordium: quinquagesima se facere, mentiuntur: cum id neque diuinis litteris iubeatur: neque traditam sit auctoritate maiorum. Sola igitur hoc faciunt animi praesumptione: & dum putat se deuotius agere, superstitiosius conuersantur. Dicit se obseruare quinquagesimam, qui forte quadragessimam implere vix possit. Bonum est quidem cunctis temporibus ieiunare: sed melius quadragessimam ieiunare cum Christo. Hanc enim quadragessimam nobis dominus suo ieiunio consecravit. Quo dixi ieiunio, non ieiunij. Vnum enim ieiunium domini fuit: quia continuatis quadraginta diebus, & noctibus cibum omnino non lumpsit. Quisquis ergo Christianus

Nota eos, peccare, qui in quadragesima non ieiunant.

consecratam ieiunando non impleverit quadragessimam: praenotacionis, & cōtunciacie reus tenebitur: quod legē diuinitus pro salute sua datā praedendo ipse rescindit. Rescindis enim legem, qui exemplum ieiunij dominici non custodis. Qualis autem Christianus es, cum domino ieiunante, tu prandens? Qualis Christianus es, cum Christo esuriente, tu refectus? Ille pro salute tua famem sustinet, tu pro peccatis tuis ieiunare formidas. Dicit enim mihi, interrogo vos, qui in quadragesima praedictis, si non in conscientijs vestris rei estis, quod abstinente toto populo vos soli contra pceptum domini deuoratis, si non vobis rubor est, cum exitis in publicum, ne quis vobis ieiunus occurrat, aut si non cogitatis, cum ad ecclesiam proceditis, quemadmodum pacem episcopo porrigatis, ne forte ipso spiritu osculi vestri vos reproberet? Quia si haec non cogitatis forsitan, vehementer erratis. Scire enim debetis, cum in quadragesima diebus ieiunio praesens occurrit, non bene de illo iudicat, qui ieiunat. Hoc enim ideo dico: quia audio complures, quod grauius est, fideles alienis in quadragesima hebdomadis abstinere, & consecratorum illorum dierum numerū gula intemperantia violare: hoc est, prandere septem dierum curriculo, & septem dierum spacio ieiunare. Quibus hoc dico, curetiam per illos septem dies fraudem sibi faciant ieiunando, cum illis ieiunium tale non proficit? Quamuis enim abstinere quis certis diebus, quamuis ciborum dulciora alimenta non sumat, non tamen illi accepto fertur quadragesima ieiunium, quod non diebus quadraginta ieiunio. Pudet dicere, senes, & aniculae quadragessimam faciunt, iuuenes, & iuuenulae non faciunt. Omnia igitur sollicitudine tempus sanctissimum celebremus, non praeterat nos dies absque ieiunio, non nos transeat quae hebdomada absque vigilijs. Ille enim facit quadragessimam, qui ieiunando, & vigilando ascendit ad pascha. Nam sicut reliquo anno ieiunare praemium est: ita in quadragesima non ieiunare peccatum est. Illa enim voluntaria sunt ieiunia: ista necessaria: illa de arbitrio veniunt, ista de lege: ad illa inuitamur, ad ista compellimur. Sed videamus iste quadraginta dierum sacratissimus numerus vnde habere cepit exordium. Legimus primum in veteri testamento Noe temporibus, cum omne genus humanum scelerata iniquitas occupasset, tot dierum numero patefactis catartibus caeli, aquarum pluias defluxisset, & mysterio quodam quadragesima inundatione orbi terrarum facta, non tam diluuium quam baptismum contigisset: Baptismum plane fuit, per quod in peccatoribus iniquitas sublata est, Noe iusticia conseruata. Ita ergo & modo nobis dominus illius temporis quadragessimam dedit: vt, constituto dierum numero, patefacti caelis pluuia nos misericordiae caelestis iroret: & inundatione facta per baptismum lanacri salutatis nos imber illuminet: & sicut tunc factum est: aquarum fluctibus extinguatur in nobis delictorum iniquitas: virtutum iusticia conseruetur. Ipsa enim, quae sub Noe, & modo vertitur ratio. Baptismum enim peccatori diluuium est, consecratio est fidei. Per lauacrum enim domini saluantur iusticia, necatur iniusticia: Quod in vno eodemque factum videmus apostolo Paulo: qui priusquam praecceptis spiritualibus lauaretur, erat blasphemus, persecutor, & Saulus. At vbi pluuia super eum lauacri caelestis infudit,

Obligamur etiam in conscientia ad quae diuinitus ab obseruationem.

Nota ab illis delictum.

In quadragesima non ieiunare, peccatum est.

Genes. 7.

Act. 9.

neatur blasphemus, necatur persecutor, necatur & Saulus, viuificatur apostolus, viuificatur iustus, viuificatur & Paulus. Vique adeo autem perdidit veterem cum actibus hominem, vt enim moribus mutaret & nomen. Quisquis ergo in hac deuotione quadragesimæ dominica mandata seruauerit, necabitur in eo diabolica impietas, apostolica autē referuabitur gratia: & succedens quodammodo sibi moritur ea parte, quam peccator est, viuificatur ex illa parte, qua iustus est. Videamus etiam si alibi in scripturis hunc mysticum quadragesimæ numerum possimus inuenire. Legimus quod sanctus Moyses in eremo quadraginta annorum curriculum filios Israel caelestis manna nutrit. Bonus ergo numerus, qui semper caelum aperit. Bonus inquam numerus, per quem iusticia Noe saluatur, & Israel filij saginantur. Vnde & nos obseruamus hunc numerum: vt appetantur nobis cæli; quatenus & pluuia, nos gratiæ spiritualis irroret, & spiritualium sacramentorum manna reficiat. Instat enim patrum nostrorum hac obseruatione quadragesimæ & iustificamur, & pascimur. Iustificamur iuacro, pascimur sacramentis. Sed dicit aliquis filios Israel in eremo quando manna saturati sunt, minime ieiunasse. Ego autem dico illos non nisi abstinentiæ tunc vacasse: atque ideo caelestis alimonie gratiam meruisse. Primum quia desertum omne ieiunium est, quia anxietas solitudinis concupiscentiam repellit escharum; deinde in eremo vnde accuratæ epulæ; vnde vina preciosa; vnde quadraginta annorum tempore qualifcunque substantia? Intellegimus ergo ieiunasse filios Israel: quia cognoscimus illis escharum copiam defuisse: & tunc sumpsisse cibum, quando largienti domino placuisset. Satis autem diu ieiunat, qui cum Christo voluntate se reficit. Vique adeo vero abstinentia filiorum Israel in eremo placuit saluatori: vt quorundam etiam inter ipsos intemperantia notaretur: ita vt quisquis audior duplum mannae cibum sibi collegerat, hic hac iniuria feriretur: vt non tam cibum sibi inueniretur seruallo quam vermes: sollicit vt quia supra moderatam refectioem concupierat, velut stimulis quibusdam conscientia in morem vermium vrgeretur. Igitur & nos, fratres, obseruantes quadragesimæ quotidiana, & moderata ieiunia, & tanquam in eremo constituti nihil deliciarum secularium cogitemus: nulla nos cupiditatum corporalium dulcedo sollicitet. Simus sobrii, simus casti, habentes quidem conuersationem in urbibus, possideamus mente desertum. Si ita abstinentes egerimus, erit vt caelestis manna reficiamur alimonia, & nullis vermium stimulis compungamur.

EIVSDEM DE IEIUNIO domini in deserto & quomodo non in solo pane viuunt homo. Serm. 8.

Ex Serm. 35. Memisse debet vestra dilectio: hoc me anteriori dominica prædicasse, & dedisse rationem, cur dominus quadragesimam ieiunauerit: vel cur ipsa ieiunia in deserto transegerit. Diximus enim hæc omnia: obseruasse eum non iustificationis suæ causa qui erat virgo per omnia, sed nostræ salutis gratia: vt quorum generatio per intemperantiam peccauerat, per abstinentiam sanaretur. Videamus igitur, quid illo in tempore, vel

in ipsa solitudine gestum sit. Dicit enim Euangelista affuisse ibi diabolum, & saluatorem eius verfutia fuisse tentatum. Air nanque sacra lectio, escharisse dominum: & dixisse illi diabolum; Si filius Dei es: dic lapidi huic vt fiat panis. Videte artem domini, qua aduersarium fraude circumuenit. Post multa ieiunia esurie se simulat, vt diaboli, quem ieiunando iam vicerat, iterum esuriendo sollicitet. Spem enim illi congregandi ex infirmitate famis quodammodo tribuit: vt, dum veluti contra imbecillum congregitur, gloriosus superetur. Hæc enim est vera victoria: vt quia Adam immortalē gloriosum, & epulantem subuerterat: nunc ab homine mortali humili, atque esuriente vincatur. Cernens enim esurientē diabolum dominum, hominem putat, dubitat saluatorem: & ideo ait; Si filius Dei es, dic lapidi huic vt fiat panis. O misera sathana, & extrema congressio! diabolus in deserto tentationis solida arma non inuenit: deest illi de paradiso amenitas arborum: deest illi conciliatrix Eva: deest illi pomorum speciosa deceptio: & quia non inuenit cibum, quem offerret esurienti, postulat in cibum saxa mutari. Vndique exclusus, vndique defraudatus ad pauimenta se confert. Satis enim manifeste ostendit vastitatem sibi eremi restitisse: cum putat propter inopiam rerum etiam elementa posse conuerti. Postulat igitur in panem lapides commutari. Versutus & callidus scit, quid perat, nonit factum esse, quod dicit. Meminit enim in veteri testamento sitientibus aquam de lapide profuxisse: vult etiam hic esurienti cibū de lapide ministrare. Rerinet enim, dicituriam panem in liquorem fontium resolutam. Copit etiam hic asperitatem saxi in panis dulcedinem transformari. Suspiciatur enim ipsum esse Christum: qui hæc operari soleat de natura saxorum. Sicut ait apostolus Paulus; Bibebant de spirituali conseruati petra; Petra autē erat Christus. Suspiciatur inquam ipsum esse Christum: cum postulabat, vt de lapide panem faceret; sed putabat tantummodo solum hominem, cum esurientem videbat. Saluator autem verfutiam eius mira responsione condemnat. Nec facit, quod dicit diabolus: ne videatur pro arbitrio aduersarij virtutis suæ gloriam declarare. Nec tamen respondit non posse fieri, qui negare non poterat, quod sæpe iam fecerat. Igitur nec acquiescit petenti, nec denegat exploranti: ac per hoc & potentiam virtutis suæ suo refertat arbitrio: & verfutiam aduersarij diuino confutat eloquio. Respondit ergo illi; Non in solo pane viuunt homo: sed in omni verbo Dei. In quo sunt vitæ alimenta caelestis. Verbum autem Dei Christus est dominus, sicut Euangelista dicit; In principio erat verbum: & verbum erat apud Deū. Quisquis ergo verbo Christi pascitur, terrenum pabulum non requirit: nec enim potest seculi panem cupere, qui pane reficitur saluatoris. Habet enim dominus suū panem: immo panis ipse saluator est: Sicut docuit dicens, Ego sum panis, qui de celo descendi. De quo pane dicit propheta; Et panis cor hominis confirmat. Quo ergo mihi panem, quem offert diabolus, cum habeam panem, quē Christus impartit? Quo mihi cibum per quem pro opusculum deiectum memini, Etsi primitiuis fraudatum vidi, Iudam Scharioth proditionis scelere denotatū? Adam enim per escam paradisi perdidit: Etsi per lentē honorē primatus amisit: Iudas per buccellam Apostolatus sublimem

Mat. 4.

Ibidem.

Exod. 17. Num. 1. 20.

1. Cor. 10.

Matth. 4.

Job 1.

Ibidem. 6. Psal. 103.

Genes. 3. Ibidem 24.

me deposuit: ex quo enim buccellam sumpsit, non iam Apostolus cepit esse, sed proditor. Sic enim scripturam habes dicente domino; Cui inductum panem dedito, ipse me tradet. Et continuo post buccellam introiit in illum sathanas. Non bonus cibus, post quem negatur dominus, post quem ingreditur inimicus. Non bonus cibus, post quem Christus respuitur, denatur antichristus. Non bonus cibus, qui benedictione caret, maledictione completur. Illa erga esca nobis necessaria est, quæ vitam præstat, quæ animam pascit, post quam sequitur Christus, inimicus excluditur. Illam escam accipere debemus, quam saluator non diabolus subsequatur, quæ perceptione sui conflorem faciat, non proditorē. Quia bene autem ieiuniorum tempore verbum Dei dixit: eo quoddam reficit, vt ostendat ieiunia nostra non debere sæculi actibus occupari: sed sacris litteris exerceri. Negligit enim famem corporis, qui pabula lectionis intendit: nec ventris curam habere poterit: qui alimentum verbi caelestis acquirit. Ipsa est enim refectio, quæ saginat animam, quæ impinguat viscera, cum de diuinis scripturis cibum eloquij perennis accipimus. Ipsa est esca, quæ vitam æternam tribuit, & insidias à nobis diabolice tentationis excludit. Quod autem sacrarum literarum lectio vita sit: dominus testatur dicens; Verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus, & vita est.

104. 11.

Ibidem 6.

Ex Serm. 36.

EIVSDEM DE EODEM

Serm. 9.

Ex Serm. 36. Ante dies deuotionem sanctæ quadragesimæ prædicantes, sacrarum literarum exempla protulimus, quibus approbaremur huic quadragesimæ numerum non esse ab hominibus constitutum, sed diuinitus consecratum: nec terrena cogitatione inuentum, sed caelestis maiestate præceptum. Atque ideo, qui constitutum numerum vna die manducando præterit, non vt vnus diei violator accusatur, sed vt totius quadragesimæ transgressor arguitur. Vide bonum est homini, vt dictum numerum sine labore ieiunet, & totius quadragesimæ consequatur pariter sanctitatem. Hæc autem non tam sacerdotum præcepta quam Dei sunt: Atque ideo, qui spernit, non sacerdotem spernit, sed Christum, qui in suo loquitur sacerdote. Videamus igitur, quo tempore hanc obseruantiam nobis indixit dominus: si non veluti per istam deuotionem cuncta elementa voluerit habere profectum. Ecce enim indicta quadragesima, constituta hyemali gelu terra resoluitur, & aquarum fluuenta meatus suos glacie liquefacta, recipiunt: sic quoque corporum nostrorum hoc eodem tempore contrita sceleribus peccata soluantur: & vitæ nostræ purior cursus liquefacto rigore diaboli meatum suū pristinum recognoscit. Terra, inquam, indicta quadragesima, asperitatem deponit hyemis: ego indicta quadragesima asperitatem reicio delictorum. Illa terra aratis scinditur, vt mundans sit congrua frugibus: mea terra ieiuniis exaratur, vt caelestibus sit apta seminibus. Sicut enim redditum vberiorē capit, qui frequentius vexando exercet campum: ita maiorem gratiam percipit, qui exercet corporis sui campum sæpius ieiunando. Ecce enim abstinentiæ tempore herba segetum reuiuiscit in messem: furculus

arboris conatur in fruticem: palmes vineæ pubescit in gemmam: & omnia de inferioribus ad altiora se subrigunt: ita hoc eodemque tempore hominum spes inter mortua reuiuiscit in posterum: si fides perditā reparatur in gloriam: temporalis vita proficit in æternam: & omne genus humanum ad caelestia se subrigens ab inferis ad altiora confurgit. Modo ferum gestans agricola sarmenta deputat vinearum: Ita & nunc euangeliū tractans episcopus, sordes amputat populorum: & isto quadragesimæ curriculo vnuerse hoc agunt creaturæ, quatenus depositis superfluis, ornata, vel comptæ in pascha procedant. Modo omnia sunt in partu, vt tunc reperiantur in fructu. Tunc enim contraturæ speciem spina profert rosam, calamus fragrat lilium, suauitatem arida virgulta deponunt: & ita cuncta floribus adornantur, vt felicitatem diei magni creatura ipsa nitore sui celebrare credatur. Igitur & nos hoc eodem ieiuniorum tempore producamus de spinis nostris rosas, hoc est, de peccatis iustitiam, de feruitate misericordiam, de auaritia largitatem. Istæ enim spinæ sunt corporis nostri, quæ præfocant animam: de quibus ait scriptura, Spinæ, & tribulus tibi germinabit terra. Germinat enim mihi terra mea spinas: si me corporalis libidinis titillatione compungit. Generat mihi tribulos: cum me diuitiarum secularium cupiditate disceriat. Spina enim Christiano auaritiæ suæ radix est. Spina viro bono honoris ambitio est. Videtur enim specie apud suos grata esse: sed lædunt: His ergo nisi vigilando & ieiunando carere non possumus: quin potius vt inuentiam ipse spinæ ventur in rosam. Prodeunt enim ieiunando libido castimoniam, superbia humilitatem, sobrietates paritatem. Hi enim sunt flores vitæ nostræ, qui suauē Christo redolent: qui odorem bonum Deo spirant. Vnde ait Apostolus; Quoniam Christi bonus odor sumus Deo. Hanc ergo quadragesimam largitus est nobis dominus: vt huius temporis spocio in morem totius creaturæ nunc concupiscamus virtutum germina: vt in die paschæ fructum iustitiæ proferamus. Hoc autem quadragesimæ numero seipse Dominus Christus exercuit: non profectum ipse caperet, sed vt profectum salutis nobis ostenderet. Hæc enim erat in illo spina peccati, quæ verteretur in florem. Ipse enim erat flos natus non de spina, sed de virga, sicut ait propheta; Exhibet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Virga enim erat Maria nitida, subtilis, & virgo: quæ Christum velut florem integritate sui corporis germinauit. Continuatis ergo quadragesimæ diebus, hæc ieiunia non esuriens dominus procurauit, sed dicit illum euangelista esurisse postea: Quomodo ergo potest fieri, vt, qui tot dierum numero famem, sitimq; non senserit, postea esurierit? Esuriebat plane, nec negare possumus, quoddam esurierit: Esurit enim non cibum hominum, sed salutem: nec escharum secularium epulas concupit, sed animarum desiderauit caelestium sanctitatem. Cibus enim Christi est redemptio populorum: cuius Christi est paternæ voluntatis effectus, sicut ipse ait; Meus autem cibus est, vt faciam voluntatem patris, qui me misit. Vnde & nos esuriamus cibum, non qui terrenis epulis apparatur, sed qui diuinarum scripturarum lectione colligitur. Ille enim corpus ad tempus nutrit, hic autem animam reficit in æternum.

E. I. V. S. D.

EIVSDEM DE EODEM

Sermo 10.

ep. sum. 37.

Si bene retinet, fratres, vestra dilectio: hac superiore dominica praedicauimus, quod sanctam quadragesimam abstinendo ipse dominus conserauerit: & tot diem noctiumque curriculo cibum omnino non capiens: vnum ad solidum ieiunij corpus effecerit, quod in totum non obseruare, sacrilegum est: ex parte violare, peccatum est. Hoc enim fecit causa salutis nostrae, vt rem vtilem non solum doceret verbis, sed etiam exemplis instrueret, vt iisdem vestigijs, quibus ad fidem currimus, ad abstinentiam graderemur. Sed videamus, quae causa steterit, vt ieiunia saluator indiceret, & ipse sibi primum vt bonus humani generis medicus ieiunaret. Bonus enim medicus poculum, quod ergo daturus est, prior gustat vt peritiam artis suae ante in se ipso demonstrat, & experimentum aeger accipiens securus sit de poculo, securior de salute. Deinde quo loci hoc ipsum tempus ieiunij procuraret: Dicit enim euangelista abstinuisse dominum quadraginta diebus, & noctibus in deserto: Arbitror itaque causam hanc esse ieiunij: vt, quia primus Adam in paradiso constitutus, per intemperantiam gulae gloriam immortalitatis amiserat, eandem immortalitatem secundum Adam Christus per abstinentiam repararet. Et quia contra mandatum Dei gustans de interdita arbore, peccatum mortis incidit: nunc secundum mandatum domini ieiunans, vitam iustitiae mereret. Hoc enim ait saluator, vt iisdem vestigijs, quibus admisa fuerint, delicta purgentur: hoc est, vt, quia homo manducando deliquerat, corrigat abstinendo, vel quia epulando mulierem cognouerat: nunc eandem ieiunando despiciat. Adam enim Euam non nisi intemperantia prouocante cognouit. Quando autem mansit illi intemerata parcitas, mansit & impolluta virginitas, & quando ieiunauerunt ab interdicitis epulis, tamdiu & a pudendis ieiunauerunt peccatis. Fames enim amica virginitatis est, inimica lasciuiae. Saturitas vero castitatem prodigit, nutrit illecebram. Igitur, sicut dixi, hoc egit dominus, vt iis praedictis, quibus homo obnoxius peccato fuerat, liberetur. Propterea naque per omnia secundum similitudinem Adae nasci voluit: vt secundum similitudinem omnia hominis peccata dissolueret. Adam enim de terra virgine natus est: & Christus de Maria virgine procreatus. Illius maternum solum needum scissum fuerat: illius maternum secretum nunquam concupiscentia violatum. Adam Dei manibus plasmatur de limo: Christus Dei spiritu formatur in utero. Vterque ergo oritur sine patre, vterque virgine vitur matre: vterque sicut euangelista dicit, filius Dei est, sed Adam creatura est: filius Christus vero substantia. Hoc ergo agit dominus, sicut Adam secundus: vt quod prior homo manducando proderat, hoc alter ieiunando recipiat: ac legem in paradiso abstinentiae datam in deserto custodit. Sciebat enim preceptum Dei non vnus loci legem esse, sed mundi. Non enim interest diuinitatis mandatum vtrum domi, an in agro custodias: cum vbiq; sit qui praecipit. In deserto itaq; saluator implet mandatum Dei: vt ibi Adam saluaret errantem, vbi fuerat de paradisi possessione proiectus. Adam enim expulsus de paradiso inculci mundi deserta sustinuit. In

Matth. 4.

Luc. 3.

deserto ergo primum homini salus refunditur: vbi non sunt epulae, vbi desunt deliciae, vbi, quod est omnium malorum causa, deest & mulier. Potuerat enim Adam inter illas paradisi incensus illecebras delicias: si Eua ibidem cum diabolicis illecebris non fuisset. Conueniens ergo est desertum saluti: vbi non est Eua, quae persuadet, non est mulier, quae blanditur. Videte rem miram in paradiso, cum Adam diabolus dimicet, vbiq; insidiatur homini, vbiq; congregitur, sed vbi mulierem inuenit, vincit, sed vbi mulierem non inuenit, victus abscedit. Formam igitur dedit nobis Deus in hoc facto: vt ieiuniorum tempore tanquam desertum habitans, abstineamus epulis, voluptate, muliere: nec coniungatur nobis Eua: ne nos a casta obseruatione, illecebrosa persuasione subuertat. In deserto enim quodammodo videtur habitare, qui quadragesimae tempore ieiunans, & castus est. Desertum plane quoddam ipsum corpus est Christiani, cum non repletur cibis, non poculis irrigatur: sed aereis inediae squalore negligitur. Desertum inquam est corpus nostrum: cum abstinentia marcescit caro, sicut pallor obducitur, & contemptum rerum totius hominis species inculca fordescit. Tunc Christus dominus habitat desertum peccatoris nostri, cum nostram terram fame squalidam, ac siti aridam esse reperit, secundum quod ait propheta David: Sicut in terra deserta, & inuia, & in aqua sic in sancto apparui tibi. Aliter enim sicut in sancto ei apparere non possumus, nisi terra corporis nostri fuerit deserta mundanis delitijs, inuia diabolicis concupiscentijs, & in aqua libidinosis illecebris. Tunc habitans saluator hoc desertum corporis nostri, omnes ibi diaboli factiones exuperat, & secretum, ac securum a cogitationibus saeculi esse suum facit habitaculum: vt deinceps nos intra nosmetipsos veluti in solitudine constituti non nisi caelum respiciamus, & terram: hoc est, non cogitemus alium nisi caelestis regni dominum, & terrenae resurrectionis auctorem.

Psal. 62.

EIVSDEM DE IEIUNIIS & QUADRAGESIMA. Ser. 2.

Ep. Ser. 3.

Propitia diuinitate ecce iam pene transigimus quadragesimae indicia ieiunia, & praepcepta Christi domini abstinentiae deuotione compleuimus: Superest nunc, vt, quemadmodum famuli eius Moyses, & Elias hunc sacratissimum numerum obseruando gratiam meruerunt: ita & nos hoc ipsum tempus custodiendo mereamur: sitque similis remuneratio in perceptione praemij: quorum similis labor est in obseruatione ieiunij. Elias enim cum esset clausum humanis iniquitatibus caelum, & nulla mundanis rebus desuper pluuiarum stillaret vberitas, atque omnia longe siccitate squalore languerent, & esset fames magna vniuerso generi humano: quoniam enim caelum pluuiam non dabat, nec terra pabulum germinabat: tunc Elias sanctus referauit ieiunijs suis caelum, terram orationibus fecundauit. Illius enim siccitatem conuertit in pluuiam, huius sterilitatem resolutum in partum. Tanta enim eius precibus orbem terrarum imbrium largitis irrigauit, vt arida reuiuiscerent, mortua resurgerent, languentia sanarentur. Et ita rebus cunctis fontium quidam mearus infusus est: vt purificatione facta per pluuiam omnia

3. Reg. 18. 19.

Matth. 7.

Matth. 16.

Sanctorum innocenti.

Symboli apostolicus auctoritas.

nia creaturatur vitia lauarentur, atque inundationis illius beneficio totius mundi species innata confurgeret. Igitur & nos eadem, quae Elias obseruantes ieiunia, adhibitis precibus clausum caeli nostris comperentibus referemus, quatenus illos lauari salutaris imber illuminet. Clausum enim illis est caelum, quando nondum de caelo spiritus sanctus adueniens eorum corda viuificat: siccitatem quodammodo patiuntur: quia nondum gratia baptismatis irrigantur. Laborant etiam fame magna: quoniam velut esurientes caelestia sacramenta desiderant. Referemus ergo illis caelum, vt adueniente desuper spiritali pluua, eorum terra lauari irriguo satietur, & delictorum sterilitate deposita, incipiant fructus germinare virtutum. Etenim caelestis imber vitia peccatorum diluit, iusticiae incrementa producit, discutit atidum concupiscentiae puluerem, laetificat vtilem castimonie puritatem, obruit auariciae sordidam faeces, nutrit aeternam misericordiae largitatem. Sicut enim super veniente Eliae pluua, omne pabulum terra produxit: ita & superueniente Christi lauacro, omnem iustitiam animae germinauit. Et sicut illic pluuiarum fontes irrigauerunt orbem, vt viuificarentur herbarum mortificata iam femina: ita & fons baptismatis irrigat genus hominum, vt animalium mortificata corda viuificent. Hoc ergo obseruantium ista ieiunia est meritum: vt orationibus eorum aut innotetur mundus, aut fratres de nouo renascantur. Referendum igitur competentibus nostris est caelum, quoniam adhuc clausum est apud illos. Clausum est enim caelum: quoniam mysterium nondum peruidet trinitatis. Clauso enim sibi caelo, super caelum quid agitur, ignorant, nec scire possunt, quae sit filij, patrique substantia, nisi prius mundi elementa transcenderint. Tunc enim poterit quis trinitatis aspicere diuina mysteria, cum caelos sua virtute habuerit apertos: Sicut beatus Stephanus martyr referauit sibi martyrio suo caelos, & stantem vidit ad patris dexteram saluatorem: secundum quod ipse ait, Ecce vides caelos apertos, & stantem Iesum ad dexteram Dei. Ergo cui clausi sunt caeli, agendum est, vt aperiantur illi: quatenus super caelos Christum possit aspicere. Nam, quando clausi sunt homini, Christum non potest videre regnantem: quemadmodum autem clausi caeli aperiendi sunt, inquirere nos oportet. Puto autem aliter eos aperiri non posse, nisi clauis Petri Apostoli sumptis: quia domino largiente suscepit, sicut ipse dixit: Tibi dabo clauis regni caelorum. Immo rogemus Petrum, vt ipse nobis tanquam bonus ianitor regis caelestis aperiat. Quae autem ista clauis sit, diligentius requiramus. Clauem Petri fidem esse dixerim Petri, per quam caelos aperuit, penetravit inferna securus, maria calcavit intrepidus. Tanta enim Apostolicae fidei virtus est, vt cuncta illi elementa pateant: hoc est, non illi angelicae claudantur ianuae, non portae praevaleant tartari, non aquarum fluentia subsidant. Ista autem ipsa clauis, quam fidem dicimus, videmus quemadmodum consistet, quemadmodum solida sit. Arbitror illam duodecim apostolorum operatione constata. Duodecim enim Apostolorum symbolo fides sancta concepta est, qui velut petri artifices in vnum conuenientes, clauem suo consilio coelauerunt. Clauem enim quam dum ipsum symboli dixerim, per quod referatur diaboli tenebrae vt lux Christi adueniat, aperiantur conscientiae clauis

sa peccata, vt iusticiae fulgeat opera manifesta. Igitur haec clauis ostendenda est fratribus nostris, vt & ipsi tanquam discipuli Petri inferna sibi referant, caelos aperire consuecant.

CHROMATII EPISCOPI Aquilegiensis in superius Euang. Sermo.

Cum ieiunatis nolite fieri, &c. Sicut in superioribus praepceptis, ita quoque circa ieiunij obseruationem, ad perfectam nos fidei meritum dominus doctrinae suae mandatis instituit, vt non propter humanam gloriam, sicut hypocritae faciunt, sed propter futuram spem soli domino ieiunemus, a quo expectamus humilitatis huius deuotae mercedem. Verum, qui ita ieiunant, vt magis hominibus quam Deo placeant, habent quidem laborem de corporis afflictione, sed per inanem gloriam mercedem laboris apud Deum habere non possunt: quia, cum solummodo id causa religionis, ac si tei agere debeant, humanae potius laudis gloriam quaerere malunt: & ideo ait dominus; *Atque dico vobis, perceperunt mercedem suam.* Et vnum quidem propositum videtur esse ieiunij, tam eius, qui Deo tantum deuota mente ieiunat, quam etiam illius, qui ieiunans hominibus placere desiderat. Sed distans gratia ieiunatum, quia, quamuis vtrique simile propositum videatur, atque idem ieiunij labor, nec tamen idem fructus est, nec eadem retributio meritorum. Longe enim differt ille, qui propter Deum ieiunat, ab eo, qui propter homines ieiunare proponit: Quia huic pro mercede laboris compensatio fit laudis humanae, illi pro deuotione humilitatis meritum gloriae in futuro seruat. Sic quoque & orationum habitus secundum propositum quidem non differre videtur: secundum animi fidem, & mentis affectum, magna distantia meritorum est. Aliud est enim, vt superius dictum est, sub expectatione humanae laudis orare, aliud ad hoc tantum orare, vt orationis suae a Deo retributore expectet mercedem. Similis causa & circa omnem obseruantiam diuinae religionis. Vnde non immerito dominus, omne studium laudis, atque humanae iactantiae, volens a nobis abesse, docet nos quemadmodum ipsi religioso animo, ac deuota mente placeamus dicendo; *Vos autem cum ieiunatis, vngite caput vestrum, &c.* Vt, si fieri potest, opus ieiunij, & ipsius corporis, atque animae afflictionem, vltimas hilaritate velemus. Cuius rei exempla etiam secundum historiam in sanctis praeterito tempore legitimus praestentia. Nam sanctissima Iudith, cum magno more pro populo esset afflicta, post solennitatem triduanum ieiunij, capite vincto, & lota facie, ita intemae afflictionis tristitiam texit, vt, simulato gaudio, laetari hostibus videretur, ac sic, dum per laetitiam vultus ieiunium texit, de hoste triumphum victoriae reportauit. Similiter Hester sanctissima, dum lota facie, & capite vincto, post triduanum ieiunium intelligi a rege non potuit, Aman illum populi sui inimicum nequissimum interemit. Quid de Daniele, ac tribus pueris dicemus: Qui in tanta abstinentia, inter tot adolescentes, qui cibis regalibus pascebantur, soli vultu caeteris gratiores inueniunt. Sed, quia id secundum litteram diximus, quid etiam secundum spiritalem intelligentiam sentiendum

in mandatum causa religionis, & fidei non tantum ob concupiscentiam carnis reprehendit, vt nouatores dicunt.

tiendū sit, debemus aduertere. In vñctione capitis misericordiā significari cognoscimus. Vnde vngere caput proximo, est misericordiā facere quę misericordiā in paupere facta refertur ad dominū, qui caput viri secundū Apostolū intelligitur, ipso domino dicente: Quādiū vni ex minimis istis fecistis, mihi fecistis. In cuius misericordię vice, diuina retributione velut quodā oleo cęlesti perfundimur ab eo, qui ait: Beati misericordes, quoniam ipsis miserabitur Deus. Nouit hanc cęlestis olei in capite vñctione etiam sanctus Dauid, cum dicit: Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbā. In facie vero lananda, & mundati corporis, & sincerę conscientię puritas significata cognoscitur. Vnde lauare faciem hoc est, ab omni sorde peccatorum, & squalore delicti faciem cordis nostri, & ipsam conscientiam mundam præferre, vt vere lætiam cęlestis gaudij, & hilaritatem sancti spiritus in nobis habere possimus. Ac sic fit, vt dū sub hac fidei deuotione Deo potius quā hominibus ieiunamus, à Deo, qui occultorū est cognitor, accipiamus retributionis æternę mercedē. Hoc enim ait dominus: *Ne pareatis hominibus ieiunantes, sed patri vestro, qui est in absconso, & pater vester, qui est in absconso, reddet vobis.* Si ergo vis caput semper vñctum gerere, & mundam faciem cordis habere, iuxta domini dictū, in fidei operibus misericordię, in fidei deuotione ieiunij, vt placere domino merearis, cui est gloria in secula seculorum. Amen. Deinde ait: *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi arugo, &c.* Prohibet nos dominus in terra thesaurizare vbi omnia in fuma sunt, & caduca. Contrarium est enim fidei, ac saluti, hos terrenos thesauros experere, diuitias seculi querere, facultates mundi sectari, quas possunt & tinea corrumpere, & arugo absumere, & fures rapere. Quia, quicumque magis in terra thesaurizare voluerint, quam in celo, thesauros illos æternę, & cęlestis vitę habere non possunt, dicente ipso domino: quoniam diues difficile intrabit in regnum cęlorum. Similiter & Apostolus; Nam, qui volunt diuites fieri, in cadunt in tērationem, & mulpulam diaboli. Recordemur illius diuitis, qui omnem gloriam suam in seculi thesauris, atque in reddituum suorum vbertate constituit, qui cum propter affluentiam frugum, de ampliandis horreis cogitaret, atque animę suę delicias opum, & securitatem longę vitę promitteret, nō dicam, subripiens fure, hæc, quę congregauerat perdidit, sed ipsam animam sub eadem nocte, cui thesaurizabat, amisit. Vnde non immerito Dauid ipse testatus est, dicens; Thesaurizat, & ignorat, cui congregabit ea. Cogitemus & illum adolescentem, qui cum prope omnia præcepta legis impleset, quia thesauros magis terrenos habuit quā cęlestes, vitę æternę thesauros obtinere non potuit. Et idcirco bene Dauid ait; Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere: Diuitię si affluant, nolite cor apponere. Quapropter vult nos dominus thesauros nostros non in terra, vbi perire possunt, sed in celo recondere, vbi nulla adueria dominantur, vbi fures non effodiunt, id est, diabolus, & angeli eius, nec tinea, nec ergo exterminant, id est, peccata dominantur. Quemadmodum autem hunc thesaurum in celo reponere debeamus, ipse dominus in Euangelio manifestat, dicendo ad illum adolescentem; Vade, vende omnia, quę habes, & da pauperibus, & ha-

Minim austeritatem dicitur de elemosinatore, nisi intelligatur, si fides non constituitur.

Math. 19. 1. Tim. 6.

Psal. 38.

Psal. 61.

Math. 19.

bebis thesaurum in celo. Huiusmodi ergo thesauros, qui æterni sunt, & incorrupti, qui perire non possunt, per opera in fuitiā, per pietatis, ac misericordię merita in berno in celo recondere. In celo enim reconditur, quicquid secundum fidem scripturę in vsum pauperum fideliter erogatur, dicente scriptura; Qui dat pauperi, Deo fecerit. Vnde & sub Apostolis credentes memores huius dominici præcepti, thesaurizasse sibi inuenimus in celo: Quia, venditis vniuersis rebus suis terrenos thesauros ad regna cęlestia transferunt. Et ideo addidit dominus, dicens; *Vbi fuerit thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum.* Quia, si in cęlis semper bonis operibus thesaurizemus, vbi omnis spes, & salus est nostrā, vbi nobis vitę æternę reposita est, in terra licet positi, cor tamen in celo semper habemus. Verum non potest cor in cęlis habere, qui cupiditate seculi captus, thesaurizat sibi magis in terra maluerit. Merito & sanctus Apostolus etiam diuites seculi, quemadmodum hunc thesaurum cęlestem consequi possint, hortatur dicens; Diuitibus huius seculi præcipe, non superbe sapere, neque ponere in incertum diuitiarū spem suam, sed in Deum viuum, qui præstat nobis omnia abundanter ad viuendum. Beneficentia, diuites sunt in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi in futurum, vt apprehendant veram vitam ab eo, qui autor est vitę, & immortalitatis æternę, cui est laus, & gloria in secula seculorum, Amen.

Act. 4.

1. Tim. 6.

S. HIERONYMI PRESBYTERI IN IDEM EUANG.

Exterminant enim facies suas, &c. Verbum exterminant, quod in ecclesiasticis scripturis vitio interpretum ritū est: aliud multo significat, quā vulgō intelligitur. Exterminantur quippe exules, qui mittuntur extra terminos. Pro hoc ergo sermone, demoliantur semper accipere debemus: quod Græce dicitur ἀπαίρειν. Demolitur autem hypocrita faciem suam, vt tristitiā simulet: & animo forte lætante, luctum gestat in vultu. Tu autem cum ieiun. &c. Iuxta ritum provincię Palęstinę loquitur: vbi diebus festis solent vngere capita. Præcepit igitur: vt quando ieiunamus, lætos & festiuos nos esse monstremus. Multi legentes illud psalmista: Oleum peccatoris non impinguet caput meum. E contrario esse volunt bonum oleum: de quo alibi dicitur: Vixit te Deus Oleo lætitię præ participibus tuis. Et id præcipi, vt exercites virtutes, spiritali oleo principale cordis nostri vngere debeamus. *Vbi enim est thesaurus tuus, &c.* Hoc non solum de pecunia, sed & de cunctis passionibus sentiendum est. Gulosi Deus, venter est: ibi ergo habet cor vbi est thesaurus. Luxuriosi thesauros, epule sunt. Lasciuo ludicra. Amatoris, libido. Huic seruit vnusquisque quo vincitur.

Psal. 140. b.

S. IO. CHRYSOSTOMI EPISCOPI CONSTANTIN. IN SUPERIORI EUANG. HOMIL.

Quoniam autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocrita tristes. Exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus

Ex Hom. 11. in Math. minibus

minibus ieiunantes. Gemere proflus hoc loco, & amatum quiddam inuenire nos conuenit. Non solum enim hypocritas imitatur, sed illos quoque simulatione ipsa transiit. Non enim pluribus noui non ieiunantes modo, idq; ipsum omnibus ostentantes, sed non ieiunantes quoque, & personam sibi ieiunantium nihilominus induentes, ac peccato ipso grauiorem sibi excusationem parantes. Ne, inquit, scandalizem multos id facio. Quid agis? Diuina lex est ista præcipiens, & tu hominum meritis offensam, & custodis quidem præceptum Dei, scandalizare te putas, transgrediens verò scandalis liberari? Er quid hac vecordia possit esse detentus? Quādiū igitur ita tam foeda simulatione non desinis, qui ipse quoque hypocritis horribilior effectus es, quippe maximum huius vitij intelligens cumulum, ipsum verbi non erubescis sonum? Non enim tantummodo simulare te dixit, sed amplius huiusmodi volens castigare figmenta: *exterminant, inquit, facies suas, hoc est, corrumpunt, atque dispergunt.* Si verò facie corruptio est propter inanem gloriam pallidum apparere quendam quiddam dicendum est de fideis, atq; picturis corruptibus facies sceminarum in perditionem iuuenum lasciuorum? Nam illi quidem, qui ostentant pallorem ieiunij, semetipsum tantummodo: hæc verò & seipsum, & eos, a quibus videntur, interimunt: propter quod vtranque pestem multo cum studio nos oportet effugere. Neque enim nos non ostentare solummodo, ac latere præcipit, quod fecit & supra. Nam de elemosyna quidem loquens, non simpliciter hæc posuit, sed quum dixisset; Attendite ne faciatis coram hominibus, addidit: vt videamini ab eis. In oratione verò, atque ieiunio nihil tale signauit, quare istud? quia elemosynam quidem impossibile est omnes latere, orationē verò, atque ieiunium, secretum esse possibile est, sicut enim cum dixisset; Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, non de manibus id dixit, sed studium, quod omnes clari oportet, expressit. Dūmq; cubicalium ingredi iussit, non omnino, nec principaliter tantummodo iussit istic orari, sed id ipsum tutus explicuit: ita hic quoque, cum vngi iussit, non vt vngamur omnino præcepit: siquidem inueniremur omnes hanc præuaricari legem, & illi ipsi, qui ceteræ præ omnibus illam custodire decertant, populi profectō monachorum, qui in secreta montium recesserunt. Non hoc itaque præcepit: sed, quia mos iste apud veteres fuit, vt lætitię suę tempore læpvis vngentur, quod facillē & sancti Dauid, & Danielis doceret exemplo: præcepit vngi, non vt hoc omnino faciamus, sed vt semper omnium diligentia bonum hunc thesaurum studeamus occultare, atque, vt hoc ita se habere cognoscas, ipse id, quod sermone præcepit, opere compleuit. Er cum per quadraginta dies ieiunasset latenter, nec faciem suam lauasse, nec caput legitur unxisse, sed tamen cum ista non fecerit, supra omnes absque vlla glorię vanitate cuncta perfecit, quod ceteris nobis præcepit, hypocritas in medium proferendo, nōsque ab hoc vitio duplici abstractendo. Nam & aliud quiddam hypocritarum appellatione notauit, non solum rem ipsam esse ridiculam, damnosamque, verum etiam imposturam non diurnam esse monstrando, per quod ceteris audientem à maligna hac cōcupiscentia proflus abducit. Tādū enim hypocrita clams apparet, quando assistit spectantium multitudo, imò nec tunc

quidem coram omnibus clarus. Norunt enim videntium plurimi, qui sit, quem non esse se simulet. Veruntamen, teatro illo, sub ipso dissoluto, qualis sit manifestissimē omnibus reuelatur. Hoc igitur glorię cupidus pati proflus necesse est. Nam hinc eis omnino manifesti sunt, quia nō hoc sint, quod videntur, sed tantummodo sub hac studeant latere persona, multo autem magis capiendi sunt in futuro, cum nuda omnia apparuerint, atque perspicua. Sed aliunde quoque eos ab hypocritis proflus abducit, dum videlicet ostendit facile hoc esse præceptum. Neque enim extendens dierum continuatione ieiunium, longius id fieri iubet, sed admonet, ne ipsius ieiunij corona decereat: itaque quod solū videtur onerosum, hypocritis, nobisque commune est. Nam & illi vtique ieiunant, quod verò est leuissimum, ne scilicet laborantes mercede priuemur, hoc nobis dominus imperauit, laboribus quidem nostris addens nihil, mercedem verò nobis cum omni congregans cautione, neque incoronatos, sicut hypocritas abire permittens, atq; illorum nos esse imitatores volens, qui in Olympio agone decertant, qui tanto cetero populo confidente, tantisq; principibus, vni placere festinant, victoriam scilicet eorum brauiis splendentibus honorant, quum ceteri ille longē sit inferior nostris spectatore certaminis, cui vt velis tuam monstrare victoriam duplex te causa, & grandis inuitat, quia scilicet & solus ipse est, qui possit brauto honorare victorem, & absque collatione vlla spectantes omnes dignitate præcellit. Tu verò te aliis ostentas, non modò te nihil iuuantibus, sed etiam multum profectō lædentibus: at tamen ne hoc quidem, inquit, verò. Nam, etsi etiam omnibus vis placere, expecta paululum, & ego istud tibi monstrare copia, & cum maxima quidem mercede præstabo. Nunc verò ab ea te istud, quę ex me est, laude distellit, vt contra humanę glorię neglectus, de spectatū que coniungit, per quod in futuro quidem plurima cum licentia laude omnium perfrueris, sed non mediocre tamen etiam hinc commodum capeflurus, vbi & humanam hanc, presentemque gloriam virtute proculcas, & à pessimo hominum seruitio liberaris, & idoneus operarius virtutis efficiaris: nunc verò è regione, si humanam gloriam concupiscis, etiam si in solitudine fueris, omni virtute nudaberis. Non enim habes, qui spectare, aut laudare possint: quod ceteri maximam est iniuriam ipsi facere virtuti, si scilicet eam non propter ipsam, sed propter æarios, funarios, & reliquum platearum vulgus sequaris. Vt enim te mientur mali, & à virtute procul remoti, ad ostentationem, atque ad spectaculum tu ipsos quoque aduocas virtutis inimicos: quod ceteri tale est, quale si esse quispiam vtique velit pudicus, non vt pudicitie bonum impleat, sed vt placeat impudicis. Et tū igitur nequaquam elegisses vtique virtutem, nisi aduersariis eius placere voluisses, quam profectō hinc esse admirationi decet, quia quoque à propriis laudatur inimicis. Admirari ergo debemus eam, vt dignum est, non propter alios vtique, sed propter ipsam omnino virtutem: quia & nos, quādo nō propter nosmetipsos, sed propter alios amamur, huiusmodi dilectionē arbitramur iniuriam. Hoc igitur etiam in virtutis ratione considera, vt eam neque propter alios appetas, neque propter homines obediās Deo, sed propter Deum potius hominibus. Alioquin, si virtutem etiam videaris se-

**scilicet agere nos habet.*

qui, nihilominus similis non sequenti, Deum in iracundiam concitasti. Sicut enim ille non faciendo inobediens fuit, ita tu non ritè faciendo. *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra.* Quia enim inanis gloriae morbum fugat, facile iam contemptum habendi, & mundi consequenter inducit. Nihil quippe ita ad amorem diuitiarum, vt gloriae cupiditas inflamat. Propter hanc nanque homines & feruorum greges, & eunuchorū cateruas, & equos aureis phaleris insignes, & argenteas menfas, & alia magna tidenda conquirunt, non vt expleant necessitatem, non vt capiant voluptatem, sed vt sese possit ostentare quam plurimis. Superius igitur tantummodo, quia misericordem fieri oportet: hic verò & quantum misereri oporteat, ostendit dicendo: *Nolite thesaurizare.* Quia enim importunum erit inter ipsa initia dicendi de contemptu rerum subidè inferre sermonem, propter quandam scilicet auaritiæ tyrannidem, paulatim vitij huius inducit horrorem, ab eo que liberat, ægotantes, ac sensim animum auditoris ingreditur, vt & facilius recipi possit, & gratius. Propterea enim primo quidè ait: *Beati misericordes, post hoc verò.* Esto confentiens aduersario tuo: postque illud: *Si quis, ait, voluerit tunicam tuam tollere, & iudicio contendere, da ei & pallium:* hic verò multo illis omnibus maiora commemorat. Nam ibi quidem dixit, quoniam, si litem tibi videris imminuentem, etiam illa, quæ habes, indulgentius est enim iurgio liberari, quam retinere materiam iurgiorum. Hic autem neque aduersarium, neque in iudicio certamen, neque alium quenquam omnino commemorans, ipso prorsus docet habendi gaudere contemptu, ostendens, quia non tam propter eos, in quos fit ipsa misericordia, quam propter istos, quos facere cohortatur, ista præcipiat, vt, etiam si nemo fuerit lædens, atque in iudicium trahens, nihilominus præsentia contemnamus, eaque indignibus ministremus. Et ne hic quidem posuit omnino, sed hic quoque gradatim incedit, ac sensim: & certe, quum magnum ostendisset in eremo super hac virtute certamen, at tamen non ponit istud, neque adducit in medium. Nondum enim reuelandi ea tempus aduenerat, sed interim cogitationes cordis examinat, consiliatoris magis, quæ latoris legis vicem hoc sermone custodiens, Dicendo enim: *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. vbi arugo, & tineæ demolitur, & vbi fures effodiunt, vt furentur.* Ostendit & terrenum hunc thesaurum noxæ facile patentem, & celestem illum ab omni labe secretum, & tutissimum, vel de loco scilicet, vel de ipsa eminentia præriorum. Nec tamen vsque ad ista progreditur, sed alterum quoque eius sensum ministrat, & in primis vnde plurimū metunt, inde illos potissimum cohortatur. Certè hoc, inquit, times, ne decoatur pecunia, si elemosynam largiaris. Da igitur elemosynam, & tunc pecunia tuta seruabitur, quodque est amplius, non modò non consumetur ipsa, verum etiam maiora incrementa suscipiet. Nam illa quoque, quæ in celo sunt habenda, commemorat, quod licet modò reticere videatur, postea tamen diligenter inculcat: nunc verò interim adducit in medium, quod eos maximè etiam poterat cohortari, quod scilicet thesaurus eorum maneat in expensis, per quod etiam ad studium misericordis inuitat. Non enim tantummodo ait, si thesaurum tuum in elemosynam erogaueris, conseruasti, verum etiam è con-

trario comminando: nisi, inquit, erogaueris, perdidisti. Et considera ineffabilem sapientiam, non enim dixit aliis illa dimittes: nam hoc quoque dulce non nunquam homines existimant: sed eos potius aliunde deterret, videlicet ostendens, quoniam neque istud inueniant. Et si enim homines, inquit, nequaquam isti thesauro possent nocere: sunt tamen alia profectò, quæ noceant, tineæ scilicet, & arugo, quanquam enim capi facile species ipsa videatur, in expugnabilis tamen est, nec cohiberi vnquam potest. Et quantalibet contra eiusmodi noxam requiras, nūquam illam valebis arcere. Quid igitur? Aurum tineæ corrumpitur? Nequaquam profectò, sed quod à tineis non consumitur, asportatur à furibus. Quid ergo? Omnè sine spoliatis putamus? Et si non omnes, sed certè quam plurimos: propterea quippe & alium, vt paulò ante dixi, sensum inferens, ait: *Vbi fuerit thesaurus tuus, ibi & cor tuum.* Etiam si nihil, inquit, tale contingeret, non tamen exiguum pateris incommodum, terrenis rebus affixus, & seruus factus es libero, & celestibus bonis excedens, nunquam de sublimibus cogitare, sed pecunias ingerit, & vsuras, & scenus semper, ac lucra, & redditus tabernarum illiberales, quum ab his omnibus liber possis quietem agitare. Quo quid tandem queat infelicium inueniri? huiusmodi quippe deterius quàm quilibet seruus afficitur tyrānidè huic scævissima subiungatur: quæque omnibus potiora sunt, pariter abiciens, propterea scilicet libertatis, ac nobilitatis in signa. Quæ tamenque enim tibi aliquis voluerit de veritate disserere, mente pecuniis affixa, nihil ex vtilibus poteris audire, sed quasi quidam canis ad sepulchrum reuinctus, & tyrannide pecuniarum omnica tenacius illigatus, aduertes te, atque posscentes latratibus tuis personas, vnum, atque idem inge opus exequens, vt aliis reposita conserues: quo quid vnquam possit miseris iudicari? Sed tamen, quia hoc celsum erat, quam vt ad illud auditorum mens possit ascendere, & neque custoditi thesauri damnum, neque contempti lucri facile poterant intelligi: sed opus erat sapientiore, ac perfectiore sententia, quæ hoc vtrunque perpederet sic quidem illa præmisit, vt tamen postea manifestiora subiungeret; *Vbi enim fuerit thesaurus tuus, ibi & cor tuum.* Facit verò illud etiam in alio sermone lucidius; *Lucerna corporis tui est oculus tuus.* ac si diceret; Ne defoderis aurum tuum, nec quicquam aliud eiusmodi: siquidem tineæ illa, & arugini, ac furibus congregabis: si verò has aliquo modo pestes effugeris, tamen tamen cor seruitio subiugare, terræque affigere non omnino effugies. *Vbi enim fuerit thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum.* Igitur, si thesaurum tuum consideris in celo, magnam hic mercedem capessis, quod illuc mente transgredieris, & ea, quæ ibi sunt, cogitas, de que illorum es possessione sollicitus. Vbi enim thesaurum tuum reponis, illuc transponis & mentem. Ceterum, si id facias in terra, in ipsa proculdubio totus herabis.

EIVSDEM DE EODEM

Euang. Hom. 1.

In illo tempore, dixit Iesus discipulis suis: cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocrita tristes. Et reliqua. Sicut in superioribus præceptis, ita quoque circa ieiunij observationem ad perfectæ nos fidei meritum dominus

Et si Euan. 10. ut vult in Math.

dominus

minus doctrinæ suæ mandatis insituit, vt non propter humanam gloriam, sicut hypocritæ tristes faciunt, sed propter futuram spem, soli domino ieiunemus, à quo expectamus humilitatis huius deuote mercedem: verum qui ita ieiunant, vt magis hominibus, quam Deo placeant habent quidem laborem de corpore afflictione, sed per inane nam gloriam mercedem laboris apud Deum habere non possunt: qui cum solummodo id causa religionis, ac fidei agere debeant, humanam potius laudis gloriam querere malunt, & ideo ait dominus: *Amen dico vobis, percipietis mercedem suam.* & vnum quidem propositum videtur esse ieiunij, tam eius qui Deo tantum deuota mente ieiunat, quam eius illius qui ieiunans hominibus placere desiderat. Sed distat gratia ieiunatum, quamuis vtriusque simile propositum videatur. Atque idem ieiunij labor, non tamen idem fructus est, nec eadem retributio meritorum. Longè enim differt ille qui propter Deum ieiunat, ab eo qui propter homines ieiunare proponit: quod huic pro mercede laboris compensatio sit laudis humanæ, illi pro deuotione humilitatis meritum gloriae in futuro seruat. Sic quoque & orantium habitus, secundum propositum quidem non differre videtur, sed secundum animi fidem, & mentis affectum magna est distantia meritorum. Aliud est enim, vt superius dictum est, sub expectatione laudis orare, aliud ad hoc tantum orare, vt orationis suæ à Deo retributore expectet mercedem. Similis causa est circa omnem obseruantiam diuini religionis. Vnde non immeritò dominus omne studium laudis, atque humanæ iactantiæ volens à nobis abesse docet nos quemadmodum ipsi religio animo, ac deuota mente placeamus, dicens: *Vos autem cum ieiunatis, vngite caput vestrum, & faciem vestram lauare: & reliqua.* Vt, si fieri potest, opus religioni ieiunij, & ipsius corporis atque animæ afflictionè vultus hilaritatem vellemus: cuius rei exempla etiam secundum historiam præterito tempore legitur præstentia. Nam sanctissima Iudith, cum magno more pro populo esset afflictæ, post solennitatem triduanæ ieiunij capite vincto, & lota facie, ita internæ afflictionis tristitiam textit, vt simulato gaudio lætari hostibus videretur: ac sic dum læticia vultus ieiunium textit, de hoste triumphum victoriæ reportauit. Similiter Hester sanctissima, dū lota facie, & capite vincto, post triduanum ieiunium intelligi à rege non potuit, Aman illum populi sui inimicum iniquissimum interemit. Quid de Daniele, ac de tribus pueris dicimus, qui in tanta abstinentia inter tot adolescenter, qui cibis regalibus pascebantur, soli vultu cæteris gratiores inueniunt? Sed quia id secundum literam diximus, quid etiam secundum spiritalem intelligitiam sentiendum sit, videamus. In vinctioe capitis, misericordiam significari cognoscimus. Vnde vngere caput proximo est misericordiam facere: quæ misericordia ad pauperem facta, refertur ad Deum, qui caput vni secundum Apostolum intelligitur, ipso domino dicente: *Quandiu vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* In cuius misericordiam vice, diuina retributione, velut quodam oleo celesti perfundimur, ab eo qui ait: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericoribitur Deus.* Nouit hanc celestis olei in capite vinctioe etiam sanctus David, cum dicit: *Sicut vnguentum quod descendit in barbam.* In facie verò lauanda, emun-

dari corporis, ac synceræ conscientie puritas significata cognoscitur. Vnde lauare faciem, hoc est ab omni forde peccatorum, & squalore delicti faciem cordis nostri, & ipsam conscientiam mundam præferre, vt verè læticiam celestis gaudij, & hilaritatem sancti spiritus in nobis habere possimus. At sic fit, dum sub hac fidei deuotione Deo potius, quam hominibus ieiunamus, à Deo qui occultorum est cognitor, accipimus retributionis mercedem. Hoc enim ait dominus: *Ne paratis hominibus ieiunantes: & reliqua.* Si ergo semper vis caput vinctum gerere, & mundam faciem cordis habere, iuxta domini dictum, in fide fideliter operibus misericordig, in fide deuotioni ieiunij, vt placere domino merearis. Deinde ait: *Nolite, inquit, thesaurizare vobis thesauros in terra: & reliqua.* Prohibet nos dominus in terra thesaurizare, vbi omnia infirma sunt & caduca. Contrarium est enim fidei ac saluti hos terrenos thesauros expetere, diuitias seculi querere, facultates mundi seclari, quas possunt & tineæ corrumpere, & ærugo absumere, & fures rapere, quas quicumque magis in terra thesaurizare voluerint, quam in celo, thesauros illos æternæ & celestis vitæ habere non possunt, dicente ipso domino: *Quoniam diues difficile intrabit in regnum celorum.* Similiter & Apostolus: *Nam qui volunt diuites effici, incidunt in tentationem, & mulpulam diaboli.* Recordemur illius diuitis, qui omnem gloriam suam in seculi thesauris, atque deliciarum suarum constituit: qui cum propter affluentiam frugum, de amplioribus horreis cogitaret, atque animæ suæ delicias opum, & securitatem longæ vitæ promitteret: nò dicam surripiente fure, hæc quæ congregauerat, perdidit, sed ipsam animam sub eadem nocte, qui thesaurizabat, amisit. Vnde non immeritò David ipse testatus est, dicens: *Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea.* Cogitemus & illum adolescentem, qui cum prope omnia præcepta legis implestet, quia thesauros magis terrenos habuit, quàm celestes: vitæ æternæ thesaurum obtinere non potuit. Et ideo bene David ait: *Diuitiæ si affluent, nolite cor apponere.* Perire possunt, sed in celo reconde, vbi nulla aduersa dominantur, vbi fures non effodiunt, nec furantur, id est, diabolus & angeli eius. Non tineæ, nec ærugo exterminat, id est, peccata quæ huic seculo dominantur. Quemadmodum autem hunc thesaurum in celo reponere debeamus, ipse dominus in euangelio manifestat, dicendo ad illum adolescentem: *Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo.* Huiusmodi ergo thesauros, quia æterni sunt, & incorrupti, qui perire non possunt, per opera iustitiæ, per pietatis ac misericordie merita iubemur in celo recondere. In celo enim reconditur, quicquid secundum fidem scripturæ, in vsum pauperum erogatur, dicente scriptura: *Qui dat pauperi, Deo generatur.* Vnde & sub Apostolis credentes memores huius dominici præcepti, thesaurizasse sibi inuenimus in celo, qui venditis vniuersis reb' suis, terrenos thesauros ad regna celestia transferunt. Et ideo addidit dominus, dicens: *Vbi fuerit thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum.* Quia si in celo semper bonis operibus thesaurizamus, vbi omnis spes & salus nostra est, vbi nobis vita æterna reposita est: in terra licet positi, cor tamen in celo semper habemus. Verum non potest cor in celo habere, qui cupiditate seculi ca-

Math. 9. b

Math. 6. b

Judith 9. & 3. a

Hester 4. d & 7. c

Dan. 1. a

1. Cor. 11. a & 2. Cor. 10. 5. d

Math. 15. a

Psal. 13. 2. a

Math. 19. e & 23. 6. b

Luc. 12. c

Psal. 38. b & Math. 10. c

Psal. 61. a

Math. 19. e

Prover. 19. 3 & Eccl. 5. 9. a

Math. 6. r

ptus , thesaurizare sibi in terra maluerit. Meritò & sanctus Apostolus, etiã dixit seculi quemadmodum hanc thesaurum celestem cõsequi possint, hortatur dicens: Diuitibus huius seculi precipi non superbe sepe, neque ponere spem suam in incerto diuitiarum, sed in Deũ viuũ, qui præsstat nobis abundantẽ omnia ad fruendum. Benefaciant, diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi in futurum, vt apprehendant veram vitam, ab eo qui est author vite, & immortalitatis æternæ, cui laus & gloria, in secula seculorum, Amen.

**A V T H O R , D I C T V S I M -
perfectus in Euan-
gelium idem.**

QUAM autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocrita tristes, exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Omnium malorum prima, & fortiora sunt tria mala, id est, gula, auaritia, vana gloria. Aduersus quæ dominus tentationis suscipiens bellum, pugnavit pro nobis, Contra gulam in eremo, contra auaritiam supra montem, contra vanam gloriam supra templum. Item omnium bonorum prima, & fortiora sunt tria bona: eleemosyna, oratio, & ieiunium. Et vide quomodo aduersus tria mala inuenta sunt & tria bona, id est, eleemosyna contra auaritiam, ieiunium contra gulam, oratio contra vanam gloriam. Dic nobis, ecce ieiunium contra gulam venit, quia contrarium est ieiunium gulae: & eleemosyna contra auaritiam conuenit, quia auaritia congregat, eleemosyna autem dissipat. Oratio quomodo contra gloriam vanam? Audi, Omnia mala, quæ sunt in mundo habent contraria bona, per quæ superentur: vt puta fornicatio castitatem, superbia humilitatem, iracundia mansuetudinem. Et nullum est malum, quod non habeat contrarium bonum; per quod superetur, dempta vana gloria. Ideo quantuis bona feceris volens compescere vanam gloriam, tanto magis excitas eam: & causa est ista: quia omne malum ex malo nascitur, sola autem vana gloria de bono procedit: ideo non extinguitur per bonũ, sed magis nutritur. Denique inter homines peccatores tentatio vanæ gloriæ non habet locum. Fornicarius enim, aut raptor, quomodo tentetur in gloria vana, qui non habet vnde gloriatur? Illi autem tentationem vanæ gloriæ patiuntur, qui tale aliquid faciunt, vnde gloriatur. Ergo nullum remedium potest esse contra vanam gloriam, nisi oratio sola: & hæc ipsa vanitatem generat, nisi cautè prospexeris, si forte bene oraueris. Altera de eleemosyna, & ieiunio, & oratione diuisio in lege scripta est. Non intres ante conspectum Dei tui vacuus. Vacuus autem intrat ante Deum, qui veniens ad orationem, nullam eleemosynam facit. Non solum in veteri testamento, sed etiam in nouo precipitur, vt per singulas septimanas vnusquisque Christianus aliquid in gazophylacium mittat ad orationem venturus, sicut ait Apostolus: Vnusquisque vestrum per singula sabbata quod illi placuerit apud se reponat, vt (non quum venero) tunc collegetur. Item dicit Salomõ: Ante orationem præpara animã tuam. Ille præparat animam suam ante orationem, qui faciens eleemosynam venit ad orationem. Sicut enim oleum accendit lumen lu-

a. Tim. 6. 4

Ex. 13. 21. 4. et casti.

Ex. 13. 21. 4.

1. Cor. 16.

Eccl. 18.

cernæ, ita & bona opera excitant fidem cordis, & dant cõsidentiam animæ apud Deum orandi. Ergo eleemosyna præparatio est orationis. Item ieiunium est adiutorium orationis, quia oratio sine ieiunio gracilis est, & infirma. Nam oratio illa est fortis quæ fit in spiritu humili, & corde tribulato, sicut & propheta dicit: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicit. Spiritum autem humilem, & cor contritum habere non potest, qui manducat & bibit, & deliciis fruatur: Quia panis cor confirmat, vinum autem lætificat: Spiritum autem carnis humilem esse non permittit virtus, quæ fit ex pane, & cor contritum esse non permittit iucunditas, quæ venit ex vino. Ideo quando cunque sancti pro aliqua necessitate voluerint exorare Deum, ieiunium cum oratione iungunt: sicut Daniel, & cæteri. Vnde quia virtus orationis ieiunium est, nunquam separantur ab inuicem, sed vbique simul ponuntur. Oratio & ieiunium de morte liberant. Item, Hoc genus non eiecit, nisi in ieiunio, & oratione. Sicut nec miles sine armis est aliquid, nec arma sine milite: sic nec oratio sine ieiunio, nec ieiunium sine oratione. Sed ex his tribus bonis prima est oratio, quia eleemosyna quidem de rebus exit, ieiunium autem de corpore, oratio vero nec de corpore, sed de anima procedit & de eor de ideo quasi prima & dignior è duobus media ponitur inter duas. Prima eleemosyna, secunda oratio, tertia ieiunium. Et quare eleemosyna ante orationem præcedit? quia mediatrix est, & præparatrix viæ ante faciem orationis, vt post eleemosynam sequens oratio, præparatum locum misericordie inueniat apud Deum. Ideo autè ieiunium sequitur orationem, quia non oratio ieiunij est adiutorium, sed ieiunium orationis. Et non oratio fit propter ieiunium, sed ieiunium propter orationem: Ideo ieiunium non ante orationem præcedit, sed oratio ante ieiunium. Tertia diuisio. Item eleemosynam facere, aut orationem, aut ieiunare, non est omnium hominum, sed tantum iustorum. Qui autem peccat, & eleemosynam facit, perdit quod facit. Pro cessato enim peccato peccatoris datur eleemosyna, nõ pro occurrente: id est, quando pecciter nos, quod fecerimus, non vt per peccatiam peccandi licentiam compæremus. Item ille orat, qui iam non peccat: qui autem orat, & peccat, non rogat Deum, sed deludit Deum. Item ille ieiunat, qui non peccat: qui autem peccat, & ieiunat, nõ ad gloriam Dei ieiunat, nec se humiliat, sed substantiam suam parit. Denique considera in superioribus, ex quo cepit Christus apostolis suis salutaria dare præcepta, non statim mandauit de eleemosyna, aut ieiunio, aut oratione: sed prius expellit mala, postea introducit bona. Scriptum est, non occides: ego autè dico, nec irascaris. Scriptum est, Non periurabis: ego autem dico, nec iurabis. Scriptum est, Non adulterabis: ego autem dico, non concupisces. Scriptum est, Oculum pro oculo, ego autem dico, non omnino resistere malo. Scriptum est, Diliges amicum, & odies inimicum: ego autem dico, diligite inimicos. Postquam ergo ab his omnibus malis hominem spoliavit, tunc dicit: Videte ne eleemosynam vestram faciatis coram hominibus, &c. Ostendens quoniam nisi homo ab his omnibus recesserit prius, sine causa facit hæc bona. Prius oportet mala dimittere, & sic bona suscipere, quia non potest fieri homo nouus, nisi desierit

psal. 50.

psal. 103.

psal. 26.

Gen. 32.

Rom. 11. psal. 45.

rit esse vetus. Qui autem mala non dimittit, & bona suscipit, bonorum suorum gratiã perdit: quemadmodum si quis homo in os suum aliquid dulce dimittat cum amaro permixtum, dulcedo illa non dat suum saporem. Nolite fieri tristes, sicut hypocrita. Siue de eleemosynis dicens, sic dicit, ne coram hominibus fiant: siue de oratione sic: Nolite esse sicut hypocritæ in angulis platearum orantes. Siue de ieiunio, hoc ipse dicit. Vides quia sciebat dominus vanam gloriã ex omni homo procedere. Ideo illam spinam, quæ assidue nascitur in terra bona, iubet præcidere, ne spina vanæ gloriæ offocet ieiunij fructum. Nunquid potest fieri, vt non sentiat qui ieiunat? Sed melius est vt ieiunium tuum te ostendat, quàm tu ieiunium tuum. Sciens autem dominus, quia non potest fieri vt sit hilaris qui ieiunat: ideo non dixit: Nolite esse tristes: sed, Nolite fieri tristes. Aliud enim est esse tristem, & tristem fieri. Qui enim naturaliter propter afflictum ieiunium tristis est, ille est tristis, non autem fit: qui autem per impolitas aliquas pallentes apparent, illi non sunt tristes, sed fiunt. Si ergo qui ieiunat, & tristem se facit, hypocrita est: quanto magis iniquior est, qui non ieiunat, sed argumentis quibusdam in facie sua pingit venalem pallorem, iust ieiunij signum? Dupliciter ei natura sua, quia non potest mentiri quod non facit, & misera facies carnis argumentis quibusdam innocens castigatur, quia fraudibus non contentis, puto quoddam omnium sensatus intelligit, quia hæc verba carnaliter non intelliguntur. Nec enim potest fieri, quod qui ieiunat, non appareat tristis: nec mandat dominus quod adimplere nõ possumus. Si enim ideo iubet nos fieri tristes, vt ne per ipsam tristitiam appareamus hominibus ieiunare, quare mandat caput vngere, & faciem lauare? Sic enim ipsa vinctio capitis, & lautio faciei ad ieiunantibus semper seruetur, nihilominus sunt signa ieiunij. Sed hæc spiritualiter ad animam referuntur, vt ne tristitia spiritualis faciem spiritualem exterminet. Facies autem spiritualis anime, est conscientia eius, vel cor, sicut ostendit propheta, dicens: Tibi dixit cor meum, dominum requiram, & exquisiuit te facies mea. Non enim facies carnae Deum querit, sed conscientia. Item, quoniam facies conscientia appellatur, ostendit Iacob, quum fuisset luctatus cum homine: Vidi dominũ facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Verè enim tunc facie ad faciem Deum non vidit, quia in schemate hominis luctatus est contra eum Deus. Nam schema corporale velamentum est Dei, non proprietaria Dei. Sed mente vidit Deum, vnde & Israel vocatus est iacob, mēs videns Deum. Si autem facies eius Deum vidisset, vti que sic vocandus fuerat, facies Deum videns. Quid ergo? Facies anime conscientia appellatur. Sicut enim in conspectu hominum gratiosa facta est facies pulchra, sic in oculis Dei speciosa est conscientia munda. Item aliud est gaudium corporale, aliud spirituale. Gaudium corporale, est risus, iocus, & cæteræ delectationes carnales. Gaudij spirituale, & spes, sicut ait Apostolus: Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Vides quia potest fieri vt tristes carnaliter, spiritualiter gaudeamus in spe. Hoc enim dicit de spiritu sancto propheta: Eluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Itena est tristitia corporalis, & est tristitia spiritualis. Tristitia corporalis, est afflictio carnis tristitia autem spiritualis, desperatio & infir-

delitas anime. Ergo dicens: Nolite fieri tristes, hoc dicit: Nolite propter homines ieiunare. Qui enim propter homines ieiunat, tristem facit conscientiam suam, id est, desperantem. Quomodo enim conscientia eius hilari sit, & sperans in Deum ieiunio sito, qui nõ propter Deum ieiunat, sed propter homines? Sic & omnes hypocritæ, qui propter homines ieiunant, exterminant facies suas, id est, conscientias suas. Quomodo enim exterminatas cõscientias non habeat ante Deum, qui fingentes se propter Deum ieiunare, non propter Deum ieiunant, sed propter homines volentes fallere & Deum, & homines? Aut ita: Nolite fieri tristes, sicut hypocrita, id est, Nolite sine spe, & sine fide ieiunare. Sine spe autè ieiunat, qui non se abstinere à peccato, nec facit iustitiam. Nam sicut bona opera spem generant, id est, gaudium spirituale: sic mala opera desperationem, id est, tristitiam spiritualem. Qui enim peccans ieiunat, sine spe ieiunatus est, nõ habet vnde speret, & gaudeat: facies anime desperans, & tristis. Iam autem quomodo peccatum & desperatio exterminant faciem conscientie, nullus ignorat. Nã semper vulnerata est conscientia eius qui peccat. Sic ergo omnes hypocritæ ieiunant, non bonis actibus exhilarantes conscientiam suam, in spe, sed malis operibus contristantes in desperatione. Hypocrita est ergo, qui peccans ieiunat. Quid est ergo cum gaudio ieiunare, nisi prius spiritualiter ieiunare, deinde carnaliter? Nam sicut omne bonum est spirituale, sic est & carnale: & omne malum est spirituale & carnale. Vt puta fornicatio carnis, est metetricatio: fornicatio autem spiritualis est præuaticatio. Castitas carnis est nescire mulierem: castitas spiritualis, fidelem esse Deo. Humilitas corporalis assurgere homini, verbum dicere molle: humilitas spiritualis, qui in corde suo alterum existimat meliorem quàm se. Superbia corporalis, asper sermo: superbia spiritualis, qui se meliorem putat esse, quàm alterũ. Sic & ieiunium corporale est, & spirituale. Corporale ieiunium est abstinere à cibis: spirituale ieiunium est abstinere à peccatis. Nam sicut carni delectatur manducando, sic spiritus carnis delectatur peccando. Vnde sapientes omne peccatum libidinem vocat, quia omne peccatum cum delectatione committimus. Ideo & circumcidetur libidinis membrum, vt in mysterio generaliter omnium malorum delectatio tolleretur, quæ mala faciunt animum tristem, id est, desperantem. Qui enim à cibo ieiunat, non ab operibus malis, ille apparet ieiunare, non autem ieiunat: quia quantum ad homines ieiunat, quantum ad Deum autem pessimè epulatur malis. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Delectatio illa laudis tandiu sentitur, quãdiu auditur: mox autem vt aures transierit, transit & delectatio laudis. Tu autem cum ieiunas, vnges caput tuum, & faciem tuam laua. Tu qui misericors es, qui magis ieiunas corde quàm corpore, qui magis abstinens à peccato quàm cibo: & ideo non hominibus, sed Deo ieiunas. Qui enim peccantes ieiunant, hominibus ieiunant, nõ Deo, & ideo hypocrite sunt. Qui autem verè Deo ieiunant, non tantum à cibis se abstinere, quantum ab omni actu iniquo: quoniam sicut cibus carnem delectat, sic omne malum delectat spiritum carnis. Quid ergo? Quando ieiunamus, infundemus oleum capiti nostro? Verè enim vanum, si lauemus facies nostras aqua. Et quis facie non laua-

ta procedit? Magis enim si hoc facimus, quasi per signa hæc lauationis, & vnctionis publicamus nos ieiunare. Quid ergo? Simplex interpretatio huius loci hæc est, quoniam per aggerationem intelligenda sunt ista, sicut & cætera ante dicta, tanquam si dicat: Sic longè te facere debés ab ostentatione ieiunij tui, vt, si potest fieri, quod non decet, etiam ea facias, quæ ex diuerso luxuriæ, & epulacionis videntur esse iudicia. Spiritualliter autem sic, sicut ex superioribus patet: quia facies animæ conscientia intelligitur. Proice ergo abs te auaritiæ sordes, peritij stercora, malitiæque putredinem, & lauiti faciem conscientie tuæ aqua prophetica, de qua dicit Elias: Lauamini, & mundi estote, auferite nequitiam ab animabus vestris. Si enim abstuleris nequitiam ab anima tua, & lauiti conscientiam tuam, bene ieiunas. Item caput tuum Christus est. Sicut enim pota, esurientem ciba, argentem vestis: sic hæc preciosissima myrrha, id est, oleo misericordie vnixisti caput tuum, id est, Christum, qui clamat in Euangelio, dicés. Quia quod vni ex minimis istis fecistis, mihi fecistis. Quoniam autem omnis iustitia in his duobus consistit: primum, vt ne facias malum: secundum, vt facias bonum, ad id, quod pertinet ad fugienda peccata, dixit. Lana faciem tuam: ad illud autem, quod pertinet ad faciendam bona opera: Vnge caput tuum, & es amabilis, sicut Maria, quæ postquam conscientiam suam lachrymis penitentia lauit, postea infudit oleum super caput Christi, & impleta est domus odore. Ita & tuorum operum fama si fueris talis, totam implebit ecclesiam. Et quam proprie dicit, faciem quidè lauare, non caput, sed vngere. Quando enim sumus in corpore, conscientia nostra semper sordida est in peccatis. Caput autem nostrum Christus, lauationem necessariam non habet, sed solum vnctionem: Quia peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. *Nolite thesaurizare vobis thesauros super terram.* Præfens capitulum ad præcedens non habet consequentiæ rationem, quia illud de ieiunio dictum est, hoc autem de elemosynis. Quid ergo est? Si memores sumus nihil de elemosyna, vel de oratione, vel de ieiunio dominus docuit supra: sed simulationem eorum compescit tantum, vt ne coram hominibus faciant ea, vt videantur ab eis, non quia possibile est sic ea agere, vt non ea videant homines, sicut diximus supra: sed sollicitum fecit hominem, vt quantum ad se sic festinet agere ea, vt non videatur. Vt ipsum bonum opus homini: Christiano magis in affectu sit, quam in actu. Et conuenienter, quoniam & supra legis quidem mandata magis ad opus respiciebant, quam ad affectum: id est, non occides, non adulterabis, &c. Christus ad supplementum eorum spiritualiora introduxit mandata, ad affectum magis respiciencia, quam ad actum. Ergo autem dico, ne irascaris, ne concupiscas, &c. Sic & hæc, vt boni simulatione præcisa, opera eorum bona ad cor magis respiciat, quam ad aspectum. Quoniam ergo, sicut exposuimus, nihil docuerat Christus de illis nunc secundum tres supra dictas iustitias, elemosynæ, orationis, & ieiunij tres consequentias introducit doctrinæ. Vnam, ad elemosynam: alteram, ad orationem: tertiam, ad ieiunium. De quibus singulis demonstrabimus in proprio loco. Elemosynam doctrina subsequens hæc est. *Nolite thesaurizare vobis thesauros super terram, vt talis ordo sit narrationis. Quum facis elec-*

Elia 1.

Matth. 25.

Matth. 25.

Facti eadem mulierem illam peccatricem & Mariam Lazarum, vt forent.

1. Pet. 1.

* omni

* omni

mosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocrite faciunt in synagogis, in vicis, vt glorificentur ab hominibus: Amen dico vobis, perciperunt mercedem suam. Te autem faciente elemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat tua dextera: vt sit elemosyna tua in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi in manifesto. *Nolite thesaurizare vobis thesauros super terram.* Et hic dat consilium, vt elemosyna fiat: in secundo loco ostendit, quæ utilitas est in elemosyna faciendâ: in tertio loco, vt neque timor inopie accidentis impediatur voluntatem elemosynæ faciendæ. *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, quia non estis de terra, nec de terra venistis, sed pro tempore de terra suscepistis terram, vt per terram vincatis terram.* Sed de cælo estis, & de cælo venistis, & iterum redituri estis in cælum, nisi vlerò remanere volueritis in terra. Illic ergo substantiam tuam colloca, vbi patriam habes. Vis autem scire quia peregrinus es in hoc mundo? Audi prophetam dicentem: Incola ego sum in terra, non abscondas à me mandata tua. Quæ est ergo insipientia, vt contentus sis super terram, id est, in alienis vis seruire diabolo quæ possis in cælis, id est, propius regnare cum Christo? *Vbi vinea, & comestura exterminat, & vbi fures effodunt & furantur.* Omnia bona mundi triplex interitus tollit. Aut enim a semetipsis veterascunt, & tincant, sicut vestimenta: aut ipsi dominis luxuriosè viuentibus comeduntur, sicut cætera facultates: aut ab extraneis vel dolo, vel vi, vel caluniis, vel quolibet alio iniquo modo diripiuntur. Quia omnes fures dicuntur, qui per iniquitatè festinâ taliena facere sua. Sed dicés: Nūquid omnes, qui hæc habent: perdunt ea? Vt illo vestimentum, vt non tincat: parcius ago, & facultates meæ non comeduntur. Sollicitè ago res meas, & non diripiuntur à furibus. Interim quidem sic dicam, quia si non omnes perdunt, tamen multi perdunt. Quid ergo melius est super terram reponere, vbi incertus est conseruationis euentus, an in cælo, vbi est certa custodia? Hic si non custodieris, perdes: si custodieris, timore & sollicitudine cruciaris. Illic autem estis dormis, à Deo seruantur: & quum retardatus fueris, spe gratularis. Quæ est autem stulticia illic relinquere, unde exiturus es, & illuc non præmittere, quo intrus es? Verè autem male seruatas diuitias, estis corporaliter non perdidisti, spiritualliter perdidisti, quia nec proficiunt tibi ad vsum salutis. Quicquid enim pro anima tua feceris, hoc est tuum: quod autem reliqueris, perdidisti. Nam quod corporaliter male congregatur, spiritualliter disperditur, & perditum: quod autem corporaliter bene disperditur, spiritualliter illud congregatur, & repositum videtur in cælo. Nunc autem ponit quæ sit utilitas in elemosyna faciendâ, dicens: *Vbi enim fuerit thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum.* Qui collocat thesauros in terra, non habet quod speret in cælo. Vt quid enim aspiciat in cælum, vbi nihil repositum habet? Propterea siue lætatur, in carnalibus, & terrenis lætatur: siue tristatur, in carnalibus, & terrenis tristatur. Qui autè diuitias suas reponit in cælo, non habet spem in terra. Vt quid enim delectetur in terra, qui nihil habet in terra? Ideo siue lætatur, in spiritualibus lætatur: siue tristatur, in spiritualibus tristatur. Ergo peccatorum & læticia mala, & tristitia peior, quia aut de lucro terreno lætatur, aut de damno tristatur: iustorum autem & læticia bona, & tristitia

Psal. 118.

* deest non.

Ex lib. 2. de serm. domini in monte.

Mat. 6. b. 16.

Matth. 7. c. 13.

sticia melior: quoniam aut de iustitia lærantur, aut de peccato tristantur. Si enim aliqua causa mortis aduenierit, siquidem spes illius in terra sit, tristatur, quasi de domo sua ad peregre vadens, vt non dicam ad tormeta: si autem spes eius in cælo sit, gaudet quasi de peregre ad domum propriam reuersurus, non dicam ad regnum cælestè. Secundo, qui thesaurizat in terra, dupliciter facit peccatum. Primum, quia male congregat: Secundo, quia cor habens in terra, nunquam quæ Dei sunt recordatur, sed semper quæ terræ. Et qui thesaurizat in cælo, dupliciter iustitiam facit. Primum, quia bene serauerit: secundò, quia spem habens in Deo, semper quæ Dei vult cogitare & meditari, & non quæ terræ. Et quemadmodum qui semel congregare coepit in terra, ipsa concupiscentia terrena facit eum magis sollicitum esse, nec solum ne minuat inde, sed vt magis augeat. Sic & qui thesaurizat in cælo, ipsa concupiscentia spiritualis facit eum sollicitum, non solum vt non perdat quod habet, sed adhuc vt augeat super quod habet.

S. AVGVST. EPISCOPI
Hipponensis eiusdem Euang.
expositio.

Sequitur de ieiunio præceptum, pertinens ad Scandum cordis mundationem, de qua nunc agit. Nam & in hoc opere cauendum est, ne surrepat aliqua ostentatio & appetitus laudis humane, qui dupliciter cor nostrum esse, & non finat mundum & simplex esse ad intelligendum Deum. Cùm autem ieiunatis, inquit, nolite fieri sicut hypocrite tristes: exterminant enim vultum suum, vt videantur hominibus ieiunantes: amen dico vobis, perciperunt mercedem suam. Vos autem ieiunantes vngite capita vestra, & facies vestras lauare, ne videamini hominibus ieiunantes, sed patri vestro, qui est in abscondito: & pater vester, qui videt in abscondito, reddet vobis. Manifestum est his præceptis omnem nostram intentionem in interiora gaudia dirigi: ne foris querentes mercedem, huic seculo conformemur, & amittamus promissionem tanto solidioris atque firmioris, quanto interioris beatitudinis, qua nos elegit Deus conformes fieri imaginis filij sui. In hoc autem capitulo maxime aduerendum est, non in solo rerum corporearum nitore atque pompa, sed etiam in ipsis sordibus luctuosus esse posse iactantiam: & eo periculoso, quo sub nomine seruitutis Dei decipit. Qui ergo immoderato cultu corporis atque vestitu, vel cæterarum rerum nitore præfulget, facile conuincitur rebus ipsis, pomparum seculi esse scætorum, neque quenquam fallit dolosa imagine sanctitatis. Qui autem in professione Christianitatis inuisitatio squalore ac sordibus intentos in se oculos hominum facit, cùm id voluntate faciat, non necessitate patitur: cæteris eius operibus potest conici, vtum hoc contemptu superflui cultus, an ambitione aliqua faciat, quia & sub ouina pelle cauendos lupos Dominus præcepit: Sed ex fructibus, inquit, eorum cognoscetis eos. Cùm enim ceperint aliquibus tentationibus ea ipsa scilicet illis subtrahi vel negari, quæ isto velamine vel consuetudine sunt, vel consequi cupiunt, tunc necesse est, vt appareat, vtum lupus in ouina pelle sit, an ouis in sua. Non enim propterea ornato superfluo debet

aspectus hominum mulcere Christianus, qui illum parum habitum ac necessarium etiam simulatores sepius vsurpât, vt incautos decipiant: quia & illæ oues non debent pelles suas deponere, si aliquando eis lupi se contegant. Querit ergo solet, quid sit quod ait: Vos autem, cùm ieiunatis, vngite capita vestra: & reliqua. Non enim rectè quiquam præcepit, quamuis faciem quotidiana consuetudine lauemus, vñctis etiam capibus, cùm ieiunamus, nos esse debere. Quod si turpissimum omnes fatentur, intelligendum est hoc præceptum vnguendi caput, & faciem lauandi, ad interiorum hominem pertinere. Vngere ergo caput, ad læticiam pertinet: lauare autem faciem, ad mūditiā: & ideo caput vngit, qui lætatur interius & mente atque ratione. Hoc enim rectè accipimus caput, quod in anima præeminet, & quo cætera hominis regi & gubernari manifestum est. Et hoc facit, qui non foris quærit læticiam, vt de laudibus hominum carnaliter gaudeat. Caro autem, quæ subiecta esse debet, nullo modo est totius nature humane caput. Nemo quidem vnquã carnem suam odio habuit, sicut Apostolus dicit, cùm de diligenda vxore præcipit, sed caput mulieris vir, cui vito caput est Christus. Interius ergo gaudet in ieiunio suo, eo ipso, quo sic se ieiunando auerit à voluptate seculi, vt sit subditus Christo, qui secundum hoc præceptum caput vnctum habere desiderat. Ita enim & faciem lauabit, id est, cor mundabit, quo visurus est Deum, non interposito velamine propter infirmitatem contractam de sordibus, sed firmus & stabilis, quoniam mundus & simplex. Lauamini, inquit, mundi estote, auferite nequitias ab animis vestris, atque à cõspectu oculorum meorum. Ab his igitur sordibus facies nostra lauanda est, quibus Dei aspectus offenditur. Nos enim reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandem imaginem transformabimur. Sæpe etiã cogitatio necessarium rerum ad istam vitam pertinentium, lauat & sordidat interiorum oculum nostrum: & plerumque cor duplicat, vt ea quæ videmur cum hominibus rectè facere, non eo corde faciamus, quo dominus præcipit: id est, quia eos diligimus, sed quia commodum ab eis aliquod propter necessitatem præsentis vitæ adipisci volumus. Debemus autem benefacere illis propter salutem ipsorum æternam, non propter temporale commodum nostrum. Inclinet ergo Deus cor nostrum in testimonia sua, & non in emolumentum. Finis enim præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Qui autem propter suam in hac vita necessitatem fratri consultit, non vtiq; charitati consultit: quia non illi, quem debet tanquam seipsum diligere, sed sibi consultit, vel potius nec sibi: quod quidem hinc sibi facit duplex cor, quo impeditur ad videndum Deum: in qua sola visione est beatitudo certa atque perpetua. Rectè ergo sequitur, & præcipit, qui mandando cordi nostro instat, dicens: *Nolite vobis condere thesauros in terra, vbi arugo & tineæ exterminant, & reliqua.* Ergo, si in terra erit cor dicit, si eo corde quisque operetur aliquid, vt terrenum commodum adipiscatur, quomodo erit mundum cor, quod in terra volutat? Si autem in cælo, mundum erit, quia munda sunt quæque uel cælestia: sordescit enim aliquid, cùm inferiori miscetur nature, quamuis in suo genere, non sordidat: quia etiam de puro argento sordidatur aurum, si

Ephef. 1. g. 30.

1. Cor. 11. a. 3.

Ephef. 4. 16.

1. Cor. 1. d. 18.

Psal. 118. 36.

1. Tim. 1. a. 5.

Matth. 6. c. 19.

miscetur: ita & animus noster terrenorum cupiditate sordescit, quamvis ipsa terra in suo genere atque ordine munda sit. Cælum autem hoc loco non corporeum accipimus, quia omne corpus pro terra habendum est. Totum enim mundum debet contemneret, qui sibi thesaurizat in cælo, de quo dictum est; Cælum cæli domino, id est, in firmamento spiritali. Nō enim in eo quod transierit, consistere & collocare debemus thesaurū nostrum, & cor nostrum, sed in eo, quod semper permanet. Cælum autem & terra transibunt.

EIVSDEM DE QUADRAGESIMA HOMIL. I.

Ecce fratres charissimi, Deo propitio, tempus quadragesimæ venit, & ideo rogo, dilectissimi, ut dies istos corporibus salubres, & animæ medicinales ita cum Dei adiutorio sanctè, ac spiritaliter celebremus, ut observatio sanctæ quadragesimæ non nobis iudicium pariat, sed profectum. Si enim negligenter agimus, si nos minus occupationibus implicamus, si castitatem servare nolumus, si ieiuniis, & vigiliis, & orationibus nō insistimus, si scripturas diuinas aut ipsā non legimus, aut legentes alios nō libenter audimus, ipsa nobis medicamenta conuertuntur in vulnera, & inde habebimus iudicium, unde potuimus habere remedium. Et ideo rogo vos, fratres charissimi, ad vigilias maturius surgite, ad sextam, ad nonam, ante omnia conuenite. Nullus se à sancto opere subtrahat, nisi quem infirmitas, aut publica vitilitas, aut forte certa & grandis necessitas tenuerit occupatum. Nec solum vobis sufficiat, quod in ecclesia diuinas lectiones auditis, sed etiam in domibus vestris aut ipsi legite, aut alios legentes requirite, & libenter audite, Recolite, fratres, sententiam domini nostri qua dicit, Si totum mundum lucretur homo, animæ autem suæ detrimentum patiatur, quam dabit commutationem pro anima sua? Et illud ante omnia memoriter retinete, & iugiter expanscite, quod scriptum est, Impedimenta mundi, fecerunt eos miseros. Sic ergo te occupabis in domo tua, ut non negligas animam tuam. Ad extremum si amplius non, vel tantum labora pro anima tua, quantum pro carne tua laborate te consideras. Et ideo, fratres charissimi, nolite diligere mundum, neque ea, quæ in eo sunt, quia mundus transiit, & concupiscentia eius. Quid autem permanet in homine, nisi quod quisque aut legendo, aut orando, aut bona opera faciendo pro animæ salute in thesauro conscientie suæ recondiderit? Infelix enim voluptas, infelicio cupiditas, atque luxuria, per transitoriam dulcedinem præparant sempiternam amaritudinem. Abstinencia verò, vigilie, orationes atque ieiunium, per breuissimas angustias perducit ad paradisi delicias, quia nō mentitur veritas, quæ in Euangelio dicit, Ardua & angusta via est quæ ducit ad vitam: & pauci sunt, qui inueniunt eam. Nec per latam viam diu gauditur, nec per angustam & asperam longo tempore laboratur, quia & isti post breuem tristitiam accipiunt vitam æternam, & illi post paruum gaudium patiuntur sine fine supplicium. Et ideo, fratres charissimi, in istis quadragesima diebus, quasi rotas anni cibaria animæ nostræ ieiunando, legendo, vel orando providere debemus. Nam licet per totum annum Deo propitio

Psalm. 113. d. 16.

Matth. 24. v. 35.

Nota hanc canonice olim in ecclesia usitata.

Matth. 16.

1. Ioh. 2.

Abstinencia, vigilie orationes, atque ieiunium perducunt ad vitam æternam.

lectiones diuinas frequenter, & fideliter audiat, in istis tamen diebus de pelago, & fluctibus mundi huius quasi ad portum quadragesimæ confingentes, debemus requiescere, & lectiones diuinas in exceptorio cordis nostri cum silentio, & pace suscipere: ut Deo propitio pro amore vitæ æternæ vacantes, quicquid in nauicula animæ nostræ per totum annum multis tempestatibus, id est, peccatorum fluctibus, aut fractum, & dissolutum aliquid aut corruptum, aut perditum est, omni solitudine in istis diebus reparare studeamus, atque componere. Et quid nos necesse est, dum adhuc in isto corpusculo sumus, procellas, & turbines sequi istius sustinere, quotiescunque nos aut per tempestates durissimas auertere, aut per voluptates molliissimas decipere voluerit inimicus, semper nos, adiuvante Deo, contra se innentat præparatos. Unde iterum rogo, ut occupationes seculi huius in istis diebus sanctæ quadragesimæ, si non potestis abscindere, studeatis vel ex parte aliqua temperare: ut præcio damno, & gloriosissimo fructu hoc seculum fugientes, subtrahatis aliquas horas occupationi terrenæ, in quibus Deo vacare possitis. Nam iste mundus aut ridet nos, aut ridetur à nobis: aut acquiescimus, & despiciuntur, aut contemnimus, ut æterna præmia consequamur. Ac sic aut cōtemnis & despicias mundum, aut acquiescis, & premeris, vel calcas à mundo. Sed melius est, ut calcas mundum, & calcato eo gradum tibi facias, per quem in sublime conscendas. Hæc enim, fratres charissimi, quæ pro salute communi de vestra obedientia præsentibus suggerimus: si secundum vestram consuetudinem & libenter auditis & fideliter implere contenditis, & Pascha cum gaudio celebrabitis, & ad vitam æternam feliciter venietis. Quod ipse præfate dignetur, Qui cum patre, & spiritu sancto vivit, & regnat in secula seculorum. Amen.

EIVSDEM DE EODEM HOMILIA 2.

Dominus, & saluator noster qualiter ad eum post multas negligentias venire debeamus, fratres charissimi, per Prophetam nos hortatur, & admonet dicens, Venite adoremus, & prociadamus ante dominum, & ploremus coram domino qui fecit nos. Et iterum, Convertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu. Dies enim sanctæ quadragesimæ, fratres charissimi, si diligenter attendimus, vitam seculi præsentis significant, sicut & dies Paschæ æternam beatitudinem præfigurant. Et quomodo in quadragesima quasi tristitiam habemus, ut in Pascha ordine legitimo gaudeamus: sic, & in hoc seculo quædā viuiamus, penitentiam agere debemus, ut in futuro possimus peccatorum indulgentiam accipere, & ad æternam gaudia pervenire. Sed ita debet vniuersusque pro suis criminibus suspirare, lacrymas fundere, elemosynas dare, ut Deo auxiliante quandiu vivit semper criminā ipsā conetur effugere. Sicut enim sine minutis peccatis nullus vnquam aut fuit, aut esse poterit, ita sine capitalibus criminibus dominante & auxiliante Deo omnimodis esse possimus, & debemus. Et ut hæc obtinere possimus, si nos alio tempore impedimenta mundi detinent obligatos, vel in diebus sanctæ quadragesimæ, in domini

Serm. 56. de temp. dubit. Zonantienf. Psal. 94. Ioh. 2.

Ecce possimus cum divina ope abstinere à capitalibus peccatis. Psal. 1.

mini lege sicut scriptum est, die, noctūque meditemur: & ita cor nostrum diuine legis dulcedine repleamus, ut in nobis nullum locum virtutibus vacuum, quem obtinere possint vitia relinquamus. Sicut enim tempore messium, vel vindemiarum, vnde caro nostra possit sustentari colligitur: ita in diebus quadragesimæ quasi in spiritali vindemiarum, vel messium tempore, vnde anima nostra in æternum possit vivere, cōgregetur: quia sicut negligens quique si opportuno tempore nihil collegerit, per totum anni spatium fame torquetur: ita qui hoc tempore spiritali triticum, & cælestis multum ieiunando, legendo, orando in horreis animæ suæ providere, & congregare neglexerit, in æternum durissimam sitim, & crudelē inopiam sustinebit. Certissimè scitote, fratres charissimi, quia qualis est caro, quæ post multos dies percipit cibum, talis est anima, quæ assidue non pascitur verbo Dei. Et quomodo caro per famem, & inopiam tenuis, & sicca velut quoddam simulacrum efficitur: ita & anima, si verbi Dei cibo non pascitur, arida, & inutilis, & ad nullum opus bonum congrua inuenitur. Considerate, fratres, & si horrea, & cellaria nostra annis singulis replemus, vnde vno anno cibum habeat caro nostra, putas quantum debemus recondere, vnde in æternum sustentetur anima nostra? Et ideo, fratres, vel istis paucis diebus recedat impedimenta mundi, qui secundum quod scriptum est, multos negligentes miseros faciunt. Recedat carnalis læticia, recedat venenis plena mundi huius blandimenta. Carnis gaudium minuatur, ut animæ lucra spicialia præparentur, propter illud quod scriptum est, Væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis. Et illud, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Tempus quod nobis fatuosus tabulæ ludus solebat auferre, lectio diuina incipiat occupare. Ociosis fabulis, & mordacibus iocis, & detractio-nibus venenatis, colloquia de scripturis sancta succedant. Horarum spaciis, in quibus solebamus sine vilo lucro animæ detineri, visitentur infirmi, requirantur in carcere constituti, peregrini suscipiantur, & discordes ad concordiam reuocentur. Hæc si facimus, fratres, inde nobis parare possimus medicamēta, vnde nobis vulnera feceramus. Ante omnia in diebus ieiuniorū quod solebamus prandere, pauperibus erogemus, ne forte aliquis sibi sumptuosas cœnas, & exquisitis saporibus epulas studeat præparare, & corpori suo magis commutasse quàm subtraxisse ciborum abundantiam videatur. Nihil prodest, tota die longum durisse ieiunium, si postea ciborum suauitate, vel nimietate anima obruatur. Illico mens repleta torpescit, & irrigata corporis nostri terra, spinas libidinum germinabit. Sit ergo temperatus cibus, & nunquam nimium veter repletus: & plus semper de cibo cordis quàm de cibo corporis cogitemus, quia intus in homine interiore facti sumus ad imaginem Dei, in carne autem de limo terre sumus formati. Et videte, fratres, si iustum est, ut caro nostra de terra facta interdum bis in die capiat cibum, & anima, in qua imago Dei est, vix post plures dies accipiat verbum, cum tamen expediat nobis, ut amplius Dei imaginem in nobis quàm nostram carnem honorare debeamus. Qui enim de sola carne cogitant, belitii, & peccatoribus similes sunt, & qui ita agunt, iam in se Dei imaginem contriuerunt. Caro ergo velut ancilla gubernetur, &

Luc. 6. Matth. 5.

anima tanquam domina legitima reficiatur. Nam si aliter factum fuerit, si non agnoscerimus nos ad imaginem Dei factos, & plus, de carne quàm de anima cogitamus, timeo ne nos spiritus sanctus per Prophetam arguat dicens, Et homo cum in honore esset, nō intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Lectiones diuinas & in Ecclesia sicut consuevit audite, & in domibus vestris relegite. Si aliquis ita fuerit occupatus, ut ante refectionem scripturæ diuinæ non possit insistere, non eum pigeat in conuiuio suo aliquid de diuinis scripturis legere: ut quomodo caro pascitur cibo, sic reficiatur anima Dei verbo, ut totus homo, id est, & exterior, & interior, de sancto, & salubri cōuiuio satiatus exurgat. Nam si sola caro reficitur, & anima Dei verbo non pascitur, ancilla satiatur, & domina fame torquetur. Et hoc quàm sic iniustum, sanctitas vestra non potest ignorare. Et ideo sicut iā dixi, lectiones diuinas illo desiderio legere & audire debetis, ut de ipsis in domibus vestris, & alibi vbicunque fueritis, etiam loqui, & alios docere possitis: ut verbum Dei velut munda animalia cogitatione assidue ruminantes vitem succum, id est, spiritualem sensum & vobis sumere, & aliis Deo auxiliante propinare possitis: ut in vobis impleatur illud quod scriptum est, Et calix tuus inebrians quàm præclarus est. Impletus illud quod beatus Apostolus hortatur & admonet dicens, Siue manducatis, & bibitis, siue aliud quid facitis, omnia ad Dei gloriam facite. Si infirmitas non prohibet, quotidie ieiunare, ad vigilias alacri & feruenti deuotione consurgite, propter illud quod scriptum est, De nocte vigilat spiritus meus ad te, Deus. Et iterum, Ad te orabo, domine, mane, & exaudies vocem meam. Et iterum, Media nocte surgebam ad confitendum nomini tuo, domine. Ad quam rem etiam dominus & saluator noster in Euangelio hortatur & admonet dicens, Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem, quod ipse præfate dignetur, cui est honor, & imperium cum patre, & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Psal. 111. 1. Cor. 10.

In quadragesima quotidie ieiunandum.

Psal. 5. 118.

Matth. 26.

EIVSDEM DE EODEM HOMIL. 3.

Rogo vos, fratres charissimi, & admono, ut in isto legitimo, ac sacratissimo tempore, exceptis dominicis diebus, nullus prandere præsumat, nisi forte ille quem ieiunare infirmitas non permittit, quia aliis diebus ieiunare remediū est, aut præmium, in quadragesima non ieiunare peccatum est. Alio tempore qui non ieiunat, accipiat indulgentiam, in quadragesima qui non ieiunat, sentiet penam: & tamen qui ieiunare non præualet, secretus sibi soli, aut si est alius infirmus cum ipso, in domo sua præparet quod accipiat, & illos qui ieiunare præualent, ad prædium non inuitet: quia si hoc fecerit, non solum Deus, sed etiam homines possunt intelligere illum non pro infirmitate non posse, sed pro gula ieiunare non velle. Sufficiat illi quod ipse ieiunare non præualet, & magis cum gemitu, & suspirio, & animi dolore manducet, pro eo quod aliis ieiunantibus, ille abstinere non potest. Quod opus est vnicuique infirmo, secretus sibi soli, aut cum alio similiter infirmo faciat præparari, quia non ei oportet: ut aliquem

Serm. 62. de temp. dubit. Zonantienf.

Tota quadragesima est ieiunandum, & illa quæ peccatorum cōmissio.

EIVSDEM DE EODEM

Homil. 4.

peccata videmus ieiunio & eleemosyna.

quem sanum roget ad prandium, ne sibi etiam de alterius gula auget peccatum. Pro eo tamē quod non potest ieiunare, amplius debet erogare pauperibus, vt peccata, quæ non potest ieiunando curare, possit in eleemosynis dando redimere. Bonum est ieiunare, fratres, sed melius est, eleemosynam dare. Si aliquis vtrunque potest, duo sunt bona. Si vero non potest, melius est eleemosynam dare. Si possibilitas non fuerit ieiunandi, eleemosyna sufficit sibi sine ieiunio: ieiunium vero sine eleemosyna omnino non sufficit. Ergo si aliquis ieiunare non potest, eleemosyna sine ieiunio bona est. Si præualeat ieiunium cum eleemosyna, duplex bonum est. Ieiunium vero sine eleemosyna nullum bonum est, nisi forte ita sit aliquis pauper, vt non habeat omnino, quod tribuat. Ille ergo, qui non habuerit, vnde tribuat, sufficit voluntas bona secundum illud, quod scriptum est, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Sed quis erit, qui se possit excusare, cum etiam pro calice aquæ frigidæ mercedem se dominus reddidit promiserit? Et quare frigidæ dixit? Ne forte se possit aliquis pauper de lignorum penuria excusare, aut certe se vasculum, vbi aquam calefaceret, non habere. Denique & per beatum prophetam, fratres charissimi, dominus ita hortatur, & admonet eleemosynam fieri, vt prope nullus pauper sit, qui se valeat excusare. Sic enim ait, Hoc est ieiunium, quod elegi, dicit dominus, Frange esurienti panem tuum. Non dixit vt integrum daret, cum forte pauper alium non haberet: sed frange inquit: hoc est dicere, Etiam si tanta paupertas tibi est vt non habeas nisi vnum panem, ex ipso tamen frange, & pauperi tribue. Et egeum, inquit, ac sine tecto induc in domum tuam. Si aliquis ita pauper est, vt non habeat vnde tribuat pauperi cibum, vel in vno angulo domus suæ peregrino præparet lectulum. Quid nos ad hæc dicturi sumus, fratres: vel quam excusationem habere poterimus, qui amplas, & spaciosas domus habentes, vix aliquando dignamur excipere peregrinum, ignorantem, imò non credentes, quod in omnibus peregrinis Christus excipitur: sicut ipse dicit, Hospes fui, & suscepistis me: & quando vni ex minimis istis fecistis, mihi fecistis? Laboriosum, & studiosum nobis est in pauperibus recipere Christum in patriam nostram: timeo, ne nobis ille vicem reddat in celo, & non recipiat in beatitudinem suam. Contemnimus illum in mundo, timeo ne nos ille iterum contemnat in celo secundum illud, quod ipse dixit, Esurui, & non dedistis mihi manducare: hospes fui, & non accepistis me. Et quando non fecistis vni ex minimis istis, nec mihi fecistis. Et quod post hæc, fratres, sequitur, auertat Deus à nobis. Hoc enim postea addidit dicens, Descendite à ma maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Hæc ergo, fratres, non transitorie, nec solis corporis audiamus auribus, sed fideliter audientes etiam vt alij teneat, & impleant verbo pariter & exemplo doceamus: præstante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre, & spiritu sancto vivit, & regnat in secula seculorum, Amen.

Luc. 2.

Matth. 20.

Eccl. 38.

Matth. 25.

OMne vitæ nostræ tempus, stadium quoddam debemus putare virtutum, & ad celeste brauium tota virtute contendere. Sed hoc præcipue in quadagesima diebus implendum est, qui ab abstinentia, ac ieiuniis dedicati, tantum nobis ad virtutem animi conferunt, quantum ad de corpore voluptatem decerpunt. Est autem legitimus numerus iste ieiunij, & qui in sanctis celebratur exemplis. Moyses legem accepturus à Deo, quadraginta dies, ac noctes absque cibo potuque transegit, & ad suscipiendam domini voluntatem ieiunium præparatus est. Helias post quadraginta dierum ieiunia curru igneo ad superna cælorum de hoc mundo transatus est. Ipse quoque dominus, ac saluator noster quadraginta diebus ieiunans de diaboli tentationibus triumphauit, vt ad prædicationem Euangelij iam victor accederet. Merito vero etiam nos hunc dierum numerum custodire debemus ieiuniis, quem per talia exempla legimus consecratum. Celebremus ergo hos dies cum omni alacritate mētis, & gaudio, & eos omnibus epulis, & corporalibus deliciis præferamus. In his enim præcipue diebus ad implendam domini voluntatem accendimur, quando maxime per abstinentiam voluptas carnis extinguitur. Tūc enim ad dominum, & ad eius futura promissa tota mens purior facienda festinat, cum nulla crapula, nulla cibi, ac potus satietate crassatur. Vnde & saluator in Euangelio dixit, Attendite itaque vobis, ne grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & cogitationibus secularibus, & superueniat in vos dies illa repentina: tanquam laqueus enim superueniet vniuerso mundo, & nemo effugiet. Sed & illa est in quadagesimæ diebus grandis utilitas, quod, dum etiam à licitis abstinemus, magis ac magis admonemur illicita vitare. Qui enim abstinemus nos à carnibus, quibus aliis diebus vti licet: Qui nos abstinemus à vino, quo moderare vti licet: Qui ergo ista vitamus, quæ aliquando licent, in primis peccata fugiamus, quæ omnino nunquam licent. Itaque si volumus bene ieiunare à cibis, ante omnia ieiunemus & à vitis. Quid enim prodest vacuare corpus ab escis, & animam replere peccatis? Quid enim prodest pallidum esse ieiuniis, si odio, & inuidia liueas? Quid enim prodest vinum non bibere, iracundiæ veneno inebriari? Quid prodest abstinere à carnibus ad edendum creatis, & malignis oblectationibus fratrum membra lacerare? Quid prodest si abstinemus ab his, quæ aliquando licent, & faciamus illa, quæ nunquam licent? Deus enim illos honorat, & diligit, qui illicita fugiunt. Sic ergo, vt dixi, ieiunemus à cibis, vt multo magis ieiunemus à vitis, vt sanctorum morum vberitate satureremur, vt & in futuro mereamur ipsorum operum retributione satiari: sicut in Euangelio legimus, beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Illam enim compensationem magis eligere debemus, vt cibis quibus non abstinemus, eos pauperibus, ac debilibus largiamur: secundum illud quod scriptum est, Beati qui contenti sunt esurire, vt alibi reficiantur. Satis Deo acceptum est munus, quando indigens saturatur, quando nudus vestitur, quando ira non perficitur, & iracundiæ

Serm. 64. de temp. dubit. Lconianis.

Exod. 34.

3. Reg. 19.

Luc. 22.

In quadagesima etiam olim abstinentiam à carnibus, et à vino.

Matth. 5.

Rom. 12.

Matth. 25.

Serm. 64. de temp. dubit. Lconianis.

Exod. 34. ieiunij fructus

Vbi supra

Exod. 32.

Genes. 3. Genes. 4. 35. d. venter. 4. d. s. Cum auent.

3. Reg. 17. In celi 5. 4. Reg. 1.

3. Reg. 19.

Dan. 9. 10.

condiæ tempus non referatur, quando malum pro malo non redditur. Tunc grata sunt Deo nostro ieiunia, si illi, qui necessitate ieiunāt, reficiantur à nobis. Tunc illam domini sententiam audire merebimur, Amen dico vobis, quādiu fecistis vni ex minimis istis, mihi fecistis. O benignissimum dominum ad edomandam hominum auariciam, qui sibi dari dicit, quod vel minimo pauperi donatum fuerit. Vobis autem, fratres, præstet domini misericordia, vt et ieiuniis, & eleemosynis in bonis operibus seruiatis, vt ad æternam, & veram vitam vos perducatur ipse, qui vivit, & regnat in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM DE IEIUNIO & eius effectibus. Hom. 5.

Adest nobis venerabile, & medicinale tempus quadagesimæ, charissimi, per quod ieiunantes peccatorum nostrorum vulnera curare debemus. Quantum sit ergo bonum ieiunij, breui sermone exemplis additis differam. Moyses primus quadraginta diebus, ac noctibus cū ieiunasset, legem domini accipere meruit, per quam populis imperaret. Impetrauerunt vnius hominis ieiunia, quod totius populi fatuitas desperauerat. Aduertamus ergo quanta sit inter ieiunium, & salutritatem distantia, inter ventrem vacuum, & pulmones epulis æstuantem. Moyses ergo quia ieiunauit, dominus vidit: populus quia manducauit, & bibit, idola fabricatas est. Sed quid de Moysē, & Israelitica multitudo loquat? Princeps ille humani generis Adam quamdiu ieiunauit, seruans mādaturum, in paradiso fuit. Vbi vero comedit, eiectus est de paradiso. Et qui in paradiso Dei virgo fuerat, eiectus de paradiso, cognouit vxorē. Semper enim cōiuncta est fatuitas lasciuia. Vicina sibi sunt vterque, & genitilis, & pro membrorum ordine ordo vitiōrum intelligitur. Eiecit ergo nos de paradiso cibus, reducta est ieiunia, reducta ieiunium. Diximus ergo quid sanctus Moyses meruit ieiunando: deinde & ceteros videamus. Sancto Helix ieiunati etiam elementa famulata sunt. Hic denique tribus annis, & sex mensibus cælum clausit: Ad cuius vocem etiam supernum descendit incendiū. Et cum eum Iezabel regina velle occidere, & fessus sub arbore frondosa iaceret in solitudine, angelus ad eum mittitur & dicit ei: Sume paululum panis, & aqua. Videte quanta sit Dei clementia erga ieiunantes, charissimi: Non sufficiebat, quia angelum ad ieiunantem dominus miserat, qui eū vt cibum fumeret iuberet, sed etiam præcepit, vt longius fugiat persequenter. Ait ergo, Sume paululum panis, & aqua: Quadraginta enim dierum ieiunio perreclusus erat per desertum vsque ad montem Sina. Nunquid enim dominus, qui cælum, & terram fecerat, cuius omnis est creatura, nō potuit in eremo per angelum prandium mittere, sicut Danieli in lacum leonum per Abacuch misit? Sed sciebat Deus Prophetam suum tentantem diabolum aliter sperare nō posse, nisi ieiuniis eruditus insidiantis inimici tentamenta repelleret. Daniel quoque ille furororum gnatus, & aduentus domini conscius, & euerfionis Hierusalem manifestissimus prædicator, ideo vit desideriorum appellatus est, quia panem desiderij non comedit, & potum concupiscentiæ non bibit, quia magis

Christum quàm epulas desiderabat. Ioannes quoque præcursor domini locutus in eremo, & agresti melle nutritus, non animalium carnibus, non volucrium suauitatibus pascebat: poterat vtique iuxta Iordanem posticus piscium sibi exhibere delicias, sed penitentiam prædicaturus rigorem ieiunij exemplo suo magis debuit, & factis ostendere quàm voce. In Euangelio quoque cum quidam demone plenus domino fuisset oblatas, quem Apostoli curare nequuerant, interrogantes audiunt à domino, istiusmodi genus non posse eiici, nisi orationibus, & ieiuniis. Videte ergo, charissimi, quanta sit ieiuniorum virtus, vt id facere ieiunia valeant, quod Apostoli nequuerant. Omittit cætera, sed vtriusque consideret quanta sit inter ieiunium, & facultatem distantia, inter ventrem vacuum, & refertum, inter rubentem faciem, & ora pallentia, inter os ieiunium, & labia crapula dissoluta, inter opprellum epulis, & inedia tenuitate vigilantem. Non dico hebdomadas, non duplicatas, non multiplicatas ieiunia, sed vel singulos dies absque ciborum nimietate transeamus. Celsus Janacra, vina, vel carnes, non quod creaturam Dei iudicemus esse damnandam, sed qui toto anno nobis viximus, saltem vel paucos dies vitamus domino. Sed ieiunia nostra, vt plena sint, & suffarata, misericordiæ pinguedine saginentur, demus elucentibus prædium nostrum. Nec putes, ieiunia sola sufficere ad sananda vulnera peccatorum, ni medicamento eleemosynæ recreentur. Ieiunium ergo tuum te cathiget, sed lætificet alterum, & ita fructuose erunt angustæ tuæ, si alteri laetitiam præstent. Sic ieiunia vt in alio manducante prandisse te gaudeas. Hilarem enim datorem diligit Deus. Nam manducante paupere de bonis tuis, prædet Christus, qui se in paupere esurire testatur.

Matth. 3.

Matth. 17.

De eccl. dist. 5. ca. Nō dico. Matth. 17.

2. Cor. 9.

EIVSDEM DE IEIUNIO cataclysmo, & arca Noe, Hom. 6.

HOS sanctæ quadagesimæ dies fratres charissimi, debemus omni cum veneratione suscipere, nec longiorem numerum huius temporis fastidire, quia quanto plures dies sunt ieiunij, tanto maior est causa remedij. Quanto prolixior abstinentiæ cursus, tanto redemptio copiosior est salutis. Quanto austerior cura vulnerum, tanto medicina est salubrior peccatorum. Deus enim, qui est nostrarum medicus animarum, congruens tempus instituit, quod & iustus facis sit ad adorandum & peccatoribus sufficit ad rogandum. Illi requiem postulantes, hi veniam deprecantes. Congruens enim tempus est quadagesimæ, nec breue est ad exorandum, nec longum est ad promerendum. Quadraginta enim dierum ieiuniis, quænis iniquitas peccatoris exorari potest, & quætauus feneritas iudicis mitigari. Illi longum & fastidiosum forte sit tempus qui nec orat de culpa, nec sperat de venia. Desperatio enim nec confiteri de scelere, nec indulgentiam nouit sperare de iudice. Sanctus igitur, & salutaris quadagesimæ cursus est, quo adducitur ad misericordiam peccator per penitentiam, iustus ad requiem. His enim diebus solito amplius, & diuinitas miseretur, & delinquentia deprecatur, & iniustitia promeretur. Patient enim omnia, & cæli ad indulgentiam, & peccator ad confitendum, & lingua ad postulandum, Salutaris,

Sermo 69. de temp. dubit. Lconianis.

Ieiunia sunt propitiations peccatorum.

Salutaris, inquam, & mysticus est quadragenarius numerus. Nam primum cum mundi faciem iniquitas hominum possideret, tot dierum circulo Deus effusus de celo imbribus, vniuersam terram diluio superfudit. Vides ergo iam illo tempore mysterium in figura dispositum. Nam sicut tunc quadraginta diebus pluit ad purgandum mundum, ita & nunc quadraginta diebus miseretur ad hominem purificandum: quanquam & illius temporis diluuium misericordia dicenda est, quo iniquitas oppressa est, & iustitia conseruata. Pro misericordia enim factum est, vt & iusti eaderent, & iniqui amplius non peccarent. Pro misericordia plane vidimus illud fuisse diluuium, quo veluti baptismo quodam totius est mundi facies innovata: scilicet vt qui perditorum hominum scelere fortebat ad crimina, beati Noe habitatio- ne floresceret ad gratiam: & qui iniquitatis erat purgatorium tunc modo fieret domicillium sanctitatis. Diluuium inquam illud, huius nostri fuit similitudo baptismatis. Hoc enim tunc gestum est, quod nunc agitur, hoc est, vt exuberantibus aquarum fontibus periclitarentur vicia, iustitia sola regnaret, mergerentur in profundum peccata, sanctitas vicina celo portaretur. Modo enim sicut dixi, hoc quod nunc agitur in Ecclesia Christi, sicut Noe arca submersis omnibus viciis peccatorum, ita baptismatis fonte celo vicina portatur Ecclesia: & deletis omnium superstitionibus idolorum, fides regnat in terris, quae de saluatoris arca procedit. Sanctum ergo, & sacram quadragesimae tempus est, quod statim ab initio cepit inter iustos, & iniustos discernere, bonos à malis quodam iudicio separare. Quod quidem similiter fieri etiam in hac nostra quadragesimae obseruatione perspicimus. Nam per hos quadraginta dies separantur mali à bonis, hoc est, luxuriosus à casto, à icetino intemperans, à Christiano gentilis. Separatur, inquam, malus à bono, hoc est, peccator à iusto, diaboli à sancto, haereticus à fidei. Relictis enim his omnibus ad similitudinem diluuii tanquam in naufragio seculi, sola ad imitator arcae illius in altum cum suis virtutibus eleuatur Ecclesia. Nam & nos estis peccatores, ad imitationem sancti Noe annuntiamus vobis mundi futurum esse excidium, & illos tatummodo dicimus periculis euasuros, quos triplex arca intra se gremio religionis incluserit. Triplex enim arca est Ecclesia, quae trinitatis continet sacramentum. Nam cum dicit scriptura, Bicameratam, & tricameratam eam fuisse, vtique demonstrat tripliciter diuinitatis illam gratiam esse distinctam. Annuntiamus igitur sicut Noe mundi futurum esse naufragium, & ad hanc domum confugere omnes homines admonemus. Et sicut Noe filios suos in arca recepit, ita & nos filios nostros optemus in ista arca suscipere. Quis enim in hac domo vult habitare nobiscum, noster est filius. Sed dicit aliquis, sancti Noe praedicationis vocem in scripturis minime esse descriptam. Audi igitur, Noe & si tacebat voce, opere loquebatur, flebat lingua, fabricatione clamabat. Nam vtique cum operaretur opus nouum, & nulli aliquado compertum, admonebat cunctos novis periculis, noua tabernacula preparari. Loquebatur ergo opere, & dicebat illud euangelicum domini dictum, Si mihi non crederitis, operibus credite, & credendo periculum euadere poteritis: praesente domino nostro Iesu Christo, qui vinit,

Genes. 7.

Genes. 6.

Isa. 10.

& regnat cum patre, & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM DE EODEM Homil. 7.

Citat Beda ad Galat. 5.

Observantiam Quadragesimae, solenni reditu praesentatam, hodierno die ingredimur: quo vobis solenniter etiam exhortatio nostra debetur: vt Dei sermo per nostrum officium ministraret. Ieiunatos corpore, pascatur corde: ac sic interior homo cibo suo defectus, exterioris castigationem possit agere, & robustius sustinere. Congruit enim nostrae deuotioni, vt, qui Domini crucifixi Passionem iam propinquante celebraturus sumus: reprimendam carnalium voluptatum crucem nobis ipsi etiam faciamus, sicut dicit Apostolus; Qui autem Iesu Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum passionibus & concupiscentiis. In hac quidem cruce, per totam istam vitam, quae in medijs tentationibus ducitur, perpetuo debet pendere Christianus: Non est enim in hac vita tempus euellendi clauos, de quibus in Psalmo dicitur, Confige clauis à timore tuo carnes meas. Carnes, sunt carnales concupiscentiae: clauis, sunt praeccepta iustitiae. His illas timor Dei configit, qui nos illi acceptabilem hostiam crucifigit. Vnde item dicit Apostolus: Obscuro itaque vos, fratres per misericordiam Dei: vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuam: sanctam, Deo placetam. Crux ergo ista est, in qua Dei seruus non solum non confunditur, sed etiam gloriatur dicens; Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo: crux, inquam ista, non quadraginta dierum est, sed totius huius vitae, quae mystico numero quadraginta istorum significatur dierum, siue quod homo ducturus hanc vitam, sicut nonnulli asserunt, diebus quadraginta formatur in vtero, siue quod Evangelia quatuor cum denaria lege concordant, & quater deni istum numerum signant, nobiscum in hac vita scripturas vtrasque necessarias esse demonstrant, siue alia qualibet probabilior causa, quam potest intellectus melior & luculentior inuenire. Vnde & Moyses & Helias, & ipse Dominus quadraginta diebus ieiunauerunt: vt insignaretur nobis & in Moyses, & in Helias, & in ipso Christo, hoc est, in lege & prophetis, & in ipso Euangelio, id nobiscum agi, ne conformemur & haeremus huic saeculo, sed crucifigamus hominem veterem, non in comestationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitis, non in contentione & emulatione agentes: sed induamus Dominum Iesum, & carnis curam ne fecerimus in concupiscentiis. Sic semper hic viue, Christiane. Si terreno limo gressus non vis immergere, noli de ista cruce descendere. Si autem hoc faciendum est per hanc totam vitam, quanto magis per istos Quadragesimae dies, quibus non solum agitur, verum etiam significatur haec vita? Per alios ergo dies non grauentur corda vestra in crapula & ebrietate: per hos autem etiam ieiunante. Per alios dies, adulteria, fornicationes, omneque illicitas corruptelas nolite contingere: per hoc autem etiam à coniugijs abstinete. Quod vobis demitis ieiunando, elemosynis addite praerogando. Tem

Ep. Sermon. 86. de diuersis.

Gal. 5. Bala.

Psal. 118.

Rom. 12.

Gal. 6.

Exod. 34. 3. Reg. 17. Math. 4.

Rom. 12. 2. Pet. 5. Col. 3. Rom. 13.

Luc. 21.

do. Tempus, quod reddendo coniugali debito occupabatur, supplicationibus impendatur. Corpus, quod carnalibus soluebatur affectibus, puris precibus prosternatur. Manus, quae amplexibus implicabantur, orationibus extendantur. Vos autem, qui etiam per alios dies ieiunatis, per hos augere, quod facitis. Qui per alios dies perpetua continentia crucifigitis corpus: per hos Deo vestro crebrioribus & interioribus inhærete orationibus. Omnes vnanimis, omnes fideles fideliter, omnes in hac peregrinatione vnus patriae desiderio suspirantes, & amore feruentes. Donum Dei quod ipse non habet, nullus in altero inuideat, nullus irideat. In spiritalibus bonis, tuum deputa: quod amas in fratre. Suum deputet, quod amat in te. Nemo sub abstinentiae specie, mutare affectet potius quam refecere delicias: vt preciosos cibos querat, quia carne non vescitur, & inuisitatos liquores, quia vinum non bibit: nec per occasionem quasi demandae carnis, magis agat negotiū voluptatis. Alimenta quidem mundis munda sunt omnia: sed in nullo est munda luxuria. Prae ceteris fratres, à discordiis & litibus ieiunante. Memento propheta quibusdam exprobrantem atque clamantem; In diebus ieiunij vestri, inueniuntur volutates vestrae, quod omnes, qui sub iugo vestro sunt stimulatis, & caeditis pugnis, auditur in clamore vox vestra, & caetera talia. Quibus commemoratis adiunxit: Non hoc ieiunium ego elegi, dicit Dominus. Si clamare vultis: illum frequenter clamorem de quo scriptum est: Voce mea ad Dominum clamaui. Ille quippe non est litis, sed charitatis: sed cordis. Non est talis ille de quo dicitur: Expectaui vt faceret iudicium, fecit autem iniquitatem: & non iustitiam, sed clamorem. Dimitte, & dimitte vobis: date, & dabitur vobis. Haec sunt duae aae orationis, quibus quisque volat ad Deum: si illud, quod committitur, ignoscit delinquenti, & donat egeni. Conuerfi ad dominum, &c.

EIVSDEM DE EODEM Homilia 8.

Ep. Sermon. 70. de diuersis.

Aduentus reditu Quadragesimae tempus aduenit, quo vobis exhortatio nostra debetur: quia & vos temporis congrua Domino opera vestra debetis: quae tamen non Domino vilia possint esse, sed vobis. Orationibus, ieiuniis, elemosynis, & alia quidem tempora debent Christiano feruere: vt tamen et illos, qui diebus aliis in his pigri sunt, debet ista solemnitas excitare: & ij, qui per alios dies ad ista sunt alacres, nunc ea debent feruentius exercere. Tempus quippe humilitatis nostrae vita in hoc saeculo est, quam dies significat isti, domino pro nobis Christo, qui semel moriendo passus est, velut annis omnibus reuoluta solemnitate passuro. Quod enim semel in toto tempore factum est, vt vita nostra nouaretur: celebratur annis omnibus, vt in memoriam reuocetur. Si ergo veracissime pietatis affectu, toto peregrinationis huius tempore, quo in medijs tentationibus viuimus, humiles corde esse debemus: quanto magis his diebus, quibus ipsum tempus humilitatis nostrae non solum viuendo agimus, sed etiam celebrando significamus? Humiles esse nos docuit humilitas Christi, quia impiis moriendo cessit: excelsos nos facit celsitudo Christi, quia pios resur-

gendo praecessit. Si enim commortui sumus, ait Apostolus, & conuiuius: Si toleramus: & conregnabimus. Vnum horum modo tanquam eius propinquante passione alterum post Pascha tanquam eius resurrectione completa, deuotione debita celebramus. Tunc enim post dies huius humilitatis, etiam nostrae celsitudinis tempus & si nondum videndo agere vacat: iam tamen praemeditando significare delectat. Nunc itaque orationibus ingemiscamus instantius: tunc vberius exhilarabimur laudibus. Sed orationibus nostris, quibus ad Deum facilius volando perueniamus, elemosynis & ieiuniis, pennas pietatis addamus. Hinc autem intelligit animus Christianus, quatum remotus esse debet à fraude alienae rei: quanto sentit simile esse fraudi, si superflua sua non tribuerit indigenti. Dominus dicit; Date, & dabitur vobis: dimitte, & dimitte vobis. Haec duo genera elemosynarum tribuendi & ignoscendi elementer & seruenter operemur: qui nobis à domino vt bona tribuantur, & mala non retribuatur, oramus. Date, inquit, & dabitur vobis. Quid verius, quid iustius: vt qui dare detrahet, se fraudet ipse, ne accipiat? Si impudenter agricola quaerit messem, vbi se nouit non praemisisse semen: quanto impudentius quaerit Deum diutem tantem, qui hominem pauperem noluit exaudire poscentem? In paupere enim se pasci voluit: qui non esurit. Deum ergo egentem non spernamus in paupere: vt egentes fatiemur in dinite. Habemus egentes, & egemus. Demus ergo, vt accipiamus. Veruntamen quid est quod damus? Et pro isto exiguo visibili, temporali atque terreno, quid est quod accipere desideramus? Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Nisi ipse promitteret, impudentiae fuisset dare ista, & accipere velle illa: & nolle dare nec ista. Quae tamen ista nec ipsa habuerimus: nisi dante illo, qui exhortatur vt demus. Qua igitur fronte in vtriusque speramus tantem in minimis contemnimus imperantem? Dimitte: & dimitte vobis. Hoc est, ignoscite, & ignoscetur vobis. Conseruus conseruo reconcilietur: ne iuste seruus à domino puniatur. In hoc genere elemosynae, nullus est pauper. Potest hoc facere vt in aeternum viuatur: etiam qui ad tempus non habet, vnde viuatur. Gratis datur, dando cumulatur. Quae non consumitur, nisi quando non erogatur. Cuius ergo vsque ad hos dies inimicitiae perdurauerunt: confundantur atque finiantur. Finiantur, ne finiant: Non teneantur, ne teneant. Perimantur per redemptorem, ne perimant reentorem. Ieiunia vestra non sint talia, qualia propheta condemnat, dicens; Non hoc ieiunium elegi, dicit dominus. Arguit enim ieiunia litigiosorum: quaerit pioum. Arguit opprimentes: quaerit relaxantes. Arguit inimicantes: quaerit liberantes. Inde enim per hos dies à rebus licitis desideria refrenatis: ne illicita committatis. Nullis diebus se ingurgitet vino nec adulterio: qui diebus istis temperat à coniugio. Ira oratio nostra humilitate & charitate, ieiunando & dando, temperando & ignoscendo, bona tribuendo & mala non retribuendo, à malo declinando & bona faciendo: quaerit pacem, & consequitur eam. Volat enim talibus oratio pennis ammiculata virtutum: & quo Christus pax nostra praecessit, facilius perferitur in caelum. Conuerfi ad dominum, &c.

Luc. 6.

1. Cor. 13.

Isa. 58.

EIVSDEM DE EODEM

Homil. 9.

Est Sermon 71. de diversis.

IN adiutorio misericordiae domini Dei nostri, tentationes saeculi, insidiae diaboli, mundi labor, carnis illecebra, turbulenta temporum fluctus, & corporalis omnis atque spiritualis aduersitas: eleemosynis & ieiuniis, & orationibus superanda sunt. Haec cum per totam vitam feruere debeant Christiano: tum maxime propinquante sollempnitate Paschali, quae suo reditu anniuersario nostras excitat mentes in nouas in eius memoria salutari, quod dominus noster vnicus Dei filius misericordiam praestitit nobis: ieiunauit orauitque, pro nobis. Eleemosyna quippe Graece, misericordia est. Quae autem maior esse misericordia super miseros potuit, quam illa, quae caeli creator de caelo deposuit, & terreno corpore terrae induit conditor: eum qui in aeternitate patris manet & qualis mortalitate cognouit & nobis, formam serui mundi domino imposuit, ut ipse panis esuriret, fatietas sitiret, virtus infirmaretur, sanitas vulneraretur, vita moreretur? Hoc autem ut nostra pasceretur fames, rigaretur ariditas, consolaretur infirmitas, extingueretur iniquitas, ardesceret charitas: Quae maior misericordia, quam creati creatorem, seruite dominatorem, vendi redemptorem, humiliari exaltatorem, occidi suscitatum? Nobis de praebendis eleemosynis praecipitur ut panem demum esurienti? Ille seipsum ut nobis daret esurientibus: prius pro nobis se tradidit esurientibus. Praecipitur nobis, ut peregrinum recipiamus: ille pro nobis in sua propria venit, & sui cum non receperunt. Ipsum denique benedixit anima nostra, qui propitius sit omnibus iniquitatibus eius, qui sanat omnes languores eius, qui redimit de corruptione vitam eius, qui eam coronat in misericordia & misericordia: qui faciat in bonis desiderium eius. Exerceamus itaque eleemosynas nostras tanto impensius, tantoque frequentius; quanto propinquior sit dies, qua nobis praerogata eleemosyna celebratur: quia ieiunium sine misericordia et nihil est qui ieiunat. Ieiunemus etiam humiliantes animas nostras, appropinquante die, quo magister humilitatis humiliavit semetipsum: factus subditus usque ad mortem crucis. Imitemur eius crucem: abstinentiae clauis, edomitas concupiscentias confingentes. Castigemus corpus nostrum, & seruituti subiciamus: & ne per indomitam carnem ad illicita prolabamur: in eam domandam aliquantulum & licita subtrahamus. Crapula & ebrietas etiam per dies caeteros deuitanda: per hos autem dies etiam concessa prandia remouenda. Adulteria & fornicationes semper execranda atque fugienda: his autem diebus & a coniugibus temperandum est. Facile tibi obtemperabit caro, ne inhaereat alienis: quae refrenari consueverit & a suis. Sane cauendum est, ne mites non minus voluptates. Videas enim pro visitato vino, inuitatos liquores exquiteri: & aliorum expressione pomorum quod ex via sibi denegant, multo suauius compensare: cibos extra carnes multiplici varietate ac conduntate conquirere: & suauitates, quas alio tempore consecrari pudet, huic tempori quasi opportune colligere: ut videlicet obsecrari. Quadragesima non sit veterum concupiscentiarum repressio, sed nouarum deliciarum occasio. Haec, fratres, ne vobis persuasa surrepanti

Phil. 10.2

Phil. 11

1. Cor. 9

quanta potestis vigilantia prouidete. Passimonia, ieiunio coniungatur. Sicut ventris castiganda saturitas: ita gulae irritamenta cauenda sunt. Non humanorum alimentorum genera detestanda: sed carnalis est delectatio refrenanda. Esau non pingui vitulo vel volatilibus faginatis, sed immoderate concupita lenticula reprobatum est. Sanctum David aquam plus iusto desiderasse percipit. Non operosus ergo neque pretiosus, sed in promptu positus & quibusque vilioribus alimentis est corpus a ieiunio reficiendum, vel potius susciendum. His duobus ammiculis piarum eleemosynarum, & frugalium ieiuniorum oratio nostra in superna sustollitur: quia nec impendet a Deo misericordia petitur, cum ab homine homini non negatur, nec serena cordis petentis intentio carnalium voluptatum phantasmatis subillis impeditur. Sit autem oratio castane forte non quod charitas, sed quod cupiditas quaerit, optemus: ne inimicis mali aliquid impetatur: ne in quos nocendo non possumus, orando seruiamus. Certi sicut nos apti efficitur, ad orandum eleemosynis & ieiuniis: sic ipsa nostra oratio facit eleemosynas, cum dirigitur atque profunditur non pro amicis tantum, verum etiam pro inimicis: & ieiunat ab ira & odio & pernitiosissimis vitiiis. Si enim nos ieiunamus a cibis; quanto potius illa a venenis? Denique nos debitis opportunisque temporibus alimentorum perceptione reficimur: nunquam illam esis talibus oblectemur. Perpetua suscipiat ista ieiunia: quia est illi cibus proprius quem sumere sine intermissione praecipitur. Semper ergo ieiunet ab odio; semper dilectione pascat. Conuersi ad dominum, &c.

EIVSDEM DE EODEM

Homil. 10.

Sollemnne tempus aduenit, quo vestram commoneamus & exhortemur in domino charitatem: quamquam ipsum tempus etiam tacentibus nobis, satis vos admonet & hortetur: ut ieiuniis & Orationibus & eleemosynis solito instantius & alacrius serueatis. Sed ministerium nostrum sermone accedit: ut & vocis huius inba, vires suas Spiritus vester aduersus carnem dimicaturus accipiat. Sint ergo ieiunia vestra sine leuibus, clamoribus, caedibus: ut etiam qui sub iugo vestro sunt remissionem caritatis sentiant & benignam: ut aspera feruetas refrenetur: non vi salubris disciplina soluantur. Cum vero aliquo genere ciborum etiam concessorum atque licitorum, causa castigandi corporis abstinetis: memento omnia munda mundis: ne quid putetis immundum, nisi quod infidelitas inquinauerit. Immundis & infidelibus, ait Apostolus, nihil est mundum. Sed plane fidelium corpora cum seruituti subiciuntur: proficit spiritus uali saluti, quicquid corporali minuitur voluptati. Ideoque cauendum est; ne pretiosas escas vel pro aliis alias, vel etiam pretiosiores sine carnibus animalium requiratis. Cum enim corpus castigatur, & seruituti subicitur: restringenda sunt delicta, non mutanda. Quod enim interest in quali cibo concupiscentia immoderata culperetur? Non utique de solis carnibus, sed etiam de quibusdam pomis & agricolis alimentis Israelitarum concupiscentia diuina voce damnata est. Et Esau non pro

Est Sermon 72. de diversis.

Th. 1.

Gen. 25.

Math. 4.

Gen. 25.

1. Paul. 11.

1. Cor. 7.

Ephe. 4.

Math. 6.

Luce 6.

Est Sermon 73. de diversis.

propter offam suillam, sed propter lenticulam defricatam, sua primogenita perdidit. Ut omitteram quid esuriens dominus tentatori etiam de ipso pane responderit: qui certe non suam carnem quasi rebellem domabat: sed quid in talibus tentationibus respondere debeamus misericorditer admonebat. Quapropter, charissimi, a quibuscuque cibis vobis placuerit abstinere, memento ut propositum vestrum dia temperantia conseruetis: non ut Dei creaturam sacrilego errore damnentis. Quicunque etiam esis coniugibus alligati, nunc maxime Apostolica monita nolite contemneret: ut inuicem abstineatis ad tempus, ut vacetis Orationibus. Quod enim & aliis diebus vultis sit, nimis inuerecundum est, si modo non fiat. Arbitror onerosum non esse debere anniuersaria obseruatione sollempnibus diebus hoc facere coniugatos, quod videtur ex quadam vite parte professi sunt: quod tota vita sanctae virgines susceperunt. Iam vero eleemosynas his diebus augere, quodammodo ex debito est. Vbi enim iustus quam miserando impendit, quod vobis abstinentio demittit? Et quid iniquus, quam ut quod minus erogat abstinentia, seruet permanens auaritia, aut consumat dilata luxuria? Intendite itaque, quibus debeatis, quod vobis denegatis: ut, quod detrahit temperantia voluptati, addat misericordia charitati. Quid iam dicam de illo opere misericordiae, ubi nihil de apostheis, nihil de saeculo impenditur, sed ex corde dimittitur: quod magis si maneat quam si recedat incipit esse damnosum? Ita dico, aduersus aliquem in corde seruatum. Quid autem stultius, quam inimicum fornicat deuitare, & multo peiorem in praecordiis intimis retinere? Unde Apostolus dicit: Sol non occidat super iracundiam vestram. Moxque subiungit; Neque detis locum diabolo. Tanquam hoc agat qui non citò iram pellit ex animo: ut per illam velut per ianuam aditum praeter diabolo. Primitiuis itaque agendum est, ut super iram non occidat iste Sol: ne delectat ipsam mentem iustitiae foli. Sed in cuius pectore adhuc iustitiae permansit, pellat eam saltem iam proximus dies dominicae passionis, qui non est iratus interfectoibus suis: pro quibus in ligno pendens & precem fudit & sanguinem. In cuiuscunque ergo vestrum pectore usque ad istos sanctos dies fronte impudentissima perdurauit: nunc inde saltem ita discedat, ut oratio securi procedat: nec offendat aut palpetet aut sub conscientiae stimulis obmutescat: cum ad eum locum venerit, ubi dicendum est; Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Aliquid petituri estis, ne vobis retribuatur: & aliquid, ut tribuatur. Remittite ergo, & remittetur vobis: Date, & dabitur vobis. Haec, fratres, etiam si non admoceam, perpetua meditatio nec curae debetis. Cum vero tot diuinorum testimoniorum ministra vox nostra, diei quoque praesentis celebritate iuuertur, timere non deo ne me vel potius omnium dominum in me aliquis vestrum forte contemnat: sed sperare potius quod grex eius agnosceat eum esse quod dicitur, eum efficaciter exaudiendum.

EIVSDEM DE EODEM

Homil. 11.

Sollemnne tempus aduenit: quando de anima attentius cogitanda, & corpore castigando ve-

stram commoneam charitate. Hi sunt enim Quadraginta dies sacratissimi toto orbe terrarum: quos propinquante Pascha vnuerfus mundus, quem Deus in Christo reconciliat sibi, praedicanda deuotione concelebrat. Si quae inimicitiae quae vel nasci non debuerunt, vel cito mori debuerunt, & tamen usque ad hoc tempus sine negligentia, siue pertinacia, siue non modesta sed superba verecundia inter fratres perdurare potuerunt: saltem modo finiantur. Super quas Sol non debuit occidere, saltem post multos Solis ortus & occasus, etiam ipse suo tandem aliquando extingantur occasu, nec ulterius villo renouentur exortu. Negligens, inimicitias finire obliuiscitur: pertinax, veniam non vult concedere, cum rogatur: superbe verecundus veniam petere dedignatur. His vitibus vitii inimicitiae viuunt: sed animas, in quibus non moritur, occidunt. Vigilet contra negligentiam memoria, contra pertinaciam, misericordia: contra superbam verecundiam submissa prudentia. Qui se concordiae recollit neglectorem; exequitur expergiscendo torporem. Qui se cupit esse sui debitoris exactorem: Dei se cogitet debitorem: Qui erubescit petere, ut sibi frater ignoscat, vineat per bonum timorem, malum pudorem: ut, noxiis inimicitias finitis, ut eis mortuis vos viuatis. Totum hoc charitas agit, quae non agit perperam. Charitas, fratres mei, in quantum ad est, exerceatur bene viuendo: in quantum autem minus est, impetretur petendo. Ut autem nostrae Orationes congruis ammiculis adiungatur, quoniam in his diebus eas feruentiores habere debemus: etiam eleemosynas feruentius erogemus. Ipsis adiciatur, quod nobis ieiunando & a cibis solitis abstinentio detrahitur. Quamuis eas debeat largiores habere, qui propter aliquam necessitatem corporis sui, & consuetudinem alimentorum non potest abstinere: ut hoc addat pauperi, quod sibi detrahit; sed ideo plus det pauperi, quod sibi non detrahit: ut, quoniam minus potest Orationes suas castigatione corporis adiunare: abundantior in corde pauperis includat eleemosynam, quae pro illo possit orare. De scripturis sanctis hoc est saluberrimum amplectendumque consilium. Include, inquit, eleemosynam in corde pauperis, & haec pro te exorabit. Admonemus etiam eos, qui se a carnibus abstinent: ne vasa, in quibus sunt coctae, tanquam immunda deuitent. Sic enim loquens Apostolus, ait; Omnia munda mundis. Quod enim sit in huiusmodi obseruationibus sana doctrina; non sit causa immunditiae deuitanda, sed concupiscentiae refrenanda. Unde & illi, qui sic se a carnibus temperat, ut alias escas & difficilioris praeparationis, & pretij maioris inquirant, multum errant. Non enim est hoc suscipere abstinentiam: sed mutare luxuriam. Quomodo istis dictari sumus, ut, quod sibi detrahunt, det pauperi; a quibus solitus ita cibus relinquuntur, ut in alio comparando sumptus augeantur? Estote igitur his diebus & crebrius ieiunantes, & vobis parcius impendentes: & egenis largius tribuentes. A coniugali quoque concubitu, hi dies postulant continentiam. Ad tempus, ait Apostolus, ut vacetis continentiam. Et iterum reuertimini in id ipsum: ne tenet vos Sathanas propter intemperantiam vestram. Non est hoc arduum atque difficile diebus paucis fidelibus coniugatis: quod a certo vitae articulo usque in finem sanctae viduae susceperunt, quod tota vita sanctae virgines faciunt. Atque in

Eccl. 4.9.

Th. 11.

1. Cor. 7.

Bibl. Hom. tom. 2. d 2 his

his omnibus ferueat deuotio: comprimatur elatio. Nemo sic gaudeat de bono largitatis: vt bonum amittat humilitatis. Omnia verò cætera Dei dona non faciunt prodesse aliqui: nisi adsit vinculum charitatis. Conuerſi ad dominum, &c.

EIVSDEM DE EODEM

Homil. 12.

Citat S. Thomas in catena sua ad 4. & 9. caput D. Matthei.

Est Ser. 4. de diuersis.

Solemne tempus aduenit, quod amplius quam per anni cætera spatia, nos Orationibus atque ieiuniis animam humiliare, & corpus castigare comoneat. Cur autem hoc propinquante ſolemmitate dominicæ Paſſionis, & cur Quadrageſimi numeri myſterio celebretur, quoniam ſolet mouere nonnullos: merito de hac re quod dicitur dominus donare dignatus eſt, ad veſtram charitatem proferre ſuſcipimus. Quos autem iſta non ad litigandum, ſed ad cognoscendum quætere nouimus, eorum fide atque pietate multum adiuuamur: vt dicenda impetrate poſſimus. Hoc enim ſolet facere quæſtionem, cur ipſe dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui humano corpore aſſumpto, ad hoc vtique hominibus homo factus apparuit, vt nobis & viuendi & moriendi & reſurgendi præberet exemplum: non antequam baptizaretur, ſed poſtea quàm baptizatus eſt, ieiunauit. Sic enim ſcriptum eſt in Euangelio: Baptizatus autem conſeſſim aſcendit de aqua: & ecce aperti ſunt ei cæli, & vidit Spiritum Dei deſcendentem ſuper ſe. Et ecce vox de cælis dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Tunc Ieſus ductus eſt in deſertum à Spiritu, vt tentaretur à diabolo. Et cum ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit. Nos autem cum eis qui baptizandi ſunt ante diem baptiſmi eorum, qui dies paſchalis appropriat, ieiunamus: poſt quæ diem per dies quinquaginta ieiunia relaxamus. Quod merito mouere deberet, ſi baptizare vel baptizari niſi die Paſchali ſolemniſſimo non liceret. At cum per totum annum ſicut vnique vel neceſſitas fuerit vel voluntas, non prohibeatur à baptiſmo, id donante illo, qui dedit eis poteſtatem filios Dei fieri: anniuerſariam verò domini Paſſionem, non niſi certo anni die, quod Paſcha dicitur, liceat celebrari: Baptiſmi ſacramentum, à Paſcha proculdubid diſtinguendum eſt. Hoc ſenim omni die licet accipere: illud vno & certo anni die ſas eſt agere. Hoc ad innouandam vitam datur: illud ad religionis memoriam commendatur. Sed quod ad illam diem longe maior baptizandorum numerus conſult, nõ gratia vberior ſalutis hic diſtat: ſed læticia maior feſtiuitatis inuitat. Quid quod etiam baptiſmus Ioannis quem tunc Chriſtus accepit, à baptiſmo ipſius Chriſti quem fideles eius accipiunt, diſcernendus eſt: nec ideo ille quo baptizatus eſt Chriſtus, melior eſt illo, quo baptizatus eſt Chriſtianus, quia Chriſtiano melior eſt Chriſtus: ſed ideo magis iſtud baptiſmum, quia Chriſti eſt, illi præponitur? Ioannes enim baptizauit Chriſtum, cum ſe Chriſto conſiteretur minorem: Chriſtus autem baptizat Chriſtianum, qui ſe oſtendit & Ioanne maiorem. Sicut circuncuſione carnis quamuis eam & Chriſtus ac-

Matth. 3. al. Iſſum.

Matth. 4.

Matth. 8.

Matth. 3.

Matth. 11.

Matth. 2.

cepit, & nemo Chriſtianus nunc accepit, melius eſt ſacramentum reſurreccionis Chriſti, quod ad expoliandam carnalem ac veterem vitam circumcitur Chriſtianus, vt audiat Apoſtolum dicentem: Sicut Chriſtus reſurrexit à mortuis per gloriam patris, ſic & nos in nouitate vitæ ambulemus. Sicut ipſum vetus Paſcha, quod agni occiſione celebrari præceptum eſt, non ideo quia hoc eſt diſcipulis celebrauit Chriſtus, melius eſt quàm Paſcha noſtrum, quo immolatus eſt Chriſtus. Pertinuit enim ad præbendum nobis humilitatis & deuotionis exemplum, vt illa etiam ſacramenta veniens ſuſcipere dignaretur: quibus vetus ipſe prænuſciatur: vt hinc oſtenderet quanta religio ne nos oportet hæc accipere ſacramenta, quibus iam veniſſe nunciatur. Non ergo quia Chriſtus poſt acceptum Ioannis baptiſmum continuo ieiunauit, tanquam regulam obſeruationis dediſſe credendus eſt, vt poſt ipſius Chriſti baptiſmum acceptum, continuo ieiunare neceſſe ſit: ſed planè illo exemplo docuit ieiunandum eſſe, quando forte acriter luſtamine cum tentatore conſtigimus. Ob hoc enim Chriſtus, qui ſicut homo dignatus eſt naſci, non reſpuit ſicut homo tentari: vt Chriſtianus magiſterio eius inſtructus, non poſſit à tentatore ſuperari. Siue ergo continuo poſt baptiſmum, ſiue, quolibet interuallo temporis interpoſito, quando ſimile prælium tentationis inſeritur homini, ieiunandum eſt: vt & corpus impleat de caſtigacione militiam, & animus impetret de humilitatione victoriæ. In illo ergo dominico exemplo illius cauſa ieiunij non Iordanis tinctio: ſed diaboli tentatio fuit. Cur autem nos ante ſolemmitatem paſſionis Dominicæ ieiunemus, & illa ieiuniorum relaxatio quinquageſimo die perſiciatur, hæc ratio eſt. Omnis qui rectè ieiunat, aut animam ſuam in gemitu orationis & caſtigacione corporis humiliat ex ſide non ficta, aut ab illecebra carnali inopia aliqua ſpirituali veritatis & ſapientie delectatione ſuſpenſa, ad famem ſitumque ſentiendam deſcendit eius intentio. De vtroque ieiunij genere Dominus reſpondit, interrogantibus cur diſcipuli eius non ieiunarent. Nam de illo primo, quod habet anime humilitationem: Non poſſunt, inquit, lugere filij ſponſi, quam diu cum eis eſt ſponſus. Sed venit hora, quando auferetur ab eis ſponſus: & tunc ieiunabunt. De illo autem altero, quod habet epulas mentis, ita conſequenter locutus eſt: Nemo aſſuit pannum noui veſtimento veteri, ne maior ſciſſura fiat: Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres, ne & vtres rumpantur, & vinum effundatur: ſed vinum nouum in vtres novos mittunt, & vtraque ſeruantur. Proinde quia iam ſponſus ablatuſ eſt, vtique nobis filiis illius pulchri ſponſi, lugendum eſt. Specioſus enim forma præ filiis hominum, cuius diſcuſa gratia in labijs eius, inter manus perſequentium nõ habuit ſpeciem neque decorem, & ablata eſt de terra vita eius. Et rectè lugemus, ſi flagramus deſiderio eius. Beati, quibus eum licuit ante paſſionem tunc habere præſentem, interrogare ſicut vellent, & audire ſicut audire deberent. Illos dies concupierant videre patres ante aduentum eius, neque viderunt: quia in alia diſpenſatione fuerant ordinati, per quos venturus annuntiaretur: non à quibus veniens audiretur. De his enim ad diſcipulos loquitur dicens: Multi iuſti & prophete voluerunt videre: quæ vos videtis, & non viderunt

Rom. 6.

S. Thomas in Matt. cap. 4.

Tho. in Cath. aur. Matt. 9.

Matth. 9. Luca 5.

Ibidem.

Psalm. 51.

Matth. 13. Luca 10.

viderunt: & audire, quæ auditis, & non audierunt. In nobis autem illud impletum eſt, quod ipſe itidem dicit: Venient dies, quando deſiderabitis videre vnum de diebus iſtis: & non poteritis. Quis non ſancti deſiderij flamma vratur, quis non luc lugeat, quis non labore in gemitu ſuo, quis non dicat: Factæ ſunt mihi lachrymæ meæ panis die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi eſt Deus tuus? Credimus quippe in eum iam ſedentem ad dexteram patris: ſed tamen, quãdiu ſumus in corpore, peregrinamur ab eo, nec eum dubitantibus vel negantibus & dicentibus, vbi eſt Deus tuus, valemus oſtendere. Merito Apoſtolus eius concupicebat diſſolui, & eſſe cum illo: Manere autem in carne non ſibi optimum ducebat, ſed neceſſarium propter nos. Vbi cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentie noſtræ: quoniam deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Inde tentatio eſt vita humana ſuper terram: & in hac ſeculi nocte circuit Leo quærens quem deuoret. Non Leo de tribu Iuda, rex noſter: ſed leo diabolus, aduerſarius noſter. Ille autem quatuor animalium de Apocalypſi Ioannis figuratus in ſe vno exprimens, natus vt homo, operatus vt Leo, immolatus vt vitulus, volauit vt aquila. Volauit ſuper pennas ventorum, & poſuit tenebras latibulum ſuum. Poſuit tenebras & facta eſt nox, in qua pertranſeunt omnes beſtiæ ſyluæ: Catuli leonum rugientes, tentatores videlicet, per quos diabolus querit, quem deuoret, nõ quidem habentes proſtatem niſi in eis, quos acciperint: quia & in Paſmo ipſo ita ſequitur: Querentes à Deo eſcam ſibi. In tam periculoſa & tentationibus plena huius ſeculi nocte quis non timeat, quis non medullis omnibus contremiſcat? ne dignus iudicetur, qui detorandis dimitratur in fauces tam crudelis inimici? Vnde ieiunandum & orandum eſt. Et quãdo potius quãdo inſtantiuſquam propinquat ipſa Dominicæ paſſionis ſolemmitas, quæ celebrata anniuerſaria quodammodo nobis cuiuſſe noctis memoria reſculpitur ne obliuione deleatur? ne nos non corpore ſed ſpiritu dormientes, ille rugiens deuorator inueniat. Nam & ipſa dominica paſſio, quid nobis aliud in capite noſtro Chriſto Ieſu, quàm ipſam vitæ huius tentationem maximè commendauit? Vnde aduenientem iam mortis ſuæ tempore, Petro dixit: Poſtulauit Sathanas vexare vos ſicut triticum, & ego rogavi, Petre, pro te, ne deficiat fides tua: vade & conforta fratres tuos. Et planè confortauit nos per Apoſtolum, per Martyrium, per Epiſtolas ſuas. Vbi etiam noctem de qua loquitur admonens formidandam conſolatione prophetie tâquam nocturni luminis vt cauti vigilaremus edocuit. Habemus, inquit, certiore prophetieum ſermonem, cui beneficiis intendentes tanquam lucernæ lucenti in obſcuro loco, donec dies luceſcat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris. Sint ergo lumbi noſtri accincti, & lucernæ ardentes, & nos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum, quando veniat à nuptiis. Nec dicamus inuicem nobis, Manducemus & bibamus, cras enim morimur: ſed eo magis quo incertus eſt mortis dies, & moleſtius eſt vitæ dies, ieiunemus & oremus: cras enim morimur. Puſillum, inquit, & non videbitis me: & iterum puſillum & videbitis me. Hæc eſt hora, de qua dixit: Vos tristes eritis, ſeculum autem gaudebit. Id eſt, vita iſta tentationibus plena,

Luc. 17. c. 22.

Psalm. 41.

1. Cor. 5.

Phil. 1.

Sapient. 9.

Job. 7.

1. Petr. 5.

Apoc. 4.

Psalm. 103.

Psalm. 18.

Psalm. 103.

1. Cor. 22.

2. Petri 1.

Lucæ 12.

1. Corinth. 15.

Ioan. 16.

in qua peregrinamur ab eo. Sed iterum, inquit, vi-
debo vos, & gaudebit cor veſtrum: & gaudium veſtrum nemo auferet à vobis. In hac ſpe fideliffimi promiſſoris etiam nunc vtumque gaudemus: donec veniat illud vberimum gaudium, cum ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum, ſicut eſt, & gaudium noſtrum nemo auferet à nobis. Huius enim ſpei tam gratum & gratuitum pignus etiam Spiritum ſanctum accepimus, qui in cordibus noſtris inenarrabiles gemitus operatur ſanctorum deſideriorum. Concepimus enim, ſicut ait Eſaias, & parturimus Spiritum ſalutis. Et mulier, cum parturit, ait dominus, triſticia eſt illi, quoniam venit dies eius. Sed cum pepererit, fit gaudium magnum, quoniam natus eſt homo in ſeculum. Hoc eſt gaudium, quod nemo auferet à nobis: quo in æternum lumen ex hac fidei conceptione tranſfundemur. Nunc ergo ieiunemus & oremus, cum dies parturitionis eſt. Hoc totum corpus Chriſti per totum orbem diſfuſum, id eſt, tota hoc agit Eccleſia, & illa vnitas, quæ dicit in Paſmo, A ſinibus terræ ad te clamauit, dū angeretur cor meum. Vnde iam nobis elucet cur Quadrageſima indiſtincta ſit huius humilitationis ſolemmitas. Quæ enim à ſinibus terræ clamat, cum angitur cor eius à quatuor orbis terræ partibus clamat: Quas frequenter etiam ſcriptura commemorat, orientes, & Occidente, Aquilone & Meridie. Per hoc totum ille decalogus legis, iam non per litteram tantummodo meruendus, ſed per gratiam charitatis implendus, inductus eſt. Vnde quater multiplicatis decem, videmus quadraginta compleri. Sed adhuc in labore tentationis, cum venia delictorum, quis enim perfecte implet? Non concupiſces? Vnde ieiunandum & orandum eſt: à bono tamen opere non ceſſandum. Cui labori merces illa redditur in fine, quæ denarij nomine nuncupatur. Sicut autem ternarius à tribus, quaternarius à quatuor tribu denarius à decem nomen accepit. Qui coniunctus quadragenario, tanquam merces labori redditur. Quinquagenarij numeri figura tempus illud gaudij ſignificat quod nemo auferet à nobis: cuius in hac vita nõdum functionem habemus: ſed tamen poſt ſolemmitatem Dominicæ paſſionis à die reſurreccionis eius per dies quinquaginta, quibus ieiunia relaxamus, hoc in Dominicis laudibus perſonante Alleluia celebramus. Nunc itaque, in perſona Chriſti, vt non circumueniamini à Sathanæ, exhortor vos, dilectiffimi: vt quotidianis ieiuniis, largioribus elemoſynis, ſeruentionibus orationibus Deum propicietis. Nunc tempus eſt, quo coniugati ab vxoribus, & nuptæ à ſuis viris abſtineant, vt orationibus vacent: quamquam & per totum annum certis diebus hoc facere debeant: & quanto crebrius, tanto vtique melius: quia & qui conſeſſa immoderate appetit, eum, qui conſeſſit, offendit. Oratio quippe ſpiritualis res eſt, & ideo tanto eſt acceptior, quanto magis ſuæ naturæ implet effectum. Tanto magis autem ſpirituali opere funditur, quanto magis animus, qui eam fundit, à carnali voluptate ſuſpeditur. Quadrageſima diebus ieiunauit Moyſes legis adminiſtrator, Quadrageſima Helias excellentiffimus prophetarum: quadrageſima ipſe dominus teſtimonium habens à lege & prophetis. Inde cum his duobus in mote ſe offendit. Nos autem, qui tam longum ieiunium perpetuare non poſſumus, vt per tot dies & noctes nihil alimètorum ſicut & illi accipiamus: ſaltem, quan-

Ibidem.

1. Ioan. 3.

Rom. 8.

Eſaias 26.

Ioan. 16.

Psalm. 60.

Exod. 16.

Matth. 5.

Rom. 7.

Exod. 34.

3. Reg. 17.

Matth. 4.

Matth. 17.

tum possumus, faciamus: ut exceptis diebus, per quos certis de causis mos Ecclesie prohibet ieiunare, domino Deo nostro vel quotidiano vel crebro ieiunio placeamus. Sed nūquid sicut à cibo & potu abstinentia per tot dies nō potest esse cōtinua: & à concubitu non potest? cū videamus in nomine Christi multos vtriusque sexus ab hac re penitus immunia Deo dicata seruare? Puto non esse magnum, ut tota paschali sollempnitate possit coniugum castitas, quod potest tota vita virginitas. Iam vero illud, quamquam admone-re non debui, quandoquidem tempus humiliandę animę, quantum potui, maximē commendauī, tamen propter hominum errores, qui per vanilo- quas seductiones & prauas consuetudines nobis molestam pro vobis curam inferre non cessant: ta- cere non possum. Sūt quidam obseruatores Qua- dragesimę deliriosi potius quā religioxi, exqui- restes nouas suauitates magis quā veteres con- cupiscentias castigantes: qui copiosius pretiosis- que apparatus fructuum diuersorum, quorumlibet obsoniorum varietates, & sapores superare con- tendunt, vasa, in quibus coctę sunt carnes, tanquā immunda formidant: & in sua carne ventris & gutturis luxuriam non formidant: Ieiunant non ut solitam temperando minuant edacitatem: sed ut immoderatam, differendo, augeant auiditatem. Nam, vbi tempus reficiendi aduenit, opimis mensis tanquam pecora pręsepibus irruunt: nu- merosioribus ferculis corda obruunt, ventresque distendunt: aristiosis & peregrinis condimento- rum diuersitatibus gulam ne vel copia compesca- tur, irritant. Denique tantum capiunt manducan- do, quantum digerere non sufficiunt ieiunando. Sunt etiam, qui vinum non bibunt, ut aliorum ex- pressionem pomorum alios sibi liquores, non salu- tis causa sed iocunditatis, exquirant: tanquam non sit Quadragesima pię humilitatis obseruatio, sed nouę voluptatis occasio. Quanto enim honestius, si stomachi infirmitas aquam potare non tolerat, vino vtitur & modico sustentetur, quā querantur vina, quę vindemiam nesciunt, quę torcularia non nouerunt: non ut potus mundior eligatur, sed ut frugalior improbetur? Quid autem absurdius, quā tempore quo caro arctius castiganda est, tan- tas carni suauitates procurate, ut ipsa faucium cō- cupiscentia nolit Quadragesimam præterire? Quid incōuenientius, quā in diebus humilitatis, quā- do pauperum victus omnibus imitandus est, ita viuere, ut, si toto tempore sic viuatur, vix possint diuitum patrimonia sustinere? Caute ista, dilectis- simi, cogitate quod scriptum est: Post concupiscentias tuas non eas. Quod saluberrimum præcep- tum si omni tempore obseruandum est, quanto amplius his diebus, quando ita turpe est, si cupiditas nostra ad inuitatas laxetur illecebras, ut meri- to culpetur qui non restrinxerit vilitates. Pręcipue sane pauperum memento, ut, quod vobis par- titus viuendo subtrahitis, in caelesti thesauro repo- natis. Accipiat esuriens Christus, quod ieiunans minus accipit Christianus. Castigatio volentis, fiat sustentatio non habentis. Voluntaria copiosi ino- pia, fiat necessaria inopis copia. Sit etiam in animo placabili & humili misericors ignoscendi facilitas. Peccat veniam, qui fecit iniuriam: det veniam, qui accepit iniuriam: ut non possideamur à Sathana, cuius triumphus est dissensio Christianorum. Et hæc enim magni lucri elemosyna est, debitum

relaxare cōseruo, ut tibi relaxetur à domino. Vtrū- que opus bonum caelestis magister discipulis com- mendauit dicens: remitte, & remittetur vobis: date, & dabitur vobis: Memento serui illius, cui ^{Luca 6.} replicauit: quia cōseruo ipse debent sibi centum ^{Matth. 18.} denarios misericordiam non repedit, quam de talentorum decem milibus, qua debebat, accepit. In hoc genere opetis boni excusatio nulla est, vbi sola voluntas tota facultas est. Potest quisque dice- re, ne stomachus doleat, ieiunare non possum. Po- test etiam dicere, volo dare pauperi, sed vnde, non habeo: aut tantum habeo, ut timeam egere, si de- dero. Quanquam & in his operibus excusationes plerunque sibi homines falsas faciunt, quia veras non inueniunt. Veruntamen quis est, qui dicat, ideo non ignoui veniam petenti, quia me valetu- do impediuit, aut quia manus, quę porrigerem non fuit: Dimitte, ut dimittatur tibi. Carnis hic opus est nullum, vel carnis suę membrum in ad- iutorium animę nullū assumitur, ut hoc implea- tur, quod rogatur. Voluntate agitur, voluntate per- fitur. Fac securus, da securus, nihil in corpore do- lebis, nihil in domo minus habebis. Iam verò, fra- tres, videte quid mali sit, ut poenitentī fratri non ignoscat, cui præceptum est, ut inimicum adhuc diligat. Quę cū ita sint, cū scriptum sit: Sol nō occidat super iracundiam vestrā: considerate, cha- rissimi, vtrum Christianus dicendus sit, qui saltem his diebus inimicitias non vult finire, quas nun- quam debuit exercere.

S. MAXIMI EPISCOPI

Taurinensis de eodem Hom.

Quia nonnullorum est consuetudo, charissi- mi, aduenientes quadragesimę dies deuotio- ri ieiunio præuenire, necessarīe præsens euan- gelij decarfa est lectio, in qua dominus noster vir- tutum spiritualium retributor, sanctam nobis per- fectamque dedit regulam ieiunandi dicens. *Cum ieiunatis, non eritis sicut Hypocritæ tristes. Exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus ieiunare.* Non enim Deo ieiunat, sed hominibus, quicunq; osten- tatione ieiunij sui gloriam requirit humanam. Ex- terminant autem facies suas, qui merore simula- to religiosum vultu populorum oculis mentiuntur. Non vult enim disciplinę caelestis magister ir- religiose agi, quod fieri pro religione præcipitur, nec patitur inuocatum se laborem, quibus æter- nam parat mercedem, in fructuosa iactantia vitio deperire. *Non eritis, inquit, sicut hypocritæ tristes.* Si enim vere moestus, & tristis es, quia ieiunas, nul- lam tibi vringratus apud Deum gratiam referua- bis, quia quamuis opus facias bonum, prauitatem tamen degeneris animi inuitus operaris. Si autem pro quadam sanctitatis imagine tristitiam simulas, omnem fructū promissionis diuinę obsequij tui ostentator amittis. Quod si Deo ieiunium tuum defers, cur illud hominibus parci cōditione viuentibus vanę glorię sēctator ostentas? Hanc nimirum Paulus Apostolus secutus sententiam dicebat. Nolite fieri inanis glorię cupidi. Inane est enim, & vanum quicquid nullius ponderis, aut virtutis firmitate consistit. Inane est, quod cum se- culo prætereunte deficiens ad vitam non transit æternam. Quicquid enim pro carnali honore la- boratur,

boratur, corruptibili cum carne dilabitur, ut ait ^{2. Jo. 40.} Propheta. Omnis caro fœnū, & omnis gloria ho- minis vt flos fœni. Aruit fœnum, & flos decidit, verbum autem Dei manet in æternum. Nec pos- sumus, dilectissimi, pro vno, eodēque opere & laudem mundi adulantis expetere, & præmium vitę caelestis acquirere. *Sed vngit, ait, cū ieiunans, caput suum, & lauā faciem tuam.* Vngit reuera omnis de- uotus caput suum, cuius religiosum ieiunij sanctę elemosynę vberitate pinguescit. Et, si altius ali- quid cogitemus, vnges caput tuū, quod est Chri- stus, si bonis operibus meliora subiungens sim- plici cum deuotione laticifex. Lauabis sine dubio & faciem tuam, atque omni eam lætitię serenitate deterges, si diuino iucundior cultu, nullis vanita- tis affectatione fordescat. Illos eorum vultus est, qui falso oculorum merore præconia mundana mercantur. Quos Apostolus sententia sua notat dicens, quæstum exitimam esse pietatem. Et cum hæc ita sint, nō repellit dominus lugentes vel pec- cata sua, vel mundum, qui dixit. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Non reprehenditur ille, qui dudum corde deo, & laticis gressibus à tramite salutis elapsus, redintegrate se Deo mœ- sta poenitentię satisfactione conatur, ut in quin- quagesimo legitur psalmo. Cor contritum, & hu- miliatum Deus non spernit. Non vtiq; spernit Deus sanctum merorem, sed seruientis sibi artifi- cem, & dolo simulatam non vult circumferre tri- stitiam. De quibus ait Christus ad discipulos suos. Amen dico vobis, perciperet mercedem suam. Quanta est igitur spes fidei eorum, vel quę futura retributionis expectatio, qui omnem mercedem operum suorum in præsentī seculo temporalis auzæ ambitione cōsumunt? Et idcirco, fratres, inoffensam, & Deo placitam in omnibus tenete mensuram, sit apud vos purum ieiunium, simplex misericordia, omnique sincera deuotio, ut sanctam vitam ve- stram euangelica institutione perfectam plena Dei nostri retributio prosequatur.

HILARII ARELATEN- sis Episcopi de initio quadragesimæ.

Sicut messium, aut vindemiarum dies humano generi fructuum suorum abundantiam com- mendat, & gratiam, ita hoc tempus animabus nos- tris (dilectissimi fratres) secundum salutis fructi- bus nonerimus. Sed si requiras, & dicas, quid com- modis, quid vtilitatis, hoc exercitium ieiunandi af- fert? O homo, quid dices, si non prior dominus tuus abstinendi dedisset exemplum? Ita que scire debemus, quia primum per gulę, & incontinentię vitium mors intravit in terrā, ieiunij beneficium quid conferre possit aduerte. Cū cibi appetitum primo homini nimium nocuisse cognoscas, Chri- stum ipso ab aduersario esse tentatum cibi sollici- tatione perpicias, ab illo saltem require, abstinere quid profit, qui se cōtra diabolum pugnaturus, ad informationē tui, abstinentię se virtute præcinit. Quam quidem vitam apostolis suis Iesus insinua- uit: vt requireribus, quod remedium ei qui à dæ- monio vexabatur posset adhibere, responderit hoc inquit, genus dæmonis non eicitur nisi per orationem, & ieiunium. Vide quid commodi cir- ca propationem operetur salutem, quod alio ieiunan- te, interdum etiam ad alienam pertinet salutem,

vt homo per abstinentiam, angelicam possit expu- gnare naturam. Et hoc quantum in ea insit vilitatis intellige. Ecce extrinsecus virtus augetur, cor- pus affligitur, & diabolus effugatur. Audi quid dicat apostolus, cum inuisibiles aduersarios ieiunio- rum cęstibus se elidere sentiret: Ego igitur sic pu- gno, non quasi aerem verberans. quod cum loquitur, nescio quas in aere potestates se verberare testatur, sed castigo, inquit, corpus meum & in ser- uitudinem redigo, ne forte cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Ecce beatus Paulus iam ^{Non sola Deo} Christi habitaculum, iam vas electionis effectus, ^{gratia saluatur,} intelligit sibi non sufficere solam gratiam, nisi gra- ^{sed & ne-}tię adungat sollicitudinem vigilantis, & laboris ^{operatio,} industriam. Iam quidem fiducialiter proclamabat, an experimentum eius queritis, qui in me loquitur Christus? & tunc vt spiritalibus resistere possit inimicis, cōtinuatis studet corpus vallare ieiunij. Sed & hoc ipsum vt Christus in eodem loqui pos- set, non aliter quā ieiuniorum sanctificatione promeruit. Sed & beatum Moysen per quadrage- narium continuatę abstinentię sacrificium, caele- stis colloquij legimus acquisisse commercium, sic enim habemus, loquebatur, inquit, dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet homo loqui ad amicū suum. Hoc ideo legimus, vt intelligamus hominibus purificatione ieiunij, vicinā Dei, præ- sentiamq; conferri. Sed & Niniuitę per abstinen- tiam irę desuper imminētis suspenderunt rui- nā, & paruuli, ac pecora pariter abstinentes, egres- sam à domino plagam, atque sententiam iam cadentem (vt sic dixerim) retorsērūt, tam manifestum indicantes afflictionis remedium, vt sibi & anima- lium crederēt prodesse ieiunium. Sic ergo, charissi- mi, Dei præoccupemus, ac remoueamus suscepta humilitate iudicium, quando ipsi in nobis volun- taria damnamus contritione peccatum. Ergo vt possit labor iste prodesse, cum fide tua age, cū cor- de tuo obtine: fructuosum tibi & acceptabile, Deo tunc demum scias, si profuturum esse confidas. Attingamus stricim quid boni habeat castigatio corporalis, agnoscamus econtrā quid incommodi nutriam oblectamenta carnalia. Diuina sententia est, quę dicit: Anima, quę est in deliciis, viuens mortua est: tunc planē vera mors est, quando ho- mo anima præmorientē, deteriore sibi parte ho- minis sit superstes, & alio loco, cū de corpore deliciis resoluta anima damnanda transferri, audi quid de ea dominus dicat: Quantum, inquit, in de- liciis fuit, tantum dare illi tormentum, & luctum. Sed & secundum fidem euangelicę, & caelestis ora- culi, diues ille post delicias æternis traditur flammis: Lazarus post esuriem, beatitudinis gremio angelorum inferitur obsequis, & propter hoc ad vtrumque loquitur sermo diuinus, Fili, receptisti bona in vita tua, Lazarus similiter mala vni tran- sacta vitę iocunditas, loco criminis imputatur, alij post malorum tolerantiam, repensatio fit bo- norum. Et ideo dominus etiam in lege præcepit, in diebus, inquit, sollempnitatum vestrarū affligite animas vestras. Et quia cor ieiunij contritum & humiliatum Deus non spernit, magnum abstinen- tię sacrificium, præferim si misericordię largitate pinguescat, si per elemosynas odorem suauitatis accipiat, & ideo dicit sermo diuinus, Absconde elemosynam in sinu pauperis, & ipsa exorabit pro te, & alio loco: Cōsiliū meum accipe ó rex, peccata tua elemosynis redime. Similiter alius

propheta commemorat, Orationibus, inquit, & elemosynis purgantur peccata: per vitamque er-
 gem, sed maxime per elemosynam, Dei misericordiam
 requirenda est. Oportet itaque, ut sibi res
 vtraque cõsentiat: illa rogat, hæc impetrat: illa quod
 dammodo iudicis audientiam deprecatur, hæc gra-
 tiam promeretur: illa ostium pulsât, hæc aperit: illa
 prodit desiderii, hæc desiderij procurat affectum:
 illa supplicat, sed supplicentem ista commendat.
 Sic laudabilis Tabitha, quæ in Actibus apostolo-
 rum interpretata dicitur Dorcas, in operibus bo-
 nis vitæ diem claudens, euolante anima, corpus
 relinquens, cum iam omnibus & operationis, &
 & vitæ renunçasset officiis, stantes accurrunt vi-
 duæ, pauperes adgregantur, tunicas, ac vestes quas
 faciebat illis Dorcas celo descendente conueniunt
 Deum, testimonia meritorum clamant defuncta
 operatrice, vox operum bona, quæ in seculo ges-
 serat consequuntur animam in aliud seculum, con-
 sequuntur, & reuoluuntur, reditque de loco mor-
 tis ad vitam præstiam. Itaque indumenta pauper-
 culis hic ostenduntur, illic operantur, hic adhuc
 præbent vsum, illic iam tribuunt præmium, quam
 mira, & preciosa merita largitatis? Hic adhuc vten-
 tium algentes humeros calefaciebant, etiam illic
 largitricis animam refrigerabât. Vnde & nos, cha-
 rissimi, animas nostras morti obnoxias piis operi-
 bus suscitemus: dabunt absque dubio æternam vi-
 tam, quæ aliquoties etiam temporariâ reddiderit.
 Quod autem, charissimi, videmus aliquoties etiam
 illas animas penitentiam petere, quæ ab ineunte
 adulescentia consecratæ preciosum Deo thesau-
 rum deuouerunt, inspirate hoc Deum pro ecclesiæ
 nostræ profectibus nouerimus, ac medicinam,
 quam inuadunt sani, discant quærere vulnerati, ut
 bonis etiam parua defenibus, ingentia ipsi ma-
 la lingere consuescant, ac si quando iam illa perso-
 nas, quæ fortè minus indiget penitentia, aliquid fi-
 de dignum, atque compunctum sub oculis eccle-
 siæ gerit, fructum suum etiam de aliena ædifica-
 tione multiplicat, & meritum suum de luero pro-
 ficientis accumulatur: ut, dum perfectione illius emen-
 datur alterius vita, spiritali fornore ad ipsam boni
 operis recurrat vstra. Et ideo tanti eum domino
 commenclabilem faciunt, quanti eius incitamen-
 to lumen accipiunt. De talibus per Euangelium
 dicitur: Qui enim habet, dabitur illi, & superabun-
 dabit: scilicet per quem etiam in aliena salute
 exundat merita propria, scilicet in cuius mentem
 redundat salus aliena. Vides quantum possit etiam
 bonis piis ad salutiferum penitentia manus ten-
 dere: in omni homine inuenit profectio ista bene-
 ficij locum, læsa curat, læsa glorificat: illic reme-
 dium operatur, hic præmium. Sicut ergo quando
 aliquis peccat sub conscientia, ac destructione
 plurimorum, de pluribus incurrit reatum, &
 quantum per vnus membri vitium serpit latè dif-
 fusum reliqua per membra contagium, tantum in
 auctorem suum multiplicis mali recurrit augmẽ-
 tum, & quantos destruxerit, de tantis sibi damna-
 tionis materiam congregabit, commisso enim pes-
 simo opere, contumiscant boni, subuertuntur ma-
 li, vitiam non etiam boni. Nimis enim penetra-
 bile telam est imitatio deteriorum, ita autem è
 contrario quando quisque de ecclesiæ filiis ali-
 quod bonum profectur in publicum, crescit de-
 uotio meritorum corda mirantium, ac de tantis
 adquiruntur bonorum operum fructus, quanto

*Virginibus
 Duo consecras
 sa, preciosa
 Deo thesau-
 rum.*

tum velut balsami suauitate conduntur affectus.
 bonorum turba penitentiam, qui secundus ordo
 est neophytorum, sicut ibi fide est acquisita, ita hic
 opere, & lachrymis crimina debentur. Superest
 inter hæc ut penitentia sancta profectio bene-
 cepta melius consummetur, referata ecclesiæ li-
 mina assiduis terantur officiis. Ponatur ori, cordi-
 que custodia, pars noctis, & diei in gemitu, & ora-
 tionibus occupetur, iustus, iocus, securitas relin-
 quatur, refugiantur epulationes, & ebrietates.
 Quod si vos non facitis, sola vos nominis saltate
 decipitis. Quod autem interdum etiam in præ-
 sentu in aliquos cælestis defenit offensa, id causa
 est, quod manifestantur etiam hic diuina iudicia:
 ut secundum Salomonem castigato pestifero, fi-
 delis efficiatur astutior: manus suas lauet in san-
 guine peccatoris: manus suas lauet, id est, opera
 sua, visa malorum pœna purificet. Refugiendæ
 sunt ergo epulationes, & ebrietates, maledicta,
 mendacia, quare mendacia? quia os, quod menti-
 tur, occidit animam: quare ebrietates, ac maledi-
 cta: quia velut quodam nos tonitru vox diuina con-
 terret, dicens: neque ebriosi, neque maledici re-
 gnum Dei possidebunt. Qui videri mulierem ad
 concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in
 corde suo, & iterum: Ecce ego venio congregare
 opera & cogitationes eorum. Cauenda sunt reli-
 giosis iuuenum impura oscula, & lasciuia collo-
 quia. Impudici verò contactus osculi, quid aliud
 est quam morsus diaboli, & artha peccati? Siqui-
 dem Tullius magister gentilis ita condemnauit
 hoc vitium, dicens: Osculum pars adulterij est:
 per hoc enim criminis ostium, & mortis initium
 fit, etiam si nondum in opere consummetur in-
 iquitas, perfecta est iam in corde captiuitas. Et quia
 dixit sermo diuinus, qui minima spernit, paulu-
 tim decidit, difficile est ut non cadere in graui-
 a permitatur, qui minus graui non veretur. Per-
 culosus est male conuersationis vñus, & inreuo-
 cabilis ad deteriora descensus. Inuiscendum est ani-
 mus ad studia salutis, à fidelibus Christi vsque in
 finem exercenda militia, quibus æterna post si-
 nem corona paratur, & gloria.

*Remissio pec-
 catorum post
 baptismum, fit
 per opera.*

*Non videtur
 intentioni hæc
 haberi inter
 eius opera,
 quæ extant.*

Leuit. 26.

*Nota opera
 satisfactoria.*

**CÆSARII ARELATEN-
 sis Episcopi Homilia ad populum in
 quadragesima.**

Al quodam loco Sermo diuinus: In diebus
 solennitatum vestrarum affligite animas ve-
 stras. Quare hoc dixit? Quia ieiunia ac vigilie, &
 sanctæ afflictiones humilitata corpora macerant:
 sed maculata corda purificant. Membris subtra-
 hunt fortitudinem, sed conscientias addunt nitorem.
 Nihilominus de contritione animi rediman-
 tur crimina voluptatum. Per duræ crucis exercitia,
 deceptæ dudum præntis gaudia puniuntur: ac sic
 mortificatione carnis, futura mortis sententia
 præuenitur: & dum culpæ auctor humiliatur, cul-
 pa consumitur: dumque exterior afflictio volun-
 tariae districtiõnis infertur, tremendi iudicij offen-
 sa sedatur, & ingentia debita labor soluit exiguis,
 quæ vix consumpturus erat ardor æternus. Tra-
 ciantes ergo causam salutis nostræ, faciamus inter
 nos, quod circa nos medici facere solent. Si læsura
 aliqua, vel querela in prima corporis cute sentitur,
 curatio medicamenti blandioris apponitur. Si ve-
 rò in

*Vide differe-
 tia inter pec-
 cata venia-
 lia, & mor-
 talia.*

*Penitentia
 publica.*

*Psal. 37.
 Psal. 6.
 Psal. 101.*

Psal. 21.

Dan. 4.

Luc. 19.

Mat. 25.

rò in ossibus vulnus absconditum, aut in viscerum
 profunda demersum est, austeriorem ac violentio-
 rem poscit vt occulta medicinem, vt vlcis ma-
 gnitudo aut sectione aut euisione superentetur,
 & dolor dolore pellatur. Similis ratio in ægritudi-
 ne interioris hominis adhibenda est. Si leuia sunt
 fortasse delicta: verbi gratia. Si homo vel in sermo-
 ne, vel in aliqua reprehensibili voluntate: si oculo
 peccauit, aut corde, verborum & cogitationum
 macula, quotidiana oratione curandæ, & priuata
 compunctione terendæ sunt. Si verò quisque con-
 scientiam suam interrogans, facinus aliquod capi-
 tale commisit, aut si fidem suam falso testimonio
 expugnauit, ac prodidit, aut sacrum veritatis no-
 men peritij temeritate violauit. Si veram baptis-
 mi tunicam, & speciosam virginittatis holostericam
 cœno commaculati pudoris infecit. Si in seme-
 ipso nouum hominẽ nec hominẽ occidit. Si per
 augures & diuinos atque incantatores captiuum
 se Diabolo tradidit, hæc & huiusmodi commissa
 expiari penitus communi & mediocri, licet secre-
 ta satisfactio non possunt: sed graues causæ, gra-
 uiores & acriores & publicas curas requirunt: vt
 qui cum plurimorum afflictione se perdidit, simi-
 li modo cum plurimorũ ædificatione se redimat.
 Homo enim ipse se decipit, si cum in medullis fer-
 uere sibi sentiat morbum, per superficiali corporis
 molle deducat vnguentum. Hæc itaque vt princi-
 palia mala ingenti rugitu & gemitu & fonte ind-
 gente lachrymarumque per lachrymas clamand-
 um est eum propheta: Rugiebam à gemitu cor-
 dis mei. Et, lauabo per singulas noctes lectum
 meum. Et iterum: Ego autem cinerem sicut pan-
 nem manducabam, & potum meum cum fletu
 miscebam. Nemo despiciat hanc humilitatem. Si-
 mus Rex erat qui ista faciebat & dicebat. Opor-
 tet itaque scire super mortuum conclamatum, ita
 magnos super extinctam animam dare planctus.
 Et quomodo solet mater orbata super amissione
 vnici filij sui fracto pectore lamentari: ita conuenit
 super vnicam suam, sed eum ipse reparationis affli-
 gi. De qua vnicam sermo Propheticus dicit: Erue à
 frama animam meam & de manu canis vnicam
 meam. Quare vnicam dixit? siue quia tanquam
 vnicam diligentia est, siue quia ipsa sola & singulis
 ante tribunal cæleste rationem temoris omnibus
 solatis redditura est. Ita in quâ necesse super hanc
 vnicam criminum mucrone confosam, totum
 pondus doloris effundi. Si forte possit lachryma-
 rum viuificata fontibus calore fidei suscitari. Ac-
 cendenda est compunctio, corroborandæ sunt pre-
 ces futuri recordationis iudicij, atque misericor-
 diarum operibus adiuuanda. Audienda est pro-
 phetae sententia, sed audienda obedientia aure di-
 centis: Accipe, inquit, rex consilium meum,
 & peccata tua elemosynis redime. Exemplum
 etiam illius Evangelici viri ita est audiendum,
 quasi verè pro nostra redemptione conscripum:
 Ecce dimidium bonorum meorum, Domine
 do pauperibus: de quibus audiui in Euan-
 gelio dominum ineffabili dignatione & charita-
 te dicentem: Qui fecit vni ex minimis istis, mi-
 hi fecit. Quæ verba elemosynarum nobis effe-
 ctus cælesti autoritate commendant. Sed sortè
 quado de elemosynis loquimur, expauescit exan-
 gusta paupertas: Non ita est charissimi. Meminerit
 potius æta minuta, diuinitum thesauris fuisse præ-
 lata: quia dominus non solum copia largitatis, sed

benevolentia pascitur largientis: Ego autem puto,
 charissimi, quia ita Deus noster pauperes in hoc
 mundo esse permiserit, vt in pauperibus diuinitum
 fidem probaret: vel in pauperum misericordia, di-
 uinitum miseretur, vt abundantibus boni operis
 ac redemptionis suæ occasio non deesset, vt beni-
 uolum locupletem etiam inopia aliena ditaret, &
 opulentiõs quisque ingentia de egeute lucra inci-
 peret, & misifico summoque commercio, dum in-
 opi misericordia temporali largitate confertur, in-
 de æternus thesaurus compenferet. Dirigamus ergo
 actus nostros, & quicquid possumus, & quic-
 quid habemus, in exercitiis bonæ voluntatis, in
 studia iustitiæ ac misericordiæ conferamus. Cur-
 ramus, dum lucem habemus, priusquam nos tene-
 bræ comprehendant: quia iam in illo seculo emen-
 dationi ac redemptioni prospicere non licebit, sicut
 dicit sermo diuinus: Quoniam non est in morte
 qui memor sit tui. Sicut ergo ibi nulla timebitur
 meritorum amissio, ita nulla tribuetur remissio
 peccatorum. Nulla ibi iam exercendi boni operis
 licentia concedetur. Nunquid illic pascere aliquis
 esurientem poterit, vbi edendi necessitas non est:
 vbi cibo & potu nec impius inter flamas, nec
 pius inter Paradisi delicias indigebit? Nunquid ibi
 algentem veste conteget, vbi omnino tegendi
 corporis cura cessabit, vbi sub illo frigore de quo
 Propheta dicit: ante facie frigidus eius quis subsi-
 stit. In perpetuum nudus erit qui hic indumen-
 tum nuptiale perdidit, vbi malus maculose con-
 scientiæ tenebris, bonus verò pallio immortalita-
 tis & beatitudinis vestietur, vbi indumenta merita
 erunt. Sic dominus dicit: Iusti fulgebunt sicut sol,
 Et Propheta: Sacerdotes tui induantur iustitiam:
 vel illud: Assitit regina à dextris tuis in vestitu de-
 aurato. Ibi ergo pro sanctorum corporum tunica
 lux fulgebit æterna. Ibi vestitus nullis iniquis
 culis exuendus conuertetur in corpus. Ibi inda-
 mentum transibit in præmium. Ibi Angelica illa
 stola non iam erit amictus, non iam erit habitus,
 sed natura. Nunquid ibi iam auarus, aut tenax de
 abundantia sua bene facere alteri poterit, vbi nec
 sibi vniam stillã in medio stagni æternus voluntas
 inueniet? Nihil enim secum de his quæ dijes ha-
 bere se credit, portaturus est, sicut dixit Propheta:
 Non enim cum morietur, accipiet omnia, neque
 simul descendet cum eo gloria domus eius, audi-
 turus inter indefessa supplicia: Esuriet, & non de-
 distis mihi manducare. Siqui non dedistis mihi bi-
 bere. Intelligamus quid damnationis erit spoliã-
 se pauperem, quem summum crimen est non pa-
 uisse. Hinc ergo qui tenuem, atque egeum sine
 vlla futuri iudicij consideratione nunc opprimat
 huc, inquam, sicut quidam dicit, adueniet tempus
 magnum cum optauerit impletum, intantum pau-
 perem & cum spolia dicimque illa oderit. Intole-
 rabilis dolor erit, si idem quisque causas mortis
 incurrat, vnde vitæ gaudia comparare potuisset.
 Noli ergo despiciere inopem, qui cum sibi pauper
 sit, facere te diuitem potest. Rapiamus ergo de
 præsentis seculo seruenti deuotione quod possu-
 mus. Cito transeunt dies nostri, vniam bene tran-
 seant. Rapiamus ergo quod possumus de hoc se-
 culo, gratias agentes illi qui ita dispensauit vtra-
 que vitam, vt laborum & agonum tempora cito
 finirentur: bonorum verò & præmiorum gaudia
 sine fine durarent.

1acob. 12.

Psal. 6.

Sap. 5.

Psal. 131.

Psal. 44.

Psal. 48.

PETRI CHRYSOL. EPI-
sopi Raven. in superius Euang. de
hypocritis Sermo. 1.

Sermo 7.

Vbi Deus dominum mutavit in patrem, voluit
charitate magis quam potestate regnare; &
amari maluit, quam timeri; paterno monuit affe-
ctu, ne quid nobis de labore iustissimo deperiret.
Euangelista sic ait: *Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hy-
pocritae tristes, &c.* Hypocritis subtile malum, secre-
tum virus, venenum latens, virtutum fucus, tineam
sanctitatis. Aduersa omnia nituntur viribus suis,
armis suis pugnant, impugnant palam: vnde & ca-
uentur tam facile, quam videntur. Hypocritis se-
cura simulat, fallit prospera, curiosa mentitur, &
crudeli arte virtutes truncat mucrone virtutum;
ieiunium ieiunio perimit; oratione oratione ena-
cuat; misericordiam miseratione posternit. Hypo-
critis cognata febris frigido poculo propinat
ardorem. Quod corporibus est hydrops, hoc est,
hypocritis animabus: hydrops bibendo fit, hy-
pocritis inebriata sit. *Exterminant enim facies suas,
vt videantur hominibus ieiunantes.* Hypocritis, dum
cupit captivare oculos, oculis fit ipsa captiva.
Exterminant enim facies suas. Et, si facies extermina-
tur, ornamentum corporis quod manebit? Verè, si-
cut dominus dixit: Si lumen, quod in te est, tenebræ
fuit: ipsæ tenebræ quantæ erunt? Hypocrita, fit li-
cet, ubi facies inculca, neglecta curis, tristis vultus,
exterminatus aspectus: nec ab hominibus inveni-
si laudem, & apud Deum fructum ieiunij perdi-
disti. Hypocrita, elaborasti ieiunij, vt labor tibi ie-
iunij non prodesset. Hypocrita, abstinentiæ fluctus
intraisti; continentia concendisti vndas, enastisti
ieiunij pelagus, & in ipso portu ieiunij naufraga-
sti: quia non comparasti lucrum, sed mercatus es
vanitatem, qui de Dei credito humanum negotium
perfecisti. Hinc est, quod Deo redditus es ratio-
nem, qui ab hominibus percepisti misera fraudis
viam. *Frates, fugiendum est virus, pestilentia
cauenda, quæ de remediis creat morbos, conficit
de medicina languorem, sanctitatem venit in cri-
men, placationem facit reatum, generat de propi-
tiatione discrimen.* Hypocritis qui fugerit, vincit;
qui incurrit, cadit. Fugiamus hypocritism, fugia-
mus, frates: fit nostrum de simplicitate ieiunium,
de innocentia sit sanctum, de puritate purum, de
sinceritate sincerum: sit hominibus occultum,
ignotum diabolo, Deo notum. Theaurum qui
non abscondit, prodit: virtutes proditæ non ma-
nebunt. Virtutes sicut proditores suos deserunt,
sic suos instat custodire custodes. Ergo ieiunium,
quod contra vitia, prima virtus est nobis, in arce
peccatoris collocatur: quia, illo in interioribus præ-
sidente, vitia nos quætere in exterioribus non va-
lebunt. Hoc Christus, vt Christianus habere possit,
hortatur, cum dicit: *Tu autem cum ieiunas, vngue
caput tuum, & faciem tuam, &c.* Cum dicit: *vngue
caput tuum, & faciem tuam,* non vt coma capitis ille-
cebrosus redundet vnguento, sed vt magister in-
iungit; neque faciem nitescere solito vultu lauoero,
sed habitu prandentis vultu celari ieiunium Chri-
stiano, quia Christianum vendicare non vult arti-
ficiæ more ieiunium. Sed ad coepa redeamus.
Vngue caput tuum, &c. Sic non voluptuosos indulget
aspectus, sed vultus qui simulatur, excludit: fa-
cies moreore deiecit inuitat famam, non ieiunium

* forte, laudat

voluntarium profiteretur. Si vult, quare tristis? Si
non vult; ieiunus quare? Merito tali poena vitii,
qui sibi facit de virtute vitium, mendacium de veri-
tate, de mercede dispendium, de remissione pec-
catum. Agricola, si non imprefertur cultum; si sul-
cum non defoderit; si non exciderit sentes; si gra-
mina non euulerit, si in tuto semina non locarit;
sibi mentitur, non terræ; nec terræ facit damnum,
sed sibi non facit fructum; & ita se vacuat, ita decipit,
impugnat ita, qui terræ manu fallaci mentitur.
Quid faciet? quid habebit? quid inueniet? qui Deo,
esuriens carne, hypocritis luxurians; mentitur?
quia agricolæ fecimus mentionem; sciat ille susti-
nere se laborem incassum, se nil habiturum; qui
premens ieiunij aratrum, & abscondens gula gra-
mina, atque eradicans luxuria sentes, misericor-
diæ semina nulla iactauerit. Hoc dominus aperire
voluit, qui de ieiunio docens, mox ista subiecit.
*Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi eru-
go, &c.* Quid tam paternum? quid sic veniens de
amore? quod tam prouidum de charitate consi-
lium nihil tibi perire vult, qui tuam thesauris cæ-
lestibus vult reponi. Quam securus dormit, qui
Deum suorum meruit habere custodem, quam
nescit curas, quam deponit angores, quam non est
anxius, quam seruorum caret fastu, qui sua patri
seruanda committit? Quomodo paterna seruat af-
fectio, timor non potest sic seruari seruilis: pater,
cum dat sua filiis, non minuit commendata filio-
rum. Quid sit pater, nescit, nescit se filium; qui non
credit patri. Tineam non excludunt claustra, sed
claudunt; & generant, non repellunt; rubiginem
nutriunt seruata, non viciant: quia, quod de re na-
scitur, non vitatur. Vbi est necessitas, fures deesse
non possunt. Qui ergo inter tineas, rubiginem, fu-
res sua ponit, exponit quæ sua sunt, non reponit.
Sicut de vestimento tineam, rubigo de metallo, de
necessitate fures nascuntur, ita de diuitiis auaritia,
cupiditas de quaestu, de habendo habendi ardor
acquirunt. Qui ergo vult auaritiam vincere, diui-
tias protogit, non reponat. Præmittamus, frates,
thesauros nostros in cælum: sint vectores paupe-
res, qui possunt sinu suo, quæ nostra sunt, ad super-
na portare. Nemo de fraude dubitet bailorum:
tuta est ista transactio, per quam nostra ad Deum,
Deo fideiussore, portantur, cui est omnis honor, &
gloria, virtus & imperium, & gratiarum actio in
omni secula seculorum, Amen.

EIVSDEM IN IDEM DE
ieiunio & elemosyna. Serm. 2.

Gubernator prudens à littore cum nauim sol-
luit, cum mare transiturus intrat fluctus, do-
mus, patriæ, coniugis, pignorum, curas deponit, &
ita totus mente, corpore, sensu, nauticis laboribus
occupatur, vt & fluctum possit superare discrimi-
na, & stationem lerosi portus, periculi victor
intrare: Sic nos, frates, ingressi iter abstinentiæ,
ieiunij pelagus, quadragesimæ viam; nauim cor-
poris nostri soluamus à littore mundano; secularis
patriæ tenentiam curis; in crucis arbore to-
ta mentis vela tédamus, virtutum funibus, sapien-
tiæ remis; gubernaculis disciplinæ, nauigij nostri
muniamus incesum, & subducti terris specule-
mur cælum; vt ducatu signorum celestium inter
liquidos calles latentis viæ inoffensum tramitem
tenere

Serm. 8.

Ieiunij lau-
das.

tenere possimus: ac sic, gubernante Christo, stante
spiritu sancto, euictis voluptatibus, superatis
vitiis, decursis criminum procellis,
transiunctis scopulis peccatorum, atque omnium
delictorum naufragis euitatis, Paschæ portum,
lucrum vitæ, gaudia resurrectionis intremus. Ver-
um, quia per campos nudos, per falsos vortices,
per incertas solitudines acturi sumus viam; no-
bis tota est elcæ, & porus portanda substantia: im-
ponamus abundantem misericordiam nostræ si-
tarchiæ profuturam. Frates, esurit ieiunium, ieiu-
nium sit, quod non pietatis cibo pascitur, quod
potu misericordiae non rigatur. Alget ieiunium,
ieiunium deficit, quod non elemosynæ vellus re-
git, quod non miserationis operit vestimentum.
Frates, quod est terris ver; hoc misericordiam sci-
mus esse ieiunio. Sicut Verni flarus tota facit ger-
minia florere camporum; ita misericordia tota ie-
iunij semina producit in florem, in celestem mes-
sem totam ieiunij facit fructificare virtutem. Quod
oleum lucernæ est, hoc ieiunio pietas, sicut lucer-
næ lumen olei pinguedo succendit, & moderato
pastu facit illud ad totius noctis solatium perlu-
cere: sic pietas facit splendere ieiunium, & ad to-
tam radiare continentiam claritatem. Quod diei sol
est, hoc elemosyna noscitur esse ieiunio. Sicut iu-
bat solis clariorem percipit diem, & totam nubium
dispergit obscuritatem; sic elemosyna ieiunij san-
ctificat sanctitatem, totamque cupiditatis mor-
tem lumine pietatis excludit. Ac, ne multis in-
morer, quod est anima corpori, ieiunio largitas
hoc habetur. Sicut enim mortificatur corpus; à
corpore anima cum recedit; ita mors est ieiunij
largitatis abscessus. Est quidem ieiunium vicio-
rum mors, vita virtutum. Est ieiunium pax cor-
pori, membrorum decus, ornamentum vitæ. Est
ieiunium robur mentium, vigor animarum. Est
ieiunium castitatis murus, pudicitie propugnacu-
lum, ciuitatis sanctitatis. Est ieiunium schola meri-
torum, magistrum magisterium, disciplinarum di-
sciplina. Est ieiunium inuictus Christianæ militiæ
principatus. Sed in his virtutibus ieiunium tunc
viget, tunc vincit, tunc triumphat, cum duce mi-
sericordiae pugnat. Misericordia, & pietas ieiunij
sunt alæ, per quas tollitur, & portatur ad cælum,
sine quibus iacet, & volutatur in terra. Ieiunium
sine misericordia simulacrum famis est, imago nulla
est sanctitatis, sine pietate ieiunium occasio est
auaritiæ, nõ est propositum parcitatis: quia parci-
tas ista, quantum fecatur in corpore, tantum tu-
mescit in sacculo. Ieiunium sine misericordia non
est veritas, sed figura: vbi autem misericordia, ibi
& veritas, probante propheta, cum dicit: Miseri-
cordia, & veritas obuiauerunt sibi: ieiunium sine
misericordia non est virtus, sed hypocritis, dicen-
te domino; Vos autem, cum ieiunatis, nolite fieri
sicut hypocritæ tristes: exterminant enim facies
suas, vt videantur ab hominibus ieiunantes.
Qui non ieiunat pauperi, Deo fingit: qui iei-
unans prandium suum non erogat, sed reponit,
cupiditati probatur ieiunare, nõ Christo. Ieiunans
ergo, frates, prandium nostrum reponamus in
manu pauperis: vt seruet nobis manus pauperis,
quod venter nobis fuerat perditurus. Manus pau-
peris Abrahamus suus est: vbi, quicquid pauper acce-
perit, non reponit. Thesaurus cæli est: manus pau-
peris: quod suscipit, ne in terra pereat, reponit in
cælum. Thesaurizare, inquit, vobis thesauros in

cælo. Manus pauperis est gazophylacium Christi:
quia, quicquid pauper accipit, Christus accipit.
Da ergo, homo, pauperi terram, vt accipias cælum.
Da nummum, vt accipias regnum. Da micam, vt
accipias totum. Da pauperi, vt des tibi quicquid,
quicquid pauperi dederis, tu habebis; quod pauperi
non dederis, habebit alter. Clamat Deus; Miseri-
cordiam volo. Qui, quod vult Deo, Deo negat; à
Deo sibi, quod desiderat, vult negari. Misericordiam
volo. Homo, petit Deus, sed tibi, non sibi. Miseri-
cordiam volo. Humanam misericordiam petit, vt
largiatur diuinam. Est in cælis misericordia, ad
quam per terrenas misericordias peruenitur. Do-
mine, inquit, in cælo misericordia tua. Dicitur
causam in iudicio Dei, patronam tibi miseri-
cordiam, per quam liberari possis, assumere. Qui de pa-
trocinio misericordiae certus est, de venia sit securus,
de absolutione non dubitet. Misericordia non
solum causam præuenit, anticipat cognitorem;
sed etiam sententiam reuocat, absoluit addictos.
Quod Niniuite probant, quos iam sententiæ sub-
iectos, poenæ traditos, ad victimam stantes, morti
deditos, misericordia sic rapuit, sic tenuit, sic præ-
uenit: vt maluerit Deus deducere sententiæ, ne mis-
ericordiae quid negaret. Stabat quidem & tunc pro
causa ieiunium, at pergebat cineres, sternebat cili-
cium, dabat gemitus, fundebat lachrymas; & quod
non poterat excusare verbis, lacrimis temperabat:
sed non valuit mutare sententiam, nisi perorans
misericordia subuenisset. Misericordia & peccato-
res liberat, & restituit sanctos: quia, nisi affuisset
misericordia, etiam Dauid, cum adulterat, amiserat
prophetiam; & Petrus, cum negat, apostolici ordi-
nis perdidit principatum; & Paulus, cum blasphem-
mat, remanserat persecutor: fatetur hoc Paulus
cum dicit: Qui prius blasphemus fui, & persecu-
tor, & iniuriolosus; sed misericordiam consecutus
sum. Frates, per misericordias pauperum miseri-
cordiam patremus, vt possimus esse de poena liberi,
de salute securi. Beati, inquit, misericordes: quia ip-
si misericordiam consequentur. Gratis misericor-
diam sperat ibi, qui hic non fecerit misericordiam.
Qui facit misericordiam, currit ad premium: qui
non facit misericordiam, decurrit ad poenam.

Offe 6.

Psal. 35.

Tome 7.

2. Ro. 11.

Mat. 16.

1. Th. 1.

Mat. 6.

Ser. 66.

EIVSDEM DE QVA-
dragesimali ieiunio. Sermo. 3.

Habet quidem simplicitas innocentie suæ gra-
tiam, habet fidei suæ fructum; scientia præ-
mium habere nõ potest, palmam habere non po-
test virtutum. Aliud est, otio, & securitari suæ vi-
uere; aliud est, pro omnibus ferre vigilias, & labo-
res. Simplicitas ciuom bonum facit, non facit mi-
litem fortem: hinc est, quod ille censum soluit, hic
stipendia percipit, & honores. Cuius autem cedit, aut
succumbit aduersis, aduersa miles sustinet, & pro-
pellit: ille pugnare non didicit, hic non timere; ille
cauet semper, hic vincit. Hæc diximus, vt, quæ sit
distantia, monstraremus inter eum, qui Christianæ
fidei simpliciter accipit, & sequitur sacramentum,
& inter eum, qui studet ipsius fidei & apprehen-
dere scienter, & nosse mysterium. Ecce Quadrage-
simæ ieiunium, quod deuotione solemnitate crasti-
no suscipit vniuersalis Ecclesia: multi putant absti-
nentiæ tantum studio, vel nobis traditum, vel pro
nobis dominum peregrisse, nec altioris intelligen-
tiam

Quadragesi-
mæ ieiunium
denotans so-
lemni suscipit
quædam in
tellesta.

48
 tiz cōtinere mysterium, sed solummodo castigandis corporibus, refecandis vitis, temperandis mentibus hoc prouifum. Porro quadragenarius iste numerus tam sacratus esse à feculis, tam mysticus repetitur, vt semper in efficiendis rebus diuinis, & maximis Dei negociis explicandis, adhibitus lege inuolabili pericibat. Quod vt luceat ad purum, copiosissimis percurramus exemplis. Cùm mundus intra generis humani primordia perdesfenda nefando vitiorum squalore sordesceret, & totus criminum fetetere horrore, ac pene ipso iniquitatis suæ fumo fuscate cæli tantam contendent claritatem, quadraginta diebus, ac noctibus expiaturus terram cælestis imber effunditur: vt, quia perire sibi mundus, quod factus fuerat iam debebat, gauderet tali baptismate se renatum: scitèque, quod est, non se naturæ, sed authoris sui gratiæ iam debere, ipsamque nostri baptismatis formam recta nostri corporis origo prælibat, vt, que ante natos homines producebat ad mortem, hos ad vitam produceret iam renatos. Attendite, fratres, quantum sit quadragenarius numerus iste, qui & tunc cælum terris aperuit abluendis: & nunc fonte baptismatis orbem totum pandit gentibus innouandis. Merito nos quadraginta diebus per ieiunium currimus, vt perueniamus ad fontem baptismatis, & salutis. Quadraginta annis populum Iudæorum panificus in eremo pavit imber: nec solito ministratu incrementa germinis produxit è terra: sed ipse terris potius fluxit frumenta, totumque seruitutis humanæ ademit laborem, qui blando rore esurientibus cælestem præbuit, & euexit annonam: Quadraginta diebus terram reponmissionis exploratio missa diuinitus circūiuit: vt hic sacratus numerus promissas Israëliticum populum euocaret ad terras: qui nos quadragenarius ieiuniorum cursibus euocat, & perducit ad cælum. Namque & nostri corporis terram quadraginta diebus explorat nunc, & circuit cælestis inspectio; vt, expugnatis, & expulsis vitiōrum gentibus, regionem nostri cordis possideat turba virtutum. Et, quia nihil omittendum est, Moyses ipse dierum quadraginta ieiunio ita humano defecatus est, & exinanitus à corpore, vt totus diuinitatis mutaretur in gloriā; & adhuc in nostri corporis obscuro toto fulgeret lumine deitatis: neque intueri eū mortalium visus posset, qui substantia Dei diu partus, tota mortalis cibi oblitus fuerat adiumenta: vnde didicit coram Deo, & cum Deo commorantibus vitæ subsidia non deesse. Et reuera, fratres, nescit lassari, mori nō potest, cui panis, cui vita Deus est. Merito hic talis legem sancire meruit, qui totum, quicquid in homine lex vigere poterat, peramisit. Præfiterat hoc Moyse iuge fortasse ieiunium: sed nondum reddiderat talem, si defuisset quadragenarius numerus hic sacratus. Ieiunium Eliam leuauit ad cælum, & purificato sic corpori ignei cursus addixit obsequium: vt ostenderet gehenna, quæ exurit reos, innocuis quam deservit: sed vt ad hoc perueniat & Elias quadragenarij numeri ante vitam mysticam præcurrit. Ezechiel eximius Prophetarum quadraginta diebus iacens latere vno, scientibus legem loquor, captiuitatem futuram, dum præfiguratur, absoluit: quia sacratus numerus iste suscipit iniquitates, vt deleat, iniquitates vt absoluat, ingreditur, vincula patitur, vt relaxet. Hinc est ergo, quod dominus auctor à feculis in hoc numero absconditi sacramenti intrat ipsum

Gen. 7.

Exod. 16.

Nam. 13.

Exod. 24.

Reg. 2.

Reg. 10.

2. Reg. 4.

Matth. 4.

numerum dierum quadraginta ieiunij, vt, quod adumbrauerat in famulis, ipsa per se iam voritate facta, & cæpta perficeret, firmaret tenera, inchoata suppleret, & que præceptis instituerat, roboraret exemplom enim suffecerat hoc tantum tanti numeri sacramentum imperasse verbis, nisi commendasset & factum. Et tamen, fratres, à tempore diluuij sacramenti huius contendimus aperire mysterium, non ausi auctoritate contingere, superiora rimari, loqui tacita, tam diu certè reposita profertur: præsertim cùm mihi temerarium, & vobis non necessarium videam, causarum tales, tantæque origines perferutari. Verè deuotionis est, fidelissimæ seruitutis est, quid fieri velit, non quare velit dominator, inquirere. Si ergo quadraginta dierum simplex, purum, & aequale, tantis testimoniis, sub tanti numero sacramenti traditum a nobis à domino ieiunium perdoceat; vnde ista varietas, vnde nouitas ista, vnde hebdomadæ nunc resolute, nunc rigidæ, nunc indulgentes nimium: nunc seueræ? Vnde intemperati ieiunij usus iste, qui aut * afficiat sine venia, aut remittat ad crapulam? Hoc est, separatim calida, separatim frigida, separatim salis, separatim cibi, suis vsibus deputare, & totum vitæ negligere conditorem? Certè, qui corporis cibos condiunt, sapienter discant animæ pabulum temperare, ne aut plus salitum, aut penitus insulsum salutaris cibi generet lethale fastidium. Ieiunium sit æquale: & vt est nobis traditum, seruetur ad corporis, & animæ disciplinam. Certè qui ieiunare non potest, non præsumat inducere nouitatem; sed fateatur esse fragilitatis propriæ, quod relaxat; & redimat elemosynis, quod non potest supplerere ieiunij: quia illius gemitus dominus non requirit, qui pro se gemitus pauperum sic redemit.

BE DÆ VENERABILIS presbyteri eiusdem Euang. expositio.

Cum autem ieiunatis, nolite fieri, &c. His verbis intentio nostra ad interiora gaudia dirigi docetur, ne foris querentes mercedem, huic lecalo conformemur. Quod dicit, exterminant, non est scripturæ tritum, exules quoque exterminantur, qui extra terminos mittuntur. Pro hoc ergo sermone semper accipere solemus demoliuntur, quod hypocritæ facere solent vt tristitiam & luctum forti animo latant in vultu simulent. Hoc capitulo intelligitur, quod non solum in mundi pompa sed etiam in sordibus luctuosus solet esse iactantia. Tu autem cum ieiunas, &c. Palestini autem quorum hinc more loquitur, festis diebus solent capita oleo perungere, & nobis præcipit vt virtutes exercentes non oleo peccatoris, sed exultationis festiuos nos ostendamus, & principale cordis nostri oleo perungamus spiritali. Nolite thesaurizare vobis thesaurus in terra, &c. Per tres species aduersitatis, hoc est, æruginis, tineæ, & furum, omne vetat auaritiæ genus, & reprehendit: quia alix res sunt, quas tubigo obfuscat vel cōsumit, vt est aurum, argentum & cætera metalla, aliæ que à vermibus vel putredine dissoluntur: vt sunt vestes, vasa lignea, quæ carie disperunt: talia per fures auferuntur, vt sunt gemmæ, lapides preciosi, quamuis talia sordè non possint consumi, & ita nulla res semper illæsa durare potest; vnde dicitur, Omne opus electum iustifica

* forte, affligat. Lucus obfuscat, & forte mendo nō rancens.

stificabitur, & qui operatur illud, honorabitur in illo: & omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui operatur illud, peribit cū ipso. Allegoricè ærugo superbiā significat, quæ vbi fuerit spiritualium donorum thesaurum dissipat, & virtutum decorem obfuscat tinea auaritiæ inuidiam designat, quæ latenter corrodens studium bonum & vnitatis factionem demoliri non cessat. Fures namque sunt demones & hæretici, semper ad hoc intenti vt spirituales thesauros habentes deprædentur, & onustos ornamentis virtutum spolient. alio sensu, omnis namque res sordescit, cùm inferiori miscetur naturæ, sic & animus noster terrenorum cupiditate sordescit, quamuis terra munda sit in suo ordine: In spiritualium verò desiderio mundus perseuerat, quia quæcunque cælestia sunt, mundi sunt. Vbi est thesaurus tuus, vbi est cor tuum. Hoc non solum de pecunia, sed cunctis passionibus sciendum est, lasciuia ludicæ, amatoris libido, gulosi Deus venter est, huic seruit vniuersique, à quo vincitur.

EIVSDEM IN IDEM Homilia.

Clemens & pius dominus Deus noster humanum genus, quod prædestinauerat ad vitam, non est passus relinquere in morte: sed ita vt suasionè deceptum fuerat diaboli per gustū pomi in paradiso, ita etiam sacrosancto ieiunio docuit esse liberandum: vt in præsentī lectione audiuit dilectio vestra. Cùm ieiunatis, inquit, nolite tristes vos coram hominibus pro appetitu laudis humanæ ostendere, sicut hypocritæ faciunt, qui omnia bona sua quæ egerint, propter humanam tantum laudis cōcupiscentiam operantur, de quibus subditur: Amen dico vobis, quia reciperunt mercedem suam, quam ab hominibus quaesierunt: & non solum præmio priuati sunt sempiterno, sed etiam pœnas habent ipsi præparatas æternas. Vnde etiam de sancto sequitur ieiunio: Tu autem cū ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua. Ac si diceret: Sancto igitur ieiunio, sancta adaugere opera festinate. Quod verò caput ungere docet, faciēque lauare, pius hoc ipsū ieiunium operibus Deo omnipotentī commendari vult. Caput ergo nostrū Christus est, omnique fideles eius membra esse dicuntur. Caput ergo nostrum unguimus, faciēque lauamus, cū ieiunia nostra elemosynarum largitate, pauperūque & peregrinorum cura, venia quoque delictorum in debitoribus, orationibus sanctis, humilij, confessione, penitentiā lachrymosa, vigilantijque assiduitate, Domino nostro placabilia facimus. Talibus & his similibus iustitiæ vel misericordiæ operibus omnes sordes à nobis delictorum abluere studeamus, præcipueque cauere, ne humanæ laudis appetitū hæc ipsa perdamus, sed potius, domino largiente, ita sint bona nostra proximo in exemplum, & vt videntes bona opera nostra, glorificent patrem nostrum, qui in cælis est: & nos pro bonis quæ fecimus, duplicem à domino mercedem, & pro nostra, & pro aliorum salute percipere mereamur, sicut sancta nobis lectio reponnit: Et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Ac si diceret: Nam cū Deus pius ac fidele studium vestrum viderit, æternæ beatitudinis præmio vos remunerabit. Sequitur: Nolite the-

thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi arugo & tinea demolitur & vbi fures effodunt & furantur. Thesaurizare vobis thesauros in calo, vbi neque arugo, neque tinea demolitur, & vbi fures non effodunt neque furantur. Quod ad superiora respicit verba, monens elemosynarum largitatem tantum in æternum recondi thesaurum. Fures autem sicut male seruatam pecuniam furantur, & vt tinea corrumpit & dissipata diabolus, qui hic fur intelligitur, quicquid boni pro domino facimus, omni studio (sicut mille habet artes nocendi) totum hoc fauore hominum (quod hic tinea intelligitur) corrumpere, & æternæ retributionis gaudio omnimodis priuare conatur. Vnde, dilectissimi nobis, omni studio, iuxta possibilitatem suam vniuersique humanam laudem in exercitio boni operis fugiat: & tamen exempli sanctitatis in omnibus quantum poteritis, alix ad vitam, & vobismetipsis ad gloriam sempiternam demonstrare fatagite. Memento, quomodo hæc ipsa sancta lectio monet: Vbi enim est thesaurus tuus, vbi est cor tuum. Quicquid desiderat in cælo habitare cum Christo, erogat quod valet, vel paruum quod habet in terra, vt recipiat in cælo quæ dedit. Quid adhuc dicere possumus? Si terrena ista & transitoria indigentibus non damus, ea nec in cælo, nec in terra habebimus. Si ergo humiliter dederimus in terra, sublimiter in cælo præmia recipiemus sempiterna. Amplectamur igitur, dilectissimi, beatam istam sacratissimæ solennitatis inchoationem, & solenne ieiunium cōcordante proposito bonæ voluntatis ineamus. Nihil à quoquam arduum, nihil asperum à nobis quaeritur, nec aliquid quod vires nostras excedat indicitur, siue in abstinentiæ castigatione, siue in elemosynæ largitione. Sciunt enim singuli, quid possunt, quidve nō possunt: ipsi modulum suum pensent, ipsi iusta & rationabili consideratione decernant, vt sacrificium misericordiæ, quicquid oblatum fuerit, non cum tristitia Deo offeratur. Nam elemosynæ illis profunt, qui vitam mutauerint. Das enim in egeno Christo, vt peccata tua redimas per Christum. Nam si ideo illi das, vt liceat tibi peccare impunè, non Christum pascis, sed iudicem contemnere conaris. Vos ergo ad hoc facite elemosynas, vt orationes vestræ exaudiantur, ac vt adiuret vos Deus ad vitam commutandam: & qui commutatis eandem vitam, in melius commutetis: vt per elemosynas & orationes atque ieiunia deleantur mala præterita, & futura vobis bona pronentur sempiterna, per dominum nostrum Iesum Christum, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat Deus in secula seculorum, Amen.

HAYMONIS EPISCOPI Elalberstæ. superioris Euang. expositio.

Qum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Quum ieiunatis, non solum à cibo & potu, sed etiam ab omnibus vitis, à rapina & ebrietate, Nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Hypocritæ græcè, latine deauratus dicitur. Qui extrinsecus præterdit sanctitatem, cum intrinsecus sit plenus iniquitate. Tales erant scribæ, & pharisæi in populo Iudæorum, qui quando ieiunabant, se monstrabant tristes in vultu, vt sancti viderentur in populo, Exterminant enim facies suas. Exterminare enim proprie dicitur, Bibl. Hom. rom. 2.

Matth. 5.

dicitur, extra terminos patriæ ducere, sicut Pilatus, & Archelaus, quorum vnus missus in Viennam, id est, Pilatus: & alter Lugdunum, id est, Archelaus, qui possunt dici exterminati, id est, extra terminum habitationis suæ eiectione in exilium. Sed hic exterminare positum est pro demoliri. Demoluntur enim facies suas, id est, dissimulant, præferunt tristitiam in facie, quum lætitiā habeant in mente, & in corde, quia laudantur ab hominibus. *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Non Dei mercedem, sed laudem humanam, quam quaesierunt. *Tu autem, Christiane, quum ieiunas, unge oleo caput tuum.* Oleum posuit pro odorifero vnguento, quod conficitur ex oleo. More Palæstinorum loquitur dominus, qui quando celebrabant festiuitates, ungebant capita sua, vt ostenderent se festiuos esse. Secundum hanc consuetudinem debeamus nos facere mysticè. Spiritualiter per oleum designatur misericordia: per caput mens. Manifestat hoc Salomon, quum dicit: Oleum de capite tuo non desinat, id est, misericordie opus à mente tua non recedat. Oleum etiam ponitur in malam partem, vt alibi: Oleum peccatoris, id est, adulatoris non impinguet caput meum. *Quum autem ieiunas, oleo caput tuum unge,* id est, habeto misericordiam in mente: vt dimittas illi, qui in te peccauit. Et quod tibi subtrahis, pauperi conferre non deneges, & vnde caro tua affligitur, inde caro pauperis restauretur, & faciem tuam laua, id est, interiora cordis tui lachrymis ablue, iuxta illud prophetae Esaiæ primo: Lauamini, mundi estote, non solum à malis operibus, sed etiam à malis cogitationibus, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo, qui est in abscondito, videaris ieiunans, & pater tuus, qui videt in abscondito, id est, in secreto cordis intentionem rectam, reddet tibi, mercedem tuam. Deus omnipotens intuetur cor hominis, qua intentione ieiunet, qua intentione eleemosynam faciat, & vitam æternam petat, iuxta quod scriptum est: Homo videt in facie, Deus autem intuetur cor. *Nolite vobis thesaurizare thesauros in terra, vbi arugo, & tinea demolitur.* Aliud est arugo, aliud eruca. Eruca canicula est in horto: arugo, rubigo. *Et vbi fures effodiunt, & furantur.* Omne genus auaritiæ condemnatur hic. Arugo perdit omnia metalla, aurum obfuscat, ferrum perdit, & cætera genera metallorum demolitur, id est, deuat. Tinea ex vestimento nascitur: iterum ipsum vestimentum consumit. Spiritualiter, per aruginem designatur superbia: & sicut arugo dissipat metalla, sic superbia dissipat omnia bona, quia omnis superbus immundus est. Tinea signat inuidiā: sicut tinea ipsum, ex quo nascitur, consumit, sic inuidia ipsum hominem eruciat, à quo oritur, iuxta illud poetæ: Insuper inuidia nihil est, quæ protinus ipsum actorem rodit, excruciatque animum. Genus inuidiæ est: Vis inde habere mercedem, vbi non laborasti? Sic de alterius profectu quasi de tuo gaude. Sunt namque, qui ex alienius felicitate torquentur, & dolent, hi sunt inuidi. Fures intelliguntur dæmones, qui omnia bona nostra auferre conantur. Es castus, ipse vult tibi auferre castitatem, & facere luxuriosum. *The-saurizate vobis thesauros in celo, vbi neque arugo, neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur.* Quomodo possumus thesaurizare in celo, qui sumus in terra? Possumus. Verbi gratia: Fac eleemosynam: Eleemosyna namque, quæ datur pauperi in terra, à Christo recipitur in celo. Ipse nam-

que dicitur esse, quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, vbi, id est, in celo non est arugo, id est, superbia, nec tinea, id est, inuidia, nec fures, id est, dæmones, vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum. Si in celo thesaurizaueris benefaciendo, in celo erit cor tuum, id est, intentio cordis tui. Si autem in terra thesaurizaueris, non expendendo diuitias tuas in pauperes, vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum. Et non solum est hoc in pecunia, sed etiam in luxuria, & gulositate. Qui luxuriosus est, in luxuria est cor eius: & qui gulosus est, Deus illius venter est.

CHRISTIANI DRUTH- marî eiusdem Euang. expositio.

Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocrita tristes. Per omnia ostendit nobis dominus, quomodo non debeamus facere iustitias nostras coram hominibus: ne mercedem perdamus apud Deum: ne faciamus sicut Saducei: qui quando ieiunabant, non lauabant faciem: neque pedinabant caput. *Exterminant enim facies suas.* hoc est, ab illo termino deturbant, quo aliis diebus foliti erant ornati incedere: siue demoluntur, vt tristitiam simulent. *Vt pareant hominibus, id est, appareant ieiunantes.* Tu autem cum ieiunas unge caput tuum. Secundum morem prouincie loquitur in qua habitatores habebant compositum vnguentum de oleo, & balsamo odorato: & ungebant caput. Ne propter ieiunium tristitiam simulemus, ob fauorem vulgi: sed hilariter Deo seruimus: quia tunc manebit nos merces certa, si propter Deum omnia faciamus. *Et faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans.* Faciem lauare præcipimus, & caput pedinare: ne propter vanam gloriam ieiunare videamur. Sed tamen si pro alia necessitate illori incessemus, non peccamus. *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra.* Thesauri nomen, ex greco latinoque est compositum. Thesis namque grece, latine positio auri. De omni tamen pecunia hoc sentendum est, quod dominus hic præcipit: vt de omnibus rebus quas habere possumus in æterna vita, thesaurum nostrum faciamus, pro quo in æternam patriam recipiamur. Per tria autem, quæ hic nominantur, solent amittere frequentius diuites huius seculi thesaurum suum. Per aruginem quod pertinet ad metallorum genera: per tineas vestimenta: per fures omnia que haberi possunt. Spiritualis quoque arugo, est vana gloria: tinea inuidia: fures dæmones, per quæ christianus perdit thesaurum animæ suæ, nisi vigilanti cura se custodierit. *The-saurizate vobis thesauros in celo: sicut fecit beatus Sixtus, & innumeri christiani per manus pauperum.* Quia ipse dominus dixit, quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Postquam enim pauperi, vel bono homini in nomine domini datum fuerit, qui dedit non potest perdere mercedem. *Vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum.* De omnibus voluptatibus hoc accipi potest: vbi aliquis ultra modum intentus est. Gulosus thesaurus, Deus venter est: luxuriosus epule sunt: amatoris libidinis, lasciuia: & iudicia: illi seruit quis, à quo vincitur.

THEOPH.

THEOPHYL. EPISCOPI Bulgar. superioris Euang. expositio.

Obscurant enim facies suas. Obscuratio faciei est pallor: quando non qualis est quis apparer, sed simulat tristitiam. *Tu autem ieiunans, unge caput tuum.* Prisci in gaudij signum habebant vngi post lotionem: & tu quoque sic gaude, & letare. Per oleum autem, & eleemosyna intelligitur. Porro caput nostrum, hoc est Christum, oportet eleemosyna inungi: faciem autem, non est, sensum, lachrymis laua. *Ne thesaurizetis vobis thesauros super terram.* Postquam inanis gloriæ morbum eiecit, consequenter de inopia loquitur. Homines enim propter vanam gloriam multa possidit. Ostendit quàm frivult thesauros habere super terram: quia erugo, & tinea corrumpunt cibos, & vestes, fures autem aurum, & argentum. Deinde, ne quis dicat ei, Sed nõ omnia furto pereunt, inquit. Quauis nihil horum sit, attamen sic additum esse diuitiarum sollicitudini, quomodo non miserum? Ideo dicit, *Vbi enim est thesaurus vester, ibi erit & cor vestrum.*

INCERTI CIVIS DAM sub nomine Eusebij Emisseni eius- dem Euang. expositio.

Tristes enim dicuntur hypocritæ: quia vt religiosi appareant, tristitiam quandam, & seueritatem in vultu ostendunt, quasi qui multo ieiunio sint confecti. Vnde & subditur: *Exterminant facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes.* Facies enim suas exterminant, quia ultra suæ pulchritudinis terminos atque naturæ, incultas & informes horrescere sinunt. Si enim in formitas Deo placuisset, tam pulchra facie hominem non formasset. Sed quare hoc faciunt? *Vt appareant hominibus ieiunantes.* Si enim soli Deo ieiunium suum commẽdare voluissent, non in facie, sed in corde illud ostenderent. Scriptum est enim, Homo videt in facie, Deus autem corda intuetur. Quia igitur non Deo, sed hominibus placere volunt, illud exterminant quod ab hominibus videtur. Ideoque qui laudem ab hominibus quaerunt, mercedem à Deo non recipiunt. Et hoc est quod ait, *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Sola igitur intentio facit, vt nostra ieiunia & cuncta operatio nostra Deo placeant. Vnde in frequentibus ait, Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Anima namque oculi operatio est: quæ si bona fuerit, omnis eius operatio lucida erit. Vnde quidam sapiens ait, Non magnopere considerandum est, quid aliquis agat, sed qua intentione hoc faciat. Qui enim ideo ieiunant, & facies suas exterminant, vt appareant hominibus ieiunantes, quia stulta, & vana intentione hoc faciunt, isti quidem sicut dominus ait, receperunt mercedem suam. Similiter autem & illi, qui omnia opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus, nullam aliam mercedem habebunt. At verò illis, qui bona intentione hoc agunt, præcipit dominus, vt coram hominibus opera sua faciunt. Sic (inquit) luceat lux vestra coram hominibus, vt videant vestra bona opera, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est. Sola igitur intentio facit, vt opera nostra vel bona, vel

mala domino appareant. Homo enim in facie videt, Deus autem corda intuetur. Vnde & ipse ait, Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini. Iudicatis, quæ nescitis, condemnatis multoties, quæ ignoratis. Aliter vobis, & aliter mihi videtur: cognoscite prius intentionem, & sic iudicate. Potest enim fieri, vt vnum & simile opus non vna intentione fiat. Palam enim eleemosynam dare, & bona & nõ bona intentione fieri potest. Si enim ideo das, vt bonum exemplum aliis tribuas, & Deus inde glorificetur, bona intentio est. Sic igitur in omnibus sola intentio quaerenda est: quæ si bona fuerit, totum corpus virtutum, totaque massa operationum lucida erit. Sed dicis, Quomodo ergo ieiunabo? Audi quod sequitur. *Tu autem, quum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo, qui videt in abscondito: & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* Hypocrita (inquit) quando ieiunat, faciem exterminat, quoniam exterminatorem, & tristitia principem in corde habet: Tu verò, qui totius consolationis, lætitiæ que dominum in cordis habitaculo gestas, hilarem, & pulchram faciem ostendes: appareat exterius in facie, quantum lætitiæ bonum præstideat menti. Et virtute ieiunij operante sicut animæ caput & facies vngitur & lauatur interius: sic etiam nõ meritoris, sed gaudij pulchritudo reueletur exterius. Hoc enim ieiunium suo ordine celebratum operatur in nobis, vt mens nostra sancti spiritus oleo vngatur, & facies animæ peccatorum maculis abstergetur. Faciei autem spiritualis sanctæque lætitiæ, hypocritam tollit, eiusque suspicionem. Qualescunque enim sit facies, Deus tamen non faciem intuetur, sed cor. Age palam quicquid vis, unge, & simula quod vis, ipse tamen in abscondito videt: & secundum hoc quod ibi videt, reddet tibi. *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi arugo, & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furantur.* Thesaurizate vobis thesauros in celo, vbi neque arugo, neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur. In terra enim thesaurizati dicitur, Thesaurizati, & ignorat cui congregabit ea. Item quæ, O stulte, hac nocte anima tua tolletur à te: quæ autem parasti, cuius erunt. De illo verò qui in celis thesaurizat, quid dicitur? Disperit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi, cornu eius exaltabitur in gloria. Et dominus ad diuitem, Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & sequere me, & habebis thesauros in celo. Qui autem sic suos thesauros reponit, securus est, eosque amittere non timet. Quicumque igitur es, quicumque cupis habitare animam tuam in celo & esse, ibi tuos thesauros reponere. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Si in celo est thesaurus, ibi erit & anima: si in terra est, in terra erit. In terra vtique, de qua beatus Iob ad dominum dicit. Dimitte me vt plangam paululum dolorem meum, antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebrosam, & operam mortis caliginem, in terram miseriam, tenebrarum, vbi vana mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Denique vbi est thesaurus, ibi est & cor: quia vniuersique illuc peruenire desiderat, vbi suas diuitias cognoscit esse conditas. Beatus igitur, qui diuitias suas in celo reponit, vt semper ibi mentem habeat, semperque illuc omnibus viribus, & desiderio tendat.

Bibl. Hom. tom. 2.

c 2

EVTHI

EVTHYMI ZIGABONI superioris Euang. expositio.

Quam autem ieiunaueritis, ne sitiu velut hypocrita tristes, &c. Ne tetricam tristitiam affecteris, veluti qui ob laudem humanam, pallorem procurant: occultant enim naturalem formam fictitio pallore. Tu autem cum ieiunas, &c. Quemadmodum, quando dixit: Si autem oculus tuus dexter tibi fuerit offendiculo, erue eum: &c. si dextera manus tua tibi fuerit offendiculo, amputa eam; non de corporis mutilatione loquutus est, veluti eo in loco declarauimus: Ita neque nunc simpliciter vngi, ac lauari iubet. Neque enim ipse hoc fecit, quum quadraginta diebus ieiunaret: sed per hæc aliud quippiam admonet, occultare videlicet eam, quæ ieiunium consequitur, tristitiam, quum alacer, ac festiuus appareas. Nam, quia apud veteres signum erat lætitiæ, caput vinctum esse oleo, faciem vero aqua lotam: ad hoc gaudij signum adhortatur, quo & homines lateat, quod ieiunes, & ieiunij laborem, auferente dolore lætitiæ, alleues. Alio quoque modo. Impingua capitis tui mentem eleemosynæ oleo: faciem vero tuam, lachrymarum aqua abluito. Vnde & alibi sæpius per ea, quæ ponit, adhortatur ad alia: inuites nos, ne semper in præceptis id tantum attendamus, quod prima facie apparet, sed & sensus quoque ipsorum perferetur. Ne videaris hominibus ieiunare, &c. Ad spectaculum hominibus exponere eam, quæ ex ieiunio prouenit molestiam, cupiditatis gloriæ opus est. Nerecondaris vobis thesaurus in terra, &c. Eiecta iam inanis gloriæ aegritudine, opportune deinceps legem de inopia statuit. Nihil enim adeo diuitiarum inducit amorem, quemadmodum vana gloria. Ob hanc siquidem & mancipiorum greges, & eunuchorum examina, & equos auro adornatos, ac menses argenteas, omnemque fastum alium excogitant homines: non ad necessitatem, sed ad ostentationem. Quia vero non facile reciperetur, si in dicitur de despiciendis facultatibus admonere: deo hunc in partes secuit sermonem. Et primum qui-

dem dixit, Beati misericordes. Deinde: Esto, inquit, beneuolus aduersario tuo. Postmodum ait: Si quis tecum iudicio voluerit contendere, & auferre tunicam tuam, dato ipsi & pallium. Tandem vero, quod his omnibus maius est, intulit. In illis etenim & misericordiam pauperum, & aduersarij, & litis in iudicio imminenti fecit mentionem: hic autem nullo simili posito, ipsum per se stabiluit facultatum contemptum: ostendens, quod neque illa propter se tantum iusserat, imò quanquā nullus illorū tibi molestus sit, tu tamen ea, quæ mundi sunt, despicias: ipsaque pauperibus distribues. Quod ut facilius persuadeat, damnum ostendit, quod à thesaurorum reconditione prouenit, & commoda, quæ ex eorum in cælis coacervatione sequuntur. His autem (quod nos tinea vertimus) vermem significat, qui plerisque possessionibus innascitur. Bæti vero, (quod nos corruptionem diximus) significat putrefactionem, ad rubiginem mutationem, omnemque huiusmodi à seipso corruptionem indicat. Quid ergo, etiam aurum perdunt vermes? Etsi nō vermes, attamen fures. Omnes igitur spoliantur? Plurimi sane. Incertum est autem, qui à violentia tuti permaneant. Quæ verò pauperibus distribuuntur, quo nam pacto in cælo reconduntur? Quo pacto in eo quod horum retributiones, ac remunerationes ibi reponuntur: quæ autem ibi reposita sunt, & collecta, secuta permanent. Allegorice autem tinea, & corruptio significat inductam in animo opinionem, quæ latenter corrodit bona, circa quæ ipsa versatur: fures autem perfodientes, laudes sunt, quæ extrinsecus subingrediuntur, perfodientes leuia propolita, & complantes reconditas virtutum diuitias. Deinde & aliam inducit considerationem, quæ ab hoc maxime abstrahat, dicens. Vbi enim est thesaurus vester, &c. Cor in hoc loco mentem appellat. Dicit autem, quod & si nihil horum fuerit, omnino tamen, vbi est thesaurus vester, ibi erit & mens vestra. Neque paruum id animæ noucumentum est, mentem videlicet suā ibi captam esse, & circa thesauri custodiā multimoda cura distingui, talique subiectā esse tyrānidem: neque audere ad aliā transire cogitationē.



FERIA V. POST CINERES. MATTH. 8.



N illo tempore Cum introisset Iesus Capharnaum accessit ad eum centurio, rogans eum, & dicens: domine puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Et ait illi Iesus: Ego veniam & curabo eum. Et respondens centurio ait: Domine, non sum dignus, vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus: Nā & ego homo

a Hoc miraculum factum est sanato leproso continet. b Fide & desiderio scilicet.

c Alienigena. d Per interuencios. e Nullus alius pro seruo. f Seruus. g Non in vno tantum miserabilis quod iacet, sed quod est paralyticus, & quod torquetur, hæc enim omnia cum dolore nominantur.

h Repentina diaboli aggressionē. i Scilicet virtute, victus enim Christi præsens fuit quæ suscitauit eum. k Ecce humilitas.

l Magna fides, quæ Dei dicere, credit esse facere. m Ecce prudentia.

homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic vade, & vadit: & alio, veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Audiens autem Iesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israël. Dico autem vobis, quod multi ab oriente, & occidente venient, & recumbent cum Abraham & Isaac, & Iacob in regno Cælorum: filij autem regni eiciuntur in tenebras exteriores: Ibi erit fletus & stridor dentium. Et dixit Iesus Centurioni: vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora.

GLOSSA ORDINARIA in superioris Euang.



CCESSIT ad eum centurio. Lucas rem vestra gesta est narrans, dicit eum misisse seniores Iudæorum. Sed Mattheus causa breuitatis, eum cuius fides laudatur, cuius desiderium & voluntas defertur, maluit, prudenter dicere accessisse, quam eos per quos mandabat. Vt mulier: quia credidit, magis dicitur tetigisse Christum, quam turbæ quæ comprimebant. Ita centurio quo magis credidit, eo magis accessit. Tria dicit, iacet, paralyticus, torquetur, & vt anima suæ angustias indicet, & dominum ad misericordiam commoueret. Et hæc ei gloria, quod sic rogauit pro seruo: In quo discamus sic misereri cõseruis. Ego veniam. Magna humilitas quod seruum dignatur visitare, quod fides Centurionis meruit, qui ex gentibus credit: & humilitas, quod se indignum iudicat cuius tectum intret, & prudentia, quod ultra carnem diuinitatem latentem videt. Ad filium reguli venire noluit, ne diuitias honorare videretur. hic Ierusalem conditionem ne spernere videatur, mox ire consensit. Qui verbo curate potuit, propter humilitatem visitare dignatur, & tamen in medio itinere verbo sanat, ne non propter humilitatem, sed ob impotentiam virium corporaliter ire putaretur. Non sum dignus. Propter conscientiam vitæ gentilis, magis timet gratiari præsentia quam iuuari. quia & si erat fide præditus, nondum tamen erat sacramentis imbutus. Sed quod nec infirmitas nostra præsumit, gratia dare nouit. Nam & ego, &c. Si ego homo sub alio possum imperare. minoribus, quanto magis tu qui super omnia, habens famulantes angelos, potes per eorū ministeria sine corporis presentia dicere infirmitati vt recedat, & recedet, & sanitati vt veniat, & veniet. Mira fides in gentili. Mysticè. Centurio, significat electos ex Gentibus, quasi centenario militum virtutum stipatos: qui nihil terrenum, sed sola æternæ salutis gaudia sibi suisque querunt. Centenarius enim, quia à læua transit ad dexteram, in cælestis vitæ significationem ponitur. Talis ergo meriti viri pro his necesse est vt supplicent, qui adhuc seruitutis spiritu tenentur, vt perfecta charitas foras mittat timorem. Dominus autem, in quam nō audet eum inuitare, gentilitas est: propter ferocem idololatriæ: neque enim

gentibus corporalis presentia Christi exhibitæ est, sed verbum fidei misit eis per apostolos, & ab infidelitate sanauit. Vel milites, & serui centurionis, virtutes sunt naturales, quarum copiam multi ad Deum venientes secum deferunt, vt Cornelius dicitur vir iustus, & timens Deum. Ab oriente & occidenti veni. &c. Vel oriens, qui illuminati statim transeunt. Occidens: qui passiones vsque ad mortem tolerant. Per istas duas partes mundi ex quibus gentes vocandæ erant designantur. Filij autem, &c. quia in hoc mundo fruuntur beneficis Dei, secundum illud: Pluit super iustos & iniustos. Nunc videtur in facie domini, sed tunc minime. In tenebras exteri. Quia à domino foras expelluntur, id est, in æternam noctem: quia hic sponte ceciderunt in exteriores, id est, in caritatem mentis. Per fletum qui est oculorum, & stridorem dentium, nota veram resurrectionem corporum. Dentes strident: qui hic de edacitate gaudebant. Oculi flent, qui per concupiscentias vagabantur. Fletus de ardore, stridor dentium de frigore solet excitari, quia ibi transibunt ab aquis nimis ad calorem nimium. Vel stridor prodit indignantis affectum, quo se poenitet quod deliquit pertinaciter. Fletus. Per hoc ostenditur magnitudo tormentorum. Per fletum, tormentum animæ: per stridore dentium corporis.

CATENA AVREA in idem Euang.

Quam autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, &c. Chr. super Mat. Postquam dominus discipulos docuit in monte, leprosum autem sanauit sub monte: venit Capharnaum: in mysterio, quia post Iudæorum mundationem: venit ad gentes &c. Haymo. Capharnaum enim que villa pinguedinis interpretatur, siue ager consolationis, ecclesiam quæ ex gentibus est collecta significat: que spirituali pinguedine est replera, secundum illud: Sicut adipe & pinguedine repletur anima mea. Et inter pressuras seculi de cælestibus consolatur, secundum illud. Consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. vnde dicitur: Quam autem introisset Capharn. accessit ad eum Centurio. August. de ver. do. Iste Centurio de gentibus erat. Iam enim Iudæa gens habebat militem Romanum imperij, Chry. super Matth. Centurio autem iste primus fructus ex gentibus, ad cuius fidei compariationem

Bibl. Hom. tom. 2. e 3 rationem

rationem omnium Iudeorum fides infidelitas est inuenta, quæ neque Christum audiuit docentem, neque leprosum cum mundaretur aspexit, sed audita tantummodo sanitate leprosi, plus credidit quam audiuit. erat enim in mysterio gentium futurarum, quæ neque legem aut prophetas legerant de Christo, neque ipsum Christum mirabilia facientem viderunt. *Accesit ergo rogans eum, & dicens, domine, puer meus iacet in do. parata. & male torquetur.* Vide autem bonitatem Centurionis, qui pro salute serui sic sollicitè festinabat, quasi non damnum pecuniæ, sed salutis passurus in morte illius. Nullam etiam differentiam æstimabat inter seruum & dominum: quia etsi dignitas in hoc seculo diuersa est inter illos, vna tamen est illis natura. fidem autem Centurionis vide, quia non dixit veni & salua eum, quia ille constitutus in omni loco erat presens, sapientiam autem quia non dixit, hic constitutus salua eum. sciebat enim quia potens est ad faciendum, sapiens ad intelligendum, misericors ad exaudiendum, ideo infirmitatem tantum exposuit, remedium autem sanitatis in potestate misericordie eius dimisit, dicens, *Et male torquetur.* In quo apparet, quia diligebat eum. Nam vnusquisque quem diligit, etsi modicè fuerit tædiatus, grauius eum putabat habere quàm habet. Raba. Omnia ista cum dolore cognominauit, & iacentem, & paralyticum, & malè derentum, ideo vt animæ suæ angustias demonstraret, & dominum commoueret, sic debent omnes condolere seruis, & eorum curam habere. Chr. in ho. Quidam autem dicunt, quoniam excusans se in hanc causam dixit, propter quam non ipsum adduxit. Neque enim possibile erat dissoluitum cum torquetur, & ad vltimas esset expirationes, portari. Ego autem signum hoc esse magnæ fidei dico, quia enim sciebat quod sola iniunctio sufficeret ad restitucionem iactis, superflue æstimabat eum docere. Hilar. Iacentes autem in seculo & peccatorum morbis dissolutæ spiritualiter gentes æstimandæ sunt, omnibus vniuersis membris fluidis, & ad consistendi officium gradiendiue corruptis, quarum salutis sacramentum in puero Centurionis expletur, quem satis dictum sit principem esse gentium credituratum. Quis autem sit hic princeps, canticum Moysi in Deute. docet, vbi scilicet dicitur, Constituit terminos Gentium iuxta numerum angelorum Dei. Remi. Vel per Centurionem designantur qui primi ex Gentibus crediderunt, & perfecti in virtutibus fuerunt. Centurio enim dicitur qui centum militibus præest, centenarius autem numerus perfectus est. Rectè ergo Centurio pro puero suo rogat, quia primitiæ Gentium pro salute totius Gentilitatis Deo supplicauerunt. Hic. Videns autem dominus Centurionis fidem, humilitatem & prouidentiam, statim se iturum & sanaturum promittit, vnde sequitur, *Et ait illi Iesus, Ego ve. & cura. eum.* Chr. in ho. Quod nunquam fecit, hic facit Iesus: vbi que enim sequitur voluntatem supplicantium, hic autem præstitit, & non solum curare promittit, sed ire ad dominum. facit autem hoc vt discamus Centurionis virtutem. Chr. super Matt. Nisi enim ille dixisset, *Veni, & cura. eum:* nunquam iste responderet: *Non sum dignus.* deinde quoniam pro seruo petebat, ideo ire promittit nos doceat non colebunt magnos, & contemnere modicos: sed pauperes & diuites similiter honorat. Hier. Sicut autem in Centurione commendamus fidem, eo quod etc.

didit paralyticum à saluatore posse sanari: ita patet humilitas in hoc quod se indicauit indignum, cuius rectum dominus intrauit. vnde sequitur: *Et respondens Centurio, ait ille: Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum.* Raba propter concientiam enim vitæ Gentilis, grauari se magis dignatione putauit quam iuuari: cuius etsi fide præditus nondum erat, erat sacramentis imbutus. Aug. de ver. do. Dicendo autem se indignum, præstitit dignum: nõ in cuius parietes, sed in cuius cor verbum Dei Christi intraret. Neque hoc diceret cum tanta fide & humilitate, nisi illum, quem timebat intrare domum suam, corde gestaret. nam non erat magna felicitas, si Iesus intraret in parietes eius, & non esset in pectore eius. Sen. Mystice autem hoc tectum, corpus est quod regit animam, quod libertatem mentis celestis visione in se concludit. sed Deus neque habitare carnem, neque tectum nostri corporis designat intrare. Oigen. Nunc etiam quando sancti, & Deo acceptabiles ecclesiarum antistes sub tectum tuum intrant, tunc ibidem per eos dominus ingreditur: & tu sic æstimes, quasi dominum suscipiens. Et quando corpus & sanguinem domini manducas, & bibis, tunc dominus sub tectum tuum ingreditur. & tu ergo humilians te ipsum dicas, *Domine nõ sum dignus, &c.* Vbi enim indignè ingreditur, ibi ad iudicium ingreditur accipienti. Hic. prudentia autem Centurionis apparet in hoc, quod vltra corporis tegimen latentem vidit diuinitatem. vnde subiungit, *Sed tan. dic. ver. & sa. pu. me.* Chr. super Matth. Sciebat enim quoniam astabant illi inuisibiliter angeli ministrantes, qui omne verbum eius vertunt in opus, quod & si angeli cessent, tamen infirmitates præceptis eius viuacibus expelluntur. Hila. Dicit etiam Centurio puerum verbo posse sanari, quia salus salutem omnis ex fide est, & præceptis domini vita est vniuersorum, & ideo subiungit, dicens: *Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites. & dico huic vade. & vadit. & alij veni, & venit. & seruo meo fac hoc, & facit.* Chr. super Matth. Patris & filij mysterium spiritu sancto suggerente depinxit, ac si diceret, *Etsi ego sum sub potestate alterius, tamen habeo potestatem iubendi eis qui sub me sunt, sic & tu, quanuis sis sub potestate patris, id est, in quantum homo, habes tamen potestatem iubendi angelis.* Sed forte dicit Sabellius, volens ostendere eundem esse patrem, qui & filius est, sic hic esse intelligendum: Si ego sub potestate constitutus possim iubere, quanto magis tu qui sub nullis es potestate? Sed hanc expositionem non recipit textus. Non enim dixit, Si ego homo sub potestate, sed dixit, *Nam & ego homo sub potestate.* In quo patet quod inter se & Christum non comparationis differentiam fecit, sed rationem similitudinis introduxit. Aug. de ver. do. Si ego qui sum sub potestate iubendi habeo potestatem, quid tu potes cui omnium seruiunt potestates? Glo. Potes per angelorum ministeria sine corporis presentia dicere infirmitati vt recedat, & recedat & sanitati vt veniat, & veniat. Haymo. Possunt autem per subiectos Centurionis, virtutes naturales intelligi, in quibus plurimi Gentiliū pollebant: vel etiam cogitationes bonæ aut malæ. malis autem dicimus vt recedant, & recedent, sed bonas vocemus, & venient. seruo quoque nostro, hoc est corpori vt subiciatur voluntati diuinæ. Aug. de con. euan. Huic autè quod hic dicitur, videtur

detur repugnare quod ait Lucas, cum audisset Centurio de Iesu, misit ad eos seniores Iudeorum rogans eum vt veniret & sanaret seruum eius, & iterum quod cum luge esset à domo, misit ad eum Centurio amicos dicens: domine noli vexari. non enim sum dignus vt sub tectum meum intres. Chryso. in hom. Quidam autem dicunt, quoniam non est idem ille & hic, quod multas coniecturas habent. De illo eaim ait, quoniam synagogam nostram construxit, & gentem diligit. De isto autem eodem Iesus ait, *Neque in Israel tantam fidem inueni.* vnde videtur Iudæum illum esse, mihi autem videtur idem hic & ille esse. Sed quando Lucas dicit quod misit vt veniret, blanditas Iudeorum insinuat. Conueniens enim est credere Centurionem volentem abire, prohibuit esse à Iudæis blandientibus & dicentibus, quoniam nos abimus & educimus eum. Sed quando ab eorum imminencia erutus est, tunc misit, dicens: Ne æstimes quod propter desiderium non veni, sed quia me indignum æstimauit, vt te domum meam susciperem. Quod autem Matheus ait nõ per amicos, sed per seipsum hoc eum dixisse, nihil cõtrarium est: vtique enim desiderium viri representauit, & quoniam de Christo decentem opinionem habebat. Cõueniens autem est opinari & ipsum, postquam misit amicos, ad venientem per se hoc dicere. Si autem hoc nõ dixit Lucas, neque illud Matheus, non sibi contradicunt, sed complent quæ ab inuicem derelinquebantur. Aug. de con. euang. Matheus ergo accessum Centurionis ad dominum per alios factum compendio dicere voluit, quia fidem eius quæ verè ad Deum acceditur, laudauit vt diceret, Non inueni tantam fidem in Israel, Lucas autem ideo totum, vt gestus est aperuit, vt ex hoc intelligere cogereur qualiter eum accepisse dixerit Matheus, qui mentiri non potuit. Chryso. in hom. Neque enim est contrarium quod fabricauit synagogam secundum Lucam, & quod hic ostenditur non esse Israelitam. possibile enim est Iudæum non existentem & synagogam fabricasse, & gentem diligere. *Audiens autem Iesus, miratus est, &c.* Chr. in hom. Sicut quod leptosus dixerat de Christi potestate, si vis potes me mundare, Christi voce confirmatur dicens, Volo, mundare: ita & hic Centurionem, de Christi potestate testantem non solum nõ accusauit, sed etiam commendauit. Sed & amplius aliquid fecit. Intentionem enim laudis euangelista significans, dicit: *Audiens autem Ie. &c.* Orig. Attende quantum sit aut quale, quod Deus vni genitus miratur aurum, diuitias, regna, principatus, in conspectu eius sunt, tanquam vmbra vel flos decidens. Nihil ergo horum in conspectu Dei mirabile est, quasi magnum vel pretiosum, sed tantum fides. hanc miratur honorificans, hanc acceptabilem sibi æstimat. Aug. super Gen. contra Mani. Quis autem in illo fecerat illam fidem, nisi ipse qui admirabatur? quod si alius eam fecisset, vt quid miraretur qui præciosus erat? Quod ergo miratur dominus, nobis mirandum esse significat, quibus adhuc opus est sic moueri, omnes enim tales motus eius non perturbati animi signa sunt, sed docentis magisterium. Chr. in ho. Vnde plebs omni præsentè admiratus esse dicitur, & aliis exemplum dedit vt eum mirentur. sequitur enim, *Et sequen. se di. Amen dico &c.* Aug. contra Fau. Fidem laudat illius, non autem desertionem militie imperauit. Hier. Hoc autem de presentibus lo-

quitur, non de omnibus retro patriarchis & prophetis. Chry. super Matth. Credit enim Andreas, sed Ioanne dicentè, Ecce agnus Dei. Credit Philip. sed euangelizante sibi Andrea. Credit Philippus, sed legendo scripturas, & Nathanael prius signum diuinitatis accepit, & sic fidei confessionem obtulit. Orig. Iairus Israelis princeps pro filia sua petens, non dixit: Dic verbo, sed veni velocius. Nicodemus de fidei sacramento audiens, ait: Quomodo potest hoc fieri? Maria & Martha dicunt: Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus, quasi dubitantes quod vbi que posset adesse Dei potentia. Chr. super Matt. Aut si volumus. fideliozem putate istum quàm apostolos, ita testimonium Christi intelligendum est, quod vnumquodque bonum hominis secundum quantitatem personæ illius laudatur: rusticum enim dicere aliquid sapienter, magnum est, quod de philosopho non est mirum: sic de Centurione dictum est, in nullo tantam fidem inueni in Israel. Chr. in ho. Nõ enim erat æquale, Iudæum credere & Gentilem. Hier. Vel forte in Centurione fides Gentium præponitur Israeli. vnde subdit: *Dico autem vobis quod multi ab Oriente, &c.* Aug. de ver. do. Nõ omnes ait, sed multi, tamen ipsi ab Oriente & Occidente: istis duabus partibus totus orbis designatur. Haymo. Vel ab Oriente veniunt, qui statim illuminati transeunt ab Occidente, hi qui perfectionem vsque ad mortem tolerauerunt pro fide. vel ab Oriente quis venit, cum ab infantia Deo seruite incipit: ab Occidente, dñ in ipsa decrepita etate ad Deum conuertitur. Orig. Sed quomodo alibi dicit quod pauci sunt electi? per diuersas enim generationes pauci electi sunt, simul verò congregati in tempore visitationis multi inueniuntur. Sequitur: *Et recumbent, nõ carnaliter iacentes, sed spiritualiter requiescentes: non temporaliter potentes, sed æternaliter epulantes cum Abraham, Isaac & Iacob in regno celorum: vbi lux, exultatio, gloria & longeuitas vitæ æternæ.* Hic. Quia autè Deus Abraham celi cõditor pater Christi est, idcirco in regno celorum est & Abraham, cum quo accubitoræ sunt nationes quæ crediderunt in Christum filium creatoris. Aug. de ver. do. Sicut autem videmus Christianos vocatos ad celeste conuiuium, vbi est panis iustitiæ, potus sapientiæ: ita videmus & Iudæos reprobatos. vnde sequitur: *Filij aut. reg. etici. in ten. exter. Iudæi scilicet qui legem acceperunt, qui celebrant figuras omnium futurorum, qui tamen presentia non agnouerunt. Hiero. Vel filios regni dicit Iudæos, qui in eis Deus ante regnauit. Chr. in ho. Vel filios regni dicit eos quibus regnum erat præparatum: quod & magis eos mordebat. Aug. contra Fau. Si ergo non commendauit Moyses populo Israel Deum, nisi Deum Abraham, Isaac & Iacob, eumque ipsum Christum commendat, nõ est conatus illum populum auertere à Deo suo: sed ideo minatus est eos intrare in tenebras exteriores, quod auerlos videret eos à Deo suo in cuius regno gætes vocatas ex toto orbe terrarum recubitas dicit cum Abraham, Isaac & Iacob, non ob aliud quàm quod fidem tenuissent Dei Abraham, Isaac & Iacob. Quibus nõ quasi in morte correctis, vel post passionem suam iustificatis testimonium dominus perhibeat. Hic. Tenebræ autem exteriores dicuntur, quoniam qui à domino expellitur foras, reliquit lumen. Haymo. Quid autem ibi passuri sint, manifestat eum subdit: *ibi**

erit fletus & stridor dentium. Per metaphoram enim membrorum penas describit tormetorum. Solent enim oculi fumo tacti lachrymas producere, dentes vero à nimio frigore stidere. ostenditur ergo quòd reprobi in inferno & calorem intolerabilem, & frigus sustinebunt, secundum illud Iob. Transient ab aquis niuium ad calorem niuium. Hic. Si autem fletus oculorum est, & stridor dentium ossa demonstrat, vera est corporum & eorundem membrorum quæ ceciderant, resurrectio. Raba. Vel stridor dentium prodit indignantis affectum, eo quòd sero vnumquemque poeniteat, sero sibi irascatur quòd tam pertinacj improbitate deliquit. Remig. Vel aliter: Tenebras exteriores appellat exteras nationes, quantum enim ad historiam attinet, prædicat dominus his verbis interitum Iudæorum, quoniam propter infidelitatem ducendi erant captiui, & dispergendi per diuersa regna terrarum. fletus enim ab igne solet fieri, stridor dentium à frigore. Illis ergo ascribitur fletus qui in calidioribus locis habitabant, sicut in India & Æthiopia. Stridor vero dentium illis ascribitur qui in frigidioribus locis commorantur, sicut est Hircania & Scythia. Chr. super Matth. ne quis autem existimet blâditiarum esse hæc verba, quia dictum erat, credere facit signo. vnde sequitur: *Et dicit. Centu. Vade, & sicut ere. fit. ti.* Rab. quasi dicat secundum mensuram fidei metietur tibi & ista gratia. Potest autem meritum domini etiam famulis suffragari, non solum merito fidei, sed etiam studio disciplinæ, vnde sequitur: Et sanatus est puer ex illa hora. Chrysost. in hom. Vbi velocitatem admirare: neque enim solum curare, sed inopinacè, & in momento tēporis hoc facere, virtutem Christi ostendebat. Aug. de ver. do. Sicut enim dominus domum Centurionis corpore non intravit, sed absens corpore, præsens maiestate puerum ipsum sanauit: sic & in solo Iudaico populo corpore fuit, apud alias autem gentes nec de virgine natus est, nec passus est, nec humana pertulit, nec diuina mirabilia fecit, & tamè impletum est quòd dictum erat: Populus quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Iudæa cuius gens cognouit, & crucifixi toribus terrarum adiuuit, & credidit.

ORIGENIS PRESBYT. de eodem Euang. Homi.

*Est ex Hom.
5. ad diuersos.*

Cum introisset Caparnaum civitatem Galilææ. Sic cognominata est Caparnaum in qua sapius dominus virtutis suæ magnificentia demonstravit. Ingrediente eo, Caparnaum nanque interpretatur ager, vel villa consolationis. Cum ager quod in eo aliquid agatur, vel villa à circumvallatione limitis, hoc est manitione custodia nomen acceperit, congrue dispensatione carnis illo ingressus asserit dominus, quo per dentis portam circumdando attrahens ad credulitatem incredulos, & sanitatis miraculum erat acturus. *Accessit Centurio* externus generatione, sed mēte domesticus, militum princeps, sed plus angelorum gaudium. *Accessit ad eum Centurio.* Increpatione nepellorum ostenditur ascendenti quondam ad Heliam in Carmelo quinquagenorum, qui manentes in infidelitate, celesi sunt igne consumpti. Iste vero ex infideli particeps fidei factus,

in suum illico deportatus est Abrahæ. *Accessit ad eum Centurio rogans eum, & dicens, domine, puer meus iacet paralyticus in domo, & male torquetur.* Multi illo tempore pro diuersis rogabat infirmitatibus, nullus tamen pro seruo nisi iste solus, & hoc ei ad augmentum beatitudinis, & coronam gloriæ erat. Quid enim in mentis abdito dignum voluens Centurio isto aiebat? Mihi hic seruus est, & ego creatori. Ite me super terram, & ego magnus in caelis habeo dominum. Si ergo eius non misereor, quomodo mei ille miserebitur? Si ego hinc non subuenio quomodo mihi ille subueniet? Sic debet omnes qui famulos & famulas habent cogitare: sic misereor, & condolere eis, supplicare, & curam habere de seruis, vel de ancillis suis, sicut ille beatus Centurio fecit. *Puer, inquit, meus iacet in domo.* Non in vna hac re tantum miserabilis quod iacet, sed & in alia quod paralyticus, tertia quod male torquetur. Omnia enim ista dolorem congeminant & iacentem, & paralyticum, & dure detentum. Ideo ut suæ animæ angustias demonstraret, & dominum commoueret, quatinus & illius cruciatibus demonstraret, & domini benevolentiam inuitaret, *Puer meus, inquit, iacet in domo.* Et huc quare non attulisti eum? Ideo (ait) quia non opus est ostendere illi omnia videnti, non opus est in conspectu offere eius, cuius potentia non terminatur, nec excluditur. *iacet in domo paralyticus, & male torquetur.* Quid ergo vis vel cupis seu desideras? Non multū loquor ait: Scio enim quod ad omnia præscientem respondeo. Ideoque iste cognoscens corda, respondens dixit, *Ego veniam & curabo eum.* Ego autem Abraham veniens senilem Saræ sanauit verum, in senectute ad se Isaac filium donans, ego & nunc veniens ad te curabo eum. Et quomodo promittis, domine, adueniunt tuum huic nec querit, nec petit, sciens quod non acceptabile sit ei vt venias in domum eius. Oh hoc, vt & vos præualeatis, & eius fides similes sitis: vel cognoscatis quid iste sit, vel qualis in eo fidei thesaurus habeatur occultis. Tam enim & quomodo Abraham tentauit, non pro hoc vt cognoscerem, quem ante sciebam, sed vt vos similes eim in omni tentatione fortissimi inueniantur. Et Iob ita probauit, nō propter hoc probauit vt cognoscerem, quem iustum testificatus sum, sed vt vobis spem & fiduciam demonstrarem. Idcirco & hinc dico, *Ego veniam, & curabo, vt ipse magnam fidem suam proferens dicat, Domine tenuisti me, conturbasti interfecisti fortitudinem animæ meæ in hoc verbo.* Non sum dignus appropinquatione, aspectu, vel non sum dignus accessu, vel introitu tuo. *Domine nō sum dignus vt intres sub tectum meum.* Moyses primus ille magnus tuus confabulator, mirabilis tuorum narrator operum, fidelis in tota domo tua, nimium se humiliavit dicens, Non sum dignus ante hesternum & tertium diem. Quanto magis ergo dicam, *Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meum?* Alienigena sum, gentilis miles gladio accinctus, sanguinem fundens, ad prælium exiens, & ob hoc non sum dignus vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, sed tantum veni verbo, verbum aspectus tuus est, opusque est consummatum. *Quatobrem, dic verbo, ostende ablenes corpore quod præsens spiritu consummare potes: vbi que indeficiens præsentia, vbi que præsens tuus aspectus.* Idcirco ego accessu & introitu tuo indignus sum, & iste infirmus verbi tui visitatione indignus. Et hæc de causa

causa dic verbo, & sanabitur puer meus. Sed & hoc nullum nostrum pertranseat tanquam pusillum aliquid, quod dixit iste Centurio, *Non sum dignus vt intres sub tectum meum intres.* Intrat & nunc dominus sub tectum credentium duplici figura vel more. Nunc enim quomodo sancti & Deo acceptabiles ecclesiarū antistites sub tectum tuum intrant, tūc ibidem per eos dominus ingreditur. Et tu sic existimes tanquam dominus sub tectum tuum ingreditur, Et tu ergo humilians temetipsum imitare hunc Centurionem, & dicito, domine non sum dignus vt intres sub tectum meum. Vbi enim indigne ingreditur, ibi ad iudicium ingreditur accipiens. Sed adhuc quid adiciat ille Centurio in sequentibus? *Nam & ego homo sub potestate constitutus, & habeo sub me milites, & dico huic vade, & vadit: & alij veni, & veni: & seruo meo fac hoc, & facit.* O prudentia intellectus animæ! O munditia cordis! Prudentia manifestæ veritatis confessionem reuelavit, & novi testamenti mysterium declarauit, & ecclesie in se se monstrat imaginem, primitiæque ex gentibus domino credentibus factus est. *Ego, ait, homo sub potestate regis, vel principis, indignus ego habeo sub potestate mea milites, & seruos, & tu habes sanctos sub potestate tua angelos sicut milites, & sanctos omnes seruos.* Ergo modo vnicuique, & secundum præceptum meum facit, & tu mandas quod & statim compleretur. Quod enim mandas, & dicis, sit, & sine mora perficitur. Omnis enim creatura seruit tibi, & ideo dic verbo, & perficientur velociter, & saluabitur hic puer meus. O fides viri! O confidentia militis! O charissime amice veritatis, te admiratur dominus, & tuam in deficietem magnificat fidem, quomodo de tenebris gentium processit lumen tantum, qualiter de errore Deum non cognoscentium tanta manifestata est iustitia, & ex ore stultorum idolis seruientium tam lymphida effulsit fides. Audiens ergo dominus admirabatur eum. Et quod Deus vnigenitus miratur quantum sit aut quale, inenarrabile & inestimabile, percipe sensum charissime, quod Deo nihil est mirabile, nec aurum, nec diuitia, nec regna, nec principatus: ista omnia sunt in conspectu eius tanquam vmbra, & sicut nihil, vel flos decidens. Nihil ergo mirabile in conspectu Dei magnum vel preciosum, nisi tantum vna fides: hanc miratur honorificans, hanc acceptabilem sibi existimat. Ideoque conuertens se ad sequentes turbas, *Amen dico vobis, hoc est, vere dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel.* Non in illo priore Israel beato Iacob tantam fidem abnegat se dominus inuenisse. Ille enim non tantum credidit domino, sed & prophetauit de eo, & apertius eius iustitiam demonstravit, & manifestum aduentum eius prælocutus est. Nisi enim credidisset ei, quomodo de eo prophetauisset? Sic & ei qui de Israel processerunt, Israel enim & ipsi nominati sunt propheta, & iusti, David, Elias, Hieremias: hi omnes clare & manifeste eius aduentum prænuntiauerunt: omnes nanque hi habuerunt fidem, habebant enim & prophetiam. Et iste Centurio si dem habuit, sed prophetiam non habuit. Idcirco dominus admirans magnificauit fidem eius super illum qui tunc fuit Israel, hoc est super omnes qui tunc fuerunt tribus Iacob, & non super illum qui

ab initio fuit, nec super eos qui postea prophetae iusti inueniunt in Israel. Amen dico vobis, quia nec in Israel tantam fidem inueni, sicut in gentibus barbaris atque alienigenis. Gentes filium Dei me inuocant omnipotentem, vnigenitum confitentur, dominum asserunt, diligunt, & sicut bene omnia dispensantem adorant. Et Israel me nō cognouit, & populus hic me non intellexit. Ideoque me Beelzebub, & Samaritanum appellant, & peccatorem existimant. Iairus in Israel princeps pro filia sua me petens non dicit, *Dic verbo: sed, Veni (ait) velociter antequam moriatur hæc filia mea.* Nicodemus doctor in Israel de fidei sacramento audiens ait, *Quomodo potest hoc fieri? Maria, & Martha me nimium diligentes, dicunt, Domine si hic fuisses, nō esset mortuus frater meus: tanquam dubitantes quòd vbi que velox non possit esse mea potentia: propterea non inueni tantam fidem in Israel sicut in isto alienigena. Dico enim vobis, quid multi ab Oriente, & Occidente veniunt, & recumbunt cum Abraham, Isaac & Iacob in regno colorum.* Dico vobis, testor vobis, annuncio vobis, prædico vobis, quia multi venient, de quibus propheta locutus est, dicens, *Veniunt & gentes multæ, & dicent, Venite ascendamus in montem domini, & ad domum Dei Iacob ingrediamur, & ostendat nobis viam suam, & ambulemus in ea. Multi veniunt, illi de quibus dominus ait, Alias omnes habeo que non sunt ex hoc ouili, & illas adducam, & erit vnus grex & vnus pastor.* Multi venient, illi de quibus dictum est, *Vt & filij Dei qui dispersi sunt congregentur in vnum.* Isti ergo omnes veniunt. *Vnde venient Ab Oriente, & Occidente, hoc est ex omni genere quæ est sub sole ab oriente vsque ad occidentem.* Sicut enim per omnes gentes habetur hoc euangelium prædicatum, sic ex omnibus gentibus venturi sunt ad regnum colorum. Vel adhuc, ab oriente hi qui statim illuminati transeunt, & ab occidente hi qui passionibus & persecutionibus vsque ad mortem tolerant pro fide. Multi ergo venient. Et quomodo ergo alibi dicit, *Multi vocati, pauci vero electi? Multi vocati ait: Vocantes enim tribus hominum ab initio seculi vocatæ sunt. Et pauci electi, de multitudine.* Etenim per diuersas generationes, & secula diuersa pauci electi sunt. Simul verò conuenientes, & congregati in tempore visitationis multi inueniuntur, nimiumque innumerabiles. *Multi venient ab Oriente & Occidente, & recumbent,* non carnaliter iacentes, sed spiritaliter quiescentes, non temporaliter potantes, sed æterne epulantes, recumbent in regno Dei, vbi lux, & spes, læticia, & exultatio, gloria, & benedictio, lux oculorum, & longeuitas æternæ vitæ, vbi omnes iocundatur, omnes gaudet: vbi patres illi beati recumbunt, prophetae requiescunt, omnes apostoli & euangelistæ super gloriosos sedent thronos, vbi multitudo martyrum in æterna gloriatur domini gloria, copiositas virginum in secula exultat portans coronam immaculatæ virginitatis. O charissimi fratres ista est à seculo beneplacita, & annunciata exultatio, & ab initio narrata requies, in istam festinate ire omnes dominum diligentes. Ad istam colliguntur omnes ex gentibus in dominum credentes, nec non & fidem seruantes. In eam nos omnes pergamus dilectissimi, ad istam omni virtute firmemur: nihil nos reuocet, aut retardet: nihil nos impediatur ad hoc desiderabile prope ratæ conuiuium, omnem negligentiam à nobis repella

Vides Virginitatis coronam.

repellamus, omnemque desiderium ab animo, & corporis impedimenta proiciamus, ut huius beatitudinis & requiei domesticum efficiamur: quatenus sanctæ huius (ut dictum est) epulationis digni inveniamur. Vade, sicut credidisti fiat tibi. Sic fiet vere vnicuique homini sicut crediderit, secundum mensuram fidei remetietur ei ista à domino gratia. Ideoque dixit ad illam dominus, *Sicut credidisti fiat tibi*. Credidisti enim quod ego omnia possum, omniumque dominus ego sum. *Sicut credidisti fiat tibi*. Credamus & nos charissimi fratres Iesum Christum deum ac dominum nostrum omnia posse, ubique presentem esse, & nobis remissiones cunctorum peccatorum indulgentia sua (si tamen eius præcepta servemus) largiri, ut & vnicuique nostrum cum Centurione isto audire mereamur, *Vade, sicut credidisti, fiat tibi*: adiuvante ipso domino nostro, qui cum patre & spiritu sancto vivit & regnat in secula seculorum. Amen.

S. HILARII EPISCOPI

Pictaviensis superioris Evangelij expositio.

Post hæc autem cum introisset Capernaum, accessit ad eum quidam tribunus rogans eum & dicens: *Puer meus iacet in domo paralytici, &c.* Sequitur emundationem leprosi, paralytici pueri curatio. Sed quid istud est, quod non dignum se tribunus pueri dominus proficitur esse, ut Christus dominum eius introcat, puerum videat, & præsens presentem operam afferat: seque habere milites inbere quod velit, & in potestate posito parere sibi plurimos? Similiter & dominum curationem verbo posse præstare? De tribuno posuisse me satis sit, principem esse gentium credituratum. Quis his princeps sit cui subiecti sunt plures, qui vult scire, Moysi in Deuteronomio cæticum, & Salomonis librum Ecclesiasticum: ubi de dispersione gentium quædam locuti sunt, legat nobis tantum de puero tractatus sit. Succedit deinde in hoc puero post paralytici sanitatem curatio populi de morte descendens, salus gentium. Iacebat enim puer dissolutus in domo humili, corruptibili, & ingressu eius, cuius tamen egens erat, Saluatoris indigna. Et tribunus scit puerum verbo posse sanari: quia salus gentium omnis ex fide est, & in præceptis domini vita est vniuersorum. Igitur iacentes in seculo, & peccatorum morbis dissolutæ gentes existimandæ sunt: omnibus vniquire artibus fluidis, & ad consistendi officium ingrediendi que corruptis. Quam salutis sacramentum in tribuni puero expletur, non tamen ingressuro domum Christo: quia licet in seculo demoratus sit, vitia tamen seculi & peccata non adit. Miratus deinde fidem ait: *Non inveni tantam fidem in Israel*. Non erat tribunus iste de gentibus: & quomodo in Israel fides talis non est reperta, cum qui crederet esset Israelita? Sed ut similitudinem fieri hæc ipsa veritas amularetur, idcirco verbi ratio subiecta est, tantam fidem quanta gentium est in Israel non reperiendam, & cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cælorum ex vicinis gentibus quieturos. Perfecta quidem est in puero secundam eredentis fidem veritas sanitatis: sed presentium efficientia etiam futurorum imagini proficere monstratur, quando & tribuno credente, & puero saluato,

nec talis in Israel fides reperta est, & regni cælorum confortium cum Abraham gentibus destinatur.

S. HIERONYMI PRÆBYTERI in idem Euang.

Accessit ad eum centurio. &c. Nō debemus iactantia arguere dominum, quia statim se intrinsum & sanaturum esse promittit, videns Centurionis fidem, humilitatem, & prudentiam. Fidem, in eo quod credidit ex gentibus paralyticum à saluatore posse sanari. Humilitatem, quod se iudicavit indignum, cuius tectum dominus intaret. Prudentiam, quod intra corporis tegmen, diuinitatem latentem videret: sciens non id sibi profuturum, quod etiam ab incredulis videbatur, sed id quod latebat intrinsecus. De qua prudentia hoc etiam ait: *Nam & ego homo sum sub potestate, habens sub me milites, &c.* Volens ostendere dominum quoque non per aduentum tantum corporis, sed per angelorum ministeria posse implere quod vellet. *Audens autem Iesus miratus est*. Quod vidit centurionem suam intelligere maiestatem. Pellende enim erant vel infinititates corporum vel fortitudines contrarie, quibus homo ad debilitatem sæpe conceditur, & verbo domini & ministerii angelorum. *Amen dico vobis: non inveni tantam fidem in Israel*. De presentibus loquitur, non de omnibus retro patriarchis & prophetis: nisi forte in centurione, fides gentium præponitur Israeli. *Dico autem vobis, quod multi ab oriente & occidente venient, &c.* Quia Deus Abraham cæli conditor pater Christi est: idcirco in regno cælorum est & Abraham: cum quo accubituræ sunt nationes, quæ crediderint in Christum filium creatoris. Et ille pariter sensus impletur, de quo supra diximus in centurione, fidem gentium fieri prærogatiuam: dum ad illius credulitatem de oriente & occidente, credituri populi commemorantur. *Filij autem regni, eijciantur in tenebras exteriores*. Filios regni, Iudæos significat: in quos ante regnauit Deus. Tenebræ semper interiores sunt, non exteriores. Sed quoniam qui à domino foras expellitur, lumē relinquunt: idcirco exteriores tenebræ nominatæ sunt. *Ibi erit Iesus & stridor dentium, &c.* Si fletus oculorum est, & stridor dentium ossa demonstrat: vera est ergo corporum & eorundem membrorum quæ ceciderant resurrectionis.

S. IO. CHRYSOSTOMI

de eodem Euang. Hom.

Intrante autem Iesu in Capernaum, aduenit ei Centurio deprecans eum, &c. Leprosus quidem, ut audis, quum à monte Iesus descendisset, ad eum accessit: Centurio autem hic, quum iam in Capernaum introisset, aduenit. Quia nam igitur de causa neque hic, neque ille ad montem condescenderit: non negligentia profectò, quum vterque fide ferueret, sed ne prædicanti obstreperet: accessit itaque verecundè Centurio, ac ait: *Domine puer meus iacet in domo paralytici, &c. malè torquetur*. Excusando se, ut quidam aiunt, causam adiecit, qua de re puerum non adduxit. Quippe quum nou fuerit facile paralyticum, qui doloribus non paruis vexaretur, & vltimos iam spiritus traheret, longius deporta-

lit.

re. Quod enim in vltimis esset, Lucas significauit, dicens: *Et erat moriturus. Ego autem id ardentissimi illius fidei signum dixerim*. Multò enim profectò maiorem istius quam eorum, qui per tectum immiserunt, fidem arbitror. Quia enim non dubitabat vel solo domini verbo iacentem excitari posse, idcirco minimè deportandum putauit. Quare igitur dominus quod nusquam ante fecerat, hic peragat? Nam, quum vobis voluntati tantummodo supplicantium obtemperaret, hic non curaturum se solum, sed domum quoque Centurionis profecturum pollicetur. Certè id ita facit, ut quanta sit Centurionis fides perdicamus: nisi enim ita fecisset, sed illic puerum sanasset, sincera illius, seruensque fides ignota nobis fuisset. Id ipsum etià in Phoenissa muliere, quanius contrario quodam modo perfecti. Hic enim non vocatus vltro se domum pollicetur profecturum, ut tu eximiam Centurionis fidem, & præcipuè humilitatem perdiscas: at verò in Phoenissa negauit se facturum quod petebat, & illam constanter iterum, atque iterum perentem perretruit. Quum enim sapiens, potensque medicus sit, non ignorat contraria ex contrariis facile elicere. Ita hic vltro se iterum offerendo, Centurionis, ibi verò prorogando, & quasi retinendo, mulieris fidem cunctis aperuit. Sic ad Gen. 18. Abraham quoque facit, dicens: *Non celabo puerum meum Abraham, ut nos summam eius charitatem percipiamus, & quanta vel erga Sodomitas vsus prouidentia fuerit: sic denique qui ad Loth missi erant, ingredi ad ipsum volebant, ut inaudita ipsius hospitalitas nō lateret. Quid igitur ait Centurio? Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum. Audiamus ergo, audiamus quicumque volumus Christum suscipere. Possimus enim etiam nunc nos ipsum suscipere. Audiamus, inquam, Centurionem, & imitemur. Audiamus simili studio, & Iesum recipiamus. Quum enim pauperem fame, nuditate confectum recipis, Christum profectò recipis, atque vides. Sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nuntio quod Centurio veluti etiam leprosus veram de Christo habuit opinionem. Similiter enim quoque non dixit, ora, supplica, deprecare, sed solum impera. Timè deinde, ne, quoniam de ipso magna protulit, negaret Christus, ut sermonem moderaretur, illud adiecit: *Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, &c. dico huic, vade, & vadit: & alij veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & fecit*. Sed non mirus est, inquit, si Centurio ita est suspicatus: verum non id queritur, sed vtrum Christus opinionem eius de se accepit, ac confirmauerit, an repulerit, atque abiecerit. Probè valde abs te, atque prudenter obiectum est. Si altius ergo inspicimus quod in leproso factum didicimus, id ipsum etiam hic profectum inuenimus. Nam quem admodum leprosus, si volueris, dixit: neque ab hac tantummodo voce de omnipotentia Christi testimonium, verum etiam ab ipso Christi response, qui nō solum, quod de se leprosus credebat, non arguit, sed etiam mirum in modum confirmauit, quod superfluum erat addendo, cum dixit: *Volo, mundus esto: a se verè illum opinari docuerit. Simile quiddam hic quoque diligentius considerantes, contigisse inspicimus. Quum enim Centurio Dei non hominis potestatem paucis ei verbis attribuisset, non modò non reprehendit, verum etiam laudibus nō paruis eum profecturum est. Miratus est enim, inquit euan-**

gelista, & ita miratus, ut tanta hominum turba presente, atque audiente, imitandum ipsum cæteris proposuerit. Perpendis quòd singuli, qui diuinam ei potestatem sunt attestati, non sine laudibus recipiuntur. Stupebant turbæ de doctrina ipsius, quam diuina cum autoritate docebat. Nec eos ideo reprobaui, sed vna cum eis de monte descendit, sententiàmque de se illorum mutationem leprosi comprobauit. Clamat ille: Si volueris, potes mundare me: nec rececit eum, sed sic mundauit, ut verbo illius vteretur, ac diceret: *Volo, mundare*. Denique Centurio hic non parua voce dicebat: *Dic verbo solum, & sanabitur puer meus. Et admiratus eum, dixit. Neque in Israel tantam inueni fidem*. Sed ut vniquire muniaris, à cõtrario quoque id ipsum docebimus. Nihil horum Martham, sed opposita dixisse inuenies. Scio enim, inquit, quòd quæcumque à Deo petes, dabit tibi Deus: nec solum quanius ei familiaris esset, valdeque ipsum diligeret, laudem consecuta non est, sed quasi non rectè de ipso sentiens, emendatur. Respondi enim dominus: *Nonne dixi tibi, quia, si crederis, videbis gloriam Dei?* Sic aperte ipsam, quod nondum crediderat, accusauit. Deinde quoniam illa, quæcumque à Deo petis, dabuntur tibi, dicebat: volēs eam ab huiusmodi remouere sententiã, docerèque quòd non aliunde habet, sed omnium bonorum fons est. Ego sum, inquit, resurrectionis, & vitæ: id est, non expecto, ut ab alio mihi potestas conferatur, sed à me ipso cuncta possum efficere: propterea ergo Centurionem eorum omnibus laudat, & cæteris omnibus anteposit, & regnū cælorum ei demum largitur, ut reliquos ad imitationem eius facilius concitet. Quòd si non potes tibi persuadere, ideo hæc à Christo sic dicta fuisse, ut cæteri omnes hinc ad similem fidem perducantur: perpende quàm diligenter id euangelista significat. *Audens autem Iesum, miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel*. Ex his profectò intelligitur id maximè fidem seruentissimam, regnum cælorum, cæteraque bona nobis præbere, si magna de ipso, Deoque vero digna imaginari velimus, nec verbis solum laudem ei attribuit, sed ægrotum quoque filium propter merita fidei sanum fecit, fulgentemque ipsi coronam, ac magnis ornata muneribus cõtexuit, quum sic dicat: *Nam & ego autem vobis, quòd multi ab oriente & occidente venient, &c.* Liberius certò nunc postquam pluribus signis animos eorum atteraxit, cum ipsis loquitur. verum ne adulatione aliqua vsium fuisse Centurionem quicumque putet, utque omnes, ex animo loquutum intelligant, audi quod infertur: *Vade, inquit, & sicut credidisti, fiat tibi*. Et continuo res ipsa consecuta, certissimum animi, & voluntatis illius testimonium perhibuit. *Et sanatus est puer eius ab illa hora*. Id ipsum etiam in Phoenissa panter factum est: sic enim illi quoque dixit, *Magna est fides tua, o mulier, fiat tibi sicut vis: & sana facta est illius filia eius*. Verum, quoniam ipsam in filium Centurionis signum. Lucas exponens, alia quadam istis apponit, eaque nobis dilucidanda sunt, ne discrepantiam factæ videamur, aut credamur. Lucas igitur scribit, eum præbiteros ludæorum misisse ad ipsam, deprecantes ut veniret: *Matthæus verò accessisse, ac dixisse: Non sum dignus. Non ignoro quosdam, quanius in multis conueniant, alium tamen hunc, alium illum opinatos fuisse. De illo enim dicitur, quia & synagogam cõstruxit: de hoc autem*

res ipsi facti non sunt, maius tam ad eos, quam ad omnes, qui pariat committunt, crimen redundat. Nō enim Iudæis solum id accidit, sed multis quoque fidelibus. Nam Iudas filius regni erat, audiuitque vnā cum aliis discipulis illud; in duodecim sedibus se debitis: factus autē gehennæ filius. At verō Æthiops, quamvis Barbarus quidem esset homo, vnus tamen eorum factus est, qui ab ortu, atque occasu erant, sūntque venturi, vt vnā cum Abraham, Isaac, & Jacob æternis bonis fruamur: idipsum in nobis quoque Iudæis fit: nam multi erunt, ait, primi vltimi, & vltimi primi. Vnde cauendum, ne aut illi quasi non possint redire, omnino negligat, aut isti quasi iam stabiles sint, confidentia corrumpantur. Ita Ioannes quoque, antequam hæc fierent clamans dicebat: Potest Deus ex lapidibus his erigere filios Abrahæ. Nam ne rei nouitate quiquam turbaretur, statim ab ipsis Euangelij incunabulis id prædicatur. Verum Ioannes, quoniam homo erat, quasi possibile futurum prædixit; Christus verō vel optibus docuit, non aliter quam prædixit futurum. Non ergo nimium confidant, qui stant, sed secum crebro illud reputent. Qui existimat se stare, videat ne cadat. Nec desperent, qui ceciderunt, sed dicant secum; Nunquid qui cadit, non resurgit? Nouimus enim multos ad ipsius caeli ferē verticem conscendisse, omnes virtutes numero habuisse, deserta denique loca à vita hominum aliena coluisse, ac denique feminam neque in somnis quidem vidisse, & tamen negligentia lapsos ad vitorum barathrū deuenisse. Cōtraque non ignoramus fuisse nonnullos, qui à vitorū barathro commoti, cælibem vitam acceperunt, tantūque virtute potuerunt, vt demones deicerent, aliisque multis signis presulgerent. Quorum omnium sic plena sunt scripturae, & plena est vita hominum huiusmodi exemplorum, vt iam adulteri, & molles Manichæorum ora queant comprimere, qui commissa semel delicta, quibus animus maculatus est, abstergi amplius non posse affirmant, diabolo seruientes, ac hominum animos, ne virtuti possint intendere, decipientes, totamque humanam vitam euertentes. Nam qui persuadere conantur, vt abiici non posse prauitatem credamus, hi non solum vt futura perdamus efficiūt, sed præsentia quoque, quantum in ipsis est, omnino perturbant. Quomodo enim quisquam, quum malè vixerit, relictis vitiis, virtuti se tradere studebit, si non esse reditum ad ipsam putabit? Nam, si modo, cum sint leges, quibus peccatē inferatur, tum propositi honores, quibus plerique ad bene viuēdum inuitantur, quum gehennam malè agentes timeamus, cum cæleste regnum ad nosmetipsos conuerti speremus: cum denique improbi dedecore, probi laudibus afficiantur; vix tamen pauci arduos virtutis labores, vitorum sprete voluptate, sequuntur: his omnibus sublati, quid poterit homines detinere, ne ruant? profectō nihil. Non ignorantes igitur quanta sit fraus, & malitia diaboli, apertèque videntes secularium legum latoribus, Dei oraculis, rationi natura duce nobis infusa, omnium gentium viris Barbaris, Scythis, Thracibus, ac cūctis simul ceteris hominibus, tam Manichæos, quam eos, qui fato omnia, necessitateque fieri arberantur, oppositos, atque repugnantes: caueamus, charissimi, & per angustum iter, illis contemptis, ita pergamus, vt consistere, & timere verè videamur. Timentes

Matth. 3.

T. Cor. 10. 13. Gal. 40.

Esse scit etiam contra Nouatores, qui vultis hominē ita corrumpi, vt non possit nō peccare, etiā criminaliter.

quoniam ex vtraque itineris parte, paria præcipitia sunt, confidentesque quoniam Iesus dux noster est, maturè viam Iobij, atque vigiles pergamus. Nam, etiam si minimum quid comiserimus, confestim delapsi in immensam præcipitiū voraginem deferimur. Non enim sumus stabiliores nos, quam David, qui parua negligentia in profundum peccati detrusus fuit: surrexit tamen velox, suscepitque seipsum admonitus. Nō ergo delinquentem solum inspicias, sed etiam multò magis elictorum maculas abluentem. Non enim idcirco hæc tam exquisitè historia scripta est, vt cictam tu illum videas, sed vt surgentem, recipientemque se admireris: sic profectō discas, si quādo decides, quo pacto tibi surgendum sit. Nam, quem admodum medici grauissimorum morborum causas, atque curam diligentibus docent, vt in difficilioribus exercitati qui discunt, facili quid sibi in aliis faciendum sit intelligant: sic diuinæ literæ maxima delicta in medium posuerunt, vt inde minora etiam committentes, facilius rationem curationis inueniant. Consideremus igitur quo pacto ægrotauit, quomodoque citò curauit seipsum beatissimus ille vir. Quo igitur morbo detentus fuit? vxorem alienam seduxit, virum innocentem occidit. Non enim vereor magna hæc voce publicare. Nam, quum spiritus sanctus non in dedecus, sed in laudem vnuerfam hanc historiam per scripturam exposuit: cur me subocculat oportebit? Propterea non solum facinus prædicare, sed facinoris appendices adlicere constitui. Qui enim occultant, mihi videntur obscuriorem illius virtutem reddere, ac veluti qui certamen, quo Goliath illum obrutit, transeunt, non parum de laudibus suis deducere conantur: non aliter omnes qui hanc rem taciti prætererunt, de gloria eius detrahere videntur. Admirabile forsitan videtur esse, quod dico, sed, si æquo animo in audiendo perstabitis, meritò nos ita sentire cognoscetis, ideo enim citimè magnum esse fateor, & longo amplificationis vtō sermone, vt magnis quoque, ac mirabilibus ipsum curis, atque remediis vsū non nequeam affirmare. Quæ igitur facinoris appendices? Virtus hominis, que intolerabile crimen faciebat. Non enim pariter commissa in omnibus accipienda. Potentes enim ait, poterit castigabuntur. Et, Qui nouit voluntatem domini sui, & non facit, vapulabit plagis multis. Ita plurimatum rerum cognitio acerbiores peccatorum efficit pœnas. Ideo sacerdos, si pariter cum ceteris peccat, magis quam ceteri supplicio punietur. Sed forsitan amplificatione criminis trepidatis de me, atque timetis, quasi ad iniuria, periculosaque loca delato. Ego autem tantum iusto illi tribuo, vt vterius etiam audeam progredi. Non enim dubito, quin, quantò magis delicti magnitudo extabat, tantò maiores David laudes confertur. At, inquit, quid cæde ac adulterio maius excogitari potest? potest profectō: nam sicut Cain non cædem solum commisit, sed multò etiam cæde maius: eum non alienum, sed germanum: non iniuriam, sed iniuriam perpeffum occiderit: nec exemplo aliorum conuictatus, sed primus inuentor sceleris, aliis se ad exemplum proposuit. Similiter quoque & in hac non cædes solum commissa fuit, sed multò maius cædes, cum non vnus de multis David fuerit, sed Propheta eximius, nec iniuriam interfecerit, sed perpeffum iniuriam. Non enim mediocri iniuria est stuprum vxoris, &

Sapient. 6. Luca. 11.

tamen vxorem rapuit, & eum, cuius vxor erat, trucidari curauit. Perpendit nullo me pacto illi iusto pepercisse, nec quicquam de delictis detraxisse, & tamen illi tribuo, vt post exquisitam omnium criminum expositionem, Manichæos quoque in his maximè illufos, & Marcionis morbo laborantes adesse optarem, vt hinc eorum ora summo perè obstruerem: nec id iniuria. Nam, cum isti adulterium, cædemque simplicem factam asserat, non modò minimè nos id negamus, verum etiam multiplicia hæc crimina fuisse affirmamus: idque tum ab eo, qui passus fuit iniuriam, tum à conditione peccatorum comprobamus. Non enim pariter profectō delinquitur, si quis, cum spiritus sancti gratiam sit conseruatus, cui multa magnaque beneficia diuinitus collata sint, qui vnica autoritatem obtineat, qui denique ad senilem iam sit ætatem proceffus, ea commiserit, que alius horum omnium expert perperauit. Sed tamen idcirco maximè tam prudentiam, quam robur illius animi admiramur, quòd ad nequitie profundum delapsus, non decidit animo, non desperauit, non tantis vulneribus lethaliter à diabolo percutissus, quasi victus humi se resupinum prostrauit, sed velociter, imò certè continuo maiora, quam accepit, intulit vulnera. Ita non aliter factū est, quàm cum à Barbaro quidam in acie fortis vir demisso telo periculose percutissus, neque id semel, sed iterum, atque grauius perpeffus, non cesserit, sed vnique sanguine peritus, magno in hostem impetu ruerit, confestimque trucidauerit: sic etiam David, quantò magis laucium dices, tantò maioris illum animi ostendes: qui, postquam ita miserè depressus fuit, atque deiectus velociter surgere, ac ante primam aciem stare, percutissoremque ipsum humi sternere potuit, quod, quale, quantumque sit, hi maximè non ignorant, qui in summas peccatorū ærinas deciderunt. Non enim ita magni, excelsique animi ego iudico, si quum rectè vadis, iter tuū feliciter curi perficias: habes enim cum curris spem optimam, que te hortatur, incitat, roborat, vites addit: quem admodum si prope victoriam, & coronam, atque trophæa grauer lapsus, ad eundem citò cursum te recipiens, victoriam consequaris. At, vt vobis apertius pateat, quod dicitur, aliqua quoque similitudo ante oculos ponatur. Finge igitur gubernatorem quandam per mille maria incolumè nauigasse, deinde, posteaquam magnas tempestates, & procellas horribiles, & fluctus insanos arte sagaci euaserit, quum in ipso portus ostio mergeretur, vix inde nudum effugisse. Quem animum ad mare, & nauigationes, huiusmodique labores iste habebit? putasne quòd vnquam voluerit, nisi animi sit ficti, vel litus ipsum, aut nauē aliquam, aut portum aspiciere? Non equidem arbitror, imò: seipsum occultans, spe omni ad nauigandum destitutus, mallet mendicis vitam agere, quam ad primos labores, periculosa redire, sed non fuit. huic similis ille, verū, magno naufragio post multos labores penè submersus, non desperauit: sed, nauī rursus in pelagus deducta, dare vela ventis potuit naufragium ausus, & clauo rursus vsus, & plures perpeffus labores, maiores iterum, accumulauit pecunias. Quòd si semper stare, ac nauem quam euidisse, diuinum est, atque mirabile, quibus est laudibus dignus, qui se & à casu recipit, & multò maiora perficit intrepidus? Et certè non erant pauca, que in desperationem detrudere ip-

sum potuissent. Primum delictorum inusitata magnitudo, deinde quòd non in ipso aggressi vitæ, atque inuenta, que spem solent nutrire, sed in senectute iam constitutus labitur. Nec enim gubernator, qui nuper mare ingressus, naufragium fecit, pariter dolet, atque ille, qui post multa annorum spatia domum, immensa, onustaque gazæ renauigans, in scopulos deuecta, cuncta quoque temporis perdidit. Ad hoc tertio, quoniam partas magnis laboribus ingentes vitæ, ac meritum suorum diuitias his delictis subuertit. Non enim parus quidem, sed maximus, singularisque diuitiarum cumulus sibi dispositus erat, multa sibi à prima ætate, quando pascibat, fuerunt congesta, multa quando gigantem illum, atque horribilem Goliath superauit, atque deiecit. Multa, quum sapius euangelica magnanimitate, atque philosophica Saul ausus fuerit: nam, cum centie penè in manus suas incidisset inimicus, ignouit semper, maluitque patriam ipse libertatem, vitamque, si esset opus, amittere, quam persequentem occidere inimicum. Neque his minora regnum adeptus fecit. Præter hæc autem populi de ipso existimatio, cui se non respondisse videbat, non parum poterat animum eius conturbare, cum intelligeret, non tantum se purpura exornari, quantum potestate deformaretur. Ad hæc omnia, non ignoratis profectō quanta magnitudine animi opus sit, vt, quum detegantur peccata, in publicum quoque efferantur, vt multi iam carere, ac testes turpitudinis esse queant, non turbetur tamen rex præsertim, neque decidat, sed meliori spe presumpta, seipsum recognoscat. Hic omnibus ex animo pulsus, adeò post illa vulnera David resulsit, sic à maculis abluuit, ita mundum effecit animum, vt vel mortuus peccatis succurreret: & quod de Abraham, id quoque de David Deum dixisse scriptura testatur, imò verò multo magis de David. De Abraham enim scriptum est; Recordatus sum testamenti mei, quod erat ad Abraham: hic verò nō dicit testamenti, sed propter David seruum meum protegam ciuitatem hanc. Salomonem etiam, qui nefaria crimina commisit, charitate patris placatus Deus à fastigio regni non deiecit, sed tanta de illo apud Iudæos merito semper fuit opinio, vt apostolus Petrus post multos annos sic in concione dixerit; Licet dicere ad vos liberè de patriarcha David, quoniam & obiit, & sepultus est: sed Christus quoque tanta ipsum post hæc peccata spiritus sancti gratia fulsisse ostendit, vt rursus de diuinitate sua, vt Propheta poterit præuidere: per prophetiam enim eius Iudæorum comprimens ora, Christus dicebat: Cur igitur David in spiritu domini eum vocat, dicens; Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis? Scimus etiam quem admodum vel nolenti Moyfi dedit pœnas Maria, quando cōtumeliosa in fratrem fuit: sic huic quoque nolenti sceleratus filius dedit pœnas. Quæ quidem præcipuum Dei beneuolentiam in illos viros magis, quam cetera omnia declarant. Nam, quoniam Dei sententiam habetas, quid te amplius oportet inquirere? Quòd si velitis particularius philosophiam illius perdiscere, facile poteris, si que potest gesserit ab historia collegentis: quanta ei loquendi ad Deum libertas concessa sit, qua erga Deum charitate arserit, quomodo ad virtutum indies accesserit incrementa, quam exauct, ac exquisitè ad vltimum vsque spiritum vixerit: hæc

Sapient. 6. Luca. 11.

Exod. 6.

Matth. 8.

Psalm. 109.

omnia facillè, in quâ, ex historia cognoscetis. Cum igitur his exemplis moniti sumus, inuigilandum nobis prouidendumque est primum nec cadamus; deinde, si forte ceciderimus, ne diutius iaceamus. Non enim vt negligentes vos faciam, Dauid delicta præ oculis posui, sed vt timore cadèdi, maiore vos cura muniam. Nam, si tantus vir, quia parum neglexit, tot, tantisque telis confectus penè fuit: quid de nobis erit, si rectè viuendi normam omnino contempserimus? Quare non quod ceciderit, solum considera, ne forte pigrior inde fias, sed & diligenter cogita, quid post casum fecerit, quem stertam susceperit, qua penitentia die, ac nocte confectus fuerit, & quo cilicio indatus, lachrymis lectum suum rigauerit. Quod si ille tanta cordis compunctione indiguit, quo nos pacto salutem acquiramus, nullo post peccata dolore compuncti præferimus quonia, qui multa meruit prius, poterit forsitan hinc ab imminetibus telis seipsum defendere: qui autem nudus omnino est, ad quantumque corporis partem telum peruenierit, mortale vulnus ingeritur: quod ne accidat, virtutibus nos ipsos armemus, & si quid maculæ nos deformauerit, confestim lachrymis, & gemitu abluiamus, vt ad Dei gloriâ hac vita peracta, bonis fruamur futuris. Quibus omnibus vtinam potiamur, gratiâ, & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

AVTHOR DICTVS IMPERFECTVS eiusdem Euang. expositio.

Hom. 2.2. in Mat. imperf.

Post hac autem quum venisset in Capernaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens: domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Postquam dominus popululum docuit super montem, leprosum mundauit sub monte: post hæc venit Capernaum, in mysterio, post Iudæorum munda-tionem venit ad Gentes. Et ecce Centurio quidam accessit ad eum rogans. Centurio, primus fructus ex Gentibus, ad cuius fidei comparationem omnium Iudæorum fides infidelitas est inuenta. Hic neque Christum audiuit docentem, neque leprosum, quum mundaretur, aspexit, sed audita tantummodo sanitate leprosi, plus credidit quam audiuit. Ille enim seipsum obtulit, dicens: Si vis potes me mûdare. Fidei quidem sunt hæc verba, non tamen magnæ: quoniam talia verba dici poterant etiam hominibus sanctis: qualis fuit Helisæus, qui leprosum mundauit, non manibus, sed præcepto. Ille autem Centurio nõ solum potestatis eius virtutem confessus est, sed ipsam diuinitatis eius naturam cognouit. Non enim quasi corporalem sanctum rogauit, sed quasi Deum vbique presentem dicens. Dic verbo, & sanabitur puer meus. Quasi qui poterat etiam absentium infirmitatibus imperare. Erat enim iste Centurio in mysterio gentium futuratum, qui neque legem, aut prophetas legerant de Christo, neque ipsum Christum mirabilia facientem viderant, sed iustitiam legis; quam in libris non legerant, in corde senserunt, & Christum, quem oculis non viderant, mente viderunt: ostendentes in se, quoniam scripturæ ad præiudicium peccatorum factæ sunt, non ad necessitatem sanctorum: quia rectis, & fidelibus scripturæ necessariæ non sunt, dicente apostolo: Lex non est posita

4 Reg. 5.

Causa leges, factæ scripturæ non esse necessarias fidelibus. 1 Tim. 1.

iusto, sed iniustis. Magistra enim omnis iustitiæ ipsa natura est hominum, & scriptura * infallibilis de Deo creaturæ sunt omnium rerum: quia nihil est creatum in mundo, per quod non manifestissimè Deus ostendatur. Ideo elementa omnium rerum in hoc quidem tempore admonent homines de potentia Dei, in illa autem die iudicio suo condemnabuntur. Sciendum est autem quoniam Lucas per sacerdotes ponit Christum à Centurione rogatum, Matthæus autem ab ipso Centurione. Diuersæ quidem species expositionum, vnus autem expositionis est sensus. Ille enim per sacerdotes exponens, mysterium demonstrat, quoniam omnis petitio populi per sacerdotes debet transmitti ad Christum. Ille autem rem ipsam exposuit, quonia & qui per sacerdotes rogat Christum, rectè ipse rogare videtur. Ex eo autem quod & illic sacerdotibus intercedentibus acquieuit, & hic ipso rogante promissit, manifestum est, quoniam & illic non propter personam sacerdotum acquieuit, sed propter fidem ipsius Centurionis: vt sciamus quoniam in omni causa non intercedendum merita, sed humiliter petentium aspicitur fides. Puer meus in domo iacet paralyticus, & male torquetur. Quid primum miremur in Centurione: Humilitatem, aut fidem, aut sapientiam, aut bonitatem? Humilitatem, quia nec in domo sua Christum suscipere dignum se esse existimauit. Fidem autem, quia credidit eum posse, quod petiit. Sapientiam, quia diuinum thesaurum absconditum in agro tereno, non acumine oculorum, sed mentis puritate, nullo demonstrante prospexit. Bonitatem autem, quia pro salute serui sic sollicitè festinabat, quasi non damnum pecuniæ, sed salutis passurus morte illius. Puto quod iste Centurio inter serui, & dominum nullam differentiam æstimabat: sciens quoniam et si dignitas in hoc seculo diuersa est inter illos: vna est tamen natura illis. Ideo magis Dei imaginem honorabat in homine, quam opus captiuitatis contemnebat in seruo, quod Deus non secundum suam iustitiam creando, disposuit, sed propter peccata hominum permittendo suscepit. Si tu enim dominus precium dedisti pro seruo, Deus spiritum suum plantauit in eo. Quanto ergo maior est spiritus Dei, quam precium hominis, tanto maius est quod ametur, quam quod contemnatur in seruo. Vide ergo ne forte, si tu propter precium tuum abusus fueris: illo sine timore Dei, Deus propter spiritum suum rationem à te exigat sine misericordia. Audiam etiam, & intelligat serui. Sicut enim habet dominus, quod imitentur in Centurione, propter misericordiam: sic habent & serui quod imitentur in puero, propter sinceritatem. Puras autem qualis erat ille puer, vt sic amaretur à domino? Secundum dilectionem domini mensurate fidem serui. Nec enim possibile erat, vt sine precio honorum mortum talem sibi dilectionem domini comparasset. Domini ergo vobis debent amorem propter communem naturam, serui autem debent dominis suis timorem propter ordinationem diuinam. Et in seruis Christi amatur à dominis, & in dominis Christus timetur à seruis. Et male torquetur. Et si non satis male torquebatur, tamen æstimabat illum dominus male torqueti, quia diligebat eum. Nam vnusquisque quem diligit, & si modicè fuerit tediatus, grauius eum putat habere: quam habet. Vide autem sapientiam Centurionis, & fidem. Fidem quidem, quia

* infallibilis.

Matth. 5.

Item. 4. * Sequitur Latinam versionem, & quam libano.

quia non dixit, veni, & salua eum, sciens quia & illic constitutus, in omni loco fuerat præsens. Nam quamuis Christus videbatur esse in mundo, propter dispensationem carnis, tamen mundus erat in Christo, secundum substantiam deitatis. Sapientiam autem, quia non dixit vel hic constitutus sana eum: Sciebat enim quia potens est ad faciendum, sapiens ad intelligendum, misericors ad exaudiendum: ideo infirmitatem tantummodo exposuit, remedium autem sanitatis in potestate misericordie eius dimisit. Nam & medico corporali necessarium est tantummodo passionem exponere, quid autem, non quomodo faciat, ipse cognoscit. Respondit Iesus, ego veniam, & curabo eum. Propter multas causas, quum non peteretur vt iret, promittit se ire. Primum quidem, vt excitaret fidem eius hoc ipsum respondere voluit, quod respondit. Nisi enim ille dixisset, veniam: & sanabo eum, nunquam iste responderet, non sum dignus vt intres sub tectum meum, sed dic verbo, & sanabitur puer meus. Hoc enim consilio & Chananaea clamante, Filia mea malè à dæmonio torquetur, respondit quod non erat facturus. Non est bonum tollere panem filiorum, & dare canibus: vt illa prouocata responderet. Etiam, domine, nam & catelli de micis filiorum mûdantur. Sic & huius respondit quod nolebat, vt quod volebat audire. Deinde quoniam petitio Centurionis erat pro seruo, ideo ire proposuit: vt nos doceret, non magnos colere, & modicos contemere, sed pauperes & diuites similiter honorare. Si enim diuitem honoras, propter personam ipsius honoras eum: si autem pauperem honoras, propter personam Christi honoras. Propterea & in quodam loco, * regulo postulante pro filio suo, quomodo, ego veni, & sanabo eum: sed quid? Vade, filius tuus viuat. Ille quod rogaretur, noluit ire, ne forte persona reguli videatur accepte: hic autem nõ rogatus promissit ire, ne videatur humilitatè serui contènerè. Illi ergo contempnit, què dignitas subleuabat regalibus: istum autè honorauit, què cõditio humiliabat seruilis. Respondit autem Centurio: Domine, non sum dignus, vt intres sub tectum meum. Honorem tibi debeo pro beneficio misericordie tuæ, non iniuriam. Sufficit mihi, quod puerum meum sanabis. Vt quid iniuriam etiam patiaris intrando sub tecto domus indignè? Quod autem in hunc mundum venisti, iniuriam passus es, sed tolerabilis est iniuria tua, quoniam pateris illam propter omnium hominum communem salutem. Vt quid & alteram iniuriam patiaris, intrando in domum meâ propter serui vnus salutè. Dic verbo, & saluabitur puer meus. Sciebat quoniam adstant illi angeli inuisibiliter ministrantes, qui omne verbum eius faciunt. Quod est angeli cessant, tamen ipsi infirmitates, & spiritus passionum præceptis eius viuacibus expelluntur: quoniam omnis seruo eius virtus est viuâ. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus. Vide quomodo mysterium patris, & filij in seipso, spiritu suggerente depinxit. Nunquid non sufficiebat ad confessionem potestatis Christi hoc solum dicere: Et ego homo sum, habens sub me milites, & dico huic vade, & vadit: & aliter veni, & venit: Quoniam & Christus habet sub se angelos, quibus eundi & redeundi ponit præceptum. Quid ergo necessarium fuit addere, & ego homo sum sub potestate nisi vt plenissime Christi dignitatem ostenderet, in seipso? Id est, ego sum sub potestate alterius tamen habeo po-

testatem iubendi eis qui sub me sunt. Nec enim impediore iuberè minores, propter quod ipse sum sub maioribus, sed ab illis quidè iubeor, sub quibus sum: illis autem iubeo, qui sub me sunt. Sic & tu quâuis sub potestate patris sis, secundum quod homo es, habes tamen potestatem iubendi angelis tuis, nec impeditis iuberè inferioribus, propter quod ipse habet superiorem. Nam vt homo, & iuberis à patre quasi minor, tamen angelis iubes quasi maior. Vel sic: Si ego sub potestate constitutus, possum iuberè eis, qui sub me sunt potestate, quanto magis tu, qui in nullius es potestate, potes iuberè eis, quos habes in potestate? Et hanc interpretationem elegantissimè recipit textus. Vide ergo quomodo gentilis, & rusticus miles mysterium veritatis cognouit, & homines hæretici, qui scripturas portant in ore, denegant veritatem. Non quia obscura sunt, aut profunda mysteria veritatis, non omnes ea cognoscunt: sed quia peruersa sunt corda eorum, & non requiescit in eis spiritus veritatis: propterea veritas fugit ab eis. Qui autem rectus est corde, ita vt requiescat in eo spiritus veritatis, non potest longè esse à veritate. Scriptum est enim: In maleuolam animam, non introibit sapientia, &c. Sed dicit & aliquis: Vos ergo omnes iusti estis, & recti, qui putatis vos esse in veritate? Nõ omnes, quod peius est: sed multi sunt peruersi in veritate fidei, tamen in erroribus nullus est reclus. Aliud est enim multos esse malos, aliud neminem esse bonum. Vbi enim quidam sunt mali, quidam boni, hominum est differentia, vbi autem omnes mali, tei peruersitas est. Nam & in medio tritici voluntariæ nascuntur spinæ, inter spinas autem voluntarium triticum non generatur. Audient autem Iesus, miratus est, & sequentibus se dixit: In nullo tantum fidem inueni in Israel. Credidit Andreas, sed præsignante sibi Ioanne, ac dicente: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Credidit autem & Petrus, sed euangelizante sibi de illo Andrea, & dicente: Inuenimus Messiam. Credidit & Philippus, sed legendo scripturam, sicut ipse ad Nathanael dixit. Quem scripsit Moses in lege, & Prophete, inuenimus Iesum à Nazareth. Ipse quoque Nathanael, nisi audisset à Christo, quum esses sub arbore fici, vidi te, nunquam respõdisset: Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israel. Prius signum diuinitatis accepit, & sic confessionem fidei obtulit. Aut si non sumus ausi fideliores illum putare quam apostolos, ita testimonium Christi intelligendum est, quod vnusquodque bonum hominis secundum qualitatem personæ illius laudatur. Puta si rusticus aliquod verbum sapienter loquatur, philosophus multo amplius sapienter: in modico sermone sapientia rusticus plus laudatur, quam in magno philosophus: quoniam rusticum dicere aliquid sapienter, magnum est. Philosophum autem dicere sapienter, non est mirum. Aut si puer aliquid astute loquatur, dicimus sapiens puer: si autem vir perfectus sapienter loquatur, non laudatur quasi sapiens: non quia puer plus sapuit, quam perfectus: sed quantum ad comparationem ætatis suæ sapientior videtur esse, quam ille perfectus. Sic & in Centurione dictum est: in nullo tantum inueni fidem in Israel, non quia nec apostoli tantam fidem habuerunt.

Sapient. 2.

Ioann. 1.

S. AVGVST. EPISCOPI
Hipponefis in idem Euang.
Homilia.

Serm. 6. de
verb. Domi-
ni.

Avdiumus, cum Euagelium legeretur, fidem
nostram in humilitate laudari. Ad domum
quippe Centurionis cum se promitteret dominus
Iesus Iurum vt puerum eius sanaret, ille respodit,
Non sum dignus, vt sub tectum meum intres, sed tantum
dic verbo, & sanabitur. Dicendo se indignum, pra-
stitit dignum, non in cuius parietes, sed in cuius
cor Christus intraret. Neque hoc diceret cum tan-
ta fide & humilitate nisi iam illum, quem timebat
intrare domū suam, corde gestaret. Nam non erat
magna felicitas, si dominus Iesus intraret in pa-
rietes eius, & non esset in pectore eius. Magister
quippe humilitatis & verbo & exemplo, discubuit
& in domo cuiusdam Pharisei superbi, nomine
Simonis. Et cum in domo recumbere, non erat in
corde eius vbi caput filius hominis reclinaret. Ita
enim quendam superbum quantum intelligitur
ex verbis ipsius domini, vltro secum ire cupien-
tem à suo discipulatu reuocauit, Sequar te, domine,
quo cunq; ieris. Et dominus in corde eius in-
uisibilia videns, Vulpes, inquit, foueas habent, &
volatilia caeli nidus: filius autem hominis non ha-
bet vbi caput suum reclinet: hoc est, habitant in te
insidie sicut vulpes, habitat superbia sicut caeli vo-
latilia, filius autem hominis simplex contra insi-
dias, humilis contra superbiam, non habet vbi ca-
put suum reclinet. Et ipsa reclinatio capitis non
erectio, sed humilitatis magistra est. Reuocat ergo
illum ire cupientem, trahit alterum recusantem.
Eodem quippe loco ait cuidam, Sequere me. Et
ille, Sequar, domine, sed sine me primò ire & se-
pelire patrem meum. Pic quidè excusauit, & ideo
dignior, cuius excusatio remoueretur, vocatio fir-
maretur. Pium erat quod volebat facere, sed do-
cuit magister quid debuisset praepnere. Volebat
enim cum esse vini verbi praedicatorum, ad faci-
endos victuros. Erant autem alij, per quos
illa necessitas impleteret. Sine, inquit, mor-
tuos sepelire mortuos suos. Infideles cadauer
quando sepeliunt, mortui mortuorum sepeliunt.
Illius corpus animam perdidit, illorum anima
Deum. Sicut enim anima est vita corporis, sic
vita animae Deus. Sicut expirat corpus cum ani-
mae emittit, ita expirat anima cum Deum amit-
tit. Deus amissus, mors animae, anima emissa
mors corporis. Mors corporis necessaria, mors ani-
mae voluntaria. Discumbebat ergo dominus in do-
mo cuiusdam Pharisei superbi. In domo eius erat,
vt dixi, & in pectore eius non erat. In huius vero
Centurionis domum non intrauit, & pectus pos-
sedit. Zachaeus vero dominum & domo suscepit,
& animo. Huius tamen fides in humilitate lauda-
tur. Dixit enim, Non sum dignus, vt sub tectum meum
intres. Et dominus, Amen dico vobis, non inueni tantam
fidem in Israel, secundum carnem. Nam & iste iam
Israelites erat secundum spiritum. Venerat domi-
nus ad Israelem carnalem, id est, ad Iudaeos ibi pri-
mum quaretere omnes perditas, in quo populo & de
quo populo etiam corpus assumperat, non ibi in-
uenit tantam fidem, ipse dicit. Possimus nos me-
tiri fidem hominum sicut homines? Ille qui inte-
riora cernebat, ille quem nemo fallebat, perhibuit
testimonium cordis hominis, audiens verba hu-

Luc. 7.

Matth. 8.
Luc. 9.

Matth. 8.

Luc. 7.

Luc. 19.

vbi supra.

militatis, pronuncians sententiam sanitatis. Vnde
autem hoc praesumpserit? Et ego, inquit, homo sum sub
potestate constitutus, habes sub me milites, & huic dico va-
de, & vadit, & alio veni, & veni, & seruo meo fac hoc, &
facit. Potestas sum quibusdam sub me positus, sub
potestate quadam super me. Si ergo ego, inquit,
homo sub potestate, iubendi habeo potesta-
tem; quid tu possis cui omnes seruiunt potesta-
tem? Erat autem iste de gentibus, erat quippe cen-
turio. Iam Iudaea gens habebat militem, habebat
Romanum imperium. Ibi iste militem agebat,
quantum agere Centurio poterat. Et habens po-
testatem, & sub potestate, subditus, obediens, sub-
ditos regens. Dominus autem quod intendat, per-
cipit necessario charitas vestra, quantum in populo
Iudaico esset, iam pronunciat ecclesia toto orbe
terratū futuram, in qua erat missurus Apostolos,
ipse à gentibus non visus, & creditus, à Iudaeis vi-
sus, & occisus. Quomodo enim domum huius do-
minus corpore non intrauit, & eius tamen fidem,
atque ipsam domum absens corpore, praesens san-
ctitate sanauit: sic & idem dominus in solo Iudaico
populo corpore fuit, apud alias gentes nec de
virgine natus est, nec passus est, nec pedibus am-
bulauit, nec humana pertulit, nec diuina mirabi-
lia fecit. Nihil horum in ceteris gentibus, & ta-
men de illo impletum est, quod dictum erat, Po-
pulus quem non cognoui, seruiuit mihi. Quo
modo, si modo cognoui, in auditu auris obedi-
uit mihi? Iudaea gens cognoui, & crucifixi, orbis
terrarum audiuit, & crediti. Hanc quodam modo
absentiam corporis sui, & praesentiam virtutis suae
in omnibus gentibus, & in illa muliere significauit
quae simbriam vestimenti eius tetigerat, cum re-
quirit dicens, Quis me tetigit? Tanquam absens
requirit, tanquam praesens sanat. Turbete, inquit
discipuli, comprimant, & dicis, quis me tetigit?
Quasi enim sic ambularet vt à nullo prorsus cor-
pore rangeretur, ita dixit, Quis me tetigit? Et illi,
Turbete te comprimant. Et tanquam diceret do-
minus, tangentem quero, non prementem. Sic
etiam nunc est corpus eius, id est, ecclesia eius. Tangit
eam fides paucorum, premit eam turba multo-
rum. Corpus enim Christi esse ecclesiam tanquam
siliij eius audistis, & si vultis ipsi estis. Apostolus
multis locis hoc dicit, Pro corpore inquit, eius,
quod est ecclesia. Et iterum, Vos autem estis cor-
pus Christi, & membra. Si ergo eius corpus sumus,
quod tunc corpus eius in turba patiebatur, hoc
patitur ecclesia ipsius. A turbis premitur, à paucis
tangitur. Caro eam premit, fides tangit. Erigite
quippe oculos, obsecro vos, qui habetis vnde vi-
deatis. Habetis enim quod videatis. Erigite ocu-
los fidei, tangit extremam simbriam vestimenti,
sufficiat ad salutem. Videte quod audistis ex Euang-
elio tunc futurum, nunc praesens est. Ideo, inquit,
dico vobis propter laudatam Centurionis fidem,
tanquam alienigenae carne, domestici corde. Pro-
pterea, inquit, multi ab Oriente, & Occidente venient.
Non omnes, sed multi, tamen ab Oriente & Occi-
dente, istis partibus duabus, totus orbis designa-
tur. Multi ab Oriente, & Occidente venient, & recum-
bent cum Abraham, & Isaac, & Jacob in regno caelorum,
siliij autem regni ejiciuntur in tenebras exteriores. Siliij re-
gni, Iudaei scilicet. Vnde siliij regni. Quia legem ac-
ceperunt, ad quos prophetae missi sunt, apud quos
replum & sacerdotium fuit, qui celebrabant figu-
ras omnium futurorum. Quarum enim rerum fi-
guras

Psal. 117.

Lmc. 8.

1. Cor. 15.
1. Cor. 4.

1. Cor. 8.

guras celebrauerunt, praesentiam non agnouerunt.
Siliij ergo regni ibunt, inquit, in tenebras exteriores, ibi
erit ploratus, & stridor dentium. Nidemus Iudaeos re-
probatos, videmus Christianos ab Oriente, & Occi-
dente vocatos ad quoddam conuiuium caeleste,
vt recumbant cum Abraham, Isaac, & Jacob, vbi
panis iustitia, vbi potus sapientia. Attendite ergo,
fratres, Hoc enim vos estis, ex hoc populo estis,
iam tunc praedicato, nunc praesentato. De his tunc
que estis qui vocati sunt ab Oriente & Occidente
recumbere in regno caelorum, non in templis ido-
lorum. Estote ergo corpus Christi, non pressura
corporis Christi. Habetis vestimenti simbriam,
quam tangatis, vt à profluio sanguinis, id est, à
carnalium voluptatum fluxu sanemini. Habetis,
inquam vestimenti simbriam quam tangatis, Ve-
strem putate Apostolos, sub textura vnitatis adha-
erentes lateribus Christi. In his Apostolis erat tan-
quam simbria minimus & nouissimus Paulus,
ipso dicente, Ego sum minimus Apostolorum. In
veste nouissimum & minimum simbria est, sim-
bria cum contemptu aspicitur, sed cum salute tan-
gitur. Vique ad hanc horam, & esurimus, & sitim-
us, & nudi sumus, & colaphizamur. Quia tam
extremum, quid tam contemptibile? Tange si flu-
xum sanguinis patris, exiit virtus de illo cuius
vestis est, & sanabit te. Simbria modo tangenda
proponebatur, quando ex eodem Apostolo lege-
batur, Si enim quis viderit eum qui habet scientiam
in idolo recumbentem, nomine conscientia
eius cum sit infirma, edificabitur ad manducan-
dum idolo thyta? Et perbit infirmus in tua scientia
frater, propter que Christus mortuus est? Quo
modo putas decipi posse simulacris homines,
quae à Christianis honorati putantur? Nouit, in-
quit, Deus cor meum, sed frater tuus non nouit
cor tuum. Si infirmus es, caue maiorem aegritudi-
nem. Si firmus es, cura infirmitatem fratris. Qui
vident ista, edificantur ad idolia, vt non tantum
ibi manducare, sed & sacrificare desiderent. Ecce
perit infirmus in tua scientia frater. Audi, frater, Si
contemnas infirmum, etiam fratrem contem-
nis. Expergiscere. Quid in ipsum Christum pec-
cas? Attende enim quod nullo pacto possis contem-
nere. Sic autem peccantes inquit, in fratres, & per-
cutientes conscientiam eorum infirmam, in Chri-
stum peccatis. Eant nunc qui ista contemnant, &
recumbent in idolo, nonne erant prementes non
rangentes? Et cum recubuerint in idolo, veniant
& impleant ecclesiam, non salutem accepturi, sed
pressuram facturi. Sed timeo, inquit, ne offendam
maiorem. Time prorsus ne offendas maiorem, &
non times ne offendas Deum? Quid enim times,
ne offendas maiorem? Vide ne forte maior sit isto
quem times offendere. Maiorem certe noli offen-
dere. Haec tibi regula proponitur. Nonne manife-
stum est eum minime offendendum, qui maior
est ceteris? Dicite nunc maiores tuos. Primi tibi
sunt pater & mater, si recte educantes, si in Chri-
stum nutriendos, audiendi in omnibus, obtemper-
andum eis in omni iustione, contra maiorem si
nihil iubeant, & seruiant illis. Quis est, inquit,
maior eo qui me genuit? Ant ille qui te ipsum
creauit? Genarat enim homo, creauit Deus. Vnde
generat homo nescit, quid generatus sit nescit.
Ille qui te vidit vt faceret, antequam esset, quem
fecit, certe maior est patre tuo. Maior sit patria &
ipsis parentibus tuis, quicquid iusserint parentes

contra patriam non audiantur, & quicquid iusse-
rit patria contra Deum, non audiat. Si enim fa-
nari vis, si post fluxum sanguinis, si post xij. annos
illo morbo, si post consummata omnia in medicis,
& non recepta sanitate aliquando vis sana fieri, ò
mulier, quam alloquor in typo ecclesiae, iuberi
lud patet tuus, & illud iuberi populus tuus. Sed
dicit tibi dominus tuus, Obliviscere populum
tuum, & domum patris tui. Quo bono, quo fru-
ctu, qua mercede? Quoniam concipiuit, inquit, rex
decorem tuum. Concipiuit quod fecit, quoniam
vt pulchram faceret, foedam amauit. Pro infideli
& foeda sanguinem fudit, fidelem ac pulchram red-
didit, dona sua in te amauit. Quid enim sponso
tuo contulisti? Quid in dotem à patre patris &
priori populo accepisti? Nonne luxurians & pan-
nos peccatorum? Abiecit pannos tuos, discidit di-
licium tuum, miserus est vt ornaret, ornauit vt
amaret. Quid plura, fratres Christiani? Audistis
quia peccantes in fratres, & percutientes con-
scientiam eorum infirmam, in Christum peccatis.
Nolite contemnere, si non vultis delecti de libro
vite. Quando conamur inculente, & delectabili-
ter vobis dicere, quod dolor noster cogit quomo-
do cunq; dicere & tacere non permittit? Qui-
cunq; voluerint ista contemnere, in Christum
peccant, videant quid agant. Paganos reliquos col-
ligi volumus. Lapidis estis in via, venire volentes
offendunt, & redeunt. Dicunt enim in cordibus
suis, Quare nos relinquamus eos, quos Christiani
ipsi nobiscum colunt? Absit à me, inquit, vt ego
deos gentium colam. Noui, intelligo, credo. Quid
facis de conscientia infirmi quam percutis? Quid
facis de precio? Si contemnis quod emptum est,
vide quanti emptum est. Perbit, inquit, infirmus
in tua scientia quam te dicit habere, vt scias quia
nihil est idolum, & animo cogites Deum, & sic re-
cumbas in idolo. In hac scientia perit infirmus. Et
ne contemnas infirmum addidit, Propter quem
Christus mortuus est. Quem vis contemnere, pre-
cium eius attende, & cum morte Christi totum
mundum appende. Et ne adhuc te putares in in-
firmum peccare, & leue duceres peccatum ac par-
uipenderes, In Christum, inquit, peccatis. Solent
enim homines dicere, in hominem pecco, nūquid
in Deum? Negas Deum Christum. Audas negare
Christum Deum? An aliquid in idolo cum re-
cumberes didicisti? Nō admittit istam doctrinam
Christi doctrina. Quero vbi didiceris. Christum
non esse Deum Pagani hoc solent dicere. Vides
quid faciunt mensae mala? Vides quo modo cor-
rumpunt mores bonos colloquia mala? Tu ibi de
Euangelio loqui non potes, & de idolis loquen-
tes audis. Amittis ibi quoddam Christum Deum est.
Et quod ibi bibis, in ecclesia vomes. Forte hic audes
loqui, forte inter turbas audes murmurare. Nun-
quid Christus non homo fuit? Nonne crucifixus
est? A pagani hoc didicisti, salutem perdidisti, sim-
briam non tetigisti. Tange & in hoc simbriam, re-
cipe salutem, sicut eam te tangere docuimus in eo
quod scriptum est, Qui vident fratrem in idolo
recumbentem. Tange illam de diuinitate Christi.
Et de Iudaeis dicebat eadem simbria, Quorum pa-
tres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui
est super omnia Deus benedictus in secula. Ecce in
quem verum Deum peccas, dum discumbis apud
deos falsos. Non est, inquit, Deus, quia genium est
Carthagini, quasi si Mars, aut Mercurius esset
f 4 Deus

Psal. 44.

1. Cor. 8.

1. Cor. 8.

1. Cor. 15.

1. Cor. 8.

Rom. 9.

Deus esset. Sed quo modo ab ipsis habeatur at-
tende, non quid sit. Nam & ego tecum scio, quia
lapis est. Si genium ornamentum est aliquod, ci-
us Carthaginis bene vivat, & ipsi erunt genium
Carthaginis. Si autem genium demonium est,
audisti & ibi. Quæ immolant gentes, demonibus
immolant, & non Deo. Nolo vos socios fieri de-
moniorum. Nouimus quia non est Deus, vtinam
& illi sic norint. Sed propter eos qui hoc non no-
runt in fitimos, non debet percuti conscientia ipso-
rum. Hoc monet Apostolus. Nam & illi quoddam
nomen habeant & pro numine accipiant illam sta-
tuam, ara testatur. Quid illic faciat ara, si illud non
habetur pro numine? Nemo mihi dicat, Non est
numen, non est Deus, iam dixi, vtinam sic ipsi no-
rint hoc quo modo nouimus omnes nos. Sed
quid habeant, pro qua re habeant, quid ibi faciant,
ara illa testatur. Conuincit omnium colentium
mentes, non conuincat recumbentes, sed non pre-
matur Christiani, si premuntur pagani. Corpus
Christi est. Nonne hoc dicebamus, quia corpus
Christi premebatur, & non tangebatur? Tolerabat
prementes, quærebat tægentes, atque vtinam fra-
tres? Paganis prematur corpus Christi, a quibus
premi solet, Christiani non premant corpus Christi.
I. Cor. 5. Fratres ad nos pertinet verbum vobis dicere, ad
nos pertinet Christianis loqui. Quid enim mihi
de his, qui foris sunt iudicare? Ipse Apostolus ait.
Illos alloquimur aliter, tanquam infimos. Blâdi-
endum est illis vt audiât veritatem, in vobis secunda
putredo est. Si queritis vnde vincantur pagani,
vnde illuminentur, vnde ad salutem vocentur,
deserite omnes solennitates eorum, deserite nugas
ipsorum, & si non consentiunt veritati nostræ, eru-
descant paucitatis suæ. Bonus si fuerit, qui tibi
præest, nutritor tuus est. Malus si fuerit, tentator
tuus est, & nutrimenta libenter accipe, & in ten-
tatione approbare. Esto aurum, attende mundum
istum tanquam fornacem aurificis. In vno angu-
sto loco tria sunt, aurum, palea, ignis. Ad illa duo
& ignis apponitur, palea vitur, aurum purgatur.
Cessit nescio quis minis, & adductus est ad ido-
lium, Væ mihi, quia paleam plango, cinerem vi-
deo. Non cessit minis, non cessit terroribus, addu-
ctus ad iudicem stetit in confessione sua, non est
flexus ad idolum. Quid facit flamma? Nonne au-
rum purgatur? State in domino, fratres, potentior
est qui vocat vos, minas impiorum ne timueris,
inimicos patimini. Habetis pro quibus oretis.
Proforis nō vos terreat. Hæc sanitas, haurite hinc
in isto conuiuio, hic bibite vnde faciimini, non il-
lic vnde infanatis. State in domino. Aurum eritis,
argentei estis. Ista similitudo non à nobis est, de
diuina scriptura est. Legistis, audistis, Sicut in for-
nace aurum probauit illos, & sicut holocausti ho-
stiam accepit illos. Ecce quid eritis ad thesauros
Dei? Estote diuites de Deo, non eum facturi diui-
tem, sed de illo fururi diuites. Impleat vos, aliud
non admittatis ad cor vestrum. Nunquid in super-
biam vos erigimus, aut dicimus vobis vt aduer-
sus potestates ordinatas contemptores sitis. Non
hoc dicimus. Qui & hinc ægotatis, tægite & hinc
fimbriam illam vestimenti, Ipse dicit Apostolus,
Omnis anima potestatibus sublimioribus: subdi-
ta sit, non est enim potestas nisi à Deo. Quæ autem
sunt, à Deo ordinata sunt. Qui enim resistit pote-
stati, Dei ordinationi resistit. Sed si illud iubeat,
quod non debeas facere? Nlic sanè contemne po-

I. Cor. 10.

I. Cor. 5.

Capit. 3.

Rom. 13.

testatem. Timendo potestatem, ipsos humanarum
rerum gradus aduertite. Si aliquid iusserit curator,
nonne faciendum est? Tamen si contra proconful
iubeat, non vtique contemnis potestatem, sed eli-
gis maiori seruite. Nec hinc debet minor irasci, si
maior prælara est. Rursum si aliquid ipse procon-
sul iubeat, & aliud iubeat Imperator, nunquid du-
bitatur, illo contempto, illi esse seruendum? Ergo
si aliud imperator, & aliud Deus, quid iudicatis?
Solæ tributum, esto mihi in obsequium. Rectè,
sed non in idolo. In idolo prohibet. Quis prohi-
bet. Quis prohibet? Maior potestas. Da veniam, tu
carcerem, ille gehennam minatur. Hinc iam tibi
assumenda est fides tua, tanquam scutum, in quo
possis omnia ignita iacula inimici extinguere. Sed
insidiatur contra te potens, acuit nouaculam vnde
de capillos radat, non vnde caput incidat. Quod
dixi modo, audistis in Psalmo, Sicut nouacula
acuta fecisti dolum. Quare dolum potens male
nouaculæ comparauit? Quia non admittitur nisi
ad superflua nostra. Sicut capilli in corpore nostro
tanquam superflui videntur, & sine detrimento
carnis raduntur, sic quicquid potest tibi facere ira-
tia potens, inter superflua tua numerat. Tollit pau-
peritatem tuam, nunquid tollit diuitias tuas? Pau-
peritas tua, diuitia tua in corde tuo. Superflua tua
potuit tollere, damno potuit afficere, permissus
est vtique ad lædendum corpus. Etiam ista vita cog-
itantibus aliam vitam, ista, inquam vita inter su-
perflua deputanda est. Nam & martyres contem-
pserunt illam. Non vitam perdidit, sed vitam
acquiserunt. Certi estote, fratres, inimicos non
permitti aduersus fideles, nisi quantum prodest
tentandis, & probandis fidelibus. Certi estote, fra-
tres, nemo aliud dicat, Omnem curam vestra
super dominum mitte, proforis vos ipsos totos pro-
fite in illum. Non se subduci vt cadatis, ille, qui
nos creauit, & de ipsis capillis nostri securitatem
nobis dedit, Amen dico vobis, inquit, & capilli ca-
pitis vestri numerati sunt. Capilli nostri numera-
ti sunt Deo, quanto magis nos vestri, cui sic
noti sunt capilli nostri? Videte, quia minima nostra
non contemnit Deus. Nam si contemneret, nec
crearet. Nam & capillos nostros ipse vtique crea-
uit, & numeratos habet. Sed modo cum sunt, in-
quis, forte peribunt, & hinc audi vocem eius, Amen
dico vobis, capillus capitis vestri nō peribit. Quid
times hominem, homo in sinu Dei positus? Tu de
illius sinu noli cadere, quicquid tibi passus fueris,
ad saltem valebit, non ad perniciem. Laniatus
membrorum martyres pertulerunt, & timent Chri-
stiani iniurias temporum Christianorum? Qui tibi
facit iniuriam modo, timens facit, Non dicit
aperte, veni ad idolum, non dicit aperte, veni ad
aras meas, ibi conuiuare. Et si dixerit, & nolueris,
hoc conqueratur, hoc in postulationem, hoc in
querimoniam deponat, Noli venire ad aras meas,
noli venire ad templum, quod veneror. Hoc di-
cat. Non audeat dicere, sed alia machinatur dolose.
Para capillos: nouaculam acuit, ablatum est su-
perflua tua, rasurus quicquid relicurus es. Tollat
quicquid permancbit, si potest. Quid tulit potens
nocens? Quid magnum tulit? Quod fur, quod ef-
factor, vt multum feruait, quod latro. Si & ad
ipsum corpus occidendum permittus fuerit, quid
tollit nisi quod latro? Honorauit, cum dixi latro.
Nam qualiscumque latro, homo est. Quod febris,
quod scorpius, quod fungus malus, ista tota po-
tentia

Ephes. 6.

Mat. 10.

Luc. 21.

Dom. 7. & 13.

1. Retra. 5.

Vides & olim
Iudeos, & he-
reticos pote-
statis publica
coerceri sol-
tos.

Es. 4. 3.

rentia sentientium est, facere quod fungus. Man-
ducant homines fungum malum, & moriuntur.
Ecce in qua fragilitate est vita humana, quæ quan-
doque relicta es, noli pro illa sic pugnare, vt tu
relinquaris. Via nostra Christus est, Christum at-
tende. Pati venit, sed & glorificari. Contemni, sed
etiam exaltari. Mori, sed etiam resurgere. Opus te-
retret, mercedem vide. Quare vis peruenire deli-
caus ad eam rem, ad quam non perducit nisi la-
bor? Sed times ne perdas argentum tuum, quia ad
argentum tuum cum magno labore peruenisti. Si
ad argentum tuum, quod quandoque vel moriens
amissurus es, non peruenisti sine labore, ad vitam
æternam sine labore vis peruenire? Charior sit tibi
illa, ad quam post omnes labores sic peruenies, vt
nūquam amittas. Si hoc tibi charum est, ad quod
potuit omnes labores sic peruenisti, vt aliquando
amissurus sis, quanto magis illa perpetua deside-
rare debemus? Verbis ipsorum ne credatis, nec ti-
meatis, hostes nos dicunt idolorum suorum. Sic
præstat Deus, & det omnia in potestate, quomodo
dedit quod factum est. Hoc enim dicimus chari-
tati vestre ne faciatis ista, quando in potestate ve-
stra non est vt faciatis illud. Prauorum hominum
est, furiosorum Circumcellionum, & vbi potesta-
tem non habent feruire, & velle mori, properant
sine causa. Audistis quæ vobis legimus, omnes,
qui nuper in mapalibus affuistis. Cum data vobis
fuerit terra in potestatem. Prius ait in potestatem,
& sic dixit quæ facienda sunt. Aras eorum, inquit
destruetis, lucos eorum comminetis, & omnes
titulos eorum confringetis. Cum acceperitis po-
testatem, hoc facite, vbi nobis non est data pote-
stas, non facimus, vbi data est, non præcimitur.
Multi Pagani habent istas abominationes in
fundis suis, nunquid accedimus, & confringimus?
Prius enim agimus, vt idola in eorum cordibus
confringamus. Quædo Christiani & ipsi facti fue-
runt, aut inuitant nos ad tam bonum opus, aut pre-
ueniunt nos. Modo orandum est pro illis, nō ita-
scendum illis. Si monet dolor magnus, aduersus
Christianos mouet, aduersus fratres nostros mo-
uet, qui sic volunt intrare in Ecclesiam vt hic cor-
pus habeant, alibi cor. Totus intus esse debet. Si
intus est, quod videt homo, quare foris est, quod
videt Deus? Scias autem, charissimi, murmura
eorum coniungere se cum hæreticis, cum Iudæis,
Hæretici, Iudæi, & Pagani vnitatem fecerunt con-
tra vnitatem, quia contigit vt quibusdam locis di-
sciplinam acciperent Iudæi propter improbitates
suas, criminantur, & suspicantur, aut fingunt, quia
talia de illis semper quæramus: quia contingit vt
alicubi hæretici penas darent legibus pro impietate
& furore violentiarum suarum, iam nos di-
cunt per omnia quæretur aliquam incommodita-
tem ipsorum ad perniciem. Rursum quia cōtra Pa-
ganos placuit vt leges ferrentur, immo pro Paga-
nis, si sapiant. Sicut enim pueris insensatis ad lu-
tum ludentibus, & manus coinquinantibus peda-
gogus cum venit seuerus, lutum de manu excutit,
codicem porrigit: ita voluit Deus per principes
subditos, sibi terrore corda insensata puerilla; vt
abiciant lutum de manibus; & aliquid vtile fa-
ciant. Quid est vtile de manibus? Frange esurienti
panem tuum, & egenum sine teo induc in do-
mum tuam. Et tamen pueri enadunt ab oculis pe-
dagogi, & redeunt ad lutum, factim; & quando in-
ueniuntur, abscondunt manus suas, ne videantur.

Quia ergo voluit Deus, putant nos vbiunque
querere idola, quæ cum inuenimus in omnibus
locis frangere. Quare? Non ante nos sunt loca, in
quibus sunt? Aut vere ignoramus, vbi sint ista? Et
tamen non facimus, quia non dedit in potestatem
Deus. Quando dat Deus in potestatem? quando
Christianus erit, cuius res est, modo factum vol-
uit, cuius res est. Si nollet ipsum locum dare Ec-
clesiæ, & tantum iuberet in re sua, non esse idola
puto, quia debuit summa deuotione fieri à Chri-
stianis, vt adiuuaretur absens Christiana anima,
quæ de terra, vnde vult Deo gratias agere, nō vult
ibi aliquid esse in contumeliam Dei. Huc accedit,
quia Ecclesia dedit ipsa loca, & in re Ecclesiæ ido-
la futura erant? Fratres, ecce quod displicet Paga-
nis, Parum est illis, quia de villis ipsorum non illa
tollimus, non illa frangimus, & in nostris volunt
ea seruari. Contra idola prædicamus, de cordibus
illa tollimus, sumus persecutores idolorum, Profi-
temur. Nunquid seruatores? Non facio, vbi non
possum, non facio, vbi conueritur dominus rei.
Vbi autem vult fieri, & gratias agit, reus ero, si non
fecero.

PETRI CHRYSOL. EPI-
scopi Raven. in superius Euang.

Adituri estis hodie, fratres, quemadmodum
Cohortis Romanæ Centurio dux factus est
militiæ Christianæ & merito, quia ante cepit do-
cere, quam credere. Venit, inquit, Iesus Caphar-
naum, &c. Videtis Centurionem, antequam disci-
pularum subiret officium, locum magisterij fuisse
sortitum. Præbet enim petendi formam, dat nor-
mam credendi, fidei pandit causas, virtutum com-
mendat exempla, qui nondum Christianæ scholæ
ingressus est disciplinam. Accessit ad eum Centurio,
rogans eum. Hoc est sapere, non rogare. Puer meus
iacet in domo. Causas pueri quasi magister agit: verè
Centurio, qui stipendia terrena centenarium con-
mutauit in fructum, & seruitutem militiæ sæcularis
in diuinam sustulit dignitatem. Domine, puer meus
iacet in domo. Qui vocat dominum, statetur suam fi-
deliter seruitutem. Et quomodo hic Centurio, qui
sic agnosceit dominum, pueri suum ausus est pro-
fiteri, quasi nesciens serui peculium ad dominum
pertinere? Aut ignorat communia, qui docet tam
profunda? Puer meus. Meum dico, quia iacet: si tuus
esset, domine, non iaceret. Probat hoc Propheta,
cum dicit: Ecce nūc benedicite dominum, omnes
serui domini, qui statis in domo domini. Qui sta-
tis, non, iacetis: ait, stant serui tui, hominum serui
iacet. Puer meus qui iacet, vt tuus sit, surgat: meus,
quia paralyticus: vt tuus sit, iā sanetur. Mæus, quia
malè torquetur: vt tuus sit, iam non sit in pœna,
dominè, tuos seruos non decet malis subiacere: ini-
uria est tua tuorum pœna seruorum: tuos seruos
possidere non debet vis malorum: serui tui & si pa-
tiantur mala, non patiuntur ad pœnam, sed sub-
eunt ad coronas. Aduersa illis non sunt necessita-
rum causæ, sed sunt causa victoriæ: Serui hominum
sunt, qui mala patiuntur inuita: quia illis in despa-
ratione sui domini nequeit subuenire. Tu autem,
dominè, cui virtutes seruiunt, curaciones parent,
obtemperant sanitates, quomodo computabis ser-
uum tuum, quem seruum tantorum conspicias esse
morbozum? Nota est circa malos bonitas tua: pie-
tatem

2. Gal. 13.

carem tuam etiam impij confitentur: clamant exteri in secretis cordium tuam. Hunc tuum dicerem, quem iacentem tua benignitas non requirit? *Iacet in domo, & male torquetur.* Hinc est, quod offerre eum, & offerre tibi poenae non finit magnitudo: ne familiaris infirmitas publicae & dolori sit, & pudori. Movit Centurio iudicem, talia, & tanta dum perorat: & sic movit, vt ad seruum suum caeli dominum ipsum ire velle, perficeret. *Ego,* inquit, *Christus, veniam, & curabo illum.* Fratres, non Centurio ad pietatem pietatis traxit auctorem: neque ad hoc ille ire compulsi Christum, ad quod venerat Christus: sed Centurio magis sic sentire, sapere sic docetur, quare ad seruum in seruo venerit Christus; quare ad hominem in homine venerit Deus: vtique vt leuaret iacentes, elisos erigeret, solueret compeditos, & eos, quos iam nemo nec afferre, nec offerre poterat, ipse operis sui vector elementissimus baiularer. Sed iam quid responderit Centurio audiamus. *Domine,* inquit, *non sum dignus, vt intres sub tectum meum.* Dedit debitum de humilitate responsum, & ipsum esse dominum singulari pauore signavit, deducere dum veretur ad animae suae domum, ad secretum cordis sui ad tectum suae conscientiae, ad penetrale mentis, in quo familia cogitationum incoedit, & confusa versatur: nec patitur aulm peccatoris humani sine vitiorum strepitu in synceris silentio permanere. Magistro ergo timore respondit; *Domine, non sum dignus, vt intres sub tectum meum.* Hinc est, quod Petrus, vbi Christum verum cognouit auctorem, exclamauit, dicens, *Exi a me, domine, quia peccator sum.* Sic eum Petrus exire a se rogat, quomodo Centurio eum ad se supplicat non venierat: vtique ne indignitas hospitij in hospitis manet iniuriam. *Non sum dignus, vt intres sub tectum meum.* Hoc bene dictum esset, antequam Deus hospitium nostrae carnis intraret; at nunc quid sic Centurio tectum suum Christum vetat intrare, quem totum videt intra tectum sui corporis iam manere? Fratres, Centurio iam videbat in Christo corpus sui formam, sed passiones in illo sui corporis non videbat. Natus est in carne Christus, sed natus est de spiritu sancto: accepit hospitium carnis, sed in aula virginis: vt & carnis esset corporis humani, & de pollutione humani corporis nil haberet. Bene ergo Centurio tectum suum indignum indicat Christo: quia sub suspensari tecto manebat nostri corporis Christus; & ita illud Propheta; *vigilauit, & factus sum sicut passer solitarius in tecto.* *Sed dic tantum verbo, & sanabitur puer meus.* Centurio iste, cum sine lege esset, nihil sine lege egit, dicit; *Dic tantum verbo.* Quia dictum erat; dixit, & facta sunt. Et si omnia perfecta sunt dicta, quomodo dicta sola vnus infirmitas non curatur? *Dic tantum verbo, & sine verbo quid dicitur?* Sed iste postulat verbum, non de loquendi vna, sed de virtute facienda: verbum, de quo dictum est; *Misit verbum suum, & sanauit eos. Dic verbo tantum.* Quia iste credidit in verbo omnes manere virtutes. *Verbum tuum, domine, sanitas est: verbum tuum, vita est: verbum tuum, vita est: verbum tuum, vbi accesserit, inde confestim fugit dolor, infirmitas, mox recedit, verbum in quo Petrus cum laxaret retia, piscium multitudinem cepit, sine quo & ignorantiae noctem perussit, & nullum fructum perussit piscator inuenit, domine, inquit, laborantes per totam noctem, nihil cepimus, sed in verbo tuo laxabo retia. Et quasi non sufficeret, quod de*

Luc. 5.
Mat. 9.
Psal. 103.
Psal. 148.
Psal. 106.
Luc. 5.

verbo egerat, verbo praestari posse, quod postulat, rebus astruit, commendat exemplo. *Nam & ego homo sum, &c.* Hoc est dicere, tu Deus. *Sub potestate positus,* Hoc est, tu ipsa potestatum potestas. *Habens sub me milites,* Hoc est, tu virtutes. *Et dico huic, vade, & vadit,* Hoc est, die infirmitati, vade, & vadit. *Alij, veni, & venit,* Hoc est, die sanitati, veni, & venit. *Et seruo meo, fac hoc, & facit.* Ille puer meus erit tuus seruus, cum receperit sanitatem. Audiat: quid audiat? Sanus factus es, iam noli peccare: faciat iustitiam, vt liberetur a paralyti omnium peccatorum, & possit psallere cum Prophetis; *Conuertere, anima mea in requiem tuam, quia dominus beneficentibus tibi: quia eripuit animam meam de morte, oculos meos a lachrymis, pedes meos a lapsu.* Placebo domino in regione viuorum. Fratres, imitetur Centurionem, qui ad centesimum fructum desiderat peruenire. Ne ergo leuiter Centurionis huius praecepta transeamus, hodie de ipso dicta praedicant: quia mysterium permagnum est, quo Iudeus geritur in figuram.

BEDAE VENERABILIS
presbyteri eiusdem Euang. expositio.

Cum autem introisset Capharnaum, &c. Queritur quomodo conueniat, quod Matthaeus ipsum Centurionem ad dominum accessisse dicat, cum Lucas nuncios ad eum missos narret. Sed pie querentibus patet, quod Matthaeus causa breuitatis dixerit, accessisse ipsum, cuius voluntas licet alii deferentibus perlata est ad dominum. Sicut enim Haemorrhoua, quia credidit, magis dominum tetigit, quam turbae a quibus premebatur, ita Centurio quod magis credidit, eodem magis accessit. *Domine puer meus iacet.* Non in vna tantum re, miserabilis, quod iacet, sed in alia, quod paralyticus, tertia, quod male torquetur, & hoc ideo vt angustias animae suae demonstret, & beneuolentiam domini inuitaret, decet prelatos sibi subiectis misereri. *Et ait illi Iesus, Ego veniam, &c.* Magna domini sublimitas sed maior humilitas, qui solo verbo valebat curare, non dignatur seruum languentem visitare. *Domine non sum dignus, &c.* Propter vite conscientiam gentilis non aulius est hospitem habere Christum, diuis est fide praeditus, nodum tamen sacramentis erat imbutus. *Sed tantum dic verbo, &c.* Magna fides Centurionis, qua verbi opus, in Christo confitetur. *Nam & ego homo sum, &c.* Hominem se potestate subditum dicit, & tamen fe minoribus posse imperare: vt subadiurat, quamto magis omnipotens Deus? Super omnia, per angelicam dicere potest militiam, infirmitati, vt recedat & recedat, & sanitati vt veniat & veniat, vnde sequitur. *Et huic dico, vade & vadit, &c.* Vult ostendere Deum posse implere quod vellet, non tantum per corporis aduentum, sed etiam per ministeria angelorum. *Audiens autem Iesus miratus.* Miratur intelligentiam suae maiestatis quod & nobis mirandum significat; Tales motus cum de Deo dicuntur, non sunt signa perturbati animi sed diuinitatis magistri. *Non inueni tantam fidem in Israel.* Non de omnibus retro patriarchis & prophetis loquitur, sed de omnibus aui praesentis qui per legem instructi non credebant. Centurio Christo doctae minime credidit, spontaneam gentium fidem significans. *Dico vobis, quod nulli ab Oriente, &c.* Id est, ex omnibus gentibus

Matth. 4.
Luc. 7.
Psal. 33.
Mat. 9.
Luc. 8.

gentibus sicut oportet Euangelium praedicaui vel ab Oriente, qui statim illuminati, transeunt: & ab Occidente hi qui passionem pro fide vsque ad mortem tolerauerunt, recumbent non carnaliter iacentes, sed spiritualiter requiescentes. *Filij autem regni regnauit Deus: stridor dentium & stertus oculorum veram demonstrant resurrectionem membrorum.* Interiores quoque tenebras dicit caecitatem cordis, exteriores quoque noctem aeterna damnationis, vbi duplex ostenditur gehenna, id est, nimij frigoris per stridor dentium & intolerabilis esse feruoris per stertum oculorum: vt beatus Iob ait, *Ad calorem nimium transeunt ab aquis niuium.* *Et dixit Iesus Centurioni, &c.* Probat fides domini & roboratur sanitas serui. Mystice Centurio electus ex gentibus ostendit, qui quasi centenario milite sipati spiritualium sunt virtutum perfectione sublimis.

HAYMONIS EPISCOPI
Halberstat. superioris Euang. expositio.

Cum autem introisset Capharnaum, &c. Capharnaum ciuitas est metropolis Galilaeae provinciae, & interpretatur Capharnaum ager consolationis, sive villa pulcherrima, & signat ecclesiam gentium. Quae ecclesia ideo dicitur villa pulcherrima propter diuersos ordines, qui in ea consistunt, id est, praetorium, cotinentium, & coniugatorum. Ager consolationis dicitur ecclesia, quia illi, qui peccata sua, vel aliorum desunt, & de infidelitate conuertuntur ad fidem, & de peccato redempti ad poenitentiam, ibi recipiunt consolationem. Qualem consolationem? Spem regni caelestis, dicente domino: *Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum caelorum.* *Accessit ad eum Centurio.* Centurio est nomen officij non naturae. Centurio dicitur, qui centum militibus praestit: sicut quaternio, qui quatuor: & decanus, qui decem: & quinquagenarius, qui quinquaginta militibus praestit, & millenarius, qui mille. Idem dicitur & tribunus. *Accessit ad eum Centurio.* Hic oritur questio, quare dicit Matthaeus Centurionem per se accessisse ad dominum: cum Lucas dicit non illum accessisse ad dominum, sed seniores Iudaeorum misisse? Qui venientes ad dominum dixerunt ei: *Dignus est, vt hoc illi praestes, diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse aedificauit nobis.* Quomodo potest vtrunque verum esse, quod Matthaeus dicit, & quod Lucas dicit? Vtrique fuerunt repleti spiritu sancto, & vtrunque verum est. Recte nanque dicit Matthaeus, ad ipsum Centurionem per seipsum accessisse ad dominum, quia fides eius, & dilectio per internuncios ad dominum perlata est. Similiter & ille Centurio, qui domi remansit, plus accessit ad dominum, quam qui eius verba detulerunt. *Quare? Quia per fidem accessit, & dilectione, iuxta quod Psalmita dicit: Accedite ad eum & illuminamini fide, & dilectione.* Sicut enim mulier, quae sanguinis fluxum patiebatur, plus accessit ad dominum, quam turba quae eum comprimebat: ita & iste. *Domine puer meus iacet paralyticus in domo, & male torquetur.* Paralyticus graecae, latine dicitur dissolutionis membrorum. Ille puer, qui erat seruus Centurionis, tres infirmitates patiebatur: Languidus

erat, & paralyticus iacebat, & a demone vexabatur. Tunc temporis alij rogabant pro filiabus, alij pro propinquis: quando ista facta sunt, quae praesens lectio Euangelij narrat, alij pro infirmitate sua. Ille Centurio pro seruo rogauit, & ideo impetravit illi sanitatem. *Et ait illi Iesus: Ego veniam, & curabo eum.* Legimus in Euang. secundum Ioan. quendam regulum ad dominum accessisse, & deprecatum illum fuisse, vt veniret, & sanaret filium eius, quia incipiebat mori: sed dominus noluit ire. Quid est hoc, quod dominus ad filium reguli ire noluit, & ad seruum Centurionis ire non recusat? dicens: *Ego veniam, & curabo eum, nisi quoddam superbia nostra in hoc facto rerunditur? Quia nescimus considerare homines propter homines.* Dum enim diuitias, & potentias huius seculi veneramur in hominibus, negligimus pensare quid sint, id est, naturam, quia ad imaginem Dei facti sunt, sicut & nos. Sed vt demonstraret dominus, quia quae hominibus huius seculi alta sunt, sanctis despicenda sunt, & quae hominibus secularibus despecta habentur, sanctis despicenda non sunt, ideo ad filium reguli noluit, sed ad seruum Centurionis ire paratus fuit. *Et respondens Centurio, ait: Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus.* Quare dixit, *Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo?* Causa humilitatis dixit hoc iste Centurio, sicut Petrus, quando ceperunt multitudinem piscium, ita vt nauicula mergeretur, quando dixit: *Exi a me, domine, quia homo peccator sum.* Et sicut Geraseni, videntes praecipitium nem porcorum suorum in mare, rogauerunt eum, vt exiret a sinibus eorum. Et licet fide Dei omnipotentis fuisset praeditus, nondum tamen sacro baptismate renatus, putabat se praesentia domini magis grauari, quam iuuari. Et ideo dixit: *Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum.* Tres virtutes habuit iste Centurio in se, si dem, prudentiam, & humilitatem. Fidem habuit, in hoc quod solo verbo credidit posse sanari seruum suum. Prudentiam in hoc, quod cognouit latere intra humanitatem diuinitatem filij Dei. Humilitatem in hoc quod indignum se iudicauit, cuius tectum intraret dominus. *Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, aut sub potestate regis, aut comitis, aut tribuni.* Quasi dicit: *Ego homo, tu Deus, ego infirmus, tu potens, ego sub potestate alterius constitutus, tu sub potestate nullius subditus.* Ego habeo sub me milites, id est, innores meos seruos, quibus possum imperare, vt faciant hoc, & illud, & statim faciunt, quod praecipio. Et tu habes milites tuos, id est, angelos, quibus potes imperare, vt sanitate seruo meo scilicet, restituant, & contrariam infirmitatem ab eo repellant. Si dixeris infirmitati, recede: statim recedit. Si dixeris sanitati, veni: statim venit. Si enim volueris eicere, potes imperare militibus tuis, id est, angelis, & statim fiet, quod tu praecipis. Magnam fidem iste Centurio habuit. *Audiens autem Iesus, miratus est, fide Centurionis.* Certum qui eum mirabatur exterius, ille idem dominus operabatur eadem fidem interius in corde Centurionis. Quod dominus miratur, hominibus mirandum esse ostendit. *Miranda erat fides Centurionis, qui sine doctrina legis, & prophetatum, & sine modulatione psalmodum, sola fama vulgante de domino Iesu Christo credidit. Et sequentibus se turbis, dixit: Amen dico vobis.* Id est, verum dico vobis

vobis non inueni tantam fidem in Israel. Non loquitur hic dominus de patriarchis, Abraham, Isaac, & Iacob, qui perfectam fidem habuerunt, sed de Iudæis, qui tunc temporis præsentem aderant. De illis loquitur hic dominus, dicens: *Non inueni tantam fidem in Israel*, id est, in populo Israelitico. *Dico vobis*, id est, testificor vobis, quasi diceret, iuro vobis. *Multi veniunt ab oriente, & ab occidente*. Per istas duas plagas mundi, id est, orientem, & occidentem possumus intelligere septentrionem, & meridiem. Multi venerunt, & veniunt quotidie ad fidem à quatuor partibus mundi, & recumbunt, & requiescunt primum in præsentem seculo per fidem. Finito autem præsentem seculo, *recumbent*, id est, requiescent *cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno calorum*, id est, in gloria. Vel aliter: Per orientem designantur hi, qui nuper illuminati abluuntur per baptismum, & continuo transeunt ad patriam cælestem. Per occidentem possunt hi designari, qui post tribulationes, & martyria transeunt ad patriam cælestem, sicut fecerunt sancti martyres. *Multi veniunt ab oriente*, id est, ab initio: & *occidentem*, id est, post multas tribulationes & martyria perpessa. *Et requiescent in regno calorum*. *Filii autem regni*, id est, Iudæi, in quibus antea regnavit Deus, de quibus dicitur per Psalmistam. Notus in Iudæa Deus. Illi mittentur in tenebras exteriores, quia repulerunt à se lumen verum, id est, Christum, qui dicit: Ego sum lux mundi. Ideo mittentur in tenebras exteriores, id est, in noctem æternæ damnationis in inferno. *Ibi erit fletus, & stridor dentium*. Per fletum oculorum intelligit ignem, quia ex igne nascitur fumus, & ex fumo nascitur fletus oculorum. Per stridorem dentium, intelligit frigoris magnitudinem. Inter cætera mala, quæ in inferno sunt, duo mala ibi prævalent, ignis, & frigus. Vnde dicit Iob: A calore nimio, transibunt ad aquas nivium. Et ab aquis nivium, transibunt ad calorem nivium. *Et dixit Iesus centurioni: Vade, & sicut credidisti, à me sanari posse seruum tuum, fiat tibi, id est, sit sanus. Et sanatus est puer ex illa hora*. Per fidem domini sui meruit ille seruus sanari. Similiter fit modò in sancta Ecclesia per fidem dominorum, qui iustè, & ordinatè præsentem seruis suis, merentur serui sanari. Ille Centurio gentilis erat, & primitias gentium credituratum signabat. Gentes quando venerunt ad fidem, in centenario numero consistebant. Centenarius de leua transit ad dexteram. Per dexteram, designantur gaudia æterna: vnde dicitur in Cantico Canticorum. Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Rectè ergo gentiles in centenario numero consistebant, qui de sinistra transferuntur ad dexteram: quia non crediderunt propter temporalia commoda, sed propter gaudia æterna, quæ designantur per dexteram. Ideo crederunt, vt ad præmia cælestia venire mererentur, ad quæ præmia percipienda nos perducit dominus Iesus Christus, qui vivit & regnat, &c.

CHRISTIANI DRVTHMARI eiusdem Euang. expositio.

Qum autem introisset Capharnaum, Capharnaum villa magna erat in Galilæa, in qua Romani principes soliti erant sedere. Cum illuc dominus appropinquasset, accessit ad eum Centurio non

corpore, sed fide & affectu. Narrat enim Lucas quòd Iudæos ad ipsum miserit, indignum iudicis se aspectibus eius præsentari. Centurio dictus, eo quòd centum militibus præest sicut quinquagenarius, qui quinquaginta: & decani qui decem militibus præstant. Rogans eum per ipsos Iudæos, quos miserat: qui etiam hoc ei dixerunt. Dignus est vt hoc ei præstes, quia diligit gentem nostram: & synagogam nobis edificavit. *Domine puer meus iacet in domo paralyticus*. Paralyticus græce, latine dissolutus omnibus membris dicitur. Dixi superius, quia pueri quatuor modis dicuntur. Eo ergo modo, quo pueri David dicti sunt, pro obedientia hic puerum suum dicit nolens dicere quòd esset seruus suus pro dilectione ipsius pueri: ad dolorem autem exprimentum dicit: quia & paralyticus est & iacet. Multi enim paralytici ambulat. Er addidit. *Et male torquetur. Et ait illi Iesus*. Videlicet missis. *Ego veniam & curabo eum*. Et sicut alius euangelista refert, statim cepit ire: non pro vilo dono: sed pro fide & humilitate, & prudentia Centurionis. Fide quia credidit paralyticum à saluatore posse sanari: humilitate, quia seipsum dignum non æstimavit ad eum venire: prudentia, quia vbiq; Deum posse operari quæ vellet verbo. *Et respondens Centurio ait. Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meum*. Refert Lucas quia miserit in via militem dicens, ne se fatigaret: quia non esset dignus vt sub tectum eius intraret. *Sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus*. Credebat quamvis gentilis, quòd ipse esset, qui dixit, & facta sunt: mandauit, & creata sunt. *Nam & ego homo sum sub potestate, habens sub me milites*. Dat exemplum quasi dicat. Si ego qui parus homo sum, constitutus sub alterius potestate, videlicet Tyberij imperatoris: dico militibus meis iunioribus, vt faciant illa vel illa, & sit: quanto magis tu, quæ habes angelos in potestate: si præceperis Raphaeli vel eius ordini statim fiet. *Dico huic*, subauditur militi. Miles dictus à mille: quia mille primum à Romulo in numero ordinati sunt: seu quia de mille vnus eligebatur, quando eligebantur. *Et seruo meo fac hoc*, i. opus. *Et facit*. Seruus dictus: quia primum seruatus est in bello. Omnis creatura tibi obedit vt domino: idcirco potes facere quæcūque volueris. *Audiens autem Iesus, miratus est*. Mirandam & imitandam fidem videntibus & audiētibus demonstrauit: Nam ipse ante eius fidem agnouerat, qui creauerat. *Et sequentibus se dixit: Non inueni tantam fidem in Israel*. De Israel carnali dicit: qui legem & prophetas habebant, & tamen eius diuinitatem non sic intelligebant. Nam inuenerat in apostolis, & in Nathanaele perfectam fidem: sed de Iudæis carnalibus dixit. Quia Israel generali nomine tota gens sic vocabatur: quasi dixisset: totus Israel habens legem & prophetas debuerat ita me cognoscere, vt istes: sed non facit. Et à toto pars intelligitur per synecdochem: sicut in alio loco: mortui sunt: cū solus Herodes mortuus fuerit. *Dico autem vobis, quòd multi ab oriente & occidentem veniunt*. Per istas duas partes alia etiam intelliguntur, scilicet totus mundus: & accedunt fide ad Deum, & recipiuntur in illum Paradisum vbi Abraham est, & Isaac, & Iacob: & beata vita fruuntur. *Filii autem regni huius eijciuntur in tenebras exteriores*, id est, Iudæi qui ibi nati fuerant & legem acceperunt, & de patriarcharum progenie sunt, mittentur in tenebras exteriores, hoc est in infernum, vbi perpetuè tenebræ sunt. Interiores enim tenebræ, cæcitas mentis: quæ melius

melius videre debemus. Sed qui Deum non cognoscit, habet istas tenebras in presenti: mittentur pro istis in exteriores vbi cruciabitur simul cum corpore & anima. *Ibi erit fletus & stridor dentium*. In fletu oculorum & dentium stridore, carnis & offitium resurrectio designatur: & vera hac cruciabitur poenitentia non imaginaria, & quasi per somnium. Ille centurio primitiuum populum gentium designat credituratum in Deum & filios Abraham per fidem futuros: & locum Israelitarum adepturos in regno Dei. Seruus vero pro quo deprecatur, illius populi partem designat, qui tarde conuertuntur ad Deum & quasi serui esse dicuntur, qui diutius in seruitio demorantur, quia similes sunt, qui faciunt, & qui confidunt in eis: & qui peccatū faciunt, seruus est peccati. *Et dixit Iesus Centurioni. Vade, & sicut credidisti, fiat tibi*. Frequenter hoc Deus omnipotens ad multos dicit. Vnde ostenditur secundum vniuersumque fidem. Et Deo esse accepturum & impetraturum, quæ petitur, si perfecte crediderit: & in nomine saluatoris petierit, & in petendo non hesitauerit. *Et sanatus est puer in illa hora*. Ex hoc colligere possumus, quòd aliorum preces alios adiuuant, & fides perfecta. Imitemur omnes christiani istum Centurionem in prudentia, in fide, & humilitate. Studeamus secundum Deum prudentes fore: quia Deus inde dicit: estote prudentes, vt serpentes. Pro iustitia vsque ad mortem pugnemus: parati etiam omni poenitentia nos ad reddendam rationem de ea quæ in nobis est spe. Fidem quoque certam & rectam habeamus in Deum: & omnibus quibuscunq; promissimus, nisi tantum in quantum deuenit à Dei voluntate. Humilitatem & in animo & in corpore habeamus: quia Deus omnibus christianis à se præcepit disci humilitatem, & mansuetudinem.

THEOPHYL. EPISCOPI Bulgar. superioris Euang. expositio.

Accessit ad eum centurio, &c. Neque hic in monte accessit, vt ne præiudicaret doctrinæ. Idem autem hic est, qui & apud Lucam. Quamuis autem Lucas dicat, quòd alios miserit nuncios ad Iesum, non contradicit tamen Matthæo dicenti, quòd per se accesserit. Verisimile enim est ipsum principio alios mississe, deinde, periculo crescente, per se accessisse, ac dixisse. *Domine, puer meus discumbit domo paralyticus, graviterque cruciatur*. Non attulit puerum in lecto, credens quòd & absentem curare posset. Quapropter *Centurio respondens, dixit, Domine, &c.* Si ego (inquit) qui regis seruus sum, militibus mihi subditis impero, tu multo magis imperare potes morti, & morbis: ita vt ab hoc recedant, ad alium autem veniant. Corporales enim morbi, milites sunt, & vltiores Dei. Proinde admiratur Christus, & dicit quòd neque in Israelitis tantam inuenerit fidem, quantum in hoc gentili. *Dico autem vobis, quòd multi ab oriente, & occidentem, &c.* Non dixit, quòd multi gentiles accubaturi essent, vt ne Iudæos exasperaret: sed adumbrando mentem dixit, *Multi ab oriente, & occidentem*. Mentionem autem fecit Abraham, ostendens quòd non sit contrarius legi veteri. Porro dicens, *tenebras exteriores*, monstrauit esse poenas quasdam tolerabiliores, & leuiores. Sunt enim & in supplicii gradus. Filios autem regni Iudæos dicit, ad quos & promissiones factæ sunt. Filius enim (inquit) primogenitus meus

Israel. *Et dixit Iesus Centurioni, Abi, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer eius in hora illa*. Declaratur his, quoniam, si ille verbo sanatus est, verè etiam dictum, quòd Iudæi eiciendi essent.

INCERTI CUIVS DAM sub nomine Eusebij Emiffenij eiusdem Euangelij expositio.

Qum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens. *Domine, puer meus iacet in lecto paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Iesus, Ego veniam & curabo eum*. Qualiter Centurio ad Iesum accesserit, Lucas Euangelista demonstrat: qui eum non per se, sed per seniores Israël ad eum accessisse narrat, quatenus pro puero ipsius intercederent. Et quia magis domino familiares erant, ipsi pro eo interpellarent. Illi autem quum venissent ad Iesum, rogabant eum sollicitè, dicentes ei, quia dignus est vt hoc illi præstes. Diligit enim gentem nostram, & Synagogam ipse edificauit nobis. Sic igitur Centurio accessit ad Iesum, non per se, sed per seniores Israël: videlicet vt nos doceret, quid in tali negotio agere debeamus, quando puerum nostrum in domo nostra paralyticum iacere & malè torqueri sentimus. Quis est enim puer iste nisi anima, secundum se quidem innocens & pura? Puer autem à puritate dicitur. Hunc autem Lucas seruum dicit: quia sine seruitio animæ viuere nequimus. Ille igitur puer noster, iste seruus noster, iste iniuste subingatus & carnis seruitio depressus spiritus noster, iacet in domo paralyticus, iacet in corpore infirmus, iacet in carnis habitaculo vltiorum morbo superatus: & malè torquetur. Hinc luxuria vexatur, hinc superbia fatigatur, hinc auaritia arctatur. Quid igitur? Mitamus ad Iesum. Sed quem mittemus? & quis ibi ex nobis? Mitamus seniores Israël, id est Episcopos, & sacerdotes. Isti enim pro aliis interpellare, isti pro infirmis & peccatoribus orare debent. Isti citò veniunt ad Iesum: isti eum monere, isti eum flectere, & ad misericordiam inclinare possunt: præsertim si nos sanari volumus, si nos peccatis dolemus, & si boni aliquid egimus, vnde nos apud iudicem commendare queant. Facile enim illi prenitenti sacerdotes à domino veniam impetrant, qui de peccatis erubescit, torquere mentis animum se ad poenitentiam conuertit. Et multos quidem videmus, qui quantum in se aliquo vitio torqueantur, bonos tamen diligunt, multisque modis sanctam Ecclesiam edificat. De his igitur dicere possumus dignos qui exaudiantur, quia diligunt gentem nostram, & Synagogam edificauerunt nobis. Sed sequitur: *Ego veniam & curabo eum*. Hoc Matthæus ait. Lucas autem quid? Iesus autem ibat cum illis. Venit enim Iesus ad infirmum, venit cum Episcopis & sacerdotibus ad poenitentem, quoniam eorum precibus flectitur, & orationibus ducitur. Et cum iam non longe esset à domo, misit ad eum Centurio amicos, dicens, domine noli vexari: non enim dignus sum, vt sub tectum meum intres. Propter quod & me ipsum nõ sum dignum arbitratum vt venirem ad te. Hac autem Matthæus prætermisit. Cætera verò vtrique communia sunt. Bene igitur hoc loco hi duo conueniunt, si hoc tantum in Matthæo subaudiatur, quòd Centurio non per se, sed per seniores Israël, Bibl. Hom. tom. 2. g deinde

EVTHYMII ZIGABONI

Superioris Euang. expositio.

deinde verò per amicos accesserit ad Iesum. Sed qui sunt amici nostri, quos Christo adueniente, & iam domini nostræ appropinquanti obuiam mittimus: isti sunt (vt opinor) intellectus, & animus, & spiritus contribulatus. Isti enim Christi aduentum sentiunt, isti enim eo loqui audent, isti nos Deo commendant, & eius gratia reconciliant. Quando enim iurus agimus, quando nobiscum in corde tractamus quæ, & quanta fuerit huius nostri saluatoris benignitas, vt pro nobis carnem sumeret, & mundi iniurias sustineret, tunc prædicti amici nostri cum domino loquuntur, & quodammodo ei dicunt, Domine, noli vexari: quoniam eius vexationem, & fatigationem mirantur & contemiscunt. Hoc enim faciebat Ioannes Baptista, quum diceret. Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Quando verò ad Christi sacramentum accedimus, & fragilitatem nostram consideramus, quid aliud dicit vnusquisque nostrum, nisi non sum dignus vt in res sub tectum meum non sum dignus vt corpus & sanguinem tuum suscipiam in ore meo? Domine, dic verbo, & sanabitur puer meus. Tu enim dixisti, & facta sunt omnia: mandasti, & creata sunt vniuersa. Eadem vel tibi est, eadem potentia manet. Dic igitur, vt præcipe vt fiat, & sanabitur puer meus. Non enim maius est sanare, quam creare. Nam & ego homo sum sub potestate conseruatus, h. abens sub me milites: & dico huic vade, & vadit: & alio veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Ego (inquit) homo sum, tu Deus: ego sub potestate, tu super omnes potestates: ego habeo milites, tu angelos: isti mihi obediunt, illi tuam faciunt voluntatem. Manda igitur quem velis: præcipe sanitati vt veniat, & inbe infirmitati vt recedat. Placuit domino consilium, laudauit fidem Centurionis. Ad hoc enim dominus misericordiam differabat, vt hæc tanta fides Centurionis clarius manifestaretur. Vnde & subditur: *Audiuisti autem Iesus, miratus est: & sequentibus se dixit, Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel.* Miratur Iesus de fide Gentilis hominis. Et iam tunc fidem Gentium mirabatur, quam vltra fidem Iudæorum crescere videbat. Non igitur inueni tantam fidem in Israel, quantum in Gentili populo: qui per Centurionem significabatur. De quibus mox subinferens ait, *Dico autem vobis quod multi ab oriente, & occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno eorum: filij autem regni euicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium.* His enim paucis verbis, Ecclesiam ex omnibus mundi partibus colligendam, & inferno expoliato sanctorum animas ad cælorum regna transferendas, & Iudæorum incredulitatem & damnationem denuntiat. Tenebræ autem illæ exteriores sunt, vltra quas aliæ tenebræ non sunt. Sunt autem aliæ tenebræ interiores, ex quibus venit ad hæc exteriores, quas infideles homines in mente patiuntur. De quibus Apostolus ait, *Cæcitas ex parte cõigit in Israel.* Et dixit Iesus Centurioni, *Vade, & sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.* Inter dicere & facere Christi, nulla distantiã est. Ipse enim dixit, & facta sunt: mandauit, & creata sunt. Probauit Centurio fidem suam, probauit & virtutem Iesu. Dixerat enim, *Domine, dic verbo, & sanabitur puer meus.* Et dominus ad eum dixit verbo, *Vade, inquit, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.*

Quum autem ingressus esset Capernaum &c. Tacet, hoc est, proiectus est. Et ait illi Iesus, Ego veni, & curabo eum. Quare non vocatus in domum, sua sponte venturum se dicit? Quia præcognouit illi iam credere, quod Deus esset: & ita voluit magnæ eius fidem, iis etiam, qui sequebatur, detegere. Intende ergo iis, quæ sequuntur. Et respondens Centurio, dixit, &c. Non sum, inquit, dignus, quia tu Deus es: sed tanquam omnipotens dic nudo verbo quod vis, & ipsum quoque verbum opus fiet. Vides fidei magnitudinem? Propter hoc ergo dixit Christus: Ego veniam, & curabo eum, vt dicat Centurio. Non sum dignus &c. & ita manifestetur omnibus magna fides eius. Nisi enim Christus illud dixisset, nequam hoc Centurio respondisset, & eos, qui sequebantur, omnino latuisset, quanta erat virtus. Vide quoque Centurionis verba, quæ sequuntur, ad id directa, quod nudo etiam verbo sanare posset. Nam & ego homo sum sub alterius potestate &c. Ab exemplo eius, quod circa se contingebat, confirmabat, quod solo etiam verbo sanare posset. Postquã enim dixerat: *Dic verbo, subinixit, Nam & ego homo sum, sub ducis exercitus potestate constitutus, habens sub me milites & seruos, & quod cuique dico, id inueniuntur hoc facti.* Hæc autem dicebat, ostendens, quod, si ego homo alteri subiectus, ob modicum principatus dignitatem, solo verbo potens sum, multo magis tu, qui Deus es, in infinita potestatis, ac dignitatis. Itaque, si dixeris morti, vt abeat, abicit. Ii vero vt veniat, veniet. Neque enim simpliciter subdita est, verum etiam ancilla, quæ maiorem habet subiectionem. Hoc audito Iesus admiratus est &c. Admiratus est. Quum enim neque Israelita esset, neque scripturas, quæ de ipso erant, legisset, adeo facile credebat. Nec solum admiratus est, verum etiã fidem eius præconio promulgauit, vt alij hunc imitarentur. Neque inter Israelitas, inquit, tantam inueni fidem: qui quotidie scripturarum legunt testimonia, quæ de me loquuntur. In præcedentibus autem diximus, quod Amen dico, tantumdem est, ac si dicatur: Vere, ac firmiter dico: neque opus est hoc deinceps interpretari. *Dico autem vobis, quod multi ab Oriente &c.* Quidam dicunt, quod, sicut quædam profundiora maris loca, aut curua litora tales, vel tales sinus appellati sunt: ita sane & abditij fructuum recessus, in quibus est Abraham, sinus Abraham dicti sunt. Nam quia insignior erat Abraham apud Hebræos, ideo eos proprie ipsius Abraham nominauit. Multi tales, hoc est, gentibus. Per Orientem vero, & Occidentem, omnia loca totius vniuersi significauit. Venient autem, ad me videlicet per fidem. Præterea *Accumbent*, id est, requiescent. Abraham vero in medium adduxit, quo maxime Iudæos morderet, adoptando scilicet ipsi Abraham eos, qui à gentibus procederent. Sinus item Abraham, dixit requiem, ac fructuonem iustorum, mutuatque societatem, & conuersationem, quæ regnum est cælorum. Quia autem iam credebant Abraham in ineffabilibus degere bonis, pro regno cælorum sinus Abraham posuit, tanquam re notiorum. Simul etiam ne iis contrarius esse videretur, qui in veteri testamento virtutem sectati sunt. Nam, qui Abraham ita honorabat, vt etiam sinus illius requiem æterna nominaret, omni huiusmodi suspitione carere debebat. *Filij autem regni euicientur*

Regnum nunc, Deum intelligimus: filios autem eius, Israelitas. Filius, inquit, primogenitus meus Israel. Vel, Regnum quidem, æternã requiem Filios vero eius vocari nunc Iudæos, tanquam hoc existimantes, eo quod semen essent Abraham. Qui, sese putant esse filios, euidentur propter suam incredulitatem. *Euicientur* autem, id est, expellentur. Tenebræ vero exteriores, locus est supplicij miserimus. Hæc autem dixit, factum comprimens Iudæorum, qui sese iactabant, quod è genere essent Abraham: & consolans eos, qui è gentibus erant: attrahens quæ ad suam fidem. Nam multi quoque gentiles propter signa sequebatur eum. Et his autem, & illis vitantes procurabat, ne illi confiderent, quasi fides, neque hi desperarent quasi iacentes. Considera vero quod Centurio verbum exposcit: leprosus autem solã voluntatem: quod maioris est fidei. Quare magis admirationi habitus est Centurio? Quia leprosus, quum esset Iudæus, noverat libros, qui de Christo testificabantur: & inde multa habebat, quibus facile ad fidem induceretur. Centurio vero, quum Ethnicus esset, à nullo aliunde ad fidem ducebatur, quã à sola recta mente: ideo etiam præpositus est credentibus ex Israel. Quum autem de introductione gentium, & reiectione Iudæorum facta sit mentio, confirmat hanc per signum. Vide ergo quid sequatur. Et ait Iesus Centurioni: *Abi &c.* Hinc ostendit Christus, quod plurimum confert ad miraculi operationem fides deprecantis. *Sicut credidisti, inquit, fiat tibi:* hoc est, quia credidisti, me posse agrotum curare, licet domum tuam non ingrediar, ita fiat. *Et sanatus est puer eius in illa hora.* Sicut de leproso dixit euangelista, quod confessum mundatus est, ita & nunc, quod sanatus est in illa hora. Hæc autem ad augmentum addidit miraculorum. Neque enim solum admittitã operatus est, sed etiam in brevissimo temporis momento suam demonstrauit potentiam. Quidam autem dicunt alium esse hunc Centurionem, & alium eum, de quo apud Lucam. Huius siquidem filius erat paralyticus, illius autem seruus. Et hic venit ad Iesum: ille vero primum quidem misit seniores Iudæorum: deinde amicos suos. Præterea iste non solum in domum suam non vocauit Christum, sed & venire volentem prohibuit: Ille autem primum quidem per seniores vocauit, postmodum vero per amicos: prohibuit. Quum autem huiusmodi insint diuersitates: accedunt quoque & multæ similitudines. Ambo enim Centuriones, & Capernaum com-

morantes, & pro paralytico morientes animo: eandemque fidem suis verbis demonstrantes: & æquali beneficio affecti. Dicit autem Chrysostomus eundem esse & apud Matthæum, & apud Lucam. Siquidem Lucas diligentia causa omnia minutula exequutus est, præter Centurionis præsentiam: Matthæus vero breuitatis gratia, seniorum, atque amicorum missiones prætermisit, quasi non necessarias. Solam autem Centurionis fidem, & laudem, quam propter eam promeruit, & miraculum in paralytico factum aperte descripsit. Oportet tamen eas, quæ videntur, vt dictum est, soluere diuersitates. *Uisus* (pro quo hic puerum habemus) dicitur non solum filius, sed & seruus: Habebat enim, inquit, *uiscus, & uiscus*, hoc est, seruos, & ancillas. Quod autem Matthæus dixit, accessisse Centurionem ad Christum: Lucas vero misisse ad ipsum seniores, & postmodum amicos: oportet intelligere & hoc, & illud factum fuisse. Primum quidem misit seniores deprecantes ipsam, vt veniret. Deinde sciens eum venire, & sese indignum iudicans eius susceptio- ne rursus amicos misit, prohibens, ne veniret, ac significans, quæ dixit Lucas. Postmodum, quum paralyticus vehementius dissolueretur doloribus: Etenim, sicut Lucas dixit, erat iam, iamque moriturus, non ferens Centurio, eum, & ipse post amicos, sperans per seipsum obnixius se deprecaturum. Postquam autem amici nunciauerant, quæ eis præceperat, dum responderet Christus, quæ scripsit Lucas, statim superuenit Centurio, &, priusquam amicis occurrisset, viso Christo, seruo reaccensus est, & rursus quasi ab exordio obsecrabat eum, dicens: *Domine puer meus iacet in domo paralyticus, &c.* Deinde Christus volens amplius manifestari fidem eius, respondit: *Ego veniam, & curabo eum.* Rursum subintulit Centurio: *Domine, non sum dignus, vt sub tectum meum intres, & alia, quæ sequuntur, veluti Matthæus conscripsit.* Manifestum est ergo, quod ea, quæ contigerunt, priusquam veniret Centurio, scripsit Lucas, & inde Matthæus, quæ sequuta sunt, docuerit. Nam & in his, & in illis fides monstratur Centurionis, ac miraculi operatio à Iesu facta. Quod autem Lucas dixit, quod reuertit, qui missi fuerant, inueniunt ægrotantem seruum sanitati restitutum, pendere oportet, quod Centurio certus iam de salute illius, tardior, ac securior reuertebatur: illi autem difficulter credentes, præcurrerunt, scire cupientes, an sanus esset.

Enca 7.



FERIA VI. POST CINERES.

MATTH. 8.



In illo tempore dixit Iesus discipulis suis, Audistis quia dictum est: ^a Beneficium quod inchoantis iusticiæ est. ^b Maleuolum, quod est infimij permiffum, non præceptum. ^c Diliges proximum tuum, & odio habebis ^d inimicum tuum. Ego autem dico vobis: ^e diligite ^f inimicos vestros, benefacite his, qui ^g oderunt autem dico vobis: ^h Quod perfectus est non impossibile. ⁱ Non solum non odias. ^k Hæc est latitudo consummatur charitatis. ^l Non tamen iusticia. ^m Vicia odionaturæ dilectioni est habenda.

f Non enim natura sumus sed gratia. ¶ Re quod iam es in spe. ¶ Ut dignitatem suam heredes intelligant.
 vos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, vt sitis filij patris ve-
 g Qui in litteris facit. h Id est, in sanctis electis. i Hoc exemplum pietatis est, quamuis & spiritaliter possit accipi. k fa-
 ficiat, vel hunc visibilem. l Beniuolos & malignos.
 ffr, qui in h cælis est, qui k solem suum oriri facit super l bonos, & malos, &
 m Imbrem de cælis vel pluuiam vt terra fructificet. n Amare amantem naturæ est, inimicum, charitatis.
 m pluit super iustos & iniustos. ¶ Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam
 o Ex dilectione. ¶ In cælo nullam, & sic hinc de his enim potest dici. Receperitis mercedem vestram, ¶ Nullam. ¶ Merces filiorum sola ado-
 ptiõis. ¶ Qui publica vestigalia exigunt, vel publica negocia seculi & lucra festinant. q Saluatio est quædam species
 orationis.
 o mercedem habebitis? Nonne & p publicani hoc faciunt? Et si q saluaueritis
 r In hoc non plus facitis, quam gentiles ex humano affectu hoc facientes. s Gentiles quales geniti sunt. timo. Græce, Latine gens.
 fratres vestros tantum, quid r amplius facitis? Nonne & s ethnici hoc faciunt?
 t Vt filij patris esse mereamini. v Ecce ad quod culmen prouehit uos. ¶ Secundum modum hominum vt queratis prodesse ini-
 micit. x Inuitatione non æqualitate. y Tota trinitas hic intelligitur per patrem. ¶ Adopitiõis. ¶ Per gratiam. z Se-
 cundum quod Deus per naturam.

Attendite a ne b iusticiam uestram faciatis c coram hominibus, vt
 d videamini ab e eis: alioquin mercedem nõ habebitis apud f patrem uestrum,
 qui in cælis est. Cum ergo facis g eleemosynam, h nolite tuba canere ante i te, si-
 cut k hypocritæ faciunt in synagogis, & in vicis, l vt honorificentur ab homi-
 nibus. Amen dico vobis, receperunt m mercedem n suam. o Te autem faciente
 eleemosynam, p nesciat sinistra tua, quid faciat q dextera tua, vt sit eleemosyna
 tua in r abscondito: & s pater tuus, qui videt in abscondito reddet tibi.

GLOSSA ORDINARIA
 in superius Euang.

AVDISTIS. Qui legem implere venit, in fine ad charitatem plenam perducit, quæ est impletio legis. Odio habebis inimicum tuum. Forsitan intelligendum est iuxta hoc quod supra. Oculum pro oculo, &c. Vel subtrahendo officia humanitatis. Diligite inimicos. Contra ecclesiam pugnatur tribus modis: odio, verbis, & cruciati corporis. Ecclesia contra diligit, benefacit, orat. Hoc est nouum mandatum, hoc de filiis iræ facit filios Dei: vnde sequitur: *vt sitis filij*. Adoptio filiorum sola charitate acquiritur. *Benefacite*. Ministrando cibum mentis, vel corporis. Quod facit etiam qui dicit cum huiusmodi nec cibi sumere. Omnia enim ea spectant, vt fratres fiant. Singulis singula opponuntur, vt omnes partes malitiæ bonitate vincantur. Videntur cõtra esse imprecationes prophetarum, quæ non dicuntur voto optatum, sed spiritu prouidentium. *Orate pro perse*. August. Non ait hoc pro fratribus, in quibus sunt aliquando peccata perfectione inimicorum grauiora. vnde cum Ioannes dixisset: Si quis se fratrem suum peccare non ad mortem, orat, & dabit Deus illi vitam: subdit: Est autem peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis. Vbi appetit offendit quosdam fratres esse pro quibus orare nõ iubetur. Peccatum ad mortem est, cum post agnitionem Dei per gratiam Christi oppugnat aliquis fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam qua reconciliatus est Deo, inuidiæ factibus agitatur: quod fortasse est

peccatum in spiritum sanctum. Peccatum non ad mortem, est si quis non amorem à fratre alienauerit, sed officia fraternitatis debita per aliquam animi infirmitatem non exhibuit. Vnde Christus ait: Pater, ignosce illis: non enim sciunt quid faciunt. Nondum enim gratia spiritus sancti participes societatem inierant fraternitatis. Hac differentia à Iuda Petrum negantem diuidit, non quia non sit ignoscendum peccanti, sed quia tanta est labes illius peccati, vt deprecandi humilitatem subire non possit: etiam si peccatum suum mala conscientia agnosceret, & enumerare cogatur: vt Iudas cum dixit: Peccaui, facilius desperans incurrit ad laqueum, quam humilitate veniam petiit. Quod propter magnitudinem peccati iam ex damnatione peccati tales habere credendum est: & huic poenitentia non ignoscit Deus: cum et si peccasse fateantur, & fecisse mala vehementer eos poeniteat, tamen huiusmodi affectiones metis habent, vt se non humiliant ad petendam veniam. Mouere autem potest, quod Ioannes in epistola de dilectione Dei, & proximi tantum monere videtur, vt fratres diligamus, cum dominus dicat & pro inimicis orandum. Sed fratres intelliguntur non solum, qui iam credunt, sed qui credituri sunt, pro quibus orandum est, vt fraterno federe nobis socientur. *Filij*. non degeneres, quasi diceret: Accepta potestate operibus agite vt sitis filij renascendo per charitatem. *Patris*. iam dicitur pater. Videte, vt sitis filij renati ex Deo, qui est charitas. *Qui solem*. hunc visibilem. Nam inquit in libro Salomonis, Sol iustitiæ non illuxit nobis. Et de pluuia doctrinæ propheta dicit: Super vnam ciuitatem pluit, & non super alteram. *Solem suum*. Quali

Quasi dicat, Quem fecit, enius proprie sunt omnia quæ de nihilo creantur. Quid ergo nos faciemus de his, quæ de munere eius accepimus? *Publicani hoc faciunt*. Exactores Romanorum quos Iudæi sic vocant, quia de republica curam gerebant. dicuntur & nomen traxisse, à Publio Romano rege, qui prius eos ordinauit. *Et si saluaueritis*. Si pro his tantum oraueritis, qui aliqua affinitate vobis sint cõiuncti, quid amplius habet beneficium uestrum quam in fidelibus? Oportet fratres diligere, & humiliter salutare: sed parum est. *Perse*. in charitate Dei, & proximi. Cumulus perfectionis diligere etiam inimicos, & orate pro illis, sicut & Christus fecit. *Attendite, &c.* Qui huicque præcepit de misericordia, nunc præcipit de cordis mundicia qua Deus videtur. Si enim non simplici intentione, sed pro hominum laude, non probantur à Deo opera misericordiae. Laus hominum non debet appeti, sed subsequi, vt exemplo alios inuitet. Hactenus de iustitia euangelij, quæ est super iusticiam Scribarum, & Phariseorum. Nunc qua mundicia cordis eadem iustitia debeat impleri: quod in eleemosyna feruatur, & oratione. Nõ enim monet hic vel orare vel eleemosynam facere, sed quo animo debemus facere. agitur enim hic de mundando corde. *Vt videamini*. Non prohibet videri vt Deus laudetur, sed videri vt ipsi laudentur. *Apud pa.* cuius gloriam filij querere debent, & omnia bona ad hoc vt placeant ei, referre. *Cum er. sa.* à toto in partes, vt exponat quæ bona non sunt pro hominum laude faciendæ. *Tuba ca.* forsan conuocandi gratia hoc fecerunt, vt omnes irent quasi ad spectaculum. *Ante te*. Ante se tuba canit qui ante alios vult laudari, vt appareat maior illis. *Recepta. mer.* à Deo cordis inspectore fallaciæ supplicium de quibus dicitur: Recedite à me operarij dolosi: nomen enim meum habuistis, sed opera mea non fecistis. *Nescit fini*. Sinistra, vitia: dextera, virtutes. Quod ergo agit virtus, nesciat elatio, vel vana gloria, seu aliquod virium, sed lux rectæ operationis fuget tenebras peccati. Sinistra est delectatio laudis: dextera intentio implendi præcepta Dei. Cum ergo conscientie facientis eleemosynam pro præcepto Dei implendo miscet se laudis appetitio, iam sinistra est conscia operis dextera. Cum verò sola cupiditate alicuius terreni volunt aliqui misericordes videri, sola sinistra operatur: quod prohibet dominus, dum nec permisceri permittit. In bona autem conscientia multi faciunt eleemosynam, qui non habent aliquid quod exterius dent. *In abscon.* In abscondito eleemosyna fit, quæ nullis miscetur tenebris: lux intus est, tenebre extra. *Videt in abscon.* Videre Dei est approbare. Illa autem, tantum approbat, quæ sunt abscondita, quæ extra sunt, non placent ei, neque approbat.

charitatis, quæ secundum apostolum est legis plenitudo. Dicit ergo: *Audistis quia dictum est: diliges proximum tuum*. August. in primo de doctr. christiana: Quod autem nullum hominem exceptit qui præcepit proximum diligere, dominus in parabola seminiui relictus ostendit, dicens proximum, qui erga illum exciuit misericors: vt eum intelligamus proximum, cui exhibendū esset misericordie officium si indigeret, quod nulli negandū esse quis non videat, domino dicente: *Benefacite his qui oderunt vos?* August. in ser. do. in monte: Gradum autem esse in phariseorum iustitia, quæ ad legem veterem pertinere, hinc intelligitur, quod multi etiam eos à quibus diliguntur oderant. Ascendit ergo aliquem gradum qui proximum diligit, quamuis adhuc oderit inimicum. vnde ad hoc deligendum subditur: *Et odio habebis inimicum tuum*. Quæ vox non est accipienda vt iubentis iusto, sed permittentis infirmo. August. contra Faustum: Quare autem à Manichæis cur proprium velint esse legis Moyli quod dictum est antiquis: oderis inimicum tuum, an & Paulus non dixit homines quosdam Deo odibiles? Querendum est ergo quomodo intelligatur exemplo Dei, cur dixit Paulus quosdam odibiles odio habendos inimicos, & rursus exemplo Dei qui facit solem suum oriri super bonos & malos diligendo inimicos? Hæc itaque regula est qua & oderimus inimicum propter id quod in eo mali est, id est, iniquitatem, & diligamus inimicum propter id quod in eo boni est, id est, rationalem creaturam. Audito igitur & non intellecto, quod antiquis dictum erat: *Oderis inimicum tuum*, ferebantur homines in hominis odiū, cum non deberent odire nisi vitium. Hos ergo corrigit dominus, cum subdit, *ego autem dico vobis, diligit inimicos vestros*, vt qui iam dixerat: Non veni legem soluere, sed implere. Præcipiendū utiq; vt diligamus inimicos, cogeret nos intelligere quomodo possemus vnū eundemque hominē & odisse propter culpam, & diligere propter naturam. *Glof.* Sed sciendum est in toto corpore legis non esse scriptum: *Odio habebis inimicum tuum*, sed hoc dicitur quantum ad traditionem scribarum, quibus visum est hoc addendum: quia dominus præcepit filiis Israel persequi inimicos suos, & delere Amalech de sub cælo. Chrys. super Matth. Sicut autem quod dictum est: Non concupiscens non dictum est ad carnem, sed ad animam, sic & in hoc loco, caro quidem inimicum suum diligere non potest, anima autem potest: quia dilectio vel odium carnis in sensu est, animæ verò in intellectu. Quando ergo nocemur ab aliquo, & si sentimus odium, non tamen exequi volumus, cognosce quia caro nostra odit inimicum, anima verò diligit. Grego. 21. Mora. Inimici autem dilectio, tunc veraciter custodiunt, cum non de profectu deiciuntur, nec de ruina illius lætamur. Non enim amat aliquis quem non vult esse meliorem, eumque stantem voto persequitur, quem cecidisse gratulatur. Euenire tamen plerumque solet, vt non amissa charitate & inimici nos ruina lætificet, & rursus eius gloria sine inuidiæ culpa contristet: cum & ruente eo quosdam bene erigi credimus, & proficiente illo plerosque iniuste opprimi timeamus. Sed ad hoc seruandum est discretionis examen, ne cum nostra odia exequimur, fallamur sub specie utilitatis alienæ. Oportet enim pensare quid debemus ruine peccatoris, & quid iustitiæ feruentis. Nam cum peruerum quenquam omnimodis per-

CATENA AVREA IN
 idem Euangelium.

AVDISTIS quia dictum est: Diliges proximum tuum, &c. *Glo.* Docuit dominus supra iniuriam inferenti non esse resistendum, sed ad plura perferenda paratum esse. Nunc autem vterius docet iniuriam inferentibus impendendum esse charitatis affectum simul & effectum. Et cum præmissa ad complementum iustitiæ legis pertineant, conuenienter hoc vltimum ritè pertinet ad impletionem

C A P. VI.

Lucæ 23. e

Infra 17. b

1. Ioan. 3. e

1. Ioan. 3. a

5ap. 5. b

Amos 4. c

1. Cor. 5. d

1. Ioan. 5. d

cutit, & congaudendum est iustitiæ iudicis, & condolendum miseriæ pereuntis. Glof. Qui autem sunt contra ecclesiam, tribus modis ei aduersantur odio, verbis, cruciati corporis. benefacit, orat e contra diligit. illa vnde sequitur: Diligite, &c. benefacite his qui oderunt vos. vnde sequitur: Et orate pro persequentibus. Et calvos. Hiero. Multa præcepta Dei imbecillitate sua, non sanctorum viribus æstimantes, impossibilia putant esse, quæ præcepta sunt: & debent sufficere virtutibus non odisse inimicos: ceterum diligere plus præcipi quam humana natura patitur. Sciendum est ergo Christum non impossibilia præcipere, sed perfectiora quæ fecit David in Saul & Absalon, Stephanus quoque martyr pro lapidantibus deprecatus est. Et Paulus anathema cupit esse pro persecutoribus suis. Hoc autem Iesus & docuit & fecit, dicens: Pater ignosce illis. Aug. in Enchiridio: sed perfectiorum sunt ista filiorum Dei: quo quidem se debet omnis fidelis extendere, & humanum animum ad hunc affectum orando Deum, secumque laudando perducere. Tamen hoc tam magnum bonum tantæ multitudinis non est, quantum credimus exaudiri, cum in oratione dicitur: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittit debito. nostris. Aug. de ser. lo. in mon. Oritur autem hic quæstio quod hæc præcepto domini, quo nos hortatur, orate pro inimicis, multæ aliæ scripturæ partes videntur aduersæ, quia in prophetis inueniuntur multæ imprecationes aduersus inimicos, ut est illud: Erant filij eius pupilli. Sed sciendum est quod propheta solent figura imprecationis futura prædicere. Sed illud magis mouet quod dicit Ioannes: Est autem peccatum ad mortem, non pro illo dico ut orat quis apertè enim ostendit esse aliquos fratres pro quibus orare nobis non præcipitur, per hoc quod præmittit: Si quis scit peccare fratrem suum, &c. Cum dominus præsentibus nos inbeat orare. Nec ista quomodo scilicet potest, nisi fateamur aliqua peccata esse in fratribus, quæ inimicorum persecutione sunt grauiora. Nam & Stephanus orat pro eis à quibus lapidatur, quia nondum Christo crediderant. Et Apostolus Paulus non orat pro Alexandro, quia frater erat, & per eundem fratrem amicum opugnando peccauerat. Pro quo autem non oras, iam non contra illum oras. Sed quid agimus de his contra quos oratum à sanctis accipimus, non ut corrigerentur (nam hoc modo pro ipsis potius oratum est) sed ad illam vltimam damnationem non sicut contra domini traditorem per prophetam. nam illa prædictio futurorum non optatio supplicij fuit. Sed sicut in Apocalypsi legimus martyres orare, vt vindicentur. sed hinc non oportet moueri. Quis enim audeat affirmare vtrum contra ipsos homines, an contra regnum peccati petierit? Nam ipsa & iustitiæ & misericordiæ vindicta martyrum, vt euerteretur regnum peccati, quo regnate, tanta per se sunt: destruitur autem partim correctione hominum, partim damnatione peccatorum in peccato. Nonne tibi videtur Paulus in seipso Stephanum vindicasse cum dicit: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo? Aug. de quæst. no. & vet. re. Vel animæ occisorum clamant, vindicari se postulantes: sicut sanguis Abel clamauit de terra non voce, sed ratione. Nam & opus opificem laudare dicitur, per hoc ipsum quod videntem se oblectat. non enim tam im-

patientes sunt sancti, vt vigeant fieri quod sciunt tempore præfinito futurum. Chrys. in ho. Vide autem quot gradus ascendit, & qualiter nos in ipsam virtutis verticem statuit. Primus gradus est, non incipere iniustitiam. Secundus æqualem non vindicari. Tertius, non facere vexanti quæ quis pallius est. Quartus, exponere se ipsum ad patientiam male. Quintus, amplius retribuere quam ille vult qui fecit mala. Sextus, non odio habere eum qui hoc operatur. Septimus, diligere. Octauus, benefacere. Nonus, pro ipso orare. Et quia magnum erat præceptum, præclarum præmium subdit, scilicet, fieri similes Deo. vnde dicit, vt sitis filij patris vestri qui est in celo. Aug. Si quis enim præcepta Dei custodiat, filius Dei efficitur: ergo non in natura filius est hic scilicet de quo loquitur, sed arbitrio suo. Aug. de sermo. do. in mon. Ex illa autem regula intelligendum est quod hæc dicitur, quia & Ioannes dicit: Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Vnus enim naturaliter filius est, nos autem potestate accepta efficiuntur filij, in quantum illa quæ ab eo præcipiuntur, implemus. Itaque non ait: Facite ista, quia estis filij, sed facite ista vt sitis filij. Cum autem ad hoc nos vocat, ad similitudinem suam vocat. Vnde sequitur: Qui solem suum facit oriri super ho. & m. & pluuia super in. & inu. Pote est autem per solem intelligi non iste visibilis, sed ille de quo dicitur: vobis qui timetis nomen domini orietur sol iustus, & per pluuiam irrigatio doctrinæ veritatis, quia & bonis & malis apparuit & euangelizatus est Christus. Huius. Vel in baptisimi & spiritus sacramento tribuit solem & pluuiam. Aug. Vel potest accipi sol iste visibilis & pluuia qua fructus gignuntur, quia iniqui in libro sapientie plangunt: Sol non ortus est nobis. Et de pluuia spirituali dicitur: Mandabo nubibus meis ne pluuia super eam. Sed siue hoc, siue illud, magna Dei bonitate fit quæ nobis imitanda præcipitur, non autem solam ait: Qui facit solem oriri, sed addidit, suum, id est, quem ipse fecit, vt hinc admoneretur quanta liberalitate ex præcepto eius præstare debemus, quod non curamus, sed ex munere eius accipimus. Aug. contra Vices. Sed sicut ista dona eius laudamus, ita etiam flagella in eos quos diligit cogitemus. vnde non omnis qui parcat, amicus est: nec omnis qui verberat inimicus. Melius est enim cum lenitate diligere, quam cum lenitate decipere. Chrys. super Matth. Cautè autem dixit: Super iustos & iniustos, non super iustos vt iniustos, quia omnia bona Deus non propter homines dat, sed propter sanctos, sicut & flagella propter peccatores: sed in bonis non separat peccatores à iustis ne desperent, nec in malis iustos non extollit, quia non gloriatur. Maxime cum malis bona non profint, qui malè viuentes ad prædicium suum percipiunt: nec bonis mala noceant, sed magis sint ad iustitiæ lucrum. Aug. in lib. i. de ciui. Dei: Nam bonus temporalibus bonis non extollitur, nec malus frangitur. Malus autem ideo huiusmodi felicitate punitur, quia felicitate corrumpitur: vel ideo ista temporalia bona & mala vtrique voluit esse communia, vt nec bona cupidius appetantur quæ mali habere cernuntur: nec mala turpiter euitentur, quibus & boni afficiuntur. Glof. Amate autem amantem naturæ est: inimicum verò amare, est charitatis. & ideo sequitur: Si enim diligitis e, s qui vos diligunt, quam mercedem habebitis, scilicet in celo? nullam. de his enim dicitur: Recepistis mercedem vestram.

vestram. Sed tamen hæc oportet facere, & illa non omittere. Rab. Si ergo peccatores erga dilectores suos verè vice volunt esse beneficii, multò magis vos maioris dilectionis signo amplecti debetis, etiã non amantes. vnde sequitur: *Nomen & publicani hoc faciunt?* id est qui publica vestigalia exigunt: vel qui publica negotia seculari vel lucra sectantur. Glo. Si vero pro his tantum oraueritis, qui aliqua affinitate vobis coniuncti sunt, quid amplius habet beneficium vestrum quam infidelium? vnde sequitur: *Et si salutate, fra. ve. tantum, quid amplius facitis?* Saluatio enim est quædam species orationis. *Nomen ethnici hoc faciunt?* Raba, id est, Gentiles, nam ethnus Græcè, Latine gens dicitur, qui tales sunt vt feruntur genti solent, sub peccato. Remig. Quia vero perfectio dilectionis ultra dilectionem inimicorum non potest procedere: ideo postquam dominus præcepit diligere inimicos, subiunxit: *Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est.* Ipse quidem perfectus est vt omnipotens, homo autem vt ab omnipotente adiutus: nam sicut quando quæ in scripturis pro veritate & æqualitate accipitur, vt ibi: Sicut fui cum Moysè, ita & ero tecum. Aliquando autem pro similitudine, vt hic. Ambr. super Matth. Sicut enim filij carnales simulant partes in aliquo corporis signo, ita filij spirituales Deum in sanctitate. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in celo est.* Glo. Postquam Christus legem quantum ad præcepta impleuit, incipit nunc eam adimplere quantum ad promissa: vt pro cælesti mercede præcepta Dei faciamus, non pro terrenis quæ lex promittebat. Omnia autem terrena ad duo potissima reducuntur, scilicet ad humanam gloriam, & ad terrenorum affluentiam: vt in quoque quoque in lege promissum esse vt legitur. De gloria enim dicitur in Deuter. Faciet te dominus excellentem cunctis gentibus, quæ versantur in terra. De affluentia vero temporalium ibidem subdit: Abundate te faciet dominus in omnibus bonis, & ideo dominus hæc duo ad intentione fidelium excludit, scilicet gloriam & terrenorum affluentiam. Sed sciendum quod appetitus gloriæ propinquus est virtuti. Chr. super Matth. Vbi enim res agitur gloriosa, ibi facilis inuenit locum gloriationis occasio: & ideo intentionem gloriæ primo dominus excludit. Præ omnibus enim vitiis carnalibus periculosius hoc esse in hominibus intellexit: cum enim omnia mala seruos diaboli vident, concupiscentia vanæ gloriæ magis vexat seruos Dei, quam seruos diaboli. Ang. in lib. de sent. Prospe. Quas etiam vires nocendi habet humanæ gloriæ amor, non sentit, nisi qui ei bellum indixerit, quia eisi cuiquam facile est laudem non cupere dum negatur, difficile tamen est ea non delectari cum offertur. Chry. super Matth. Intuere autem qualiter incepit velut de terra aliqua difficile cognita disputans & apta farari eum, qui non valde vigilat. Occultè enim ingreditur, & omnia quæ intus sunt, insensibiliter aufert. Chr. in ho. Et ideo hoc cautius cauendum mandat dicens: *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus.* Cor autem nostrum attendere debemus, inuisibilis enim est serpens, quem obseruare iubemus, & latentem ingreditur & ledit. Sed in corde mundo si surrepto inimici successerit, mox homo iustus discernit, quia spiritu alieno pulsatur. Si autem cor fue-

rit iniquitatibus plenum, suggestionem diaboli non facile intelligit. & ideo præmittit: Ne iustitias ac concupiscentias, &c. quia qui malis istis subiectus est, cor suum non potest attendere. Sed quomodo potest fieri vt non coram hominibus eleemosynam faciamus, aut si fiat quomodo non sentiemus? Si enim præsertim aliquo, occurrerit pauper, quomodo dabitur ei absconditè sed educendo enim in secreto videtur, quia datur. Sed considera quia non dixit: Ne tantum coram hominibus faciatis, sed subdit: *Vt videamini ab eis.* Qui ergo non ideo facit, vt ab hominibus vidatur: & si coram hominibus fecerit, non tamen coram hominibus fecisse videtur: qui enim aliquid facit propter Deum, neminem vidit in corde suo, nisi Deum propter quem facit: sicut artifex eum semper habet præ oculis, qui sibi opus faciendum commisit. Greg. Si ergo dantis gloriam quærimus, & publicata nostra opera in conspectu illius occulta seruamus: si verò per hoc nostram laudem conspicimus, foras ab eius conspectu iam sua sunt, etiam si à multis ignoretur: sed valde perfectior est sic ostenso opere actoris, gloriam quærete, vt de illa laude priuata nesciant exultatione gaudere: quam infirmi, quia perfectè contemnendo non superant, necesse est vt bonum quod operantur abscondant. Aug. de ser. do. in mon. In hoc verò quod dicit: *Vt videamini ab eis,* nihil addens: apparet hoc cum prohibuit vt ibi finem nostri propositi colloquamus. nam & Apostolus qui dicit: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Alio loco dicit: Ego omnibus per omnia placeo. Quod non ideo facit, vt placeret hominibus, sed Deo: ad cuius amorem corda hominum volebat conuertere, ex eo quod eis placebat. Sicut non absurde loqueretur qui diceret: In hoc opere quo nauem quæro: non nauem quero: non nauem quero, sed patriam. Aug. de ser. do. Dicit autem: *Vt videamini ab eis:* quia sunt quidam qui sic faciunt iustitiam coram hominibus vt non videantur ab eis, sed vt ipsa opera videantur, & glorificetur pater qui in celo est: non enim suam iustitiam deputant, sed eius cuius fide viuunt. Aug. de ser. do. in mon. In hoc etiam quod addit: *Alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in celo est,* nihil aliud demonstrat, nisi illud nos cauere oportere ne humanam laudem pro nostrorum operum mercede quæramus. Chry. super Matth. Quid autem à Deo recipies, qui Deo nihil dedisti? Nam quod propter Deum fit, Deo datur, & ab eo recipitur: quod autem propter homines fit, in ventos effunditur. Quæ est autem sapientia res dare, & verba vacua comparare, & mercedem Dei contemnere? Vel illum aspice à quo laudem expectas, qui te propter Deum facere putat, alioquin vituperas & te magis. Ille autem qui plena quidem voluntate propter homines facit, ille propter homines fecisse videtur. Si autem per alicuius cor cogitatio vana ascendit, de fidei hominibus apparere, anima autem intelligens contradicit, ille non propter hominem fecisse videtur: quia quod cogitauit, passio carnis est: quod eligit, iudicium anime. *Cum ergo sitis eleemosynam, nolite buri canere ante te, &c.* Aug. de ser. do. in mon. Generaliter supra dominus iustitiam nominauit cum dixit: Attendite ne iustitiam vestram, &c. nunc autem per partes exequitur. Chry. super Matth. Pone autem tria fortia bona, scilicet eleemosynam, orationem & ieiunium, contra tria mala aduersus quæ dominus tentatio-

nis bellum suscepit; pugnavit enim pro nobis contra gulam in eremo, contra avaritiam supra montem, contra vanam gloriam supra templum. Est ergo eleemosyna quæ dispergit contra avaritiam, quæ congregat ieiunium contra gulam, quia est ei contrarium: oratio verò contra vanam gloriam, quia cum omne malum ex malo nascatur, sola vana gloria de bono procedit, & ideo non destruitur per bonum, sed magis nutritur: nullum ergo remedium potest esse contra vanam gloriam, nisi oratio sola. Amb. Omnis autem sententia disciplinae chiltianæ in misericordia & pietate est, & ideo ab eleemosyna incipit, dicens: *Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te.* Glos. Tuba autem est omnis actus vel sermo, per quem operis iactantia demonstratur: puta qui facit eleemosynam, quando aliquem videt præsentem, vel intercedente aliquo, aut honestiori personæ, quæ potest retribuere, aliàs autem non facit. Sed & si in loco secreto fecerit eo proposito ut laudabilis videatur, tuba est. Ang. Sic ergo quod dicit: *Noli tuba canere ante te, ad hoc respicit qui superius ait: Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus.* Hierony. Qui autem tuba canit eleemosynam faciens, hypocrita est. Et ideo subdit: *Sicut hypocrite faciunt.* Iſido. Nomen hypocrite tractum est à specie eorum, qui in spectaculis contexta facie incedunt, distinguentes vulturno vario colore, ut ad personam quam simulat, colorem perveniant: modò in specie viri, modò in femina, ut fallant populum dum in ludis agunt. Aug. de ser. do. in mon. Sicut ergo hypocrita, id est simulatores tanquã imitatores personarum aliarum, agunt partes illius quod non sunt: nõ enim qui agit partes Agamènonis verè ipse est, sed simulat eũ: sic & in ecclesiis in omni vita humana quisquis vult se videri quod non est, hypocrita est. Simulat enim se iustum & non exhubet, qui totum suum in laude hominum ponit. Glos. Et ideo subdit loca publica cum dicit: In synagogis & vicis: Et sicem intentum cum subdit: Ut honorificentur ab hominibus. Grego. 32. Mora. Sciendum verò est quod sunt nonnulli, qui & sanctitatis habitum tenent, & perfectionis meritum exequi non valent, quos nequaquam credendum est inter hypocritarum numerum currere, quia aliud est infirmitate, aliud callida simulatione peccare. Auguſt. de ser. do. in mon. Tales autem qui simulatione peccant, ab inspectore cordis Deo mercedem non capiunt nisi fallacie supplicium. & ideo subditur: Amen dico vobis mercedem suam. Hiero. Non Dei mercedem sed suam. Laudati enim sunt ab hominibus, quorum causa exercere virtutes. Auguſt. de ser. do. in mon. Hoc autem respicit ad illud quod supra posuit. *Alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum.* Sic ergo non quomodo illi eleemosynam facias, sed quomodo faciendi sit iubet convenienter, cum dicit: *Te autem faciem, eleemo. nesciat nisi quid faciat dex. tua.* Chryso. in ho. Hoc autem per superabundantiam dicitur, ac si dicat: Si possibile est te ipsum ignorare, & ipsas manus latere possibile esset, studiosissimum est tibi. Chryso. super Matth. Apostoli autem interpretantur in lib. cano. sic: Dextera est populus christianus, qui est ad dexteram Christi. Sinistra autem est omnis populus qui est ad sinistram. Hoc ergo dicit ne christiano eleemosynam faciente, quæ est dextera, infidelis respiciat, quæ est sinistra. Auguſt. de ser. do. in mon. Sed secundum hoc vi-

debitur, nulla esse culpa velle placere fidelibus: cum tamè in quorumlibet hominis laudem sicut boni operis constituere prohibeamur. Ut autem te imitentur quibus facta tua placuerint, non tantum fidelibus, sed etiam infidelibus exhibendum est. Si autem, ut alij dicunt, sinistram inimicum putaveris, ut nesciat inimicus tuus, cum eleemosynam facis, cur ipse dominus inimicis Iudæis circumstantibus misericorditer sanavit homines? Deinde quomodo cum ipso inimico faciemus, ut illud impleamus præceptum? Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Tertia opinio est ridenda eorum, qui dicunt sinistram nomine vxorem significari: ut quoniam in re familiari tenaciores pecuniarum solent esse feminae: lateat eas cum aliquid viri alienis impendunt, propter domesticas lites. Non autem solis viris hoc præceptum datum est, sed etiam feminis: cui ergo sinistram iubetur femina occultare opus misericordie sue, an etiã vir sinistra erit femina? quod si quispiam putat, cum præceptum sit talibus ut se iniuicem bonis moribus lucrifaciant, non sibi debent occultare bona opera sua, nec furtiva faciendi sunt ut promeratur Deus: quod si occultandum est aliquid quandiu alterius infirmitas id a quo animo non potest sustinere, quanvis non illicitè fiat: non tamen femina per sinistram significari facilè apparet totius capituli significatione, & etiam quã sinistram vocet, quod enim in hypocritis culpatus est, quod scilicet laudes hominum querunt, hoc tu facere vetaris, quapropter sinistra videtur significare delectationem laudis, dextera autè significat intentionem implendi præcepta divina. Cum ergo conscientie facientis eleemosynam miser se appetitio laudis humane, sit sinistra conscia dextera. Nesciat ergo sinistra, id est, non se miscet conscientie tuæ laudis humane appetitio. Dominus autem noster multo magis prohibet solam sinistram in nobis operari, quam eam misceri operibus dexterae. Quo autem sine hoc dixerit, ostendit, cum subdit: *Ut sit eleemosyna vestra in abscondito, id est, in ipsa bona conscientia, quæ humanis oculis demonstrari non potest, nec verbis appetiti, quandoquidem multi multa mentiuntur.* Sufficit autem tibi ad promerendum premium ipsa conscientia, si ab eo expectas præmium, qui solus conscientie inspector est. Et hoc est quod subditur: *Et pater tuus, qui videt in abscondito, red. tibi.* Multa latina exemplaria habent. *Reddet tibi palam.* Chrysoſt. super Matth. Impossibile est enim ut opus boni hominis in abscondito dimittat Deus: sed in hoc seculo manifestat & illo glorificat, quia gloria Dei est, sicut & diabolus manifestat malum in quo malitiæ eius virtus ostenditur. Proprie autem publicat Deus omne bonum in seculo illo, cuius bona sunt communia bonis & malis. Ideo cuiusque illic benefecerit Deus, manifestum est, quia pro mercede iustitiæ suæ meruit illud. Merces autem iustitiæ in hoc seculo manifesta nõ est: quia hic non solum boni, sed etiam mali sunt divites. Aug. de ser. do. in mon. Sed in græcis exemplaribus quæ propria sunt inuenimus, *palam.* Chr. in hom. Si ergo vis habere inspectores eorum quæ facis, ecce habes non solum angelos aut archangelos, sed Deum uniuersorum.

S. HIL A

S. HILARII EPISCOPI Prælatiensis superioris Euang. expositio.

Avidisti quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odies inimicum tuum, & reliqua concludit omnia bonitate perfecta. Amati enim lex, proximum eligebat, & in inimici licentiam odij dabat. Dilige verò inimicos fides præcepit, & petulantes humanarum mentium motus publicæ charitatis frangit affectu: non solum itam ab vitio depellens, sed etiam in amorem mitigans iniuriosos: quia gentium sit amantes amare, & commune sit diligere diligentes. Vocati igitur nos in Dei ut hereditatem ita & imitationem, bonis & iniustus Christi sui aduentu in baptismi & spiritus sacramento, & solem tribuentis & pluviam: ita nos ad perfectam vitam, per hanc publicæ bonitatis concordiam, quia in bonis in celo perfectus pater sit imitandus: instituit. *Attendite iustitiam vestram, ne faciatis eorum hominibus, &c.* Omnem curam rerum præsentium amouet, & attentos tantum esse in spem futuri iubet, neque sectari vel hominum favorem ostentatione bonitatis, vel iactantiam religionis orationis publicæ copia, sed intra conscientiam fidei fructum boni operis continendum: quia humane laudis consecratio, eam tantum quam ab hominibus expectat, mercedem sit receptura. Cæterum promerendi Dei expectatio, premium sit longè patientiæ consequutura. Sinistra quoque manus, ut ignoret opus dexterae. Sed nunquid istud natura corporis sinistra intelligit: sensum manuum ministeria sortiuntur? Verum ut in Dei scientia opera nostra consistant: cum sub nuncupatione membrorum in his quæ geramus, eorum quæ nostra sunt, atque nobiscum sunt, conscientia arceatur.

CHROMATII EPISCOPI Aquiliegens. in superioris Euang. Sermo 1.

Avidisti quia dictum est antiquis, &c. Per omnia vult nos dominus in præceptis suis esse perfectos. Iam dudum quidem in lege præceptum est: Diliges amicos, & odies & inimicos, sed populo terreno, & carnali secundum tempus data ista præcepta sunt, sicut & illud: Oculum pro oculo, dentem pro dente: Nunc autem Evangelico populo traduntur præcepta cælestia, ac perfectæ iustitiæ, ut inimicos diligamus, odientes amemus, pro calumniantibus ac persequantibus nos oremus, ut vere filij Dei esse mereamur, qui pro misericordia sua indiscrete super bonos, ac malos, iustos, atque iniustos, vitæ præsentis beneficia cælestia, ac dona largitur. Ad huiusmodi præcepta Evangelica custodienda etiam per Esaiam hortatur nos sanctus spiritus dicens, Audite verbum domini, qui timetis nomen eius, dicite, fratres nostri estis iis, qui vos oderunt, & abominantur, nomen domini magnificetur, & appareat illis in iucunditate eorum, & illi confundantur. Vnde non immerito David in Psalmo ita testatur dicens: Domine Deus meus, si feci hæc, si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis. Beatus quoque Iob idipsum ita commemorat dicens: Quod si ganisus sum in delicto inimici mei, si di-

xi in corde meo, benefactum est, audiet auris mea maledictionem. Hæc autem Evangelicæ gratiæ præcepta, quæ nunc ad salutem hominum data sunt, inuenimus per mandata legis in animalibus formata cum dicitur: Si, inquit, videris bones inimici tui sub onere iussisse, non transies, sed eleuabis cum eo, ut iam tunc in lege Moyſi vnusquisque in animalibus disceret, quod quandoque secundum Euangelium facturus esset in homine. Et merito sequitur: *Si diligitis eos, qui vos diligunt, &c.* Ostendit dominus meritum nos perfectæ dilectionis habere non posse, si eos tantum diligamus, à quibus vicem nobis rependi dilectionis mutuae nouerimus, cum huiusmodi dilectionem etiam Gentibus, ac peccatoribus sciamus esse communem. Vnde vult nos dominus communem legem dilectionis humane lege dilectionis Evangelicæ superare ut non solum circa eos, qui nos diligunt, sed etiam circa inimicos, & odientes amoris nostri ostendamus affectum, ut veræ pietatis, ac bonitatis paternæ in hoc imitemur exemplum. Et addidit: *Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, &c.* Ab omni iactantia inanis gloriæ, atque humane cupiditatis vult nos esse dominus alienos, ut opus iustitiæ nostræ non hoc studio faciamus, quo hominibus placere velimus, sed soli Deo, à quo expectamus meriti nostri mercedem. Amittit enim meritum iustitiæ apud Deum, qui ideo iuste vult viuere, ut gloriam humane laudis acquirat, vnde Apostolus ait: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Dehinc ait: *Cum facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, &c.*

In omnibus nos dominus ad perfectæ fidei gloriam doctrinæ cælesti conformat. Superius docuit opus iustitiæ non propter homines, sed propter Deum esse faciendum: Nunc quoque iubemur eleemosynam facientes, tuba canere non debere, id est, non promulgare, quod facimus, quia non est deuotæ mentis, ideo in Dei rebus aliquid operari, ut gloriam humane laudis expectet. Plerique enim ideo aliquid in vsum pauperum largiuntur, ut inancem laudem hominum, & famam seculi de facultate mereantur, quos operis sui mercedem in hoc seculo recepisse dominus manifestat: quia, dum hanc gloriam seculi querunt, mercedem futuræ promissionis amittunt, & ideo addidit dominus dicens: *Ut sit eleemosyna tua in abscondito, &c.* Volens opus misericordie non esse publicum, sed occultum, id est, ut non propter hominum laudem, sed propter Deum tantum operemur, à quo expectamus cælestem gloriam, & futuræ benedictionis mercedem. Huius autem fidelis operis eleemosynam sub religiose taciturnitatis silentio Salomon ecclesiam collaudans olim protelatus est, dicens: Speciosa genæ tuæ propter taciturnitatem, de qua ait dominus: *Nesciat sinistra tua, quod faciat dextera tua.* Sed non hic dominus de humani corporis manibus loquitur, quibus nec videndi, nec loquendi vilis est sensus, sed in manu dextera vel sinistra, aut opus, aut homines significantur. Denique scriptum legimus in libris Regnorum, manu homines significari, cum dicitur: Nonne decem mihi manus sunt in Israel? id est, decem tribus Israel. Vnde non dubium est in dextera manu iustos significari, in sinistra vero peccatores intelligi, secundum quod Salomon retulit: Partes dexteriores nouit dominus. Permettæ autem sunt, quæ sunt à sinistis. Huius autè dexterae,

Galat. 1.

ac

ac sinistra intelligentiam dominus in Euangelio aperitissime manifestat, cum iustos à dextris, peccatores vero à sinistris collocandos esse declarat. Hæc ergo dextera iustorum si quid secundum præceptum domini operatur, iubetur sinistra nescire, id est, ut, quod religiose, ac fideliter operamur, in conspectu peccatorum, & infidelium hominum non iactemus. Verum, si quid non humanæ laudis studio etiam coram religiosis fratribus fideliter faceremus, non potest opus deuotionis, ac fidei à fratribus iactantia indicari, ante dominum, ac saluatorem nostrum, qui est benedictus in secula, Amen.

S. HIERONYMI PRESBYTERI IN IDEM EUANG.

EGA autem dico vobis: diligite inimicos vestros: benefecite his qui oderunt vos, &c. Multi præcepta Dei imbecillitate sua non sanctorum viribus æstimantes, putant esse impossibilia quæ præcepta sunt, & dicunt sufficere virtutibus non odisse inimicos: ceterum diligere plus præcipi, quam humana natura patiatur. Sciendum est ergo Christum non impossibilia præcipere, sed perfecta: quæ fecit Dauid in Saul & in Absalon. Stephanus quoque martyr pro inimicis lapidantibus deprecatus est. Et Paulus anathema cupit esse pro persecutoribus suis. Hæc autem Iesus & docuit & fecit, dicens: Pater ignosce illis: quod enim faciunt, nesciunt. *Ps. sicut pater tuus qui in caelo est.* Si Dei præcepta custodiens, filius quis efficitur Dei: ergo non est natura filius, sed arbitrio suo. *Attendite, &c.* Cum ergo facis elemosynam, noli tuba canere ante te &c. Qui tuba canit elemosynam faciens, hypocrita est. Qui ieiunans demolitur faciem suam, ut ventris inanitatem monstrat in vultu, & hic hypocrita est. Qui in synagoga & in angulis platearum orat, ut videatur ab hominibus, hypocrita est. Ex quibus omnibus colligitur hypocritas esse, qui quodlibet faciunt, ut ab hominibus glorificentur. Mihi videtur & ille qui dicit fratri suo: Dimitte, ut tollam festucam de oculo tuo: nam propter gloriam hoc facere videtur, ut ipse iustus esse videatur. Unde dicitur ei à domino: Hypocrita, ecce primum terbeum de oculo tuo. Non itaque victus, sed causa virtutis apud Deum mercedem habet. Et si à recta via paululum declinaueris, non interest vtrum ad dexteram vadas, an ad sinistram: cum verum iter amiseris. *Te autem faciente elemosynam, nesciat sinistra tua, quod faciat dextera tua, &c.* Non solum elemosynam, sed quodcumque feceritis boni operis, debet sinistra nescire: si enim illa scierit statim dextera opera commaculatur. Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Non Deo mercedem, sed suam; laudati sunt enim ab hominibus quorum causa exercere vitutes.

S. IO. CHRYSOSTOMI Episcopi Constantin. in superius Euang. Hom. 1.

Avidisti quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odies inimicum tuum, &c. Perspice, obsecro, quemadmodum vltimam posuit coronam bonorum. Propterea quidem docet non modo casum

palmis ferre patienter, aliamque etiam maxillam patare: & auferenti tunicam, etiam pallium concedere: sed & mille adigeni passus, per duo quoque alia præbere comitatum, ut, quod his maius erat, cum omni facilitate susciperes. Et quidnam, inquis, his maius est? Videlicet ista facientem nulli esse profus inimicum, imò, quod potius est, atque perfectius, etiam illius, à quo leditur, amicum. Non enim dixit, non oderis: sed, *diligite*, inquit: nec ait, nolite nocere: sed, *benefecite*: quòd si aliquis diligenter examinet, horum quoque ipsorum aliud, & multò his maius additamentum videbit. Neque enim vtrumque; inimicis amari docuit, sed pro inimicis etiam supplicari. Vidisti nempe quantis ad perfectionem gradibus ascenderit, & quemadmodum nos ad ipsum virtutis cacumen eduxerit: à superioribus igitur ad inferiora numerando descendit. Primus, ne prior iniuriarum ordiare. Secundus, ubi est iniuria cepta, ne tu illam eodem pacto propellas. Tertius, ne par pari referas, sed quiescas. Quartus, ut etiam præbeas te ipsum ad iniuriam sustinendam. Quintus, ut etiam ad maiora se præbeat, quam vult ille, qui fecit. Sextus, non odisse à quo ista perpetitur. Septimus, etiam diligere lædentem. Octavus, beneficium quoque eum libenter afficere. Nonus, etiam Deum pro aduersario deprecari. Perplexiti celsitudo in philosophia, & idcirco tam clare est digna præmio, quia tam magno est subiecta præcepto, quò lque ingentè semper animam, & studium omnino multum requirat, nam & præmium illi tale proponit, quale priorum omnino nulli. Neque enim terat hic meminit, sicut in mitibus, nec consolationis, ac miserationis, sicut in lugentibus, atque miserentibus. Neque regnum caelorum memorat, sicut in pauperibus spiritus, persecutionemque patientibus, sed, quod his erat longè sublimius, ut scilicet fierent similes Dei, prout tamen hominibus id esset possibile. *Ps. sicut pater tuus qui in caelo est.* Tu verò diligenter nota, quemadmodum neque hic, neque in superioribus patrem suum vocet. Nam ibi quidem, ubi de iuramentis agit, Deum appellat, magnūque regem: hic verò eorum patrem vocauit: id autem facit, ut sermonem de hoc opportunius in tempus referens. Deinde ipsam quoque similitudinem proferens. Qui, inquit, solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Nam & ipse quoque non modò non odit (inquit) contemtores suos, verum etiam beneficis manerat. Et certè nequaquam est æquale peccatum, non modò propter cumulum beneficij, verum etiam propter eminentiam dignitatis. Tu enim à consensu patris iniuriarum, ille verò à seruo, & quidem mille beneficis affecto. Et tu quidem verba donas pro illo videlicet supplicando: Deus verò res ipsas satis, magnas satisque mirificas quotidie solem redicens, & opportunas per totum annum pluias subministrans. Sed tamen concedo ita esse te illi profus æqualem, ut hominem homini esse possibile est. Noli igitur odisse malum tibi hic aliquid inferentem, sed magis ama, quasi multorum tibi conciliatorem bonorum, & que ad amplissimum honorem lædendo ducentem, alioquin & dolorem passus es, & futura mercede nudatus. Quod certè extremè omnino dementiæ est, ut aliqui, quum maiora perpessi sint, nequaquam minora sustineant. Et quemadmodum, inquires, fieri ista possibile est? Vidisti Deum hominem

hominem fieri, & eouque pro tua descendente salute, tantique propter te esse perpeffum, & adhuc inquis, & dubitas quemadmodum possibile sit, iniurias donare conferuis? Non audisti eum in patibulo dicentem? Pater, dimitte eis, non enim sciunt quid faciunt? Nò audisti Paulum dicentem: Christus Iesus, qui mortuus est, qui & resurrexit, qui & sedet ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis: Non vides quia & post crucem, & post resurrectionem Iudæis interfectores suos apostolos miserit, bona illis innumera portantes, sed ab eis mala innumera passuros? At tu plurimū omnino lætus es. Verum quid tandem tale perpeffus es, quale tuus, imò omnium dominus? Vincit lotis, verberatus flagellis, palmis ora temeratus, consputus à seruis, ad mortem vsque deductus, & mortem omnium turpissimam, & infensissimam, & hoc, postquam beneficia eis mille contulerat. Sin autem omnino nimis lætus es, idcirco nihilominus beneficium refer nocenti, ut & tibi facias maiorem coronam, & fratrem periculo grauissimi languoris absolvas. Nam & medicus quando iniuriis, & calcibus cæduntur furentum, tunc illorum magis, magisque miseretur, tum maxime ad reddendum illis sanitati paratur, scientes quòd excellentiam morbi significat ea iniuria. Et tu igitur de inimicis eandem teneto sententiam, sicque vtere tibi iniuriarum cupientibus. Illi namque sunt maxime ægroti, omnemque violentiam sustinentes. Libera te igitur à pessima læsione, & tumescens in te iram remitte. Libera te à sanctissimo demone, propterea scilicet mentis fatore. Nam, & quum aliquos à demone actos videmus, sæpe lachrymatur, non autem agimus, ut ipsi quoque eadem illa patiamur. Hoc igitur etiam in eorum, quos diximus ratione seruemus: illorum enim sunt similes iracundi, imò illis longè miserosiores, qui vti que scienter insanunt. Propter quod & inuitabilis est eorum ista demencia. Noli igitur insultare iacenti, quinimo miserere. Etenim, si videamus aliquem horribiliter vexatum, & vertiginis suæ tenebris obiectum, qui; etiam malignum illum humorè vrgatur euomere, porrigimus manum, & supportamus, huic, illucque iactatum. Et si, vestimenta ille nostra polluat, non auerfamur, neque abiicimus ægrotum; sed illud tantummodo vnum requirimus, quemadmodum à tam grandi hac eum angustia liberemus. Hoc igitur etiam erga istos faciamus, ut & supportemus vomentes, & confoceamus ægros: nec eos vspiam relinquamus, priusquam totam profus amaritudinem ponant: & tunc tibi gratiam, qui talis fuerit, exoluet. Quando enim eiusmodi æger à passione requieuerit, tunc liquido cognoscat, à quanta illum cõtribaratione sanaueris: & quid dico ab illo tibi tibi gratiam referendam? Deus te illico coronabit, & innumeris remunerabit bonis, quia fratrem tuum grauissima ægritudine liberaisti: sed etiam ille te honorabit, ut dominum, modestiam tuam per cuncta miratus. Nòne vides parietes fecerimas, quemadmodum assistentes sibi sæpe commordeant, & tamen illæ minime dolent? imò dolent quidem, sed ipsum dolorem fortiter ferunt, ac dolentibus, & partus vexatione cõcessis, maxime condolent. Hatum igitur etiam memineris, & noli esse feminis mollior. Quum enim mulieres istæ pepererint (quippe huiusmodi mulieribus impatiens fluxibilibus sunt) tunc te vtrum esse cognoscent. Sin autè videntur gratia præcepta, con-

sidera, quia ideo aduenerit Christus, ut hæc in nostris mentibus sereret, & vitia non amicis modò, verum etiam inimicis efficeret. Propterea vtramque habere etiam curam iuber, & fratrum videlicet, quando dicit; Quum autem offers munus tuum ad altare: & inimicorum, quum tibi eos diligere imperat, & orate pro ipsis Deum. Et non solum Dei ad hoc hortatur exemplo, verum etiam viliam personarum. Si enim dilexeritis, inquit, diligentes vos, quam mercedem habebitis? nòne & publicani hoc faciunt? Tale quid dicit & Paulus: Nondum vsque ad sanguinem restitisti aduersus peccatum repugnantes. Si igitur hæc feceris, cum domino vti que perstitisti; si verò neglexeris, in Publicanorum parte numeraberis. Nempe considerat, quemadmodum non tanta sit præceptorum magnitudo, quanta differentia personarum. Non modo igitur rem cogitemus ipsam, quòd sit videlicet difficile præceptum, sed respiciamus & præmium: & consideremus, cuius efficiamur similes, implendo præcepta, quibus etiam comparemur, peccata faciendo. Et fratri quidem reconciliari fratrem iubet, nec ante profus abfistere, quam inimicitias extinguat. Quando verò de omnibus disputat, non iam huic nos necessitati subiecit: sed ea tantum, quæ à nobis debentur, efflagitat, hoc quoque efficiens facilia præcepta. Quia enim dixerat, itaque persecuti sunt & Prophetas, qui fuerunt ante vos, ne propter hæc eos amari haberent, iubet non modò ut sustineant, ista facientes, verum etiam diligat. *Perpiscis ne igitur, quemadmodum radicis profus euellat & iracundiam, & concupiscentiam: tum illam que erga corpus est, tum istam, que erga pecunias, vel erga gloriam, vti amque præsentem? Hoc autem quòquam & ante iam fecerit, multò tamen nunc amplius facit.* Quando enim pauper aliquis fuerit, ac mitis, ac lugens, irà profus excludit. Quando iustus & misericors, habendi cupiditatem repellit: sed & cū mundo corde quis fuerit, obscœna profectò concupiscentia liberatur. Qui verò persecutiones patitur, & tolerat iniurias, & æquanimiter dinerorum obrectatione laceratur, præsentia etiã iam cuncta despiciat, atque ab omni fastu, ab omni gloria vanitate sciungitur. Quum igitur absoluerit his vinculis auditorem, atque ad varia cum certamina præparasset: aliter quoque, & maiori omnibus diligentia hæc vitia rursus euellit. Quum enim ab ira fuisset exorsus, & vndique nervos istius passionis excidisset docendo, atque dixisset, Et qui irascitur fratri suo, & qui racha vocat, & qui faros, puniatur: & qui offert munus, ne ad altare accedat, priusquam inimicitiarum nodos exsoluat, & qui habet aduersarium, antequam ingrediat ad iudicium, ex inimico faciat amicum. Rursus ad concupiscentiam regreditur, & dicit, Qui videtur oculis impudicus, sicut adulter puniatur: Qui scandalizatur à muliere turpi, vel ea, que iuncta est coniugio, vel à quolibet, qui ei per vsum familiaritatis incommodat, omnia hæc penitus abscondat. Qui mulieri iunctus est lege connubij, nunquam eam expellat, & alteram ducat. Per hæc enim pendente concupiscentia radices profus euellit. Iam verò hinc pecuniarum amorem cõtereas, præcipit nunquam omnino iurare, nunquam omnino mentiri: nec tunicam, qua quis induitur, aliquando sibi vindicare, quinimò etiam pallium indulgere rapienti, ipsam, quum exigitur, corporis sui operam sponte

sponte geminare. Quod certe plenissimum fecit desiderium, quod erga pecunias ardemus, extinguere. Post horum igitur variam præceptorum coronam inducit consequenter, & dicit; *Orate pro calumniatoribus, & persequentibus vos.* Per quod scilicet auditorem ad supernum philosophiæ cacumen eduxit: sicut enim maius est, cædi palmus, quam esse mitis: ut perfectus est, rapienti tunicam etiam pallium suum cedere, quam esse misericordem: ut constantius est, pro iniuria passum aliquid ferre patienter, quam ipsam exercere iustitiam, atque, ut grandis est vel ad operam comprehensum, libenter sequi, vel ad maxillam alteram præbere ferienti, quam esse pacificum: ita celsius est, persequentibus benedicere, quam ipsam persequenti molestiam sustinere. Vides certe, ut paulatim auditores suos ad fastigia prorsus euehat ipsa cælorum. Quoniam igitur digni supplicio sumus, qui, quom ad similitudinem Dei vitam nostram informare iubeamur, forsitan ne gentilibus quidem inueniamur æquales? Si enim diligere diligentes te, publicanorum est, atque gentiliū; quando ne id quidem faciamus, qui iustus fratrum laudibus inuidemus, quæ non tormenta patiemur? Qui enim iubemur iustitia superare Pharisæos, Gentilibus quoque inferiores iacemus. Quemadmodum igitur, responde quæso, videbimus regnum futurum? Quemadmodum sacrum illud merebimur adire vestibulum? Quemadmodum sacrum illud merebimur adire vestibulum, qui nec Publicanis quidem ipsis inuenimur meliores? Id enim signavit, dicendo: *Nomen & Publicani hoc faciunt?* Quod verò vel præcipue doctrinam eius admirabilem facit, ubique cum multo etiam cumulo præmia ponit bonorum: ut est Deum videre, regnum accipere cælorum & in Dei filios adoptari, & misericordiam consequi, & consolationem mereri, & mercedem recipere copiosam. Sicuti verò id opus est etiam tristitium mentione. In cunctis attingit, & parcis. Nam gehæne quidem nomen semel in tantis sermonibus posuit, & in aliis quibusdam similibus breuitate perstrictis, sæpe autem cohortatorio magis quam comminatorio sermone vitens, corrigat auditorem dicendū: *Nomen & Publicani hoc faciunt?* Et, si sal infatuatum fuerit: & minimis vocabitur in regno cælorum. Est verò ubi etiam ponit peccata pro pœnis, ut supplicij pondus potius per semetipsum auditor intelligat: ut quum dicit, mœchatus est eam in corde suo, & facit eam mœcham: & quod abundantius est à malo est. Intellectu quippe potentibus ad emendationem sine pœnæ nomine commemorata peccati sufficit magnitudo. Propter quod hic etiam publicanos, atque gentiles producit in medium, ut tales discipulis comparando personas, ad virtutem illos etiam pudore succendat. Quod etiam Paulus fecit dicendo; Sicut & ceteri, qui spem non habent; & sicut gentes, quæ ignorant Deum. Ostendens quoniam nihil ab eis supra modum exigit, sed mediocre quiddam, & plurimis vltatum. *Nomen & Ethnici, inquit, hoc faciunt?* Sed non hic tamen sermonem terminat, quem certe opportunus finit in præmissis, spebusque melioribus dicens; *Esote ergo perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est.* Sæpissimè cælorum nomen, ac ferè ubique disseminat, ab ipso etiam præmiorum loco eorum animos suscitando, adhuc enim infirmius quiddam, crassiusque sapiebant. Omnia igitur, quæ dicta sunt, iugiter mente volentes, plurimam etiam inimicis

8. Math. 9.
Luce. 14.
Matth. 5.

1. 7. h. 4.

studeamus impendere charitatem, & ridiculam illam consuetudinem omnino pellamus, quam rationis inopes plurimi patiuntur, expectantes ut prius saluentur ab inimicis, quinque illud, quod plurimam certè beatitudinem continet, negligentes, hoc, quod est plenum irrisionis, adamarunt. Cuius enim rei gratia eum salutatione non præuenis? quia hoc, inquit, expectat. Propterea ergo præcipue ad hoc oportet occurrere, ut tu potius accipias humilitatis coronam. Nō, inquit, sed quia id ipsum ille quæsiuit. Et quid hac satisfactione deterius? Quia, inquit, ille mihi factus est mercedis occasio, nolo hanc accipere mercedem. Si enim ille te salutat prior, nihil tibi proficiet amplius etiā salutanti; imò illi potius hoc proderit, qui te anticipat officio. Si verò tu prius ad salutandum properes, lucrum de illius tumore cepisti, & largissimum quandam fructum de illius superbia etiam messuisti. Quemadmodum igitur non extremam omnino verecundiam est, ut qui nudis etiam verbis tantum capere fructum possumus, eum tamen sponte per damus, & super quo culpamus alterum, in id ipsum nihilominus incidamus. Si enim culpas, quoniam prius ab alio salutationis expectemus officium: cur, obsecro, quod reprehendis, imitaris? Quodque ipse malum esse conuerteris, cur & hoc quasi bonū rursus exequeris? Vides certè quā nihil sit omnino vecordius homine inter vitia vitæ, te, propter quod, obsecro, fugiamus hinc tumorem malignum pariter, atque ridiculum. Mille quippe hic animum morbus amicitias dissipat, multasque operatus est simulatas, & idcirco huius quoque homines nos præueniamus officio. Qui enim & cædi palmis, & cogit, atque nudati ab inimicis iubemur, & tamen ferre patienter, qua tandem digni venia sumus, qui in salutatione nuda tam grande vitium contentiosis offendimus? Despicimur, inquit, & cōspiciabimur pro fusos, quum ei hoc donauerimus. Et ne contemneris, homo, offensis Deum? Ne contemnat te conferuum seruus, Deum ipsum contemnis, & eum certè, qui tantis beneficiis te honorat? Si enim indignum est, ut te, qui eiusdem honoris es, despicat: quantū indignus est à te contemni Deum, qui omnium esse creator, & dominus? Post hæc vero etiam illud expende, quoniam te ille contempserit, tunc tibi maioris fiet mercedis occasio. Propter Deum enim nimis ista perpetaris, quia scilicet legem eius audisti. Hoc enim quo tandem digno honore pensandum est? quibus diadematis conferendum? Mihi verò magis proueniet inimicitias sustinere propter Deum, atque contemni, quam vel à cunctis regibus honorari. Nihil enim proflus, nihil huic potest gloriæ comparari. Hanc igitur insequamur, sicut ipse præcepit, & omnino, nihil esse omnia humana ducamus. Sed certam ostendentes philosophiam, vitam nostram in cunctis proflus officiis ordinemus. Hinc enim merebimur frui & possessione cælorum, & gloria eorum, quæ ubi sunt præmiorum: quasi angeli quidam cum hominibus ambulantes, tanquam virtutes cælorum in terrarum regione degentes, ut extra omnem conturbationem positi, omnemque merorem etiam bona ineffabilia consequamur: quibus nos omnes contingat potiri, gratiā, & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

EIVSD

EIVSDEM DE EODEM
Homil. 2.

Ex Hom. 19.
in Matth.

Attendite autem ne faciatis elemosynam vestram coram hominibus, ut videamini ab eis. In potentissimam hic hominum eliminat passionem, rabiem quam quidam scilicet, ac furor, quem ab aliis vitis emendati, de inanis gloriæ amore patiuntur. Nam inter principia quidem ipsa doctrinæ nihil super hac passione differuit, Erat quippe superfluum, si, priusquam aliquid sanctorum operum facere suaderet, quomodo ea facerent, & quemadmodum singula quæque exequeretur doceret: postquam verò in studium philosophiæ illos induxit, tunc iam pestem illis istam, quæ illis importunè assistere consuevit, interimit. Neque enim ut eam que gignitur hæc argritudo, sed cum plurima ex his, quæ præcepta sunt, fecerimus. Oportuit ergo prius inserere virtutem, & tum demum noxium illi itius passionis germen necare. Et considera Luce 8. unde ipsam sumat exordium, ab elemosyna scilicet, oratione, atque ieiunio. In his enim maxime solet gloria cohabitare virtutibus. Nam pharisæus quoque ille hinc fuerat inflatus, atque dicebat: Ieiunio bis in sabbato, decimas de omnibus, quæ possideo, & hoc in ipso glorians oratione promebat, quum certè ad ostentationem emississet conuincitur. Quia enim nullus tunc illi asterat aliter, publicano se ostentando dicebat: Non sum qualis publicanus iste, vel ceteri hominum. Considera unde saluator noster fuerit exorsus, qui quasi de insidiosissimo aliquo serpente loqueretur, potentissimè fugandi, ei vitæque, qui non tota profus mente vigilasset, *Attendite, inquit, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus.* Sic enim Paulus Philip. monens; Videte, inquit, vias, videte malos operarios. Clam quippe ingreditur bestia, cunctasque bene orientas intus maxima cum quiete, & absque villo sensu perdentis exoritur. Quia igitur plurimum fecit de elemosyna se monem, Deumque adduxit in medium, qui solem suum ortiri facit super bonos, & malos: atque auditorem ad liberalitatem vndique cohortatus, etiam gaudere perfluat largitate donandi, consequentissimè cuncta proflus, quæ pulcherrimam, & feracissimam hanc oleam necare nititur, euellit: propter quod ait, *Attendite, ne elemosynam vestram faciatis coram hominibus:* illa verò, quæ superius dicta est, Dei est propria misericordia. Cum verò dixisset: *ne faciatis coram hominibus:* adiecit, *ut videamini ab eis.* Et videtur quidem ipsum etiam antè dixisse. Sed, si aliquis diligenter expendat, non hoc vnum, atque idem, sed aliud quidem illud, aliud verò esse istud inueniet. Multam enim præceptum hoc continet cautionem, & ineffabilem quandam Dei erga homines curam id vitæ prouidentis, ne cuius huius mercedem operis amittant. Potest enim aliquis etiam coram hominibus elemosynam facere, nec tamen hoc ideo facere, ut eam oculis hominum ostentet, & aliquis non coram hominibus faciens, eo tamen animo facere, ut se id facientem optet videri. Propter quod non omnino indifferete factū ipsum sed voluntate aut coronat, aut punit: nisi enim hæc diligentia fuisset adiuncta fecisset plurimos ad misericordiam segniores: quia scilicet nō omnes vbiq; possent per cuncta id facere latentes. Propterea ab huius te vinculo necessitatis ab-

soluens, non fini operis, sed voluntati operantis mercedem, damnūve decernit. Ne enim diceret, quare ergo sustineo detrimentum, si quod etiam facio, alter aspexerit? Non hoc, inquit, requirit: sed tuam profecto mentem, modūque miserendi. Curate quippe vult animam, atque omni argritudine liberare. Postquam igitur datum illud expuldit, quod dari ad ostentationem solet, quātūmq; id damnum inferret, edocuit: est enim vanè illud, frustra que fecisse: animos eorum rursus exscitavit, dum & patrem memorat, & cælum, ne scilicet sollos eo damno mercedis exterreat, verum etiam illius, à quo geniti memoria coiret. *Non habebitis, inquit, mercedem apud patrem vestrum, qui in cælis est.* Verum ne hic quidem stare contentus est, sed ad vltiora progreditur, alique rursus modis plurimum eos ab inani gloria hortatur. Sicut enim superius publicanos posuit, atque ethnicos vt imitatores malorum de personarum etiam qualitate confunderet: ita hic quoque commemorat hypocritas. *Quum, inquit, faciis elemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocrite faciunt.* Non quia verò illi stipem ad signum erogant tubarum, sed maxiam in eis volens notare ostentationis insaniam, opportunitissimè translatione verborum vitij eorum redundantiā publicant. Et bene hoc nominavit hypocritas. Erat quippe facies quidem ipsa miserentium, mēs verò inhumanorum, atque crudelium. Non enim vt proximorum miserentur dabant, sed vt ipsi delectatione gloriæ pascerentur, quod certè erat crudelitatis extremæ; alios quidem famæ, hos autem pereuntis honoris, auditate captati, & non toto cum affectu operis, ac mentis affectu periculum soluere proximorum. Non, ergo tantummodo dedisse elemosynam, sed quemadmodum oportet dedisse, virtutis est. Postquam illos sufficienter igitur notauit, ac tetigit, maxiam certè audientibus incutiens verecundiam: iam hic tam graniter egrotauerunt corrigi voluntatem. Quomodoque ostendit quomodo non fieri debet elemosyna, quemadmodum debet fieri, rursus ostendit. Quoniam igitur modo fieri debet? *Nesciat, inquit, sinistra tua, quid faciat dextera tua.* Hic quoque non manus voluit intelligi, sed exaggeratum posuit hunc sensum. Si, inquit, possibile est, te ipsum quoque ignorare, quod facis: sit tibi hoc proflus in studio, non (vt opinantur quidam) ab iniustis tantum hominibus misericordie opus voluit abscondi, cunctos enim iussit omnino celari. Deinde animaduerte merces ipsa quanta sit. Quia enim erat inde etiam supplicium, hinc iam ostendit & præmiū, vt eos ad viam rectam ex vtroque compellat, atque ad doctrinæ excellentia perducat. Docet quippe vt sciant Deum vitæque esse presentem: & quia non vtiq; ad hanc tantummodo vitam vel bona, vel mala nostra perueniant: sed quia terribile nos expectat post ista iudiciū, & sua vitæ, cuique actuum retributio reternatur, ac pro diuinitate operum, vel pœna, vel gloria: & quia hoc magnum, nec exiguum alicuius opus latebit, etiā si ad præsens omnes proflus homines celare videatur. Hæc nanque cuncta memorauit, dicendo; *Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* Propter quod magnum omnino facere elemosynam, atque honestissimum residere ostendit theatrum, quod cupiebat potissimum, hoc cum magna illi copia largiendo. Quid acsideras, inquit, nonne est aliquos operum spectatores tuorū? Ecce igitur

Bibl. Hom. tom. 2. h. habes

habes non angelos, atque archangelos tantum, sed etiam horum omnium Deum, quod si habere etiam homines spectatores concupiscis, ne hac quidem, quam præcipue cupis, mercede priuaberis, sed quum opportunum tamen tempus aduenit, quando certe, cum maximo tibi hoc cumulo præstabitur, quod requiris. Nam modo quidem si spectari velis, decem vel viginti, aut centum tantummodo hominibus ostentare te poteris, si verò latere nunc curaueris: tunc ipse te prædicabit Deus, toto profusus orbe præsentem. Itaque, si opera tua maxime sciri cupis, nunc illa occulte diligenter, vt eadem tunc ad maiorem tuum spectent honorem, Deo scilicet ea faciente manifesta, & ea referente præfusa, coramque omnibus prædicante. Nunc verò cuncti te culpabiliter videntes, quasi gloria inanis audimus: si verò te viderint à Deo coronatum, non modo non culpabunt, verum etiam admirabuntur omnes, atque laudabunt. Quum igitur maximam queas accipere mercedem, magisque admirationi esse cunctis, si modò exiguum tempus expectes: perpende quantæ sit omnino dementia vt tuque id pariter admittere, & eum, qui à Deo mercedem operis efflagit, ad spectandum ipsum opus homines aduocare. Si enim ostentare nos volumus, patri ante omnia nos studeamus ostendere, qui & coronandi nos tenet potestatem, & mercede priuandi. Et certe etiam si futuri præmij damna non essent, tamen gloria cupidus non decebat diuinum spectaculū relinquere, male oculis placere mortalium. Cuius enim stoliditatis est, vt ad spectandas virtutes eius rege properant, illum quidem relinquat, ac negligat: ab egenis verò, atque mendicis spectari velit, ab eis que potius laudem requirat: Idcirco igitur non solum nos ob ostentatione nostri etiam verat: verum etiam nobis studium inliciti latenti. Non enim est hoc proorsus a quale, si quidem minus agit qui apparere non studet, quam qui studuit & latere.

EIVSDEM DE EODEM
Homil. 3.

Ep. Hom. 8. ex caris in Matih.
Nullo tempore, dixit testis discipulis suis: *Audistis quia dictum est antiquis: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros: benefacite hu qui vos oderit.* Et reliq. Per omnia vult nos dominus in præceptis suis esse perfectos. Nam dudum in lege præceptum est, Diligere amicos, & odies inimicos. Sed populo carnali & terreno secundum tempus data ista præcepta sunt, sicuti & illud: Oculum pro oculo, dentem pro dente. Nunc autem euangelica populo traduntur præcepta, caelestis ac perfectæ iustitiæ, vt inimicos diligamus, odientes amemus: pro calumniantibus, ac pro persequentibus oremus, vt verè filij Dei esse mereamur, qui pro misericordia sua indifferetè super bonos ac malos, iustos atque iniustos, vitæ præsentis beneficia caelesti dono largitur. Ad huiusmodi præcepta euangelica custodienda etiam per Esaiam hortatur nos sanctus spiritus, dicens: Audite verbum domini, qui timeitis nomen eius. Dicitis fratres his qui oderunt & abominantur, vt domini nomen magnificetur, & appareat illis in iucunditate eorum, & illi confundantur. Vide non immeritò Dauid in Psalmo testatur, dicens: domine Deus meus si feci hoc, si red-

didi retribuētibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis. Beatus quoque Iob id ipsum ita commemorat, dicens: Qui si gaufus sum in delicto inimici mei, si dixi in corde meo, bene factū est, audiat auris mea maledictionem. Hæc autem euangelicæ gratiæ præcepta, quæ nunc ad salutem hominum data sunt, inuenimus per mandata legis in animalibus formata, cum dicitur: Si, inquit, videris bouem inimici tui sub onere iussisse, non petranabis, sed elenabis eum. Vtinam tunc in lege Moyfi vnusquisque in animalibus disceret, quodeunque secundum Euangelium facturus esset in homine. Et meritò sequitur: *Si digigit eus qui vos diligunt, quam mercedem habebit? nōne & publicani hoc faciunt? Et si saluauerit fratres vestros tantum, quid amplius faciet? nōne Ethnici hoc faciunt? Estote ergo & vos perfecti, sicut & pater vester caelestis perfectus est.* Ostendit dominus meritum nos perfectæ dilectionis habere non posse, si autem diligamus eos, quibus vicem nobis rependi dilectionis mutæ nonerimus, cum huiusmodi dilectionem etiam Gentibus ac peccatoribus scimus esse communem. Vnde vult nos dominus communem legem dilectionis humanæ lege dilectionis euangelicæ superare: vt non solum circa eos, qui nos diligunt, sed etiam circa inimicos & odientes nostri amoris ostendamus affectum, vt verè honoratis, ac pietatis paternæ in hoc imitemur exemplum. Et addidit: *Attendite ne iustitiam vestram faciat coram hominibus, vt videamini ab eis: & reliqua.* Ab omni iactantia inanis gloriæ, atque humanæ cupiditatis vult nos esse dominus alienos, vt opus iustitiæ nostræ non hoc studio faciamus, quod hominibus placere velimus, sed soli Deo, à quo expectamus meriti nostri mercedem. Amittit enim meritum iustitiæ apud Deum, quid idcirco iuste vult viuere, vt gloriam humanæ laudis acquirat. Vnde apostolus ait: Si adhuc hominibus placeam, Christi seruus non essem. Dehinc ait: *Cum facis elemosynam, noli tuba canere ante te: & reliqua.* In omnibus nos dominus ad perfectæ fidei gloriæ doctrinam caelesti conformat. Superius docuit opus iustitiæ non propter homines, sed propter Deum esse faciendum: nunc quoque iubemur elemosynam facientes tuba canere non debere, ieiunium non promulgare quod facimus. Non enim est deuotæ mentis in Dei rebus aliquid operari, vt gloriam humanæ laudis expectet. Plerique enim ideo aliquid in vsum pauperum largiuntur, vt inanem laudem hominum, & famam seculi de facultate mercentur. Quos operis sui mercedem in hoc seculo recepisse dominus manifestat: quia dum hanc gloriam seculi querunt, mercedem futuræ promissionis amittunt. Et addidit dominus, dicens: *Vt sit elemosyna tua in absconso, & pater tuus qui videt in absconso, reddat tibi.* Volens opus misericordiæ non esse publicum, sed occultum: id est, vt non propter hominum laudem, sed propter Deum tantum operemur, à quo expectamus caelestem gloriam, & futuræ retributionis mercedem. Huius autem fidelis operis elemosyna sub religiose taciturnitatis silentio Salomon ecclesiæ collaudans olim protestatus est, dicens: Speciosa sunt genæ tuæ sicut turturis, propter taciturnitatem tuam. Hanc scilicet taciturnitatem, de qua ait dominus: *Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua.* Sed non hic dominus de humani corporis manibus, quibus nec videhidi, nec loquendi vllus est sensus: sed

Iob. 31. c.

Exod. 23. d.

Matth. 5. g.

Gal. 1. b.

Can. 1. c.

Matth. 6. a.

sed in manu dextra aut sinistra homines significatur. Denique scriptum legimus in libro Regum manum homines significare, cum dicitur: Nonne decem mihi manus sunt intra hominem? id est, decem tribus in Israel. Vnde non dubium est in dextera manu homines significari iustos, in sinistra verò peccatores intelligi. Secundum quod Salomon retulit. Partes dextræ nouit dominus. Peruersæ autem sunt, quæ sunt à sinistris. Huius autem dextræ ac sinistræ intelligentiæ dominus in euangelio apertissimè manifestat, cum iustos à dextris, peccatores verò à sinistris collocandos esse declarat. Hæc ergo dextra iustorum, si quid secundum præceptum domini operatur, iubetur sinistra nescire: id est, quod fideliter operatur, ac religiosè, iubet vt in cōspectu sanctorum, & infidelium hominum non iactemus. Verum si quid non humanæ laudis studio etiam coram religiosi fratribus fideliter fecerimus, non potest opus deuotionis ac fidei, fratibus iactantia iudicari ante Deum, ac saluatorem nostrum, qui est benedictus in secula, Deinde ait: *Et cum oratis, non eritis sicut hypocritæ tristat.* Ad omnem nos iustitiæ caelestis, ac fidei perfectionem dominus instruit. Vult enim nos sine hypocriti, sine aliquo studio humanæ laudis esse, opus diuini religionis implere. Prohibemus namque hypocritarum more orationes nostras ad omnibus iactanter ostendere, ne meritum gratiæ amittamus. Dominus enim non simulatam ac iactantem, sed simplicem orationem ac fidelem requirit. Et ideo clauso ostio: id est, intra cordis & cōscientiæ ipsius secretum, à domino iubemur orare, vt ab eo qui secretorum & oculorum est cognitor, recipiamus orationis occultæ mercedem. Religiosæ enim mentis est, Deum non voce, vel sono vocis, sed deuotione animi, ac fide cordis orare. Secundum quid Dauid in Psalmo testatur, dicens: *Dicite in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini.* Inuenimus denique in libris Regum, Annam illam sanctissimam huius euangelicæ doctrinæ præcepta implentem. Nam cum sine aliquo vocis sono in cordis sui secreto, in cōspectu domini fideliter orans, desiderij sui preces effunderet, statim exaudiri meruit à domino. Sic & Danieli cum tribus pueris occultè semper oranti, interpretationem somnij, & reuelationem secreta dominus scire cōcessit. Cornelius quippe necdum præceptis euangelicis eruditus, dum in cubiculo suo secretè fideliter oraret, meruit vocem angeli sancti loquentis audire. Quid de Iona dicimus, qui non modò cubiculo, sed vtero beluæ clausus, intantum orans meruit exaudiri, vt de profundo matris, & de ventre tam immanis beluæ incolumis, & viuus euaderet? Exauditus à Deo est, non quia voce, sed quia fide clamabat. Et ideo clamor vocis non est opus in oratione ad Deum, quæ scimus secreta cordis intueri, sed clamor fidei, ac religiose mentis deuotio. Vnde non immerito in sequentibus dominus ait: *Orantes autem nolite multū loqui, sicut Ethnici.* Ethnici enim homines putant multiloquentia verborum facilius se à domino posse impetrare quod postulant. Sed hoc à nobis dominus non expectat, sed vult potius, vt orationem nostram non verbositate testimonis, sed fide cordis ac iustitiæ meritis commendemus. Et vtique qui melius nouit omnia quæ nobis necessaria sunt, & vniuersa quæ postulantur sumus, antequam loquamur, agnoscit. Quantum denique distet inter

multiloquentem, & humilem, ac simplicem orationem, in Pharisæo illo, & publicano habemus exemplum. Nam Pharisæi iactantis se multiloquentia verborū reprobatur oratio: publicanus verò humilis, ac summis, pro peccatis suis veniam postulans, iustificatus iactanti se Pharisæo descendit. In quo completum inuenimus id quod scriptum est: Oratio humilis nubes penetrabit. Perueniens ad Deum, qui orantis precem audire cōsuevit, qui est benedictus in secula, Amen.

AUTHOR DICTVS IMPERFECTVS IN MATTHEVM IN IDEM EUANG.

Audistis quia dictum est antiquis, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum: ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros. Ecce sextum mandatum legem adimplens, minimum apud homines odibiles, & inuicem odientes, qui inimicum odiri debere improba voce pronuntiare non erubescunt. Quod si iustum fuisset inimicos odire, Deus te inimicum ex gentibus nunquam in suam suscepisset dilectionem. Ille pro te & filium suum per omnia humanæ passionis opprobria tradidit vsque ad mortem, ille te inimicum suum adoptauit, cohæredem vnigenito suo fecit, & tu vel nudam dilectionem inimico tuo reddere non vis? Quid tamen mirum, si graue illis videatur inimicos amare, qui nec amicis suis synceram conscientiam seruant? Nam quum sit mundus iste, scan dalis plenus, si amicos voluerint diligere tantum, non poterunt inuenire quos diligant. Hodie enim iste illum offendit in re tali, cras ille istum offendit in altera re, & ita fit vt si decreuerit homo inimicos suos odire, necesse est, vt odiat omnes, & odiatur ab omnibus. Vides quia sicut ex ira homicidium nascitur, & ex concupiscentia adulterium, sic ex odio inimicorum præciditur etiam dilectio amicorum. Si autem ad tempus sustines eum quasi inimicum, postmodum victum beneuolentia tua, amabis eum quasi amicam. Puto quod non tantum pro inimicis nostris Christus illa mandauit, quantum pro nobis: non quia illi digni sunt vt diligantur ab aliquo, sed quia nos non sumus digni, vt aliquem odiamus. Odium enim spiritus est tenebrarum, & vbique in se derit, sordidat pulchritudinem sanitatis. Ergo non tantum ideo iubet diligere inimicos, vt illos diligamus, quantum vt à nobis ipsi quod malum est, repellamus. Et ideo non dicam, si læseris inimicum, sed si oderis eum tantum, amplius tibi nocuisti secundum animam, quam illi secundum corpus. Et illi forsitan nihil nocens odians eum: te autem ipsum sine dubio lædis. Si ergo peperceris inimico, tibi amplius peperceris, quam illi. Et si benefeceris ei, tibi amplius præstitisti, quam illi: iterum commoro quod superius dixi. Quoniam ignorantibus mysterium naturæ humanæ impossibile videtur diligere inimicū. Et verè impossibile est quantum ad carnis naturā, quia passionibus subiacet: quantum autem ad animam possibile est, quia proprii iudicij est: ideo & regere, & retinere potest carnem à passionibus. Nunquam enim anima passibilem regeret carnem, si ipsa passionibus esset subiecta. Puto autem sicut illud quod dictum est: Ego autem dico, non concupisces, non loquitur Deus ad

Luc. 13. d.

Ecl. 35. d.

Ex Hom. 15. in Matth. in pref.

** vltoribus tradidit.*

** sanctitatem.*

carnis naturam, quæ non potest fieri, vt non concupiscat, quod suum est: sed ad animam, quæ non concupiscere potest. Nam quando quis corporali- bus quidem motibus exciatur, voluntas autem illius nõ inclinatur, vt faciat opus quod facere in- stigatur, sed stabili proposito continentia, & ratio- ne iustitiae, irrationabiles motus corporis frangit: & si corpore concupiscit, anima eius non concupi- uit: si autem consenserit explere, quod cogitat, tunc verè dicitur animo concupiscere: Sic & in hoc loco: Caro quidem inimicum suum diligere non potest, quemadmodum nec est possibile, vt iniuriam non sentiat sibi illatam. Anima autem inimicum diligere potest, quia dilectio, vel odium carnis in sensu est, animæ autem in intellectu. Pro- pterea anima quidem secundum rationem vertit. Caro autem inuertibilis in passione tenetur, quoniam anima libera est, & sub principatu Dei est: caro autem captiua est, & sub principatu diaboli est, sicut & mundus, qui in maligno posi- tus est, quoniam & ipsa caro de mundo est: Quan- do ergo noceatur ab aliquo, etsi odimus eum, non tamen exequimur odium nostrum, considerantes Dei iustitiam, sed confingentes motus doloris nostri, & benedicimus ei, & benefacimus. Cognito- sce, quia caro quidē nostra odit inimicum suum, quæ nocita diligere non potest, anima autem dili- git inimicum. Alioqui si vnusquisque motus suæ carnis cōsideret, nullum bonum facere inuenitur, quia omne bonum aduersante carnis natura con- tradicentibus nobis ipsi explemus. Deinde qui te innocentem iniuriatur, si incipias cōsiderare quo- modo à diabolo possidetur & agitur, quomodo voluntatem suam implet per ministeriū eius, non solum non irascaris ei, sed adhuc misereberis eius: miseratio * autem excitat affectum. Vis ergo dili- gere inimicum tuum? Si iniuriam pateris, noli ini- uriam presentem aspiceret, sed considera gloriam, quam pro mercede in iudicio consecutus es. Si æquanimiter supportare vuleris, si damnum pas- sus fueris, noli hoc damnum aspiceret, sed illud pa- tientia lucrum. Illis enim totum videtur difficile, qui retributionem non sperant futuri iudicij. Et benefacite his qui oderunt vos. Sciens dominus, quia carnis dilectio ex beneficiis carnalibus nascitur, vbi non fuit prius, & nutritur etiam vbi fuit prius, ideo iubet nos benefacere inimicis, vt eorum odia, nostris beneficiis compescantur. Si enim dando, & accipiendo amicitia nascitur, quæ nõ erat prius: consequenter & odium, & omnis inimicitia benefi- ciorum assiduitate compescitur. Ergo benefacite odientibus, vt ex vestra beneuolentia ipsi se iudi- cent, quia iniuste vos odiunt. *Orate pro calumnian- tibus vos.* Orantes pro inimicis, non tantum illos, quantum nos commēdamus Deo: & magis exau- dimur pro inimicis orantes, quam pro nobis. Qui enim pro se orat, non gratia opus exequitur, sed natura. Quis enim non pro se orat? Qui autem pro inimico suo orat, dignè exauditur, quia gratia opus exequitur. *Vt sitis filij patris vestri.* In quo enim alio cognoscetur, quia filij sumus Dei, nisi fuerim- us similes Deo? Filij enim carnales frequenter si- milantur carnalibus patribus in facie, aut in loque- la, aut in risu, aut in aliquo corporis signo: filij au- tem spirituales in sanctitate. Et illi quidem etsi si- miles fuerint, laudem nullam merentur: & si dis- similes, nullam vituperationem: quia non est in potestate hominis qualem accipiat corporis qua-

litatem. Filij autem Dei, si quidem similes fuerint, laudādi sunt: si autem dissimiles, nimis vituperan- di, quia in potestate vnusquisque est mensura faci- endæ iustitiae. *Si diligatis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis?* Qui amicos diligit, propter se diligit, non propter Deum, & ideo nullam habet mercedem: delectatur enim ipsa dilectio. Qui au- tem inimicum suum diligit, non propter se diligit, sed propter Deum: ideo magnam habet mercedem, quia cōtradicit motibus suis. Vbi enim labor seminatur, illic metitur fructus. *Estote ergo perfecti, sicut & pater vester perfectus est.* Qui diligit ami- cum, peccatum quidem non facit, iustitiam au- tem non operatur. Dimidium enim bonū est, hominem discere de malo, & nõ sequi bonum: per- fectum est autem, vt non solum fugiat malum, sed etiam faciat bonum. Ideo dicit, perfecti estote, vt & amicos diligatis propter peccatum vitandum, & inimicos propter iustitiam habēdam: quoniam illud de pena liberat, hoc autē ducit in gloriam: nec enim est perfecta Dei imago, quæ nõ per ope- ra similat Deū. *Vt sitis filij patris vestri, qui solem suum iubet oriri super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos.* Cautè posuit dicens, *super iustos & iniustos,* non super iniustos vt iustos. Quia omnia bona Deus non propter omnes homines dat super ter- ram, sed propter paucos sanctos. Contentus est enim magis, vt peccatores contra meritum suum bonis Dei fruantur, quam vt iusti contra meritum suum à bonis eius fraudentur. Similiter & quan- do dominus à peccatoribus irritatur, castigatio- nem suam non propter homines bonos mittit, sed propter solos peccatores, tamen æqualiter & ius- tos tangit, quemadmodum & peccatores. Nam quemadmodum in bonis non separat peccatores à iustis, sic nec à malis separat iustos à peccatori- bus. In bonis peccatores à iustis non separat, ne se- parati cognoscant se abiectos esse, & desperent: in malis iustos à peccatoribus non separat, ne separati cognoscant se electos, & gloriantur: maxime quum nec malis bona profint, sed noceant: nec bonis mala noceant, sed profint magis. Nam malè viuentes dum bona percipiunt, ad præiudicium suum percipiunt. Et boni dum mala patiuntur, ad lucrum iustitiae eis procedit. *Attendite ne elemo- synam vestram faciatis corā hominibus, vt videamini ab eis.* In superioribus Christus mandauit diligere inimi- cos, & benefacere eis. Videns autem quia in ipso beneficio laqueus diaboli latebat incluis, qui bo- norum operum solet perdere fructum. Nam vana carnis natura, quemadmodum primum difficilis est ad benefaciendum: ita & si benefecerit, facilis est ad iactantiam boni operis: propterea & in hac parte nos instruit, dicens: *Attendite vobis ne elemo- synam vestram coram hominibus faciatis:* vt bonum ve- strum non ad ministerium vanitatis proficiat, sed ad vsum salutis. Quod autem præ omnibus vitiis carnalibus periculosus esse in hominibus intellexit, hoc cautius cauendum mandat dicens: *Atten- tendite ne elemosynam vestram corā hominibus faciatis.* Quoniam omnia penè mala seruos diaboli ve- xant. Concupiscentia autem vanæ gloriæ non so- lum seruos diaboli, sed etiam seruos Dei, & viros fideles impugnat: magis autem seruos Dei, quam seruos diaboli. Vbi enim res agitur gloriosa, ibi fa- cilis locum inuenit gloriatiōis occasio. *Attēdite.* Quid autem attendamus? locum secretum vbi ho- mines non sunt: Sed quid prodest, si in loco quide-

*Vnde liberum
liberij potestatem,
qua in
manu cum di-
uina ope in-
telligitur.*

dem homines non fuerint, in corde autem fuerit cogitatio vana? Melius est ergo, vt in corde non sit cogitatio vana, quam vt homines non sint in loco. Si ergo cor nostrum attendere debemus, non oculis carnalibus aspiceret, sed sensu vigilare necesse est circa cor, inuisibilis enim est serpens, & lubricas, quem obseruare iubemur, & lateenter in sensus in- greditur, & delectat. Ideo enim non potest eum caro fordidā aspiceret, sed anima munda. Sicut enim in loco mundo, & specioso, si modica fordes fue- rit, quantum visus stercoris iaceat ibi, non appar- et: nec enim potest requiri, si est ibi aliquid ster- coris vbi totum est iterum. Sic & in corde mun- do, si surreptio inimici successerit, mox cor suum homo rebus discernit, quia à spiritu alieno pulsa- tur: Si autem cor fuerit iniquitatibus plenum, sug- gestionem diaboli in se facile non intelligit. Quo- modo introitum eius intelligat, qui semper in eo est? ideo & ante præmisit, dicens ne irascaris, ne concupiscas, ne iures, ne malum pro malo reddas, ne odias proximum tuum: quoniam qui malis om- nibus istis subiectus est, cor suum non potest at- tendere, nec intelligere diaboli seductionem in eo: quia in veste candida macula citò apparet: ni- gra autem vestis: & si tota fordidata fuerit, nõ citò apparet. Et quomodo detur ei abscondere? Nam etsi non vi- deret, quod datur, tamen videret, quia datur, du- cendo cum secreto. Sed considera, quia non dixit tantummodo. *Ne coram hominibus faciatis:* sed addi- dit, *vt videamini ab eis.* Qui ergo non ideo facit, vt ab hominibus videatur, & si coram hominibus fece- rit, tamen non videatur coram hominibus fecisse. Ergo si sic facere elemosynam non est possibile, vt nullus videat, aut sentiat: tamen eo proposito facere, vt non ab hominibus videamur, possibile est. Dicit enim dominus: Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, vt videant homines opera vestra bona, &c. Sicut ergo accensa lampas abscondi non potest: nec opus iustitiae, potest celari. Ergo non elemosyna ingrata est ante Deum, quæ ho- minibus visa fuerit, sed quæ ideo facta fuerit, vt ab hominibus videatur. Vtputa omnis homo, qui ali- quod opus facit, cuius causa facit id quod facit, in corde suo illius aspiciet & personam. Ecce facis epi- stolam, vt aliquem salutes amicum, quandiu scri- bis, semper in corde tuo amici illius vides personam, propter quem scribis epistolam. Item artifex tenens opus in manu, semper eum præ oculis suis habet, qui ei opus cōmisit faciendum, dum cogitat quomodo illud facere mandauit; sic & qui pro- pter Deum elemosynam facit, neminem videt in corde suo, nisi personā Dei tantummodo propter quem facit. Ideo etsi euenerit, vt quibusdam præ- sentibus faciatis, tamen animus eius illos non videt, & si ipse videatur ab eis. Nunquam transisti per viam aliquid cogitans? à multis quidem homini- bus visus es: ipse autem nullum vidisti, intendens in id quod cogitabas. Quia animus sine corpore apud seipsum potest videre quod cogitat, corpus autem sine animo nihil potest videre. Ergo simili- ter & è contrario fieri potest, vt quis nullis præsen- tibus elemosynam faciat, & presentibus homi- nibus videatur fecisse: vtputa qui propter homi- nes elemosynam facit: id est, qui desiderat vt ab

hominibus videatur, semper in corde suo perso- nas hominum videt: ideo etsi euenerit vt faciente eo, nullus sit præsens, tamen coram hominibus fecisse videtur, quia cor eius semper hominum perso- nas videbat. *Alioquin non habebitis mercedem apud patrem vestrum.* Et mandatum dat, & pœnam pro- ponit, vt vanitatem humanam, etsi non amor ius- titiæ tenet, vel timor damni refrenet. Scit enim dominus vanitati subditam esse carnis naturam: quia omnis homo quantum ad carnem delectatur hominibus apparere. Non enim fieri potest, vt caro nota de vanitate non sit vanitatis amatrix: nec dominus, admoneret nos, vt ne coram hominibus faciamus, nisi sciret omnes homines velle coram hominibus facere. Quis mandat alicui, ne fornicet, nisi quem intelligit esse lasciuum? Quis man- dat alicui, nolite inebriari, nisi quem ebriosum esse cognoscit? Sic & admonitio Christi de fugien- da vanitate, demonstratio est vanitatis humanæ. Attamen mandat, quia etsi caro vana vanitatem desiderat; & terrena conditio gloriam suam qua- rit in terra, quia non potest terrestri natura glori- am desiderare cælestem: tamen anima, quæ de veritate nata est, potest fugere vanitatem æternam. Caro animæ subiecta est, non anima carni. Caro enim aduersus animam certare potest, vincere non potest, nisi ipsa anima consenserit vt vincatur. Ani- ma autem aduersus carnem & certat, & vincit. Ergo & qui plena quidem voluntate propter homi- nes facit, ille propter homines fecisse videtur. Super cuius autē cor cogitatio quidem vana ascen- dit, desiderans hominibus apparere: anima autem intelligens, vanis cogitationibus contradixit, & repulit cōsiliū carnis, ille propter homines non videtur fecisse: quia secundum carnem quidem voluit, secundum animam autem noluit. Et quod cogitauit, passio carnis est: quod elegit, iudicium ani- mæ. Nam, si propter vanam carnis concupiscen- tiam dicimus elemosynam factam esse ingratam, nullum bonum hominis acceptabile potest esse ante Deum, quum nullum bonum liberè homo facere potest, sed semper contra malas concupis- centias carnis certando faciamus bonum. Quis autem est homo castus? Nunquid qui non concu- piscit? Absit: sed qui concupiscentiam suam vincit. Quis est mansuetus? Nunquid qui non irascitur? Absit: sed qui refrenat iracundiam suam. Sic non ille propter Deum videtur facere elemosynam, qui humanam gloriam non concupiscit, sed qui humanam gloriam animæ contradictione con- fingit. Alioquin in omni opere bono, nec habemus mercedem, nisi malis contrariis vigemur per carnem. In omni enim opere bono scandalum diaboli positum est, sicut scriptum est de demoni- bus: *Iuxta semitam scandala posuerunt mihi:* vt ipsum bonum non sit securum, si solum: sed iuxta malum positum semper tentatum sit, & probatum. Sicut enim vbiunque fuerit triticum, ne- cesse est, vt inueniatur illic & zizania: sic vbi- cunque fuerit bonum Dei, illic erit & scanda- lum inimici. Quid ergo? Ecce proposuisti face- re elemosynam, sed ascendit super cor tuum velle hominibus apparere, nunquid debes sub- trahere manum tuam, vt ne des locum vanæ cogitationi, dicens apud te: Melius est nec facere bonum, ne tantum inueniatur, propter homines face- re? Absit: sed perface opus tuum, ne, dum vis cogitationi vanæ resistere, perdas opus bonum.

*Optima lagu-
lut Lutherana-
nont degna-
ta, qui voluit
nos in quali-
bat opere per-
care propter
carnis prauos
affectus.*

Psalm. 103.

* propheta-
ret. 20
Ejal. 20

buntur inania: cum ea non quasi iam transacta meminisset, sed ventura prospiceret. Tale etiam illud est, Dimiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem: & hic enim non dixit, disident sibi vestimenta mea, & super vestem meam mittent sortem. Nec tamen de his verbis quisquam calumniatur, nisi qui non sentit varietatem istam figurarum in loquendo, nihil veritatis rerum minuire, & plurimum afferre affectibus animarum. Sed illud magis viget istam questionem, quod dicit Apostolus Iohannes, Si quis se peccare fratrem suum peccatum non ad mortem, postulat, & dabit illi dominus vitam, qui peccat non ad mortem: non pro illo dico, ut roget quis. Aperte enim ostendit esse quosdam fratres, pro quibus orare non nobis precipitur, cum Deus etiam pro peccatoribus nostris orare nos iubeat. Nec illa questio solui potest, nisi fateamur esse aliqua peccata in fratribus, quae inimicorum persecutione grauiora sunt, Fratres autem Christianos significari, multis diuinarum scripturarum documentis probari potest. Manifestissimum tamen illud est, quod Apostolus ita ponit, Sanctificatus est enim vir infidelis in vxore fidei, & sanctificata est mulier infidelis in fratre. Non addidit, nostro: sed manifestum existimant, cum fratris nomine Christianum intelligi voluit, qui infidelem haberet vxorem. Et ideo paulo post dicit, Quod si infidelis discedit, discedat: Non enim seruituti subiectus est frater, vel soror in huiusmodi. Peccatum ergo fratris ad mortem puto esse, cum post agnitionem Dei per gratiam domini nostri Iesu Christi quisque oppugnat fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam, qua reconciliatus est Deo, inuidiae facibus agitur. Peccatum autem non ad mortem est si quisquam non amorem a fratre alienauerit, sed officia fraternitatis debita per aliquam infirmitatem animi non exhibuerit. Quapropter & dominus in cruce ait, Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt: Nondum enim gratiae spiritus sancti participes facti, societatem sanctae fraternitatis inierat, Et beatus Stephanus in actibus Apostolorum orat pro eis a quibus lapidatur, quia nondum Christo crediderant, neque aduersus illam communem gratiam dimicabant. Et Apostolus Paulus, propterea credo non erat pro Alexandro, quia iam frater erat, & ad mortem, id est, inuidiae facibus fraternitatem oppugnando, peccauerat. Pro his autem qui non abruerant amorem ad mortem, sed timori succubuerant, orat, ut eis ignoscatur. Sic enim dicit, Alexander rarius multa mihi mala ostendit, reddet illi dominus secundum opera eius, quem & tu deuota: valde enim restitit nostris sermonibus. Deinde subiungit, pro quibus orat, ita dicens, In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt, non illis imputetur. Ista differentia peccatorum Iudam tradentem a Petro negante distinguit: non quia penitenti vel penitenti non sit ignoscendum, ne contra illam sententiam domini veniamus, qua praecipit semper ignoscendum esse fratri penitenti ut sibi frater ignoscat: sed quia illius peccati tanta laesio est, ut deprecandi humilitatem subire non possit, etiam si peccatum suum mala conscientia & agnoscere & annunciare cogatur. Cum enim dixisset Iudas, Peccanti, quod tradiderim sanguinem iustum: facilius tamen desperatione cucurrit ad laqueum, quam humilitate veniam deprecatus est. Quapropter multum in-

1. Ioh. 5.

1. Ioh. 5.

1. Cor. 7.

1. Pet. 19.
1. Pet. 23.
1. Pet. 27.

1. Tim. 2.
1. Tim. 18.

1. Tim. 2.
1. Tim. 18.

terest quali penitenti igno fecit Deus. Multi enim multo citius se fatentur peccasse, atque ita sibi succententur, ut vehementer se peccasse nollent: sed tamen animam ad humiliandum & obtemperandum cor implorandumque veniam non deponunt. Quam metis affectionem propter peccati magnitudinem iam de damnatione illos habere credendum est. Et hoc est fortasse peccare in spiritu sancto: id est, per maliciam & inuidiam, fraternam oppugnare charitatem post acceptam gratiam spiritus sancti: quod peccatum dominus neque hic neque in futuro seculo dimitti dicit. Vnde quatuor potest, vtrum in spiritum sanctum Iudae peccauerint, quando dixerunt, quod in Beelzebub principe demoniorum demonia dominus expelleret: vtrum hoc in ipsum dominum dictum accipiamus, quia de se dicit alio loco: Si enim patrem familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? An quoniam de magna inuidia dixerunt, ingrati tamen praesentibus beneficiis, quibus nondum Christiani fuerint, tamen propter ipsam inuidiae magnitudinem in spiritu sancto peccasse credendi sunt? Non enim hoc colligitur de verbis domini. Quamuis enim in eodem loco dixerit, Quicumque enim dixerit verbum nequam in filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit verbum aduersus spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro: tamen videri potest ad hoc eos monuisse, ut accedant ad gratiam, & post acceptam gratiam non ita peccent vt tunc peccauerunt. Nunc enim in filium hominis dixerunt verbum nequam, & potest eis dimitti, si conuersi fuerint, & ei crediderint, & spiritum sanctum acceperint: quo accepto, si fraternitati inuidere, & gratiam quam acceperant, oppugnare voluerint, non eis dimitti, neque in futuro. Nam si eos sic haberet eodem modo, vt nullam spem illis reliquisset, non adhuc monendos iudicaret, cum addidit, dicens, Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut facite arborem malam, & fructum eius malum. Sic itaque accipiat diligendos inimicos esse, & benefacendum his, qui nos oderunt, & orandum pro his, qui nos persequuntur vt pro quibusdam etiam fratrum peccatis intelligatur non praecipuum esse, vt oramus: ne per imperitiam nostram diuina scriptura, quod fieri non potest, se dissentire videatur. Sed vtrum sicut pro quibusdam non est orandum, ita etiam contra aliquos orandum sit, nondum satis apparet. Generaliter enim dictum est, Benedicite, & nolite maledicere: Et illud, Nemini malum pro malo reddentes. Pro quo autem non oras: non etiam contra illum oras: potes enim videre certam eius poenam, & penitus desperatam salutem: & non quia odisti eum, ideo pro illo non oras: sed quia sentis nihil te posse proficere, & orationem tuam non vis repelli a iustissimo iudice: Sed quid agimus de his contra quos oratum a sanctis accipimus: non vt corrigerentur, nam hoc modo potius pro ipsis oratum est: sed ad illam vltimam damnationem non sicut contra domini traditorem per Prophetam, nam illa, vt dictum est, praedictio futurorum, non optatio supplicij fuit: Nec sicut Apostolus contra Alexandrum, nam & inde satis dictum est: sed sicut in Apocalypsi Iohannis legimus martyres orare vt vindicentur, cum ille primus martyr vt lapidatoribus suis ignoscere, orauerit. Sed hinc non oportet moueri. Quis enim audeat affirmare, cum

1. Matt. 12.
1. Marc. 3.

1. Matt. 20.

1. Matt. 12.

1. Matt. 12.

1. Rom. 12.
1. 1. Petr. 3. b

1. Apoc. 6.

1. Act. 7.

1. Rom. 6.

1. 1. Cor. 9.

1. Matt. 5.
1. Rom. 1.

1. Rom. 8.
1. Galat. 4.

1. 1. Sep. 7.
1. Malach. 4.

cum illi sancti candidati se vindicari perierint, vtrum contrarios homines, an contra regnum peccati petierint? Nam ipsa est syncera & plena iusticiae & misericordiae vindicta martyrum, vt euerteretur regnum peccati. Non enim contra ipsos homines, sed contra regnum peccati petierunt, quo regnante tanta perpeffi sunt. Ad cuius euerfionem nititur Apostolus, dicens, Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore. Destruite tamē euerit peccati regnum, partim correctione hominum, vt caro spiritui subiiciatur: partim damnatione perseuerantium in peccato, vt ita iusticia ordinetur, vt iustus cum Christo regnantibus, molesti esse non possint. Intruse Apostolum Paulum, nonne tibi videtur in seipso Stephanum matrem vindicare, cum dicit, Non sic pugno tanquam aere cadens, sed castigo corpus meum & seruituti subicio? Nam hoc in se vtrique prosternebat & debilitabat & victum ordinabat, & ad Stephanum ceterosque Christianos fuerat persequutus. Quis ergo cōicit, martyres sanctos non talem suam vindictam a domino esse deprecatos, cum etiam finem huius seculi, in quo tanta exitia perulerunt, ad suam vindictam potuerunt libenter operari? Quod qui orant, & pro inimicis suis orant qui sanabiles sunt, & contra illos non orant qui insanabiles esse voluerunt: quia Deus quoque puniendo illos non est maleuolus torcor, sed iustissimus ordinator. Sine vlla ergo dubitatione diligamus inimicos nostros, benefaciamus his qui oderunt nos, & oremus pro eis qui nos persequuntur. Quod autem consequenter positum est, vt sitis filij patris vestri qui in caelis est ex illa regula intelligendum est, quia & Iohannes dicit, Dedit illis potestatem filios Dei fieri. Vnus enim naturaliter filius est, qui nescit omnino peccare: Nos autem potestate accepta efficiunt filij, in quantum ea quae ab illo praecipitur implemus. Vnde & apostolica disciplina adoptionem appellat, qua in aeternam hereditatem vocamur, vt coheredes Christi effici possimus. Filij ergo efficiuntur regeneratione spirituali, & adoptamur in regnum Dei, non tanquam alieni, sed tanquam ab illo facti & creati, hoc est conditi: vt vnum beneficium sit, quo nos fecit esse per omnipotentiam suam, cum ante nihil essemus: alterum quod adoptauit, vt cum eo tanquam filij vita aeterna, pro nostra participatione, fruere. Itaque non ait, facite ista quia estis filij: sed, facite ista, vt sitis filij. Cum autem ad hoc nos vocat per ipsum vnigenitum, ad similitudinem suam nos vocat. Ille enim, sicut consequenter dicit, solus suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos & iniustos. Sicut solem suum non istum carnis oculis visibilem accipias, sed illam sapientiam, de qua dicitur, Candor est enim lucis aeternae: De qua item dicitur, Ortus est mihi iustitiae sol: Et iterum, vobis autem qui timetis nomen domini, oriatur sol iustitiae: vt etiam pluuiam accipiat irrigationem doctrinae veritatis, quia & bonis & malis apparuit, & bonis & malis euangelizatus est Christus. Sicut istam solem maus accipere non solum hominum, sed etiam pecorum corporeis oculis prolatum, & istam pluuiam qua fructus gignuntur, qui ad refectionem corporis dati sunt: Quod probabilius intelligi existimo, vt ille sol spiritualis non oriatur, nisi bonis & sanctis: quia, & hoc ipsum est quod pluit, nisi in illo libro qui sapientia Salomonis inscribitur: Et sol non est ortus non

bis: Et illa pluuija spiritualis non irrigat nisi bonos: quia malos significabat vinea, de qua dictum est, Mandabo nubibus meis, ne pluant super eam. Sed siue illud, siue hoc intelligas, magna Dei bonitate fit, quae nobis imitanda praecipitur, si filij Dei esse volumus. Quantum enim huic vitae solatium affert lux ista visibilis, & pluuija corporalis, quis tam ingratus est vt non feriat? Quod solatium videmus & iustus in hac vita & peccatoribus communiter exhiberi. Non autem ait, qui facit solem oriri super bonos, & malos: sed addidit, suum: id est, quem ipse fecit, atque constituit, & a nullo aliquid fumpfit vt faceret: Sicut & in Genesi de omnibus luminibus scribitur: qui proprie potest dicere sua esse omnia quae de nihilo creauit: vt hinc admoneremur quanta liberalitate inimicis nostris ex praecipio eius praestare debeamus, quae nos non creauimus sed muneribus eius accepimus. Quis autem potest vel paratus esse ab infirmis iniurias sustinere, quantum eorum saluti prodest: & malle se amplius iniquitatis alienae perpeti, quam id quod perpeffus est reddere: Omni petenti a se aliquid, vel id quod petit si habetur, & si recte dari potest, vel consilium bonum vel beneuolum dare animam, nec se auertere ab eo qui mutari cupit: diligere inimicos, benefacere his qui se oderunt, orare pro eis qui se persequuntur. Quis ergo haec facit, nisi plene perfectusque misericors? Quo vno consilio miseria deuitatur, opitulante illo, qui ait, Misericordiam volo magis quam sacrificium. Beati ergo misericordes, quia ipsorum miseretur Deus. Misericordiam sequitur cordis mundatio, vnde iste sumit exordium: Cordis autem mundatio est tanquam oculus, quo videtur Deus, cuius simplicis habendi tantam curam esse oportet quantum eius rei dignitas flagitat, quae tali oculo conspici potest. Huic autem oculo magna ex parte mundatio difficile est non surrepere fordes aliquas de his rebus, quae ipsas nostras bonas actiones comitari solent, veluti laus est humana. Siquidem non recte viuere, perniciosum est: recte autem viuere, & nosse laudari, quid est aliud quam inimicum esse rebus humanis, quae vtrique tanto sunt miserrimes, quanto minus placet recta vita hominum. Si ergo inter quos viuus, te recte viuentem non laudauerint, illi in errore sunt: si autem laudauerint, tu in periculo. Nisi tam simplex cor habuerint, & mundum vt ea, quae recte facis, non propter laudem hominum facias, magisque illis recta laudantibus gratuleris, quibus id, quod bonum est, placet quam tibi: nisi quia recte viuus etiam si nemo laudaret: ipsamque laudem tuam tunc intelligas vilem esse laudantibus, si non te ipsum in tua bona vita: sed Deum honorent, cuius sanctissimum templum est: quisquis viuunt bene, vt impleatur quod ait David, In domino laudabitur anima mea andiant mansueti & latentur. Pertinet ergo ad oculum mundum non intueri in recte faciendo laudes hominum, & ad eas referre quod recte facis id est, propterea recte facere aliquid, vt hominibus placeas: Sic enim etiam simulare bonum libebit, si non attenditur nisi vt homo laudet: qui quoniam videre cor non potest, potest etiam falsa laudare. Quod qui faciunt, id est, qui bonitatem simulant, duplici corde sunt. Non ergo habet simplex cor, id est, mundum cor, nisi qui transcendit humanas laudes, & illum solum intuetur, cum recte viuunt, & ei placere nititur, qui conscientiae solus inspector est: De

1. Sep. 5.
1. Sep. 5.

1. Genesi. 1.

1. Osee 6.
1. Matt. 9.

1. Psal. 33.

est: De cuius conscientie puritate quicquid procedit, tanto est laudabilis, quanto humanas laudes minus desiderat. *Cauete ergo, inquit, facere iustitiam vestram coram hominibus, ut videamini ab eis:* id est, caute hoc animo in se viueret, & ibi constitueret bonum vestrum, ut vos videant homines: Alioquin mercede non habebitis: & reliqua. Non si ab hominibus videamini, sed si propterea iuste viuatis, ut ab hominibus videamini. Nam ubi erit, *quod in principio sermonis huius dictum est, Vos estis lux mundi: non potest civitas abscondi supra montem posita: & reliqua vsque ad id quod ait, Ut videant opera vestra bona. Sed non ibi constituit finem: Addidit enim, & glorificent patrem vestrum, qui in caelis est. Hic autem, quia hoc reprehendit, sibi sit finis recte factorum, id est, si propterea recte faciamus, ut tantum videamur ab hominibus posteaquam dixit, *Cauete facere iustitiam vestram coram hominibus ut videamini ab eis:* nihil addidit. In quo apparet, non hoc eum prohibuisse ut recte fiat coram hominibus, sed ne ob id forte recte fiat coram hominibus, ut videamur ac eis, id est, ut hoc intencamus, & ibi finem nostri propositi collocemus. Nam & Apostolus dicit, Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem: Cum alio loco dicat, Placere omnibus per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placeo. Quod qui non intelligat, contrarium putant, cum ille se dixerit non placere hominibus, quia non ideo recte faciebat ut placeret hominibus, sed ut Deo, ad cuius amorem corda hominum volebat conuerrere, eo ipso quo placebat hominibus. Itaque & non se placere hominibus recte dicebat, quia in eo ipso ut Deo placeret intuebatur: & placendum esse hominibus recte precipiebat, non ut hoc appetere tanquam merces recte factorum, sed quia Deo placere non posset qui non se his quos saluos fieri velle, praebeuit imitandum: imitari autem illam qui sibi non placeret, nullo pacto quicumque potest. Sicut ergo non absurde loqueretur, qui diceret, in hac opera qua nauem quero, non auentem quero, sed patriam: sic Apostolus conuenienter diceret, in hac opera, qua hominibus placeo, non hominibus sed Deo placeo: quia non hoc appeto, sed ad id volo, ut me imitentur quos saluos fieri volo. Sicut dicit de oblatione, que fit in sanctos, Non quia quero datum, sed requiro situationem, id est, quod quero datum vestrum, non hoc quero, sed fructum vestrum: Hoc enim indicio apparet poterat, quantum proficissent in Deum: cum id libenter offerrent, quod non propter gaudium de muneribus, sed propter communionem charitatis ab eis querebantur. Quamquam & cum addidit, & dicit, *Alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in caelis est:* nihil aliud demonstrat nisi id vos cauere oportere, ne humanam laudem pro nostrorum operum mercede queramus, id est, ea nos beatos effici arbitremur. *Cum ergo facis elemosynam, noli tuba canere, & reliqua:* Noli, inquit, sic velle innotescere, ut hypocrite: Manifestum est autem, hypocritas non quod oculis pretendunt hominum, id etiam corde gestare. Sunt enim hypocrite simulatores, tanquam pronuntiatores personarum alienarum, sicut in theatricis fabulis: Non enim qui agit partes Agamemnonis in Tragedia, verbi gratia, siue alienius alterius, ad historiam, vel fabulam, que agitur pertinentis, vere ipse est, sed simulat eum, & hypocrita dicitur. Sic in ecclesia,*

Matth. 5.

Galat. 1. 5. Cor. 10.

Philip. 4.

vel in omni vita humana quisquis se vult videri, quod non est, hypocrita est: Simulat enim iustum & non exhibet, quia totum fructum in laude hominum ponit: quam possum etiam simulatitias percipere, dum fallunt eos quibus videntur boni, ab eisque laudantur: Sed tales ab inspectore cordis Deo mercedem non capiunt, nisi fallacis supplicium, Ab hominibus autem, inquit, percipiunt mercedem suam. Rectissimeque his dicitur, *Recedite a me, operarij dolosi, nomen enim meum habuistis, sed opera mea non fecistis. Illi ergo percipiunt mercedem suam, qui non ob aliud elemosynam faciunt, nisi ut glorificentur ab hominibus: non si glorificentur ab hominibus, sed si ideo faciunt, ut glorificentur, sicut superius tractatum est, Laus enim humana non appeti a recte faciente, sed subsequi debet recte facienti: ut illi proficiant, qui etiam imitari possunt, quod laudant non ut hic putet aliquid eos sibi prodesse quem laudat. *Te autem faciente elemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua:* & reliqua. Si intellexeris similitudinem infidelis dicit, videbitur nulla esse culpa placere fidelibus velle, cum profus nihilominus in quorumlibet hominum laude fructum & finem boni operis constituit prohibeamur. Quod autem ad id pertinet ut te imitentur, quibus recte facta tua placuerint, non tantum fidelibus, sed etiam infidelibus exhibendum est, ut laudandis bonis operibus nostris Deum honoret & veniat ad salutem. Si autem in sinistra inimicum putaueris, ut nesciat inimicus tuus cum elemosynam facis, cur ipse dominus inimicus Iudeis circumstantibus misericorditer sanauit homines? Cur apostolus Petrus sanato eo, quem ad portam speciosam debilem miseratus est, etiam iras inimicorum in se atque in alios Christi discipulos perulit? Deinde si non oportet scire inimicum cum elemosynam facimus, quo modo cum ipso inimico faciamus, ut illud impleamus preceptum, Si euertit inimicus tuus, ceba illum: nisi scieris, potum da illi? Tertia sollet esse carnalium opinio, tam absurda & ridenda, ut non eam commemorare, nisi exornis esse non paucos eo errore detineri, qui dicunt sinistra nomine uxorem significari. Ut quoniam in re familiarum tenaciores pecuniarum solent esse feminine, laeat eas, cum aliquid misericorditer viri eorum egenis impendant propter domesticas lites: Quasi vero soli viri Christiani sint, & non hoc preceptum etiam feminis datum sit. Cui ergo sinistra inberet femina occultare opus misericordiae suae? An etiam vir sinistra erit facinus, quod absurdissime dicitur? Aut si quisquam putat inimicem sibi sinistra esse, si ab altero ita erogetur aliquid de re familiari, ut sit contra alterius voluntatem, non erit Christianum tale coniugium. Sed necesse est, ut quisquis eorum elemosynam facere voluerit ex precepto Dei, quemcumque aduersum habuerit, inimicus sit precepto Dei, & ideo inter fideles deperitur. Preceptum est autem de talibus, ut bona sua conuersatione, ac moribus lucrifaciat uxorem maritus fidelis, vel maritum mulier fidelis. Quapropter non sibi debent occultare bona opera sua, quibus inuitandi sunt ab inimicem, ut alter alterum possit ad Christianam fidei communionem inuitare: Nec furti sitentia sui, ut promeratur Deus: Quod si occultandum est aliquid, quandoque alterius infirmitas xpo animo id non potest sustinere, quod tamen non iniuste, atque illicite*

Act. 3. 4.

Prover. 25. Rom. 13.

illicite fit, non tamen ipsam nunc sinistram significari, totius capituli consideratione facile apparet, in qua simul inuenitur quam sinistram vocet. *Cauete, inquit, facere iustitiam vestram coram hominibus:* Et reliqua. Generaliter hic iustitiam nominauit, deinde particulariter exequitur, Est enim pars aliqua iustitiae, opus quod per elemosynam fit, & ideo connectit dicendo: *Cum ergo facis elemosynam, noli tuba canere:* Et reliqua, Ad hoc respicit, quod superius ait, *Cauete facere iustitiam vestram coram hominibus:* Et reliqua. Quod autem sequitur, *Amen dico vobis perciperunt mercedem suam:* ad illud respicit quod supra posuit, *Alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in caelis est.* Deinde sequitur, *Te autem faciente elemosynam:* Cum dicit, *Te autem faciente,* quid aliud dicit, quam non quo modo illi? Quid ergo mihi iuberet? *Te autem faciente,* inquit, *elemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.* Ergo illi sic faciunt, ut sciat sinistra eorum, quid faciat dextera eorum. Quod igitur in illis culpatum est, hoc tu facere vetaris: In illis autem hoc culpatum est: quod ita faciunt ut laudes hominum querant. Quapropter nihil consequentius sinistra videtur significare, quam ipsam delectationem laudis. Dextera autem significat intentionem implendi precepta diuina. Cum itaque conscientiae facientis elemosynam miscet se appetitio laudis humanae, fit sinistra conscia operis dexterae: nesciat ergo sinistra tua, quid faciat dextera tua: id est, non se miscet conscientiae tuae laudis humanae appetitio, cum in elemosyna facienda diuinum preceptum contendis implere, ut sit elemosyna tua in abscondito. Quid etiam in abscondito, nisi in ipsa bona conscientia, que humanis oculis demonstrari non potest, nec verbis aperiri: Quisdoquidem multi multa mentiuntur. Quapropter si dextera intrinsecus agit in abscondito, ad sinistram pertinent omnia exteriora, que sunt visibilia, & temporalia. Sic ergo elemosyna tua in ipsa conscientia, ubi multi elemosynam faciunt bona voluntate etiam si pecuniam, vel si quid aliud est quod inopi largiendum est non habent: Multi autem foris faciunt, & intus non faciunt, qui vel ambitione, vel alicuius rei temporalis gratia volunt misericordes videri, in quibus sola sinistra operari exitimanda est. Item alij quasi medium inter utroque locum tenent, ut & intentione que in Deum est elemosynam faciant & tamen inferat se huic optime voluntati, nonnulla etiam laudis vel cuiuscunque rei fragilis, & temporalis cupiditas. Sed dominus noster multo vehementius prohibet solam sinistram in nobis operari, quando etiam misceri eam vetat operibus dexterae: ut scilicet non modo sola temporalium rerum cupiditate caueamus elemosynam facere, sed nec ita in hoc opere attendamus Deum ut se se miscet vel adiungat exterioram appetitio commodorum. Agitur enim de corde mundando, quod nisi fuerit simplex, mundum non erit. Simplex autem quo modo erit, si duobus dominis seruiat, nec vna intentione rerum aeternarum purificet aciem suam, sed eam mortalium quoque, fragillimumque rerum amore obnubilat? Sic ergo elemosyna tua in abscondito: Et reliqua. Rectissime omnino & verissime: Si enim premium ab eo expectas qui conscientia solus inspector est, sufficiat tibi ad promerendum premium ipsa conscientia. Multa Latina exemplaria se habent, *Et pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi palam.* Sed quia in

Græcis que priora sunt non inuenimus, palam, non putauimus hinc aliquid differendum esse.

EIVSDEM IN SVPERIUS EUANGELII HOM. 2.

FRequenter in Euangelio, fratres charissimi, audivimus dominum dicentem, *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt.* Quare autem dominus dixit, *Diligite inimicos vestros,* nisi quia passus eram inimicos? Sed dicit aliquis, Quis potest diligere inimicos? Prius te dilexit impius Deus tuus, qui nunquam fuit impius. Tu autem etiam si non es impius, fuisti tamen aliquando, quia nemo fit iustus nisi ex peccatore. Sicut frequenter cantamus, Beati quorum remissa sunt iniquitates: non dixit, Beati qui non fecerunt peccata: sed beati quorum remissa sunt iniquitates. Si enim queris qui non fecerit, non inuenies, Vnde ergo quisquam erit beatus nisi remittatur, quod fecit, nisi tegatur, quod commisit? Si ergo iam tibi peccatum dimissum est, ille te insequitur, qui nondum est iustus. Et tu, antequam iustificaretis, alios persequebaris, perteras, & inuentus es. Et ille, qui tibi aduersatur, inuenietur, & non persequetur. Noli cogitare, quod tuis meritis talis factus sis, quia gratia Dei te talem fecit. Et bene considerans videbis, potentem esse Deum qui talem faciat eum, quem in te videris odisse. Dicis enim tu tibi quasi iustus, Magna est patientia Dei, que illum talem viuere sinit. Atque vtinam hoc solum dicas, sed timeo quod insuper reprehendas dicens, Quid placuit Deo talibus parcere? Quare tanta mala faciunt homines & viuunt? Sic dicat alius, O Deus, quare viuunt ille, qui tanta dicit, & tuam iustitiam reprehendit? Non enim attendit quid ipse dicat, sed attendit quid alius faciat. Qui tibi displicet, fortassis non reprehendit, nec effundit istas contumelias in Deum, quomodo tu facis. Ecce putas, quia Deus, quomodo tu vis, nulli malo velit parere, quid de te facturus est qui sine peccato esse non potes? Non attendis ubi te inueniat. Rogo ergo, ut non solum aliis, sed etiam tibi parcat. Hoc itaque status habent quasi proprium omnes iniqui, nolunt ut parcat Deus iniquis, & non vident quid ipsi sint etiam ex hoc ipso quod ita volunt. Sed ego iustus sum inquis. Si tibi non parceret deus, cum essis iniquus quo modo ad iustitiam peruenisses? An forte volebas ut deus vsque ad te patiens esset, quousque tu peruenires ad iustitiam? Quia Deus excedit potentem misericordiae suae, ut tu transire posses, hoc vis ut iam subducat, ne alius transeat. Diligamus ergo inimicos nostros fratres carissimi. Forte qui hodie est amicus tuus talia peccata facturus est, ut in vita aeterna tecum esse non possit. Non enim scis quid pariat crastinus dies. Etecontra qui inimicus erat, forte sic ad penitentiam conuertetur, ut in illa caelesti Hierusalem concinis tuus esse mereatur, & forte etiam maior efficiatur. Non nobis hoc difficile videatur. Interrogemus scripturas, & in ipsis hoc euidentius agnoscere poterimus. Paulus Apostolus prius sceleratus erat, inimicus Christiana notum rapiebat, vltabat, seniebat. Vbi quando lapidatus est martyr Stephanus, patrum illi erant manus suae manibus omnium lapidabat: quia ut illi non impedirentur vestimentis suis, sed liberis manibus saxa proicerent, omnium vestimenta seruauit.

Ser. 6. lib. 50. Etom.

Psal. 31.

Prover. 7.

uauit: ac sic in omnium manibus illud scelus operabatur. Videte istum virum vna voce domini ex persecutore factum predicatorem. Praecessit eos, quos oderat: Illi enim omnes Christiani, quos insequabatur, tales non erant, qualis ipse factus est. Non enim omnes illi Apostoli erant, quod ipse factus est. Videtis fieri posse, vt inimicus, qui erat hodie, sit non solum amicus, & frater in gratia, sed etiam praecedat, & melior fiat. Ergo, fratres mei, Christiani illi omnes, quos persequabatur Saul, putatis quia non rogabant? Vtique si nouerant Christum, si Christiani erant, si nouerant ipsum dominum Iesum pro impiis mortuum. Non enim mortuus est pro fidelibus, sed mortuus est vt faceret fideles. Rogo vos, fratres, diligenter attendite, dominus, & saluator noster, qui mortem praestitit infidelibus, quale sit illud, quod seruat fidelibus? Et hoc considerate, quia quos persequabatur Paulus Apostolus, bene nouerat misericordiam domini, & sciebant quod Saulus ipse persecutor poterat fieri praedicator, & ideo orauerunt pro illo, & exauditi sunt. Ille persequabatur, sed illi vicerunt. Illi enim magis occiderunt, & interfecerunt rogando pro eo. Quomodo? Ecce vna voce prostratus est persecutor. Resurrexit enim iam non persecutor, sed praedicator. Qui enim persequabatur mortuus est. Quare persecutorem, & non inuenies iam, quia surrexit. Ergo illi potius occiderunt eum orando, quam ille persequendo. Et vos ergo, fratres, sic orate pro inimicis vestris, vt occidat eos Deus, id est, vt eorum maliciam quae vobis inimicatur occidat. Sic enim non occidit quod creauit, sed quod ipsi sibi fecerunt. Homo enim, & peccator duo nomina sunt. In ipso duobus nominibus quare quid fecit Deus, quare quid suaserit diabolus. Homo à Deo factus est, peccatum, studeo diabolo, ab homine factum est. Quis horum duorum te persequitur? Si enim bene visis, non persequitur, nisi qui malus est. Non ergo homo, sed peccator te insequitur. Roga pro homine, vt extinguat Deus peccatorem. Cum enim mortuus fuerit peccator, nihil tibi aduersabitur, immo consolabitur viuens, qui te in peccatis mortuus persequitur. Non vobis ergo graue sit, per ipsius homini misericordiam vos obsecro, quia spes nobis aha non est, nisi dimiserimus quicquid nos laeserint homines. Nemo vos fallat. Aliud maius sacrificium non est, quod debeamus Deo, nisi quicquid boni est, etiam malis hominibus, si tamen hominibus fecerimus. Dicit tibi Deus, Ego, non ex te cresco, sed tu ex me. Sacrificium volo quod proficit homini sic ad me peruenit, quod tibi prolit. Potes mihi dicere, non habeo quod tribuam indigenti, non possum ieiunare frequenter, & à vino & carnibus abstinere non possum. Nunquid potes mihi dicere, charitatem te habere non posses? Ipsa est cuius possessio tanto plus augetur, quanto amplius erogatur. Dimittite ergo, quod tenebas, ne aduersus te ille teneat aliquid, cui non habes quod dimittas. Dimittite, & dimittetur vobis: date, & dabitur vobis. Scitote, fratres charissimi, quia duae sunt elemosynae. Vna cordis, alia pecuniae. Elemosyna cordis est, dimittere ei à quo laesus es. Nam dare aliquid indigenti, aliquando quaeris, & non habes. Indulgere peccanti, quantum voluerit, reddundabit tibi. Aurum & Argentum, velle, frumentum, vinum & oleum potest fieri, vt aliquoties non habeas, vnde pauperibus tribuas: vt autem omnes

1. Tim. 2. 7. 1. Tim. 2. 7. 1. Tim. 2. 7.

1. Tim. 2. 7.

1. Tim. 2. 7.

homines diligas, & hoc alii, quod tibi ipse velis, & inimicis tuis indulgeas, nunquam te poteris excusare. Quia si in celario, vel in horreo non habes quod dare possis, de thesauro cordis tui potes proferte, quod tribuas. Et quod omnibus hominibus, etiam si sola sit, bona voluntas sufficiat, & elemosyna cordis multo maior sit, quam elemosyna corporis, quis est qui vel vmbra excusationis possit praetendere? Et illud attendite fratres, quia charitatis elemosyna sine terrena substantia sufficit sibi. Illa verò, quae corporaliter datur, si non benigno corde tribuitur, omnino non sufficit. Et quia sicut ipsi videtis, fratres charissimi, ad remissionem omnium peccatorum, si substantia terrea non fuerit, charitas, & dilectio inimicorum satis, abundeque sufficiunt, nulla nobis excusatio de hac re in die iudicii remanebit. Nec dicere aliquis poterit, non se habuisse, vnde sua peccata redimeret. Et ideo omnes homines studeamus toto corde diligere, orantes, vt qui boni sunt, meliores fiant, & in opere bono permaneant, qui mali sunt, cito se corrigant: timentes illud, quod dominus comminatus est dicens, Si non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec pater vester dimittit vobis peccata vestra. Sed magis cum ipsius adiutorio laboremus, vt illud in nobis possit impleri, Date, & dabitur vobis: dimittite, & dimittetur vobis. Cum ergo secundum praefaram domini sententiam qua dixit, Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet vobis pater vester caelestis peccata vestra: in potestate nostra positum sit, qualiter in die iudicii iudicemur: imitramus quomolibet inimicis nostris, vt libera conscientia possimus in oratione dominica dicere, Dimittite nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: Quod ipse praefare dignetur, qui cum patre, & spiritu sancto vinit, & regnat in saecula saeculorum, Amen.

Math. 6.

Luc. 6.

Math. 6.

DE EODEM DE EODEM Euang. Romi. 3.

Gradum esse aliquem in Phariseorum iustitia, quae ad legem pertinet, hinc intelligitur, quod multi homines eos etiam à quibus diliguntur, oderunt, sicut luxuriosi filij parentes coeuitores luxuriae suae. Ascendit ergo aliquem gradum (qui proximum diligit) quamuis adhuc odent inimicum: cuius autem imperio, qui venit legem implere, non soluere, perficiet beneuolentiam, & benignitatem, cum eam vsque ad inimici dilectionem perduxerit. Nam ille gradus quamuis nonnus sit, tam paruus est tamen, vt cum Publicanis possit esse communis. Ne quod in lege dictum est, Odens inimicum tuum, vox iubentis iusto est accipienda, sed permittentis infirmo. Sic autem diligendus est inimicus, & non in quantum inimicus, sed in quantum est, vt ei hoc velis prouenire quod tibi, id est, vt ad regnum coelorum renouatque perueniat. Proximus est autem omnis homo. Omnes proximi sumus conditione terrene natiuitatis & mortalitatis, & etiam spe caelestis hereditatis: quia nescimus quis quid futurus sit, quoniam aut Iudaeus aut haereticus, aut Paganus: forte enim per misericordiam Dei conuertetur ad Deum, & inter sanctos primum locum habere merebitur. Quod in lege dominus non inimicis, sed inimicum praecipit odiri, vt qui spirituales erant in lege, solui

Serm. 59. 1. temp. recitatum à Leuannum sibus. Matt. 5.

solum diabolum odio haberent, cuius odium Christus non venit soluere, sed adimplere. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros, bene facite illis qui oderunt vos. Multi praeccepta Dei, sua imbecillitate non sanctorum vitibus aestimantes, putant esse impossibilia, quae praeccepta sunt: & dicunt sufficere virtutibus non odisse inimicos, ceterum diligere plus praeccepti quam humana natura patitur. Sciendum est ergo, Christum non impossibilia praecipere, sed perfecta, quae Dauid fecit in Saul, & Absalon. Stephanus quoque martyr pro inimicis se lapidantibus deprecatus est: & Paulus anathema esse cupit pro persecutoribus suis. Haec autem Iesus & docuit & fecit dicere, Pater ignosce illis. In reliquis operibus bonis interdum potest aliquis qualemque excusationem praetendere: in habenda vero dilectione nullus se poterit excusare. Potest mihi aliquis dicere, non possum ieiunare, nunquid potest dicere, non possum amare? Potest dicere, propter infirmitatem corporis mei non possum à vino, & carnibus abstinere: nunquid potest dicere, non possum diligere? Potest aliquis dicere, virginitatem non possum seruare: potest dicere, non posse res totas vendere, & pauperibus erogare: Nunquid potest dicere, non possum diligere inimicos? Non enim ibi aut pedes laborant currendo, aut aures audiendo, aut manus operando lassantur, aut nos per ipsam excusationem liberare conemur. Non nobis dicitur, Ite in Orientem & quaerite charitatem: nauigate ad Occidentem, & inuenietis dilectionem. Intus in corde nostro est, vbi redire iubemur dicente Propheta, Redite, praeruariciores, ad cor. Non enim in longinquis regionibus inuenitur quod à nobis petit. Et orate pro persequentibus, & calumniantibus vobis. Quid aliud pro inimicis orandum est, nisi hoc quod ait Apostolus, Vt det illis Deus poenitentiam, & respiciant à diaboli laqueis, à quo capti tenentur? Sed hic merito mouet, quomodo huic praeccepto domini non sit aduersum quod & in Prophetis inueniuntur multae imprecationes aduersus inimicos, quae maledictiones putantur, sicut est illud, Fiat mensa coram ipsis in laqueum, & cetera quae ibi dicuntur: & Ioanes Apostolus ait, Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat & dabitur ei vita, peccati non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis. Vbi primum videndum, quia Prophetae per imprecationem quid esset futurum cecinerunt, non optantis voto, sed spiritu praedictis, qui maxime solent figura imprecantis futura praedicere, sicut figura praeteriti temporis ea quae ventura erant saepe cecinerunt. Deinde in Apostoli verbis intelligendum esse, quosdam fratres, pro quibus non orare nobis praecipitur, cum dominus etiam pro persecutoribus nostris nos orare iubeat. Quae solui quaestio non potest, nisi fateamur esse aliqua peccata in fratribus, inimicorum persecutione grauiora. Fratres autem Christianos significati, multis diuinatum scripturarum documentis probari potest. Peccatum ergo, fratres, ad mortem puto esse, cum post agnitionem Dei per gratiam domini nostri Iesu Christi quisque oppugnat fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam, qua reconciliatus est Deo, inuidientiae facibus agitatur. Peccatum autem non ad mortem est, si quisquam non amorem à fratre alienauerit, sed officia fraternitati debita, per infirmitatem aliquam animi non exhibuit.

Quapropter & dominus in cruce ait, Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Nondum enim gratia spiritus sancti participes facti, societatem sanctae fraternitatis inierant. Et beatus Stephanus in Actibus Apostolorum orat pro eis, à quibus lapidatur, quia nondum Christo crediderant, neque aduersus illam communem gratiam dimicabat. Apostolus verò Paulus propterea credo non orat pro Alexandro, quia frater erat, & ad mortem, id est, fraternitatem inuidentia opugnando, peccauerat. Pro his autem, qui non abrupertur amorem, se timore subcubuerat, orat vt eis ignoscatur. Sic enim dixit, Alexander ararius multa mala mihi ostendit, reddet illi Deus secundum opera illius, quem & tu deuota. Valde enim restitit sermonibus nostris. Deinde subiungit pro quibus orat ita dicens. In prima mea defensione nemo mihi assuit, sed omnes me dereliquerunt, non illos imputetur. Et nota quod Apostolus non ait reddat, sed, reddet illi Deus secundum opera eius, quod verbum praenuntians est, non imprecans: sicut de illa hypocriti Iudaeorum est dictum, cui euerfionem imminere cernebat, Percutiet te Deus, paties dealbate. Quaeritur autem quomodo huic praeccepto quo nobis iubetur, Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, illud non est contrarium, quod in Apocalypsi legitur, martyres orate Deum vt vindicentur? Sed hoc quempiam mouere non oportet. Quis enim audeat affirmare cum illi sancti candidati se vindicare petuerunt, vt cum contra ipsos homines, an contra regnum peccati petierint? Na ipsa est sincera, & plena iustitiae & misericordiae vindicta martyrum, vt euerteretur regnum peccati, quo regnante, tanta perpeffi sunt. Ad cuius euerfionem nititur Apostolus dicens, Non exgo regnet peccatum in vestro mortali corpore. Destruitur autem & euerfitur peccati regnum, partim correctione hominum vt caro spiritui subiciatur, partim deprauatione perseuerantium in peccato, vt ita ordinentur, vt iustus cum Christo regnantibus molesti esse non possint. Quis ergo conuincit sanctos, non talem suam vindictam à domino esse deprecatos? Quod autem consequenter positum est, Vt sitis filij patris vestri, qui in caelis est: ex illa regula intelligendum est, qua Ioanes dicit, Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Vnius enim naturaliter filij Dei, qui nescit omnino peccare, nos potestate accepta efficiunt filij, in quantum ea quae ab illo praecipuntur implemus. Vnde Apostolica disciplina adoptionem appellat, qua in aeterna hereditatem vocamur, vt cohaeredes Christi esse possimus. Filij ergo efficiunt regeneratione spiritali, vt adoptemur in regnum Dei, non tanquam alieni, sed tanquam ab illo facti & conditi. Itaque non ait, facite ista, qui estis filij: sed, facite, vt sitis filij patris vestri. Nos autem cum patimur inimicos, hoc clamare debemus, Pater, ignosce illis. Phrenetici enim sunt, à contrario spiritu possidentur, vt nos persequantur, & maiorem persecutionem à diabolo patiuntur. Qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Scriptum est, Orietur timentibus vobis nomen domini, sol iustitiae, vt etiam pluuiam accipias irrigationem doctrinae veritatis: quia & bonis, & malis apparuit: bonis, & malis euangelizatus est Christus. Sive istum solem maui accipere, non solum hominum, sed etiam peccatorum corporis oculis prolatum, & istam pluuiam, qua fructus gignuntur, qui

Luc. 23.

Act. 7.

2. Tim. 4.

Act. 23.

Math. 5.

Apoc. 6.

Math. 5.

1. Tim. 2.

Rem. 8.

Luc. 23.

Math. 5.

Malac. 4.

ad refectionem carnis dati sunt: quod probabilius intelligi existimo, ut ille sol spiritalis non oriatur nisi bonis, & sanctis: quia hoc ipsum est, quod plangunt iniqui, in illo lib. qui Sapientia Salomonis inscribitur. Et sol non ortus est nobis: & illa spiritalis pluvia non irrigat nisi bonos, quia malos significabat vinea de qua dictum est, Mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrē. Si enim diligetis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Filios, & parentes amat latro, amat & leo, amat & draco, amat & vrsus, amat & lupi. Si enim amant non diligimus filios, vel parentes, peiores leonibus, vel supradictis bestiis sumus. Si verò amantibus vicem reddimus, adhuc nihil ab istis bestiis distare videmur. *Nōne & Publicani hoc faciunt? Publicani sunt, qui sectantur lucra, & exigunt vestigalia per negationes, & fraudes, & furta, sceleraque, & perituria. Et si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius faciatis? Nōne & Ethnici hoc faciunt? Ethnici ex Græco in Latinum interpretantur Gentiles. Ethnos enim Græcè gens dicitur. Si ergo, inquit, etiam peccatores Publicani, Ethnici erga dilectiores suos natura duce norunt esse beneficii, quanto magis vos, qui bus per gradus professionis exitior, ita cura necesse est sit veritatis vberior, latiori sine dilectionis amplecti debetis & non amantibus? Nam diligere inimicos Deus præcipit. Et petulantia humanarum mentium motus, publicæ charitatis frangit affectu, non solum itam ab vltione depellens, sed etiam in amorem mitigans inuitiosus: quia gentium est amantibus amare, & cōmune est diligere diligentes. Plus diligendi sunt inimici quàm amici. Qui enim inimici sunt, corpori aduersantur, & animæ preparant æterna præmia, quia qui carnalia nostra & terrena rapiunt, cælestia nobis & spiritalia congregant. Nonne magis diligendus est, quàm odiciendus, qui nobis dat æternas opes? Amici verò carnis nostræ nobis suavia suadere contendunt, quæ animæ nostræ præparant æternam mortem. *Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester celestis perfectus est. Quis autem hæc facit, nisi plene perfectusque misericors? Quo vno consilio miseria deuitatur, opitulante illo qui ait. Misericordiam magis volo quàm sacrificium. Perfectio nanque misericordiae, qua plurimum animæ laborantis consulitur, vltra dilectionē inimicorum potrigi non potest. Ideoque sic concluditur. *Estote vos perfecti, sicut & pater vester perfectus est. Ita tamen ut Deus intelligatur perfectus tanquam Deus, & anima perfecta tanquam anima. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus ut videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in caelis est. Cauete, inquit, iustitiam vestram facere coram hominibus: id est, hoc animo iuste viuere, & ibi cōstitueret bonum vestrum, ut vos videant homines. Alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in caelis est: non, si ab hominibus videamini, sed, si propter eam iustē viuatis, ut ab hominibus videamini. Nam & Apostolus dicit, Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem: cum alio loco dicat, Sicut & ego omnibus per omnia placeo. Omnem curam rerum præsentium amouet, & attentos tantum esse in spe futuri iubet, neque sectari vel hominum fauorem ostentatione bonitatis, vel in tantiam religionis orationis publicæ copia, sed intra conscientiam fidei fructum boni operis continendū, quia humanæ laudis cōsecratio eam tantum, quam ab hominibus***

Esai. 5. Mat. 15.

Esai. 6.

Galat. 1. 1. Cor. 10.

expectat, mercedem sit receptura. Iustitia non aliud est quàm non peccare, non peccare autem legis præcepta seruare. Præceptorum autem obseruatio duplici genere cōtinetur, ut nihil eorum, quæ prohibentur, facias, & omnia, quæ iubentur, implere contendas. Hoc est enim quod Psalmista dicit, Recede a malo, & fac bonum. Si a malo recesseris, & non feceris bonum, transgressor es legis, quæ non tatum in malorum actuum abominatione, sed in honorum perfectione cōpletur. Neque hoc solum tibi præcipitur, ut vestitum suis non spolijs indumentis, sed ut spoliatis operas tuis. *Cum ergo facis elemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis, & vici ut honorificentur ab hominibus. Hypocrita Græco sermone simulator interpretatur, qui, dum intus malus sit, bonum se palam ostendit. Hypo enim falsum, crisin verò iudicium sonat. Nomen autem hypocrite translatum est à specie eorum, qui spectaculis tacta facia incedunt, distinguentes vultum caruleo, niuocœque colore, & cæteris pigmentis, habentes simulachra oris, lintea gyplata, & vario colore distincta, nonnunquam colla, & manus, creta perungentes, ut ad personæ colorem peruenirent, & populum dum in ludis argenter fallerent, modo in specie viri, modo in forma femine & reliquis præfignis. Vnde species argumenti translata est in his, qui falso incedunt vultu, & simulant quod non sunt. Sed hypocritæ maculam non habere, aut paucorum, aut nullorum est. Nam quicumque vult se videri, quod non est, hypocrita est. Qui tuba canit, faciens elemosynam, hypocrita est. Qui in synagogis, & in platearum angulis orat, ut videatur ab hominibus, hypocrita est. Qui ieiunans demolitur facie, ut ventris inanitatē demonstrat in vultu, & hic hypocrita est. Ex quibus omnibus intelligitur hypocritas esse, qui faciunt quodlibet, ut ab hominibus glorificentur. Mihi videtur & ille hypocrita esse, qui dicit fratri suo, Dimitte ut tollā festucā de oculo tuo, propter gloriam hoc facere, ut ipse esse iustus videatur. Vnde ei à domino dicitur, Hypocrite, eice prius trabē de oculo tuo. Non itaque virtus, sed causa virtutis apud Deum mercedē habet. Et si à recta semita paululū deuiaveris, non interest vtrum ad dexteram vadas, an ad sinistram, cum verum iter amiseris. Signanter autem dicit, *Receperunt mercedem suam, hoc est, non Dei, sed suam. Laudati enim sunt ab hominibus, quorum causa exercuerunt virtutes. Te autem faciente elemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera. In dextera intelligitur amor Dei, in sinistra vanitas vel cupiditas mundi. Si pro humana laude dederis elemosynam, totum est sinistra: si verò pro remissione peccatorum, totum dextera facit. Quid est ergo, *Nesciat sinistra tua quid faciat dextera, nisi quod facit Dei amor, non corruptum in vanitas, vel cupiditas mundi? Nam, si hoc aliquis secundum literam impleri posse credit, quid faciet? Si manus dextera doluerit, nunquid de sinistra elemosynam dare non debet? In superioribus, Cauete inquit, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ubi iustitiam generaliter nominauit, deinde particulariter exequitur. Est etenim pars aliqua iustitiæ opus quod per elemosynam fit: ideo connectit dicendo. *Cum ergo facis elemosynam noli tuba canere ante te. Ad hoc respicit quod superius ait, Cauete facere iustitiam vestram coram hominibus, ut scilicet videamini ab eis. Quod autem sequitur. *Amen dico vobis, perce-*****

Psal. 33.

Mat. 6.

Mat. 6.

Psal. 4.

Mat. 6.

Mat. 7.

perunt

EIVSDEM IN IDEM Homil. 4.

perunt mercedem suam: ad illud respicit quod supra posuit, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in caelis est. Deinde sequitur, *Te autem faciente elemosynam. Cum dicit, Te autem, quid aliud dicit, quàm non quomodo illi? Quid ergo mihi iubeat. Te igitur, inquit, faciente elemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Ergo illi sic faciunt ut sciat sinistra eorum, quid faciat dextera. Quod igitur in illis culpatum est, hoc tu facere vetaris. In eis autem hoc culpatum est quod ita faciunt, ut laudes hominum quærant. Quapropter nihil consequentius sinistra videtur significare quàm ipsam delectationem laudis. Dextera autem significat intentionem implendi præcepta diuina. Nesciat ergo sinistra quid faciat dextera: id est, non se misceat conscientie tuæ laudis humanæ appetitio, cum in elemosyna faciendi diuinum præceptum contendis implere, ut sit elemosyna tua in absconso. Quid est, in absconso, nisi in ipsa bona conscientia quæ oculis humanis demonstrari non potest, nec verbis aperiri? Multi foras faciunt elemosynam, & intus non faciunt, qui vel ambitione vel alicuius temporalis rei gratia misericordes volunt videri. *Et pater tuus qui videt in absconso, reddet tibi. Rectissime omnino & verissime, Si enim præmium ab eo expectas, qui conscientie inspector est, sufficiat tibi ad promerendum Deum ipsa conscientia. Et cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis, & in angulis platearum, stantes orare, ut videantur ab hominibus. Neque hic ab hominibus se videri nefas est: sed ideo hæc agere ut videaris, & fructus in eis expectetur placendi hominibus. Plateæ perpetuè ac latiores ciuitatum viæ sunt iuxta proprietatem lingue Græcæ à latitudine nominatæ, & latius enim latum dicitur. Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam. Et hic ostendit dominus id se prohibere, ut ea merces appetatur, qua gaudent stulti, cum laudantur ab hominibus. Tu autem cum orabis, intra in cubiculum, & clauso ostio, ora patrem in absconso. Cubiculum quod nominat non occultatum domum ostendit, sed cordis nostri secretum. Hinc Psalmista dicit, Quæ dicitis cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Et claudentes ostia, orate, inquit, ad patrem vestrum in abscondito. Parum est intrare in cubicula, si ostium pateat importunis, per quod ostium ea, quæ foris sunt, improbe se immergunt, & interiora nostra aperiant. Foris autem dicimus esse omnia temporalia, & visibilia, quæ per ostium, id est, carnalem sensum in cogitationes nostras penetrant, & turbæ vanorum phantasmatum orantibus obstrepunt. Claudendum est ergo ostium, id est, carnali sensui resistendum, ut oratio spiritalis dirigatur ad patrem, quæ fit in intimo cordis, ubi oratur pater in absconso. Qui vero vult orationem suam volare ad Deum, faciat illi duas alas, id est, elemosynam, & ieiunium, & ascendat celeriter, & exaudietur. *Et pater tuus qui videt in absconso, reddet tibi. Et hoc tacti clausula terminandum fuit. Non enim monet nunc ut oremus, sed quomodo oremus: neque ut superius, ut elemosynam faciamus, sed quo animo faciamus: quoniam de corde mundando præcepit, quod non mundat nisi simplex intentio in æternam vitam, solo, & puro amore sapientiæ.***

Evangelia lectio, fratres charissimi, quæ nobis modo recitata est, videtur mihi quod secundum literam non possit intelligi, & ideo, Deo auxiliante, requiramus qualiter ad eius spiritalem sensum peruenire possimus. Sic enim ait dominus. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis. Et iterum, Cum facis elemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, ut sit elemosyna tua in absconso. Quomodo hoc secundum literam accipere possimus, cum ipse dominus iterum dicat, Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera, & glorificent patrem vestrum, qui in caelis est. Quomodo hic dicit, Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: cum alibi dicat, Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera bona? Diligenter attendite, fratres, & intellectum diuinæ scripturæ humiliter, & sapienter requirite. Non enim sibi ipse dominus in Evangelica lectione contrarius esse potest. Nam quia elemosynam & occulte fieri ipse dixit, & publicè ipse admonuit, ut sibi præcepta eius non videantur esse cōtraria, intellectum sobrium quaerit. Qui enim ideo facit elemosynam, ut ab hominibus se laudari desideret, etiam si occulte fecerit, publicè facit, quia laudem ab hominibus quaerit: Qui verò elemosynam pro solo amore Dei facit, ut ad opus bonum illum reliqui imitentur, & non ipse sed dominus collaudetur, etiam si publicè faciat elemosynam, absconso facit, quia pro elemosyna illa non hoc quod videtur, sed quod non videtur, desiderat: nec ab hominibus laudem, sed mercedem à Deo optat accipere. Hoc etiam & de ieiunio debemus accipere. Cum enim ipse dominus dicat, Vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris ieiunans hominibus: ergo contra Christi præcepta facimus, qui publicè ieiunium indicimus, & vidente toto populo, pariter cum ipso ieiunamus? Et in hoc sensu oportet intelligi, ut nemo pro laude humana, sed pro peccatorum indulgentia, vel pro misericordia diuina ieiunet, & vnusquisque interroget conscientiam suam, & si pro solo Deo facit elemosynam, securus, & publicè faciat, ut quicumque viderint, imitentur. Nam & illud quod dicit dominus: *Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua:* ad hoc, quod supra diximus, pertinere cognoscitur. In dextera enim intelligitur amor Dei, in sinistra vanitas, vel cupiditas mundi. Si pro laude humana dederis elemosynam, totum sinistra facit, dextera omnino nihil facit. Si verò pro remissione peccatorum, & amore vitæ æternæ elemosynam dederis, totum dextera facit. Quid est ergo, *Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, nisi quod facit amor Dei, non corruptum aut perdat vanitas, vel cupiditas mundi? Nam si hoc aliquis secundum literam impleri posse credit, quid faciet, si ei manus dextera doluerit? Nunquid de sinistra elemosynam dare non potest? Aut si vult captiuum redimere, quomodo aut sacculum soluere, aut arcam aperire poterit, si sinistram manum dexterae suæ non iunxerit? Aut si peregrinum optat excipere, & secundum præceptum domini sanctorum pedes abluere, non video quomodo hoc nesciente sinistra manu possit impleri. Ad hoc pertinet etiam illud, quod dixit, *Cum oratis, noli te in angulis platearum***

Serm. 60. de temp.

Mat. 5.

Mat. 6.

Et olim publicè ieiunium indicabatur.

rum orare, sed intra, inquit, in cubiculum tuum, & clauso ostio, orare patrem tuum in abscondito. Ecce ipsi bene agnoscitis, quia non hoc semper secundum literam poterit adimpleri. Nam & nos ipsi & totus populus non solum in cubiculis nostris oramus, sed etiam publice ad Ecclesiam convenimus, & simul cum omni populo genua flectimus. Et nunquid hæc facientes præceptis Christi contrarij sumus, qui dixit, vt in cubiculis clauso ostio orare debeamus? Nō ita est. Vnde etiam & iste sensus superiori sententiæ conueniens est. Qualiter ergo hoc intelligi debeat attende. Si quando oras Deum, & hoc ab illo petis quod videtur, publicè, & aperto oras, quia hoc à Deo vis accipere quod videtur. Si verò pro indulgentia peccatorum, & pro vita æterna volueris supplicare, etiã si publicè oraueris, clauso ostio oras, quia non petis quod videtur, sed quod non videtur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna sunt. Si temporalia queris, sicut iam dixi, publicè, & aperto ostio oras: si æterna queris, secreta est oratio tua, quia non quæ videntur, sed quæ non videntur, optas accipere. Qui ergo illa, quæ non videntur in veritate querit, & illa quæ videntur Deo remunerante percipiet, quia non mentitur qui dicit, Querite primam regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adicientur vobis. Nec hoc sic dicimus, vt pro rebus temporalibus Deum nō oremus, id est, pro sanitate corporum, aut pro pace temporum, aut pro abundantia fructuum. Debemus & ista à Deo petere, sed secundo & tertio loco, vt primas partes in omni intentione nostræ orationis, amor animæ, & desiderium vitæ æternæ obtineat. Oremus ergo pro corpore, sed sine vlla comparatione amplius pro anima supplicemus. Et ideo, charissimi, quoties vobis ista euangelica lectio legitur, ordine quo supra suggestimus, intellectum eius debetis accipere, vt sine in elemosynis, siue in ieiuniis, siue in orationibus, siue in dextera, vel in sinistra hoc seruare studeamus, vt quicquid agimus nō pro vanitate, vel cupiditate seculi, sed pro amore æternæ beatitudinis faciamus. Quod ipse præstare dignetur, qui cum patre, & spiritu sancto vivit, & regnat.

EIVSDEM IN IDEM
Euang. Homil. 5.

Et sic, Som. 26. de diuersis. **R**estat enim videre, quid sit, Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: & de dilectione inimici, cur antiquis videbatur data licentia vt odissent inimicos, quorū nobis imperatur dilectio. Sed quid facio? Si breuiter de his disseram, fortassis non ita vt oportet intelligat: si diutius, timeo ne plus grauem vos onere sermonis, quàm fructu expositionis subleuem. Sed certè si minus quàm satis est, intellexeritis: adhuc me tenete debitorem, vt alio tempore ista plenius disserantur. Tamen nunc non oportet ea sic relinquere, vt omnino nihil inde dicatur. Sinistra est animi cupiditas carnalis, dextera est animi charitas spiritualis. Si ergo cum quisque facit elemosynam, miscet cupiditatem temporarium commodorum, vt in opere illo aliquid tale conquirat, miscet sinistra conscientiam operibus dextera. Si autem simplici charitate, & pura coram Deo conscientia homini subuenit, nihil aliud intuens; nisi vt illi placeat qui hæc iubet, nescit si-

nistra quid facit dextera. De dilectione autem inimici, difficilior est questio: nec ea breuitate solui potest. Sed, cum auditis, orate pro nobis: & forte dominus Deus citò dabit, quod putamus esse difficile. Ex vno enim horreo viuimus: quia in vna familia sumus. Quod ergo nos putamus esse valde intus in abdito, forte ipse, qui promittit, ponit in limine: vt facillimè dari possit petentibus. Diligit inimicos ipse dominus Christus: pendens enim in cruce ait; Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Secutus est eius exemplum Stephanus, cum lapides in eum iacerentur: & ait; Domine, ne statuas illis hoc delictum. Dominum imitatus est seruus, vt nemo seruoarum sit piger, & putet hoc esse factum, quod à solo domino fieri poterat. Si ergo multum est ad nos imitari dominū, imitemur conferuum: ad eandem quippe gratiam vocati omnes sumus. Quare ergo antiquis dictum est; Diliges proximum tuum, & oderis inimicū tuum? Quia fortassis & ipsis dictum est, sed nobis apertius pro tempore distributione, per eius presentiam, qui videbat, quid quibus vel legendum esset vel apertendū. Si enim habemus inimicum, quem nunquam diligere iubemur: est autem diabolus: diliges proximum tuum hominem, & oderis inimicum tuum diabolum. Sed, quia in ipsis hominibus sæpe existunt inimicitia: in animis eorum, qui per infidelitatem dant locum diabolo, & eius vasa fiunt, vt operetur in filiis dissidentia: potest autem fieri, vt relinquat homo malitiam suam, & conuertatur ad dominum: Et dum adhuc seruit, dum adhuc persequitur, diligendus est: & orandum pro illo, & bene illi faciendum: ita primum præceptum implebis, vt diligas proximum tuum hominem, & oderis inimicum tuum diabolum: & secū dum, vt diligas inimicos tuos homines, & ores pro eis, qui te persequuntur. Nisi forte putas non orasse Christianos illo tempore pro Saulo persecutore Christianorum. Fortassis ad eius conuersionem vox illa Stephani martyris exaudita est. In illo enim persecutorum eius numero fuit, & lapidantium vestimenta seruauit. Idem etiam ad Timotheum scribens ait; Obsecro primum omnium fieri deprecationes, adhortationes, interpellationes gratiarum actiones, pro omnibus hominibus: pro regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus. Iubebat ergo orari pro regibus: & tunc reges persequerentur ecclesias. Sed quas tunc pro se orantes persequerentur, nunc pro se exauditas defendunt. Vis ergo & illud antiquorum custodire præceptum? Dilige proximum tuum, hoc est, omnem hominem. Ex duobus enim primis parentibus omnes nati, omnes vtique proximi sumus. Certè enim ipse dominus Iesus Christus, qui diligi præcipit inimicos, in duobus illis præceptis totam Legem & Prophetas pendere testatur est; Diliges dominū Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: & diliges proximum tuum tanquam teipsum. Nihil tibi præcepit de dilectione inimici. Non ergo totum hæc duo præcepta continent? Abiit. Quia cum dicit; Diliges proximum tuum, ibi sunt omnes homines, etiam si fuerint inimici: quia etiam secundum spiritalem propinquitatem nescis quid tibi sit in presentia Dei, homo qui tibi ad tempus videtur inimicus. Quia enim patientia Dei ad penitentiam eum adducit, fortassis cognosceret & sequetur ducentem. Si enim Deus

Deus ipse, qui nouit, qui sunt in peccatis persecutorum, qui relicti iustitiam: & iteruo acerbiter ad iniquitatem lapsuri, tamen facit solem suum ortiri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, inuitans vtique ad penitentiam per patientiam, vt, qui neglexerint eius bonitatem, experiantur in fine ferocitatem: quanta sollicitudine placabilem oportet esse hominem, ne forte nesciens, qualis futurus sit, cum presentes eius inimicitias attenderit, oderit eum, cum quo in æterna felicitate regnabit? Imple ergo præceptum primum; Dilige proximum tuum, omnem hominem, & oderis inimicum tuum diabolum. Imple & secundum; Dilige inimicos tuos, sed homines, ora pro eis qui te persequuntur, sed pro hominibus: benefac eis qui te oderunt, sed hominibus. Si esurierit inimicus tuus, eum illum; si sitit, potum da illi: hoc enim faciens carbonem ignis congeres super caput eius. Et hæc questio est. Quomodo enim quisque diligit, quem vult ardere carbonibus? Sed si intelligatur, nulla contentio est. De illis enim vastioribus carbonibus dicitur, qui dantur homini aduersus linguam subdolum. Cum enim quisque benefecerit inimico, & nō victus malo eius, vicerit in bono malo, plerunque illum inimicitiarum suarum penitebit, & irascetur sibi, quod tam bonum hominem læserit. Ipsa verò vltio, penitentia est: quæ tanquam carbonem ignis inimicitias eius malitiæque consumit. Conuerſi ad dominum, &c.

PETRI CHRYSOL. EPI-
scopi Raven. in superius Euang.

Serm. 9. **A**git nobiscum Deus, agit in hoc sæculo, ne quid nobis pereat in futuro: sicut ex ipso luceat principio lectionis, Attendite, inquit, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, &c. Et quomodo, quod sit ab hominibus, coram hominibus non sit: patetis iustitiae lateat sensus, publici operis quod secretum? Qui potest celare radios solis, iustitiæ poterit occultare fulgorem. Iustitia lux rerū: conciliis non velatur obscuris. Iustitia, cum sibi facta claret, omnes illustrat exemplo. Et quid est, quod eam dominus coram hominibus fieri non vult, per quam statum capiunt res humane? Et vbi est illud? Sic luceat lux vestra coram hominibus; vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est. Quomodo iustitiam vult celare, cuius opera vult faciantur? Fratres, hæc præceptio celestis vult iustitiam tollere, auferre pompam, vanitatem demere, summouere inanem gloriam: sic iustitiam vult celare. Iustitia, quæ per se sibi abundat ad gloriam, spectaculum populi, vulgi laudes, fauores hominum, mundi gloriam non requirit: Deo genita cælum spectat, in oculis agit diuinis, supernis virtutibus mixta, semper à Deo solo, vt glorificentur, expectat. Sed hæc est iustitia, quæ ex Deo est: illa verò iustitia, quæ est hypocritis, iustitia nō est, menditur oculis fallit aspectibus, videntibus illud, decipit audientes, sed dicitur, trahit populos, famam vendit, emit clamorem, sit sæculo, Deo non sit, mercedè rapit presentem, premium non querit in futuro, cæcat oculos, cæca ipsa non videns vult videri, propter quam cecitatem Christi presentis se inchoat in præcepto. Attendite, Hoc est, ne gestitiis attendi. Ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. Quare? Ne videamini

ab eis. Et, si vult fueritis; quid? Mercedem non habetis apud patrem vestrum, qui in cælis est. Fratres, hic dominus non iudicat, sed exponit; pādīt cogitationum dolos, secreta mentium nudat, iniuste iustitia transactibus modum iustæ retributionis indicit. Iustitia, quæ se humanis oculis locat, diuini patris non potest expectare mercedem: voluit videri, & visa est: voluit hominibus placere, & placuit, habet mercedem, quam voluit; premium quod habere noluit, non habebit. Quæ verò de causa sint hæc præmissa, ex sequentibus audiamus; Cum facis elemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt. Bene, tuba, quia talis elemosyna hostilis est; non ciuilis, non misericordiae dedita, sed elamoris seditionis vernula, non alumna pietatis; ostentationis nudatio, non commercium charitatis. Elemosynam quisquis ostentat, insultat. Tu, inquit, cum facis elemosynam, noli tuba canere, &c. Audistis quemadmodum notat elemosynā in conuento, in plateis, in triuijs, non impensam ad leuamen pauperum, sed hominum propositam ad fauorem, vt probeatur misericordiam vendere, non donare. Fugienda est hypocritis, fugienda, fratres, quæ captiuæ gloriæ verecundiam pauperum non releuat, sed fatigat: quæ de gemitu inopis pompam suæ gloriationis inquitit, quæ suam laudem dilatat pauperis ex dolore, quæ de miseria petentis, famam suæ ostentationis expandit. Sed dicit aliquis. Ergo in conuento, in plateis, in triuijs, negranda est misericordia non præbendus est victus? Plane, & in omni loco, & in omni tempore facienda est misericordia, præbendus est victus, nuditas sit tegenda: sed sic, quomodo docuit misericordiae author, vt misericordia non terræ sit nota, sed cælo; non hominibus insinuata, sed Deo. In plateis, in triuijs suam pietas habet secretum; è contra platea, triuium est, cum in secreto facit hypocrita nil secretum. Fratres, Deus, monendo sic, vota culpata, non loca; sensum, non opera, studium, non darorem: arguit largientem ad suam famam: non ad pauperis famem: iudicat non vbi facias, quando facias, sed qualiter facias: quia Deus de cordibus, non de manibus facta meritur; & de sensu, non de locis operum colligit qualitatem. Misericordiam coram se solum vult fieri, qui solius est misericordiae & remunerator, & testis, qui dicit; Esuriui, & dedistis mihi manducare. Vult in paupere sibi dari; & qui vult sibi dari, vult, quod datum est, se debere; & qui vult se debere, quod datum est, vult largientibus nil perire. Deus parua poscit, maxima redditurus. Vnde, homo, si in paupere Deo sceneras, testes homines non requiras; fides arbitros non requirit. De accipientis fide dispurat, qui sine mediatoribus nil dari: qui credita diffamat, vrit verecundia debitorem. Ergo, homo, daturus Deo, da secreto: vt, quod dederis, non sit oneris, sed honoris. Ob hoc ad te venit tuus ditator in paupere, vt ei non dubites accepta reddere, qui tibi gratis dedit habere, quod daret. Quam verò in paupere sit verecunda paupertas, quod largitatis tur quærat secretum, aperit ipse, cum dicit; Te autem faciente elemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. Puras quàm vult nescire alterum, qui teipsum, qui facis, vult aliqua tui parte nescire? Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. Sicut sunt nobis in dextra parte virtutes, ita nobis pars virtutum in sinistra. Ergo, vt opus est dextera, quod facit tactus dator, quod facit dator gartulus, hypocritis est Bibl. Hom. tom. 2. i 3 sinistra.

Genesio-
num vsus.

2. Cor. 4.

Matth. 6.

Luc. 21.

Act. 7.

Rom. 12.

Psal. 119.

1. Tim. 2.

* Sic, nobis
vel ali-
quid con-
sueti.
Matth. 5.

Matth. 22.

Matth. 25.

sinistrae Hypocritis, dolus, simulatio, fraus, mendacium, elatio, timor, iactantia, insistent nobis, & imminet à sinistra. Quoties ego nobis cum bonitate, pietate, cum misericordia causa est, nesciat hoc sinistra. Sinistra est, quae nobis animarum praegria semper indicit: & ne virtutes in effectum veniat, laborat. Ne sit pietas, impietas agit, ne elemosyna vindicet, cupiditas pugnat, furri auaritia, ne misericordia conualecat, ne innocetia, puritas, simplicitas, sanctitas regnet, hypocritis sola conflagit, quam Christus à nobis tali praedicatione secludit; Te autem faciente elemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. Fratres, in hoc saeculo fugiamus, quae à sinistra sunt, si in futurum à dextris desideramus altare, & audire, Venite benedictis patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Homo, da in terra pauperi, quae tibi manere vis in caelo. Homo, commilita hic pauperi, si vis ibi regnare cum ipso domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in saecula saeculorum, Amen.

BEDAE VENERABILIS presbyteri eiusdem Euang. expositio.

Avisis quia dictum est, Diliges proximum tuum &c. Sciendum est ergo non impossibilia, ut quidam aestimant, in dilectione inimicorum Christum praecipere, sed perfecta, quae fecit David in Saul, & martyr Stephanus cum pro persecutoribus oravit. Hic ergo minus intelligentibus difficultas oritur questio, quod inveniuntur in prophetis, adversus inimicos imprecationes, quae putantur maledictiones, sicut est, fiat mensa eorum & reliqua. Sed propheta haec dixit non voto optantis, sed spiritu praesidentis, & dominus dixit. Vae tibi Capharnaum, non hoc malevolentia optabat, sed mentis insidiosis futurum ei fore cernebat. Rursus alia questio oritur, quia dominus iubet pro inimicis orare, & Iohannes pro peccantibus vsque ad mortem non rogare: & hoc ideo quia sunt in fratibus quaedam peccata inimicorum persecutione gratiora. Peccatum vsque ad mortem esse puto, post agnitionem Dei, per gratiam sancti spiritus impugnare fraternitatem & adversus ipsam gratiam invidiae facibus agitari: & peccatum non ad mortem, cum quis debita officia fraternitati non exhibuerit per aliquam infirmitatem animi. *Ut sitis filij patris vestri &c.* Non ait, facite ista qui estis filij Dei, nam vnus est naturaliter filius Dei, nos autem potestate accepta, in quantum ea quae ab illo praecipuntur, implemus efficiuntur filij Dei. Orum solem dicit super bonos & malos: Christum solem iustitiae, pluviam, doctrinam veritatis, quia bonis & malis apparuit, & est euangelizatus Christus. *Si enim diligite eos, qui vos diligunt &c.* Publicani quidem apud eos Romani exactores dicitur, qui vectigalia vel publica seculi lucra sectantur. Nam & Graecae gens dicitur Lannè. Ideo gentes ethnici dicuntur, qui sunt tales, ut fuerunt genti, & huius sententiae sensus est talis. Si ergo ethnici & publicani sunt erga amatores suos natura duce benefici, quantum vos dilectione latiores debebitis etiam non amantes amplecti, quia quibus est gradus profusionis eximior, necesse est ut sit cura virtutis vberior. *Estote ergo perfecti, sicut pater vester caelestis perfectus est.* Sine dilectione inimi-

corum quis superius dicta potest implere? Perfectio namque misericordiae, qua plerimum consulatur laboranti animae, vltra dilectionem inimici, porrigi non potest: & ideo sic clauditur. Estote ergo perfecti & reliqua, ita tamen ut Deus intelligatur perfectus tanquam Deus, & anima perfecta tanquam anima. Gradum ergo quendam ascendit, qui proximam diligit, sed benevolentiam perficitur qui eam praecipio ad inimici dilectionem perduxerit, nam quod in lege scriptum est, Oderis inimicum tuum, non est accipienda vox iubentis in isto, sed permittentis in summo. *Attendite ne iustitiam vestram, &c.* Ac si diceret. Caute. ne laudem ab hominibus quaeratis, & ob hoc fructu praeveniri mercedis: unde subditur, *Alioquin mercedem non habebitis, &c.* Qui enim inanem vulgi fauorem sequitur, hoc illi pro mercede deputabitur, & ob hoc ab aeterni regis nuptiis pulsans ianuas repellitur, quia hic cum avarie non probatur. *Cum ergo facis elemosynam.* Manifestum est hypocritas esse qui se iustos simulant & non exhibent: ac proinde a Deo cordis inspectore non aliud accipiunt, nisi fallaciae supplicium. *Te autem faciente elemosynam &c.* Videtur enim humanae laudis delectatio in sinistra significari, & in dextera intencio implendi praecipio divina. Et quid est elemosyna in abscondito, nisi in ipsa bona conscientia quae humanis oculis demonstrari non potest, quae & efficitur in voluntate bona, quamvis non sit quod imbuatur in pecunia. Nam in his solet sinistra operari, qui eam non intus, sed foris faciunt.

HAYMONIS EPISCOPI Halberstat. superioris Euang. expositio.

Avisis quia dictum est, antequam: Diliges proximum tuum, id est, consanguineum tuum, Amicum diliges & ades inimicum. Hoc praecipium servabat David, quum omnes gentes qui in circuitu suo erant, oppugnaret. Ego autem novus homo, nova praecipio do vobis. Diligite inimicos vestros: benefecite his qui oderunt vos, & orate pro persecutoribus & calumniatoribus vos, id est, pro his qui falsè accusant, & iniuste opprimunt. Quare facietis hoc? *Ut sitis filij patris vestri qui in caelis est, id est, per adoptionem.* Qui sicut pluit super terram Christianorum iustorum, sic super terram Iudaeorum infidelium, *si salutaris, &c.* id est, si salutem obtuleritis, vel aeternam, nomine ethnici, id est gentes hoc faciunt: ethnici grecè, latinè gentilis dicitur. Et gentilis dicitur, qui ita permanet ut est gentis. *Estote perfecti sicut pater vester perfectus est, ad similitudinem eius perfecti estote, sicut ipse in sua natura perfectus est.* *Qui solem suum oriri facit super bonos & malos.* Ita vos secundum possibilitatem vestram perfecti estote, ut amicos diligatis in Deo, & inimicos propter Deum, & in omnibus siue bonis, siue malis, opera misericordiae impendatis. *Attendite, id est, caute, ne iustitiam vestram, id est, opera, per quae iustificatur homo, quae sunt ieiunia, elemosyna, castitas, oratio, orationem hominibus faciatis, ut ab eis quaeratis laudem.* *Alioquin, id est, si aliter feceritis, quam praecipio, mercedem non habebitis.* *Cum ergo facis elemosynam, nolite tuba canere ante te, hoc faciunt sordide, & pharisei diebus festis, ut laudem humanam perciperent coram hominibus, & munera terrena, sicut hypocritae, qui coram hominibus praetendunt sanctitatem,*

Ance 16.

rem, quum in cordis secreto pleni sint malitia. *Te autem faciente elemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera.* Sinistra hic appellatur delectatio laudis humanae: dextera, intencio & voluntas implendi praecipia Dei. *Quae praecipia? Facite vobis amicos pauperes de mammona iniquitatis, ut, cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula.* Si propter hoc agis elemosynam, ut in aeterna tabernacula recipiaris, nesciat sinistra tua, id est, delectatio carnis, ut pro eo quod agis non quaeratis humanam laudem, *ut sit elemosyna tua in abscondito, id est, secreto cordis tui, ut non quaeratis extrinsecus laudem. Et pater tuus, qui creavit te, qui tibi praecipit recte viuendi contulit, videt in abscondito tuam voluntatem rectam, & reddet tibi mercedem.*

CHRISTIANI DRUTH- marii eiusdem Euang. expositio.

Avisis quia dictum est: diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Nec istud approbat dominus se praecipisse: propter illud, *odis inimicum tuum.* Non enim erat conveniens, ut Deus, qui omnes aequaliter creaverat de vno patre, & matre, aliquem odire praecipisset: nec Moyses hoc praecipit: sed indicavit quod facturi essent, nec dicitur in imperativo modo: sed in indicativo. Si denique imperatum fuisset ut odirent inimicos suos: Samuel, & David atque alij sancti in veteri lege, non dilexissent inimicos suos. *Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros, subauditur in corde: b. ne facite his qui oderunt vos, in opere.* Et orate pro persecutoribus & calumniatoribus vos. Ecce per tria iustum est nobis bene facere inimicis: per quae inimicis bona impendere solemus: id est in corde diligit: in ore orate: in opere bene facite. Propterea nullam excusationem habebimus, si non diligamus. Si autem ipsi mali sunt erga cultum Dei: vicia eorum debemus odire, creaturam diligere. *Ut sitis filij patris vestri, qui in caelis est.* Et secundum quod ipse diuinitas erat: & iuxta quod caro erat: exemplum nobis dedit. *Facit oriri solem suum super bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos: & in iuxta carnem formam, oravit pro persecutoribus & calumniatoribus sibi.* Dat nobis exemplum à superioribus ad inferiorum, & species parabolae hortantis. Si enim diligitis eos qui vos diligunt: nonne & publicani hoc faciunt? Publicani vocantur conductores vectigalium fiscali rerum publicarum: siue qui vectigalia publica exigunt: vel qui per negotia saecularia lucra sectantur: unde & cognominati. *Et si salutaris frater vestros: quid amplius faciatis? Nonne & ethnici hoc faciunt?* Ethnici dicuntur Graecè, Latinè Gentiles. *Estote ergo perfecti, sicut & pater vester caelestis perfectus est.* Omnia ista quae superius comprehensa sunt, ad perfectionem pertinere hic ostendit. *Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus.* Ostendit superius in enumeratis praecipis, quae essent iustitiae Christianorum: nunc praecipit, ne ipsas iustitias coram hominibus faciatis, ut videri velimus ab eis nostra facta, & nos laudari ab ipsis. *Attendite, hoc est caute.* In tribus locis in hoc euangelio hoc dicitur attendite: & semper eundem sensum habet, caute, & obseruate: ne ideo faciatis ut videamini, & videri velitis, & laudari. Nam qui ideo facit ut Deus laudet, & proximus adificetur, bene facit: qui autem propter laudem homi-

num facit, mercedem apud Deum amittit. Si volumus, possumus sic distinguere, ut dicamus, *Attendite ne iustitiam: & postea inferamus, vestram faciatis, id est eam iustitiam, quae Dei est, nostram velimus facere: quia nullus iuste, vel iustitiam facit, nisi ex dono Dei, & quicquid boni est, Dei est: quicquid autem mali, nostrum est.* Sic Moyses ostendit ad aquas contradictionis retorquendo in se virtutem Dei dicendo. Num de petra hac poterimus educere vobis aquam, cum Dei esset virtus, quae fiebat, & non hominis, per quem fiebat. *Cum ergo facis elemosynam, nolite tuba canere ante te, sicut Hypocritae faciunt in synagogis & in vicis, ut honorificentur ab hominibus.* Ipse in hoc loco insinuat, quomodo non debeamus iustitiam nostram facere coram hominibus sicut illi Hypocritae, id est simulatores, faciunt in synagogis in congregationibus, & in vicis. Vicus dicitur ab ipsis habitatoribus: quod vias habeat tantum, ut civitas, & sic sine muris, & vici dicuntur etiam habitatores civitatis. Tubas autem solebant insonare tunc quasi ad pauperes congregandos: sed sicut hic demonstratur, magis pro laude humana hoc faciebant: ut à multis agnoscerentur: quod ipsi magnam elemosynam facerent. *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Hoc est, quam quaesierunt laudem hominum, propter quam fecerunt à Deo nihil habent, quod expectent. *Te autem faciente elemosynam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.* Elemosyna Graecum nomen est, & dicitur misericordia: & elemosyna dicere debemus, non elemosyna: per enim non per, est, est. In omni re canere debemus, ne sinistra nostra boni sciat quod facimus: quia sinistra cenodoxia intelligitur: & semper in malam partem ponitur.

THEOPHYL. EPISCOPI Bulgar. superioris Euang. expositio.

Diligite inimicos vestros. Venit ad verticè virtutis: quo quid maius? Non est autem impossibile. Moses enim, & Paulus Iudeos contra se infascentes, plus quam seipso diligebat, & omnes sancti suos inimicos. Bene precemini devotibus vos. Inter benefactores oportet illos habere. Omnis enim, qui nos tentat, & persecutor, levitatem facit penam quam pro peccatis ferre deberemus. Etiam alia ratione, nempe quia talem mercedem nobis dat Deus. Audi enim, *Ut sitis filij patris vestri, &c.* Vide quantum bonum dat qui te odit, & ledit, modo sustinere velis. Per pluviam autem, & solem intellige etiam doctrinam, & scientiam. Omnes enim illustrat, & docet. *Nonne & publicani idem faciunt?* Trepidemus, quod neq; publicanis sumus aequales, neque amantes diligimus. *Et si dilexeritis amicos vestros, &c.* Nam hominum alios diligere, alios odio habere, imperfectorum est: omnes autem diligere, perfectorum. *Ut videamini ab illis.* Postquam ad summam virtutum charitatem duxit, nunc tollit inanem gloriam, quae sequi solet bene operantes. Vide autem quid dicat. *Attendite, inquit, & caute: quasi de aliqua mala bestia dicat, attende, ne te dilaceret.* Porro licet coram hominibus elemosynam facias, non tamen ideo facias, ut videaris ab hominibus, non condemnaris. Sin vanae gloriae scopi spectaveris, etiam si in penetrabilius promptuarij tui feceris, condemnaris. Voluntatem enim vel coronat, vel punit Deus. *Ne tuba canatur ante te.*

Non tubas habebant hypocritæ: sed animum eorum deridet hoc loco, quòd eleemosynam suam volebant celebrari. Hypocritæ sunt, qui alij apparent: & misericordes quidem videntur, alij autem sunt. *Amen dico vobis quòd habent mercedem suam.* Quum laudantur enim totum acceperunt ab hominibus. *Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua.* Per hyperbolam hoc dicit, quasi diceret, si possibile, etiam temetipsum ignores. Vel etiam aliter, Sinistra est inanis gloria, dextera vero eleemosyna. nesciat igitur eleemosynam inanis gloria. *Reddat tibi in manifesto.* Quando? Tunc quum nuda, & manifesta omnia erūt, & tūc magis glorificabere.

INCERTI CIVVSDAM sub nomine Eusebii Emissemi eiusdem Evangelij expositio.

Domino Iesu Christo docere didicimus quia maximum, & primum mandatum est, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo: secundum autem simile est huic, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quod autem hic dicitur, *Et odio habebis inimicum tuum*, illud esse puto, quod filiis Israel dominus præcepit, vt Ammonitas, & Moabitas interficerent, & nunquam cum eis pacem haberent. Similiter autem præcepit de Iebusæis, & Euzis, & Cananæis, aliisque terræ illius habitatoribus, vt non illis parcerent, sed in ore gladij omnes consumerent. *Ego autem, dico vobis, diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos.* Cætera enim, quæ superius dicta sunt, nõ contraria legi, sed quoddam legis supplementum esse videntur, secundum hoc quod dixerat, Non veni solvere legem, sed adimplere. Quæ verò modò dicuntur, contraria sibi esse videntur. Opposita enim sibi sunt, Odio habebis inimicum tuum, & diligite inimicos vestros. Dicit lex, Non diligas inimicum tuum: dicit Christus, Diligite inimicos vestros. Quomodo ergo intelligemus verba veritatis, vt non sint contraria legis? Quis est iste inimicus, quem odio habere, & diligere præcipimur? Inimicus iste, homo est. Inimicus, quia peccator: amicus, quia homo. Duo enim audisti, hominem, & peccatorem. Dilige igitur hominem, habe odio peccatorem: dilige naturam, non vitium: odi vitium, non naturam. Hoc enim modo & Christus legi, & lex Christo conueniet. Vnus enim, idemque homo, & amicus & inimicus est tibi. Vnus idemque homo te persequitur, & non persequitur. Quod enim Deus in homine fecit, amicum tibi est, & non insidiatur tibi: quod verò diabolus in homine fecit, inimicum tibi est, tibi que insidiatur. In vno igitur eodemque homine & amicum diligimus, & odio inimicum habemus. Quòd ergo lex dicit, *Diliges proximum tuum*, naturam hominis intellige: quæ ideo tibi proxima est, quia de eadem massa factus es: quod verò sequitur: *Et odio habebis inimicum tuum*, vitium intellige, quod est causa omnium inimicitiarum. Nullæ enim inter homines inimicitia essent, si hoc solum de eis sublatum fuisset. Sequitur: *Benefacite his qui oderunt vos.* Hoc enim ipse dominus & docuit, & fecit, sicut Iudæis loquens ait, Multa bona opera operatus sum vobis, propter quod horum vultis me occidere? *Et orate pro persequentibus & calumniantibus vos.* Et hoc quidem compleuit ipse, quando ipse

pro persequentibus suis oravit, dicens, Pater ignosce illis: non enim sciunt quid faciunt. *Vt sitis filij patri vestri, qui in celis est.* Quod sic intelligitur: Ut sicut estis filij Dei per creationem, sic etiam sitis eius filij per imitationem. Ipse enim non solum amicis, verum etiam inimicis benefacit. Et hoc est quod ait, *Qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos.* Sic inimicos nutrit, vt amicos: & hos & illos sui solis splendore illuminat, & suarum pluuviarum inundatione vtrotumque possessiones fecundat. Sed parua sunt hæc: audi maiora. *Qui solem suum, filium suum, solem iustitiæ, lucem quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, nunc oriri, nunc videri, nunc in tenebris lucere, nunc super bonos & malos splendescere facit.* *Et pluit super iustos, & iniustos.* Prius enim per prophetas, deinde per filium, postea verò per Apostolos & doctores, fidei & doctrinæ pluuia omnipotens dominus pluit. Magnæ sunt istæ nubes: his ecclesiæ fecundatur: his honorum semina nutriuntur: his qui infusus non fuerit, totus aridus igne cremabitur. *Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nõne & publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facietis: nõne et hi hoc faciunt? Non enim intelligere debemus, vt eos, qui nos diligunt, diligere nõ debeamus, alioquin, nec Deum nec proximum diligeremus, quæ sunt duo maxima legis mandata. Quid igitur, nisi vt non diligamus eos tantum qui nos diligunt, sed etiam eos qui nos non diligunt? Et non propter hoc tantum, quia nos diligunt, (hoc est enim vicem reddere:) sed quia eiusdem corporis membra sumus, & eiusdem patris filij sumus. Talis enim amor spiritalis est, & ideo indeficiens. Carnalis enim amor citò delabitur, sicut & ipsa caro. Quali videlicet amore publicani atque ethnici se vicissim diligunt. Statim enim vt se ab aliis non diligunt intelligunt, ipsi quoque alios non diligunt. Nos igitur omnes diligere, omnium salutem querere, omnibus charitatis affectum ostendere debemus. Quid enim est aliud salutare, nisi charitatis & dilectionis affectum ostendere? Sic enim augetur amor, & concordia crescit. *Estote ergo vos perfecti: sicut & pater vester celestis perfectus est.* Non dicit vt simus tantum perfecti, quantum pater noster celestis perfectus est (hoc enim impossibile est): sed dicit vt simus perfecti sicut ipse est. Sic enim pater aliquis homo est, sicut & iuuenis: quamvis viribus & scientia non sit perfectus homo, sicut iuuenis. Simus igitur perfecti pro modulo nostro, quoniam perfectus dominus bonos & perfectos vult habere, fideles. *Quæ sit autem ista perfectio, audi quid ipse dominus dicat: Si vis (inquit) perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Hæc autè specialiter Apostolus dicitur, eorumque successoribus per eos mandantur. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in celis est.* Si enim iustitiam nostram nõ debemus facere coram hominibus, quid est quod superius ait, *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videntes bona vestra opera, glorificent patrem vestrum qui in celis est?* Quomodo enim videbunt opera nostra, quæ coram eis, ipsis videntibus facere nõ audemus? Si enim fecerimus mercedem non habebimus. Videamus ergo quid significet, *vt videamini ab eis.* In hoc enim tota quaestio*

sio soluitur. Non enim perdit mercedem, sicut dicere videtur, qui iustitiam suam facit coram hominibus, sed ideo quia facit vt videatur ab hominibus, non iustitiam mercedem querit, sed hominum laudem & vanam gloriam, populique fauorem. Ideo que non habet mercedem apud Deum, quoniam vanam mercedem laudis suscepit apud homines. *Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere aut vesicula, sicut hypocritæ faciunt in Synagoga, & in vicis vt honorificentur ab hominibus. Amen amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Dico eego, *Quare receperunt mercedem suam? Nunquid ideo quia pauperes tubæ sonitu colligebant, quos fortasse aliter tam facile adiuuare non poterant? aut quia in Synagoga & in vicis hoc faciebant, vbi quia locus spaciosior erat, melius fieri videbant? Non ideo quidem, Quare ergo? Vis audire quare? Quia ideo hoc faciebant, nam vt se adire mercedem recipere, sed vt honorificentur ab hominibus. Tantum igitur eis amor laudis & gloriæ contulit, vt eleemosynas darent, & mercedem nõ haberent. Quomodo ergo eleemosynas facere debemus? Sequitur: *Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua: vt sit eleemosyna tua in abscondito: & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.* Quid enim per dexteram, vel quid per sinistram intelligamus? Si enim inanus nostras in his intelligere velimus, nescio quomodo alterius opera altera intelligat. Non enim in manibus, sed in mente est intellectus. Denique cur dextera opus suum sinistram abscondat, que tam confors ei est tamque fideliter in omnibus ei auxiliatur? Aliud igitur per dexteram & sinistram oportet intelligere. Dextera enim nostra, amor Dei est: sinistram verò amor laudis. Hæc enim ducit ad agnos, illa ducit ad hædos. Recordare illius euangelij in quo agni constituntur à dextris, hædi verò à sinistris. Si ergo facis eleemosynam, fac amore Dei, qui hæc præcepit vt faceres. Hæc est enim dextera tua. Nesciat hoc sinistra, id est amor laudis. Non quætas inde fauorem vulgi, vnde queritis placere Deo. Vtrunque enim simul et si habere desideras, simul tamen habere non poteris. Sic igitur in omni opere nostro nesciat sinistra quid faciat dextera, si tantum amore Dei & iustitiæ agamus illud. Vnde & hic dicitur, *Vt sit eleemosyna tua in abscondito.* Sicut enim in Synagoga, sine in vicis & plateis eleemosynam facis, in abscondito tamen facis, quicunque hoc faciens non ab hominibus, sed à Deo videri desideras. Econtra verò qui in abscondito facit, & videri cupiens, laudem ex hoc & gloriam querit, non in abscondito quidem facit, quoniam absconditum non vult quod facit, tantumque ei valet ac si in publico faceret. Deus autem qui videt in abscondito, & cui absconditum nihil est absconditum, qui & corda sentatur & videt cogitationes, reddet vnicuique secundum opera sua.*

E V T H Y M I I Z I G A B O N I superioris Euang. expositio.

Avidis, quia dictum est, diliges, &c. Postquam, vt dictum est, itam, ac concupiscentiam extirpauit, omnique simili affectu sibi obedienter liberavit, deinceps etiam benefacere iubet, dando videlicet perentibus, ac mutuando indigentibus. Deinde procedendo, ad extremam perduxit vir-

tutem. Omnis enim virtutis coronis, ac vertex est, inimicos amare, & cætera, quæ sequuntur. Amate inquam, ipsos, non quatenus inimici sunt, sed quatenus homines. Nec solum amare, sed & pro eis obsecrare. Ad amorem autem inimicorum consequuntur & alia: dico sane, bene precari de nouentibus, ac benefacere iis, qui oderunt: & orare pro lædentibus: Nam hæc perfectæ sunt dilectionis. Considera verò & præmium huiusmodi virtutis. Quia enim tam præclarum facinus omni alio maius erat, præmium quoque omni maius ipsi rependit. Ait enim, *Vt efficiamini filij patris vestri, qui in celis est, &c.* Pater quidem hominum Deus est tanquam plasmator eorum. (Nam partes quoque dicimus operum aliquorum poetas, hoc est, effectores) tanquam etiã prouisor, ac procurator ipsorum: patris siquidem proprium est, filio suo prouidere ac procurare. Filij autem Dei sunt, qui per virtutem similes ipsi efficiuntur, quantum est homini possibile: nam filij proprium est, suo assimilari patri. Vt sitis, inquit, filij Dei, non natura, sed similitudine, amando videlicet inimicos vestros: quia & ille à malis, ac iniquis, blasphemis tāquam iaculis petitis, & contumelia affectus, proprio que honore priuatus; tamen ob amorem, quo eos persequitur, solem suam oriri facit super malos, ac bonos, & pluit super iustos, ac iniustos. At tu quidem à consensu patris: ille vero à seruis. Et tu sane pauca, ac modica eis præstabis bona: ille autem plurima, ac maxima: & tamen tribuit tibi, vt ob talem imitationem ipsi similis efficiaris, eiusque filius nomineris. Per solem sane, ac pluuiam, omnia ad vitam cõuenientia significauit: his enim omnia à terra generantur, nutriuntur, augentur, ac perficiuntur. Potest quoque & alio modo dici. Vt sitis filij Dei, assimilati videlicet filio eius, qui innumeris ab inimicis suis passus iniurias, ipsos amabat, & beneficia, eos docendo, conferebat: linguarum sagittis petitis, & tandem ab eis crucifixus, pro ipsis orabat dicens; Pater dimitte illis, non enim sciunt, quid faciunt. Vult itaque Christus amicis te reconciliari; Abi, inquit, prius, reconciliare fratri tuo: inimicos vtero inber diligere, ac pro eis orare, vt prædictum est. *Si enim dilexeritis eos qui vos diligunt, &c.* Non est vitus, amantem se redamare, sed naturæ consentaneum. Nam & Publicani hoc faciunt, apud quos ne vestigium quidem est virtutis. Sunt autem Publicani, qui vestigialia colligunt, ac commerciarij (vt sic loquamur) qui scilicet mercibus viuunt commutandis. Erant autem maxime infames, qui artes huiusmodi exercebant, tanquam iniusti, auari, ac scelerati. Vnde & in doctrina, qua in loco campestri data est, pro publicanis, dixit peccatores. Quum autem neque diligentes nos diligamus, sed inuideamus potius iis, qui nobis bene cupiunt, qua tandem, obsecro, digni erimus condemnatione? quum super Scribas, Phariseos in iustitia abundare iussi, etiam illis inferiores sumus, qui apud eos infames erant? *Erunt igitur vos perfecti, sicut pater vester celestis perfectus est.* Qui diligentes se diligunt, hi certe in dilectione imperfecti sunt: qui vero etiam inimicos amant, hi sane perfecti sunt. *Attendite ne eleemosynam vestram, &c.* Plantatis iam virtutibus, tollit deinceps affectum, qui eis adnascitur, & molestus est, puta inanem gloriam, quam etiam auellit, postquam egregia plantauit virtutum opera: non enim prius pullulat, sed post ipsa. Est namque inanis gloria, bene

sup. eodem.

Luc. 6.

bene quippiam operari ad hominum ostentationem. Et vide, vnde eam incipiat expellere: ab elemosyna videlicet, oratione, & ieiunio: quia his maxime bonis operibus libenter infidiatur. Sicut Pharisæus cum inani gloria orabat, demonstrato Publicano: & se etiam iactabat, dicens: Ieiuno bis in sabbato: decimas de omnium, quæ possideo. Dicit autem: *Attendite*: ininuans seram hanc latentem in modum faris irreperere. Dicens vero; *Attendite*, ne elemosynam vestram præstetis coram hominibus, non ibi permanit, quasi vellet, vt indigentem prætereat, ne qui hoc videant: sed addidit; vt conspiciamini ab eis. Ac si diceret, Attendite, ne propter hoc eam coram hominibus tribuatis, vt conspiciamini ab eis: si enim non propter hoc eam dederitis, nihil vetat etiam coram ipsi eam tradere. Finis namque eius quæritur, non modus. Contingit enim & coram hominibus tribuentem, non ad ostentationem præbere, quando quis sola morus compassione præbet, & non tribuentem coram hominibus, ad ostentationem tribuens, quando non inductus compassione præbet, sed vt pro compassio prædicetur. Præmium, inquit, non habetis apud Deum, quia apud homines talis elemosynæ præmium quæsiuistis, puta laudem propter ipsam. Ponit autem semper inter alia verba patrem, qui in cælis est: admonens ipsos, vt patrem in cælis habentes, terrenum despiciant. Simul etiam incitans, vt huiusmodi patre digne con-

uerferentur. *Quum ergo præstas elemosynam, &c.* Auger dehortationem elemosynæ ad ostentationem præstitit. *Ne tuba canas*, id est, ne publices, vt ab hominibus agnoscat. Qui enim tuba canit, vt à multitudinè audiantur, buccinant. Quidam autem dicunt, quod illo tempore hypocritæ tuba conuocabant indigentes. Est autem hypocrita, qui alius est, & alius apparet propter humanam comitatem. Vultus siquidem, aut potius larua illorum, misericordie est, natura vero personæ, insanam gloriæ appetentiam indicat. *Referunt* autem, hoc est, auferunt, habent mercedem suam. *Te vero præstare elemosynam, &c.* Postquam dixit, quomodo oporteat non præbere, nunc dicit quomodo præstare oporteat. *Per sinistram* autem manum, eos, qui in proximo sunt, ac familiares intelligit: nihil enim manu tua vicinior, ac familiarior est. Neque hi, inquit, dexterae tuæ elemosynam agnoscant. Aut per hyperbolen est sermo, quod & ipsam sinistram lateat dextera: per quod manifestatur plurimum oportere latere. Consequenter vero addidit, quod Deum habeas conspectorem, ac testem, qui more patris gaudet, videns bona filiorum opera: quodque non perdes, quæ dederis, sed ab ipso recipies omnino elemosynæ præmium. Non dixit autem vnde facere oporteat, puta quod è iustis faculis, hoc nempe omnibus notum erat. Præterea superius quoque beatos prædicauit esurientes, & sitientes iustitiam.



SABBATHO POST CINERES. MARC. 6.



Millo tempore Cum sero esset, erat nauis in medio mari, & Iesus solus in terra. Et videns eos laborantes in remigando, erat enim

uentus contrarius eis. Et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra mare, & volebat præterire eos. At illi vt viderunt eum ambulantem supra mare, putauerunt phantasma esse, & exclamauerunt: Omnes enim viderunt eum, & conturbati sunt: Est statim locutus est cum eis, & dixit illis: Confidite: ego sum, nolite timere. Et ascendit ad illos in nauim & cessauit ventus. Et plus magis intra se stupebant. Non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor eorum obtæcatum. Et cum transfretassent, uenerunt in terram Genesareth, & applicuerunt. Cùmque egressi essent de nauim, continuo cognouerunt eum, & percurrentes vniuersam regionem illam, coeperunt in grabatis eos, qui se malè habebant circumferre, vbi audiebant eum esse: & quocunque

^a Comprimens omnia pericula mundi. ^b Ad horam, vt gratior esset liberatio. ^c Non enim putabant verum corpus super aquas incedere posse. ^d Iacobus. ^e Miranda est, non presentium tantum salute contenti sumus, mittunt ad illos, per circumitum, vt currant omnes ad quod. ^f Infirmos. ^g Sicut est. ^h Ecclesiam. ⁱ Magnitudine miraculorum, & non cognitione detestatis, & hoc est. Non enim, &c. ^k Quare. ^l Sicut est. ^m Sicut est. ⁿ Sicut est.

quocunque introibat in vicos, vel in villas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent: & quotquot tangebant eum, salui fiebant.

GLOSSA ORDINARIA in superius Euang.



Ipsè solus, &c. Qui aliquando omnino in periculis ecclesiam deseruisse videtur, vnde: Vt quid domine relon. &c. Sed quia differt auxilium, non aufert subsidium. vnde sequitur: *Et circa quartam Beda.* Stationes, & vigiliæ militares, horarum spacio diuiduntur: patet ergo eos tota nocte laborasse, & diluculo appropinquante auxilium habuisse: quia cum pressuris obstita humana fragilitas paruitatem vicium suorum considerat, in se nihil nisi tenebras angustiarum & hostium insurgentium ætus cernit. Cum verò mentem ad superni præsidij lumen, & ad perpetuæ retributionis dona erigit, quasi inter vmbras noctis repete ortum luciferi cõspicit qui diem proximum, id est, Christum nunciat. Lucifer namque tres horas noctis, id est, totam vigiliam matutinâ illuminare dicitur. *Et volebat.* Bed. Vt ad horam scilicet conturbati: sed continuo liberati, plus liberationis suæ miraculum stupent, & extoriti suo maiores gratias referrent. Sic sæpe diuina pietas in tribulatione videtur fideles deseruisse, quasi laborantes in mari discipulos putetur Iesus voluisse præterire. vnde: *Quare me de. & qua. contri. in. dum. a. si. me. inimi.*

^p ad. 47. c. ^q ad. 43. d.

Sed continuo dominus adest, quasi diceret: Cum transieris per aquas tecum ero, & flumina non operient te: cum ambulaueris in igne, non comburentis, & flamma non ardebit inter. vnde sequitur: Est statim loquutus est, &c. *Putauerunt.* Bed. Adhuc heretici putant phantasma esse, nec veram carnem de virgine assumpsisse. Theodoros enim Pharanitanus episcopus scripsit pondus corporale, secundum carnem non habuisse dominum, sed absque pondere & carne supra mare ambulasse. Fides autem catholica & pondus eum secundum carnem habuisse prædicat, & onus corporeum & cum pondere, & onere corporali incedere supra aquas non infans pedibus. vnde Dionysius in opusculis de diuini nominibus ita ait: Ignoramus qualiter de virgineis sanguinibus alia lege præter naturalem formabatur, & qualiter non infans pedibus corporale pondus habentibus & materiale onus, deambulabat in humidam, & instabilem substantiam. *Nolite timere.* Prima subuentio est repellere timorem, secunda, tempestatem præsentis suæ virtute compescere. Nec mirum, si domino ascendente in nauim cessat ventus: quia in quocunque corde per gratiam sui amoris adest, mox vniuersa viciorum & aduersantis mundi, & malignorum spirituum bella quiescunt. *Non enim.* Be. Miraculo panum, quod esset rerum conditor ostendit. Ambulando super vndas, quod totum corpus habebat, liberum ab omni grauedine peccati. Placando ventos & vndas, quod elementis dominaretur ostendit. Sed carnales adhuc discipuli magnitudine quidè virtutum stupebant, sed diuinæ maiestatis veritatem non cognoscebant. *Cognitio.* Rumore, non facie,

vel magnitudine signorum: etiam vultu plurimis notus erat. *Fimb.* Bed. Minimum mandatum quod qui transgressus fuerit minimus. vocabitur in regno cælorum: vel assumptionem carnis, per quam uenimus ad verbum Dei.

CATENA AVREA IN idem Euangelium.

Et cum sero esset, erat nauis, &c. Theo. Permissit autem dominus periclitari discipulos vt patientes fierent. vnde non statim eis assistit, sed per totam noctem periclitari permisit, vt doceret eos patienter expectare, & nõ à principio sperare in tribulationibus subsidium, sequitur enim, Et videns eos labor. in &c. Chry. Quatuor vigiliis noctis dicit sacra scriptura, vnamquamque diuidens in tres horas, vnde quartam vigiliam dicit quæ est post horam nonam, scilicet in hora decima, vel posteriori hora sequitur, *Et vo. præte. eos.* August. de con. euan. Quomodo autem hoc intelligere poterit, nisi quia in diuersum ibat: eos volens præterire tanquam alienos, à quibus ita non agnoscebatur, vt phantasma putaretur. sequitur enim, *Ait illi vt uenit.* &c. Theo. Vide autem quoniam cum Christus debebat eorum pericula compescere, tunc maiorem eis iniecit timorè. Sed statim per vocem confortauit eos. Sequitur enim, *Et statim locutus est cum eis & dixit eis, confidite: ego sum. non time.* Chr. Statim autem in voce cognouerunt eum & timor solutus est. Aug. de con. euan. Quomodo erga eos volebat præterire, quos pauentes ita confirmat, nisi quid illa voluntas præterendi, ad eliciendum illum clamorem valebat cui subuenire oportebat: Beda. Scripsit autè Theodoros Pharanitanus quondam episcopus, corporale pondus non habuisse dominum secundum carnem, sed absque pondere super mare ambulasse: sed fides catholica pondus secundum carnem habere eum prædicat. Ait enim Dionysius: Ignoramus qualiter non infans pedibus corporale pondus habentibus & materiale onus, deambulabat in humidam & instabilem substantiam? Theo. Deinde per introitum in nauiculam dominus compescuit tempestatem. Sequitur enim: *Et ascen. ad il. in nau. & cess. vent.* Magnum quidem miraculum est quod ambulat dominus super mare, sed tempestas & venti contrarietas oppolitæ fuerunt propter maius miraculum. Apostoli enim ex miraculo quingue panum, non intelligentes Christi potètiã, nunc ex maris miraculo plenius cognouerunt. vnde sequitur: *Et plus intra se stupebant. Non enim, &c.* Bed. Stupebant quidem carnales adhuc discipuli, virtutum magnitudine: necdum tamen in eo ueritatem diuinæ maiestatis cognoscere ualebant. vnde sequitur: *Erat enim cor eorum obtæcatum.* Mystice autem labor discipulorum in remigando & ventus contrarius, labores sancte ecclesie designat: quæ inter vndas seculi aduersitates, & immundorum flatus spirituum, ad quietem patriæ cælestis peruenire conantur. Bene autem

opportunitatibus, in tribulatione? Quæ pariter vocem inimici persequentis exponit in sequentibus Psalmi subiciens; Dixit enim in corde suo, oblitus est Deus: auertit faciem suam, ne videat usque in finem. Verùm ille non obliuiscitur orationem pauperum, neque auertit faciem suam à sperantibus in se: quin potius & certantes cum hostilibus, vt vincant, adiuvat, & victores in æternum coronat. Vnde hic quoque aperte dicitur, quia vidit eos laborantes in remigando. Videt quippe dominus laborantes in mari, quamuis ipse positus in terra: quia, etsi ad horam differre videatur auxilium tribularis impendere, nihilominus eos ne in tribulationibus deficiant, suæ respectu pietatis corroborat, & aliquando etiam manifesto adiutorio victis aduersitatibus, quasi calcatis, se datisque fluctuum volueminibus liberat, sicut hic quoque subsequenter insinuat eum dicitur, *Et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans super mare.* Stationes, & vigilæ militares in terra horarum spatia diuiduntur. Quando ergo dicit quarta vigilia noctis venisse ad eos dominum, ostendit tota nocte periclitatos, & extremo noctis tempore eis auxilium præbitum. Laborabât ergo toto noctis opacæ tempore, sed, diluculo appropinquante, & Luciferi solis, diciq; exortum promittente, venit dominus, & super ambulans tumida freti gratia comprimit. Quia cum pressurâ oblitâ fragilitas humana pusillitatem virtutum suarum cõsiderat, nihil erga se aliud, quam tenebras angustiarum, & ætus cernit hostium configentium. Cum vero mentem ad superni lumen præsidij, & perpetuæ dona retributionis exerit: quasi inter umbras noctis repente exortû Luciferi conspicit, qui diem proximum nunciat. Lucifer namque cum plurimum, tres horas noctis, id est, totam vigiliam manentem illuminare perhibetur. Appetitque dominus, qui, sopitis tentationum periculis, plenam liberatis fiduciam suæ protectionis attribuit. Sequitur; *Et volebat præterire eos. At illi vt viderunt eum super mare ambulantem putauerunt phantasma esse, & exclamauerunt.* Omnes enim eum viderunt, & conturbati sunt. Adhuc hæretici putant phantasma fuisse dominum, nec veram assumptis carnem de virgine. Denique Theodorus Pharanitanus quondam episcopus ita scripsit, corporale pondus non habuisse secundum carnem dominum: sed absque pondere, & corpore super mare deambulasse. At contra fides catholica, & pondus secundum carnem habere eum prædicat, & onus corporeû, & cum pondere, atque onere corporali incedere super aquas, non infusis pedibus. Nam Dionysius egregius inter ecclesiasticos scriptores, in opusculis de diuinis nominibus hoc modo loquitur; Ignoramus enim qualiter de virgine sanguinibus alia lege præter naturalem formabatur, & qualiter non infusis pedibus corporale pondus habebat, & materiale onus deambulabat in humidam & instabilem substantiam. Quo modo autem volebat dominus eos præterire tanquam alienos, ad quos de periculo naufragij liberandos aduenerat, nisi vt ad horam turbati, & pauentes, sed continuo liberati, amplius ereptionis suæ miraculum stuperent, ac maiores ereptori suo gratias referrent? Quia & in tempestatibus passionum, quæ pro cõstantia fidei à perdidis ingeruntur, talis nonnunquã prouiso diuinitus ostenditur. Sæpe enim ita fideles in tribulatione positos superna pietas

vt, deo, homo doctor, Dionysij Areopagite auctore, ritatem admittere.

deseruisse visa est, vt quasi laborantes in mari discipulos præterire lesus voluisse putaretur. Vnde est & illud in Psalmista ecclesie in martyrij certamine desudantis; Quare me oblitus es, quare me repulisti, & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus? Dum consinguntur omnia ossa mea, & cætera. Sed dicunt inimici terrentes, vbi est Deus eorum? quasi naufragium fessis minitantes Apostolis. Dicit ipse Deus eorum; Cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina nõ operient te. Cum ambulaueris in igne, non combuteris, & flamma non ardebit in te. Vnde hic quoque recte subditur. *Et statim locutus est eis, & dixit illis: Confidite, ego sum, &c.* Prima trepidantium, & periclitantium subuentio est, incussum cordibus expellere timorem. Secunda tempestatum furias suæ præsentia virtute compescere. Nec mirandum, si, ascendente in nauiculam domino, ventus cessauit. In quocunque enim corde Deus per gratiam sui adeit amoris, mox vniuersa vitiorum, & aduersitatis mundi, siue spirituum malignorum bella compressa quiescunt. *Et plus magis intra se stupent.* Non enim intellexerant de panibus. *Erant enim cor illorum obturatum.* Dominus quidem & in miraculo panum, quod esset conditor rerum ostendit: & in ambulando super vndas, quod haberet corpus ab omni peccatorum grauedine liberum edocuit: & in placando ventos, vndarumque rabiem sedando, quod elementis, dominaretur, monstrauit. Sed carnales adhuc discipuli, nec tunc Deum esse cognoscunt. Et quidem virtutum magnitudinem itupent: necdum tamen in eo veritatem diuinæ maiestatis cognoscere valebant. *Cumq; egressi essent de nauis, continuo cognouerunt eum, &c.* Cognouerunt eum rumore, non facie: vel certe pro signorum magnitudine, quæ patrabat in populis: etiam plurimis vultu notus erat. Et vide quanta fides sit hominum terræ Genazareth, vt non presentium tantum salute contenti sint, sed mittant ad alias per circuitum ciuitates, quo omnes currant ad medicum. *Et quosque tangebant eum salui fiebant.* Qui male se habent, non tangant corpus Iesu, neque totum vestimentum eius, sed extremam simbram. Et quicunque tetigerint, sanabuntur. Simbram vestimenti eius minimum mandatum intellige, quod qui transgressus fuerit, minimus vocabitur in regno cælorum: vel assumptionem carnis, per quam venimus ad verbum Dei, & illius postea fruimur maiestate.

THEOPHYL. EPISCOPI

Bulgar superioris Euang. expositio.

Et cum vespera aduenisset; erat nauis in medio mari, &c. Discipulos tentari permittit, vt discant patientiam. Nam propterea non statim illis assistit, sed tota nocte sinit in tempestate esse, vt doceat fortes esse, & non in principio tentationum sperandam requiem. Obserua & aliud, quod daturus finem rerum difficultatibus, in maiorem illos terrorem adducit. Viso igitur illo, clamauerunt turbati tanquam in phantasmate: & statim per vocem succurrit eis, dicens; *Ne terreamini.* Deinde & per ingressum in nauim, maiorem illis securitatem parit. Confestim enim, conqueiuit ventus. Magnum autem miraculum, ambulare super mare: & quum esset tanta tempestat, tamque contrarius

ventus, miraculi incrementum erat. Apostoli autem quum non intellexissent de panibus, ex hoc miraculo in mari intellexerunt. Videtur sane Christus propter hoc permisisse illos tentari; vt, quoniam à panibus eum non cognouissent, notitiam à mari perciperent. *Et qui transierat, uenerunt in terram Genazareth, &c.* Aliquanto tempore, vt videtur, peregrinatus est dominus in loco illo, eod quod Euangelista dicit, *Quum agnouissent illum, attulerunt infirmos.* Non enim in domos ipsum vocabant, sed ipsi afferebant eos, qui male habebant, obsecrantes, vt illis vel simbram vestimenti tangere liceat. Nam miraculum, quod in muliere operatus fuerat, quæ nauiculis prolatio laborabat, ad omnium aures peruenerat, fidemque auxerat.

INCERTI CVIUSDAM

sub nomine Eusebij Emissemi eiusdem Euangelij expositio.

Ne hoc autem Martheus euangelista sic ait, quia postquam dominus ex quinque panibus quinque millia hominum satiavit, iussit discipulos ascendere in nauiculam, & præcedere eum teras fretum, donec dimitteret turbas. *Vespere autem facta, solus erat ibi, nauicula uero in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim contrarius ventus.* Ex eo autem tempore Iudeorum populo uesperum fuit, ex quo Christus sol iustitie de hoc mundo recessit. Eo enim nascente, lux orta est eis: eo uero moriente, tenebræ factæ sunt eis. Quod autem nauicula in medio mari iactabatur fluctibus, hoc significabat, quod post Christi ascensionem, sancta Ecclesia in hoc mundo multa aduersa esset passura. Vnde & bene dicitur, quia uentus erat ei contrarius. Quid enim uentus contrarius, nisi tyrannorum seuiens persequutio? Quarta autem vigilia noctis uenit ad eos, ambulans super mare. Quarta enim vigilia ex eo tempore agitur, quo saluator noster in mundum uenit. Prima enim vigilia fuit ab Adam usque ad Moysen. Secunda à Moysè usque ad Dauid. Tertia à Dauid usque ad Christum. Prima enim vigilia nimio somno grauata sine lege fuit. Secunda legem habuit. Tertia prophetas. Quarta euangelium. Quarta igitur vigilia uenit ad eos: quia magis in hac quam aliis omnibus, seruos suos dominus visitare dignatur. *Ambulat autem super mare, quia totus est ei subiectus mundus. Et uidentes eum super mare ambulantem, turbati sunt, dicentes, quia phantasma est: & pra timore clamauerunt.* Clamor confusus, & inordinatus eos timore nimio indicat fuisse turbatos. Statimque Iesus loquutus est eis, dicens, *Habete fiduciam, ego sum, nolite timere.* Sic enim & Moysi ait dominus, *Ego sum qui sum.* sic dices filiis Israël, *Qui est, misit me ad vos.* Vel ideo fortasse dixit, *Ego sum*, vt eum quis esset agnoscerent, audita uoce, quam cognitam habebant. Sæpe enim alicuius uocem audientes à longe, quis sit, confestim agnosimus, etsi eum non uideamus. *Respondens autem Petrus, dixit, Domine, si tu es, iube me uenire ad te super aquas. At ipse ait, Veni.* Vbi que enim beatus Petrus feruentissima fuisse fidei demonstratur. Neque enim profundissimo pelago se se crederet, nisi fidei rectissimam de domino haberet. Sciebat enim saluatorem nostrum omnia posse, & nihil minus in mari uentum in terra posse tunc eum habere credabat. Veruntamen quod Petrus super mare graditur, non solum magistro, uerum etiam discipulis

mundus iste subiectus esse monstratur. Quamuis & propter hæreticos ita fieri oportebat, qui Christum dominum, eod quod super mare ambulauerat, non uerum, sed phantasticum corpus habuisse, postea dicebant. Vincuntur enim ibi, dum beatorum quoque Petrum super mare ambulasse audimus, quem utique uerum corpus habuisse non dubitant. *Ne descendens Petrus de nauicula, ambulabat super aquam, &c.* Hoc autem facta beatus Petrus ea, quæ sibi ipsi futura erant, iam ex tunc significabat. In Christi namque passione quasi super aquas confidenter ambulabat, quum diceret, *Etsi omnes scandalizati fuerint, ego nunquam scandalizabor.* Videns uero uentum validum, timuit quia quum dominus à Iudeis teneretur, ipse quoque simul cum aliis discipulis fugit. Merus est autem, quando negauit. Deinde uero clamauit, dicens, domine, saluum me fac, quando egressus foras sleuit amare. Ipsum enim flere, clamare fuit. Sed continuo Iesus extendens manum apprehendit eum, quando uoce angelica eum consolando, & quodammodo ad se trahendo, dictum est mulieribus, *Ite, dicite discipulis eius, & Petro, quia præcedet uos in Galilaam.* In eo enim quod proprio homine eum uocauit, quasi manu apprehensum, tremebundum, & iam perire timentem, ad spem gratiæ eum eleuauit. In his autem ecclesiæ quoque prospera, & aduersa significari possunt, quæ quidem aliquando mergi, aliquando exurgere uidentur. *Et quum ascendisset in nauiculam, cessauit uentus.* Nô est autem intelligendum, vt tunc Iesus in nauiculam ascendisset. Prius enim uenit Capharnaum, ibique multa in Synagoga loquutus est, quæ Ioannes quidem scribit, Matthæus uero, & Marcus prætermittunt. Dicit enim Ioannes, quia uoluerunt eum discipuli in nauiculam suscipere, sed statim fuit nauis ad terram, ad quam ibant, id est Capharnaum. Vnde manifestum est eum tunc in nauiculam non ascendisse. Iusserat enim dominus (vt superius dictum est) vt discipuli sui eum præcederent: qui quum uenissent Capharnaum, ibique eum non inuenissent, stercantes iter ad eum reuertebantur. Et tuac quidem apparuit eis dominus ambulans super mare, expletis omnibus, quæ modo in hoc Euangelio dicta sunt, postquam ea loquutus est, quæ Ioannes narrat, usque ad illum locum in quo dicitur, *Hæc autem loquutus est Iesus in Synagoga docens in Capharnaum, redierunt ad nauem. Et quum ascendisset in nauiculam, cessauit uentus.* Non dum enim uentus cessauerat, nec mare à suo seruitore quieuerat, sed sicut in nocte, ita & in die eisdem adhuc fluctibus agitabatur. Vt autem Iesus ascendit in nauiculam, mox uentus cessauit. *Qui autem in nauicula erant, uiso tanto miraculo, stupentes, adorauerunt eum, dicentes, Verè filius Dei es.* Marcus uero eos redarguit, & oblitos, & excæcos dicit, quod ex hoc stupentes admittantur, quod præterita die tam magnum miraculum in quinque panibus dominum fecisse cognouerant. Vnde ait, *Non enim intellexerant de panibus.* Si enim de panum miraculo recordarentur, iam non erat vt de maioris sedati miraculo mitarentur. *Et quum transierat, uenerunt in terram Genazareth, & applicauerunt, quumq; egressi essent de nauis, continuo cognouerunt eum.* Hoc autem manifestus Matthæus dicit. Videtur enim Marcus dicere, quod discipulum eum non cognouerint, donec de nauis egredierentur. Sed nõ est ita. Non enim hoc de discipulis dicitur, sed de omni-

bus hominibus regionis illius, qui statim eum cognouerunt, & vndique infirmos suos ei ad sanandum obtulerunt. Et hoc est quod ait Mathæus, Et quum cognouissent eum viri loci illius, miserunt in vniuersam regionem illam, &c. Oremus autem & nos dominum, vt in nauiculam peccatorum nostri ascendere dignetur, & superbiæ ventositatem, & vitiourum insurgentium procellas quiescere faciat. Ascendat etiam in nauiculam suam, id est in sanctam Ecclesiam, & se ibi esse manifestet, qui ibi quodammodo non esse videtur, dum tanto eam persequutionum turbine patitur agitari, & imperet ventis & mari, & fiat tranquillitas magna. Quod autem ait, Et cum cognouissent eum viri loci illius, miserunt in vniuersam regionem illam, obrulerunt ei omnes male habentes, vt eos sanaret, quid aliud significat, nisi quia viri sancti qui Deum cognoscere meruerunt, pro aliorum peccatis orare, & alios ei commendare & offerre debent? Sed quid est Christi vestimenti simbras tangere? Aliud enim est tangere Christum,

aliud vestimenta Christi. Thomas enim Christum tangens, dicebat, dominus meus & Deus meus. Philippus verò tangebatur vestimenta, & non Christum, quum diceret, Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Propinquius igitur Thomas Christum tangebatur, quam Philippus. Vnde & illi dicitur, Quia vidisti me, Thomas, credidisti: Huic autem, Non credis, quia ego in patre, & pater in me est: qui videt me, videt & patrem. Ille igitur iam vidisse & credidisse, iste verò nondum bene vidisse, vel credidisse dicitur. Illi autem tangunt Christum, qui in eum perfecte credentes, catholicæ fidei veritatem cognoscunt. Illi verò tangunt vestimenta Christi, qui quamuis intelligere non valeant, credunt tamen quod eis à viris catholicis prædicatur. Tanto itaque vniuersi longius tangit Christum, quanto minus intelligit, & cognoscit Christum. Omnes tamen sanantur, qui vel simbras vestimenti eius tangunt: quoniam omnis, qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.



DOMINICA I. QVADRAGESIMA. MATTH. 4.



In illo tempore dicitur est Iesus est in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo: & cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit. Et accedens tentator, dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens, dixit: Scriptum est: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum supra pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: Quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Iesum rursum: Scriptum est: Non tentabis dominum Deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dixit ei Iesus: Vade Sathana. Scriptum est enim dominum Deum tuum adorare, & illi soli seruire. Tunc reliquit eum diabolus: & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei.

M In illo tempore dicitur est Iesus est in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo: & cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit. Et accedens tentator, dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens, dixit: Scriptum est: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum supra pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: Quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Iesum rursum: Scriptum est: Non tentabis dominum Deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dixit ei Iesus: Vade Sathana. Scriptum est enim dominum Deum tuum adorare, & illi soli seruire. Tunc reliquit eum diabolus: & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei.

GLOSSA

GLOSSA ORDINARIA in superius Euang.



Vnde Iesus. Post baptismum, quia nulla est mora à tentatione: vt mox doceat in desertum pugnare, docet baptizatos de mundo exire, in quiete Deo vacare: sic filii Israel post transitum maris per desertum ascendunt, & manna comedunt, donec veniant ad terram promissionis. Tunc Iesus. Hic est ordo rectæ conuersationis, vt post acceptam spiritus sancti gratiam contra diabolum artus accingamur, & mente seculum deserentes in vite æternæ gaudia quasi manna esuriamus deserti. Ibi fit tentatio, quia non ante hostis se erigit: quam homo de mundo exire: tenet enim sub legibus suis eum. In deserto pugnatur à spiritibus: quia Adam in paradiso delitiis affluens victus est inter Ierusalem, & Iericho Christus diabolum vicit: vbi figuratè dixerat Adam incidisse in latrones & eum vicisse. Latrones autem ibi habitasse probat locus qui dicitur Domim, id est, sanguis propter effusionem sanguinis, quæ ibi fiebat. Ea via Samaritanus descendit: quia carne indutus easdem tentationes, sustinuit. Spiritu sancto. Qui quos replet, ad pugnam mittit fortes. Sine hoc spiritu qui ad pugnam vadit cito cadit. Vt tenta. Non tentatur à diabolo, nisi qui ad desertum exierit, id est, bono studere cœperit. Et cum ieiunasset. Ieiunat vt tentetur: tentatur quia ieiunat, & exemplum ieiunandi nobis dat, & quòd ieiunat diuine est potentie. Moyse & Elias ieiunauerunt, non ex virtute vt Christus, sed Moyse sustentatur eloquio Dei, Elias autem fortitudine cibi. Nec dicitur illi duo esurisse, sed Christus vt homo esurit, vt celaretur Deus: Significat autem desiderium nostræ salutis. Ecce conuenit legi, quæ per Moysen accipitur, & prophetis qui per Eliam. xl. diebus, quatuor partes sunt mundi, de quibus Christus suos congregat, & decem præcepta legis, quibus suos contra mundi oblectamenta armat. Ieiunat quadraginta diebus ante mortem cibo indigens quasi dicat in tempore Agonis abstinete à desiderijs seculi: comedit post resurrectionem. xl. diebus cibo non indigens, quasi dicat. Ego sum vobis consolatio, & cibus omnibus diebus. Vnde: Ecce ego vo. sum. o. d. &c. Similiter enim dum viam domini carpinus, à vanitate seculi ieiunamus, & futuri promissione reficimur. In pugna Christi prius agitur contra galam ieiunando, per quam victus est primus homo. Gula libidines inflammat, concupiscentiam carnis nutrit quæ repugnat legi mentis: Hæc nisi prius refrenetur, frustra contra alia laboratur. Quadraginta d. hic numerus totum tempus designat quo Christus cum suis dimicet. In hoc numero duæ leges abstinentia complentur, quia in. xl. decalogus mandatorum & iiii. euangelia resonant. Vnde institutum est nos hoc numero acriter dimicare ad diluenda peccata, quæ sunt, dum motu carnis violatur charitas: & sic quædiu hic sumus, semper peccata potemus: quia hoc numero præsens vita ostenditur. Postea esuriit. Hoc est veræ humanitatis: & per hoc est occasio tentandi. Latet potentia, patet infirmitas. Et accedens. Quia esuritus est signum infirmitatis. Et sic nobis in abstinentia non deest tentatio. Per exteriorem infir-

mitatem Christum tentat in quo nullam legem peccati inueniebat. Si filius Dei es. Aliud horum explorantis est, aliud tentantis, dum Deum confiteri videtur, & homini illudere conatur. Sic enim tentat vt exploret quod veretur. Sic explorat, vt tentando decipiat. Si filius Dei es. Nouerat filium Dei venisse in mundum, seu per prophetas seu per angelos nuntiantes, seu per Ioannem demòstrantem: sed quia humilia in eo videbat, quod de deitate suspicatus est, ex superbia ei in dubium venit. Vnde & callidè exquiri: Nec indignum fuit Christum tentari, qui venerat occidi, vt tentationes superando nobis potestatem daret superandi tentationes, sicut sua morte tulit nostram mortalitatem. Christus non nisi post baptismum se tentari permisit, insinuans ad se euntes grauioros passuros tentationes. Suadet esuriam pane de lapidibus factò releuare, non quòd eius curet salutem, sed ex mutatione cognoscat virtutem, & si putus homo esset, panis oblectamento illuderet esuriam patienti. Tribus modis fit tentatio. Suggestione, delectatione, consensu: Christus verò sola suggestione tentatus fuit: quia delectatio peccati mentem eius non momordit. Scriptum est. Non vitur potestare, sed scripturarum autoritate, docens nos magis doctrina quam miraculis pugnare. Non in se. pa. quasi dicat. Persuasio tua tentatio est: quia agis de cibo corporis, & non de cibo mentis. Inferior pars hominis pane sustentatur, alia verbo Dei reficitur: quia verò agis de inferiori, patet quòd tentator sis. Sed in omni v. Omne verbum, charitas, in qua complentur omnia, quæ procedunt de ore Dei, quia cuiuscunque ministerio dicantur, non eius sunt sed Dei: sed, si aduersum quid inferitur, hoc non est Dei. De vno verbo, id est, sapientia Dei procedit quidquid loquuntur sancti qui sunt os eius. Tunc assumpsit. Prima & vltima tentatio in deserto, media quoque historialiter, vltima fuit postquam regressus est Ierusalem. Quia Mathæus non secundum ordinem historie, sed secundum tetationem adæ prosequitur: Lucas vt res gesta est. Quis ex responsione Christi victus, & incertus remansit: post primam ad secundam accessit tentationem. Quod permisit se assumi, non infirmitas fuit sed patientia: in diabolo verò non virtus sed superbia. Nota hæc omnia corporeis sensibus esse completa. Nec mirum, si se permisit circumferri: si sic accipitur assumptio, qui permisit se crucifigi. Supra pinnaculum. In Palestina desuper plana erant tecta, & ibi erat sedes doctorum, vnde populo loquerentur, vbi multos cepit vana gloria honore magisterij inflatos. In eo igitur loco Christum tentat, in quo multos deceperat. Dum autem non consentit, docet eos, qui in sublimi sunt, vana gloria non moueri. Diabolus alta petit, ad alta semper ducit, eleuando per iactantiam, vt præcipitare possit. In hoc quòd Christus se in altum tolli permisit, sed momenti cadere non obediuit, ostendit, vt cuiuscunque bona, & alta imperant obediamus sed præcipitare volenti contraeamus. Si filius. In omnibus tentationibus hoc agit, vt intellegat si filius Dei sit. Sed Christus sic responsum temperat, vt ambiguum relinquat. Quia verba ad inuicem conferuntur, in specie hominis diabolum apparuisse verisimile est. Mitte. Hæc vox conuenit illi, qui omnes præcipitare satagit in quo infirmus ostenditur, quòd nulli nocere possit, nisi prius ille se deorsum miserit. Suggerebat enim, vt aliquo signo

Enchiridion
Exod. 2. 4. d

Bibl. Hom. tom. 2. k 3 explora

exploraret quantum apud Deum posset. Sed nemo debet tentare Deum, quando habet ex humana ratione quid faciat. Vnde quamvis omnia posset, ait tamen suis: Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Et ipse idem fugit & abiit & latuit. Nunc autem poterat aliter de templo descendere quam per iactantiam se precipitare. Postquam deficit humana ratio, commendat se homo Deo, non tentando, sed deuote cōfiterendo, *Quia angelis suis mandauit de re.* Beda. Quod bene dicitur de corpore, diabolus malè interpretatur de capite: Quod si hoc dicit de Christo, Cur nõ & hoc quod ibi contra se dicitur: Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem. Sed de auxilio angelorum quasi ad infimum loquitur. de sua conculcatione tacet. *Ita. aff.* Hęc tentatio ordinè præcessit, sed narratur præpostere, secundum quod factum est *Ad. Mon. ex. lido.* Mons iste superbiam significat, per quam cecidit, & alios ruere facit. *Ex. val.* quia eum, ad summum superbie trahere voluit. Tentaturus de auaricia in montem duxit, quia auaricia & ambitio semper alta petit. *Ostendit.* Non quodd visum eius qui omnia videt amplauerit, sed vanitatem mūdānæ pompæ quam amabat quasi speciosam ostendens facere amari volebat. Vel sciens diabolus, quod Christus regnū sibi tollerit, ostendit ei omnia regna mundi, non Persas vel Medos, sed quomodo in hominibus regnaret mundanis. Vel per gulam vel per auariciam vel per alia, vt suades quod volebat, eum sibi subiceret. Lucas dicit in momento sibi omnia ostensa: in quo non tam celeritas cōspēctus, quam cadentis fragilitas potestatis exprimitur. Moysi ostendit Deus in momento totam terram promissionis virtute deitatis: ita modo actum est. *Ostendit ei Omnia regna.* scilicet patēs terre, in quibus vnumquodque regnum positum erat. Sicut si aliqui dicant super montes: Ecce vbi Roma: non ipsam ostendendo, sed partem terre in qua posita est. *Omnia re.* Omnia concupiscibilia in mundo in quibus homines regnāt. Vel simpliciter totus mundus illo suggerente ab eo in monte visus est. *Et gloriam eo. Ra.* Non quodd eam concupiscentiæ oculo inuenerit sicut nos sed sic hæc ostensio fuit in mente, sicut medici vident morbos sine læsione. *Hęc o. ti. da.* Hęc de arrogantia dicit: non quod totus mundus suus sit. A principio quod Dei erat vt sibi vsuparet diabolus laborauit. vnde vt in eis coleretur, idola inuenit. In his tribus notantur gula, auaricia, superbia. Rab. Lucas auariciam mediam ponit, vltimam superbiam secundum moram præsentis temporis, quia superbia post omnes virtutes læuit. In his tribus, gula, auaricia, superbia, omnia vitia sibi scēderata, sunt perempta. Victus de gula, non tentat de libidine, vel cæteris, quæ de gula nascuntur. Sic etiam in aliis omnibus, quæ in mundo sunt, vt armis utatur diabolus contra nos. Nam nihil in mundo est nisi concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. In his tribus omnia genera tentationum comprehenduntur. *Scriptum est.* David Goliath tribus lapidibus de torrente prostrauit, & Christus diabolus tribus testimoniis de lege. *Domini. d. n. u.* Hoc vsj ad diabolus dicitur: nõ quia ex deuotione sit impleturus, sed vt e contra, quam ipse moliebatur scriptum, ostendatur, quod non ipse, sed Deus sit adorandus: Vel, nõ diabolus, sed sibi secundum humanitatem & cuiuslibet homini

Mar. 10.

Pal. 90.

Deut. 3. 4.

1. Iou. 2.

2. Reg. 17.

hoc præceptū esse insinuat. similiter: & illud: Non tentabis dominum Deum tuum. *Domini. tuum.* scilicet filium & patrem, & spiritum sanctum, qui est vnus Deus. Deus adoratur, & specialiter ei propter se seruitur. Hic ostenditur, quod homo Christus, vt Deus, & dominus sit adorandus ex debito. *Seruius.* Græcè *λατρώσις: λατρεία* seruitus dicitur. Seruitus communis Deo & homini, & cuiusque, Græcè *Dulia* dicitur: Illa verò, quæ soli Deo debetur, Latria dicitur. vnde idololatria, quæ quod soli Deo debet, idolis dat. Nota diabolum in his vinci, in quibus Adam vicit. Quem de gula tentauit, dum de ligno vitæ gustare rogauit. De vana gloria, cum dixit: Eritis sicut di. De auaricia, cum ait: Scientes bonum, & malum. *Accesser.* Non quasi tunc primum aduenit, sed Agonem domini procul aspiciēs, ne videatur eorum præsidio eguissē, vel vicissē. Sed vt ille victus abiit, parati ad obsequium venerunt. Sicut in hoc agone militia nostra præstruitur, ita in obsequium angelorum gloria remuneratio docetur.

Deut. 6. 6.

Genes. 3. 4.

C A T E N A A V R E A in idem Euang.

Tunc Iesus ductus est in desertum a spiritu, vt tentaretur a diabolo. Cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esurit. Chryso. super Matth. Postquam baptizatus est dominus a Ioanne in aqua, ducitur a spiritu in desertum, vt baptizaretur igne tentationis. vnde dicitur: *Tunc Iesus ductus est in desertum a spiritu.* Tunc, scilicet, quando pater clamauit de celo: Hic est filius meus dilectus. Chry. in ho. Quisquis ergo post baptismum maiores sustinet tentationes, non turberis: venim propter hoc accepisti arma vt nõ vaces, sed vt præheris. Ideo autem tentationem a te Deus non prohibet. Primum quidem vt discas, quoniam multo factus es fortior, deinde vt magnitudine donorum non extollaris. Tertio vt diabolus experientia cognoscat quod perfectè ab eo recessisti. Quarto vt per hoc fortior reddaris. Quinto vt crediti tibi thesauri signum accipias. neque enim diabolus superueniret tibi ad tentandum, nisi te in maiori honore effectum videret. Hil. In sanctitate enim maxime diaboli tentamenta grassantur, quia victoria ei est magis optata de sanctis. Gre. in ho. Dubitari autem a quibusdam solet, a quo spiritu sit ductus Iesus in desertum, propter hoc quod subditur: *Assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem.* Sed verè & absque vlla questione conuenienter accipitur, vt a spiritu sancto ductus esse credatur, vt illuc eum suus spiritus duceret, quo hunc ad tentandum spiritus malignus inuenit. August. in 4. de trinit. Cur se ipsam quoque tentandum præbait vt ad superandas tentationes mediator esset, non solum per adiutorium, verumetiam per exemplum. Chryso. super Matth. Est autem ductus a spiritu sancto, non quasi minor maioris præcepto: non enim solum ductus dicitur qui alienius potestate ducitur, sed etiã ille qui alicuius rationabili exhortatione placatur: sicut scriptum est de Andrea, quod inuenit Simonẽ fratrem suum, & adduxit eum ad Iesum. Hiero. super Matth. Ducitur autem non inuitus aut captus, sed voluntate pugnandi. Chryso. Ad homines enim diabolus vadit vt tentet eos: quoniam autem aduersus Christum diabolus ire non poterat,

poterat, ideo contra diabolus Christus processit. vnde dicitur: *Vt tentaretur a diabolo.* Greg. in hom. Sed sciendum nobis est, quia tribus modis tentatio agitur: suggestione, delectatione, & consensu. & nõ cum tentamur, plerumque in delectatione aut in consensu labimur: quia de carnis peccato propagati in nobis ipsi etiam gerimus, vnde certamina toleramus. Deus verò qui in vtero virginis incarnatus in mundum sine peccato venerat, nihil contradictionis in semetipso tolerabat. Tentari ergo per suggestionem potuit, sed eius mentem peccati delectatio non momordit, atque ideo omnis diabolica tentatio foris non intus fuit. Chryso. in ho. Tunc autem maxime infatus diabolus ad tentandum, cum viderit solitarius: vnde etiam in principio mulierem tentauit, sine viro eam inueniens. vnde & sic per hoc etiam diabolus datur occasio tentandi quod ducitur in desertum. Glo. Hoc desertum est inter Hierusalem & Hiericho vbi morabantur latrones, qui locus vocatur Doro, id est, sanguinis, propter effusionem sanguinis quam ibi latrones faciebant. vnde & homo cum descendisset a Hierusalem in Hiericho, incidisse dicitur in latrones, gerens figuram Adæ, qui a demonibus victus est. Conueniens ergo fuit, vt ibi Christus diabolus superaret, vbi diabolus hominem sub figura superasse dicitur est. Chryso. super Matth. Non solum autem Christus ductus est in desertum a spiritu, sed & omnes filij Dei habentes spiritum sanctum. Non enim solum contenti federe otiosi, sed spiritus sanctus virget eos aliquod magnum apprehendere opus, quod est ire in desertum quantum ad diabolus: quia non est ibi iniustitia, qua diabolus delectatur. Omne etiam bonum est extra carnem & mundum, quia non est secundum voluntatem carnis & mundi. Ad tale ergo desertum omnes filij Dei exeunt vt tententur, vt puta si non proposuisti ducere vxorem, duxit te spiritus sanctus in desertum, id est, extra fines carnis, & mundi, vt teneris a concupiscentia carnis. Quomodo enim tentatur libidine, qui tota die est cum vxore? Scire autem debemus, quod filij Dei non tentantur a diabolo, nisi in desertum exierint: filij autem diaboli in carne & mundo constituti constringuntur, & parit: sicut bonus homo si vxorem habuerit, non fornicatur: sed sufficit ei vxor sua. Malus autem etiam habens vxorem fornicatur, & non est vxore contentus, & sic in omnibus inuenies. Filij ergo diaboli non exeunt ad diabolus vt tententur. Quid enim opus habet ad certamen exire / qui non desiderat vincere? Qui autem gloriosiores sunt filij Dei, extra fines carnis exeunt contra illum, quia victoriæ gloriam concupiscunt. Propterea & in hoc loco Christus exiit ad diabolus vt tentaretur ab eo. Chry. in ho. Vt autem discas quam magnum bonum est ieiunium, & qualiter sentit aduersus diabolus, & quoniam post baptismum non lasciuiat, sed ieiunio intendere oportet, ipse ieiunauit non eo indigens, sed non instruitus. Chr. super Matth. Et vt quadagesimi nostri ieiunij poneret mensuram, quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunauit. vnde sequitur: *Et cum ieiunasset 40. diebus & 40. noctibus.* Chry. in ho. Non autem vltra processit ieiunando quam Moyses & Helias, ne incredibilis videretur carnis assumptio. Greg. in ho. Ipse autem author omnium in quadraginta diebus nullum omnino cibum sumpsit. Nos quoque quantum

possumus, quadagesimæ tempore carnē nostram per abstinentiam affligamus. Quadragenarius autem numerus custoditur, quia virtus decalogi per libros quatuor sancti euangelij impletur. denarius etenim quater ductus in quadragenarium surgit. Vel quia in hoc mortali corpore in quatuor elementis subsistimus, per cuius voluntatem præceptis dominicis contra inus, quæ per decalogum sunt accepta. Qui ergo per carnis desideria decalogi mandata contempnimus, dignum est vt eandem carnem quaterdecies affligamus. Vel sicut in lege offerre debemus decimas rerum, ita ei offerre contendimus decimas dierum. A prima enim dominica quadagesimæ vsque ad paschalis solennitatis gaudia, sex hebdomadæ veniunt, quarum dies quadraginta, & duo sunt: ex quibus dum sex dies dominici abstinentia subtrahuntur, remanent 36. Dum verò per 300. & 65. dies annus ducitur, nos autem per 36. dies affligimur, quasi anni nostri decimas Deo damus. Aug. in lib. 83. q. d. Vel aliter: Omnis sapientiæ disciplina, est creatorem creaturamque cognoscere. Creator est trinitas, pater & filius & spiritus sanctus: creatura verò partim est inuisibilis, sicut anima, cui ternarius numerus tribuitur. Diligere enim Deum tripliciter iubemur, ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente: partim visibilis, sicut corpus, cui quaternarius debetur propter calidum, & frigidum, humidum, & siccum. Denarius ergo numerus, qui totam insinuat disciplinam, quater ductus, id est, numero qui corpori debetur multiplicatus (quia per corpus administratio geritur) quadagesimum numerum conficit, cuius partes æquales ad quinquaginta perueniunt. Vnum enim, & duo, & quatuor, & quinque, & octo, & decem, & viginti, quæ sunt partes quadragenarij simul iuncta, efficiunt quinquaginta. Et ideo tempus quo ingemiscimus, & dolemus, quadragenario numero celebratur. Status autem beatitudinis, in quo erit gaudiū, quinquagesimæ celebratione præfiguratur, id est, a pascha vsque ad Pentecosten. Aug. in ser. de quadra. Non autem quia Christus post receptum baptismum continud ieiunauit, regulam obseruationis dedisse credendum est, vt potest Christi baptismum cōtinud ieiunare necesse sit. Sed quando acriori certamine cum tentatore configitur, ieiunandum est, vt corpus impleat de castigatione militiam, & animus impetret de humiliatione victoriam. Chry. super Matth. Sciebat autem dominus cogitationē diaboli quia volebat eum tentare. audierat enim quia Christus natus est in hoc mundo angelis prædicantibus, pastoribus referētib, Magis quærentibus, & Ioanne ostendente: vnde dominus processit contra eū, non quasi Deus, sed magis quasi Deus & homo. Nam per 40. dies non esurire, non erat hominis: aliquando autem esurire non erat Dei: vnde esurivit, ne manifestè intelligatur Deus, & sic diaboli spem tentandi extingueret, suam autem victoriam impediret. vnde sequitur: *Postea esurijt.* Hilat. Nam post quadraginta dies non 40. diebus esurijt. Igitur cum dominus esurijt, non inedia subrepsit operatio, sed natura suæ hominem dereliquit. Nõ enim a Deo diabolus, sed a carne vincendus, qua rerum ratione indicat, post quadraginta dierum consummationem, quibus post passionem in seculo erat commoraturus, esuritionem se humane salutis habiturum, quo in tempore expectatum Deo patri munus hominem, quem assumpserat, reportauit.

Et accedens tentator, dixit ei: Si filius Dei es, &c. Chry. super Matth. Quia diabolus videns per quadraginta dies Christum ieiunantem desperauerat, postquam esuriētē sensit, iterum cepit sperare. vnde sequitur: *Et accedens tentator.* Si ergo ieiunaueris & teneris, ne dicas quia perdidisti fructum ieiunij mei. Nam & si non tibi profuit ieiunium tuum, vt non teneris, tamen proficiet, vt à tentationibus non vincaris. Greg. in ho. Sed si ipsum ordinem tentationis inspiciamus, penfamus quāta magnitudine nos à tentatione liberemur. Antiquus enim hostis primum hominem ex gula tentauit, cum cibum ligni veritatem ad comedendum suā sit. Ex vana gloria, cum diceret: *Eritis sicut dii.* Ex auaritia, cum diceret: *Scientes bonum & malum.* Auaritia enim non solum pecunie est, sed etiam altitudinis, cum supra modum sublimitas ambitur. Quibus autem modis primum hominem strauit, eisdem modis secundo homini tentator succubuit. Per gulam tenat, cum dicit: *Dic vt lapides isti panes fiant.* Per vanam gloriam, cum dicit: *Si filius Dei es, mitte te deorsum.* Per sublimitatis auaritiam, cum regna mundi ostendit, dicens: *Hæc omnia tibi dabo.* Ambr. super Lucam. Inde autem cepit vnde iam vicerat, scilicet à gula, vnde dixit ei: *Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.* Quid autem tibi vult talis sermōnis exortus, nisi quia cognouerat Dei filium esse venturum, sed venisse per infirmitatem corporis non putabat: aliud explorantis, aliud tentantis est: & Deo se proficere credere, & homini conatur illudere. Hilar. Eam ergo in tentando conditionem operis proposuit, per quam in Deo ex mutatione lapidum in panes virtutem potestatis agnosceret, & in homine oblectamento cibi patientiam esuriētis illuderet. Hiero. Sed ex duobus contrariis tenens à diabolo. Si ad imperium eius possunt lapides panes fieri, ergo frustra tentas eum, qui tantæ potentie est: si autem non potest facere, frustra Dei filium suspicaris. Chryso. super Matth. Sicut autem diabolus omnes exæcabat, sic modò inuisibiliter à Christo est exæcatus. Post quadraginta enim dies esuriētē sensit, & per quadraginta non esuriētē non intellexit, cum suspiciatus est eum non esse filium Dei: non cognouit, quoniam fortis athleta ad ea quæ infirma sunt, descendere potest: infirmus autem ad ea quæ fortia sunt ascendere non potest. Magis ergo ex eo quod per tot dies non esuriit, intelligere debuit, quia Deus est: quā ex eo quod post tot dies esuriit, quia homo est. Sed dicit, Moyses & Helias quadraginta dies ieiunauerunt, & homines erant. Sed illi ieiunantes esuriēbant & sustinebant: iste quadraginta diebus non esuriit, sed postea. Esurire enim & non manducare patientiæ est humane, non esurire autem diuinæ naturæ. Hiero. Propositum autem Christi erat humilitate vincere. vnde aduersarium vicit testimoniis legis non potestate virtutis, vt hoc ipso & hominem plus honoraret, & aduersarium plus puniret: cum hostis generis humani non quasi à Deo, sed quasi ab homine vinceretur. vnde sequitur: *Qui respondens dixit ei: Scriptum est, non in solo pane viuunt homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Gregor. in ho. Si ergo tentatus à diabolo dominus, facti eloquij præcepta respondit, & qui tentatorem suum mergere in abyssum poterat, virtutem suæ potentie non ostendit: quatenus nobis præbet exemplum, vt quoties à prauis hominibus aliquid patimur, ad doctrinam

excitemur, potius quā ad vindictam. Chryso. Iosom super Matth. Non autem dixit, non in solo pane viuere, ne videatur de se dictum esse, sed mediū: non in solo pane viuunt homo, vt posset diabolus dicere: *Si filius Dei est, abscondit se vt nō ostendatur, quod potest: si homo est, abscondit se, ne ostendatur non posse.* Raba. Testimonium autem hoc de Deuteronomio sumptum est. Ergo si quis non veltitur, verbo Dei, iste non viuunt: quia sicut corpus humanum non viuunt sine terreno cibo, ita & anima viuere non potest sine Dei verbo. Procedere autem verbum de ore Dei dicitur, cum voluntatem suam per scripturarum testimonia reuelat. *Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, &c.* Chryso. super Matth. Cū ex præmissis Christi respōdo nihil certū discere diabolus potuisset: verūm Christus Deus esset an homo, assumpsit eum ad aliam tentationem, dicens apud se: *Ille qui fame non vincitur: & si filius Dei non est, tamen sanctus est: valent enim homines sancti fame nō vinci, sed postquam omnem necessitatem carnis vicerunt, per vanam gloriam cadunt: ideo cepit eum tentare in gloria vana, propter quod sequitur: Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem.* Hierony. Assumptio ista non ex imbecillitate domini venit, sed de inimici superbia, qui voluntatem saluatoris necessitatem putat. Raba. Sancta autem ciuitas Hierusalem dicebatur, in qua templum Dei erat, & sancta sanctorum, & cultus vnus Dei secundum legem Moysi. Remi. In quo ostenditur, quia diabolus fidelibus Christi etiam in sanctis locis insidiatur. Grego. in ho. Sed ecce dum dicitur Deus homo in sanctam ciuitatem à diabolo assumptus humane aures audire expanseunt, iniquorum tamen omnium diabolus caput est. Quid est autem mirum si se ab illo permisit in montem duci, qui se permisit à membris illius crucifigi? Glof. Diabolus enim semper ad alta ducit, eleuādo per iactantiam vt præcipitare possit. Et ideo sequitur: *Et statuit eum supra pinnaculum templi.* Remig. Pinnaculum sedes erat doctorum. Templum enim non habebat culmen erectum, sicut nostræ domus habent, sed & planum erat desuper, more Palæstinorum, & in ipso templo tria tabulata erant. Et sciendum quia in pavimento pinnaculum erat, & in vnoquoque tabulato pinnaculum erat. Siue ergo statuerit eum in illo pinnaculo, quod erat in pavimento, siue in illis, quæ erant in primo, secundo vel tertio tabulato, intelligendum est, quod in illo statuisset enim, vnde aliquod præcipitium esse potuit. Glof. Nota verò hæc omnia corporeis sensibus esse completa: quia enim prima adiuuicem consequuntur, in specie hominis diabolum apparuisse verisimile est. Chryso. super Matth. Sed forte dicis quomodo in corpore constitutum videntibus omnibus statuitur supra templum? Sed forsitan diabolus sic eum assumebat, vt ab omnibus videretur. Ipse autem nesciente diabolo, inuisibiliter sic agebat, vt à nemine videretur. Glof. Ideo autem duxit eum supra pinnaculum, cum vellet eum de vana gloria tentare: quia in cathedra doctorum multos deceperat inani gloria, & ideo putauit istum positum in sede magisterij inani gloria extolli posse. vnde sequitur: *Et dixit: Si filius Dei es, mitte te deorsum.* Hierony. In omnibus enim tentationibus hoc agit diabolus, vt intelligat si filius Dei sit. Dicit autem: *Mitte te,* quia vox diaboli qui semper homines cadere deorsum desiderat, persuadere

dere potest, præcipitare non potest. Ch. super Mat. Per hanc autem propositionem quomodo poterat cognoscere si est filius Dei, an non? Volare enim per aërem non est propriè opus Dei: quia nulli velle est. Si ergo aliquis volauerit non prouocatus, propter ostentationem solam hoc facit, & est potius ex diabolo quā ex Deo. Si ergo homini sapienti sufficit esse quod est, & non est necessarium ei apparere quod non est: quāto magis filius Dei ostendere se necessarium non habet, de quo nemo potest tantum cognoscere, quantum est apud se? Ambros. super Lucam. Sed quia Satanas transfiguratur se sicut angelus lucis, & de scripturis ipsis diuinis laqueum fidelibus parat, vtriusque testimoniis scripturarum, non vt doceat, sed vt fallat. vnde sequitur: *Scriptū est enim quia angelus suis mandauit de se.* Hic. Hoc in nonageimo psal. legitur: verūm ibi non de Christo, sed de viro sancto propheta est, malè ergo diabolus interpretatur scripturas. Chryso. super Matth. verè enim filius Dei angelorum manibus non portatur, sed ipse magis angelos portat: & si portatur manibus angelorum, non vt ostendat ad lapidem pedem suū quasi insitum, sed propter honorem quasi dominus. O diabole quoniam filius Dei manibus portatur legisti, & quia super aspidem & basiliscum calcas, non legisti. Sed illud quidem exemplum profert quasi superbus, hoc autem tacet quasi astutus. Chr. in ho. Intuere etiam quia testimonia à domino illa sunt conuenienter, à diabolo autè indecenter. non enim quod scriptū est: *Angelus suis, &c.* statet proicere se ipsum & præcipitare. Glof. Est ergo sic exponendum: Ait enim scriptura de quolibet bono homine, quod angelis suis, id est, administratoribus spiritibus præcepit de ipso, quod in manibus suis, id est, auxiliis suis tollent eum, & custodient ne offendat pedem, id est, affectum mentis, ad lapidē, id est, ad veterem legem, scriptam in lapideis tabulis: vel per lapidem potest intelligi omnis peccati occasio & ruina. Rab. Notandum est autem quod saluator noster permisisset se à diabolo super pinnaculum templi poni: tamen tenuit ad imperium eius descendere, nobis exemplum donās, vt quisquis impetauerit viam veritatis alrè nos ascendere, obtemperemus. Si autem vult nos de altitudine veritatis & virtutum ad ima erroris & vitiatorum præcipitare, non illum audiamus. Hiero. Falsas autem de scripturis diaboli sagittas, veris scripturarum frangit clypeis. vnde sequitur: *Ait illi rursus Iesus: scriptum est, Non tentabis dominum Deum tuum.* Hilar. Diaboli enim conatus contundens, & Deum se protestatur, & dominum. Chr. Non autem dixit: *Non tentabis me dominum Deum tuum,* sed ita: *Non tentabis dominum Deum tuum.* quod poterat dicere omnis homo Dei tentatus à diabolo: quoniam & qui hominem Dei tentat, Deum tentat. Raba. Vel aliter. Suggestebatur ei quasi homini, vt aliquo signo exploraret quantum apud Deum posset. August. contra Faustum. Pertinet autem ad sanam doctrinam, quando habet homo quid faciat, non tentare dominum Deum suum. Hiero. Et notandum quod necessaria testimonia de Deuteronomio tantum protulit, vt secundum legis sacramenta monstraret. Chryso. Iosom super Mattheum. Diabolus ex secundo responso incertus transit ad tertiam tentationem, quia enim Christus retia ventris diriperat, retia vane gloriæ transierat: ponit ei retia auaritiæ. propter quod dicitur: *Iterum af-*

sumpsit eum diabolus in montem excelsum valde. Quem scilicet diabolus circueiens omnem terram excelso-rem cæteris cognoscebat. Quāto enim excelso- fuerit mons, tantum ex eo spatio-rior terra videtur. vnde sequitur: *Et ostendit omnia regna mundi & gloriam eorum.* Ostendit autem ita, non vt ipsa regna vel ciuitates eorū, vel populos, vel argentum, vel aurū videretur: sed partes terræ, in quibus vnū- quodque regnum vel ciuitas posita erat. vt puta si ascendens super excelsum locum digito extenso dicam tibi: Ecce ibi est Roma, aut Alexandria, non sic ostendo tibi vt ipsas videas ciuitates, sed partes terræ in quibus posite sunt: sic & diabolus Christo singula loca poterat mōstrare digito, & vni- cuiusque regni honores & statum verbis exponere. nam ostensum dicitur etiam quid exponitur ad intelligendum. Orig. super Lucam. Vel aliter, non est arbitrandum quod regna ei mundi ostendens, Per sarum verbi gratia regnum, Iudæorumq, ostendit, sed ostēdit ei regnum suum quomodo regnaret in mundo, id est, quomodo alij regnentur à fornicatione, alij ab auaritia. Rem. Gloriam eorum appellat aurum, argentum, & lapides pretiosos, & temporalia bona. Rab. Ostendit autem hæc diabolus domino, non quod ipse visum eius amplificare potuit, aut aliquid ignotum demon- strare, vel vanitatem pompæ mundanæ quam ipse diligebat, quasi speciosam ac desiderabilem verbis ostendens in amorem Christo suggerens venire volebat. Glof. Qui non concupiscentiæ oculo in- tuetur sicut nos, sed sicut medici vident morbos sine lesione. Hier. Sequitur: *Et dixit illi: Hæc omnia tibi dabo.* Arrogans & superbus de iactantia loqui- tur. non enim potest omnia regna dare, cum sciamus plerisque sanctos viros à Deo reges factos. Chr. super Matth. Ea que per iniquitatem sunt in mūdo, vt puta per furtum aut per periuriam acqui- sitas diuitias diabolus dat. Nō ergo diabolus quibus vult diuitias dare potest, sed his qui volunt ab illo recipere. Remi. Miranda etiam est diaboli demeria, illi promittebat dare regna terrena, qui suis fidelibus dat regna cælestia, & gloriam mundi ei qui est cælestis gloriæ dominus. Ambr. Habet autem ambitio domesticum periculum: vt enim do- minetur aliis prius seruit, curuatur obsequio, vt honore dominetur: & dum vult esse sublimior, fit remissior. vnde apud subditur: *Si cadens adoraueris me.* Glo. Ecce antiqua diaboli superbia. Sicut enim in principio voluit se similem Deo facere, ita nunc volebat diuinum sibi vsurpare cultum, dicens: *Si cadens adoraueris me.* Ergo qui adoraturus est diabo- lum, ante corrumpit. Sequitur: *Tunc dixit ei Iesus: Vade Satana.* Chryso. super Matth. In quo finem ten- ranti diabolo ponit, ne progrediatur vterius ten- tans. Hier. Non autem vt plerique putant eadem Satanas & Petrus condemnantur sententia. Petro enim dicitur: *Vade retro me Satana,* id est, sequere me, qui contrarius es meæ voluntati. huic autem dicitur: *Vade Satana,* & non ei dicitur retro, vt sub- audiatur, *Vade in ignem æternum,* qui paratus est tibi, & angelis tuis. Remi. Vel secundum alia exem- plaria. *Vade retro,* id est, reminiscere, recordare in quanta gloria conditus fuisti, & in quanta miseria cecidisti. Chry. super Matth. Vidēdum autem, quia Christus cum passus fuisset tentationis iniuriam, dicente sibi diabolo: *Si filius Dei es, mitte te deorsum,* non est turbatus, neq; diabolum increpauit. Nunc autem, quando diabolus vsurpauit sibi Dei hono- rem,

rem, exasperatus est, & repulit eum, dicens: *Vade Satana, ut nos illius discamus exēplo nostras quidem iniurias nec vique ad auditum sufficere; quoniam in propriis iniuriis esse quēpiam patientem laudabile est; iniurias autem Dei dissimulare nimis est impium.* Hic. Dicens autem diabolus saluatori: *Si cultus adoraveris me, econtrario audie, quod ipse adorare eum debeat quasi dominum, & Deum suum.* Augu. contra serm. Arrianorum. vnde sequitur. *Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruitus.* Vnus dominus Deus noster est ipsa trinitas, cui soli seruitutem pietatis iure debemus. August. 10. de civ. Dei. Nomine autem seruitutis cultus Deo debitus intelligitur: latia quippe nostri vbi cūq; sanctorum scripturarum positum est, interpretati sunt seruitutem, sed ea seruitus que debetur hominibus, secundum quam præcepit apostolos seruos dominis suis subditos esse debere, Græcè nuncupari solet dulia. Latia verò, aut semper aut tam frequenter ut penè semper ea seruitus dicitur, quæ pertinet ad colendum Deum. Chryso. super Matt. Diabolus autem sicut irrationabiliter intelligi potest non quasi obediens præcepto recessit, sed diuinitas Christi & spiritus sanctus que erat in eo, excussit inde diabolum. vnde sequitur: *Tūc reliquit eum diabolus. Quod ad nostram proficit consolationem, quia non tandiu homines Dei diabolus tentat quandiu vult, sed quandiu Christus permittit.* Etsi enim permittit eum paulisper tentare, tamen repellit propter infirmam naturam. August. 9. de civit. Dei. Post tentationem verò sancti angeli spiritibus immundis metuendi quomodo ministrabant, & per hoc magis, magisq; innotescerat dæmonibus quantus esset. vnde sequitur: *Et ecce angeli accesserunt & ministrabant ei.* Chr. super Matth. Non autem dixit descendentes angelis, ut ostendat quia semper ad ministrum eius erant in terris, sed tunc præcipiente domino recesserunt ab eo, ut locus diabolo aduersus Christum daretur, ne forte videns angelos circa eum non appropinquaret ad eum. In quibus autem rebus illi ministrabant, scire non possumus, vtrum ad sanationes infirmitatum, an ad correctiones animarum, an ad effugationem demonum, quæ omnia per angelos facit: vnde eis facientibus ipse facere videtur. tamen manifestum est quod non propter necessitatem impotentie eius ei ministrabant, sed propter honorem potestatis ipsius. Non enim dicitur quod adiuuent eum, sed quod ministrent. Greg. in hom. Ex his autem vnus persona vtraque natura ostenditur: quia & homo est quem diabolus tentat, & idem ipse Deus est cui ab angelis ministratur. Chr. super Matt. Nunc breuiter perstringamus quid significant Christi tentationes. Ieiunium est abstinentia rei male: esurias est desiderium eius: vsus eius est panis. Qui ergo peccatum sibi conuertit ad vsum, lapidem conuertit in panem. Respondet ergo diabolo persuadenti, quia non in solo vsu illius rei vivit homo, sed in obedientia mandatorum Dei. Quando verò quis inflatus fuerit quasi sanguis, ductus est quasi super templum: & quando æstimaerit se consistere in sanctimonij summitate, positus est supra pinnam templi. Et hæc tentatio sequitur primam, quia victoria tentationis gloriationem operatur, & fit causa iactantiae. sed vide quod Christus ieiunium vltro suscepit. Super templum autem diabolus eum du-

xit: ut tu ad abstinentiam laudabilem sponte procedas. Extolli autem ad fastigium sanctitatis non acquiescas. fuge exaltationem cordis, & non patieris ruinam. Ascensio autem montis, est processio ad altitudinem diuitiarum, & gloria huius mundi, quæ de superbia cordis descendit. Cum ergo volueris diues fieri, quod est ascendere in motem, incipis cogitare de diuitiis & honoribus acquirendis, & tunc princeps mundi gloriæ regni sui tibi ostendit. Tertio loco, prouidet tibi causas, ut si volueris illa consequi, seruias ei negligens iustitiam Dei. Hilarius, Vincto autem à nobis calcatoque diaboli capite, angelorum ministeria & virtutum in nos celestium officia nō defutura ostenditur. Augustinus de con. euan. Lucas has tentationes non eodem ordine persecutus est: vnde incertum est quod prius factum sit. Vtrum regna terre prius demonstrata sint, & postea in pinnam templi leuatus sit, an econuerso, nihil tamen ad rem, dum omnia facta esse manifestum sit. Glo. Sed quod dicit Lucas, magis videtur secundum historiam esse. Sed Mattheus has refert tentationes secundum hoc quod in Adam factæ sunt.

AVTHORIS DE OPERIBUS Cardinalibus Christi, Sermonis de ieiunio, & tentatione Domini.

ANNO tricesimo carnis assumptæ baptizato domino in Iordane, postquam renelante patre, quod filius Dei esset, innotuit, non iam conueniebat eum putari filium Ioseph, vel esse subditum illi. Nec tamen repente ad signa & miracula & doctrinam vsus est potestate, sed interim auctoritatem continuit: & antequam se notum faceret mundo, exposuit se tentandum diabolo, non vt diuinitatis integritas probaretur, sed vt tentatoris confunderetur præsumptio, dum fame, & lassitudine post ieiunium veritas humanitatis pateret, quæ diuinitati associata omnino peccati sensu, & consensu careret. Hæc ætate tempus doctrine insinuatam est ratio nabile, nec ante has metas perperam innadi magisterium, data est forma: Quia non competit annis impubibus sedere in cathedra & in primogenitis bonum lege aratio est interdita. Iam vero cum ætatis & temporis ratio contineretur, & ad obediendum verbo Christi mandatum, egressus aduenisset, voluit tamen sapientia Dei primo erudiendo informare exemplo, & contra tentamenta proponere documenta, vt audiret & videret & sentiret humana rationalitas, quam insuperabilis sit, videtrixq; peccati, si libertas arbitrij libero moderamine dirigatur. Igitur desertū Christus ingreditur, ibi suo, id est, spiritu sancto duce & comite conuersatur: locus secretus eligitur, quia solius Dei iudicio ieiunia sunt agēda & singulariter inspectorem, adiutoremque Deum volunt hæc habere certamina, neque in agonibus aliquibus periculosus militatur. Nulli religionis exercitio fraudulenti inanis gloria aduleat, nulli virtuti fauor ita blanditur. Ieiuniorū sudoribus laus importuna se ingerit, & subtilissimis aculeis penetrans animam, dum extollit, emollit: & pugit, eam vngit. Virtutem in hypocritism vertit, & simpliciter inchoata pervertit. Quasi tinea, quod integrū

Idem in: ter opera S. Cypriani.

Ieiuniorum virtus.

erat rodit, & occupat, & sanctitatis fundamenta euellit, & dissipat. Subtilissimum malum proprio laqueo hypocritam iugulat, & propriis armis sanctitatem impugnat. Caligatio carnis spiritum inflat, & macies corporis extenuatum arrogantem impinguar. Contemptus venerationem venatur, fames, & calamitas laudibus saturatur. Mens hoc veneno imbuta in miseris deliciarum, & occupata hæc scæbie in vlceribus gloriatur. Religio fit superstitio, & succedit ei ambitio subornata. Extincto spiritu, quadriduano cadaueri solæ supersunt exuvie, virtutis species exanimis, & simulacrum sanctitatis. Tanta est hypocritarum demētia, vt foetoribus pro odoribus abutantur, & pretiosa vilia, & aspera smania arbitrentur, & fauorum sapor omnium dulcedinum superet condimenta, omnisque delicia sensualitas contrariis delectetur. Propter hoc solitudo carens arbitrio, & eremus assentatorum satellitio vacua à ieiunante Christo eligitur, vt non cum carne, & sanguine, sed cum spiritualibus nequitias demitteret, & amoris minarum occasionibus, homo cum diabolo colluctetur, & soli sint in palestra Christus, & antichristus, spiritus, & antispiritus. Neque patet homo se euasisse pericula, cum in eternum venerit: quia quando subtilius, tanto difficilias à tentatore inuaditur, qui cogitationum foribus assidens omnia virtutum gemmina in ipso ortu stragulare molitur. Imaginem Christi delere cupiens, adulterinis coloribus naturalij pulchritudini superducit, claritatem spiritus interpolat, & obnubit. Verum liberius anima expedita obuiat impugnant, vbi compedes impedimentorum defuerint, & aspectus irritamenta non nouerint: securiorque est congressus, vbi singula non vellicat dimicantem, nec inebriant animum lenocinia voluptatum. Honestius cū spiritu quam carne luctamur: quia carnis complexus foedus exhalans nebulas eum, qui sibi adhæserit, aliqua ex parte contaminat, nec libidinum motus quicquam euasit illisus. Plutus ille pestilens etiam longæ positis inficit, hoc certaminis genus fugam potius quam aditum requirit. Et quia solēt oratione, & ieiunio dæmones edomari, munitio eremi cum huiusmodi armatura exemplo magistrī recipit Christianos: quos etsi omnes diuersorum non excipiat loci, animi tamen omnino necessaria est solitudo, vbi erecta spectacula mens sibi insopita prouideat, & deterta rubigine coruscantibus armis importunum hostem terreat, & repellat. Ieiunij vitorum sentina siccat, petulantia marcescit, concupiscentiæ languent, fugitiuæ abeunt voluptates. Extinguitur ardentis ætæ incendium, & flammis monti fornax Vulcani extincta intrinsecus montes conterminos non adurit. Ieiunium si discretionē regatur, omnem carnis rebellionem edomat, & tyrannidem gula spoliat, & exartat. Ieiunium extraordinarius motus in cippo claudit, & arctat, & appetitus vagos distinguit, & ligat. Ieiunium si humilitate ornatur, seruos Dei, mundi efficit contemptores. Ieiunij carnes azymas munda, & solidat: & putredines, quæ ex adipe procedunt, consumit, & siccat. Ieiunium scripturarum delirij pascitur, contemplatione rescitur, gratia stabilitur, celestis pane nutritur, Danieli interpretatio somniorum reuelatur ieiunio, & tres pueri de Babilonio illæsi egrediuntur incendio. Moyses in monte quadraginta diebus cum domino perfectuerans, & Dei familiaræ colloquium, & legis mi-

nisterium ieiunio promeretur. Helias quoque eodem dierum numero abstinentes in eremo conuersatur. Vtilitas ieiuniorum temporibus Christianis claris paruit, & à multis frequentata in plurimos se effudit. Quæ quorū viros virtutum vidimus, sine ieiunio non legimus ascendisse: nec aliquid magnum moliti sunt, nisi prius abstinentia præcessisset. Quoties aliqui ad Deo obtinere conati sunt, ieiunij incubuere, & lachrymis, & pmoctantibus in orationibus, cilicis carni hærentibus supplices beneficia postularant. Nec defuit prouentus, vbi ad pedes Dei sacrificium contriti cordis offerens, se prostravit humilitas, sed prope fuit innocantibus se dens, & porrexit manum naufragis, & subuenit afflictis. Si Moyses, & Aaron, & Samuelem hodie haberet ecclesia, cum inuocarent, exaudirentur: & orantibus Iob, & Noe, & Daniele, populo paterecetur. Rarus hodie Phinees, qui perfoiat impudicos: rarus Moyses, qui occidat sacrilegos: rarus Samuel, qui inobedientes lugeat: rarus Iob, qui pro filiorum negligentia sacrificium offerat: rarus Aaron, qui coram Pharaone comminationes diuinas edicat: rarus Noe, qui his, quibus submersio imminet, arcam bitumine litam prouideat. Flens eum Apostolo dico inimicos crucis, qui terrena sapiunt magistratus, quorum Deus venter est, qui in his, quæ dicere nefas est, impudentes lætantur, & gloriantur. Venerant periculosa tempora, quæ prædixit Apostolus, in quibus voluptatum amatores magis quam Dei, speciem pietatis habentes, virtutem verò abnegantes. Inueniuntur præpositi innumerabiles, qui ieiunia, & orationes nec digito mouent, in quorum manibus iniquitates sunt, & muneribus eorum dextra oneratur: frustra ab his querantur miracula, frustra auxilia implorentur, non sunt idonei intercessores, domini contemptores, nec conuenienter ad placandum eum accedunt, nec conciliant quem offendunt. Efficax est oratio, præcedente ieiunio, & sacris studiis antecessentibus non patitur postulatio deuota repulsam. Eligitur solitudo, vt soli Deo vacans anima cum in se per cōtinentiam mastrauerit, voluptates, purgatis affectibus ad celestia euolet, & videns Deum oret, & adoret, & dulcedinis supernæ suauitatem prægustet. Forma igitur ieiuniorum propofita, siquæ exēplo, postquam quadraginta dierum abstinentiam dominus consummauit, Satan cum esurientem videret, accessit. Retroactum tempus obtinuerat quies, & secum silentij sera opus illud eximium saluator exegerat, modò oblata famis occasione tumultuator de latebris prodians foras egreditur, & subdola profusione quasi compatiens ei subuenire periclitanti naturæ hortatur. Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Nec vult fateri, nec præsumit diabolus dissiteri Christum filium Dei, sed dubie, dispensēque consulens tendiculas blandis innectit sermonibus, vt obandientem sibi reddat obnoxiam, & se de compassionis specie reddat acceptum. Caro & lassitudo & carera huiusmodi hominem testabantur, virtutis integritas, & vita carēs omni peccato perfectius ei priuilegium adscribebant, & diuinitas potentissima ex ipsis effectibus negari non poterat. Fuerant & ante Christum viri insignes, propheta, & sacerdotes, sed in peccatis concepti, & nati, nec originali, nec personali carere delicto, & inuenta est in omnibus vel ignorantia, vel insufficientia, in quibus erronei peccauerunt, & egreduntur

Parte corporis afflictationes ad Deum promerentium, Christianis vtilitate.

Philip. 3.

Luc. 4.

eguerunt misericordia Dei per quam docti, & restituti gratias egerunt Deo, & ad plenitudinem iustitiae multum sibi deesse confessi sunt, & sperantes in Deo, nullam sibi soliditatem attulere praesumpserunt. Non ita Christus, in quo verbi, carnisque sic conuenit natura, vt nulla alteri ex altero iniuria deueniret: quia in carne socia nullam diuinitas maculam reperit, nec sequuta est, nec praecessit. Haec naturam coniunctio diabolum excruciat: quia impossibile ei videbatur, vel quod esurire posset diuinitas, vel quod tanta tolerantiae posset esse, tantaque potestatis corporalis humilitas. Duplicem itaque inquisitionem sinuosa calliditate orditur, vt de Christo vtrum naturalis filius Dei sit, ipso respondente certitudinem habeat: vt, cum Deum confessus se fuerit, absurdum videatur, quod Deus esuriant, & in quacunque partem se responsio verterit, necessitas conclusionis occurrat. Si filius Dei es, tibi non competit esurire. Quod si esuris, manifestum est filium Dei non esse, quem violentia necessitatis communibus indigentibus intercludit. Succurre, inquit, necessitati si potes, alioqui deficiet, & praesentes lapides in panis muta substantiant: sic enim fiet vt euadat periculum: & si hoc potueris, probes te Deum. Non erat digna responsione questio malignantis: neque enim technas diaboli dominus ignorabat, sed diuino cauilatori satisfecit eloquio, subtilissimo dogmate edocens corporis & animae vitae propriis alimoniis debere subsidia, & cibum animae, id est, verbum Dei edulcor corporalibus praeponeendum, & citius, attentiusque menti prouidendum quam ventri. Nec opus erat vt hoc facto insidiatori innotesceret: quia nullo signo eius poterat inuidia commutari, cuius incortigibilem iniquitatem desperatio sugillauit. Superfluum igitur erat ad suggestionem eius ibi nulla profutura miracula operari, cum satis esset diligenter consideranti, quod esurientem cibi non superabat appetitus, & desiderij motus defectio non esset, sed virtus. In nullo Christo aliqua coegit aut dominata est ei necessitas, qui propriae moderamine voluntatis dispositus, & persoluit quod exigit humanitas. Sicut in ipso voluntate fuit consecrate ieiunium, ita & in potestate fuit tempore opportuno sumere cibum, quod vtrique nec ministerio, nec consilio diaboli fuerat ordinandum, quia & abstinentiae, & refectiois penes ipsam erat & arbitrium, & facultas. Itaque nihil certitudinis seductor extorsit, sed dubius, incertusque dimissus est, nec obtinuit vt se proderet Christus miraculo, vel intemperanter ad cibum properans obediret seductoris consilio, quasi tunc primum quid fieri oporteret data doctrina, acceptaque sententia. Repulsus igitur auctoritate scripturae, & propositi firmitate defecit seruitio, nec tamen alia aggredi via destitit, & falsis argumentis prioribus, alia subiciens, quibus ab eo consentaneas sibi responsiones aliquas extorqueret, adiecit. Eo igitur supra templi pinnae constituto, quem gula non potuit, vana gloria subuertere nititur. A multis ambigitur vtrum fuerit hic translatio corporalis: & si de loco ad locum se Christus transferri permisit, eo modo quo Abacuc de Iudaea in Chaldaeam delatus est, & Philippus de Azoto in occursum eunuchi, qui reuertens de Hierusalem non intelligens Esaiam, condicem reuoluebat. Sed quod corporaliter enim diabolus trahit, videtur inconueniens, quod hu-

Dan. 14.
Act. 8.

meris eius saluator infederit, & pro vehiculo vsus sit quem praecipitorem sciebat vel ferendum se commiserit, cuius infidias agnoscebat. Suo itaque spiritu eum credendum est ductum, & in deserto, & super templum, vt vtrouisque eum diabolus affumeret ad tendendum. Et localiter quidem in deserto prima fuit tentatio, sed ceteras eo modo circumduxit tentationis astutia, vel circūduci passus est patientia saluatoris, quomodo Ezechiel cum super flumem Chobar sederet, Hierosolymam raprus in spiritu ciuitatem aedificat & metitur, & muros & templi instaurat. Hoc modo super culmen templi Christus erat in spiritu, sciens quid ante spiritus affectaret, & hosti se de vana gloria pulsatio opportunitatem parabat. Hac igitur occasione loci hortatur & consulit, vt in vrbe sancta & frequentia populorum quasi nouus funambulus in excelso pendulus, se deorsum ad spectaculum vulgi iactet intrepidus, addens ex testimonio scripturae, angelorum assuetura suffragia, quae ruerem exciperent & conseruarent illisum. O execrabilis diaboli malitia! & stulta nequitia! & insensata versutia! praesumptio excruciat! Putabat malignus, quem gula non vicerat, vana gloria superari. Experientia quippe rerū didicerat, & in multis probauerat victorum virores saepe magis laudationum corruptos, & cognatum, propinquumque esse virtutibus malum adulationem: nec facile quenquam posse euadere, quin libenter assentatorum caecis porrigat aures, & laudatorum modulationibus delectetur. Et sicut rarus est, aut nullus, qui de se mala dici equanimiter ferat: ita rarus est, qui non bene de se velit sentiri, & se, si recte vinit, tantem in vitae rectitudine non diligit aestimari. Quod si opera virtutum foras exierint, rarus est, qui hominum iudicia conspuat, & laudes humanas contemnat. Hoc generale malum in humano genere satan putabat, & praecedens occasione victoriam suggerere saluatori, vt popularibus laudibus velleret attolli, & facere sibi nomen iuxta nomen maguorum, qui sunt in terra, si geminato miraculo ieiuniorum constantia innotesceret populo, & victoribus angelis sine offendiolo sollicitatus, se filium Dei tam potenti abstinentia, quam angelorum obedientia comprobaret. Huiusmodi consiliis filios hominum satan corrumpere consueuerat, & robustis, virilibusque animis etiam huiusmodi cogitatio immittit: & si ab ingressu mentis arceatur, renitente consensu, aliquid tamen de spurcicia sua ibi euomēs abominationum horrore naufragare compellit. Sic, vt aliquid poeticum inferam, temulentus Cyclops illiciti coniugij appetitor, licet à Pallade repellatur, in gremio tamen eius Erichthonium fundit, & incorrupta Minerua, in preest tamen deforme monstrum, nec omnino affectata scelera in memoria moriuntur. Non tentabis, inquit, dominum Deum tuum. Hoc in Deuteronomio scriptum est: Ecce lex legi obicitur, & satan auctoritate scripturae abutens, malus legis interpret praecipitum quasi ex ratione mandati hortatur, sed intellectus fallax, & falsus veritate sincera confunditur, & generali edicto interdium ostenditur, ne dum patet in quibuslibet angustiis quilibet exitus, Deus vlla praesumptione tentetur. Alia explorator malignus argumenta conatur adducere, & ad summam, cum illoque nequitiae suae, continentem & humilem oblata aggreditur potestate, & ostensa mundi huius sublimitate,

Ex reb. 41.

Uinc. 10.

Out. 2. 21.

Leu. 4.
Deut. 6.

mitate, & gloria quasi indignum sit tanta auctoritatis doctorem, & insignium operum paratorem, ignobili, & contemptibili schemate obumbrari, & dominatione vniuersorum, vsuque animum dignum honore sollicitat, & daturum se omnia pollicetur, si ei pro tanto munere gratias agat, & prociens adoret tanti culminis largitorem. Solent viris virtutum huiusmodi praestigia se offerre, & testimonium religionis, conscientia prohibente, cum ab aliis digni honoribus iudicentur, facile acquirunt: & tam proprio quam alieno fascinati iudicio à rectitudine corruunt, eneruatae cathedrae mentis, humo fractis ceruicibus colliduntur. Repenteque & subito quod multis erat partum sudoribus, ambitione irruente, obliteratum est, & turbis huius impetu auulsam est, quicquid antiquae religionis labor meruerat. Malum hoc Adam in paradiso polsuauit, & strauit, cum subiectione, quā Deo debebat, fastidians appetit dominari: & cum vellet esse sicut Deus, sine Deo se vidit, & nouit: & conspectam carnis Euae abhorruit fedtatem, quam licet operiret, manens tamen perpetui contumelia stetit, & haerit. Ad suasionem diaboli animam vanitati subiectam deiecit ambitio, poteratque exterminio eius posteritas didicisse, quam misera mutatio fuit de deliciis ad spinas, & tribulos emigrasse, & castris, ligonibusque auaritia condemnata. Hoc malo restitit, & resistere nos saluator edocuit, vt soli Deo subiectus sit homo, quantumcunque profecerit, vt in ipso, imò ipse sit substantia nostra, & pateat nobis quod sicut peremptoria est auctus quæ sita, ita & periculosissima est oblata: non quod potestas, quæ ex Deo est, sit damnabilis, aut ordinatio diuina peccatorum sit obstricta: sed quod excellētia, cuius spiritus sanctus auctor est, ita debet complecti humilitas, vt qui vocatus est superius, nesciat se sublimem, & per omnia agnoscat conditio conditorum, & gratia largitorum. Gloria abitur aliquando discipuli, & complacēbant sibi in miraculis, gratulabundi quod eis etiam daemonia obedirent: sed repressa est, increpante domino, simplicitatis eorum praesumptio: Videbam, inquit, satanam tanquam fulgur descendente de caelo. His verbis eorum animis intimans, quia ante hoc temporale initium ipse in principio, imò ipse principij existens apud Deum, ante hominis conditionem superbentis diaboli ruinam vidit, & affectatæ dominationis ambitionem deiectionis eius fuisse causam: nec in hoc gaudentem esse, si quis prerogatiua celsitudinis donaretur, sed hanc esse certam, stabilēque veri gaudij metam, si vocatio nostra iustificatione muniretur: & tunc demum ratum constare beatificationis prouentum, si huius ordinis scriptura in cōspectu Dei indelebilis feruaretur. Hoc igitur attendentes, quod non in nobis quasi ex nobis sufficientes sumus, sed ex domino sufficientia nostra est, & contentos solo Deo necesse est ei esse omnes accliuos, cui totum debemus quod viuimus, quod mouemur, quod sumus. Qui de plenitudine sua nobis interim, prout cuique opus est, donationes partitur, donec ad cumulum perueniat copia consummata, vsque adeo confert, cogitataque mensura, vt nihil vel accedat amplius, vel recedat, sed in cognitione Dei certum finem, stabilēque metam omnes & animae, & corporis obtineant appetitus. Frustra itaque regna huius mundi transitoria, & mutabilia immutabili, & eterno regi ostendit,

vel promittit diabolus, cum ipse dicat regnū suum de hoc mundo non esse: non quod creationē suam remouens daemone subiecerit potestati, sed quia in his, qui amorem mundi Dei amori praeponeunt, non dignetur diuinitas sibi facere mansionem: & impossibile sit eos à Deo regi, qui se diabolo tradidit: quia Christi & Bealā nulla est participatio, nec aliqua iustitiae cum iniquitate potest esse communio. Regnum hoc est naturae, sed malitiae persecutio est, non defensio: & tota huius potestatis virtus in mortem, damnationēque eorum, qui sub hoc principe militant, elaborat. Regnum hoc munitur vitis, ambitur flagitiis, turres eius sunt crimina, arma quarumcunque turpitudinū molimina. Huius regis colonatij sunt pauperum oppressores, tribuni seductores, praefecti iudiciorum perueriores. Cubicularij eius sunt quæstui adunatores, mercimonij traicectores, ararij sacerdotes, numularij doctores, condūctij defensores, linguæ subdole, vel consilij locutores, venales auxiliarij, bilingues caudicij, concinnatores mendaciorum, fabricatores peccati, vestiti mollibus, amici discoloribus. In domo huius regis sunt, qui paludamentis talaribus verrentes, capillis muliebribus se in feminas transfigurant, & dignitate vitilem non sine naturae iniuria dehonēstant. In hoc regno sunt, quicumque veritatem dei commutant in mendacium, quicumque quasi in taberna victorum praecones venales animas impurissimis daemonebus corrupendas exponunt. Hic auaras manus cupidi muneribus compliant, hic genua flexo concupiscentiae suae quisque idolum colit, & propriae libidinis adorat simulacrum. Nō haec te, Domine Iesu, gloria mouet: non huius mundi tu tenes imperium: non horum cupidine tu cadis, aut prosteris: non adoras militiam, non peccato subieceris, qui seruis tuis daemonia subdis, & omnem huius mundi gloriationem destruis, & confundis. Infansimē Satan, qua fronte, qua lingua ausus es dicere Saluatori, vt ante te, qui sit inflexibilis, & immobilis, caderet, vt te damnatum ipse, qui te dānauerat, adoraret? Quis ausus? quam impudens haec fuit praesumptio? Quid desperate spectasti? an filium Dei putabas posse tecum apostatam fieri? Si de mundo visibili, id est, caelo & terra, & de his, quæ in eo aguntur, te iactas habere dominium, nec caeli, nec terræ tu conditor, nec solem moues, nec cursum das sideribus, nec per te voluit firmamentum, nec vides aut intelligis Deum, nec vllum tibi est cum caelesti militia confortium, vel aliquem habes ad superioris mundi claritatem accessum. Huius inferioris mundi tua est scabies, tua languentis sunt ulcera, haec scapis, haec impurus ablingis. Si quid virij est, si quid corruptelae, tu cadaueribus affides, tu contractas putredines, tu distemperas faeces, tu versas fetores, tu spiritus nequam, tu in pistrino seculi huius fermentator immundus, tu sanctitatis corruptor, & simplicium perturbator, tu incendiator libidinum, & omnium turpitudinum adiuuator: in his regnas, quos inquinans: & in his, quos polluis, dominaris. Fornicatores, & adulteri te habent suggestorem, te habebunt tortorem, te quoque cum illis vlticia incendia concremabunt. Stultis, vanisq; promissionibus nullus à corde Christiano dari debet accessus, sed primis trillationibus obuiare debet abigens manu: nec foueri debet coluber, donec in draconem formetur. Mendax est diabolus, Bibl. Hom. tom. 2. 1 & his.

& his, qui sibi obtemperant, multa se daturū promittit. Malum hoc in vniuersa ecclesia vagatur, & communis peccientia innumerabiles occupat, vt pro gloria huius mundi qui liberi erant, se vendāt in seruos, & per vitia ad seruitutem deputentur, & obligati pacto chirographum subiectionis conferant diabolo. Per omne nefas voluptates emittunt, & per omne scelus copiose libidines exquiruntur. Iudas ille proditor venditurus magistrum pretaxatum pretium à principibus exegit facerdotum: Quid mihi, inquit, vultis dare, & ego cum vobis tradam: Vtque ad mortem Domini amor lucris se ingerit, nec vitæ saluatoris quæstus desiderium parit. Etiam in sinu sacerdotum ambitio dormit, ibi sub vmbra recubat, in secreto thalami se fraudulenter occultat. Simon apostolorum temporibus venalem putans spiritum sanctū, Petrum donis aggreditur, & tentat emere potestatem, per quam plura lucretur. Hæc facilem forma per omnia officia, gradatq; discurret, & nihil inentiarum ambitio prætermittit. Nec dubitet quisquam diaboli hæc esse negotia, & nundinatores eius quicumque hæc exercent commercia, nec quicumque huiusmodi ab eo, nisi præmissa apostasia, donari. Inuerecundè tentator ambitiosus aggreditur, & conditione perniciose præmissa, talia pollicetur, vltra quæ extendi non possit cupiditas, regnorum scilicet omnium monarchiam, & vniuersitatis dominatum: vt in omnibus mundanis vnus homo quasi Deus habeat potestatem, & vni omnia subiecta sint, & generale vespigal excellentiæ principali, cuncta persoluant. Quid vltra cupide quæris? quid amplius auare desideras? nunquid & sic potest impleri ambitio tua, aut satiati potest fames tua, ossa huius mundi iniecta dentibus tuis, & faucibus tuis vniuersa rerum massa intrusa? Mundum habes, Deum non habes; mundus transibit, tu cum eo, qui non stat, cades, transibis & ruas. Peremptoria sunt hæc consilia, quæ tibi talia pollicentur, in quibus te necesse est, aut veniit, aut ruptis intire visceribus, sed & pretium quod petiit, vt diabolum adores prostratus: & eum tibi Deum constitutas, quem non dubitas seductorem, si consenseris vt concidas, casus tui te non potes excusare improuidum, cum ipse tibi casum & ruinam prænominet, & præcipitum exigat, qui tanti se facit nundinatorem culminis, & tantæ tibi promittit falligia potestatis. Regnum Christi, non est de hoc mundo; regnum cælorum tibi Deus promittit, ipsum solum adora, ipsi soli memento vt seruias, qui repulso tētatore, te quoque gloria, & honore post victoriam coronabit, si in iustitia rectitudine steteris, nec falsis promissionibus obtemperans, ad venerationem diaboli damnationis eius hæc participes incurrueris.

S. HILARII EPISCOPI
Pictauiensis superioris Euang. expositio.

Tunc Iesus ductus est in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo, & reliqua. Et in desertum traductio, & quadraginta dierum ieiunium, & post ieiunium fames, & satanæ tentatio, & responsio domini, magni coelestisque consilij effectibus plena sunt. Nam quòd in desertum ductus est, significatur libertas Spiritus sancti, hominem suum iam diabolo offerentis, & permittentis tentandi & af-

sumendi occasionem, quam non nisi datam tentator habuisset. Erat igitur in diabolo de metu suspicio, non de suspicione cognitio: mouebatur enim quadraginta dierum ieiunio. Sciebat totidem diebus aquas abyssi effusas, exploratam repromissionis terram, Moyse legem à Deo scriptam, annorum quoque, quibus plebs in eremo vita angelorum habitūque mansit, hunc numerum expletum fuisse. Igitur istius temporis metu, in tentando eo quæ hominem contuebatur, sumpsit temeritatem. Ad enim pellegerat, & in mortem fallendo traduxerat. Sed ita dignum nequitia eius, & scelere erat, vt in eo, cuius morte & calamitatibus gloriabatur, homine vinceretur: & qui Dei beneficia homini inuidisset, ante tentationem Deum in homine intelligere non possent. Tentatur igitur statim post baptismum Dominus, tentatione sua indicans in sanctificationis nobis maxime diaboli tentamenta grassari: quia victoria ei est magis exoptata de sanctis. Non cibum etiam hominum esurit, sed salutem. Nam post quadraginta dies, non in quadraginta diebus esurit, Moysè & Helia in eodem ieiunij tempore non esurierunt. Igitur cum esurit dominus, non inedia subrepsit operatio: sed virtus illa, quadraginta dierum non mota ieiunio, naturæ suæ hominem dereliquit. Non enim erat à Deo diabolus, sed à carne vincendus: quam vtique tentare ausus non fuisset, nisi in ea per esuritionis infirmitatē, quæ sunt hominis recognouisset, quæ vtique in eo sentiens ita orsus est: *Si filius Dei es, anteceptus sermo est, si filius Dei es.* Licet esurientem videret, quadraginta tamen dierum in co ieiunium pertimescebat: qua rerum ratione indicat, post quadraginta dierum conuersationem, quibus post passionem in seculo erat commoraturus, esuritionem se humanæ salutis habiturum. Quo in tempore expectatur Deo patri munus, hominem quem assumptat reportatur. Contendendum itaque nunc illud est, quibus tandem interrogationis usus vsus sit. Ait: *Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.* Fallax diabolus, & ad traducendum artifex callidissimus, posse omnia Christum sciebat, & esuritionem in homine ex ipso ieiunij tempore sentiebat, ignarus quidnam esuriretur. Eam ergo in tentando conditionem operis proposuit, per quam & in Deo ex demutatione lapidum in panes virtutem potestatis agnosceret: & in homine oblectamento cibi patientiam esurientis illuderet. Sed dominus non panem potius quam salutem hominum esuriens, ait: *Non in pane solo viuit homo.* Quia ipse non solum homo, sed & Deus, licet vtique in tentationis diem cibo hominis abstineret, Deitatem spiritu alebatur: ostendens non in pane hoc solitari, sed in verbo Dei alimoniam æternitatis esse sperandam. Sequens etiam interrogatio talis est, cum eum in summum templi sustulisset: *Si filius Dei es, mitte te deorsum & reliqua.* Laborat tentatione dominum de excelsis ad inferiora deducere: & positum in templi summo, id est supra leges & prophetas eminentem, in humilibus continere. Sciebat quidem & ministeria angelorum prompta esse Dei filio, & neque in lapidem posse offensionis incidere: quippe superaspidem & basiliscum ambulaturum, & conculcatum leonem & draconem. De his enim quæ in se dicta sunt tacuit, sed superiora memorando, vult quoquo modo obedientia eliceret tentato: relaxurus hinc gloriam, si sibi dominus maiestatis, licet per cōfidentiam,

tiam, paruisset. Sed nulla diabolo contigit tante fraudis occasio, idipsum domino tempore posteriore testante, cum dicit: Venit princeps huius seculi, & non inuenit in me quietam. Digna igitur hanc eius petulantiam domini est secuta responsio. *Non tentabis Deum & dominum tuum.* Diaboli conatus & tentamenta contuens, & Deum se protestatur & dominum, docens à fidelibus abesse oportere iactantiam: quia cum omnia possibilia Deo sint, nihil tamē in tentationem eius audeandum sit. Sed iam tertio tota diabolice potestatis commouetur ambitio. Constituto igitur domino in monte excelso, vniuersa orbis terrarum regna, corūque gloriam obtulit, si modo adoraretur ipse. Iam genuina responsio opinionem suspitionis excelsit. Cibo Adam pellegerat, & de paradisi gloria in peccati locū, id est, in regionem vitæ arboris deduxerat: tertio diuini nominis ambitione corruperat, diis futurum similem pollicendo. Igitur aduersus dominum tota iam seculi potestate pugnatur, & creatori suo possessio huius vniuersitatis offertur: vt tenens ordinem fraudis antiquæ, quem neque cibo pellegerat, nec loco mouerat, nunc vel ambitione corrumperet. Sed responsio domini digna de superioribus gradum fecit. Ait enim: *Vade satana. Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruius.* Temeritatis tantæ cōgruum exitum vult, cum & criminum suorum in Satana nomē audiret, & dominum Deū suum adorandum in homine cognouit. Præbuit etiam huius responsionis effectū magnum nobis dominus exemplum: vt contempta humanæ potestatis gloria, & seculi ambitione postposita, solum meminisset Deum & dominum adorandum, quia omnis seculi honor diaboli sit negotium. Post hanc ergo diaboli signam, angeli Christi ministrant: ostendentes, à nobis victo calcatoque diaboli capite, & angelorum ministerio, & virtutum in nos celestium officia non defutura.

S. HIERONYMI PRESBYTERI in idem Euang.

Tunc Iesus ductus est in desertum, &c. Haud dubium quin à sancto spiritu. Sequitur enim: *vt tentaretur à diabolo.* Ducitur autem non inuitus aut captus, sed voluntate pugnandi. *Et cum ieiunasset quadraginta diebus, &c.* In isto numero, quadagesimæ nobis ostenditur sacramentum: in quo & Moyses ieiunauit in monte Sina & Helias iuxta montem Oreb. Permittitur autem esurire corpus, vt diabolo tentandi tribuatur occasio. *Die vt lapides isti panes fiant.* Esurienti congrue dicitur: *die vt lapides isti panes fiant:* sed duobus contrariis tenetis diabole. Si ad impetium eius possunt lapides panes fieri: ergo frustra tentas eum qui tantæ potentie est. Sin autem non potest facere: frustra filium Dei suspicaris. Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. *Qui respondens ait: Scriptum est: Non in solo, &c.* Testimoniū de Deuteronomio sumptum est. Ideo autem sic respondit dominus: quia propositum erat ei, humilitate diabolum vincere, non potentia. Similique animaduertendum, quod nisi ieiunare cepisset dominus, tentandi occasio non fuisset diabolo: secundum illud: *Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore: & prepara animam tuam ad tentationem.* Sed & ipsa responsio

saluatoris hominem fuisse indicat qui tentatus est. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Si quis ergo non velletur verbo Dei, iste non viuit. *Tunc assumpsit eum diabolus, &c.* Assumptio ista quæ dicitur, non ex imbecillitate domini venit, sed de inimici superbia: qui voluntatem saluatoris, necessitatem putat. Ex hoc autem loco intelligitur quid sit illud quod in alio scribitur loco: *Abierunt in sanctam ciuitatem, & multis apparuerunt. Et statuit eum supra, &c.* Vt quæ fame tentauerat, tentaret eum & yana gloria. *Si filius Dei es.* In omnibus tentationibus hoc agit diabolus, vt intelligat si filius Dei sit: sed dominus sic responsionem temperat, vt eam relinquat ambiguum. *Mitte te deorsum.* Vox diaboli, quæ semper omnes cadere deorsum desiderat. *Mitte te, inquit, deorsum:* persuadere potest, præcipitare non potest. *Angelus suis mandauit de te, &c.* Hoc in nonagesimo psalmo legitur: verum ibi non de Christo, sed de viro sancto propheta est. Male ergo interpretatur scripturas diabolus. Certe si vere de saluatore scriptū nouerat, debuerat & illud dicere, quod in eodem psalmo contra se legitur: *Super aspitem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.* De angelorum auxilio quasi ad infirmum loquitur: de sua cōculatione quasi regeuerator tacet. *Ait illi Iesus rursus: Scriptum est: Non tentabis dominum Deum tuum.* Fallas de scripturis diaboli sagitta veris testimoniarum frangit clypeis. Et notandum quòd testimonia necessaria de Deuteronomio tantum protulerit, vt secunda legis sacramenta monstraret. *Ierum assumpsit eum diabolus in monte excelsum vult, &c.* Gloria mundi quæ cum mundo præteritura est, in monte & in supercilio demonstratur: dominus autem ad humilitate descendit & campescit, vt diabolum humilitate superaret. Poterit diabolus ducere eum festinat ad montes, vt per quos ipse corruerit, etiam cæteri corruant: inixa illud Apostoli: *Ne inflatus incidat in iudiciū diaboli.* *Hæc omnia tibi dabo, si cadens, adoraueris me.* Arrogans & superbus etiam hoc de iactantia loquitur: non quod in toto mundo habeat potestatem: aut possit omnia regna dare diabolo: cum sciamus plerosque sanctos viros à Deo reges factos. Si cadens, inquit, adoraueris me. Ergo qui adoratus est diabolum ante corruit. *Tunc dixit ei Iesus: vade satana, &c.* Non vt plerique putant: eadem satanas & apostolus Petrus sententia cōdemnentur. Petro enim dicitur: *Vade retro me satana, id est, seque me qui contrarius es voluntati meæ:* hic verò audit, *vade satana:* & non ei dicitur retro me vt subaudiatur: *vade in ignem æternum, qui preparatus est tibi & angelis tuis.* *Dominum Deum tuum adorabis: & illi soli seruius.* Dicens diabolus saluatori: *si cadens adoraueris me:* e contrario audit, quod ipse magis adorare eum debeat dominum & Deum suum. *Tunc reliquit eum diabolus &c.* Præcedit tentatio, vt sequatur victoria. Angelus ministrant, vt victoris dignitas comprobetur.

S. IO. CHRYSOSTOMI
Episcopi Constantin. in superioris
Euang. Hom. 1.

Tunc ductus est Iesus à spiritu in desertum, &c. Tunc istud, ad quodnam tempus aprandum est? Proculdubio ad illud, quo descendit Spiritus sanctus, Bibl. Hom. tom. 2.

Math. 17. f

1. Tim. 3. b

Math. 16. d

Hom. 13. in Math. Psal. 90.

Etus, cum etiam desuper delata vox ait; Hic est filius meus. Mirum est verò, quòd dixit à spiritu, id est, sancto: ab hoc enim illum in desertum ductum esse significat. Quia enim omnia ad nos erudientes, & facienda sibi, & patièda susceperat, in eremum quoque se patitur abduci, & cum diabolo inire certamen: ut vnusquisque, cum fuerit baptizatus, si post baptismam maioribus tentationibus vrgeatur, non vtique turbetur, quasi in speratum sibi aliquid obuiauerit: sed permaneat, cuncta viriliter sustinendo, vt pote quæ sibi cõsequenter contigerint. Idcirco enim accepisti arma, non vt occideris, sed vt pugnes. Propterea Deus in te tribulationes irruere permittit. Primò quidè, vt discas, quoniam Christi baptismam multò te fecerit fortiozem. Deinde vt in egregia illa animi mediocritate permanes neque donorù scilicet magnitudine elatus, neque tentationum mole depressus: Ad hæc verò, vt malignus ille dæmon, cum de tua se discessione dubitat, ex ipsa tribulationum tolerantia dicat, quòd perfecta ab illo abrenunciatio discesseris. Quartò, vt fortior, & ipso procius ferro valentior, tentationum exercitatione reddaris. Quintò vt capias grande documentum thesaurorum tibi à domino creditorum. Neque enim superueniret tibi, neque aduersus te diabolus irrueret, nisi in maiore te positum honore conspiceret. Hinc enim aduersus Adam infurrexit aliquando, quia multa illum dignitate vidit conspicuum. Propterea & contra S. Iob nequitie suæ arma commouit, quia vtique videbat illum ab omnium Deo miris laudibus coronatum. Et quemadmodum igitur dominus dicit; Orate ne intretis in tentationem, propterea non eum vltro isse in eremum, sed à sancto spiritu dictum esse commemorat iuxta dispensationis profectò rationem, vt nos videlicet aperitissimè signatè esse videamus, quia non spontè nos ipsos in tentationes oporteat insilire, sed, si contracti fuerimus, viriliter repugnare. Et considera, quoniam illum assumès spiritus duxerit non in vibem, neque in forum, sed in eremum. Quia enim diabolus volebat allicere, non de esurie solùm, verum etiam de loco occasionem illi tentationis ingrederetur. Tunc quippe maximè aliquos diabolus aggreditur, cum solos viderit, atque ab aliis segregatos. Sic denique mulierem ab initio aggressus est, solam illam excipiens, atque à viro inueniens separatam. Quando enim viderit aliquos copulatos, haud similiter audet accedere. Vnde maximè oportet etiam ob hanc causam frequenter nos aliis aggregari, vt non faciliè in diaboli captione paremur. Inuenit ergo illum in inuio solitudinis. Quòd enim talis esset eremus, Marcus diligenter notauit de domino dicens; Et erat cum bestis. Considera verò cum quanta ad eum arte malignitatis accedat, quòdve præcipue tentationem obseruat, nõ enim ieiunantem tentat, sed esurièntem, vt scilicet dicas quam sit bonum grande ieiunium, & quia hæc aduersus diabolum arma sint maxima, quòdque post baptismam non delitiis, atque temulentie, non mensæ epulis onustæ, sed ieiunio animum debemus intendere. Propterea enim & dominus ieiunauit, non quia hoc indigeret ipse, sed vt nos vtique doceret, quibus peccata antè baptismam dominatio ventris intulerat. Vt enim, si aliquis ægotum, quem ad sanitatem reduxit, iubeat illa non facere, ex quibus morbus ille contigerat, ita etiam post baptismam ieiunium contra vitium

edacitatis indixit. Nam & Adam de paradiso intemperantia ventris eiecit, & diluuium sub Noe ista commouit, & fulmina in Sodomitam ipsa deduxit. Et si enim fornicationis quoque ibi crimen horrebat, sed hinc tamen vtriuque radix supplicij pullulauit. Quòd Ezechiel quoque notandum dicebat. Veruntamen hoc erat peccatum Sodomitum, quoniam in superbia, & in saturitate panum, & in abundantis esuebant. Et sic etiam Iudæi maxima profus mala frequenter operati sunt, & ad impietatem delitiis, atque ebrietate compulsi: propterea & ipse quodraginta dies ieiunauit, nobiscum ostendens remedia salutis. Nec tamen vltro progreditur, ne scilicet admirationis enormitas in credibilem faceret suscepti hominis veritatem. Nunc verò nequaquam sit istud, quia prius Moses, & Helias Dei potentia sustentati, in hanc ieiunij longitudinem peruenire potuerunt. Si verò vltius progressus fuisset, plurimis etiam incredibilis fuisset carnis assumptio. *Quum igitur quadraginta dies, ac noctes ieiunauisset, postea esurijt.* Occasionem diabolo tentandi præbens, vt prius ipse congressus quomodo etiam ab aliis vinci possit, ostenderet. Sic enim faciunt athletæ, qui, cum discipulos suos vincere docent, data opera in palæstris cum aliis certamen exercent, vt in Iustantium corporibus faciant artem spectare vincendi, quod in hac quoque collustatione constat esse effectum. Quia enim diabolus ad certandum voluit trahere, esuriam suam ei fecit manifestam, & non repulit prouocantem. Sed, quum eum suscepisset ad lucram, & semel, & iterum, & tertio cum facilitate, quæ eum maximè decebat, elisit. Sed, ne ipsas victorias transcurrèdo vilitatibus vestris aliquid detrahamus, à primo inchoantes conflictu, vnusquodque certamè diligentius tractemus. Postquam esurijt, inquit; *Accedens diabolus dixit ei; si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.* Quum enim audisset venientem de cælo vocem, atque dicentem; hic est filius meus dilectus: audisset etiam Ioannem testimonium illi tam insigne perhibentem, ac hominem deinde ipsum esurièntem videret, magno teneri cœpit ambiguo. Nam neque hominè illum esse nudum credere poterat, propter ea, quæ diuina vox de eo protulerat, nec rursus istud recipere, quòd filius Dei esset, quæ esurientè videbat. Itaque maxima rerù conclusus angustia, voces emittit ancipites. Et, sicut in paradiso accedens ad hominè, sinxit illa, quæ nõ erāt, vt, quæ erant, diceret: ita hic quoque nesciens manifestè suscepti hominis ineffabile sacramentum, & quisnam esset hic præfens: alia retia iacere molitur, per quæ se absconditū istud, atque secretum opinatur addiscere. *Si filius, inquit, Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.* Non dixit, si eluis: sed, si filius Dei es: videlicet existimans posse se aliquid per laudum blandimèntia furari. Idcirco non commemorauit esurientem, ne hoc ei quasi exprobrare, atque obicere videretur. Magnitudinem quippe tantæ dispensationis ignorans, istud ei erubescèdum putabat, propter quòd dolosa illum adulatione palpando, solius admodum dignitatis. Quid igitur Christus? In solentiam eius, factumque deiiciens, & ostendens id, quod acciderat, nec confusione dignum, nec indignum sua esse sapientia, id, quod ille in eius adulatione absconderat, in medium proferit, palamque constituit. *Non in solo, inquit, pane viuit homo.* Ita nihil erubuit à necessitate ventris incipere. Tu verò maligni

ligni dæmonis perpende nequitiam, & vnde faciat initia luctandi, & quemadmodum propriæ non obliuiscatur artis. Per qua enim & primum expulit hominem, & alios certè plurimos malis mille circumdedit: per hoc etiam nunc textit dolos, prouocans scilicet ad appetitum ciborum. Multos igitur stultorum nunc etiam audire possumus, qui dicant mala propter ventrem innumera committi, sed Christus ostendit, quòd amorem virtutis nihil tyrannis iste indecens facere compellat. Denique & esurijt, & non obedit imperanti: nos profectò erudians, ne vnquæ diabolo credamus. Quia enim homo hinc ostendit Deum, legemque transgressus est: ex abundanti tunc docet, quòd & si non cibi præuacuationem ille præcipiat, nec sic quoque esse credendum. Et quid dico præuacuationem: etiam si aliquid vile dæmones iubeant, nec sic quidem illos debes audire. Sic enim etiam illos dæmones loqui videtur, qui cum Dei filium prædicabant: & Paulus rursus idipsum in clamantes increpauit, & certè erat vile, quod dicebant, sed magis eos, magisque deprimens, eorumque insidias destruens, exagitabat, salutaria quoque dogmata prædicantes, vndique eorum ora claudens, & tacere præcipiens. Idcirco ne hic quidem dictis eius annuit Christus, sed quid ait? *Non in solo pane viuit homo.* Quod verò dicit, hoc est, potest esurièntem Deus etiam sermone pacere. De veteri autem testimonio protulit testamentum, atque præcepit, siue famem, siue aliquid patiamur aliquid, nunquam tamen dominum relinquamus. Si verò quis dixerit, & quidem debuit hoc, quod plus petebatur, ostendere: respondebo, Cuius rei gratia, quæne id exigente ratione? Non enim vt crederet hæc, ille dicebat, sed (quantum opinabatur) vt ipsum de infidelitate conuinceret. Siquidem etiam primos homines hac arte decepit, eosque parum Deo credidisse conuicit. Contraria enim dixit ille promittens, eosque inanibus spebus inflans, quum persuasione fecit incredulos etiam de illis bonis, quibus fruebantur, excludit. Sed Christus ostendit se neque tunc diabolo, neque postea Iudæis iuxta diabolus sapientibus, signumque postulantibus, annuisse: vbi que nos docens, vt, etiam si aliquid eiusmodi facere possimus, nihil tamen vel abique ratione, vel cum aliqua vanitate faciamus: nec diabolo vnquam credamus, etiam si magna quædam necessitas vrgeret. Quid igitur sceleratus ille, atque denictus? Postquam præceptum suum illi persuadere non potuit, & hoc quum tanta vgeret esuriam: iam procedit, & dicit; *Si filius Dei es, mitte te deorsum: scriptum est enim, Quoniam angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te.* Quæ autem ad singula tentamenta proponit, ac dicit; *Si filius Dei es, id ipsum etiam nunc facit, quod fecit in primis.* Sicut enim tunc de Deo detrahens, ait; Scit enim Deus, quia, in quacumque die manducaueritis, aperientur oculi vestri: per hæc ostendere volens illos circumuentos esse à Deo, atque deceptos, nullumque ab eo beneficium consequutos. Ita hic quoque idipsum profectò significat quodammodo, dicens; Frustra te filium suum nominauit, talique donatione decepit. Aut si certè aliud est, documentum nobis aliquod tantæ ostende virtutis. Deinde, quoniam ille fuerat de scripturis loquutus, etiam dominum testimonium illi protulit de propheta. *Quemadmodum igitur Christus verba eius audiuit: nihil vtique indignatus est, nihil*

que commotus, sed cum multa modestia scripturarum ei rursus voce responderet; *Non tentabis dominum Deum tuum.* Nos vtique docens, quòd diabolus per patientiam ita oporteat, atque tolerantiam, non per signa superari: nihilque ad ostentationem nostram, atque amorem facere gloriam. Considera verò diaboli insipientiam, de testimonio quoque ipso protulit. Nam ea quidem, quæ à domino prolata sunt, satis aptè vtique prolata, quæ verò ab illo vsurpata, ineptè nimium, ac profus incongruè, & quæ nulla parte sui domini responsonibus obuiaerent. Neque enim, quod scriptum est, quia angelis suis mandauit de te: siuadet, vt seipse iaciat, atque præcipiter: præterea verò neque de domino istud dictum est, quoniam hoc quidem de illo non arguat. Et certè quum ille iniuriòso sermone abusus fuisset, valdeque contrariè: nemo enim à Dei filio istud exposcit. Dæmonum quippe est, se ipsos iacere deorsum, Dei verò, homines erigere iacentes. Nam, si potentiam oporteret ostendi, non semetipsum proiciendo, ac præcipitando ostenderet, sed alios profectò saluando. Ceterum seipsum in præcipitia, ac prærupta proicere, diabolice est mētis insania. Quoties enim istud aliqui faciunt, consilio nimirum seductoris agitantur: at Christus etiam, quum ista dicta sunt, nondum se tamen reuelat, sed quasi homo ei interim loquitur. Dicere enim, quia non in solo pane viuit homo: & Non tentabis dominum Deum tuum: non valde seipsum manifestantis erat, sed vnus se ostendens è cæteris. Neque verò mireris, si diabolus Christo loquens, sæpe huc, illucque vertatur. Nam vt præliantes solent, quum acceperint lethales plagas, multò vtique sanguine perfuscentes, tenebratque patientes, moribunda circumferre membra: ita hic quoque prima statim, ac secunda sauciatus plaga, in alia quoque & alia verba deuoluitur, & tamen hic quoque tertium certamen ingreditur, & ducens illum in montem excelsum valde, ostendit ei omnia regna mundi, & dixit; *Hæc omnia tibi dabo, si procedens adoraueris me, &c.* Quia enim iam in patrem ipsum nequissimus ille peccauerat, omnia, quæ illius sunt, sua esse dicendo, seque eorum dominum sacrilegè profittendo, quasi cunctorum esset creator, tunc eum iam vtique contipit, & ne tunc quidem vehementius, sed omnino simpliciter, atque mediocriter. *Vide, inquit, sathanam.* quod præceptum magis quàm increpatio fuit. Postquam verò ei dixit: *Vade, continuo illum vertit in fugam.* Neque enim aliis iam per semetipsum tentationibus appetiit. Et quomodo, inquit, Lucas ait; *Quia omnem tentationem consummauerit?* Mihi quidem videtur ipsa tentationum capita ille cuncta dixisse, vt ea quoque omnia pariter intelligas, quæ sub istis quasi principalibus continetur. Hæc enim sunt, quæ in se mala innumera comprehendunt. Seruire ventri, inanis appetitu gloriæ quippiam facere, ac furioso pecuniari amore superari. Quod vtique etiam sceleratus iste cognoscens quasi omnibus vitis fortiozem pecuniarum cupiditatem locauit, antè iam quidem, & profus ab initio certaminis idipsum meditatione parturiens: extremum verò illud reseruans, quasi quod omnibus valentius esse iudicaret. Hic quippe mos deceptionis eius est, vt, quæ magis ad supplantandum idonea esse credit, hæc adhibeat extrema. Quod certè etiam in sancti Iob tentatione seruauit, propter quod hic quoque cum ab aliis, quæ videbantur fa-

cilliora, atque infirmiora coepisset, ad fortius transiit. Quemadmodum igitur istud superari oportet, ita proculdubio vt ipse Christus edocuit: vt scilicet refugiamus ad dominum, & ne fame ipsa deiciamur, credentes ei, quod vel solo possit alere sermone: & ne in illis quidem, quæ accepimus bonis, tentemus datorem, atque vt caelestis tantummodo gloriae claritate contenti, terrena ista pro nihilo iudicemus: & semper sciamus esse vilissimum, quicquid mensuram necessarij vsus excesserit. Nihil enim sic diabolo subiici hominem facit, vt inhiare opibus, atque habendi amore superari. Idque ex iis, quæ nunc sunt, facile doceri potest. Nam modò quoque non desunt, qui in viticiis, atque deliciis omni ætate vixerint, vbi tamen iuxta rationem dumtaxat viuunt eodè excipiuntur statu. Quis tandem vnquam tyrannus, quis ita crudelis, ita truculentus, ac barbarus, tam durè de cultoribus suis, ac subditis iudicabit? Vides certè stultitiæ magnitudinem, considerasti vbi nam huiusmodi ratiocinatio terminetur? age igitur, & si nulla alia, his saltem rationibus eruditus, ab hac malignissima suspitione desiste. Tuge longius vitia, & laborem, qui est pro virtute, complectere. Non enim vsque ad præsentium possessionem bona nostra perueniunt. Quod etiam aliquis dixerit, quis inde veniens, ea, quæ ibi sunt, indicauit? Respondet: Homo equidem nullus, nam illi forsitan credendum non fuisset, vt pote pompam magnam omnino facienti rebus, eaque elatus profertenti: at verò omnium dominus cuncta illa nobis maxima cum veritatis reuerentia reuelauit. Quid igitur homine nobis opus est indice, quum idem ille, qui exacturus est ista supplicia, clamet quotidie, quia & gehennâ parat, & regnum, atque horum præbuit nobis clara documenta? Si enim nequaquam ibi indicaturus esset, ne hic quidem vnquam vitionem de infidelibus expeisset. Nam hoc quoque quam putamus habere rationem, quod malorum quidam non puniuntur alij, eum alij puniantur: nisi fortè dominum personarum acceptorem quis dixerit? Itaque vanum etiam istud est, si credantur alij quidem pecnas solvere: alij verò hinc impune transire. Hoc enim priore illo est errore deformius: sed, si bono me animo volueris audire, hanc quoque questionem breuiter absoluam. Quanam igitur hæc absolutio est? Neque ab omnibus hic Deus exigit vitionem, ne refurctionem vtique desperando, iudicium quoque desperes futurum, quasi omnium iam hic supplicij perfolutis, nec tamen omnes sint impune transire, ne cuncta profus absque vlla esse prouidentia suspiceris. Sed & non punit, & punit: per ea quidem, quæ punit, ostendens ibi ab eis, qui hic immunes supplicij fuerint, exacturum se esse rationem: per ea verò, quæ non punit, sperare nos faciens esse terribile prius post ista iudicium. Si verò generaliter dissimulans fuisset priorum, nullum hic aliquando punisset, nullum beneficij honorasset. Nunc autem quum vides propter te & celum extendisse, & accendisse Solem, & fundasse terram, & maria sudasse, & æra pandisse, & lunæ disposuisse cursus, & immutabiles anni leges hominibus ordinasse, aliisque omnia cernis nutu eius cursum suum absque cessatione perficere. Omnis quippe nostra, irrationaliūque natura, reptilium, serpentium, atque gradientium, volantium quoque, ac natantium in fretis, in stagnis, in fluminibus, in fontibus: tum eorum, quæ in mon-

tibus vagantur, ac vallibus, tum quæ in aëre, in domibus, in campis: tum semina vniuersa, tum germina, arbores quoque & syluestres, & mites, steriles alia, aliæ feraces, cæteraque omnino cuncta ab illa nihil laborante profus manu tum creata, tum mota in nostram dispensantur salutem. Nec solum ad necessarium nobis vsum, verum etiam ad excendenda liberalitatis officia, & communicandi ministeria præstantur: tantum igitur cernens ordinem rerum, & certè ne exigua quidem à nobis numerata pars est, aures dicere, quod ille, qui tāta est propter te operatus, ac talia, æternæ te obliuioni tradat, cumque a suis, ac porcis mortuum iacere patiat, & cum tanto te munere suæ pietatis honorauerit, qua te angelis quoque fecit æqualem, post labores innumeros sudoresque despiciet. Et quanam hæc poterunt rationis similitudine colorari? Hæc enim etiam nos fortè recamus, lapides proclamabunt, tam certa, & clara sunt, atque ipso lucidius Sole fulgentia. Quia igitur hæc omnia propter te facta sunt, æmulare hanc, atque imitare victoriam. Et si ad te ex cultoribus daemones, ac de illa sapientibus aliquis accedat, vt bique exprobrat, ac dicat: Si magnus quidem es, atque mirabilis, transfer hunc montem: nihil omnino turberis, nec ad iracundiam velut quadam feritate rapieris, sed commoda ratione responde, dicens illud, quod dominum certè tuum audisti, paulò antè dicentem: Non tentabis dominum Deum tuum. Et, si ille gloriam, potentiamque proponens, & infinitam pecuniam multitudinem, adorare te iubeat, ita perfructanter profus, ac fortiter. Nò solum enim in communem nostrum omnino dominum hoc diabolus fecit, sed quotidie profus quoscuque famulos eius huiusmodi machinis fretus oppugnat, haud in montibus solum, & in eremo, atque deserto: nec per semetipsum tantummodo, sed in viribus, & in foris, & iudiciorum locis, & per homines naturæ nobis societate coniunctos. Quid igitur facere nos conuenit? Ex toto videlicet illi non credere, atque obstruere profus audirum, & odisse etiam blandientem. Tuncque illum auerfari maxime, quum maiora promittit: quia & Eua, quando maxime spebus extulit, tunc vtique decit, magisque illi inuexit incommoda. Nam & hostis est ferax, & bellum infert non denunciatum. Nec tantum nos pro salute nostrâ, quantum ille pro perditione decerat. Adversetur huic igitur non sermonibus tantum, sed & operibus, non cogitationibus solum, sed & actibus: nihilque ex iis, quæ illi solent placere, faciamus. Sic enim omnia, quæ Deo placitura sunt, faciamus. Nam ille quidem multa sepius pollicetur, non vt det, sed vt potius accipiat: promittit plurima de rapinis, vt auferat regnum, atque iustitiam, & quasi quosdam laqueos tendens, atque decipulas, thesauros pollicetur in terra, vt etiam nos & istis thesauris, & caelestibus spoliis. Vult nos in hoc seculo ditari, ne videat ditius in futuro. Et si non poterit per dititias ab illa nos excludere beatitudine præmiorum, alia ad nos via, id est, paupertatis, accedit: quod sanctum quoque Iob impugnando faciebat. Quia enim vidit nihil ei nocuisse diuitias, retia ex paupertate contexit, inde saltem credens eum posse laqueari, quo quid aliquando queat esse vecordius? Nam qui potuit indeste ferre diuitias, multò magis poterat etiam fortiter ferre pauperiem. Et qui præsentis opes absque

absque cupiditate possederat, facile non requirebat absentes. Itaque beatus ille non opulentia, sed inopia factus est illustrior. Siquidem diuitias malignus spiritus auferre potuit, charitatem verò, qua erga Deum ille feruebat, non modò auferre nò potuit, sed fecit etiam fortiosem: & quem cunctorum possessione nudauerat, maioribus potest doluit abundare diuitiis. Et idcirco in magna rerum versabatur angustia, quum quatuor plures, quantoque maiores admouit plagas, tanto eum potentiorer videret effectum. Itaque quum omnia peregisset, maximoque tentationum strepitu, nihil tamen explicare potuisset, quasi ad antiqua illa arma cucurrit, ad feminam, & personam sibi indidit, quasi pte aliquid prouidentis, per quam calamitatu eius tragediâ miserabiliter inculcat, & simulat se ad ipsius ex tans liberationem malis istud afferre consilium: verum nec sic quidem valuit obtinere. Vidit enim dolosam eius escam vir ille mirabilis, & loquentem ex diabolo cõingem, maxima repente prudentia in silentium coarctata: quod nos quoque facere conuenit. Nam, etsi fratris, etsi amici charissimi, etsi coniugi, etsi necessariorum, vel cuiuslibet alterius personam indatus, aliquid nobis eorum, quæ solet, loquatur: non illum, per quem loquitur, sed illum, qui loquitur, auerfari, atque horrere debemus. Nam modo quoque plurima similia horum facit, ac diuersarum nos personarum consolatione, & compassione sollicitat: que videntur quidem specie effe blanda, re verò letifera: siquidem venenosis omnibus nocentiora verba nouit infundere. Blandiri enim vt noceat, diaboli est, corrumpere verò vt proficiat, Dei. Nequaquam igitur alter, quam se res habet, intelligere conuenit, neque per omnem modum vitæ huius tranquilla scdemur. Quem, inquit, diligit dominus, & corrumpit. Quando eum prosperitate fruimur, quum in malignitate viuimus, tunc magis nobis est, ac magis dolendum. Nam semper quidem nos oportet memere peccantes, maxime autem, quum nihil triste perpetuamur. Quando enim per partes ab vnoquoque nostrum pecnas exigit, leuiorem nobis ipsam animaduersionem facit: quando verò patientius nostra videtur dissimulare delicta, ad maximam nos in talibus permanentes pecnam refert: quando enim iustus non desit tribulatio, quanto magis illa expectanda est peccatoribus? Perpende igitur quanta Pharao Dei patientia quòdam poritus extremam pro cunctis postea pertulit vitionem. Nabuchodonosor quoque postquam plurima, & magna peccauit, grassus in fine punitus est. Et purpuratus ille diues, quò magis nihil triste sustinuit, hoc ipso infeliciores fuit. De presentem enim vita delicia abiecit, dignam pro his omnibus pecnam daturus, vbi certè nec consolationem inuenire possit malorum. Et tamen sunt quidam ita frigidus profus, ac solidi, vt presentia magis eligant, & ridicula illa verba deprecant: Interim fruar presentibus, & tunc de incertis probabo. Indulgebo ventri, seruam voluprati, abutar istius vitæ iucunditate, da mihi quod præsens est, accipe quod futurum est. Et in quo tandem ab hircis & porcis differunt tam irrationabilia proferentes? Equi, inquit, infantes in feminas facti sunt: vnusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat. Non concedit propheta, vt eos, qui tales fuerint homines nuncupemus. Quis ergo culpate nos poterit,

quum porcis, atque a suis stultiore putamus eos, qui ea, quæ clariora sunt, quam quæ cernuntur oculis, esse adhuc putant obscura, & ignora? Si enim nulli alij credis, audi daemones saltem, cum Dei potentia verberantur, qui certè ad nobis nocendum facere meditantur, & dicere. Neque enim negare poteris, quòd omnia illa agant ad nostram delidiam nutriendam, & gehennæ resoluendum timorem, atque vt nullum credatur futurum esse iudicium. Sed tamen hi ista cupiunt persuadere, semper clamantes nihilominus, atque volantes, frequentes prædicant ibi exercenda supplicia. Vnde igitur hæc dicunt, & contra quæ volut loquuntur, nequaquam aliunde, nisi quia ad istud cruciatu sui inieritate coguntur. Neque enim spontè vel hoc illi voluissent faceri, vel quòd à mortuis hominibus sæpe torquentur, vel quòd omnino aliquid triste patiuntur. Cur igitur hæc dicimus? quia scilicet gehennam etiam daemones esse fateantur, qui à nobis gehennam credi omnino nolunt. Tu verò cum tanto honore potiaris, & ineffabilem mysteriorum sis certè particeps, ne illos quidem inuenias imitari: sed ipsis quoque deterior effectus es. Et quis, inquis, venit ab inferis, & talia nunciauit? Sed & de celo quis venit, & dixit, quia Deus sit, qui cuncta considerat? Animam quoque vnde nos habere manifestum est? Si enim sola illa credideris es, quæ videtur, & de celo, & angelis, & de anima, ac mente dubitabis: sic tibi omnia profus veritatis dogmata peribunt. Et certè si manifesta vis credere, inuisibilibus magis te oportet fidem quam visibilibus commodare. Quamquam enim admirabile factus sit, magnūque, quòd dixi, tamen verum est, & habentibus intellectum absque vilo ambiguo confitendum. Oculi enim carnis sæpe fallunt, non vtiq; in illis, quæ inuisibilia esse constat, illa quippe ex toto nesciunt, sed etiam in iis ipsis, quæ videntur, aspiciere. Falluntur autem & spatij longitudine, & aëris æqualitate, & mente alio intenti, & ita, & sollicitudine, & mille aliis, quibus eorum perspicuitas impeditur. At verò mentis oculus si ditinatum scripturarum lumē aspiciat, multò certius, atq; ab omni profus errore alienum, hatum, quæ sunt, incipiet habere eorum iudicium. Nequaquam ergo nobis illudamus ipsi, ne per delidiam vitæ nostræ, quæ de talibus est orta dogmatibus, perque ipsa dogmata maius nobis consilemus incendium. Si enim iudicium non est futurum, neque pro malis actibus supplicia soluemus: sequitur, vt neque pro sanctis laboribus præmia capellamus. Pendite igitur quousque vestra blasphemia prouehat, qui dicitis iustum, ac misericordè Deum tantos suorum labores, sudoresque despiciere. Et qua tandem istud poterit ratione defendi? Itaque etiam si aliunde omnino nequeas, exemplo tamen propriæ domus ista considera, & tunc manifestam hanc stultitiam deprehendes. Nam & si milles ipse sis immisericos, atque crudelis, & vltra omnes ferarum rationis extraneus, nequaquam tamen patiens, vt amantem tui seruulum moriens inhonoratum relinquant, quem certè & libetate donas, & pecunia, cæterisque muneribus: & quia ipse nihil ei iam poteris præstare post mortem, eam patrimonij tui hæredibus licet commendas, rogans pro illo, ac deprecans, facique profus omnia, ne illum irremuneratum relinquant. Tu igitur tam malignus, erga seruulum tamen tam benignus, ac misericors

inauentis: Deus verò infinita illa bonitas, ineffabilis misericordia, inestimabilis pietas, famulos suos Paulum, Petrum, Iacobum, Ioannem, ceterosque horum similes, propter ipsum confectos fame, afflicto vinculis, verberibus scissos, fluctibus mersos, bestiis traditos, quotidieque morientes, perpeffos quanta nec numerari quidem possunt, in coronatos, in honoratosque despiciet? Et ille quidem, qui ludicrum certamine victor extiterit, prædicat, & coronat. Et dominus seruum, & rex militem, cuncti generaliter bene de se meritos, quibus possunt remunerant bonis: Deus verò solus post tam largos labores, nec amplius, nec exiguum profusus bonum propriis cultoribus recompensabit? sed sancti illi, atque iusti, cunctisque profusus virtutibus dediti, illic demum iacebunt vbi adulteri, homicidæ, ac parricidæ, vbi violatores etiam sepulchrorum? & quam tandem habent ista rationem, si nihil est post illud, quo hinc asferimur, abcessum, sed vsque ad præsens est omne nostrum. In eodem verò statu sunt etiam, qui studia habere diuersa, imò ne in ipso quidem per omnia. Nam aliter fiet illis, qui hinc propter Deum in ærumna, & istis, qui dicunt, hæc omnia tibi dabo, si procedens adoraueris me. Qui quidem homines sunt natura, sed per voluntatem suam diaboli facti sunt instrumenta. Vnde & tunc non per semetipsum tantummodo, sed per alios quoque accedebat ad Christum.

Luce. 4. Quod etiam Lucas significando dicebat, discessit ab eo vsque ad tempus, ostendens, quod postea, per sua aduersus illum instrumenta pugnauerit. Et ecce successerunt angeli, & ministrabant ei. Quandiū enim fuit in cōsuetu positus, nequaquam eos apparere permisit, ne scilicet ante victoriam superandum fugaret: postquam verò illum per cuncta deuicit, & victum fugere præcepit, tunc angeli consequenter apparent, vt tu dicas, quod te quoque post confectam de diabolo victoriam, angeli repperit suscipiant, plaudentes tibi, & que spiritatorum vbi que more comitantes. Sic igitur & Lazarum post fornacem paupertatis, ac famis, totiusque pitius angustia, suscipientes ad requiem pertulerunt. Quod enim paulò ante memorauī, multa nunc eorum Christus ostendit, quibus nos postea perfruemur. Hæc igitur considerantes, omnia iudicamus animę nostre, quod, postquam hinc fuerimus perfecti, & ante terribile illud adituri sumus tribunal, & omnium, quæ hinc agimus, rationem reddiduri, nam & supplicia perferemus, si in peccatis perseueremus; & potiemur coronis, bonisque ineffabilibus perfruemur, si paruo hoc tempore nos voluerimus excolere, eorumque, qui his contradicere ausi sunt, ora claudamus: ipsi verò gratissimam eligamus virtutis viam, & digna cum fiducia ad iudicium illud abeuntes, promissa nobis præmia consequamur, gratia, & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria cum patre & spiritu sancto, &c.

EIVSDEM DE EODEM
Euang. Hom. 2.

Est Hom. 5. ex varijs in Matt.

In illo tempore, ductus est Iesus in desertum a spiritu, vt tentaretur a diabolo. Et reliqua. O incomparabilis domini patientia, & admirandę humilitatis exemplum. Tentari a diabolo dominus patitur, qui ten-

tantem se in deserto iam dudum mortifero serpentium mortu percussit. Ieiunans etiam pro nobis esuriit in deserto, qui iam dudum esuriientem populum suum in solitudine, per quadraginta annos cibo caelesti refecit. Et cum Deum secundum in corruptam illam & beatam æternitatis suæ naturam elurire nõ poterit, vt scriptum est: Deus æternus non esuriat, neque laborabit: tamen causa nostra salutis, secundum corporis assumptionem & tentari, & esurire dignatur, vt veritate in se assumptæ carnis ostenderet, Prouocatur igitur diabolus vt tentet, & sequitur dominus vt vincat. Huiusmodi autem tentationis certamen inimicus ita adorfus est, dicendo ad dominum: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Nesciens ergo dispensationis diuinæ mysterium, interrogat quod ignorat. Dubitantis enim vox hæc est qua sciscitatur & dicit, Si filius. Et videamus cur requirit, si ambigit & quare interrogat, si ignorat. Audierat iam virginem ab angelo nuntiatum, quod esset filium Dei paritura. Viderat & Magos suos, inanis scientiæ errore deposito, natum puerum supplices adorare. Viderat & post baptismum velut columbam spiritum sanctum descendentem. Audierat & vocem patris de caelo dicentem: Hic est filius meus. Audierat & Ioannem publica voce testantem: Hic est qui tollit peccata mundi. Tot igitur testimonis perturbatus, nouissimè consternatus hæc voce, & inter omnia quæ audierat, magis timuit: quia cum ipse mundum peccatis impleteret, audit venisse qui tolleret mundi peccatum. Extremis quidem his tor ac tantis vocibus fuerat, sed nondum plenè credebatur: quia quem audierat Dei filium, intetum hominem videbat, & in carne conspiciebat, quem audierat tollere mundi peccata. Vtrum ergo vera essent quæ audierat, pauidus ac tremebundus explorat. Vidit quidem hominum quadraginta diebus & noctibus ieiunantem, sed non statim Dei filium perditus credere voluit. Recolebat enim Moysen & Heliam quadraginta diebus similiter ieiunasse, & ideo an verè ipse sit Dei filius, signo aliquo propositæ virtutis exquirat. Proponit ergo: Si filius, inquit, Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Non erat quidem impossibile filio Dei in panes lapides cõuertere, qui propemodum ex lapidibus Abrahæ filios suscitauit: sed fas non erat dominum voluntati diabolice obtemperare. Et idcirco non illi concedit dominus, id quod querebat agnoscere. Non enim dignatur ei respondere quod ipse esset Dei filius: sed celata diminitate, solo legis responso velut quadam eum sagitta percussit, dicendo: Scriptum est, non in solo pane vinit homo, sed in omni verbo Dei. Quo responso tentationem diaboli irritam fecit. Non autem necessitate, sed voluntate dominus esuriit, vt ad huiusmodi tentatione diabolum prouocaret. Vt quia iam dudum ipse diabolus Adam in paradiso vicerat, nunc à domino in solitudine vinceretur. Et Adam quidem non esuriientem vicit, nunc autem à domino esuriente vincitur. His enim modis secundum Adam vincere voluit, quibus primus Adam fuerat superatus. Percussus ergo inimicus vno iam vulnere, rursus aliud argumentum tentationis excogitat. Sic enim scriptum est: Tunc, inquit, assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum supra pinnaculum templi. Et reliqua. Victus ergo iam semel in solitudine, aliud nunc certamen aggreditur. Ascendit igitur supra pinnaculum templi, inimicus,

Esai. 40.

Matt. 23. 4. 4. 1. 1. 1. 1.

Matt. 23. 4. Ioan. 1. 1.

Deut. 3. 4.

micus, vt prouocet, & sequitur dominus, vt triphet. Et descendit summam templa, vt enim de alto deiceret, qui eum deicere nitebatur. Ad omnem enim se humilitatem dominus submisit, vt exemplum nobis patientiæ in tentatione relinqueret & per omnia de aduersario triumpharet. At ergo diabolus ad dominum: Si filius Dei es, mitte te deorsum, scriptum est enim: Quid angelus suis mandauit de te, vt in manibus tollant te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. O nefanda artis astutia, & damnanda temeritatis audacia. Qui viderat se à domino, responso legis fuisse percussum, iam non tantum nequitia suæ armis vitur, in quibus inutilis reperit est, sed & ipse legis testimonium mutatur. Et inde tentat vincere, vnde debebat se fuisse iam victum. Audet etenim ipse dicere, scriptum est: sed nõ pro te, sed magis aduersum te. Scriptum quidem erat: Quoniam angelis suis mandauit de te: sed quod de suo addidit, Mitte te deorsum scriptum non erat. In quo cognoscimus antiquam eius & vicitam veritatem, semper vt fallere possit, malis suis bona miscere, & venena sua mellis dulcedine temperare. Sic enim & Adam iam dudum, vt de suo deciperet, quasi Dei verba præmisit. Quid vtique, inquit, dictum est vobis à Deo, ab omni ligno paradisi non edetis, &c. Vt proposito Dei mandato, hominem incautum, & falsa interpretatione, & verborum adiectione deciperet. Nam & illic de suo addidit: Quid vtique dixit Deus, de omni ligno paradisi non edetis, cum dictum à domino fuisset: De omni ligno paradisi edetis: de ligno autem scientiæ, quod est in medio paradisi, non edetis? Murauit ergo dicta diuina, & verbis suis quædam dicta domini sociavit, vt facilis suaderet, & suadendo deciperet. Immiscuit verbis diuinis verba nequitia suæ, vt per dulcedinem mellis venena mortis infunderet. Cum ergo inimicus legis quidè, sed aduersum se attulisset exemplum, inutilem eius tentationem despiciens dominus: rursus cum alia legis sagitta percussit, dicendo: Scriptum est, Non tentabis dominum Deum tuum. Quo responso diabolus iterum aliud vulnus excepit, nec tamen desinit, gemina iam plaga percussus, iterum alia dominum aggreditur tentatione. Et potnerat quidem dominus statim cum prima tentatione prosternere, sed patientiam tenuit, vt ad exitium suum inimicus amplius insolescat, & antea interitum suum plaga multiplici vulneretur. Bis denique cum domino congregitur, & victus adhuc tertio nequitia suæ armare cõtat audaciam. Hoc enim refert euāgelista: Et assumpsit, inquit, eum in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Iesus: Vade satana, scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi solum seruias. Mira & mirabilis domini patientia, & diaboli singularis audacia. Prouocat igitur tertio nunc inimicus, & ascendit in montem excelsum vt tentet, & dominus sequi non dedignatur vt vincat. Vicit autem, non sibi, sed nobis. Neque enim magnum erat, si filius Dei diabolum vinceret: sed in hoc magnum fuit, quia in hominem vicit, & nobis vicit. Ostendit ergo, inquit, illi omnia regna mundi, & gloriam illorum, & dixit illi: Hæc omnia tibi dabo, si proci dens adoraueris me. Regna mundi promittit ei, qui regna cælorum credentibus præparat. Gloriam sæculi pollicetur ei, qui dominus est gloriæ cælestis. Spondet se vni-

Psal. 90. 6.

Genes. 3. 4.

Genes. 2. 16.

Deut. 6. 1.

Deut. 6. 1. & 10. 1.

uersa dare, qui nihil habet, ei qui omnia possidet. Ab eo se adorari vult in terra, quem angeli adorant & archangeli adorant in cælo. Vnde rursus dominus alio testimonio legis insolentis inimici prosternit audaciam, dicendo: Vade satana, scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Iam igitur victor, ac dominus auctoritate diuina comminatus, diabolum iussit concedere. Vnde non immerito principe suo iam deuicto, postea clamant demonia: Quid nobis & tibi fili Dei altissimi? Quid venisti ante tempus torquere nos? Non enim poterant iam Dei filium ignorare, quem Deum esse in auctoritas sui condemnatione cognouerant. Huius autem futurę tentationis certamen, etiam apud Zachariam legimus ostensum, vbi dicitur: Erat Iesus vestitus vestimento fordido, & diabolus stabat vt contradiceret ei. Quid non vtique de illo Iesu filio Ioseph inconuenienter intelligi potest, cum sacerdotum vestimenta fordida, hoc est, corpus ex genere peccatorum accepit. Meritò & Salomon vestigia serpentis supra petram inuenire non posse testatus est, quia serpens diabolus, in domino qui petra dictus est, in hac tentatione peccati vestigium non relinquit. Hoc & Dauid ostendit, cum ita de domino loquitur, dicens: Et flagellū non appropinquit tabernaculo tuo, quia corpori dominico nullum diabolici flagelli peccatum potuit proximate. Tentationes igitur dominus ab inimico sustinuit, vt homini quidem victoriam reportaret, diabolum verò illuderet, secundum quod Dauid ante prænuiciauerat, dicens: Draco iste quem formasti ad illudendum ei, & iterum: Et humiliabit calumniatorem: & iterum, Tu confregisti caput draconis per aquam. Hunc draconem in hac tentatione illudi & decipi dominus in libro Iob ante testatus est, dicens: Adducens autem draconem in hamo. Et videamus cur in hamo dicatur adductus. Sicut in hamo escæ præda posita pisces illudimus & decipimus, qui videntes escam, hamum nõ considerant, & dum auidi prædam volunt rapere, hamo capiuntur: sic & diabolus contigit, dum tantum corpus hominis in filio Dei considerat, & Deum in corpore non agnoscit, quasi ad præparatam sibi prædam solita rapina festinat. Sed dum vult auidi prædam rapere, ipse draco vt piscis adductus in hamo, præda domini captus efficitur: Hunc diabolus non solum draconem hamo adduci, sed tanquam passerem ab infante illudi, idem Iob in sequentibus declarauit, dicendo: Alligabis autem tanquam auem, & illudet illi, tanquam infantes passeri. In quibus & potentia filij Dei, & infirmitas diaboli demonstrata est. Quia sicuti auem alligari facile est, & infantibus de passeribus ludere: ita filio Dei facile fuit potentem diabolus annullare, qui aduersus homines quidem semper potens fuit, sed aduersus dominum miser, & infirmus reperit est: In hac autem tentatione dominus specialiter nobis inimicum & vertandi, & vincendi dedit exemplum. Et quamuis multe ac diuersæ tentationes diaboli circa nos sint: in his tamen tribus tentationibus, quas aduersus dominum habuit, etiam electos eius tentare consuevit. In eo nanque quod post baptismum ac ieiunium tentari se ab inimico passus est, id ostensum est, quod ad vnum quenque nostrum post lauacrum regenerationis, post sanctæ vitæ propositum, post religiosum laborem ieiunij, statim tentator diabolus accedat, vt nos aut cibi

Matt. 3. 4.

Zach. 3. 4.

Prou. 30.

Psal. 90. 6.

Psal. 103. 4. Ibi. 71. 1.

Ibid. 73. 1.

Iob. 40. 1.

cibi desiderio, aut per concupiscentiam corporalem à proposito religionis auertat. Sed quemadmodum huiusmodi tentationem vincere debeamus, dominus ostēdit: id est, ut desiderio eius non obtemperemus, statim nobis aduersus eam diuine legis proponamus exempla, ut famem corporis cibo uerbi diuini satiamus semper optemus. Hoc enim respondens dominus, ad diabolum ait: scriptum est. Nō in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo Dei. Hæc igitur prima causa in nos diabolice tentationis offensa est: in qua cum fuerit superatus, aliam fortiozem tentationem aggreditur. Demique quōd secunda tentatione diabolus in pinna templi dominum pronocauit, id demonstratum est: quia cum per concupiscentiam corporis decipere non poterit aliquem, tentare nititur, ut unumquēque nostrum post primā corporis uictoriam, uelut in alto iam positum, per causas spirituales precipitate contendat, dicendo omittite te deorsum. Non dicit mitte, ne uim facere uideatur: sed, mitte te deorsum, dicit, ut ostenderet quōd uis quique nostram libertate arbitrij uoluntatis suæ culpa cadit in mortem. Illius est quidem suadere, sed nostrum est persuasiones eius per legis obseruantiam superare. Unde & in eo quod dictum est propheticum, quasi ad probationem rei interpretatur dicendo, postquam ait: Mitte te deorsum, scriptum est enim: Quoniam angelis suis mandauit de reuersitia inimici monstrata est, quia scripturas diuinas prauo sensu, ac subdola fraude erac interpretaturus, & pro fide perfidiam asserurus, ut simplices & incautos per diuinae legis testimonia, quasi per speciem bonæ confessionis, de alto precipites daret in mortem. Sic denique multos hereticos de alitudine catholice fidei in ima detexit, sic nonnullos per aliqua opera instituit, uelut de turri precipitatis, cum ab humilitate dominica separauerit, & in superbia mentis extulerit. Tertia uero tentatione gloriam seculi, & diuitias mundi proponit, per quas ut Apostolus refert, aliquantos à fide naufragare fecit, & à caelesti gloria ad terrena transiit. Considera autem hominibus terrenos honores, ut auferat celestes: aduocatur ad mundi diuitias, ut spirituales diuitias adimat. Unde non immerito ita de eo in libro dicitur Iob: Omne, inquit, aurum matris sub eo est. Quia per occasionem auri, & cupiditatem diuitiarum inimicus multos illaqueat, & decipere consuevit. Ac per hoc, & in his contemnendus est, & confutandus, ut plena de tentatore possit uictoria reportari: in eo autem quod consummata omni tentatione, refert euangelista angelos domino ministrasse: filium Dei Deum conditorem uniuersitatis manifestè cognoscimus, quia angeli ministrare non poterant, nisi domino & creatori suo uigēto Dei filio, cui laus & gloria, in secula seculorum, Amen.

AUTHORIS DICTI IMPERFECTI in Mattheum, eiusdem Euang. expositio.

1. Tim. 5. in Mat. imperf.

Tunc Iesus ductus est à spiritu in desertum, ut tentaretur à diabolo. Ex eo quod subiunxit, dicens, ut tentaretur à diabolo: ostendit, quia à spiritu sancto est ductus, sed non quasi minor maioris præcepto, sed nec quasi maior minoris hortatu. Nam non

solum ductus, aut adductus dicitur, qui alicuius potestate ducitur, sed etiam ille, qui alicuius rationabili exhortatione placatur. Sic scriptum est de Andrea: Hic inuenit Simonem fratrem suum, & dicit ei: Inuenimus Messiam qui dicitur Christus: & adduxit eum ad Iesum, ecce non potestate eum adduxit, sed ratione placuit. Quemadmodum si magister militum uideat dominantem tyrannum, & det consilium regi, dicens: Exi obviam illi, quia tota perit provincia: nā fortior est tua fama, quam mea uirtus. Et ecce rex à magistro militum ducitur: & tamen non est minor eo, qui ducit. Ad diabolum Iesus ductus est, ut tentaretur: ad homines quidem diabolus vadit, ut tentet eos: non homines ad diabolum, ut tententur ab eo. Quoniam autem aduersus Christum diabolus ire non poterat, ideo contra diabolum Christus processit. Constat in nobis quinque baptismata esse. Unum in uerbo, sicut & Christus dixit: Et vos mundi estis propter uerbum, quod loquuntur uobis. Secundum in aqua, sicut cunctis est manifestum. Tertium autem in spiritu, sicut scriptum est. Ioannes quidem baptizauit in aqua, uos autem in spiritu sancto baptizabimini. Quartum uero in igne, quod est tentatio præfens. Quoniam autem baptizantur homines & in igne, testis est dominus per Elaiam: Hæc asseram, inquit, sordes filiorum Israhel de medio eorum, & sanguinem eorum mundabo in spiritu iudicij, & spiritu combustionis & ardoris. Consequenter enim ait Propheta: Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum. Et postmodum: Transiimus per ignem, & aquam, & induxisti nos in refrigerium. Sicut enim aurum uel argentum combustionem in fornace sordibus colatur, sic homo in fornace tentationis nullus, depositis peccatis, sanctificatur. Quam in morte, sicut ipse dicebat: Baptismo habeo baptizari, & quoniam turbor usque dum periscitur. Quoniam autem peccati & in morte remittitur, docet Apostolus dicens: Qui enim mortuus est, uindicatus est à peccato. Quale autem peccatum in morte remittitur, scit qui intelligit, pro quali peccato introducta est mors. Nam si propter peccatum moritur homo, sine dubio soluitur propter quod moritur. Ideo dominus postquam baptizatus est in uerbo factus est sub lege. A Ioanne autem in aqua, à patre uero in spiritu: nunc à spiritu ducitur in desertum, ut baptizetur in igne tentationis, postmodum baptizandus in morte. Age nunc uideamus qui sunt qui baptizantur in igne, & quando baptizantur in igne. Ut autem sciamus, uidentium nobis est, quid est quod dicit, tunc ductus est. Quando? Quando pater clamauit de celo: Hic est filius meus dilectus, in quo complacui. Vides ergo quia nemo baptizatur in igne tentationis, nisi qui factus fuerit filius Dei. Quandiu enim catechumenus est homo, nondum abrenunat diabolo, & omnibus operibus eius. Plenius baptizatus autem, Christo se tradidit, dicens: Abrenuncio satanae, & omnibus operibus eius. Ideo catechumeno ei constituto, quasi suo patris adhuc: post baptismum autem, quasi alienum factum, tota uirtute satanas persequitur. Baptismus autem signaculum fidei est. Nunquid miles post militiam signatur, ut iam sedeat & requiescat? Sed magis ante militiam, ut postmodum militet, & laboret. Nam & athleta, ante certamen uigilat, ut laetetur: sic & homo spiritualiter ideo oleo chrismatis uigilat, ut

1. Tim. 5.

Ad. 1.

1. Tim. 5.

1. Tim. 5.

1. Tim. 5.

1. Tim. 5.

1. Tim. 5.

contra

contra diabolum quasi spiritualis athleta laetetur. Sed quid: quia multi quum tentati fuerint, superantur & pereunt illi tales uon à spiritu ducuntur ad tentationem suscipiendam, nec sunt filij Dei. Quoniam qui spiritu Dei agitur, hii sunt filij Dei, sed à peccatis expelluntur proptis. Qui autem à spiritu Dei ducuntur ad tentationem, non sperantur. Serni autem diaboli in igne non baptizantur. Quare? Quia non potest fieri, ut, depositis sordibus, emundetur, qui totus est sordidus. Incipe latetrem aqua lauare, nunquid aliquando mandat? Non, sed magis commoto luto, amplius sordidatur. Ille enim mundatur, in quo est aliquid boni, quo emundetur. Vt puta bonus homo, si carnalibus uitiis fuerit sordidatus, tentatur ut illud bonum eius mundetur. In illo autem quid mundandum est, in quo nihil est bonum? Secundum hoc, quum uideris aliquem peruersum Christianam nunquam tritari, aut periclitari: quum uideris hereticum nunquam persecutionē tentationem pati, noli scandalum pati: nec dicas, quomodo heretici persecutiones nunquam patiuntur, sed semper fideles? Quomodo mali homines nunquam periclitantur, sed semper boni? Scito quoniam qui filij Dei sunt, hii tantummodo in tentationis baptizantur igne. Veniat tibi in mentem quod te docuit Apostolus Paulus, dicens: Et omnes uolentes piē uiuere in Christo, persecutionem patiuntur. Mali autem homines, & seductores proficiunt in peius, errantes, & in errore mittentes. Nunc uideamus quando baptizantur in igne. Postquam fuerit homo baptizatus in uerbo, instructus in fide: & postquam fuerit baptizatus in aqua: & postquam fuerit baptizatus in spiritu, in quarto loco baptizatur in igne. Multi autem & quum in aqua baptizati fuerint, non baptizantur in spiritu. Nisi enim qui ante baptismum aqua sic deposuerit à se totum peccandi propositum, ut dignus sit spiritum sanctum in templum sui cordis suscipere, non baptizatur in spiritu. Quia spiritus sanctus fugit hominem fictum, & nō habitat in corpore subito peccatis: & ideo non fit filius Dei. Et hii sunt, qui cum tentati fuerint, superantur, & pereunt: uidentur quidem filij Dei facti propter aquam baptismatis: reuera autem non sunt filij Dei, quia non sunt in spiritu baptizati. Nam corpore quidem baptizati sunt, animo autem catechumeni sunt, quia aqua corpus baptizat, spiritus autem animam. Ergo non solum Christus ductus est in desertum à spiritu, sed & omnes filij Dei habentes spiritum sanctum ducuntur à spiritu in desertum, ut ipsi tententur à diabolo. Qui enim habent spiritum Dei, hii non sunt contenti sedere otiosi, sed ipse spiritus, qui est in eis, urget eos ad aliquod opus apprehēdendum magnum, cui diabolus aduersatur, qui est in deserto. Ut autem intelligas, quia omne bonum, quod secundum Deum bonum est, in deserto est, uideamus quid est desertum. Est autem desertum secundum Deum, & est desertum secundum diabolum. Natura carnalis, domus diaboli est, & omnis inuilitia epulatio ipsius est. Quātum ad Deum autem desertum est, quoniam non est in eo iustitia Dei. Spiritus autem domus est Dei, & omnis iustitia eius epulatio est ipsius. Quātum ad diabolum autem desertum est, quia iniustitia non est in eo, qua diabolus delectatur. Et quare natura carnis domus diaboli est? Quia omne malum intus in carne est, quia secundum uoluntatem carnis est, & in-

tus in mundo est, quia secundū uoluntatem mundi est. Omne autem bonum foris est extra carnem, quia non est secundum uoluntatem carnis: & est foris extra mundum, quia non est secundum uoluntatem mundi. Vides ergo, quia omnis res spiritualis extra fines carnis est foris, & quali in deserto est, & extra fines mundi est foris. Vnde, qui uiuunt secundum Dei mandatum, exiisse de mundo dicuntur: non corpore, sed conuersatione exiisse dicuntur de carne & in spiritu esse. Domus autem Dei spiritus est, quia omne bonum intus in spiritu est, quia secundum uoluntatem spiritus est. Omne autem malum foris extra spiritum est, quia non est secundum uoluntatem spiritus. Vides ergo quia omnis res carnalis foris, extra fines spiritus est, & in deserto est. Ergo quātum ad Deum desertum est natura carnalis, ubi non est uia iustitiæ, in qua non inuenitur aqua spiritus sancti, & est uita perabile desertum, de quo & propheta dicebat: Sinit in te anima mea in terra deserta, & in aqua. Quātum autem ad diabolum desertum est omnis res spiritualis, & est laudabile desertum. De tali deserto dicit deus ad Pharaonem: Dimitte populum meum, ut seruiat mihi in deserto. In tali enim deserto uult deus omnes suos sibi seruire. Ad tale desertum omnes filij Dei qui habent spiritum sanctum, exiunt et tententur. Vt puta propositum non ducuntur in deserto. Anxit te spiritus sanctus in desertum, ut non moreris extra fines carnis, & mundi, ut tententur concupiscentia carnis: quia non habet castitas in se, ut delecteris in ea secundum carnem. Si autem intus eras in carne, & in mundo, id est, secundum naturam carnis, & mundi habebas uxorem, non tentaberis. Quomodo enim tentetur libidine, qui quotidie est cum uxore? Proposisti ieiunare, extra fines carnis exiisti, & in mundo, ut tenteris in fame à spiritu gulae. Si autem in finibus carnis, & mundi positus, manducabas, & bibeas, non tentaberis à spiritu gulae in fame. Quomodo enim tentetur in fame à spiritu gulae, qui nunquam esuriit? Sic & dominus nunquam tentatus fuisse in fame, nisi quadraginta diebus ieiunasset, & tunc esuriisset. Item elemosynas facere proponis, foras exiisti, quia natura carnis & mundi non delectatur dare, sed semper accipere. Si autem non dabas, non tentaberis à spiritu auaritiæ. Item proponis humilitatem seruare, exiisti in desertum ut tenteris à spiritu superbiæ: quia caro & mundus in humilitate non delectantur. Exurger aliquis diaboli angelus, qui te conculcet, & irretet humilitatem seruasse, dum uides quod in hoc seculo humilitas contemnitur, & superbia honoratur. Et quum hos omnes spiritus uiceris, nouissimè tenteris à spiritu uanæ gloriae. Incipis enim gloriari, quia uicisti, quia spiritus uanæ gloriae præcipue à sanctitate nutritur. Scire autem debemus, quōd filij Dei non possunt tentari à diabolo, nisi in deserto exierint, secundum ea, quæ diximus: hoc est, nisi proposuerint circa aliquas studere uirtutes. Filij autem diaboli, intus in carne, & in mundo constituti, constituntur, & pereunt. Quomodo? Vt puta, bonus homo si uxorem habuerit (hoc est enim esse intus in carne) non tentatur in libidine: id est, non fornicatur, sed sufficit ei vxor sua. Malus autem & intus in carne constitutus, id est, habens uxorem, fornicatur, & non est contentus una. Item filius Dei, id est, bonus homo si intus in carne fuerit māducans & bibens, non tentatur in esca: id est, non inebriatur,

1. Tim. 5.

tur, non deliciarur, sed mensuratè manducat & bibit. Filius autem diaboli, & intus manducans & bibens, non est contentus mediocribus cibis & potibus: sed inebriatur, & ad lasciuios cibos extenditur. Item seruus Dei, etsi intus sit in carne, nemini aliquid dans, non tentatur, quia alteri non tollit: malus autem intus, nemini dat, & tamen alienum tollit: & sic in omnibus rebus tractans inuenies. Vides ergo quia est ista differentia inter filios Dei, & inter filios diaboli? quia filij diaboli non exeunt ad diabolum vt tententur, sed diabolus venit ad eos vt tenter: id est nō exeunt extra carnem ad illum, sed intus in carne dominantur ab illo. Quid enim opus est foras ad certamen exire, qui non desiderat vincere? Sed diabolus venit ad illos, quasi ad familiam suam. Filij autem Dei foras exeūt vt tententur ab illo, id est extra fines carnis quia si intus fuerint in finibus carnis, nō potest ad illos venire diabolus, quia filij Dei sunt: nec potest illos tētare, sicut supra diximus. Ergo quia diabolus nō potest intrare ad illos. Ideo qui sunt gloriores filij Dei extra fines carnis exeunt contra illum, quia victorię gloriā cōcupiscunt: propterea in hoc loco non diabolus venit ad Christū, vt tenter eum, sed Christus exiit ad diabolū, vt tentaretur ab eo, dans dilectis suis exemplum. Hęc omnia diximus propter illud quod ait: *Tunc Iesus dicitur est à spiritu in desertum, vt tentaretur à diabolo. Et quum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit.* Non solum ideo tentabatur, quia ieiunabat: sed ideo ieiunabat vt tentaretur. * Ieiuniū autem nō est tantum irritatio passionis, sed repugnatio. Si ergo ieiunaueris vt nō intres in tentationē, placuerit autē Deo inducere te, nō dicas, quia perdidisti fructū ieiunij mei. Nā, etsi nō tibi proficit ieiuniū tuum, vt nō tenteris; tamē ad illud, sine dubio tibi proficiet, vt à tērationibus nō vincaris, sicut Christo proficit. Multis modis diabolus audierat, quia Christus natus est in hoc mūdo, aut angelus p̄dicantibus ad pastores, vel pastoribus referentibus ad Mariam, vel Magis querentibus in Hierusalem eum adorare, cuius viderant stellam, vel Ioanne ostendente: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sed faciebat incertum eum natura eius carnalis. Dicebat enim apud se: Hic non potest esse filius Dei, qui de muliere & de viro natus est. Nam & ideo desponsata & in domo habitata natus est, vt partus virginis diabolo celaretur. Si autem de simplici virgine natus fuisset, facile poterat cognoscere diabolus, quia filius est Dei. Cogitaret enim apud se, Maria fornicata non est, si autem fornicata fuisset, ego sine dubio scire, quia omnis fornicatio me ministrante committitur. Sine dubio iste filius Dei est. Nec enim potest fieri, vt de muliere homo sine viro nascatur. Ideo desponsata intravit domum Ioseph, vt, dum maritalis conceptio estimatur, vnigeniti Dei natiuitas non cognoscatur. Hic est rex glorię, qui pannis inuolutus, nec locum in diuersorio potuit inuenire, sed in præsepio positus est. Hic est creator rerum, qui creauit omnia, & per singulos ætatis gradus ascendit. Hic est ille sanctus, qui cum peccatoribus, vt peccator est baptizatus. Quid ergo ipse eum tentabo: & si quidem inuenero eum hominem, sicut puto, dominabor illius, sicut omnium hominum: si autem inuenero eum sicut audio, filium Dei, postmodum recedam ab eo, nec congediar contra eum, quoniam qui vadit cōtra for-

* quatenus
latur.

tiorem occasionem illi victorię prouidet: si autem subdixerit se, euacuat virtutem ipsius. Sciens ergo dominus cogitationes diaboli, quia volebat eum tentare, processit contra eum, non quasi Deus, sed magis quasi homo, nec in toto quasi Deus, nec in toto quasi homo. Nam quemadmodum quadraginta diebus non esurire, non erat hominis: sic aliquando esurire, non erat Dei. Ieiunauit ergo quadraginta diebus propter duas causas. Primum vt nobis aduersus tentationes ieiunandi daret exemplum, deinde vt quadagesimi ieiunij nostri ponat mensuram. Esuriuit autem, vt ne nimis supra mensuram ieiunans, manifestè intelligeretur Deus, sic diabolo quidem spem tentandi extingueret: suamque victoriā impediret. Itaque diabolus, quia videns per quadraginta dies ieiunantem, desperauerat: postquam sensit esurientem, iterum cœpit se parare, & sic accessit ad extra esurientem, & inuenit intus nunquam esurientem: Et dum tētare esurientem, vincitur à non esuriente. *Et accedens tentator dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.* O cecitas diaboli manifesta! quomodo suspicatus est nō esse filium Dei, quem post quadraginta dies esurientem sensit, & per quadraginta dies nō esurientem non intellexit? Nam sicut esurire hominis est, ita per quadraginta dies non esurire, hominis non est. Non cogitauit, quoniam qui verè nō esurit, voluntariè esurire potest: qui autem verè esurit, per tot dies non esurire non potest. Fortis ad ea, quę infirma sunt, descendere potest: infirmus autem ad ea, quę fortiora sunt, ascendere non potest: Sic ergo magis ex eo quod per tot dies non esurierat, intelligere debuerat, quia Deus est: quā ex eo quod post tot dies esurit, quia homo est. Nā Deus quę hominis sunt, agere potest, homo autē, quę sunt Dei, agere non potest. Sed forsitan dicis, Moses, & Helias quadraginta dies ieiunauerunt, & homines erant. Sed illi ieiunantes esuriebant, & sustinebant: iste autem quadraginta diebus non esuriit, postea esuriens, demonstrauit, quia esurire eius voluntaria fuit, non necessaria. Quid ergo est? sicut semper diabolus omnes homines excæcabat, vt non intelligerent quod est bonum: sic modo inuisibiliter ipse à Christo est excæcatus, vt non cognosceret verum. Cogitauit enim apud se, si poterit de lapidibus facere panes, verè filius Dei est: si autem non poterit, homo est. Sed quę fuit cogitatio ista? Per hoc enim nunquam poterat cognoscere, si filius Dei erat, an non. Primum si filius Dei erat, nec esuriebat, quomodo enim non vincat necessitatem naturę carnalis, qui ipsam necessitatem in natura creauit? Et vt quid faceret de lapidibus panes, qui panem cum omnibus aliis ex nihilo, quum voluit fecit? Deinde & si esuriebat propter corpus, & volebat facere, faciebat quando ipse volebat, non quando diabolus prouocabat. Si ergo nō faceret, quod & fecit: vnde sciebat, vtrum ideo non fecit, quia non potuit, quasi homo, aut noluit quasi Deus, quod & fecit? Nam nec fecit, nec dixit, possum, & nolo, vt non se ostenderet filium Dei. Nec dixit non possum, vt non se ostenderet mendacem, confitens se hominem, quum esset Deus. Sed quid? *Non in solo pane viuunt homines, sed in omni verbo Dei.* Non dixit: non in pane solo viuo, sed

Exod. 14.0
34.
1. Reg. 19.

Deut. 8.

sed in omni verbo Dei, vt non videatur de se dixisse, sed de deo, nō in solo pane viuunt homines. Quid aliud poterat respondere, & filius Dei abscondens se, ne ostendatur quod potest: & homo astutus excusans se, vt non ostendatur quod non potest? Sic ergo quum ex hoc responso nihil certum addiscere poterat, vt cum Deus esset an homo, assumpsit eum ad aliam tēnationem, dicens apud se, iste qui in fame non vincitur, & si non est filius Dei, tamen sanctus est. Valent enim homines sancti, & spirituales fame non vinci. Sed, postquam omnem necessitatem carnis vicerint, per vanam gloriā cadunt. Ideo cœpit eum tentare in gloria vana. *Et assumpsit Iesum in sanctum ciuitatem.* Quando audis dicentem, ductus à diabolo, nihil cogites de potentia diaboli, quia potuit ducere Christum: sed de patientia Christi mirare, quia sustinuit vt à diabolo duceretur. Ergo in sequente domino non infirmitas, sed patientia est: in ducente autem diabolo non virtus, sed superbia est, quia volentem Christum non intelligens, quasi inuitum ducebat. Ille ductus est, vt nos voluntatem diaboli non sequamur. *Et statuit eum super pinnaculum templi.* Sed fortè cogitamus quomodo corpore constitutum, omnibus videntibus statuit illum super templum. Si potentiam Christi consideramus, intelligibilia inueniuntur omnia. Forsitan enim diabolus quantum ad se, sic eum assuebat, vt omnibus videretur: ipse autem nesciente diabolo inuisibiliter sic agebat, vt à nemine videretur, sicut scriptum est de coipse autem transit per medium eorum, & abiit. Si enim Habacuc homo constitutus à nullo est visus, quando ab angelo per comam capitis portabatur de Iudea in Babyloniam, quanto magis est credibilis de Christo non fuisse visum, quum volens à diabolo assumeretur? *Et statuit supra pinnaculum templi.* Cogitauit enim apud se, si miserit se per ætrem, scio quoniam est filius Dei, sine dubio enim mittet se, vt cognoscatur quod est: si autem non potuerit se mittere, scio quoniam homo est. Sicut ergo concupiscentia vanę glorię ipse ruit de cælo: nam quum esset angelus, volens se ostendere Deum, perdidit & illud quod erat, dum voluit apparere quod nō erat: sic putauit & Christum concupiscentia vanę glorię ferri. Nam sicut difficile alicquem suspicatur malum, qui ipse est bonus: sic difficile alicquem suspicatur bonum, qui ipse est malus, & dicit: *Si filius Dei es, mitte te deorsum.* Per hanc propositionem, quomodo poterat cognoscere si filius Dei est, an nō? Primum volare per ætrem non est proprium opus Dei, quia nec hoc est vtile alicui, vel ad animam vel ad corpus. Si ergo nulli necessarium est, neque proficit ad salutem: volauerit autem aliquis prouocatus propter ostentationem solum hoc facit, & est hoc ex diabolo magis quàm ex Deo. Si ergo homini dignitose, & sapienter sufficit esse quod est, & non est necessarium ei apparere, quod non est: quia hoc non homini prodest, quod videtur ab aliis, sed quod est apud se: quanto magis filius Dei ostendere se necessarium non habet, sine causa alicuius utilitatis, cui nihil necessarium est, sed totum possidet in natura, de quo nemo potest tantum cognoscere, quantum est apud se. Si ergo non volauerit, quomodo poterat per hoc cognoscere, vtrum nō potuit propter infirmitatem quasi homo, aut noluit propter vanitatem, quasi Deus? Quia non creditus fuerat, sed tentatus. *Si filius Dei es, mitte te deorsum.* Vide

superbiam inimici, quomodo ipsa inuitatio eius iniuriosa est. Nunquid non poterat dicere, descendere per ætrem ambulans? Sed quid dicitur de deorsum. Nec timuit cogitans, ne forte si inuentus fuerit filius Dei, inueniat illi facillè inuidiam. Sed nihil dubitat dicere, nec facere, qui nihil sibi reliquit quod speret. Et vide, non impulsit, non tetigit, non appropinquauit, sed tantum dixit: *Mitte te deorsum, sicut filius Dei:* vt sciamus, quia omnis qui obaudit diabolo, ipse se dēponit deorsum. Nam diabolus ad malum hortari potest, cogere autem non potest. *Scriptum est enim: Quoniam angelis suis mandauit de te, vt in manibus tolleret te.* O diabole, quomodo filius Dei angelorum manibus portatur legitur, & quia super aspidem & super basiliscum calcat, non legitur? Sed exemplum illud quidem profert, quasi superbus: hoc autem tacet quasi astutus. Nam & verè filius Dei angelorum manibus non portatur, sed ipse magis angelos portat. Nec enim creatura portat creatorem, sed creator creaturam. Si autem creatura baiulat creatorem, ergo creator antequam faceret creaturam, à quo portabatur? Nam verè etiam portabatur manibus angelorū, non ideo portabatur, vt nō ostendat ad lapidem pedē suum quasi infirmus, sed propter honorem potestatis, quasi dominus. Sicut scriptum est: *Qui sedes super cherubin appare.* Et illud quidem, quod diabolus refert, quia in persona Christi dicitur, verum est. Sicut enim dicitur, *Quoniam tu es domine spes mea, altissimum posuisti refugium tuum, &c.* Sed non de Christo dictum est tantum, sed de omni homine iusto quorum personam Christus suscepit. *Respondit ad eum: Scriptum est, Non tentabis dominum Deum tuum.* Non dixit, non tētabis me dominum Deum tuum, ne manifestaret Deum: sed ita, non tentabis dominum Deum tuum, quod poterat dicere, & omnis homo Dei tentatus à diabolo: quoniam & qui hominem Dei tentat, membrum diaboli est. Sic ergo ex hoc responso incertus, transit ad tertiam. Dixit enim apud se: *Tria hæc retia habeo extensa super omnem mundum, vt quisquis euaserit de retibus gulę, incurrat in retia vanę glorię, qui euaserit de retibus vanę glorię: incidat in retia auaritię.* De his autem tribus nullus hominum ad perfectum euasit, & si euasit non integer, sed contentus euasit. Hic autem iam retia ventus dirupit, retia vanę glorię transiuit, ponam ei nunc retia auaritię, & ostendam illi omnia regna mundi. Si concupierit ea, scio quia homo est. Nam omnes homines propter gulam, & propter pecuniarum auaritiā, & propter vanos honores seruiunt mihi, si autem contempserit ea: scio quia filius Dei est. Nec enim potest desiderare, quę ipse creauit, nec delectatur terrenis, qui fruiat celestibus. Nā etsi aliis mentiebatur diabolus, sua esse omnia, apud se tamen sciebat, quia non erat eius, sed Dei. *Et sic assumpsit eum, super montem excelsum valde, quem ipse diabolus circumiens omnem terram excelsores ceteris cognoscebat, & ostendit illi omnia regna mundi, & honores eorum.* Fortè tractas apud te, qualis potuit esse ille mons, & de quo omnis terra videbatur: aut si erat super omnem terram, quomodo tamen poterat inde, quantum ad carnem: totam terram illi ostendere? Nam, etsi quantum ad diuinitatem suam videbat, tamen quantum ad diabolū ostendere illi non poterat, quem hominem aestimabat. Sed ita intelligendum est, assumpsit eum super montem excelsum valde: quia

Psal. 90.

Psal. 79.

Psal. 90.

Deut. 6. & 10.

Bibl. Hom. tom. 2. in quanto

quanto magis excelsior fuerit mons, tanto magis aspicienti ex eo spaciosior terra videtur. Ostendit autem ita, non ut ipsa regna, vel ciuitates eorum, vel populos, vel argentum, vel aurum videret: sed partes terrae, in quibus vnumquodque regnum, vel vniuersitatisque regni ciuitas posita erat: vt puta, si ascendas super excelsum locum, digito extenso dicam tibi, Ecce ibi est Roma, aut ibi est Alexandria, non sic ostendo tibi, vt ipsas videas ciuitates, sed partes terrae, in quibus posita sunt. Si enim nante vnâ stellam aspicientes, nō dicant ad vnamquamque prouinciam, vel insulam: sed ad vnamquamque ciuitatem, & ad singula loca, quae pertinent, sine aliquo errore, aut deuagatione dirigunt cursum: quanto magis diabolus, qui princeps aeris constitutus, rotam terram non solum sciebat, sed etiam & videbat? Poterat Christo ergo singula loca certissimè digito demonstrare, & vniuersitatisque regni honores, & statum verbis exponere: Nam non solum ostensum dicitur, quod ostenditur ad videndum, sed etiam quod exponitur ad intelligendum, sicut scriptum est: Ascendamus in domum Dei Iacob, & ostendat nobis viam suam, & ambulabimus in ea. *Hac omnia tibi dabo, si proci-*
dens adoraueris me. Considera quomodo omnis promissio eius irrationabilis est, & mendax. Certè vni dare non poterat omnia, nisi ab omnibus omnia tolleret. Si autem ab omnibus omnia tolleret, à nemine adoraretur, quum diabolus neque amore, neque ex timore adoraretur ab aliquo, sed quia promittit diuitias, aut dat. Quomodo autem expediebat diabolo ab omnibus omnia tollere, & vni dare, vt ab omnibus contemnatur, & ab vno colatur? Sed neque illa dicere possumus, vt vni quisque qui se sua tenet, iste autè super omnia esset. Vnus enim super omnem mundum, neque est, neque fuit aliquando, neque fieri potest vt non sit illi aliquis non subditus. Primum propter Deum, quia non concedit diabolo & hoc facere posse: secundo propter ipsum diabolum. Gaudium enim, & gloria, & potestas diaboli in quo est, nisi in superbia, & inuidia, in ira, in vanagloria, & his similibus? Vbi haec exercentur, vnum regnum stare non potest: sed necesse est, vt diuidantur in plura. Vbi autem haec non exercentur: diabolus nō colitur, neque regnat. Quomodo ergo regnū sibi tolleret, & illi daret? Deinde quid si sancti etiā in mundo aliquod regnum tenentes? Nam si peccatori dare, & tollere potest diuitias: sanctis neque dare neque tollere potest? Putasne nō semper voluit tollere diuitias Iob? sed nō potuit, nisi quādo permissus est. Non quid non voluit, si potuisset tollere regnum de manu Dauid? Nam verè non est mundus diaboli, neque regna illius. Scriptum est enim, Per me Reges regnant: & per me tyranni scribunt iustitiam. Sed ea, quae per iniquitatem aguntur in mundo: vt puta per furtum, aut per vim acquisisti diuitias, aut aliqua perditione animae tuae suscepti honores: illas tibi diuitias diabolus dedit: sed non ipse diuitias diaboli sunt, sed prouisio * earum. Res autem ipsae illius sunt, qui creauit eas ad probationes sanctorum & peccatorum. Et inter duas condiciones posuit illas in medio, vt & diabolus possit illas dare, & Deus. Nam dans potestatem diabolo, non à se dimisit, vt si quidem eum peccato acquiritur, per diabolum daretur: sin autem sine peccato, per Deum. Ecce enim oculos nostros & aures, & os, & cetera membra, inter

Existe

Prout

* promissio

duas condiciones sic creauit in medio, vt & diabolus aperiat oculos hominis, & Deus. Si enim ad turpem rem aperit homo oculos, diabolus aperit oculos eius: si autem ad iustitiam, Deus. Nunquid ex hoc, quia membra nostra interdum à diabolo aguntur, volentibus nobis, iam membra nostra diaboli sunt? Sic & diuitias, quauis interdum à diabolo dentur, tamen diaboli sunt: Si enim verè consideres, magis diuitias ipsa in potestate sunt hominis, quā in potestate diaboli. Nam diabolus, non quibus ipse vult, diuitias dare potest, sed qui volunt ab illo accipere. Homo autem in potestate habet, à quo vult eas accipere, siue à diabolo, siue à Deo. *Tunc dicit ei Iesus: Vade retrò, satana, scriptum est enim, dominum Deum tuum adorabis, & ei soli seruias.* Finem tēdandi diabolo imponit, dicens, *Vade retrò satana,* vt ne progrediarit ulterius tentans. Diabolus autē sic fert rationis est intelligentes: id est, sicut rationaliter intelligi potest, non quasi obaudiens ad praeceptum, recessit: sed aut ipsius Christi diuinitas, aut Spiritus sanctus, qui erat in eo, excussit inde diabolum, quod ad nostram consolationem proficit maxime, quia non tandi hominibus Dei Diabolus tentat, quam huius: sed quādiu Christus eum permittit, vel Spiritus sanctus qui est in eis. Diabolus enim quiritur ad se, nunquam cessaret tentas: nec enim habet alium actum, non manducat, non bibit, non dormit, non opus aliquod aliud operatur, nisi vt rētet, vt fallat, vt subuertat. Hic est cibus illius, hic honor, hoc & gaudium. Propterea insatiabilis est in malo, sed potentia * Dei pellit eum, est qui permittit eum pauper tentare propter fidem probandam, tamen repellit eum propter infirmam naturam. Adhuc vide, quum Christus in prima tentatione passus fuisset tentationis iniuriam, dicente sibi diabolo, Si filius Dei es, dic lapidi huic vt fiat panis: non est exasperatus, nec in increpationem vel abiectionem eius est excitatus: sed sustinuit, & mitis permansit, tamen contra verba tentationis congrua dedit exempla. Similiter & in secunda, quauis esset iniuriatus dicente sibi diabolo, Si filius Dei es, mitte te deorsum: turbatus non est, nec increpatus ei dixit. *Vade retrò satana.* Nunc autem, quando diabolus Dei sibi praesumptit honorem, dicit: *Hac omnia tibi dabo, si proci-*
dens adoraueris me: & hoc quae fieri fieri sibi à Christo, quod soli Deo fieri debebatur: exasperatus est, & iratus est, & increpauit eum, & repulit, dicens: *vade retrò satana. Scriptum est, dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias,* vt nos illius discamus exemplo nostras quidem iniurias illatas ab impijs, siue in dicto, siue in facto magnanimitate sustinere: Dei autē iniurias, & contempnum, nec vsque ad auditum sustinere. Quoniam in proprijs iniurijs esse quempiam patientem, laudabile est, iniurias autem Dei dissimulare, nimis est impium. Haecenus simpliciter diximus de tentationibus, quibus tentatus est dominus: nunc breuiter perstringamus quid ad nostrā edificationem, significant Christi tentationes. Frequentes diximus, corporis quidem ieiunium esse, abstinere à cibis: animae autem ieiunium, abstinere ab omni re mala. Quia sicut caro delectatur cibo, sic spiritus abstinere à carnis peccato. Secundum hoc ieiunium Christi in nobis intelligimus esse abstinentiam peccatorum. Si enim manducatio Adē de ligno scientiae boni, & mali, prudenter ab omnibus est recepta, appetitio esse peccati prohibi

* infirma dia.

1 Tim. 5. Vnum celli hanc vtriusque ad, damnales leg.

hibiti: Consequenter ieiunium Christi intelligendum est in nobis abstinentia à peccato. Quod si ieiunium est abstinentia rei malae, sine dubio & desiderij eius esuricio est ipsius, & vsus rei ipsius intelligitur panis. Proponens ergo ieiunium sibi Christus, & non superatus desiderio panis à diabolo sibi propositi, hoc nos docet, vt si aliquis, vt pote filius Dei opus eligens magnum exierit in desertum, sicut diximus supra, & proposuerit se abstinere ab aliquo vsu corporali, & delectabili (quod est ieiunare propter viuificationem Dei mandatum) ne interrumpat. Si autem loquente in cogitationibus suis diabolo, & ad vsus rei illius prouocante, interrupit, vtens peccauit potius quā vni vsus est, & peccatum sibi conuertit in vsus, hoc est lapidem in panem. Et quauis ab illa re se abstinere decreuit, qua vni potuit sine peccato, si non decreuisset: tamen quia decreuit abstinere ab illa, vsus rei illius iudicauit esse peccatum, id est, lapidem. Propterea si vsus fuerit eo, peccatum sibi sumpsit in vsus, id est, lapidem sibi mutauit in panem: diuinentem magis quā nutriendem. Sicut & Apostolus de mulieribus viduitatem promittentibus dicit. Quae quum deluserint vultu, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Sed deprimis desiderium suum quasi esurientem, respondeat in cogitationibus suis diabolo sibi persuadenti: quia non in vsu rei illius solo viuit homo perfectè: est viuit, secundum corpus viuit, & non secundum animam. Plenissime autem viuit in obseruantia mandatorum Dei: & ideo forte non simpliciter dicit, Dic lapidi vt fiat panis, ne de quacunque lapide dixisset intelligatur: sed ita, Dic huic lapidi, id est, quem tibi ostendo. Item ascensio super templum, moraliter intelligitur exaltatio cordis sanctorum ad sanctitatem. Statio autē super pinnam templi, exaltationis ipsius mora. Quādo enim quis inflatus mente carnis suae exaltatus fuerit quasi sanctus, & gloriatus fuerit quasi consummatus, ductus est à diabolo quasi super templum: & quādo existimauerit se consistere in sanctimoniae summitate, & in ipsa estimatione iactantiae fuerit memoratus, positus est super pinnam templi, & stat ibi. Conuenienter ergo, & ordinatè exposuerunt Euangelistae. Postquam enim exposuerunt Christum in tentatione ieiunij superasse diabolum, in sequenti loco exposuerunt ductum esse à diabolo super templum: quoniam victoria tentationis, & experio alicuius operis magni, gloriationem operatur, & sic causa iactantiae. Sed vide quoniam Christus ieiunium quidem vltro suscepit, super templum autem diabolus eum duxit: vt & tu, qui filius Dei es, ad ieiunium quidem morale, id est, ad abstinentiam laudabilem rei cuiusdam sponte proce-das, & alacriter: extolli autem ad fastidium sanctitatis non acquires, quia nemo extollit se ad sanctitatis altitudinem, nisi ducente diabolo. Nec enim ideo acquieuit Christus duci, & constitui super templum, vt tu moraliter imitator eius existens ascendas per iactantiam cordis tui ad altitudinem sanctitatis. Nec enim volens ascendit, quantum ad corpus: sed ideo acquieuit duci, & audire praecipij verba. Si filius Dei es, mitte te deorsum: vt tibi ostendat exitum metuendum: id est, vt demōstret tibi ruinæ periculum, quod omnes gloriantes subsequi solent, sicut testatur Sapientia, dicens: Ante ruinam exaltatur cor homi-

nis, & ante gloriam humiliatur. Consequenter & dominus dicit: Omnis, qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Si ergo times ruinam de fastigio sanctitatis, fuge exaltationem cordis ad sanctitatem, & non patieris ruinam de fastigio sanctitatis. Cur autem omnem iactantiam subsequatur ruina, causa est manifesta. Quoniam omnis, qui cōfidens est in operibus suis, & gloriatur, securus est: qui autem securus est, non timet: & qui non timet, nec cauet: qui autem non cauet, quando non sperat, supplantatur à diabolo, & deiciatur. Qui autem nihil se existimat esse, in inferiori parte templi consistens, quantum ad se, causa humilitatis, sollicitus est de se: qui autem sollicitus est, timet: qui autē timet, circūspicit semetipsum, & non sinit duci se à diabolo super templum. Talis fuit & ille, qui dicit: Non quōd iam perfectus sum, aut iam iustificatus sum, &c. Si ergo Paulus timuit se dicere esse perfectum, quis audeat se existimare perfectum? Si ergo perfectus filius Dei es, & aliquam laudabilem abstinentiam suscepisti, quasi exiens in desertum: duabus tentationibus dominus tentatus est propter te, vt non interrumpas opus tuum, sed ad perfectum deducas, quum autem perduxeris ad perfectum, non glorieris. Si autem mediocriter es iustus, & nullum ausus es affectare pro virtute certamen, tentatione tertia tentatus est propter te, ductus est super montem excelsam, & audiuit verba perniciosa. Haec omnia tibi dabo, si proci-

Prout. 18. Luc. 14. 13.

Phil. 3.

* deest obseruatio. 1 Tim. 6.

1 Tim. 6.

daret, vt & tibi etiam si totus mundus fuerit datus, tantum vt dimittas Deum, non facias amplius diuitias, quam gloriam Dei. Nec enim iustum est, propter creaturam contemnere creatorem, sed propter creatorem creaturam. Quoniam diuitias tibi Deus dare potest, diuitiæ autem tibi Deum dare non possunt. Non enim propter se tentatus est, sed propter nos; & nõ sibi vendicat, sed nobis. *Tunc reliquit eum diabolus, & accedentes angeli Dei ministrabant ei.* Non dixit, Et descendentes angeli Dei ministrabant ei, vt ostendat, quia semper ad ministerium eius angeli erant in terris: sed tunc præcipiente domino recesserunt ab eo, vt locus diabolo aduersus Christum daretur, ne forte angelos videns circa eum, non appropinquaret ad eum. Sic enim inuisibiliter fit omni homini Christiano. Duo enim sunt angeli permanentes cum hominibus, scilicet bonus & malus. Quandiu circa nos est angelus bonus, nunquam nos in tentationem potest impellere angelus malus. Secundum dispensationem autem Dei recedit aliquantum angelus bonus, magis autem non recedit: sed abscondit se inuisibilem se reddens ante diabolum: quoniam nisi voluerit angelus bonus, a diabolo non videtur. Subtrahit ergo se, vt det diabolo licentiam tentandi, & stans expectat tentationis euentum. Quando ergo aliqua concupiscentia male rei ascendit super cor tuum, & pulsat aliquod genus peccati, non est circa te angelus bonus, sed diabolus loquens in corde tuo tentat te pariter, & compellit. Si tu ergo permanseris, confingens cor tuum: magis autem diabolum in corde tuo confingens, quum non te potuerit superare, discedet a te. Quando recedente concupiscentia incipit cor tuum exultare, quia euasisti impetum illum malum, & quasi quidam spiritus in te tacente latatur, & gratias agit Deo, cognosce quia recessit a te diabolus, & post tentationis victoriam accedens angelus ministrat tibi, & ille loquitur in te, & gaudium operatur. Quoniam autem ministrabant ei angeli, scimus: in quibus autem rebus illi ministrabat, scire non possumus. Verum ad sanitates infirmitatum, quemadmodum & per angelum Raphaellem sanauit Thobiam: an ad correctionem animarum, an ad effugationem demonum: quoniam quidem multa opera sua per angelos facit, verum est. Angelis autem facientibus, ipse facere videtur, quid dat illis faciendi præceptum, & potestatem. Tamen manifestum est, quia, etsi ad opus ipsius ministrant ei, non propter necessitatem impotentiae eius ministrant ei, sed propter honorem potestatis ipsius. Nam ministrant ei, & non adiuuant eum.

S. MAXIMI EPISCOPI
Taurinensis in eadem dominica de
ieiunio quadragesimæ. Hom. 1.

Adiuitis charissimi, sicut euangelica taba cecinit dominum ac redemptorem nostrum aduersus tentamenta diaboli reluctantem quidem verbis, sed spiritu dimicantem; sermone enim certamen agit, sed peragit maiestatem victoriam. Nec sine ingenti mysterio huiusmodi putemus esse consilium, in quo aut accensus diabolus in verba prorumpit, aut rerum dominus tentatori suo verbis nihilominus respondere dignatur. In his au-

tem omnibus nostræ salutis est ratio. Nobis saluator elurit, pro nobis loquitur. Nos in illo vincimus, quia nos ei causa sumus pugnandi. Nam quis ambigat, vniuentum patris, cui nulla obuiare poterat creatura. pro illis iniuisse certamen, quorum fe carne vestiuit? Humanam igitur corporis forma hostem callidissimū prodire iussit ad prælium, quem verus Dei filius veri hominis responstone confundit. Propter quod errabundus, & anceps tentator, mollia, suspensa que tentamenta rimatur, quia licet carnalis viri speciem contemplaretur in Christo: præsentia tamen diuinitatis eius concitatus, suspicabatur enim plus esse quàm hominem. Animabat itaque illum præsumere congressum partus femineus, sed terrebat virginis parientis. Quamuis enim Christum Mariæ, Euz vti que filia peperisset, non tamen eum conceperat de Adam. Cum ergo videret inimicus Dei filium tanta per miracula procreatum, voluebat secum vt arbitror atque admirandum dicebat. Quis iste est, qui nesciente me, hunc ingressus est mundum? Noui quidem quia de femina natus est, sed nescio vnde conceptus. Astar ecce mater, sed patrem intelligere non possum. Partum video, sed nõ agnosco nascentem, & quod stupori meo aderescit inconspicua lege parienti etiam edito filio mater exultat vt virgo. En iacet in cunabulis paruulus, suffundit lachrymis vultu, similemque esse mortalium, vagitibus prodit, & cum nihil ei de infantia desit, nulla tamen illi est velut in infante corruptio. Pannis obfusus sordet, sed cælum illi radio stellæ lætioris aridet, atque in honorem ipsius ministrant ei angeli inter lydera, terræq; concurrunt, & exultantes annunciant, quam non intelligo, nouitate. Quid hoc miraculi est? Video quod aduertere nequeo, audio quod sustinere non possum. Vt homo natus, honoratur vt Deus. A seculis nunquam hoc mihi contigit vt quisquam nasceretur homo, & humani vitij nil haberet. Quæ hæc tam noua, potensque generatio est? Inter peccatores, & impios natus, mortali etiã de matre progressus, purgator cunctis nascentibus, & ipso mihi cælo purior apparer. Auaritie in eo radix nulla confurgit, nulla cor eius pulsata inuidia, nescit lingua eius mendacium, oculi eius concupiscentiam non admittunt, nulla aurium voluptate mollitur, luxuries certe, per quam mihi humanum subieci genus, peccus eius non potest penetrare, nulla illi iactantia inest, nulla malitia. Et quid plura? Nihil in eo reperio, quod me deleat, omnes meos conatus euacuat. Quid agam? Quo me conuertam? Fortiorem sentio, puto illum in regno meo velle regnare, ne forte Deus sit iste, quæ nullum potest maculare delictum. Sed si Deus esset, quomodo indignitates partus femineæ sustineret? Quomodo esset cunis, pannisq; contentus? Quis credere possit infantia vagitus in Deo, cui non audienti ridiculum est, Deum femineo lacte nutriti? Post omnia ecce elurit, cum vti que elurire Deum ratio nulla persuadent. Ignorabat nimirum diabolus, quia quod Christus nutrimenta perferrebat infantia, quodque elurirebat vt homo, nõ erat fragilitatis corporis, sed cælestis gratiæ sacramentum. Dei enim filius, cui cum sempiterno patre in temporalis constat æternitas, qui cum suo genitore naturaliter impassibilis, incorrupto regnat imperio, egit in carne nostra salutare mysterium, & ob hoc communem mortalium subit passionem, vt inimicum generis humani hominis certamine triumpharet. Vnde & præsumptor ille furor suo cæcatus ait ad dominum. Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Stultissima hæc eius, inanisque subreptio. Per panem enim vult eum tentare, qui panis est, æstimans illum esse penuriam laborare, qui voluntariam perferrebat esuriam. Cui respondit dominus. *Scriptum est, non in pane tantum uiuit homo, sed in omni verbo Dei.* Hoc est dicere. Frustra, diabolice, iterum per escam supplantare conaris, sufficiat tibi suadendo cibos illicitos, in paradiso Adam per te fuisse deceptum. Nec esuries me vincit, nec tuis suasionibus cedo. Voluntas enim Dei cibus est meus, verbum Dei mihi est perfecta refectio. Quæ sententia reperculsus iterum, vt æstimo, dixit diabolus. Quid hoc rei est? Video illum elurire, & necessitatem in eo non inuenio manducandi. Omnia vt homo patitur, & omnia vincit vt Deus. Ad illi Dei certe manibus factus, meis quondam cessit inuidiis, hic natus de femina, neque suis necessitatibus flectitur, neque meis consiliis acquiescit. Illum serpentis ore superauit, hic me etiam ipsum loquentem contemnit. Iterum stanti domino supra pinnam templi ait. Si filius Dei es, mitte te aduersum. Quam turbatus hoc loquitur, qui putat se se posse præcipitium persuadere, a quo nihil potuit de panibus impetrare. Cui respondetur a Christo. *Scriptum est, Non tentabis dominum Deum tuum.* Id est, hoc, quod suades, diabole, tentationis præsumptio est, non consilium fanitatis, iactantia vanitas, non virtutis exemplum. Inane est enim omne miraculum, quod vtilitatem salutis non operatur humanæ. Et hæc domini responstone cassatus, ostendit ei omnia regna mundi, & honores eorum dicens. *Hæc omnia tibi dabo, si prociens adoraueris me.* Cui iterum respondetur. *Scriptum est, dominum Deum tuum adorabis, & illi soli serues.* Id est, qui te, dæmon, adorauerit, non ei regna, sed inferna debentur. Adorare namque Deum verum, etique seruire, prærogatiua regnandi est. Tu autem, qui honores mundi experita præuacuatione promittis, nec regnum dare posse te nouis. Ecce tentator trina iam interrogatione nihil proficit. Incerit uenit, rediit incertior. Aggressus est vt probaret, reprobus abscessit. Ergo nunc, fratres charissimi, quia ieiunantis domini victorias recentens, & triumphum nostræ salutis agnouimus, ieiunia nostra religiosi sanctificemus obsequiis. Quid autem est aliud sanctificare ieiunium, nisi ieiunij causa sancta velle, iusta facere, iniqua vitare? Sanctificat ille ieiunium, cuius cor adulatione potentum amicorum, parentum gratia, clietum etiam parua, magnæve munuscula, a recti tramite non auertunt. Sanctificat ieiunium suum, cuius iustitia precio non vilescit. Sanctificat ille ieiunium, qui flammis sequentis iracundia, manuetæ mentis placabilitate restinguit. Sanctificat ieiunium, qui lasciuientes oculos turpi ab aspectu habentis castitatis auerit. Sanctificat ieiunium, qui conuitorum iacula suto patientia reperculsa dispersit. Sanctificat ieiunium, qui litiganrum tumultus pacifici sanitatis sermonis, & linguæ prudentioris arte compescit. Sanctificat ieiunium, qui cõsurgentes in semetipso vanarum cogitationum spinas, euangelico fulcante vomere velut quidam pectoris sui arator excidit. Sanctificat ieiunium, qui inopias egenorum pro quantitate substantiæ suæ miserantis manus humanitate solatur. Adprimæ sanctificat ille ieiunium, qui per omnia præceptis diuinæ legis intentus, diabolica a corde suo

Dent. 8.

Alit. cre. lu.

Dent. 10.

Dent. 6. & 10.

respuit tentamenta. Et ideo, fratres charissimi, si volumus Deo placita exhibere ieiunia, sumus in fide fortes, in iudiciis iusti, in amicitia fideles, in iniuriis patientes, in contentionibus moderati, resurgentes supiloquia, aduersus iniqua constantes, in conuitijs sobrij; in voluptatibus continentis, in charitate simplices, inter subdolos cauti, condolentes tristibus, contumacibus resistentes, in suspicionibus parci, inter maliloquos taciti, inter humiles cõuales. Si huiusmodi virtutibus nostrâ voluerimus sanctificare ieiunia, tribuente domino ad festiuitatem paschalis gratiæ, & ad gaudia cælestium promissionum indubitata fiducia, & conscientia lætior veniemus.

EIVSDEM DE EODEM
Homil. 2.

Conlictus iste mirabilis, quem inter cæli regem, & regni terrestris Tyrannum fuisse charitatis vestræ antibus sancti euangelij lætio nunc decursa testata est, dominicæ nobis incarnationis triumphale mysterium sonat. Omnipotens enim dominus ineffabilis pietatis affectu captiuitatem miseratus humanam, simulque volens diabolicam potestatem suo iam remouere de mudo, misit vniuentum filium suum non diuinitate degenerem, non virtute dissimilem, non voluntate discordem, qui nostram suscipiens carnem, sprete veteri conditione nascendi, de femina incorrupti corporis noua lege nouus filius nasceretur, quatinus diabolus salutarem hunc hominem in consortium deitatis adscitum, etsi tentare præsumeret, superare non posset: Itaque cum videret leo ille feralis agnum Dei post longissimum, atque continuum quadraginta dierum, ac noctium ieiunium elurire, & elurientem Deum esse non crederet, et ante illum callidissimæ tentationis aggreditur dicens; si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Cogitabat, vt æstimo, apud se tanti artifex doli, & dicebat. Si hic ipse est, cuius præcepto elurientibus per deserta populis manna fluxit de cælo, si ipse est, quem noui ego flumina produxisse de petra, poterit nunc in panem lapides transformare, & si non mea petitio, sua tamen necessitate, qui elurit. Quod si fecerit, Deum probabo; si nequiuert, hominem deprehendam. Expectabat ergo diabolus panem, quem non tam sibi acquirere, quam mundo conabatur auferre. Sed rerum dominus, qui & panem de lapide posset efficere, & exploranti humanæ nollet salutis clarescere sacramentum, sic suum moderatus est sancto in ore responsum, vt nec ipse, qui veritas erat, mendacium loqueretur, nec ille, qui ab initio mendax est, quam nõ erat crediturus, posset agnoscere veritatem. Ait ergo dominus. *Scriptum est, Non in pane tantum uiuit homo, sed in omni verbo Dei.* Accipit tentator ex lege responsum, cui conuare non possit. Non accepit panem, quem non manducandi consuetudine, sed decipiendi fraude poscebat. In quo enim filius Dei panem necessarium haberet humanum, cui omnis erat propria in diuinitate substantia? Vel qua ratione quicunque de lapide Christus terrenum faceret panem, cum ipse, sicut legitur, spiritalis & panis esset, & lapis illusus itaque, irritusque tentator aliam machinam tentationis aggreditur. Nam cum secreto suo archanæque consilio staret dominus supra pinnam

Exod. 16.

Exod. 17.

Joan. 5.

Dent. 8.

Joan. 6.

Matth. 23.

templi, ait illi diabolus. *Si filius Dei es, mitte te deorsum.* Quam stulta hæc lusuio, nimiumque peruersa ut filio Dei diceret, mitte te deorsum. Nunquid non rectius dixisset, si filius Dei es, ascende in celum? Quod utique si faceret dominus, vere illum Dei esse filium comprobaret. Sed inimicus cæli ne tentando quidem ascensum vult suadere cælestem, deorsum, & in ima provocat, quia optat omnes cadere, qui se sentit præ omnibus cecidisse. Nec intelligit cæcus, quia illi conatur ruinam suadere, qui non solum cadere non potest, sed ruinas venit emendare lapsorū. Dominus enim, ut lectum est, etigit elisos, dominus soluit compeditos. Qui ergo venerat non decipi, sed decepta saluare, explorantis artem tanta mensura cauissimæ responsionis enuciat, ut tenebrosus hostis nō solum mysterium pro nobis propositum videre non possit, sed magis, magisque res ipsa dominicis circumactis obsecurore confunderetur incerto. Ait enim illi spiritualis prælii bellator inuictus. *Scriptum est. Non tentabis dominum Deum tuum.* Quam simplex in hac responsione prædicta, & quam circumscripta simplicitas, per quam nec veritas reticetur, nec reprobis potest probare, quæ vera sunt. Vere, ut scriptum est, lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehendunt. Audit diabolus Deum non esse tentandum, non tamen agnoscit Deum hominemque esse, quæ tentat. Videt enim pariter Christum & respondere, quæ hominis sunt, & posse, quæ Dei sunt, sed nequitiæ eius nec ista sufficiunt, terribi adhuc tentationis laqueos necit. *Duxit, inquit, illum in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & honores eorum dicens. Hæc omnia tibi dabo, si procedens adoraueris me.* Solucite, fratres, aduertite, quia cadere est omne, quod suadet inimicus. Vere enim, procidit omnis, qui adorat diabolum, & vere cadit, qui potestates, honoresque mundi per artes satiricis immo, promittente sectatur. Sed dominus, ac saluator noster solita eum responsione confundit dicens. *Vade retro, Satanas.*

Scriptum est enim. Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli seruies. Sanctatum illi scripturarum testimonia ingeruntur, non ut inconuertibilis doceatur, sed ut impudens confutetur. Retro illi abire præcepit Christus, ut hostis durissimus adempta sibi iam loquendi licentia, eius voluntatem agnosceret non potest, sentiat potestatem. Retro ei abire præcepit mundi qui dabat regna, ut imperio filij Dei, cui voluntatis non cedebat, subiaceret inuitus, atque illum, à quo se adorari improbe poscebat, probaret merito ab omnibus adorandum. Et quid plura, charissimi? dum nefanda tentator loquitur, dumque in concessa præsumit, quasi ab homine victus obmutuit, & quasi à Deo iustus abesse sentit. Et necesse erat ab illius iam tentatione discederet, in quo tota se mole mouens, totisque nihil viribus, ne vestigium quidem suæ reperire potuit voluntatis, stupens, atque demirans post tot sæcula inuenisse hominem humanas concupiscentias non habentem, natumque in carne nihil penitus corruptionis habere carnalis. Discendente itaque retro sum diabolo, accedentes, ut lectum est, angeli ministrabant ei. Triumphus iste quantæ sit gloriæ, obsequia nos edocent angelorum. Nec mirum sane, si eius angeli ministris occurrerunt, cuius victoria mirabantur. Et ideo, fratres, si nolumus à diabolo superari, in hæreamus ei, qui diabolum triumphauit. Adhærete autem est Christo crede-

Psal. 145.

Deut. 6.

Mat. 1.

Deut. 6. 10.

re, & paternæ illi deitatis esse naturam, & materni corporis veritatem. Vincere autem diabolum ipso suffragante domino, poterit quicumque salutaria Dei præcepta suspirans, studuerit exolam cunctis tumidæ mentis suæ inclinare superbiam, radicem omnium malorum auariciam coercere, inimicam bonarum virtutum refrenare luxuriam, hostem sanctæ charitatis inuidiam mitigare, inutilia, & sæpe periculosa obtruncantium vitæ colloquia, vitæ etiam perniciofa non amare compendia, eisdem pacis iusticiam muneri non gravare, noxia factioinum horrere commenta, inglorium, & nonnunquam cruentum inde huius honoris ambitum declinare, in incentiva discordiæ, contumeliosæ lingue maledicta cohibere, mendaciam nihilominus, quæ vitam maculant, animam vulnere, amicitias dissipant, christiano ab ore repellere, atque ab omnibus superstitionibus æquonum, idolorumque sacrilegiis, per quæ vel maxime benignitas omnipotentis ostenditur, veri Dei amore distinguere. Si ego ab his, atque vniuersis huiusmodi sceleribus, vitisque iugiter ieiunemus, sanctæ huius quadragesimæ rite celebrabimus dies, & omnium solennitatem nostrarum festa exultantes cum fiducia letioris conscientia, & tranquillitate temporum transigamus, adiuuante domino nostro Iesu Christo.

EIVSDEM DE EODEM

Homil. 3.

Aduertite, fratres charissimi, quanta nobis spiritalis vitæ documenta succedunt, quantum magnificus ad propositum sanctitatis provocantur exemplis, quod quadragesimæ referuntur diebus beatus Moyses, & Dei filius ieiunasse. Illud sane percipite, quia quantum distat seivus à domino: tantum necesse est eorum distare ieiunium. Moyses enim veteris editor legis est, Christus novus conditor testamenti. Ieiunat Moyses, ut præceptis legalibus vniuersi populi erudiat disciplinam; Christus ieiunat, ut vniuersas totius mundi redimant gentes. Ieiunat Moyses, ut præceptis vitæ mandata suscipiat, ieiunat & Christus, ut æternæ salutis sacramenta cõtinuat. Ieiunat Moyses, ut Deum videret, ieiunat & Iesus, ut vnum se esse cum Deo, dum diabolus triumphat, ostenderet. Moyses post ieiunium scriptas digito Dei tabulas, populo præuaricante, confregit. Christus suo ieiunio mansuorum per sæcula euangelium consecrauit. Quid illud est autem, quodd, cum vitæque quadragesimæ ieiunauerit dies, non vitæque post ieiunium essurisse perhibetur? Moyses vitæque non essurivit, ut in homine fragili operata diuinitas probaretur. Essurivit Dei filius, ut assumptionem carnis nostræ fragilem suscepisse hominē reuelaret. Quodd non essurit Moyses, cælestis est possibilitatis exemplum, quodd essurit Christus, nostræ redemptionis est sacramentum. Huiusmodi dominus peregit in sua carne mysterium, ut, sicut Deus esse diuinis virtutibus creditur, ita & homo esse infirmatibus dignoscatur humanis. Et hinc est, quodd Christus ut homo essurit, & essurientes pascit ut Deus. Hinc quodd fatigatur itinere, & claudis virtutem tribuit ambulandi. Hinc quodd oculos suos laxat in Iherusalem, & mirabiliter cæcis reformat aspectum. Hinc quodd appropriate morte, tristatur, & mortuum

Exod. 14. 21.

Exod. 14.

1000. 11.

rum Lazarum suscitavit de sepulchro. Hæc omnia, fratres, conditor, ac redemptor ut Deus, & homo agit, non quia talis illi nascendi necessitas fuit: sed quia tale in celo, & in terris voluit regnare mysterium. Illud etiam quantæ est admirationis in Christo, quodd ita ad omnia tentatoris interrogata respondit, ut nec veritatem regni sui Tyranno proderet, nec mysterium susceptæ carnis explorator agnosceret? Tanta denique sermonem suum subtilitate circumtulit, ut ille totius doli atrox inimicus, furoris sui errore deceptus; dum Christum tenat ut hominem, Deum in homine non videret. Nos vero, fratres, quibus propugnator inuictus hanc venerabilem quadragesimam dedicauit, repudiantes carnalia desideria, sic castigemus membra ieiunium, ut animas virtutibus saginemus. Ieiunet in nobis perniciofa luxuria, ieiunet omnis iniquitas, ieiunet odiosa contentio. Abstineamus ab epulis, magis abstinemus à viciis, sic nos temperemus, sic sobrii simus à vino, ut nulla nobis voluptatum dominetur ebrietas. Quid enim prodest obseruatione quadragesimæ dierum ieiunandi nos tempora custodire, & legem non tenere ieiunij? Quid prodest vobis vacare à cõuiuiis, & diem libus occupare? Quid prodest proprium nō edere panem, & vitium diripere miserorum ieiunium Christiani, egentis debet esse refectio. Ieiunium Christiani pacem debet nutrire, non iurgia. Quale illud est autem, quodd non veteris carnis, & de ore tuo omni esca fordidius, greditur maledictio? Quale est, quodd sanctificatur veter ieiunio, & poluitur lingua mædiciis? Recte tano, frater, frequentabis ecclesiam, si gressus tuos letalibus laqueis auida illa non implicet, & inuoluat vltra. Recte orabis dominum tuum, si precibus tuis obuia tibi cordis tui non obstitat inuidia. Recte contundes manibus pedibus, si omnem inde furorem malitiæ voluntatis excusseris. Iuste etiam dabis denarium pauperi, si alij illud pauperi non tulisti. Hæc ergo est, charissimi, religiosa essentia, hinc fidelium passus ammiramus, ut ieiunium nostrum sanctificet castitas, ornet patientia, benignitas foueat, misericordia sanctificet, commendat humilitas. His quadragesimam Christus, prout possumus, virtutibus subsequamur, ut gemino quodam corporis, animique ieiunio, diuinæ nos semper gratiæ commendemus.

EIVSDEM DE EODEM

Homilia 4.

Peractum à domino nostro Iesu Christo hoc, quod lectum est, cum tentatore certamen, nostræ securitatis, fratres charissimi, salutique proficit, quia quos olim apud paradysum perustione serpentis paterna præuocatio deiecit in mortem, dominicus nunc triumphus erexit ad vitam. Nobis vitæque vicij, qui dignatus est essurire pro nobis. Aggreditur itaque diabolus tentare Christum, exploratque sollicitus, si forte illum Dei esse filium deprehendat, cui nullum corruptionis suæ videt inesse vestigium. Miratur pascit, ac turbatur huiusmodi in hoc seculum aduentasse hominem, qui natus quidem esset de femina, sed non esset ab homine procreatus. Suspicat illum Dei esse filium, quem continuatum quadragesimæ dierum videt explicuisse ieiunium. Sed rursus dubitat diui-

nam illi inesse naturam, quem quasi infirmum, non ter cæteros homines percipit essurire. Stupet attonitus quæ sit ista nouitas humanam non habere peccatum, & necessitatem peccatoris hominis sustinere. Christus autem dominus, redemptorque noster ut perditum, infirmum, neque hominem reuocaret ad Deum essurire, lassitudinem, inuicem, & omnia in se humani corporis infirma suscepit. Inter ista ergo diabolus dicit, & incertus, hoc cui essurire domino sermone congregatur. *Si filius Dei es, dic ut lapide isti panes fiant.* Stultus, & audax, qui putaret Dei filium diabolicam voluntatem edendi necessitate facturum, quasi impossibile ei esset in panem lapides commutare, qui quondam sitientibus in deserto populis de perra atida largissima aquarum fluenta produxit, aut essurienti sibi post quadragesimæ dierum ieiunium, escam non poterat prouidere, cuius præcepto, ut innumerabilis Hebræorum exercitus pasceret, cælestia de nubibus alimenta fluxerunt? Sed verò omnipotens vniuentus, qui nostram magis essurire salutem, tali tentatorem suum responsione confundit. *Non in pane tantum vivit homo, sed in omni verbo Dei.* Quo responso, charissimi, ut explorator, qui incertus venerat, incertior redderetur, inastimata prudentia dominus nec inesse sibi essuriam denegauit, nec manducandi necessitatem se habere professus est. *Non, inquit, in pane tantum vivit homo, sed in omni verbo Dei.* Hoc est, & si ego essuriam, mihi tamen, diabole, non est necessarius panis, qui ex tuo consilio, tuæque voluntate descendit. Reficit quidem essuriam corporens panis, verbum autem Dei cunctis fidelibus substantiam sempiternæ salutis operatur. Sed doceri nescis inuicem, stanti domino super pinnam templi iterum ait. *Si filius Dei es, mitte te deorsum.* etc. *Mitte te, inquit, deorsum.* Diabolice est consuetudinis, fratres charissimi, præcipitium persuadere, sed obedire ei ille non poterat, qui cadere nesciebat. Nec quicquam de domino surreptor imperat, quia non sunt religionis eius verba, sed fides. Quem redemptor humani generis rursus telo sententiæ cælestis euerberat dicens. *Scriptum est. Non tentabis dominum Deum tuum.* Qua responsione ne quid manifeste veritate auctor falsitatis audiret, verborum, sensumque moderator dominus ex alto dare nec prodidit se posse, nec nō posse mentitus est, sed, *scriptum est, ait, non tentabis dominum Deum tuum.* Id est, Deum tentat, qui iactantia suæ vitio superbia, & inutilem vult ostentare virtutem. Quid enim utilitatis habet, quid commodi confert, si per præcepta hinc in plana descendero? Aut cur adulationis tuæ tæmentis ista persuadeas, cum tui sit operis, de superioribus corruentem ad inferiora deicere? Post hæc verò, ut lectio decursa testatur, *duxit illum in montem excelsum, & ostendit ei omnia regna mundi dicens. Hæc omnia tibi dabo, si procedens adoraueris me.* Vi fallax deceptor offert, quod non habet, & vi vere cæcus caelum domino terrarum regna promittit. *Hæc omnia, inquit, tibi dabo, si procedens adoraueris me.* Vere procedit, & cadit, qui non largiente Deo, sed ad nutum diaboli acquirat sæculi dignitates. Respondit autem ei dominus, *Vade retro, Satanas.* *Scriptum est enim, dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.* Iustissime retrosum abire præcipitur, qui tentando ad hoc vsque peruenit, ut se ab adorando Dei filio posceret adorari, æstimans quodd Christus, qui decipi laudis suæ subreptione non potuit, indigna-

Exo. 17.

Exo. 16.

Deut. 8.

Deut. 6.

Deut. 6. 10.

tionem ingestam contumeliam se proderet explorandi. Sed fortissimus propugnator, qui pro vita ac libertate nostra aduersus tyrannum suum nouum bellum gerebat, nec molli adulatione frangitur, nec durissimis iniuriis commouetur, sed ita ad omnia inimici tentamenta respondit, ne posset in vno, eodemque Deo, & homine celestis mysterii deprehendere sacramentum. Et ideo, fratres, dominici certaminis, victoriamque exemplum sequentes, & diabolicas precauentes insidias, horum quadraginta dierum acceptabile Deo nostro ieiunium celebremus. Tunc enim dolos aduersarij superate poterimus, si continuatis precibus, aut per casta ieiunia corporis vitia compescamus, aut cor nostrum ab omni vanitate, & ambitione purgemus, vt ait ipse saluator. Hoc genus non eicitur nisi ieiuniis, & oratione. Bene autem ieiunat, quicumque esuriam suam refecti pauperis satietate sustentat. Bene ieiunat, qui diuini recordatione iudicij semetipsum refrenans ab omni illecebrarum voluptate suspendit. Bene ieiunat, qui carnem suam vitiorum germina pullulantem, sanctarum meditatione virtutum, & sobrietatis amore castigat. Bene ieiunat, qui fraternas iniurias pacifici peccatoris lenitate dimittit. Gratissimum Deo desert ieiunium, qui mentem suam a prauis cogitationibus, oculos a concupiscentia, linguam, manumque a lite custodit. Et post omnia, frater, beatus eris, & bene esuriet panem, ac sitiet poculum, si Christiana mentis affectu ceperis esurire, & sitire iustitiam, sicut ipse dominus dixit. Beati, qui esuriunt, ac sitiunt iustitiam, quia ipsorum est regnum caelorum. Propter quod, charissimi, si volumus diabolum superare cum Christo, si desideramus transcentes e saeculo regnare cum Deo, si optamus sacratissimum resurrectionis dominici diem letis mentibus celebrare, ab esca quidem, vel potu pro vitibus temperemus, a vitibus autem totis vitibus ieiunemus.

S. LEONIS PAPAЕ DE quadagesima. Sermo I.

Hebraeorum quondam populus, & omnes Israeliticæ tribus, quam propter peccatorum suorum offensiones graui Philistinorum dominatione premebatur, vt superare hostes suos possent, sicut facta manifestat historia, vires animi, & corporis indicto sibi reparauere ieiunio. Intellexerant enim duram, & miseram illam subiectionem neglectu se mandatorum Dei, & morum corruptione meruisse, frustra que se armis certare, nisi prius vicis repugnassent. Abstinentes ergo a cibo, & potu, seueræ sibi castigationis adhibere centuram, & vt hostes suos vincerent, gula illecebram in se ipsis ante vicerunt. Factumque est hoc modo, vt leui aduersarij, & graues domini esurientibus cederent, quos sibi saturos subiugarant. Et nos itaque, dilectissimi, inter multas aduersitates & praelia constituti, si similibus remediis vti cupimus, simili obseruatione curemur. Eadem enim propemodum causa nostra est, que illorum fuit: quoniam, sicut illi a carnalibus aduersariis, ita & nos a spiritualibus maxime impugnamur inimicis. Qui si donata nobis per Dei gratiam motum correctione vincantur, & corporeorum nobis hostium fortitudo succumbet, & emendatione nostra infirmabitur, quos graues nobis, non ipsorum merita, sed

nostra delicta fecerunt. Quapropter, dilectissimi, vt omnes hostes nostros superare valeamus, per obseruantiam celestium mandatorum diuinum queramus auxilium, scientes non aliter nos prauolare posse aduersatis nostris, nisi prauauerimus & nobis. Sunt enim intra nosmetipsos multa certamina, & aliud caro aduersus spiritum, aliud aduersus carnem spiritus concupiscit. In qua disensione si cupiditates corporis fuerint fortiores, turpiter animus amittit propriam dignitatem, & perniciosum erit eum seruire, quem decuerat imperare. Si autem mens rectori suo subdita, & supernis muneribus delectata, terrene voluptatis incitamenta calcauerit, & in suo mortali corpore regnare peccatum non suerit, ordinatissimum tenebit ratio principatum, & munitiones eius nulla spiritualium nequitiarum labefactabit illusio: quia tunc est vera pax hominis, & vera libertas, quando & caro animo iudice regitur, & animus Deo preside gubernatur. Hæc autem præparatio, dilectissimi, licet omni tempore salubriter assumatur, vt peruigiles hostes incessabili superentur industria, nunc tamen sollicitius expendenda est, & studiosius instruenda, quando & ipsi subtilissimi aduersarij acriori insidiantur astutia. Scientes enim agere nos sacratissimos Quadagesimæ dies, in quorum obseruantia omnes præterita desideria castigantur, omnes negligentia diluantur, ad hoc totam vim suæ malignitatis intendunt, vt celebratur sanctum pascha domini, in aliquo inueniamur indigni: & vnde nobis obtinenda erat propitiatio, inde contrahatur offensio. Accedentes ergo, dilectissimi, ad quadagesimæ initium, id est, ad quandam agonem sancti operis introimus, ad pugnas tentationum animos præparemus, & intelligamus quanto studiosiores pro nostra salute fuerimus, tanto nos vehementius ab aduersariis impendentes. Sed fortior est, qui in nobis est, quam qui aduersum nos est, & per ipsum validi sumus, in cuius virtute confidimus: quia ob hoc dominus se tentari a tentatore permisit, vt, cuius munus auxilio, eiusdem eraderentur exemplo. Vicit enim aduersarium, vt audistis, testimonio legis, non potestate virtutis, vt hoc ipso & hominem plus honoraret, & aduersarium plus puniret: cum hostis generis humani non solum quasi a Deo, sed etiam quasi ab homine impugnaretur & vinceretur. Pugnavit ergo ille tunc, vt & nos postea pugnetur: vicit ille, vt & nos similiter vinceremus. Nulla sunt enim, dilectissimi, sine tentationum experimentis opera virtutis, nulla sine perturbacionibus fides, & nullum sine hoste certamen, nulla sine congressione victoria. Vita hæc nostra in medio insidiatorum, in medio præliorum est. Si nolumus decipi, vigilandum est: si volumus superare, pugandum est. Et ideo sapientissimus Salomon: Fili, inquit, accedens ad seruitutem Dei, præpara animam tuam ad tentationem. Vir enim Dei sapientia plenus, sciens studium religionis laborem habere certaminis, cum prævideret pugne periculum, ante admonuit pugnatum, ne forte, si ad ignorantem tentator accederet, imparatum citius vulneraret. Nos itaque, dilectissimi, qui diuinis institutionibus eruditi, ad agonem præsentis certaminis scienter accedimus, audiamus dicentem Apostolum: Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia

spiritualia nequitia in celestibus. Et non ignoremus, quod hi hostes nostri contra te geri omnia sentiunt, quecumque nos pro nostra salute agere tentamus, & hoc ipso, quod boni aliquid appetimus, aduersarios prouocamus. Hæc enim inter nos, atque illos diabolicæ inuidiæ fomitem inuenerata disensio est, vt, quia illi ab aliis bonis exciderunt, ad quæ nos, Deo auxiliante, prouehimur, nostris iustificationibus torqueantur. Si ergo nos erigimur, illi corruunt: si nos conualescimus, illi infirmantur. Remedia nostra plagæ ipsorum sunt, quia curatione nostrorum vulnerum vulnerantur. State ergo, dilectissimi, vt Apostolus ait, succincti lumbos mentis vestræ in veritate, & calcatei pedes in præparatione euangelij pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo positis omnia tela nequitia ignea extinguere, & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei. Videte, dilectissimi, quam potentibus nos telis, quam insuperabilibus munimentis dux militis insignis triumphis, & intricis Christianæ militiæ magister armauerit. Succinxit lumbos baltheo castitatis, calcavit pedes vinculis pacis, quia & discinctus miles cito ab impudentiæ incertore vincitur, & non calcatus, faciliè a serpente mordetur. Scutum fidei ad protectionem totius corporis dedit, capiti galeam salutis imposuit, & dexteram gladio, id est, verbo veritatis instruxit, vt spiritualis præliator non solum sit tutus a vulnere, sed & repugnantem valeat vulnerare. His igitur, dilectissimi, freti armis, impigre, atque intrepidè propositum nobis certamen inceamus, vt in isto ieiuniorum studio, non eo tantum sumus sine contenti, vt solum ciborum abstinentiam putemus esse sectandam. Parum enim est, si carnis substantia tenuatur, & anima fortitudo non alicui. Afflictio paululè exteriori homine, resciciatur interior, & subtrahatæ carni saturitate corporea, spiritualibus mens deliciis roboretur. Circumspiciat se omnis anima Christiana, & seuerò examine cordis sui interna discutat. Videat, ne quid ibi discordiæ inhererit, ne quid cupiditatis insederit. Incontinentiam castitas procul pellat, mendaciæ tenebras lux abigat veritatis. Quia os, quod mentitur, animam mentientis interficit. Detumescat superbia, humilitas assumatur, respiscat iracundia, comminuantur iacula noxarum, & obretractio linguæ frenetur. Cessent vindictæ, & obliuioni mandentur iniuriæ, Omnis postremo plantatio, quam non plantauit pater celestis, radicibus auferatur. Tunc enim in nobis bene virtutum semina nutriuntur, quando ab agro cordis nostri omne germen externum euellitur. Si quis ergo in quæpiam ita cupiditate vitiosus exarsit, vt eum aut carceri traderet, aut vinculis alligaret, absolutionem non solum infertis, sed etiam eius, qui poena dignus videtur, acceleret, vt illa dominicæ orationis regula sidenter vtatur, dicens: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quam partem petitionum ita dominus speciali insinuatione commendat, vt totius orationis effectus in hac conditione consistat. Si enim, inquit, dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & pater vester vobis, qui in caelis est. Si autè non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Proinde, dilectissimi, memores infirmitatis nostræ, quia faciliè in quælibet delicta prolabitur, hoc potentissimum remedium, & istam ef-

ficacissimam vulnerum nostrorum curationem nullatenus negligamus. Remittamus, vt remittatur nobis, demus veniam, quam rogamus, & non studeamus vindicari, qui nobis peccata ignorati. Pauperum gemitus surdo non transeamus auditu, & misericordiam indigentibus prompta benignitate præstemus, vt misericordiam in iudicio possimus inuenire. Ad quam perfectionem qui studium suum gratia Dei adiutus intenderit, hic sanctum ieiunium fideliter peraget, hic a fermento malitiæ veteris alienus, in azymis sinceritatis, & veritatis ad beatum pascha perueniet, & per nouitatem vitæ dignè lætabitur in sacramento reformationis humanæ, per Christum dominum nostrum, qui cum patre, & spiritu sancto vinit, & regnat in cæculis seculorum, Amen.

EIVSDEM DE QUADRAGESIMA. Sermo. 2.

Iacet nobis, dilectissimi, appropinquante festiuitate paschali, ieiunium Quadagesimæ ipse legitimi temporis recusus indicet, cohortatio tamen etiam nostri sermonis adhibenda est, que auxiliante domino, nec inutilis sit pigris, nec onerosa deuotis. Nam, cum omnem obseruantiam nostram ratio istorum dierum poscat augeri, nemo est (vt cõfido) de vobis, qui se ad opus bonum non gaudeat incitari. Natura enim nostra, manente adhuc mortalitate, mutabilis, etiam si ad summa quæque virtutum studio prouehatur, semper tamen sicut potest habere, quo recidat, ita potest habere, quo crescat. Et hæc est peccatorum vera iustitia, vt nunquam præsumant se esse perfectos, ne ab itineris nondum finiti intentione cessantes, ibi incidant deficiendi periculum, vbi proficienda deposuerint appetitum. Quia ergo nemo nostrum, dilectissimi, tam perfectus est, & sanctus, vt perfectior, & sanctior esse non possit, omnes simul sine differentia graduum, sine discretionem meritum, ad iis, in quæ peruenimus in ea, quæ nondum apprehendimus, pia auaritate curramus, & ad mensuram consuetudinis nostræ necessarij aliquid addamus augmētū. Parum enim religiosus alio tempore demonstratur, qui in his diebus religiosior non inuenitur. Vnde opportunè auribus nostris lectio Apostolicæ prædicationis insonuit dicens: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Quid enim acceptius hoc tempore: quid salubrius his diebus: in quibus vitis bellum indicitur, & omnium virtutum profectus augetur. Semper quidem tibi, o anima Christiana, vigilandum contra salutis tuæ aduersarium fuit, ne vllus pateret locus tentatoris insidias, sed modo tibi maior cautio, & sollicitior assumenda prudentia est, quando idem hostis tuus acriori se uit inuidia. Nunc autem in toto mundo potestas et antiquæ dominationis aufertur, & innumerabilia illi captiuitatis vasa rapiuntur. Renunciatur atrocissimo prædoni a populis omnium nationum, omniumque linguarum, & nullum iam genus hominum repetitur, quod tyrannicis legibus non reluctetur, dum per omnes fines terræ regeneranda in Christo multorum millium milia præparantur: & appropinquante nouæ creaturæ ortu, spiritualis nequitia, ab iis, quos possidebat, excluditur. Fremunt ergo expoliati, hostis impius furor, & nouum quærit lucrum, quia ius perdidit

Matth. 17.

Matth. 5.

Galat. 1.

1. Pet. 2. 1.

Rom. 3.

1. Cor. 5.

Sapient. 1.

Matth. 3.

Prou. 5.

Matth. 6.

Matth. 8.

Ephes. 5.

Quosē corpore eſca ſubſtituit, niſi mens ab iniquitate reuocetur, & ab obſcurationibus lingua cohibeatur. Sic ergo nobis edendi eſt moderanda libertas, vt etiam alie cupiditates eadem lege ſeruentur. Manſuetudinis, & patientie, pacis, & tranquillitatis hoc tempus eſt, in quo excluſa omnium contaminatione vitorum, perpetuitas nobis eſt obtinenda virutum. Nunc piarum mentium fortitudo donare culpas, negligere contumelias, & obliuiſci aſſueſcat iniurias. Nunc fidelis animus per arma iuſtitie à dextris ſe exerceat, & ſiſtris, vt per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam, ſecuram conſcientiam, conſtantemque probitatem, nec laudes inſent, nec opprobria deſatigant. Religioſorum modieſtia non ſit mœſta, ſed ſancta, nec inueniantur in eis vllamur murmurata querelaram, quibus nunquam deſunt ſanctorum ſolaria gaudiorum. Non timeatur inter opera miſericordie terrenarum diminutio ſancularum. Semper diues eſt Chriſtiana paupertas, quia plus eſt, quod habet, quam quod non habet. Nec pauet in iſto mundo indigentia laborare, cui donatum eſt. in omnium rerum domino omnia poſſidere. Operantibus ergo, quæ bona ſunt, non eſt omnino metuendum, ne eis deſit facultas operandi, quum & in duobus nummis Euangelicæ illius viduæ ſit laudata deuotio, & pro calice aquæ frigidæ premium habeat gratuita largitio. Ex affectibus enim piorum benignitatis menſura taxatur, & nunquam eam miſerendi efficaciam deſerit, in quo miſericordia ipſa non deſicit. Experta eſt hoc vidua illa de Sarepta, quæ beato Helie in tempore ſanis, vnus diei cibum, quem ſolum habebat, appoſuit, & propheta eluſum neceſſitati ſua præterens, exiguum fatinæ, & puſillum olei incunctanter expendit. Sed non deſuit ei, quod fideliter erogauit, & in valis pia ellatione vacatis, ſons nouæ vberitatis exortus eſt, vt ſanctis vſibus non minueretur eius ſubſtantie plenitudo, cuius non fuerat formidata deſectio. Iis autem ſtudiis, dilectiſſimi, ad quæ vos voluntarie conſidimus præparatos, non ambigatis diabolam, qui omnium virorum eſt aduerſarius, inuadere, & ad hoc vim ſua malignitatis armare, vt pietati laqueos de ipſa pietate præterdat, & quos non poterit deicere per diſſidentiam, conetur ſuperare per gloriam. Vicinum eſt enim rectis actionibus ſuperbie malum, & de proximo ſemper virtutibus inſidiatur elatio. Quia diſſicile eſt, vt laudabiliter viuentem laus non capiat humana, niſi vt ſcriptum eſt, qui gloriatur, in domino gloriatur. Cuius verò ille hoſtis nequiſſimus non audeat impugnare propoſitum? cuius non appetat violare ieiunium? quando verſutias ſuas, ſicut Euangelica lectione patefactum eſt, nec ab ipſo mundi ſaluatore continuit? Expauſeſtis enim in illo quadraginta dierum, nocturnumque ieiunium, explorete callidè voluit, vtram hæc continentiam donatam haberet, an propriam: vt non metueret deceptionum ſuarum opera ſoluenda. Chriſtus eius eſſet conditionis, cuius eſt corporis. Primo itaque dolo ſerutatus eſt, an ipſe eſſet ſubſtantiarum creator qui rerum corporeatum poſſet, in quæ vellet mutare naturas. Secundo, an ſub humanæ carnis ſpecie diuinitas obumbrata tegeteretur, cui facile eſſet peritum ſibi æta facere, & terrena per vacuum membra librare. Sed, cum dominus iuſticiam maluiſſet opponere veri hominis, quam potentiam manifeſtare deitatis, ad hoc

1. Cor. 6.

Lucæ 21. Mat. 10.

3. Reg. 19.

1. Cor. 4.

2. Cor. 10.

conuertit tertia fraudis ingenium, vt eum, in quo diuiniq; potentatis ſigna ceſſauerant dominandi cupiditate tentaret, & ad venerationem ſui regnumdi pollicendo traduceret. Sed prudẽtiam diabolus ſultam fecit ſapientia Dei, vt ſuperbus hoſtis hominem videns, quæcum aliquando ſuperauerat, non metueret eum perſequi, quem per omnibus oportebat occidi. Huius igitur aduerſarij dolos, non ſolum in illecebris gula, ſed etiam in propoſito abſtinentie caueamus. Qui enim ſciuit humano generi mortem inferre per cibum, nouit & per ipſum nocere ieiunio: & ad contrarij fraudis effectum, famulis vt dicitur Manichæis, ſicut per ſerpẽtem intulit interdicta præſum: ita per famem ſuadet conſeſſa vitari. Vtilis quidem eſt abſtinentia, quæ parco aſſueta victu, deliciarum cohibet appetitum. Sed va illorum dogmat, apud quos etiam ieiunando peccatur. Damnant enim creaturam naturam in creatoris iniuriam, & contaminari edentes aſſentuntur iis, quorum non Deum, ſed diabolam conditorum eſſe definiunt, cum proſus nulla ſit ſubſtantia mala, nec ipſius mali ſit vlla natura. Omnia enim bona bonis author inſtituit, & vnus eſt vniuerſarum rerum creator, qui fecit celum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt. Ex quibus quicquid homini ad cibum, potumq; conſeſſum eſt, ſanctum, & mandatum eſt in ſi generis qualitate. Quod ſi immoderata auditate ſumatur, nimietas edaces, & bibaces dedecorat, non cibi, neq; poculi natura contaminat. Omnia enim, ſicut Apoſtolus ait, munda ſunt mundis. Coinquinatis enim, & inſidelibus nihil eſt mandatum, ſed coinquinata ſunt eorum mens, & conſcientia. Vos autem, dilectiſſimi, catholica matris ſanctæ generatio, quos in ſchola veritatis ſpiritus ſanctus erudiuit, libertatem veſtram congrua ratione moderamini, ſcientes quoniam bonum eſt, & à licitis abſtinere, & cum caſtigatiui viuendum eſt, ita diſcernere cibos, vt vſus eorum ſe moueat, non natura damnetur. Nulla ita vos contagionis huius aſpergat impietas, qui ſua maxime obſeruantia polluantur, ſeruentes creatori potius quam creatori, & luminaribus celi ſtultam abſtinentiam deuotentes, quos nemo ambigat eſſe Manichæos, qui in honorem ſolis, ac lunæ die dominico, & ſecunda feria deprehenſi fuerint ieiunare. Vno enim peruerſitatis ſuæ opere, bis inſipij, bis prophani ſunt, qui ieiunium ſuum & ad lyderum cultum, & ad reſurrectionis Chriſti inſtituere contempunt. Abdicant enim ſe ſacramento ſalutis humanæ, & Chriſtum dominum noſtrum, ſicut in veritate carnis noſtræ denegant natum: ita verè mortuum, & reſurrexiſſe non credunt. Et ob hoc diem ſalutis, & lætitiæ noſtræ ſui ieiunij moreore condemnant. Cumque ad tegendam inſidelitatem ſuam noſtris audeant intereſſe myſteris, ita in ſacramentorum communionem ſe temperant, vt interdum tutius lateant: ore indigno Chriſti corpus accipiunt, ſanguinem autem redemptionis noſtræ haurire omnino declinat. Quod ideo veſtram volumus ſcite ſanctitatem, vt vobis huiuscemodi homines & his manifeſtentur iudiciis, & quorum deprehenſa fuerit ſacilega ſimulatio, notati, & prodiſi à ſanctorum ſocietate, ſacerdotali autoritate pellantur. De talibus enim beatus Paulus Apoſtolus Eccleſiam Dei provide monet, dicens: Rogamus autem vos, fratres, vt obſeruetis eos, qui diſſentiones, & offendiſcula præter doctrinam, quam

Ad Th. 1.

Rom. 11.

Rom. 16.

vos didiciſtis, faciunt, & declinate ab illis. Huiuscemodi enim Chriſto domino non ſeruiunt, ſed ſuo ventri, & per dulces fermones, & benedictiones ſeducunt corda innocentium. His ergo, dilectiſſimi, admonitionibus noſtris, quas auribus veſtris contra execrabilem ſectam frequenter ingeſimus, ſufficienter inſtructi, ſanctos Quadrageſimæ dies pia deuotione ſuſcipite, & ad promerendam miſericordiam Dei per opera vos miſericordie præparate, iræ extinguite, odia deponite, vniuerſimodè diligite, & ſynceris vos humilitatis officiis inuicem præuenite. Seruis, & iis, qui vobis ſubiecti ſunt, cum æquitate dominamini. Nullus eorum aut clauſtris crucietur, aut vinculis: ceſſent vindictæ, remittantur offenſæ, ſerueritis lenitate, indignatio manſuetudine, diſcordia pace mutetur. Omnes nos modestos, omnes placidos, omnes experiantur benignos, & ieiunia noſtra accepta ſint Deo. Cui ita demum ſacrificium veræ abſtinentie, & veræ pietatis offerimus, ſi nos ab omni malitia contineamus. Cum inimicis autem crucis Chriſti nulla conſenſione iungamur, aut impiorum conſortio ſanctas fidelium polluat. Lux ſeparetur à tenebris, & ſagiant filios diaboli filij veritatis. In templum enim domini, quod eſt Eccleſia Chriſti, nil contaminatum inferri, nil prophandum oportet admitti, vt, omni immundicia à penetralibus cordis excluſa, ſanctificetur ieiunium noſtrum, & ſimus æternum ſancti ſpiritus habitaculum, qui nos à peccatorum ſordibus emundatos, & poſſidere dignetur ſemper, & regere. Secunda igitur, & quarta, & ſexta feria ieiunemus. Sabbatho autem apud ſanctum Petrum vigilias celebremus, qui comendati ſibi gregis curam habere non deſinens, cuſtodiam nobis de ſuis præcibus obtinebit, auxiliante Deo nobis per omnia, cui cum filio, & ſpiritu ſancto vna eſt deitas, vna maietas, in ſecula ſeculorum, Amen.

Item S. Petrus precipit pro nobis intercedit apud Deum contra inuadentes.

EIVSDEM IN QVADRAGESIMA. Sermo 5.

Epistol. 4. Coloss. 3.

1. Cor. 6.

Rom. 16.

Apoſtolica, dilectiſſimi, doctrina nos admonet, vt deponamus veterem hominem cum actibus ſuis, & de die in diem ſancta conſeruatione renouemur. Si enim templum Dei ſumus, & mentium noſtrarum ſpiritus ſanctus habitator eſt, dicente Apoſtolo: Vos eſtis templum Dei viuim: multa nobis vigilantia laborandum eſt, vt cordis noſtri receptaculum tanto hoſpitem non ſit indignum. Et, ſicut in domibus manu factis laudabili diligentia prouidetur, vt, ſi quid aut inſuſione imbrum, aut turbine procellarum, vel ipſa fuerit antiquitate corruptum, in integrum cura reſtituat, ita iugi oportet ſolicitudine præcaueti, ne quid in noſtris animis incompoſitum, ne quid inueniatur immundum. Quamuis enim ædificium noſtrum ſine opere ſui non ſubſiſtat artiſicis, nec fabrica noſtra poſſit eſſe incolomis, niſi ei protectio præſeruit conditorum: tamen quia rationabiles lapides ſumus, & viuæ materies, ſic nos autoris noſtri extruxit manus, vt cum opifice ſuo etiam is, qui reparatur, operetur. Gratiæ igitur Dei obedientia ſe humana non ſubtrahat, nec ab illo bono, ſine quo non poſteſt bona eſſe, deſiciat. At, ſi quid ſibi impoſſibile, aut arduum in mandatorum effectibus experitur, non in ſe remaneat, ſed ad iubentem recurrat: qui

ideo dat præceptum, vt exciter deſiderium, & præſtet auxiliu, dicente Propheta: laeta in Deum cogitatum enim, & ipſe te enutriet. An forte inſolenter quiquam ita ſuperbit, & ita ſe illaſum, ita immaculatum eſſe præſumit, vt nullus iam renouationis indigeat? Fallitur proſus iſta perſuaſio, & nimia vanitate veteraſcit, quicumque inter tentationes huius vitæ ab omni ſe vulnere credit immunem. Plena omnia periculis, plena ſunt laqueis. Incitant cupiditates, inſidiatur illecebræ, blandiuntur lacra, damna deterrent, amara ſunt obloquentium lingue, nec ſemper veracia ſunt ora laudantium. Inde ſæuit odium, hinc decipit mendax officium, vt facilis ſit vitare diſcordem, quam declinare fallacem. In ipſis autem virtutibus obſtinẽdis tam dubius modus & tam incerta diſcretio eſt, vt ſi quiquam inter bonorum, malorumque conſinia, ſubtiliſſimi diſcriminis potuerit ſeruare meſuras, diſſicile ſit, vt bene ſibi coſciam probitatem obſeruantium lingua non mordeat, & iniquorum euadat opprobria, cui eſt amica iuſtitia. Iam cum ad ipſas rerum temporalium varietates cogitatio humana conuertitur, quantæ ſe opponunt caliginis, quanti prauarum opinionum obortuntur errores, vt de obiecto contrariorum ſumatur materia querelaram. Nam, licet omnium fidelium corda non dubitent, nullis huius mundi partibus, nulliſque temporibus prouidentiam abeſſe diuinam, nec de ſtellarum poteſtate, quæ nulla eſt, ſecularium negotioru pendere prouetus, ſed æquiſimo, & clementiſſimo ſummi regis arbitrio cuncta diſponi, quoniam ſicut ſcriptum eſt: Vniuerſa viæ domini miſericordia, & veritas: tamen cum quadam non ſecundum deſideria noſtra procedunt, & ſub humani iudicij errore ſuperior eſt plerunque iniqui cauſa quam iuſti, vicinum nimis, atque contiguum eſt, vt etiam magnanimos iſta cõcutiant, & in aliquod illicite cauſationis murmur impellant. Si quidem iſtis varietatibus etiam excellentiſſimus propheta David vſque ad periculum ſe turbatum proficitur, & dicit: Mei autem penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei, quia zelau in peccatoribus, pacem peccatorum videns. Vnde quia paucorum eſt tam ſolida fortitudo, vt nulla inæqualitatum perturbatione quantantur, & multos fidelium non aduerſa tantum, ſed etiam ſecunda corrumpan, ſanandis vulneribus, quibus humana infirmitas ſauciatur, diligens eſt adhibenda curatio. Ideo enim de periculis, quibus mundus hic plenus eſt, quædam breuiter percurrit, vt, dicente ſcriptura: Quis gloriabitur, caſum ſe habere cor: aut mundum ſe eſſe à peccato: omnes ſibi intelligant delictorum indulgentiam, & reparationis neceſſariam eſſe medicinam. Quando autem opportunitus, dilectiſſimi, ad remedia diuina recurrimus, quam cum ipſa nobis ſacramenta redemptionis noſtræ temporum lege referuntur? quæ vt dignis celebremus, ſaluberrimè nos quadraginta dierum ieiunio præparemus. Non enim ijtantum, qui per mortis Chriſti, reſurrectioniſque myſterium in nouam vitam baptiſmo ſunt regenerante venturi, ſed etiam omnes populi reparatorum vtiliter ſibi, & neceſſariè præſidium huius ſanctificationis aſſumunt: illi, vt quæ nondum habent, accipiant: iſti, vt accepta cuſtodiant. Dicente namque Apoſtolo: Qui ſtat, videat ne cadat: modo eſt tanta firmitate ſuſtulatus, vt de ſtabilitate ſua debeat eſſe ſecurus. Vtatur igitur, dilectiſſimi, ſalutem Bibli. Hom. tom. 2. n. berrimi

Psal. 24.

Psal. 54.

Psal. 72.

Prov. 10.

EIVSDEM DE QVADRAGESIMA. Sermo 6.

berissimi temporis venerabilibus institutis, & sollicitiore cura cordis nostri piacula tergamus. Quamlibet enim castè, & sobriè mortalis hanc vitam ducatur, quodam tamen pulchre terrene conversationis aspergitur, & nitor mentium ad Dei imaginem conditarum non ita à fumo totius vanitatis alienus est, ut nulla possit sordè fuscari, & non semper indiget expoliri. Quod si etiam cautissimis animis necessarium est, quâto illis amplius est expectandum, qui tota ferè anni spatia aut securus, aut fortè negligentius transierunt? Quos charitate debita commonemus, ut nò ideo sibi blandiantur, quia nobis conscientie singulorum parere non possunt, cum oculos Dei simul uniuersa cernentes, non abdita locorum, non parietum septa secludant: nec solum ei acta, & cogitata, verum & agenda, & cogitata sint cognita. Ista ergo scientia summi iudicis, iste est tremendus aspectus, cui peruium est omne solidum, & apertum omne secretum: non obsecra clarent, muta respondent, silentium obsecratur, & sine voce mens loquitur.

Rom. 1. Nemo patientiam bonitatis Dei de peccatorum suorum impunitate condemnet, nec ideo illum æstimet non offensum, quia necdum est expertus iratum. Non sunt longè vitæ mortalis induciæ, nec diuturna est licentia insipientium voluptatum in æternatum dolorem transita peccatorum, si dum iustitiæ sententia suspenditur, penitentiae medicina non quaeritur. Confugiamus igitur ad præsentem ubique misericordiam Dei, & ut sanctum pascha domini digna obseruantia celebretur, cum eorum se fidelium corda sanctificent. Mitescat sanctitas, mansuescat iracundia, remittant sibi omnes onipias iniuriam suam, nec exactor sit vindictæ, qui peccator est venia. Dicentes enim; Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, durissimis nos vinculis illigamus, nisi quod prostitemur, impleamus. Unde, est orationis huius sacratissimum pactum non tota sui conditione seruatum est, nunc saltem conscientiam suam vnusquisque cognoscat, & alienis ignoscendo delictis, abolitionem suorum obtineat peccatorum. Dicite nanque Domino; Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis peccata vestra, qui in caelis est, delicta vestra non longè est ab vnoquoque, quod possit, cum de benignitate supplicis sententia pendeat iudicantis. Qui humanarum precum misericors, & iustus auditor, æquitate suæ de nostra lenitate præscripsit, ut non haberet in eos ius seueritatis, quos non inuenisset cupidus vltionis. Clementes autem, & mites animos etiam largitas decet. Nihil est enim dignius, quàm vt homo sit sui autoris imitator, & secundum modum propriæ facultatis, ditini sit operis executor, Nam, cum aluntur esurientes, vestiuntur nudi, fouentur infirmi, nonne auxilium Dei manus explet ministri, & benignitas serui munus est domini? Qui cum ad effectus misericordiae suæ adiurore non egeat, ita suam omnipotentiam temperauit, vt & laboribus hominum per homines subueniret, & merito Deo gratie referrentur de pietatis officiis, cuius opera viderentur in famulis. Propter quod ipse dominus discipulis ait; Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & magnificent patrem vestrum, qui est in caelis, Qui cum eodem patre, & spiritu sancto viuunt, & regnat in secula seculorum benedictus, Amne.

2 Febr. 4.

Math. 6.

Math. 18.

Math. 6.

Rom. 6.

Math. 5.

Smper quidem, dilectissimi, misericordia domini plena est terra, & vnique fidelium ad colendum Deum ipsa rerum natura doctina est, dum caelum, & terra, mare, & omnia, quæ in eis sunt, bonitatem, & omnipotentiam sui protestantur auroris, & famulantium elementorum mirabilis pulchritudo iustam ab intellectuali creatura gratiarum dies actionem. Sed, cum ad istos recurratur, quos specialius reparationis humanae sacramenta signarunt, & qui vicino ordine, atque còliguo festum paschale præcedunt, diligentius nobis preparatio religiose purificationis indicitur. Quamuis enim in quolibet tempore innocens vita sit multorum, & plurimis Deo bonorum actuum consuetudo commendat, non addo tamen de conscientie integritate fidendum est, vt humanam fragilitatem inter scandala, tentationesque degentem, nihil potuisse abiremur, quod læderet eam, incidere, cum propheta excellentissimus dicat; Quis gloriabitur calum se habere cor? aut mundum se esse à peccato? Et iterum; Ab oculis meis munda me, domine, & ab alienis parte seruo tuo. Si autem, quod experimentis probatur, talis conditio est eorum, qui concupiscentiis renitentur, qui iracundiae motibus reluctantur, & ipsarum quoque cogitationum arcana castigant, vt & nunquam possint in cordibus suis non muerire, quod reprobent, & sepe aut fallantur occultis, aut decipiantur alienis, quæ in aliis vitæ, quæ ægritudines & quanta sint vulnera, quibus austerior sit adhibenda medicina, vt illius sacramenti, per quod soluantur opera diaboli, non inueniantur alieni. Paschalis quippe festiuitatis hoc proprium est, vt tota Ecclesia remissione gaudeat peccatorum, quæ non in eis tantum fiat, qui sacro baptismate renascuntur, sed etiam in eis, qui dudum in adoptiuorum sorte numerantur. Quamuis enim principaliter novos homines faciat regenerationis ablutio, quia tamen semper necessaria est omnibus contra rubiginem mortalitatis quotidiana renouatio, & inter profectû gradus nullus est, qui non semper melior esse debeat, generaliter adnitendum est, vt in die redemptionis nemo inueniatur in vitis vetustatis. Quod ergo, dilectissimi, in omni tempore vnusquodque conuenit facere Christianum, id nunc sollicitius est, & deuotius exequendum, vt Apostolica institutio quadraginta dierum ieiunium impleatur, non ciborum tantummodo parcitate, sed priuatione maximè vitiorum. Nam, cum ad hoc castigatio ista sumatur, vt carnalium desideriorum fomites subtrahantur, nullum magis seclandum est continentiæ genus, quàm vt semper simus ab iniusta voluntate sobrii, & ab inhonesta actione ieiuni. Quæ deuotio non omittit ægros, non fecerit inualidos, quia & in languido, atque inuili corpore potest animi integritas reperiri, si ubi fuit sedes prauitatis, ibi confirmantur fundamenta virtutis. Et ideo in firmæ carnis ista sufficit ægritudo, quæ sepe mensuram voluntatiæ afflictionis excedit, tantum, vt mens officij sui impleat partes, & quæ corporea epulatio non vitur, nulla iniquitate pascatur. Rationalibus autè, sanctisq; ieiunium nulla vtilius, quàm elemosynarum opera copulantur, quæ vno misericordiae

Psal. 31.

Luc. 2.

Luc. 21.

Prov. 20.

Psal. 18.

Math. 10.

Rom. 11.

Quadragesimalis ieiunium ex Apostolica lege est institutum.

fericordiae nomine multas laudabiles pietatis continent actiones, vt omnium fidelium pares animi esse possint etiam inter impares facultates. Dilectio enim, quæ simul Deo hominique debetur, nullis vnquam impeditur obtaculis, vt nò ei semper bene uelle sit liberum. Dicentibus quippe angelis; Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, nò solum virtute beneuolentia, sed etiam pacis bono beatus efficitur, quicumque alius quacunq; miseria laboratibus charitate comparitur. Latissima enim sunt opera pietatis, quæ ipsa sui varietate id veris cõferunt Christianis, vt distributione elemosynarum non solum diuites, & abundantes, sed etiam mediocres, & pauperes, suas habeant portiones: & qui largitatis sunt vitibus inæquales, mentis tamen affectione sint similes. Nam, cum sub oculis domini multi in gazophylacio ex opulencia sua multa conferunt, videri quædam duos inuili nummos, & tali Iesu Christi testimonio meruit coronari, vt in tam paruo muneris modo, omnium fuerit collationi condigna præferritur; quia inter magna eorum dona, quibus multa residebant, illius, quod fuit exiguum, fuit totum. Si verò aliquis tantæ paupertatis coarctatur angustis, vt nec ad duo æri inopi impartienda sufficiat, habet in præceptis domini, vnde impleat bonæ voluntatis officium. Si quidem qui scienti pauperi calicem aquæ frigidae ministrarit, mercedem est sui operis adepturus, tanta feris suis domino ad obtinendum regnum suum preparante compendia, vt etiam præbitio aquæ, cuius usus gratuitus, atque communis est, præmio non careret. Quod ne vlla intercluderet difficultas, de aqua frigida forma est proposita pietatis, ne putaret se mercede cariturum, cui de calefactione potus lignorum impendium defuisset. De quo tamen calice frustra non admonet dominus, vt in nomine ipsius præbeatur; quia hæc, quæ per se sunt vilia, fides efficit preciosa; & quæ ab infidelibus ministrantur, etsi fuerint sumptu magna, omni tamen iustificatione sunt vacua. Celebratur igitur pascha domini, dilectissimi, ita vos sanctis exercete ieiuniis, vt ab omnibus perturbationibus liberi ad festa sacratissima veniatis. Superbie spiritus, de quo sunt omnia orta peccata, humilitatis amore pellatur; & qui eleuatione tument, mansuetudine mitigentur. Quorum verò animos aliqua exasperat offensio, reconciliatione sibi in vnitatem studeant redigere concordie. Nemi enim malum pro malo reddentes, & donantes inimicem vobis, sicut Christus donauit nobis, humanas inimicitias pace delete, & si qui de subditis vestris aut claustra custodiæ, aut vincula meruerunt, misericorditer relaxentur: vt, qui quotidianæ indulgentiæ remediis indigemus, non diffuculter peccatis ignoscamus alienis. Dicentes enim ad patrem dominum nostrum, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, certissimum est, quod cum aliorum delictis veniam tribuimus, & nobis diuinam clementiam præparamus, per Christum dominum nostrum, Amen.

Luc. 2.

Luc. 21.

Math. 10.

Rom. 11.

EIVSDEM DE QVADRAGESIMA. Sermo 7.

Virtus, dilectissimi, & sapientia fidei Christianæ, amor Dei est, & amor proximi: nec villo

ceter pietatis officio, cui studiu est colere Deum, & inuare conferuum. Harum autem affectionum duplex vnitas omni quidem est tempore exercenda, & proficienda, sed nunc incrementis amplioribus dilatanda, & quadraginta dierum ieiunium, quod festi paschalis est præuiu, interiorum cordis auditu illius vocis instat moueat, qua verbis Eliaie prophetæ Ioannes Baptista dicebat; Parate viam domini, rectas facite semitas eius. Sive enim illam partem populi cogitemus, quæ dudum certamina Euangelici agonis impressa, per spiritualis studij cursum inde finenter tendit ad palmam: sive illam, quæ letalium conscia peccatorum, per reconciliationis auxilium festinat ad veniam: sive illam, quæ sancti spiritus regeneranda baptismate, vultu Adam exui, & Christi cupit nouitate vestiri, aptè, & vtiliter omnibus dicitur; Parate viam domini, rectas facite semitas eius. Quæ autem via domini, quæve sint semitæ, eiusdem prædicatoris cohortatione discamus, qui diuina gratiæ opera, & dona promittens, futurarum commutationum referabat affectus, addens sententiam propheticæ sermonis, & dicens; Omnis vallis implebitur, & omnis collis, & mons humiliabitur: & erunt prana in directa, & aspera in vias planas. Vallis itaque mansuetudinem humilium, mons, & collis elationem indicat superborum. Sed quia, sicut veritas dicit, qui se humiliat, humiliabitur; & qui se exaltrat, humiliabitur, merito & vallibus adimpletio, & montibus est annunciata depressio, vt & plana nihil offensionis, & directa nihil habeant prauitatis. Quæ enim angusta, & ardua sit via, quæ ducit ad vitam, non tamen difficulter incedit, quem veritas confirmat, & pietas: nec caret delectatione gradiendi, cuius iter efficit virtutum petra solidum, non vitiorum arena succiduum. Verum, vt plenus nouerimus, per cuiusmodi vias nobis ad Dei promissa tendendum, audiamus David prophetam, quid doceat, vniuersæ viæ domini, misericordia, & veritas. Forma igitur conuersationis fidelium ab exemplo venit operam diuinorum, & merito Deus imitationem sui ab eis exigit, quos ad imaginem, & similitudinem suam fecit. Cuius vitæque gloriæ dignitate non aliter potiemur, quàm si in nobis & misericordia inueniatur, & veritas. Per quæ enim ad saluandos saluator aduenit, per hæc ad saluandem debent properare saluati, vt & nos misericordia Dei misericordes, & veritas faciat esse veraces. Sicut itaque per viam veritatis mēs iusta, ita per viam misericordie ambulat mens benigna. Nec tamen vnquam itinera ista diuersa sunt, quasi horum honoru singula diuersis tramitibus expectantur, & aliud sit misericordia crescere, & aliud veritate proficere. Nò est misericors veritatis alienus: nec iustitiæ capax est veritatis extraneus: nec vtraque virtute vitur, qui nò vtraque ditatur. Caritas robur fidei, fides fortitudo est charitatis. Et tunc verum nomē, ac verus est fructus ambarum, cum insolubilis vtriusque manet connexio. Vbi enim non simul fuerint, simul defunt: quia inuicè sibi & iuuamen, & lumen sunt, donec desiderium credulitatis impleat remuneratio visionis: & incommutabiliter videatur, & ametur, quod nunc & sine fide non diligitur, & sine dilectione non creditur. Quia ergo, sicut Apostolus ait, in Christo Iesu nec circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed fides, quæ per dilectionem operatur: simul, atque coniunctum & chatitati studeamus, &

Galat. 5.

Bibl. Hom. tom. 2.

n 2 fidei

Esai. 40.

Math. 3.

Esai. 40.

Luc. 14. 28.

Math. 7.

Psal. 24.

Fides sine charitate non prodest.

Galat. 5.

fidei. Hic est enim quidam efficacissimus geminarum alarum volatus, quo ad promerendum, & videndum Deum puritas mentis attollitur, ne onere carum carnalium deprimitur. Nam qui ait; Impossibile est placere sine fide Deo, idem ait; Si habueris omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Unde sacramentorum paschaliu diuina mysteria digno suscipiatur officio, & duo haec, in quibus omnium praecceptorum doctrina concurrens, ludiosius appetantur: quibus singuli quique fidelium, & sacrificium Deo efficiantur, & templum. Instet fides sperare, quod credit: instet charitas propitiare, quod diligit, vtrumque amantis est, vtrumque credentis. Et cui intelligentiae concessione subijcitur, eidem pietatis imitatione iungamur. Vox Dei est; Sancti estote, quia ego sanctus sum. Et vox domini est; Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est. Ac ne dubitemus Deo tribui, quod impenditur indigenti, dispensatores eleemosynarum quae commercia in eant, audiamus, domino dicente, quae futura sit iudicii sui forma, cum dicit ad dexteram collocandis; Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurini enim, & dedistis mihi manducare: Sitiui, & dedistis mihi bibere: Peregrinus era, & collegistis me: Nudus eram, & cooperuistis me: Infirmus, & visitastis me: In carcere eram, & venistis ad me. Quae reuerentibus autem iustis, quando, & qualiter potuerint ista deprehendere, respondens rex dicit illis; Amen amen dico vobis, quamdiu fecistis vni ex minimis fratribus meis, mihi fecistis. Quid hoc opere fructuosius? quid hac humanitate felicius? quae vtrique laude sua fraudanda non esset, si propter ipsam naturae communionem iuuando homini ab homine praebetur: sed, quia quod non ex fide procedit, fonte ad praemia aeterna non peruenit, alia est conditio operum caelestium, alia terrenorum. Mundana benevolentia in iis, quos adiuuat, habet finem: Christiana pietas in suum transit autorem, dum in ipsum dicamur benigni, quem in nobis fatemur operari, dicente domino; Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & magnificent patrem vestrum, qui in caelis est. Gaude igitur, mens fidelium, & gloriam tuam in eius gloria, qui in te operatur, agnoscens, de ipsa paschali festiuitate feruesce. Debiti enim tui est, vti ei, qui pro omnibus passus est, paratus sis compati. Quoniam pia vita sanctorum nunquam aliena est crucis Christi, dum continentiae clauis desideria carnis configit, & corporeas cupiditates virtute spiritus in se habitantis interficit. Difficile est quenquam in se non habere, quod perimat. Extinguenda est iracundia, mortificanda est superbia, destruenda luxuria. Radix quoque auaritia alius persequenda est, ut omnium malorum germen excidi valeat, si eorum potuerit fomes euelli. Cum autem hac indulgentia indefinenter sit animus excolendus, & vitandum ita sit corpore, ut rectori suo necessarium praebat natura inferior famulatum, nunc maxime frenis continentiae caro moderanda est, & quicquid sublimibus desideriis obuiat, amputandum. Dum enim congruis purificationibus ad celebrandum pascha domini vtraque substantia praeparatur, pro futuro omni tempore consuetudo nutritur. Seuera in subditos imperia detumescant, cesset vindicta peccati, & rei criminum ad hos dies peruenisse se gaudeant, in quibus a sanctis, piisque

Euil. 19. & 20. Luca 6.

Matth. 25.

Matth. 5.

principibus etiam publicarum austeritas remittitur vltionum. Abolcantur odia, deficient simulacra, pacis, & beneuolentiae multiplicentur affectus, & qui potuit malicia pollui, studeat benignitate purgari. Quoniam iudicium Dei, sicut immittibus vehemens, ita erit misericordibus clemens: & deustus in ignem gehennae propter inhumilitatem sinistris, dexteris eleemosynarum pietate laudatis, aeterna caelestis regni beatitudo suscipiet, per dominum nostrum Iesum Christum, qui cum patre & spiritu sancto viuunt, & regnat in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM DE QVADRAGESIMA. Sermo 8.

Deuotionis quidem vestrae, dilectissimi, non minus hunc esse feruorem, ut ieiuniis, quae domini pascha praecurrunt, multi nostros praenuntiant hortatus. Sed, quia uilitas abstinentiae non solum carnis castigat, verum etiam mentis necessaria est puritati, obseruantiam vestram sic cupimus esse perfectam, ut sicut desiderij carnis reuoluntatis voluptates, ita ab animi sensibus excludatis errores. Nam paschali festo, in quod omnia religionis nostrae sacramenta concurrunt, is vera, & rationabili purificatione se praeparat, cuius cor nulla infidelitate polluitur. Dicente etiam Apostolo; Omne, quod non est ex fide, peccatum est: inania erant, & vana eorum ieiunia, quos illusionibus suis decipit mendacij pater, & vera Christi caro non nascitur. Sicut ergo diuinis mandatis, sanctorum doctrinae toto corde famulandum est: ita omni prudentia ab impijs est sensibus abstinentiam. Tunc enim mens sanctum agit, atque spirituale ieiunium, cum erroris sensibus, atque uenena abicit falsitatis, quae dolosus, ac versutus inimicus nunc infideliosus ingerit, quando ipso venerandae festiuitatis reuoluntate omnis Ecclesia ad intelligenda salutis suae mysteria generaliter commouetur. Is enim resurrectionis Christi versus coelestis, & cultor est, qui & de passione eius non confunditur, & de corporea nativitate non fallitur. Nam quidam erabescerent Euangelium crucis Christi, ut audientius euacuarent susceptum pro mundi redemptione supplicium, ipsam uere carnis in Deo negare naturam, non intelligentes impassibilem Dei uerbi, atque incommutabilem deitatem, ita inclinatam ad humanam naturam, & ad eius salutem, ut & poterent propria non amitteret, & misericorditer nostra susciperet. Duplicis itaque in Christo formae una persona est, & filius Dei, idemque filius hominis vnus est dominus, conditionem seruilem consilio pietatis recipiens, nec legem necessitatis incurrens: quia potestate factus est humilis, potestate passibilis, potestate mortalis, ut ad destruendum peccati, mortisque dominatum & pendere capax esset substantia infirmitatis, & nihil gloriae suae perderet natura virtutis. Cum itaque, dilectissimi, legentes uel audentes Euangelium, quaedam in domino nostro Iesu Christo cognoscitis subiecta iniurijs, quaedam illustria miraculis, ita ut in eodem nunc humana appareant, nunc diuina resplendant, nolite quicquam horum ascribere falsitati, tanquam in Christo aut sola sit humanitas, aut sola diuinitas, sed vtrumque fideliter credite, vtrumque humiliter adorare, ut in ueritate

Ffo: seba... die caned... mini.

disciplina.

1000.1.

1000.11.

1000.9.

1000.4.

1000.6.

Rom. 14.

1000.8.

1000.1.

Galoss. 1.

uerbi, & carnis non sit vlla diuisio. Nec, quia manifesta fuerunt in Iesu insignia diuina, falsa videantur documenta corporea. Vera, & copiosa sunt in Christo uerisque testimonia naturae, ad hoc ex diuini consilij altitudine concurrerentia, ut uerbo inuolabili non separato a carne passibili, particeps per omnia intelligatur, & deitas carnis, & caro deitatis. Mens igitur Christiana, fugax mendacij, & discipula ueritatis, uter fidenter Euangelica historia, & quae fideliter, & uisibiliter sunt gesta per dominum, tanquam ipsa aggregata cum Apostolis, nunc spiritali intellectu, nunc corporeo discernere conspectu. Da homini, quod de muliere puer nascitur, da Deo, quod nec conceptu laeditur uirginitas materna, nec partu. Formam serui obuolutam pannis, tacentem in praesepio cognosce, sed annuntiatam ab angelis, declaratam ab elementis, adoratam a Magis, formam domini confitere. Humanam intellige, quod non declinauit nuptialae conuiuium: diuinum approba quod aquam conuertit in uinum. Nostra tibi innotescat affectio, eum mortuo amico fletus impenditur: diuina potentia sentiat, cum idem post quadriuanam iam feridus sepulcrum, solo uocis imperio uiuificatus erigitur. Lutum de spuro, & terra fieri, corporei fuit operis, sed illinc superstitis caeci oculos illuminari, non dubium est illius fuisse uirtutis, quae quod principis naturae non dederat, ad manifestationem suae gloriae reuertatur. Veri est hominis fagitationem corpoream somni releuare quiete, sed ueri Dei est, vim saeuientium procellarum praeccepti increpatione compelescere. Cibos esurentibus apponere, humanam benignitatis est, & socialis est animi: sed quicquid panibus, & duobus piscibus quinque milia uirorum, exceptis mulieribus, & paruulis, satiari, quis negare audeat opus esse deitatis? Quae operantibus secum uerae carnis officijs, & se homini, & hominem sibi inesse monstrabat, quia non aliter in humana natura sanari poterant originalis vulnera uetustatis, nisi de uero uirginis carnem sibi affunderet Dei uerbo, in uia eademque persona simul & caro nasceretur, & uerbum. Hanc, dilectissimi, incarnationis dominicae fidem, per quam tota Ecclesia corpus est Christi, in concussio corde seruantes ab omnibus haereticorum ieiunata mendacis, & ita uobis misericordiae opera credite profutura, ita fructuosae habendam continentiae puritatem, ut mentes uestrae nulla prauarum opinionum contaminatione sorduerint. Abicite exosa domino mundanae argumenta scientiae, per quam nemo ad cognitionem ueritatis potuit peruenire, & hoc fixum habete in animo, quod dicitis in symbolo, Credite consensum patri filium Dei, per quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil, secundum carnem quoque in fine temporum generatum. Credite hunc corporaliter crucifixum, mortuum, suscitatum, & super altitudines caelestium dominationum eleuatum, in patris dextera constitutum, ad iudicandum uiuos, & mortuos in eadem carne, qua ascendit, uenturum. Hoc enim uniuersis fidelibus Apostolus praedicat, dicens; Si confuressistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera Dei sedens, quae sursum sunt sapite, non quae super terram. Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum enim Christus apparuerit uita uestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Ha-

bentes ergo, dilectissimi, tantae promissionis fiduciam, estote non solum spe, sed etiam conuersatione caelestes. Et quamuis omni tempore studendum sit sanctificationi mentis, & corporis, nunc tamen in istis quadraginta dierum ieiunijs sollicitioribus uos pieratis operibus excolite, non solum in distribuendis eleemosynis, quae magnum habent emendationis effectum, sed etiam in remittendis offensionibus, & peccatorum reatibus relaxandis, ut conditio, quam inter se, & hominem Deus posuit, non resistat orantibus. Dicentes enim secundum doctrinam domini; Dimitte nobis debita uestra, sicut & nos dimittimus debitoribus uestris: debemus toto corde implere, quod dicimus. Tunc enim fiet, quod in sequentibus postulamus, ut & in tentationes non inducamur, & a malis omnibus liberemur, per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui cum patre, & spiritu sancto uiuit, & regnat in secula seculorum, Amen.

Matth. 6.

EIVSDEM DE QVADRAGESIMA. Sermo 9.

In omnibus, dilectissimi, solenitatibus Christianis non ignoramus paschale sacramentum esse precipuum, cui condigne, & congrue suscipiendo totius quidem nos temporis insinuita reformant, sed deuotionem nostram praesentes uel maxime dies exigunt, quos illi sublimissimo diuinae misericordiae sacramento scimus esse contiguos. In quibus merito a sanctis Apostolis per doctrinam spiritus sancti maiora sunt ordinata ieiunia, ut per commune cofortium crucis Christi etiam nos aliquid in eo, quod propter nos gessit, ageremus, sicut Apostolus ait; Si compatimur, & conglorificabimur. Certa, atque secunda est expectatio promissae beatitudinis, ubi est participatio dominicae passionis. Nemo est, dilectissimi, cui per conditionem temporis societas huius gloriae denegeretur, tanquam tranquillitas pacis uacua sit occasione uirtutis. Apostolus enim praedicat, dicens; Omnes, qui uolunt in Christo pie uiuere, persecutionem patientur, & ideo nunquam deest tribulatio persecutionis, si nunquam desit obseruantia pietatis. Dominus enim in exhortationibus suis dicit; Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est meus discipulus. Nec dubitare debemus hanc uocem non solum ad discipulos Christi, sed ad cunctos fideles, totamque Ecclesiam pertinere, quae salutare suum in iis, qui aderant, uiuersaliter audiebat. Sicut ergo totus est corporis, pie uiuere totus est temporis, crucem ferre, quae merito ferri uniuersique suadet, quia propriis modis, atque mensuris ab unoquoque toleratur. Vnum nomen est persecutionis, sed non una causa est certaminis: & plus plerumque periculi est in insidiatore occulto, quam in hoste manifesto. B. Iob alternantibus bonis, ac malis mundi huius eruditus pie, ueraciterque dicebat; Nonne tentatio est uita hominis super terram? Quoniam non solum doloribus corporis, atque supplicis anima fidelis impetitur, uerum etiam salua incolumitate membrorum, graui morbo uertetur, si carnis uoluptate molliatur. Sed, quum caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem, praesidio crucis Christi mens rationalis instruitur, nec cupiditatibus noxijs illi-

Rom. 8.

1. Tim. 2.

Matth. 100.

1. Iob 7.

Galat. 5.

Mat. 7.

1. Cor. 4.
Rom. 8.

* vanitas.
Ecc. 13.

1. Car. 7.

Sapient. 2.

animus, qui terreno tenetur affectu, gaudiis occupatur, an curis, quam par morbus sit, vel sub vana delectatione languere, vel sub anxia sollicitudine laborare. Impletur itaque per omnia sententia veritatis, quae dicimus angustiam esse, & ardua viam, quae ducit ad vitam: & cum latitudo itineris ad mortem trahentis, multis frequentetur agminibus, in salutis semitis paucorum intrantium sunt rara vestigia. Vnde autem populosior est via leuam quam dextera, nisi quia ad mundana gaudia, & corporalia bona, multitudo procliuisset: Et quamuis caducum, incertumque sit, quod cupitur, libentius tamen suscipitur labor pro desiderio voluptatis, quam pro amore virtutis. Ita, cum innumeris sint, qui visibilia concupiscant, vix inveniuntur, qui temporalibus aeterna praeparant. Et ideo, dicente beato Apostolo Paulo; Quae videntur, temporalia sunt, quae autem non videntur, aeterna sunt: later quodammodo, & in abscondito est virtutum via, quoniam spe salui facti sumus, & fides vera id super omnia diligit, quod nullo sensu carnis attingit. Magni est ergo operis, & laboris, mobilitatem cordis ab omnibus continere peccatis, & cum vindicte innumeris voluptatum illecebrae blandiantur, ad nulla cotragia vigorem animi relaxare. Quis piecem tangit, & non inquinatur ab ea? Quis non infirmatur in carne? Quis non sordescit in pulvere? Quis postremo est tanta puritatis, ut iis non polluat, sine quibus vita non ducitur? Iubet enim per Apostolum doctrina diuina, ut, qui habet uxores, tanquam non habentes sint, & qui flent, tanquam non flentes, & qui gaudent, tanquam non gaudentes, & qui emunt, tanquam non possidentes, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Praeter enim figura mundi huius. Beata enim mens, quae peregrinationis suae tempora, casta sobrietate tractat, & in iis, per quae necesse est ea ambulare, non remanet, ut hospita magis, quam domina terrenorum, nec affectibus sit innexa humanis, nec promissionibus desit diuinis. Hanc autem fortitudinem dilectissimi, nulli magis quam praesentes & exigunt, & conferunt dies, quibus dum obseruantia spiritalis impenditur, consuetudo, in qua perseueretur, acquiritur. Notum enim vobis est, hoc esse tempus, quo per totum mundum seruiens diabolo, acies debet Christiana configere, & si quos aut desidia tepidos, aut sollicitudo habuit occupatos, nunc oportet armis spiritalibus instrui, & celesti tuba ad ineundum certamen accendi: quoniam ille, cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum, modo praecipuo luore vritur, modo maximo dolore cruciatur. Vider enim de omnium hominum genere, in adoptionem filiorum Dei, nouos populos introduci, & per virginem Ecclesiae fecunditatem, partus regenerationis augeri. Vider se dominationis suae iure priuatum, a cordibus eorum, quos possidebat, expelli, eripi sibi in vtroque sexu milia senum, milia iuuenum, milia paruulorum: nec obesse cuiquam vel proprium, vel originale peccatum, ubi iustificatio non meritis tribuitur, sed sola gratiae largitate donatur. Lapso quoque, & insidiarum suarum fraude deceptos penitentiae lachrymis ablui, & portas misericordiae Apostolica clauis referante, ad remedia reconciliationis admitti. Sentit igitur diem dominicae passionis instare, & se illius crucis potestate contenti, quae in Christo ab omni debito mortis alieno, redemptio fuit mundi, non poena peccati.

Vt itaque malignitas fremens inimici nullos habeat sui liuoris effectus, ad exequenda domini mandata, diligenter est assumenda deuotio, ut tempus, in quo omnia diuinae misericordiae sacramenta concurrunt, cum praeparatione & animorum suscipiamus, & corporum, implorantes regimen, & misericordiam, & adiutorium Dei, ut, sine quo nihil possumus facere, per ipsum omnia valeamus implere. Ideo enim datur praecipuum, ut praecipientis quaeratur auxilium. Nec se quisquam per occasionem infirmitatis excuset, quia qui praestitit velle, donat & posse, dicente beato Apostolo Iacobo, Si quis vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Quis fidelium nesciat, quibus virtutibus studere, & quibus vitiis debet repugnare? Quis conscientiae suae, aut tam gratiosus, aut tam impericus est arbitri, qui ignoret, quid se auferri, aut quid in se oporteat augere? Nemo quippe ita rationis est alienus, qui aut conuersationis suae non intelligat qualitatem, aut cordis sui secreta non nouerit. Non ergo per omnia sibi placeat, nec se secundum carnis oblectamenta diuidet, sed omnem consuetudinem suam in diuinorum praecipitorum lance constituat, ubi cum alia interdiciantur, ne fiant, alia iubeantur, ut fiant, iusto se trutinabit examine, qui vitae suae mores ex vtriusque ponderis comparatione pensauerit. Artifex enim misericordiae Dei, splendidissimum in mandatis suis condidit speculum, in quo homo facie mentis faciem inspicere, & quam conformis imaginem Dei, aut quam dissimilis esse, agnosceret, praecipue ut reiectis, paululum carnalibus curis, & occupationibus inquietis, saltem in diebus redemptionis, & reparationis nostrae, a terrenis nos ad caelestia conferamus. Quia verò, sicut scriptum est; In multis offendimus omnes, misericordiae primus concipiatur affectus, & aliorum in nos delictorum fiat obliuio, ut illud piissimum pactum, cui nos in dominica oratione deuinimus, nullo vindictae amore violemus, & dicentes; Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, non sumus in remissione difficiles: quia non recurrit sine cupiditas vltionis, siue indulgentia lenitatis. Magis optandum est homini, tentationum periculis semper exposito, ut suas culpas habeat punitas, quam vel pleat alienas. Quid autem conuenientius fidei Christianae, quam ut non solum in Ecclesia, sed etiam in omnium domibus fiat remissio peccatorum? Deponatur minae, vincula relaxentur, quibus se multo perniciosus, qui ea non soluerit, religabit. Quod enim quisque in alterum statuit, hoc in semetipso sua lege decernit. Beati verò misericordes, quoniam ipsorum miserebitur Deus, qui in iudiciis suis & iustus est, & benignus, ad hoc quosdam sub aliorum esse potestate permittit, ut sub aequa moderatione feruetur & vilitas disciplinae, & mansuetudo clementiae, & nemo audeat alterius delictis venia denegare, quae pro suis optat accipere, dicente domino; Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Deponantur omnium discordiarum, odiorumque certamina, nec putet se quisquam in paschali festo habiturum esse confortium, qui fraternam pacem redintegrate neglerit. Apud summum enim patrem, qui non fuerit in charitate frater, non habebitur in numero filiorum. In distributione quoque elemosynarum, & pauperum cura pinguescant Christiana ieiunia & quod

Idem.

Iacob. 1.

Coloss. 3.

Exod. 3.

Mat. 5.

Psalm. 20.

Mat. 6.

& quod suis quisque deliciis subtrahit, debilibus impendat, & egenis. Decur opera, ut omnes Deo vno ore benedicant, & qui aliquam dat portionem substantiae suae, intelligat se ministrum esse misericordiae diuinae, qui partem pauperis in manu posuit largiens, ut peccata, quae baptismi aquis, aut penitentiae lachrymis abluuntur, etiam elemosynis deleantur, dicente scriptura; Sicut aqua extinguit ignem, ita elemosyna extinguit peccatum, per dominum nostrum Iesum Christum: qui cum patre, & spiritu sancto viuunt, & regnat in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM DE QVADRAGESIMA. Sermo 12.

Appropinquante, dilectissimi, solennitate paschali, si est praecedenda consueta ieiunij, ut nos quadraginta dierum numerus ad sanctificationem corporis, & mentis exerceat. Suscepturi enim festiuorum omnium maximum festum, ea nos debemus obseruantia praeparare, ut in eius sumus resurrectione conuersitati, in ipsius inueniamur passione commortui, dicente Paulo Apostolo; Mortui enim estis vos, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum enim Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Quae verò nobis est cum Christo participatio, nisi ut desinamus esse quod fuimus, aut quae similitudo resurrectionis, nisi depositio vetustatis? Vnde qui sacramentum suae reparationis intelligit, carnis se vitium debet exuere, & omnes fordes abiicere peccatorum, ut intratu us nuptiale conuiuium, splendeat veste virtutum. Quamuis enim benignitas sponsi cunctos ad conuentionem regiarum inuiter epularum, studendum tamen est viuereis vocatis, ut sacrorum ciborum munere non inueniantur indigni. Abutuntur autem quidam patientia Dei, & qui non sunt in conscientia liberi, sunt de longa impunitate securi, cum ideo differatur vltio, ut tempus possit habere correctio. Misericordiam igitur Dei nostri, quae non vult mortem peccatoris, sed tantum ut conuertatur, & viuat, non ideo quisquam tardet amplecti, quia quod meruit, non recepit. Neque enim, quicquid disseruit, auferunt, aut eodem nationem euasit, qui indulgentiam non quaeruit. Cuius enim imploranda non vna omnibus causa est, quia multis modis, multisque mensuris, & peccatum a peccato, & crimen distat a crimine. Sed, quia vniuersitas fidelium ad perfectam innocentiam, & ad plenam debet tendere puritatem, ut eorum consortio mereatur afferri, & de quibus dicitur; Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt, omni instantia, & virtute nitendum est, ut, quicquid fecerunt conscientiae maculat, quicquid aciem mentis obscurat, diligentissimis emendationibus deleatur. Quamuis enim scriptum sit, quis gloriabitur casum se habere cor, aut mundum se esse a peccato? non tamen desperanda est apprehensio puritatis, quae, dum semper appetitur, nec semper accipitur, nec remanet iudicio condemnandum, quod fuerit confessione purgatum. Hoc illud est, dilectissimi, quod orantes omnes filij Ecclesiae ex doctrina domini vniiformiter dicunt; Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: quia nemo tam sanctus, nemo tam iustus est,

qui in tempore huius vitae, quae tota tentatio est, cuiuscunque peccati remissione non egeat. Circumstant vndique pericula innumerabilium delictorum, & per licitos vsus ad immoderatos transiunt excessus, dum per curam salutis irreptit delectatio voluptatis, non sufficit concupiscentia, quod potest satis esse naturae. Hinc habendi amor nunquam satandus exoritur, hinc cupiditas eminenti, quae vel stirpi suae innexa, vel soboli, nunc prolem habet superbiam, nunc parentem. His autem, & aliis tentationibus, quarum multiplex est, & infinita connexio, quae rectius virtus quam continentia opponitur, quae nutriendis, atque seruandis animi, & corporis bonis, & incrementa praebet, & roborat? Vnde in caelestibus Ecclesiae disciplinis multum vtilitatis adferunt diuinitus iustitia ieiunia, ut, dum continentiae legibus carnalis subicitur appetitus, motus quoque interior temperetur, ut sicut corpus a cibis, ita mens ab iniquitate ieiunet. Dominus enim dicit; Beati qui esturione, & sitinunt iustitiam propter me, quoniam ipsi saturabuntur. Habet ergo populus Dei spirituales epulas, casta quaeque delicia, quas salubriter experit, & laudabiliter experit, & laudabiliter concupiscit: quoniam laudante, & dicente propheta; Gustate, & videte, quoniam suauis est dominus, quisquis dulcedine iustitiae, & misericordiae Dei, quibus omnis prouidentia eius dispensatur, gustu cordis attingit, & nullo vnquam minuenda fastidio experientia superorum hauferit gaudiorum, corruptibilia, & temporalia bona aeternorum admiratione despiciat, & in illo igne, quem Dei accendit charitas, concalescat: ut, algore in feruorem conuerso, & in lucem nocte mutata, vno opere in animis fideliu spiritus, & tenebras abigat, & peccata consumat. Vnde quia tales fructus mater virtutum continentia parit, & ieiunantes a vitis, ad ineffabilia oblectamenta perducit, studiosiori misericordiae opere, dilectissimi, exequamur praecipua caelestia, & quia totum paschale sacramentum, in remissionem est conditum peccatorum, quod celebrare optamus, imitemur. Misericors enim, & iustus dominus ita promittit indulgentiam suam, ut eam etiam, quibus parcat, iudicat. Exponens enim, qua regula Deo patri nos voluerit supplicare; Si dimiseritis, inquit, hominibus peccata eorum, dimittet vobis & pater vester, qui in caelis est, peccata vestra. Si autem non remiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Iusta propterea, & benigna conditio, qua diuinae potentiae hic particeps homo, ut sententiam Dei ex suo libet arbitrio, & eo sibi iudicio obstringat dominum, quo iudicauerit ipse conseruit. Siue itaque circa subiectos, siue circa aequales, naturae paritas diligitur. Et quia nemo non peccat, nemo non parcat, non difficulter praestemus, quod gratulanter accepimus, ut siue in largitate elemosynarum, siue in indulgentia peccatorum, quanto magis fuerimus misericordes, tanto sumus perfectius innocentes, per dominum nostrum Iesum Christum, qui viuunt, & regnat in secula seculorum, Amen.

Iob 7.

Psalm. 33.

Mat. 6.

PETR I

PETRI CHRYSOL. EPI-
scopi Raven. in Superius Euange. de ie-
iunio, & tentationibus Christi. Ser. I.

Ser. II.

Quod curiositas humana, quod veterum labor, quod sapientia mundana querens, & diu querens, non potuit inuenire: hoc scire, & nescire facile prestatit lex diuina. Vnde malum, culpa vnde, vitorum vis vnde, vnde criminum furor, vnde corporum bella, vnde conflictus animæ, vnde vitæ tempestas tanta, vnde mortis naufragium tam crudele, nesciret homo: nisi Dei lex diabolum tradidisset? Diabolus mali author, nequitie origo, rerum hostis, secundi hominis semper inimicus, ille laqueos tendit, lapsus parat, foueas fodit, aptat rumas, stimulat corpora, pungit animas, cogitationes suggerit, immittit iras, dat virtutes odio, vitia dat amori, errores sentit, discordias nutrit, pacem turbat, affectus dissipat, conciscindit vnitatem, sapit malum satis, bonum nil, violat diuina, humana tentat. Hinc vique ad Christum terendisse tentator temerarius sic refertur. *Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuruit: & accedens tentator dixit ei. Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.* Audientes ista, in Deum non vadant, non crimentur naturam, non contumelientur auctori, non acculent carnem, de anima non querantur, non imperent tempora, astris non impudent, infamare desinant innocentiam creaturæ, malum sentiant accidens, non creatum, & creatorem boni Deum, diabolum inuentorem mali: ac sic ascribant diabolo mala, bona Deo, declinent mala, fiant bona, habituri in bonis adiutorem Deum, qui dat posse, quod iubet, & quæ præcipit, facit ipse: quia, sicut diabolus impellit ad mala, sic Deus deducit ad bona. Nemo ergo quasi concretis sibi vitis obsequatur? & quod est criminis, esse putet naturæ: sed format cum Christo arma ieiunij, criminum propellat impetus, profertur castra vitorum, & de ipso auctore mali sumat, Christo dimicante, victoriam. Diabolo victo, vitia nil valebunt: quia, extincto tyranno, solatæ acies sunt tyranni. Audi Apostolum dicentem; Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem; sed aduersus spiritualia nequitia in caelestibus. *Tunc, inquit, Iesus ductus est in desertum à spiritu.* Non à diabolo, vt esset diuinus cursus, non humanus incurfus; vt esset spiritus præscientiæ, inscitia non esset humana, & esset potestas Dei, potestas non esset inimici. Diabolus semper primordia boni pulsat, tætat rudimenta virtutum, sancta in ipso ortu festinat extingueret; sciens, quod ea subuertere fundata non possit. Hoc non ignorans Christus, diabolo se querenti patienter indulset, vt inimicus laqueo suo ipse teneretur; & caperetur inde, vnde capere se putabat, sicque à Christo victus, cederet Christianis. *Et cum ieiunasset, inquit, quadraginta noctibus.* Videtis, fratres, quia, quod Quadragesimam ieiunamus, non est humana inuentio, authoritas est diuina, & est mysticum, non presumptum; nec est de terreno visus, sed de celestibus est secretis. Quadragesima quatuor decades quadratam fidei continet disciplinam; quia semper est quadrata perfectio. Quaternarius numerus, & denarius, quæ in celo, & in terra teneant sacramenta, quia aperire modo non vacat, explicemus domini cæpta ieiunia. *Et, cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta no-*

* forte, elamit

* forte, vitæ perere.

Zeph. 6.

Quadragesima ieiunium non est ex humana inuentione, sed ex diuina.

tribus. Homo, Deus in te ieiunat, in te esurit: imò ieiunat tibi, tibi esurit, qui sibi sicut nescit manducare, sic non potest esurire. Ergo, cum propter te esurit, postea esuruit. Hoc non est infirmitatis signum, sed est inigne virtutis: quia, cum dicit, postea esuruit; quadraginta diebus, & quadraginta noctibus probat in ille esuriem non fuisse: esuriem sentite, & vincere, est laboris humani diuini virtutis est, esuriem non habere. Ergo Christus non ieiunio lassescit, non esurit fame, sed esuruit Christus, vt tentandi materiam diabolus inueniret; qui ad ieiunium non audebat accedere, quia sic ieiunaret, Deum, non hominem sentiebat. *Tunc sensit hominem, tunc mortalem credidit, tunc eum putauit posse tentari, quando eum esurire callidus explorator insperxit. Et accedens tentator dixit.* Accessit tentans dolo, non obloquentis affectu. Accessit peius impudens quam recessit: fides esurienti quid obtulerit, audiamus; *Die vt lapides isti panes fiant.* Lapidem esurienti offert, humanitas talis est semper inimici: sic pascit mortis author, sic inimicus vitæ. *Die vt lapides isti panes fiant.* Diabole, fallit te prouiso tua. Potest famem vertere in saturitatem, qui potest in panem lapides immutare. *Quid illi consiliu tuum, cui sua sufficit virtus? Die vt lapides isti panes fiant.* Diabole, & prodidisti te, & tuum dominum non pauisti. *Die vt lapides isti panes fiant.* Miser, malus vis esse, sed non potes; cupis tentare, sed nescis; esurienti teneta offerre, non dura debuit; famem non asperis palpare, sed blandis; inedia non horridis vrgere debueras, sed gulosus. Istis non modò Dei filium, sed hominis filium tu laqueare non posses. Ad præsentiam Christi deperire tibi artes, tentator, intellige. *Die vt lapides isti panes fiant.* Potest de lapidibus panes facere, qui aquas conuertit in vinum. Sed signa fidei sunt præstanda, non dolis; credenti danda sunt, non sunt danda tentanti; & faciendi sunt ad petentis salutem, non ad facientis iniuriam. Diabole, tibi vt quid signa, cui nil subuenit ad salutem? cui totum restat ad penam? cui & signa proficiunt ad ruinam? Sed accipe responsum, vt te intelligas, & subiciatis auctori. *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Audi patris verbum verba salutis nostræ esurire, non panem: & agere, vt homo semper viuat caelesti verbo, terreno pane non semper ac si Deo viuat, vt sui nescius sic laboris: quia verè illa vita est, quæ sudorem nescit, dolores non habet, non habet finem.

EIVSDEM DE EODEM
Sermo 2.

Quoniam ieiunij vernum, & tempus bellorum spiritualium cernimus aduenisse; sicut Christi milites, deposito corporis, animæque torpore, virtutum procedamus ad campum: vt membra, quæ sunt nobis hyemali ocio mollita, exercitio caelestium roborentur armorum: dedimus corpori annum; demus animæ dies: impendimus nobis tempora: tempus deputemus auctori: viuamus Deo paululum; qui seculo viximus totum: seponamus domesticas curas; Ecclesiæ maneamus in castris; vigilemus in acie Christi; summum cubitulum non queramus; iungamur fortibus; ab amplexibus separemur mollibus; amor nos teneat tiumphorum, paruulorum non auocent blandimenta;

Ser. II.

* forte, sum

menta; auribus nostris insonet vox diuina, familiaris strepitus nostrum non confundat auditum; cibus parcus de caelesti sinatur annona; terreni luxus copie non querantur; in poculis sobrietatis mensura seruetur; vires ebrietas non eneruet. De stipendiis, quicquid exaberat, commilito pauper assumat; petilens effusio nil perdat: in conspectu habebis auxilium, esurientem faucium cum cibabis. Sic muniti, fratres, instituti sic, indicamus bella peccatis; statumamus criminibus pugnam; conflictum vicis nunciemus, secuti de victoria: quia nec arma caelestia hostes poterunt superare terreni, nec diuino regi aduersa poterunt contraire mandata: nec in prociudici fidei constitutos præuenire poterit inimica subuersio: neque cautos, vigilantes, sobrios, diabolus pertrahere suis superuentio- nibus præualebit: certe neque nos taliter armatos publico conspectu prouocare audebit, dolis appetere non præsumet. Animus in caelesti specula perseueret; diaboli fraudulentas, & occultas deprimat, & declinet insidias. Est quidem diabolus per se nequam; sit tamen nequior prouocatus. Audi Apostolum dicentem, Diabolus sicut leo rugiens circuit, querens quem deuoret. Ieiunantibus nobis, diabolus esurit, qui nostris semper saturatur ex culpis. Ille cibum nostrum deducit in crapulam: potum nostrum in ebrietatem diffundit: vt mentem faciat amentem, carnem leuam reddat, corpus animi domicilium, animæ vas, murum spiritus, virtutum scholam, Dei templum, in scenam criminum, in vitorum pompam, volupratum redigat in theatrum. Capit ille satietatem, voluptatem percipit, expletur epulis; quando nos luxus solati, libido stimulat, pompa rapit, impellit: cupiditas inflammatur, curæ sollicitant, lites vexant, lucra capiunt, vrsuræ vinciant, chirographa ligant, prænum facculi, elidit aurum. Quando moriuntur virtutes, viuunt vitia, voluptas effluit, honestas perit, misericordia deficit, abundat auaritia, regnat confusio, succumbit ordo, profertur disciplina. Ita militans aduersum militem Christi: istæ sunt fatanæ cohortes, istæ diaboli legiones, ista sunt, quæ mundum sepulchris obfederunt, debellauerunt populos, vastarunt gentes, orbem totum durere captiuum. Ita sunt, quibus nullus per se potuit obuiare mortalis: & ideo ad vincenda ista Deus venit ipse, cæli rex ipse descendit; ipse victor singularis aduenit, ieiunium quadragesimæ statuens in prociudici; vt quaterna decade ieiunij quadraturam mundi totam muro inexpugnabili communitur. Ieiunium, fratres, scimus esse Dei arcem, Christi castra, murum spiritus, vexillum fidei, castitatis signum, sanctitatis trophæum. Hoc Adam seruauit in paradiso; quem inde detraxit gula. Hoc in arca custodiuit Noë, mundum ebrietas cum demerit. Per hoc Loth Sodomiticum restinxit incendium; qui per ebrietatem in cæli est adustus incendio. Hoc Moyses diuini seruatoris segit lumine perducere; quâdo comellatio, & ebrietas Israeliticum populum simulachrorum tenebravit erroribus. Hoc Eliam pretempus ad caelum, quando Achab impium ebrietas ad inferna deciecit. Hoc Ioannem in natis mulierum fecit esse maiorem: quando temulencia Herodem pretempus imperio mulierum reddidit homicidam. Quadragesimæ ieiunium, fratres, veritas diaboli prodidit, & patefecit insidias. Diabolus nanque, qui manducantem con-

1. Pet. 5.

* forte, vultus, aut aliquid simile.

Gene. 3.

Gen. 7.

Gen. 19.

Exo. 31.

* forte, perla-

on.

4 Reg. 1.

Mat. 6.

temperat Christum, bibentem velut hominem computarat; vbi ieiunantem vidit, suspicatur Deum, Dei filium conficitur. *Si filius Dei es, inquit, dic vt lapides isti panes fiant.* Sic dicendo, diabolus hominem vult monstrare, non Deum: non cibum parare vult, sed vult amputare ieiunium. *Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.* Post ieiunium, panem non diuina virtus, sed infirmitas humana disquirat, nec sic lallescet fame Deus, vt ad prouidendum sibi cibum, quod est sue potestatis, addicat. Ex sequentibus itaque diabolus aperit quid conetur. *Si filius Dei es, mitte te dorsum.* Satis hominem probare vult: cui non ascensum prouidit, sed ruinam: humana conditio ad ascensum difficilis, facilis inuenitur ad lapsum. *Si filius Dei es, mitte te dorsum.* Erras, diabole; nec tentare nosti: cadere non potest Deus. *Tunc ostendit ei omnia regna mundi, &c.* O aulus diaboli, Deo dicit, adora me! sed sensit mox virtutibus Deum, penes indicem, supplicem præmis quem quærebat: nam Christi nomine, nomine ieiunantis cepit ab obsessis corporibus effugari, & dare tremens illi gloriam, cui superbus callidè irrogat iniurias: ieiunium vicit, vt nobis vincédæ vires, vincendi formam taliter largiretur. Hoc, ait, genus demoniorum non cecidit, nisi ieiunio, & oratione. Ieiunemus ergo, fratres, si volumus imitari Christum; si volumus fraudulentas diaboli superare veritas.

EIVSDEM DE EODEM
Sermo 3.

Ecce tempus, quo miles procedit ad campum, recurrit ad Dei ieiunia Christianus. Ecce tempus, quo carnis oicia, quo mentis ignauia, quo ventris cura, & tota est familiaris obsequij deponenda torpedo. Ecce tempus, quo in armorum caelestium meditatione, animæ, & corporis exercendæ sunt vires. Ecce tempus, quo, residente Christo, altantibus angelis, nostra luctaminis exercenda est fortitudo. Nunc est tempus, quo gula cum ieiunio, abstinentia cum crapula, cum luxuria castitas, cum perfidia fides, pietas cum impietate, patientia cum furore, cupiditas cum liberalitate, misericordia cum auaritia, humilitas cum superbia, sanctitas cum reatu, Christo remunerante, configit. Si quis ergo, spectante Deo, caelesti resonante iam tuba, angelico insistente occurso, cubiculi irretitus illecebris, eneruatus molliæ plumarum, resolutus in totum iugalibus blandimentis, ad exercitium virtutis venire neglexerit; perdit luctaminis præmium, virtutis gloriæ, certaminis palmam, iustitiæ coronam & desertoris etiam cimine multabitur in futurum. Hodie, fratres, Christus rex noster commilitones suos de Euangelico allocutus est tribunali, indixit hostibus bella, promissi præmia pugnantibus, retulit bellorum causâs inimicorum dolos prodidit, & conatus: vbi, & quando, & quomodo conflegendum sit, nobis triumphali constitutione signauit. Et, quamuis solum possit obrinere victoriam, propter nos tamen, & nostrum formidinem, ad esse tota iussit præsidia d supernis. Qui ergo ista noluit audire, qui statui regis nostri talia, & tanta scire contempnit: iudicet si non ipse se exiit nostræ militie sacramenti & caelesti contubernio reddidit, & fecit extorret. At vos, fratres, qui sequi vultis in hoc quadrages-

mæ i

mae ieiunio, ieiunij dominici formam; pugnatoros vos, sicut praediximus, contra victorum turmas, contra acies criminum, contra demonum totas acrias, totas diffusas, & innumeras legiones, triumphatos vos ex ipsis, quae dominicum ieiunium subsequuntur, tentationibus approbate. Vbi enim dominus, quadragesimae, ieiunium indefesso illo virtutis suae aggressus est documento, mox diabolus occurrit pugnatoros dolis, quia ieiunanti viribus obfistere non valebat. Quantum enim crapulationis deditis dominatur, & ebriis; orantes timet tantum, tantum refugit ille ieiunos, dicente domino. Non eiecit nisi in ieiunio, & oratione. Sed qua fraude diabolus tentare ausus sit, audiamus **Matth. 17.** **Mat. 4.** *Si filius Dei es, dic, ut lapides isti panes fiant.* Audistis quid de ieiunio ipse sentiat, & iudicet inimicus. *Si filius Dei es.* Videtis, quia iam non hominem, sed Dei filium credit, quem liberum a ventris conspexerat feruiture. Sensit diabolus; ieiunium cunctis virtutibus anteferrit. Ioanem viderat verbum delicias squalentis eremi habitacione mutasse, molliciem carnis vestis asperitate calcaffe, agresti cibo mundi totam frenasse luxuriam. Et, quod solum deitatis insignitum est, hominibus dimissile peccata. Et tamen non ei dixit; *Si filius Dei es.* At ubi dominum vidit ingit ieiunantem, proclamavit; *Si filius Dei es.* Errat diabolus, qui contra dominum astutiae suae nequitias, & argumenta iaculatur. *Si filius Dei es, dic, ut lapides isti panes fiant.* Quid est, quod ieiunante Christo, deitatis signa tota in sola panis promissione perquirat? Et quem Dei filium continu ieiunij significatione praesentit, esse Dei filium de promissione panis, de cura ventris desiderat approbare? *Si filius Dei, dic, ut lapides isti panes fiant.* Quare non dixit; *Si filius Dei es, dic, ut homines, aut angeli, aut aliquid aliud fiant, sed, dic, ut lapides isti panes fiant?* Signum panis petit, qui signum ieiunij pertinet. Signum panis petit, ut ieiunij ieiunantem sibi refugiat signum. Panem malus ingerit consolator, ut virtutem mutet, ut propofita violet ieiunantis. Sed videamus, quid responderit de pane, panis qui de caelo descendit. **Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.** Quam verè vivit in verbo Dei, Dei verbum. Quam verè panis non indiget pane. Quam divinè lapides convertit in homines, qui de lapidibus Abrahae filios ad iudicium suae maiestatis exuscitat. Et, quia impudens inimicus nescit semel vinci, ad multiplicem vincentis triumphum, **Statuit dominum super pinnaculum templi, & ait; Si filius Dei es, mitte te deorsum.** O signum, mitte te deorsum! convenientius dixerit, si filius Dei es, ascende ad caelum: cum sit hominis utique, ad ima cadere; Dei sit, ad superna conscendere. *Si filius Dei es, mitte te deorsum.* Sic suis suadet; sic suis prouidet semper; sic suos eleuat, vt de alto praecipit validius in ruinam. *Si filius Dei es, mitte te deorsum.* Consilium suis se diabolus prodit. *Mitte te deorsum.* Lapsus quaerit, praecipit imperat, & tali consilio per Africanam martyres facit, sine clamore, dicendo: si vis martyr esse, mitte te deorsum, vt eos impellat de alto ad mortem, non de humili tollat, & eleuet ad coronam. Et, sicut se diabolus consilium suis prodit, ita responfione sua dominus se reuelat, dum ait; **Non tentabis dominum Deum tuum.** Se utique dominum, se utique Deum intelligi voluit, haec dicendo, qui non de pinna templi tantum se dedit ad terram, sed

Est dicitur haec per exaggerationem. Sed cernitur est sententia Iohannis baptista non non fuisse remissa peccata, sed preparatos fuisse homines ad remissionem per Christi baptisimum recipiendum.

Exepl. 8.

Matth. 3.

Alludit ad circumcellionum haesim Dan. 8.

caelis se ad inferos vsque iactant, vt non cadentium forma, sed esset resurrectio mortuorum. Aduertite, fratres, si possit sanus inimicus, quamvis sepe videtur, homini cedere, qui audit, & sentit dominum Deum, & tamen adhuc tentare non desinit. *Posuit eum super montem excelsum, &c.* Haec dicit, non qui possit dare, sed fallere; nec promissa conferre, sed ipsa auferre promissionibus, quae habentur. *Haec omnia tibi dabo.* Offerre, quae Dei sunt, Deo, auctori, quae auctoris sunt, reprobmittit: suadet vt adoret ab omnibus adorandus, & ceteras aufibus suis ante iudicium iudici, quemadmodum simplices deciperet, confiteretur: cui dominus non tam testimonio legis, quam diuinitatis suae respondit imperio. **Dominum Deum tuum adorabis.** Tu dominum Deum tuum illum, cui genuflektunt omnia non solum caelestia, & terrestria, sed etiam inferna. Adorabis ergo tu in inferno stridentis, & euilans eum, quem ad te adorandum modo temerarius deserat inuitas. Itaque diabolus toties, & taliter repercutus a domino, circa nos seruos eius modò toto furore discurrit: & sicut Christus milites suos, ita ille suos alloquitur, & annat ministros. Dicit ergo diabolus; tempus non modò grauitur ieiunij obseruatione debellat: per gulam, per crapulam, per luxuriam, homines attentare non possimus: armate lites, seminate discordias, excitate odia, concitate iras, inspirate mendacia, exorquete periria, suggerite blasphemias, vaniloquia diffundite, infundite dolos, conflare avaritiam, luca torpia prouidete, vt, quod venter modò ad luxuriam non dependit, vel saeculum claudat, & reponat ad penam. Caute ante omnia, ne misericordia, ne elemosyna, ne humanitas praeteritos labores nostros deletat, praesentes auferat, tollat futuros. Sed nos, fratres, & nostri regis agnoscetes monita, & quae diabolus suis mandauerit audientes, ieiunia nostra sine lite, sine clamore, sine ira, sine dolo, sine simulatione cum tota misericordia, charitate, pietate, persequamur: vt dominus Christus, qui, spiritus peccatorum cruciatu victimis, spiritus contriti, & contribulati cordis sacrificium requisit, cum silentio pacis ieiunij nostri hostias placatus, & propitiatus assumat.

S. GREGORII PAPAE in idem Euang. Homil.

Dabitari a quibusdam solet, a quo spiritus sit Iesus ductus in desertum, propter hoc quod subditur, *Et assumpsit eum diabolus in saulam ciuitatem: & ruitus; Assumpsit eum in montem excelsum validè.* Sed verè & abique vlla quaestione conuenienter accipitur, vt a sancto spiritu in desertum ductus creditur: vt illuc eum suus spiritus duceret, ubi hunc ad tentandù malignus spiritus inueniret. Sed ecce eum dicitur Deus homo vel in excelsum montem, vel in sanctam ciuitatem a diabolo assumptus, mens resugit credere, humanè hoc audite aures expauscunt. **Qui tamen non esse incredibilia ista cognoscimus, si in illo & alia facta pensamus.** Certè iniquorum omnium diabolus caput est, & huius capitis membra, sunt omnes iniqui. An nõ membrum diaboli fuit Pilatus? An non membra diaboli Iudaei persequentes, & milites crucifigentes fuerunt? Quid ergo mirum, si se ab illo permissum montem duci, qui se petulit etiam a membris illius

Deut. 6. Philip.

Genes.

Yt mand.

Est etiam in Euang.

lius crucifigiti? Non est ergo indignum redemptori nostro, quod tentari voluit, qui venerat occidi. Iustu quippe erat, vt sic tentationes nostras suis tentationibus vinceret, sicut mortem nostram venerat suam morte superare. Sed sciendum nobis est, quia tribus modis tentatio agitur, suggestione, delectatione, consensu. Et non cum tentamur, plerumque in delectationem, aut etiam consensum labimur: quia de carnis peccato propagati, in nobis ipsa etiam gerimus, vnde certamina toleramus. Deus verò, qui in vtero virginis incarnatus, in mundum sine peccato venerat, nihil contradictionis in semetipso tolerat. Tentari ergo per suggestionem potuit, sed eius mentem peccati delectatio non momordit: atque ideò omnis illa diabolica tentatio foris, non intus fuit. Sed, si ipsum ordinem tentationis eius aspiciamus, pensamus quanta magnitudine nos a tentatione liberamur. Antiquus hostis contra primum hominem parentem nostrum, in tribus se tentionibus crexit: quia hunc videlicet gula, vana gloria, & avaritia tentauit: sed tentando superauit, quia sibi eum per consensum subdidit. Ex gula quippe tentauit, cum cibum ligni veritum ostendit, atque ad comedendum suauit. Ex vana autem gloria tentauit, cum diceret; Eritis sicut dii. Et ex pronectu avaritiae tentauit, cum diceret; Sciens bonum, & malum. Avaritia enim non solum pecunie est, sed etiam altitudinis. Rectè enim avaritia dicitur, cum supra modum sublimitas ambitur. Si enim non ad avaritiam honoris rapina pertineret, nequaquam Paulus de vnguento Dei filio diceret; Non rapinam arbitratus est, esse se aequalem Deo. In hoc ergo diabolus parentem nostrum ad superbiam traxit, quod eum ad avaritiam sublimitatis excitauit. Sed quibus modis primum hominem strauit, eisdem modis secundo homini tentato succubuit. Per gulam quippe tēat, cum dicit; *Dic vt lapides isti panes fiant.* Per vanam gloriam tentat, cum dicit; *Si filius Dei es, mitte te deorsum.* Per sublimitatis avaritiam tentat, cum regna omnia mundi ostendit, dicens; *Haec omnia dabo, si procideris adoraueris me.* Sed eisdem modis a secundo homine viuacit, quibus primum hominem se vicisse gloriabatur: vt a nostris cordibus ipso aditu captus exeat, quo nos aditu intromissus tenebat. Sed est aliud, fratres charissimi, quod in hac tentatione dominica considerare debemus: quia tentatus a diabolo dominus, sacri eloquij praepcepta respondit, & qui eo verbo, quod erat, tentatorem suum mergere in abyssum poterat, virtutem suae potentiae non ostendit, sola diuinae scripturae praepcepta edidit: quatenus nobis suae patientiae praeretur exemplum, vt quoties in pranis hominibus aliquid patimur, ad doctrinam potius excitemur, quam ad vindictam. Pensate quanta est patientia Dei, quanta impatientia nostra. Nos si iniuriis, aut aliqua laesione prouocamur, furore permoti, aut quantum possumus nosmetipsos vl-ciscimur, aut quod nõ possumus, facere minamur. Ecce aduersitate diabolus dominum perulit, & nihil ei nisi mansuetudinis verba respondit. Portat quem punire poterat: vt hoc in laudem eius altius crederet, si hostem suum non extinguendo, sed interim patiendò superaret. Notandum verò quod subditur, quia, recedente diabolo, angeli ministrabant ei. Quia re, quid aliud quam vnus personae, vtraque natura ostenditur: quia & homo est, quem diabolus tentat: & idem ipse Deus est, cui angeli

ministrant. Cognoscamus igitur in eo naturam nostram: quia, nisi hunc diabolus hominem cerneret, non tentaret. Veneremur in illo diuinitatem suam: quia, nisi super omnia Deus existeret, ei nullo modo angeli ministrarent. Sed, quia diebus his lectio congruit (nam quadragesima dierum abstinentiam nostri redemptoris audiuimus; qui Quadragesimae tempore inchoamus) discutendum nobis est, cur haec ipsa abstinentia per quadragesima dierum numerum custoditur. Moyses enim vt legem acciperet, secundò quadragesima diebus ieiunauit. Elias in deserto quadragesima diebus abstinent. Ipse auctor hominum ad homines veniens, in quadragesima diebus nullum omnino cibum sumpsit. Nos quoque, in quantum possumus, annuo Quadragesimae tempore, carnem nostram per abstinentiam affligere conamur. Cur ergo in abstinentia quadragesimarius numerus custoditur, nisi quia virtus decalogi, per libros quatuor sancti euangelij impleretur? Denarius etenim quater ductus, iij quadragesimarum surgit: quia tunc decalogi mandata perficimus, cum profectò quatuor libros sancti euangelij custodimus. Ex qua re sentiri & aliud potest. In hoc enim mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus, & per voluptates eiusdem corporis, praepceptis dominicis contraiamus. Praepcepta autem dominica per decalogum sunt accepta. Qui ergo per carnis desideria decalogi mandata contempnimus, dignum est, vt eandem carnem quaterdecies affligamus. Quamuis de hoc quadragesimali tempore est adhuc aliud, quod possit intelligi. A praesenti enim die vsque ad paschalis solennitatis gaudia, sex hebdomadae veniunt, quarum videlicet dies quadragesima & duo sunt. Ex quibus dum sex dies dominici abstinentiae subtrahuntur, non plus in abstinentia, quam triginta & sex dies remanent. Dum verò per trecentos, & sexaginta quinque dies annus dicitur, nos autem per triginta & sex dies affligimur, quasi anni nostri decimas Deo damus: vt qui nobismetipsos per acceptum annum viximus, auctori nostro nos in eius decimis per abstinentiam mortificemus. Vnde, fratres charissimi, sicut offerre in lege iubemini decimas rerum, ita ei cõtendite offerre & decimas dierum. Vniuersisque, in quantum virtus suppetit, carnem macecet, eiusque desideria affligat, concupiscentias turpes interficiat, vt iuxta Pauli vocem, hostia viuua fiat. Hostia quippe & immolatur, & vna est, quando & ab hac vita homo non deficit, & tamen se a carnalibus desiderijs occidit. Caro nos leta traxit ad culpam, afflicta reducat ad veniam. Auctor etenim mortis nostrae, per fructum ligni vitici, vitae praepcepta transgressus est. Qui ergo a paradisi gaudijs per cibum cecidimus, ad haec, in quantum possumus, per abstinentiam resurgamus. Sed nemo sibi eandem abstinentiam solam credat posse sufficere, cum per prophetam dominus dicat; Nonne hoc est magis ieiunium, quod elegi? subiciens; Frange esurienti panem tuum, & egenos, vagòque induc in domum tuam. Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Illud ergo ieiunium Deus approbat, quod ad eius oculos manus elemosynarum leuat, quod cum proximi dilectione agitur, quod ex pietate conditur. Hoc ergo, quod tibi subtrahis, alteri largire: vt, vnde tua caro affligitur, inde egenis proximi caro reparetur. Hinc etenim per prophetam dominus dicit; Cum ieiunaueris, & plangeretis, nunquid ieiunium

Fortè olim quadragesimae in dominica. Ezech. 14.

3. Reg. 19.

Leuit. 17.

Rom. 11. *Ieiunium, & alia carnis mortificationes sacrificia Deo gratiam est.*

Esai. 58.

Zacha. 7.

ium ieiunantis mihi? Et cum comedistis, & bibistis, numquid non vobis comedistis, & vobismetipsis bibistis? Sibi enim comedit, & bibit, qui alimenta corporis, quæ sunt communia dona conditoris, sine indigentibus percipit. Et sibi quisque ieiunat, si ea, que sibi ad tempus subtrahit, non pauperibus tribuit, sed ventri postmodum offerenda custodit. Hinc per Ioëlem dicitur; Sanctificate ieiunium. Ieiunium quippe sanctificare, est adiunctis bonis aliis, dignam Deo abstinentiam carnis ostendere. Cessat ita, sopiantur iurgia. Incaustum enim caro atretur, si à pravis suis voluptatibus animus non refrenatur, cum per prophetam ^{Isa. 58.} dominus dicat; Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. Ecce ad lites, & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè, & omnes debitores vestros repetitis. Neque enim qui à debitore suo hoc, quod dedit, repetit, aliquid iniustum facit: sed dignum est, ut quisquis se in penitentia maceat, etiam hoc, quod sibi iuste competit, interdicat. Sic, si nobis afflictis, & penitentibus à Deo dimittitur quod iniuste egimus, si pro amore illius, & hoc quod nobis iuste competit, relaxemus.

BEDÆ VENERABILIS
presbyteri eiusdem Euang. expositio.

Tunc Iesus ductus est in desertum à spiritu, ut tentaretur à Diabolo. Quod Christus à suo spiritu ductus in desertum locum certaminis voluntate ingreditur, admonet nos, ut accepta baptismo remissione peccatorum, & gratia spiritus sancti contra antiqui hostis insidias accingamur, mentisque deserentes seculum quasi mauna deserti sola æternæ vitæ gaudia discamus elurire. Et cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esurivit. Hoc ieiunium quadragesimale antea à Moyse & Helia obseruatum legimus, & per quod demonstratur Euangelium à lege & prophetis non dissepere: nec enim hoc ieiunio nobis post baptismum omni tempore præsentis seculi sobrie viuendum suggeritur, ut à vitis & amicitia mundi ieiunctur. Post id ieiunium domini ante passionem nostram in se significat laborem: resurrectio vero eius post resurrectionem suam in nobis significat consolationem. Mysticè autem significat esurire domini desiderium salutis nostræ. Et accedens tentator, &c. Accessit per adsumptam speciem tentandi permissione, qui longè erat voto malitiæ. Non enim dedignabatur tentari, qui venerat occidi. Et quia eius mentem delectatio peccati non momordit, ideo omnis illa diabolica tentatio non intus fuit, sed foris. Bene de lapidibus panem facere suavit, ut qui durus est mente, duritiam ostenderet fermone. Dic, non fac, dicebat: quia scriptum non eras, dixit Deus, fiat lux & facta est lux. Non in solo pane viuit homo. Qui sicut corpus terreno viuunt cibis, sic anima Dei verbo, quod de eius ore procedit dum suæ voluntatis consilium per sacras scripturas reuelate voluerit nostræ fragilitati. Quod autem tentatus per sententias scripturarum Diabolo respondit, exempla nobis humilitatis dedit, ut quoties à pravis hominibus aliquid patimur ad doctrinam magis quam ad vindictam excitemur. Tunc assumpti eum Diabolus, &c. Non ista adsumptio ex imbecillitate venit saluatoris, sed de superbia

Opus satis floridè pro precavi, abstinentia etiam licetiorum.

inimici quia voluntatem saluatoris putauit necessitatem. Sancta civitas, Hierusalem est, ubi vnus Dei cultus erat, & observatio legis Moyfi: pinnaculum autem summus est templi, quod in superioribus æquale erat, sicut mos est in Ægypto & Palæstina domus ædificare. Et dixit ei filius Dei es, mitte te deorsum. In omnibus suis tetationibus hoc agit diabolus, ut intelligat, si filius Dei sit: sed dominus responsum sic temperat, ut eum ad iminium relinquit. Nam hic ostenditur quod Diabolus qui omnes cadere vult, persuadere potest, sed precipitate non potest. Et quemadmodum dominus super pinnaculum poni voluit, sed ad eius imperium deorsum mitti noluit: ita decet ut nos, si quis suadet viam veritatis ascendere, obtemperemus. Si autem vult nos ad ima de altitudine virtutum precipitare, non illum audiamus. Scriptum est enim, angelis suis mandauit de te, &c. Hæc propheta est de viro iusto sed malè interpretatur diabolus scripturas, dum ad Christum de angelorum auxilio quasi infirmum loquitur, & tacet, quod de se loquitur: ita Super aspitem & basiliscum ambulabis. At illi Iesus: Rursus scriptum est. Non tentabis dominum Deum tuum. Notandum quod necessaria testimonia tantum de Deo testimonio protulerit, ut secundæ legis sacramenta monstraret. Huius ergo rei exemplum præbuit, hic verbis, & postea factis, dum sentientes in se Iudæos fugiendo ac latendo euitabat: ut humana disceret infirmitas, ne tentare Deum audeat quando habet quid faciat, ut quod cauere oportet, euadat. Iterum assumpti eum Diabolus in montem, &c. Mysticè mons iste superbiæ Diaboli significat, quia ipse deceptor est, & alios decipere gessit, & ostendit ei omnia regna mundi. Non ergo ei amplificare poterat visum, aut ignotum aliquid ostendere, sed vanitatem pompæ mundanæ quam ipse quasi speciosam diligebat, & ideo in amorem Christi venire desiderabat, aliter: Ostendit ei, omnia regna mundi, id est homines huius seculi quorum alij propter fornicationem, alij propter auaritiæ decepti à Diabolo reguntur in mundo. Et dixit illi. Hæc omnia tibi dabo, si proci dens adoraueris me. Antiquus hostis contra primum hominem tribus tetationibus se erexit, id est, gula, vana gloria & auaritia, vitis iisdem secundum vincere tentauit. Gula, cum dixerat, die ut lapides isti panes fiant: vana gloria, cum dixit, Mitte te deorsum: auaritia, quando dixit: Hæc omnia dabo tibi, si proci dens adoraueris me, sed eo modo à secundo victus excessit, quo se primum vicisse gloriabatur. Vnde satanas. Subaudiuit in æternam damnationem. Si autem secundum aliud exemplar quis voluerit legere. Vade retrò satanas, poterit ita sentire, quod retrò anteriora tæpora respiciat: quibus sibi reum Diabolus tenebat mundum, quasi diceret dominus. Attende retrò, quando decepisti primum hominem & posteros eius per varios idolorum cultus deludebas, & sufficiebat tibi visque huc: nunc autem non solum me subuertere non valebis, sed à potestate quam te habere plaudebas, per me proci dens. Satanas interpretatur aduersarius siue transgressor: & rectè retrorsum vadit, quia inimicus est veritatis atque transgressor omnis iustitiæ. Scriptum est enim. Dominum Deum tuum adorabis & illi soli seruias. Fortè quærit aliquis cur hic præceptum sit soli Deo seruire cum Apostolus dicat, per charitatem seruire iniuicem: Sed facillè patet. Nam Græca lingua seruitus duobus modis solet appellari,

lari, & diuersa significatione *δουλεία* dicitur, seruitus communis Deo vel homini, siue cuiuslibet nature, *λατρεία* verò vocatur seruitus, quæ est soli diuinitatis cultui debita, & cum nulla est participanda creatura. Iubemur per charitatem seruire iniuicem quod Græcè *ἀλλήλων* dicitur. Iubemur vni Deo seruire quod est Græcè *ἀλλήλων*. Tunc reliquit eum Diabolus, & ecce angeli, &c. Diabolus tentat ut humana infirmitas ostendatur, angeli ministrant ut victoris diuinitas comprobetur. Cognoscamus igitur in illo curam nostram, quia nisi hunc Diabolus hominem cerneret, non tentaret. Veniremur in illo diuinitatem suam, quia nisi Deus super omnia extiteret, ei nullo modo angeli ministrarent.

HAYMONIS EPISCOPI
Halberstat. superioris Euang. expositio.

Ductus est Iesus in desertum à spiritu. Hoc primum in huius exordio lectionis notandū est, quod redemptor noster, cum triginta annorum curricula, antequam baptizaretur, in carne fuerit conuersatus, nunquam à diabolo tentatus legitur. At ubi baptismum accepit, mox tentationes diabolicas sponte pertulit. In qua re illud signatur, quod antiquus hostis maius certamen contra nos suscipit post baptismum, & magis nos oppugnare contendit, dolens humanas animas sibi per baptismi sacramentum auferri. Vnde quidam sapiens hortatur, Filij, accedens ad seruitutem Dei, ita in iustitia, & præpara animam tuam ad tentationem. Si autem queritur à quo spiritu redemptor noster in desertum ductus credatur. Respondendum est, quod à spiritu sancto illuc ductus fuerit, vbi illum ad tentandum malignus spiritus inuenire potuisset. Quod Lucas euidentissimè ostendit, cum dicit. Regressus est Iesus plenus spiritu sancto à Iordane, & agebatur à spiritu in desertum, & tentabatur à Satana. Nec debemus putare indignum redemptori nostro, ut tentari se permitteret, qui propter nos ad eum humiliatus est, ut à membris ipsius diaboli se occidi pertulerit. Tetatio autem tribus modis agitur, suggestione diabolica, delectatione carnis, consensu spiritus. Nos igitur qui puti homines sumus cum tentamur per suggestionem diaboli, plerumque in delectatione, frequenter etiam in consensum labimur. Redemptor noster, quia Deus erat quamuis tentari per suggestionem potuit, mentem tamen illius peccati delectatio non momordit. Ac per hoc omnis illa tentatio non intrinsecus, sed extrinsecus fuit. Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus postea esurijt. Hoc ieiunium quadragesimale auctoritatem magnam habet à lege, & prophetis, & ab euangelio. Sic Moses legillatur ut legem domini mereretur accipere, quadraginta diebus ieiunauit. Helias quoque eximius prophetarum eodè dierum numero abstinuit. Dominus etiam ut demonstraret se non discordare à lege, & prophetis: quadraginta diebus ieiunium continuauit. Nec sine causa hic numerus ieiunio vel domini, vel nostro consecratus est. Signat enim omnem laborem huius vitæ, in qua semper ieiunium generale celebrare debemus, ut, sicut abstinemus à cibis, ita etiam abstineamus ab omnibus illicitis. Ieiunium enim speciale, est à carne, & vino: ieiunium generale est, abstinere ab omnibus illicitis. Possunt multa de

hoc numero iuxta doctrinam patrum dici. Conficitur ex denario, & quaternario decies ducto, quorum quaternarius refertur ad quatuor libros euangelij, denarius verò ad decalogum legis. Quaternarius siquidem decies ducitur: & sunt quadraginta, quia nos tunc perfecte legem domini colimus, si libros sancti euangelij obseruamus. Vel quaternarius ad corpus refertur, quod constat ex quatuor qualitatibus, denarius, ut dictum est, ad legem pertinet. Quia enim per corpus, quod quatuor elementis constat, decem præcepta diuinæ legis frequenter transgredimur: dignum est ut idem corpus ieiunio quater decies affligamus, quatinus caro, quæ nos læta traxit ad culpam: afflictâ reducat ad veniam. Potest adhuc de hoc numero altius aliquo indagari. Præceptum legimus populo Israelitico, ut de omnibus suis Deo omnipotentè decimas darent. Verum quia dominus dicit nobis: Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum, & pharisæorum, & ut nostra iustitia illorum supergredi valeat: dignum est, ut, sicut illi offerebant decimas exterarum rerum, ita & nos offeramus decimas dierum totius anni in hoc ieiunio separatorum. Siquidem à præsentis die dominico, usque ad domini resurrectionem quadraginta & duo dies sunt, de quibus si subtrahas sex dies dominicos, quibus abstinentia soluitur, remanent triginta & sex tantum in abstinentia: quibus adiunctis quatuor diebus, primam dominicam præcedentibus, quos decimas aiunt esse, nemo est qui dubitet. Cui verò dixisset euangelista ieiunasse dominum quadraginta diebus, addidit, & quadraginta noctibus: quod ideo facere voluit, ne aliquis putaret, quod dominus quidem diebus ieiunaret, noctibus resisteret, iuxta nostram consuetudinem, postea esurijt. De Moyse, & Helia tale nil legitur, quod scilicet expleto ieiunio, esurierint. De domino autem ideo dicitur, quod transacto ieiunio esurijt, ut verum corpus habuisse demonstraret. Et sicut in quadragesimali dierum ieiunio verus Deus patuit, ita & in esurie post ieiunium verum hominem se ostendit. Et accedens tentator dixit ei: Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Antiquus hostis tribus modis primum parentem nostrum tetauit, gula scilicet & vana gloria, & auaritia. De gula ipsam pulsauit, cum lignum veritum ostendit, atque ad comedendum iussit. De vana gloria ipsam tentauit, cum dixit: eritis sicut dii. De auaritia nihilominus eos tetigit, cum addit scientes bonum, & malum. Auaritia quidem non solum ad appetitum pecuniarum pertinet, sed etiam ad cupiditatem altitudinis: cum quis vel ex speciali scientia, vel ex aliquo singulari dono, cæteris excellentior ambit videri. Iisdem etiam tribus modis redemptorem nostrum tentare aggressus est. De gula illum tentauit cum dixit: dic ut lapides isti panes fiant. De vana gloria, cum eum de pinnaculo precipitare iussit. De auaritia, cum omnia regna mundi ostendens ei dixit: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Sed quibus modis primum Adam tentauit & tentando superauit, his modis secundum Adam tentatus victus succubuit. Accedens ergo ad dominum in specie, qua ipse permisit, ait: Si filius Dei es, die ut lapides isti panes fiant. Queritur vnde putauerit illum filium Dei esse? Nimirum aut quia per prophetas sepe illum prædictum audierat, aut quoniam vocem patris super eum delapsam in baptismate audire permissus fuerat, dicentem, hic est filius meus dilectus. Bibl. Hom. tom. 2. o 2. Dic,

Ieiunij quadragesimalis institutio à Mo. Exod. 24. & 34. Reg. 18. Nota eorum dicitur.

Leuit. 27.

Math. 6.

Gen. 4.

Dicit, inquit, Satanas ad Christum, *ut lapides panes fiant*. Congruè de lapidibus panem fieri postulabat, qui lapideum cor habebat. Et quare non dixit, fac de lapidibus panem, sed, *dic ut fiant*, quia in hoc ex- periri volebat, utrum ipse esset filius Dei, qui in exordio mundi cuncta creavit de nihilo dicens: fiat hoc vel illud, & factum est. Cogitabat hoc apud se, tanti artifex doli: si iste est, qui dudum populo Israëlitico in eremo caeleste manna præbuit, facile lapides in panem convertere poterit. Vel si nõ pro- pèitione mea, saltem pro sua necessitate: quod si fecerit, filium Dei probabo: si facere nequiverit, hominem purum deprehendam. *Qui respondens dixit ei: Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo Dei.* Hoc confyderandum est, quòd dominus omnia testi- monia contra diabolum de Deuteron. sumpfit. Quod in David longè ante præfiguratum agno- vimus, qui pugnaturus contra gigantem, quinque lapides de torrente elegit: sed vno ex illis superbis- simum hostem deiecit. Et cum quinque libros legi- legis dominus per Moysen tradidit, de solo Deute- ronomio diabolo respondens, stravit eius super- biam. Deuteronomium nanque secunda lex dicitur, & designat Evangelium. Omnis scriptura veteris testamenti, pro vna lege habetur, euangelium autem secunda lex dicitur, quod veteri testamento succedit. Dátque nobis hoc factò exemplum, vt, quotiens à dæmonibus, vel à malis hominibus im- pugnamur, ad sancti euangelij autoritatem con- fugium faciamus. Quod autem dixit, *non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei*, sic est intelligendum. Quia sicut corpus nisi terre- no cibo alatur, deficit: ita animus nisi pastus Dei verbo fuerit, à salute languescit. Panis híc accipitur pro omni cibo, quo sustentamur. Verbum autem, quod de ore Dei procedit, omnis veteris testamen- ti, & noui scriptura intelligitur. *Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem.* Quid mirum si se do- minus in sanctam civitatem, vel in montem excel- sum assumi permiserit, qui (vt dictum est) à mem- bris illius se pertulit crucifigè: Sactam autem civi- tatem Hierusalem vocat, in qua erat templum, & religio, cultusque omnipotentis Dei: vel propter differentiam civitatum gentilium, in quibus idola colebantur. Et statuit eum super pinnaculum templi. Non quidem diabolus dominum alicubi inui- tum statuere vel decere poterat, sed cum sua qua- dam arcana dispositione dominus supra templi pinnaculum statet: perrepta occasione tentandi, ait: *Si filius Dei es, mitte te deorsum.* Pinnam verò tem- pli, tabulata intelligimus: quæ erant facta in cir- cuitu templi domini super trabes, quæ extra tem- pli parietes hinc inde eminebant, quæ iuxta tem- pli ordinem, quod tricamerarum erat, triplicia erant cum cancellis iunctis, ne quis incedens ad ima la- beretur. Quorum inferius tabulatum triginta cubi- tis erat à terra, medium sexaginta, supernum vel supremum centum viginti. Et nota, quòd diabo- lus omnes, quos decipit, in præcipitium mittere querit. Omnes enim vult cadere, qui se sentit præ omnibus cecidisse. *Scriptum est enim: Quia angelus suis mandavit de te, & in manibus tollent te, ne forte of- fendas ad lapidem pedem tuum.* Diabolus scripturas interpretas, hoc de Christo scriptum asserit, quod non de illo, sed de quolibet electorum illius intel- ligendum est. Qui singuli à tempore baptismatis angelos habent divinitus deputatos ad sui custo- diam, sicut dominus de parvulis ait: *Quia angeli*

1. Reg. 17.

Genes. 1.

eorum semper vident faciem patris. Et de quibus híc dicitur, *quia angelus suis mandavit* omnipotens Deus de electis, vt custodiant eos in omnibus eorum actionibus, ne forte offendat ad lapidem pedè suum, id est, in Christum, qui est lapis abscessus de mote sine manibus. Vel ad lapidè, hoc est in le- gem, quæ in lapide scripta est. Vnaquæque gens angelum sibi delegatum habet, vnde legitur in libro Danielis: Principem regni Persarum, & regi- ni Græcorum, Et de Michaële, Quia nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps vester. In Ezec. legitur quoque de principe Tyri, Multi etiam electorũ habent exercitus angelo- rum ad custodiam sui deputatos, sicut legitur de Jacob. Qui quum venisset ad quendam mon- tem, & vidisset angelorũ multitudinè, qui in eius custodia fuerunt in Mesopotamia dixit: Castra Dei sunt hæc. Et appellavit nomè loci Manahin id est, castra. Similiter de Heliã, qui vidit euras, & equos, & ascensorem neminem qui intelliguntur potestates angelicæ fuisse. Cæterum Christus non tante infirmitatis erat, vt indigere auxilio angelo- rum. Qui ergo officium angelorum ad Christum loquutus fuerat, de sui etiam conculcatione pro- sequi noluit, quod subiungitur, Super aspitem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem. *Ait illi Iesus: Rursum scriptum est. Non tenta- bis dominum Deum tuum.* Sualis dominus, vt se de pinnâ templi præcipitans exploraret, quanti apud Deum posset, vanæ gloriæ affectũ inutilem osten- tando virtutem, retundit. Ex quo discimus, quia Christianus, quòdiu est in periculo positus, & ha- bere quod faciat, quomodo periculum euadat, non debet dominum suum tentare, imò ipsum debet imitari. Qui cum inimicos vno valerit nutu dele- re, frequenter tamen maluit illos declinando sa- gere. Si autè ita coartatus fuerit, vt effugij locum non habeat, spem suam domino committat, sciens quia non derelinquit sperantes in se. Vnde mo- nuit discipulos suos dicens: Cum vos persequuti fuerint in ista civitate, fugite in aliam. Amen dico vobis, non consummabuntur civitates Israel, donec regnum Dei veniat. *Iterum assumpsit eum diabo- lus in montem excelsum valde.* Mons excelsus diabo- licæ superbiæ configuratur, qui cum de alto ceci- derit, hanc semper superbiam repetit. *& ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum,* id est, regnorũ, & dixit illi: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.* Diabolus quidem non tantæ fuit potestatis, vt domino regna vniuersa potuisset ostendere. Sed ita est tenendum, quòd ipse dominus totam mundi machinam potentia sua diabolo videndam præbuerit: sicut & B. Benedicto ostensum legitur. Cùmque ille vniuersum mundum sub oculis vi- disset, æstimans sua esse omnia, in superbiam elatus dixit: *Hæc omnia tibi dabo.* Nec putandum est, mundi machinam in se fuisse contractam, vel cum diabo- lo, vel cum eadem B. Benedicto ostensa est, quin potiùs mens cernentium est dilatata ad hoc, vt quasi sub vno globo totam mundi vastitatem vi- dere poterit. Non est autem cogitandum, quòd diabolus in toto mundo habeat potestatem, vel ip- se reges instituat, cum legamus multos reges à Deo constitutos, sicut Saul, & David, & cæteros in populo Iudæorum: & sicut Christianorum tem- poribus multos. Sed hoc de superbia dicit, id est, loquitur sicut cætera. Notandumque quòd omnis qui diabolum adorat, cadere dicitur. *Tunc dixit illi*

Dan. 10.

Gen. 31.

4. Reg. 16.

Matth. 10.

160a

CHRISTIANI DRVTH- mari eiusdem Euang. expositio.

Iesus: *Vade Satana, subauditur in abyssum, vel in ignem æternum.* Satanas ex Hebræo, in Latino contractus, vel aduersarius interpretatur. *Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli ser- uies.* Cum dixerit illi *soli serues*: non præmisit, illum solum adorabis. Legimus nanque quod Abraham adorauit populum terri, videlicet filios Heth. Mo- ses quoque cognatum suum adhuc paganum legi- tur adorasse, & nos reges & principes nostros cre- brò adoramus. Sed alia est adoratio, quæ mortali- bus tanquam excellentioribus, & magistris impè- ditur: alia, quæ soli Deo tanquam creatori debetur. Nam, si esset modò B. Petrus in carne, venera- remur illum, exorites eius suffragia, quatinus pro nobis apud Deum interueniret: non autem illum adorarem. Sic & modò sanctos martyres vene- rari debemus, & petere vt pro nobis intercedant, non autem adorare debemus, quia adoratio soli Deo competit. Verum querendum est, quate dicitur, soli Deo seruicium esse. cum Paulus Apo- stolus præcipiat, vt per charitatè seruimus inuicem? Sed, sicut de adoratione dictum est iam, alia est ser- uitiu, quæ hominibus impenditur, alia quæ soli Deo debetur. Cuius differentiam Græci volentes ostendere, seruitiu illam, per quam inuicem iu- bebimur seruire, dulciter appellatam verò, quam soli Deo debemus, latrariam vocant: vnde & idolo- latria dicitur, cum eultus, qui Deo propriè debe- tur, idolis impenditur. Illud etiam queritur, quare sancti euangelistæ in ordine tentationum domini- carum discordant. Lucas siquidem illam ponit ter- tiam, quam Matthæus secundam. Asserit enim do- minum primum de gula, secundò de auaritia, ter- tiò de vana gloria tentatum. Ad quod dicendum, quòd Matth. ipsum ordinem tentationis Sathanz exequutus est: Lucas verò rei ordinem quomodo gestum sit, exponit. Illa enim tentatio de lapidi- bus, & illa in monte, in deserto facta est, deinde se- cuta est illa tentatio in ciuitate. Queritur etiam cur Ioannes inter Euangelistas de tentatione do- mini tacuerit? Respondemus, tentationem ad di- uinitatem Christi nullo modo pertinere, quam præ reliquis euangelistarum describit, sicut nec famem, nec carceris humanitatis molestias. Ad hu- manitatem enim tentatio pertinet, quam tres euā- gelistæ persequuti sunt, sicut & cæteras corporis passiones. *Tunc reliquit eum diabolus.* Præcessit in do- mino tentatio, vt victoria sequeretur. Hoc loco duplex, geminæque substantia domini nostri Iesu Christi est perpendenda. Sicut enim verus homo patuit, qui tentari potuisset: ita verus Deus apparuit, cui angeli ministerium seruitutis impendere stu- duerunt. Et nos credere oportet, quoniam, si in presenti seculo tentationum victores esse studue- rimus, præfinitos ad huius vitæ labores, angelos ministros habebimus, qui nobis cõtemplationem sanctæ trinitatis perpetuo ministrabunt, quia illo- rum ministerio introducimur in regnum. Legi- mus in euangelio Lucæ decimosexto, quia mor- tuus est Lazarus, & portatus ab angelis in sinum Abrahæ. Nos igitur si in hoc seculo bene vixerim- us, bonis operibus insisterè studuerimus: ipsi angeli, qui modò castodes sunt, perducunt nos ad pacem semper virentis paradisi. Et possidebimus bona ineffabilia, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præpa- rauit Deus iis, qui diligunt eum.

Nisi marty- rum veneri- mus, & eo- rum suffragia.

Galas.

Luc. 4.

1. Cor. 3.

Tunc Iesus ductus est in desertum à spiritu, quod dicitur tunc (quod est aduerbium temporis) respi- cit ad hoc, quod dixerat, venit Iesus ad Iordanem, quia ipso tempore post baptismum exiit in deser- tum, & ieiunauit. In ipso namque die sicut tene- mus ex traditione maiorum, fecit de aqua vinum, & crediderunt in eum aliqui discipulorum, & tunc Iesus ductus est in desertum, quia dicit Lucas: Ie- sus plenus spiritu sancto regressus est ab Iordane, & agebatur à spiritu in deserto diebus quadra- ginta, & tentabatur à diabolo. Desertus erat locus ultra Iordanem, qui ideo dicebatur desertus, quia non erat aptus ad laborandum. Et quia non erat acceptus, erat derelictus: vbi Theodas populum abduxit de Hierusalem quatuor milia. *Ductus à spi- ritu*, scilicet à sancto suo spiritu: de quo dicit enan- gelista: quia plenus spiritu sancto regressus est à Iordane. Dignum fuit, vt illic eum suus spiritus duceret vbi hunc ad tentandum spiritus mali- gnus inueniret. Exemplum nobis etiam præbens: vt post acceptum baptismum fugiamus pompas huius sæculi. vnde fidei flores dedimus in ipso baptismo, renunciaturos nos diabolo, & pompis eius. *Vt tentaretur à diabolo.* Postquam dominus iu- uenit factus est, adhæsit illi diabolus tentandò sicut & reliquos homines. Sed nunc instauratis armis fortius bellum aggressus est, sicut tradunt doctores. Audiuit itaque in baptismo vocem dicentem, hic est filius meus dilectus, in quo mihi compla- cuit, & voluit explorare si ipse esset, qui per Pro- phetas prænunciatus esset verus filius Dei: aut adoptiuus, sicut de Israel audierat, filius meus primogenitus Israel. Sciuit vero dominus, quod Sa- thanas magnopere quæreret tentare eum, & quæ- reret locum, vt fortis præliator non denegauit ei campum in quo posset configere cum illo. Immo non inuenit diligere eum caput serpentis ultra mo- dum, sicut faciebat Eva: non diligebat feminas, sicut faciebat Salomon: non metrices, vt Sam- pson: non habuit vxorem, vt Iob: idecirco non ha- buit quomodo, vel per quem deciperet eum. Re- currit ad illud, vnde omnis mundus periclitatur per suggestum ipsius: videlicet de gula, auaritia, & vana gloria. Accepit de aère, & accessit ad illum, vt videri posset ab homine: dominus autem dedit oc- casionem, vnde sciebat illum velle tentare. Ieiuna- uit quadraginta diebus: & postea esuriit. Si non esurisset, forsitan pro illa voce quam audierat: & quia absque peccato videbat eum vivere: ad eum non accessisset tentando. Vidit eum esurientem, & æstimauit eum inferiore Moyse, & Heliã, de qui- bus nihil tale refertur, quod esurissent. Et iam quia esuruit, gestu corporis ei permisit videre. Nam ali- ter diabolus non potest cognoscere cogitationes hominum. *Et cum ieiunasset quadraginta diebus & noctibus.* Nisi addidisset noctibus: putaretur diebus ieiunasse, & nocte māducasse. Sed decem quatuor ducti, quadraginta faciunt: quia ille decalogum bene custodiuit, qui euangelium, quod per qua- tuor euangelistas expositum est, cum isto coniun- git. Hic autè numerus in scriptura sacra ponenti- æ, & tribulationi semper aptatur, vt in hoc loco: & in veteri testamento, vbi per quadraginta dies mundus cum aqua delebatur: & populus Israel

per quadraginta dies & annos in eremo itineris labore fatigabatur. Moyses ut legē acciperet secundo quadraginta dies abstinuit: & Helias totidem, ut de persecutionibus malo liberaretur. Et nos si volumus diabolum vincere, de persecutionibus seculi huius vel liberari, seu etiam ad terrā re-promissionis, id est ad vitam peruenire æternam. Exemplo domini quadraginta dies non solum a cibis, sed etiam ab omnibus vicibus ieiunemus: & carnem nostram quater decies affligamus. *Dicitur ut lapides isti panes fiant.* Simili modo homini ut dixerat primo, gustate, & eritis sicut dii: sic secundum gulam tentat, & post de auaritia ad vltimum de vana gloria: quia putauit eodem modo vincere sicut illum vicerat, quem Deus per se erudierat. Lucas ordinem historię tentationis domini tenuit, & Matthæus ordinem tentationis Adæ secutus est. Sic enim Adæ dixit, gustate: ecce de gula. Eritis sicut dii: ecce de auaritia: quia auaritia non solum est de pecunia adipiscenda, sed etiam de honore, quod Paulus insinuat, qui de domino dicit. Non rapinam arbitratu est, esse se æqualem Deo. Ac si aperte dicat, Si natura illi non fuisset, æqualem Deo esse, & esse voluisset, rapina putaretur. Post auaritiam suadet de vana gloria, scientes bonum & malum: quia scite velle malum ad nullum profectum pertinet, nisi ad vanam gloriam. Eodem ordine diabolus dominum tentat. Primo de gula: secundo de auaritia: quando omnia regna mundi ei ostendit: tertio de vana gloria, quamuis eodem Matthæus non narrat ordine. Et notandum quod illæ duæ tentationes in eremo factæ fuerunt: illa autem tertia in Hierusalem supra pinnaculum templi. *Respondit ei Iesus. Non in solo pane vivit homo: sed in omni verbo Dei.* Ac si aperte dicat: quare suades petere me panem terrenum: cum de verbo Dei possit vivere corpus & anima: Ut Moyses per quadraginta dies intentus eloquii Dei: & passus ex eloquiis Dei, etiam in carne non esuriit. Et Moyses eodem modo dixit ad ad filios Israel. Pavit te dominus quadraginta annos Manna, ut scires quia non in solo pane viveret homo, sed ex verbo Dei possit refici. Mente verò retinendum nobis est: quod dominus dixit, non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo Dei: ut semper plus solliciti simus pasci de verbo Dei animam in æternum victuram, quam corpus quandoque moriturum: quia illa anima, quæ verbo Dei non pascitur: profecto mortua iacet. *Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem.* Sicut in eternam voluntarie dominus abiit: sic etiam sanctam civitatem ascendit: ut daret tentatori locum accedendi ad se. Sanctam autem Hierusalem dicit propter templum domini, & altare, ac religionem: seu multos bonos viros: qui adhuc ibi erant: nam & post ascensionem domini apostoli omnes quam diu ibi fuerunt, in templo adorauerunt. *Et statuit eum super pinnaculum templi.* Mos erat in illa provincia tecta æqualia facere: ut homines desuper ambulare possent: & eo more erat præparatum desuper templum, & habebat in gyro cancellos: ne quis inuitus decideret ad terram. hoc frequenter auditis in euangeliis. Ibi soliti erant sacerdotes legē legere, & turbis deorsum stantibus exponere, hic ergo de ipso loco usasit diabolus dominum exilire ad terram, ut videretur à turbis, & laudaretur, si sanus adfuerat. Sicut fuit vana gloria quando dixit: scientes malum, sic esset vana gloria de alto salire ad terram, in neutro profectus. *Si filius Dei es, mitte te*

deorsum. Deorsum aduerbium est loci: per omnes tentationes hoc inquit: quali modo esset filius Dei: utrum adoptiuus, an proprius. Sed dominus qui exemplum nobis venerat dare, & in dictis & in factis, & diabolum dum ibi reddidit, & nobis insinuauit: quid facere debeamus quando tentamur. Videlicet ad mentem reducere verba sacri eloquii, & nostras tentationes per eadem verba compescere. Suadet autem diabolus non simpliciter verbo suo, sed cum additamento scripturæ diuine dicens. *Scriptum est, quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* Torus iste psalmus de Ezechia rege scriptus est, de illa defensione, quam ei dominus fecit aduersus Sennacherib Assyriorum regem: & potest de vnoquoque electo accipi, quia autem diabolus purum hominem credebat Deum, ob hoc istud exemplum, quod de iusto dictum est, ei proponebat. *Au illi Iesus rursus.* Sic iugendum est rursus: quia aduerbium est, & verba euangeliste sunt: & habet sensum, iterum. Postea verò: inferendum est. *Scriptum est, quia istud domini verbum, non illud.* Ac si aperte dicat diabolo, propterea non debeo nec ego, nec alius quilibet homo te, auscultare, quia est diuinum eloquium: quod me, omnēque prohibet pro vana gloria, & nullam vilitatem habentibus Deum petere. *Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde.* Ista tentatio in eremo facta fuit, cum prima tentatione, & istum montem vel Tabor, vel Hermon intelligimus: sed verius Thabor. *Et ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.* Sicut Deus omnipotens diabolo ad libitum suæ tentationis permisit ei superiora quæ auditis: sic potest fieri, ut permiserit ei sub vna visione totum mundum ostendere, eo modo quo & Beatum Benedictum legitimus vidisse. Vel alio modo, species quædam est, quæ frequenter inuenitur in scriptura diuina, & vocatur Græce synecdoche, cum totum dicit, & pars intelligitur. Videlicet ostendit ei partem aliquam, & promittit ei reliquam cum toto daturum. Gloria autem mundi aurum est, & gemmæ, inde gloriatur iste mundus. Et regna mundi, id est homines in mundo habitantes: quæcunque habere possunt mundiales homines, hæc est fiducia eorum: & tamen nihil aliud faciunt de illo nisi ad gloriantium: & ad ostentationē possident. Non enim inde erant, aut aliud necessarium operantur: nisi solummodo viuunt, & portantes onerant, & custodiunt die hac nocte. *Dixit illi, hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.* Sicut mendacium fuit, quando dixit, ponam sedem meam ad Aquilonem: & ero similis altissimo, sic etiam istud mendacium esset: si dominus illum adorasset dicentem. *Hæc omnia tibi dabo.* Sed diabolus non curat de profectibus seductorum: nec curat nec veretur in futuro mendax haberi: tantum ut in præfenti nunc possit seducere, quos vult. Sic fecit de Adam quando dixit, eritis sicut dii. Sciendum est vero secundum dictum ipsum, quia cadit omnis, qui adorat diabolum: & non solum qui adorat sed etiam qui auscultat. Quia adorare venerari est: quia tunc homo illum veneratur: quod eius suggestiones Dei mandatis præfert, & illum auscultat, & dominum prohibentem dimittit. *Tunc dicit ei Iesus, vade Satanas.* In alijs susceptionibus non tam potenter dominus diabolo respondit sicut in ista: quia nimis superbe locutus est, quando vel à Deo vel à puro homine se iussit adorari: & quantum peruer

peruersus tantum peruersa locutus. Dixit ei dominus, *vade Satanas*: hoc est, in abyssum suæ in perditione. Non autem simili responsione Petrum confutauit: quia illi dixit: vade retro, hoc est sequere voluntatem meam. *Dominus Deum tuum adorabis.* Adorare duobus modis intelligitur in nostra lingua, adorare enim dicimus inclinare. Vnde scriptum est, adorauit regem ille, vel ille, hoc est inclinatum se. Adorare alio modo, hoc est cultum debitum domino exhibere, de quo scriptum est. Adorauit Salomon dominum. isto ergo modo præceptum est antiquis ne adorarent deos alienos: nec quemquam excepto domino solo: inde ergo dicitur est dominum Deum adorabis. Adorare est autem, tota fide dominum credere, & ex totis præcordiis diligere, remissionem peccatorum petere, & omnia bona ab illo sperare præsentia, & futura. Græcè autem differentius hoc dicitur ubi adorare, quod ad Deum pertinere dicitur *προσκύνησθαι*. Adorare quod ad hominem pertinet, *κλίσθησθαι* dicitur. *Et illi soli seruius.* Quis est hoc quod dicit dominus, illi soli seruius: cum Paulus apostolus dicat per charitatem, seruite inuicem? Nunquid aliud dominus præcipit, & aliud Paulus? Non. Sed & seruitium quod pertinet ad Deum solum, & non ad hominem quod nulli alteri impendi debet, nisi Deo soli: videlicet credere illum summa fide, omnem spem suam in illo ponere, hostias illi offerre, cultum diuinum illi exhibere, & reliqua, quæ ad solum Deum pertinent. In græco quoque sermo similiter est differentia de hac re. Si quidem seruitium, quod ad homines pertinet *δουλοῦσθαι* dicitur, & seruus *δουλος* dicitur. Illud verò seruitium quod ad solum Deum pertinet *κλίσθησθαι* vocatur. Vnde in cantico Zachariæ non dicitur *κλίσθησθαι*, sed *κλίσθησθαι* aut *κλίσθησθαι* seruiamus illi. Has discretionem debemus scire inter creaturam, & creatorem, ut à nullo sancto petamus remissionem peccatorum: sed per eos studemus impetrare, ut detur nobis à Deo: neque credamus in aliquem nisi in Deum: quia credimus sanctos, sed non credimus in sanctos. *Tunc reliquit eum diabolus: & ecce angeli accesserunt ei ministrabant ei: quod diabolus in Deum voluit facere, hoc ei fecerunt angeli, id est adorauerunt eum, ut ostenderent, quia ipse merito adorandus esset, non diabolus. Angeli ministrant ut victoris dignitas comprobetur. Omnes istas tentationes dominus patientia vicit, ut nobis exemplum præberet patientiæ. Si is, qui creator est, & tentatorem suum in abyssum vno verbo mergere poterat, sustinuit: & facti verba eloquii ei respondit: Et nos quando tentamur visibiliter vel spiritaliter, semper ad memoriam reducamus, quæ præcepit Deus, & quia creator est audiendus, non diabolus. Diabolus enim Hebraicè deorsum fluens interpretatur: quia de celo decidit. Græcè vero criminatorem sonat, quod electorū innocentiam scitis criminibus accuset. Vnde in Apocalypsi dicitur. Proiectus est qui accusabat illos in conspectu Dei nostri die ac nocte. Satanas in Latinum sonat aduersarius: quia semper contrarius est virtutibus sanctorum. Notandum verò quod omnia testimonia, quæ in hoc agone dominus promittit, de Deuteronomio assumpti: & rectum fuit, ut dominus de Deuteronomio ea sumeret: nam ibi perfectior lex habetur: quia quod secundo fit, melius fit. Deuteronomium enim secunda lex dicitur. Deuterio Græcè secundus, nonos lex. & non est separandum u ab e quia*

runc habebit sensum quasi sit præpositio de, vetero nomē, sed Deuteronomium: quia compositum est apud Græcos ex duobus nominibus: & non est feminini generis apud Græcos, sed masculini.

THEOPHYL. EPISCOPI
Bulgar. superioris Euang. expositio.

Tunc Iesus dicitur est in desertum à spiritu. Docens nos, quod post baptismum magis oportet expectare tentationes. Ducitur à spiritu sancto: nihil enim sine spiritu fecit. Ducitur autem in desertum, ut ostendat nobis, quod diabolus tentet nos, quando viderit solitarios, & non ab aliis adiutos. Oportet igitur nos non temere fidere nobis ipsi. *Præteritur à diabolo.* Diabolus dicitur, quod accuset, & infamet Deū apud Adam. Dixit enim illi, Deus vos odit. Et nunc virtutem apud nos calumniatur. *Et quum ieiunasset.* Ieiunauit: ut ostendat quod magna armatura contra tentationes sit ieiunium: sicut principium omnis peccati, delicia. *Dies quadraginta, & noctes quadraginta.* Tot ieiunauit, quot & Moyses, & Helias, quod si plures ieiunasset, vifa fuisset incarnatio eius ficticia, & apparens. *Postea esuriit.* Quando permisit naturæ, tunc & esuriit, ut daret occasionem diabolo accedendi, & congregandi secum propter famem, & sic profernat, & deiciat eum, nobisque victoriam largiatur. *Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.* Audiuit vocem celestem latro. iterum videt eum esurientem, & dubitat adhuc, quomodo filius Dei esuriat, & idcirco tentat eum, ut discat. Adulatur autem ei, putans se quid suffragaturum, dicendo, *Si filius Dei es.* Iam togas. Et quod peccatum erat, facere lapides panes? Audi igitur, quia audire diabolum in aliquo peccatum est. *Vide autem & aliud.* Non dixit, ut lapis hic panis fiat, sed lapides: volens Christum ad superflua instigare. Elatenti enim vnus panis sufficit, & propter hoc Christus non audiuit eum. *Non in pane solo, &c.* Ex veteri testamento est, Mosis enim sermo est. Nā & Hebræi cibati sunt manna, quod non erat panis, sed per verbum Dei implebat omnem Hebræorū indigentiam, & fiebat omnia, quæ eunque comedere cupiebant, siue piscē, siue ouē, siue calēū concupiscebant Iudæus, illius gustū māna ei præbebat. *Supra pinnaculum templi.* Pars quædam tēpli erat, sicut quæ apud nos dicuntur *Alphora*: videntur enim sicut alæ esse. *Si filius Dei es tu, &c.* Si filius Dei es tu, quasi hoc dicat. Ego non credo voci calix melle: attamen tu, si filius Dei es, ostēde mihi. Quamuis filius Dei erat, numquid maledicte, præcipitare debebat seipsum? Tūc crudelitatis est, præcipitare de monio actos, Dei autem saluare. Non scriptum est, In manibus portabunt te, propter Christum, sed propter sanctos, qui indigent angelico præsidio. Christus autem, qui Deus est, non opus illo habet. *Dixit illi Iesus iterum.* Manuete repellit eum Deus, docens & nos mansuetudine demones vincere. *In montem excelsum valde.* Quidam putant montem excelsum valde, esse Ierusalem, & studium in possidendis diuitiis, in quem conatur inimicus Iesum ducere: sed non recte opinantur. In seorsibi enim forma apparuit ei diabolus. Cogitationes enim tales non habuit dominus, absit. Sensibiliter igitur ei monstrauit in monte omnia regna, ante oculos ea apparere faciens. *Et hæc omnia tibi dabo, inquit.* Mundum, quasi suus proprius esset,

Post baptismum manebit nos certamina.

Ieiunium armatura contra tentationes.

Exo. 14. 3. Ro. 19.

Vel in ministro diabolo audivit, nō licet.

Manna.

Diabolus Christus non tentans in cogitatione sed in exteriori obiectis.

set, proponit præ superbia. Hoc & nunc dicit aueris, vt adorantes se, omnia hæc habeant. *Vade post me Satana.* Irascitur illi dominus, quando videt illum ea, quæ Dei sunt, sibi vendicantem, & dicentem, *Hæc tibi dabo*, vt propria. Dilce autem quomodo profuit scripturæ, per quas dominus os inimici obcurauit. *Tunc omittit illum diabolus.* Tres tentationes expertus est dominus, gula, vanæ gloriæ, & auaritiæ. Illæ enim præcipue sunt affectiones. *Has igitur qui vicerit, alias multo magis vincet.* Vnde Lucas dicit, quoddam omnem tentationem consummauerit, quandoquidem capita tentationum vicit. Proinde angeli ei ministrant: quo commonstratur, quoddam nobis post victoriam angeli ministraturi sint. omnia enim propter nos & fecit, & monstrat dominus: quoniam ei Deo angeli semper ministrant.

INCERTI CUIVS DAM

sub nomine Eusebii Emissemi eiusdem Euangelij expositio.

Baptizatus Iesus, confestim ascendit de aqua: & ecce aperti sunt ei cæli, & vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se: & ecce vox de cælis, dicens, Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. Quid est enim, quoddam baptizato domino, cæli aperiantur? Magnum est hoc mysterium, magnamque his, qui baptizantur, lætitiæ præfiguratur. Clausum erat prius, nemo illuc ante baptismum ingrediebatur. Nunc autem apertum est, sed baptizatis est apertum. Sic enim dominus ait, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum. *Et tunc quidem ductus est Iesus in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo. Et quum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esurijt.* Præcipui sanctæ Ecclesiæ doctores dominum Iesum in desertum à suo spiritu ductum esse exponunt. Quæm si ab alio quoque spiritu ductum fuisse exposuissent, non esset inconueniens, quum Lucas Euangelista eum in Ierusalem in montem excelsum valde à diabolo non assumptum, sed ductum apertissime sciebat, dicens. Et duxit illum diabolus in montem altissimum, & ostendit illi omnia regna orbis terræ, in momento temporis: & paulò post, Et duxit eum in Ierusalem & statuit illum supra pinnam templi. Quoddam si ibi ab alio spiritu ductum esse, non est inconueniens, quare in desertum quoque ab alio spiritu eum ductum fuisse inconueniens videatur? Sed siue à suo, siue ab alio ductus fuerit, considerandum est, quare se à diabolo tentari permiserit. Nihil enim sine vtilitate, & ratione fecit Saluator noster. Et ibi maxime rationem querere debemus, vbi ipse aliquid agit, si tamè aliquid agit, quod suæ maiestatis videtur esse indignum. Quis enim audire non horreat, quoddam tanta virtus à diabolo vel ducatur, vel tentetur? Veruntamen quia sua sponte ducitur, imò ipso iubente, ducitur, (eius enim velle, iubere est) non est hoc tantum horrendum, quantum quid significet mirandum, & querendum. Quis enim nesciat Pilatum, & Indæos, qui eum occiderunt, non solum membra diaboli, sed eius quoque seruos fuisse? Et quidem maior nobis iniuria esse videtur ea, quam à seruis alicuius hominis patimur, quam si ab ipso eorum domino tam patemur. Vnde non magis horrendum est,

quoddam Saluator noster à diabolo ducitur, & tentatur, quam quoddam à Indæis occiditur, & flagellatur. Sic enim Christus occiditur non sibi, sed nobis. Nobis enim mortuus est: quia nobis eius mors necessaria erat. Nisi enim ipse moreretur, nos non viuereamus. Mortuus igitur est, vt nos viuamus. Similiter autem nobis tentatus est: quia eius tentatio duplex nobis beneficium parat. Alterum quidem vt sciamus, quomodo tentatoribus nostris, & iis, qui nobis iniuriam faciunt, respondere debeamus: alterum verò, vt in nulla nostra virtute, vel sapientia confidamus, quoniam inimicus noster diabolus, qui ipsum dominum nostrum tentare presumpsit, tanquam leo rugiens semper circum, querens quem deuoret. Reddita igitur causa tentationis, videamus & mysterium significationis. Quum enim multis modis diabolus hominem tentet, maxime iis tribus tantum eos tentando aggreditur, id est, aut ciborum appetitum, aut vanam gloriam, aut honoris, & diuitiarum sublimitate. Nititur autem eos quos tentat ad excelsa ducere, & in altum eleuare, vt sicut ipse eleuatus cecidit, sic & alios exaltando ruere faciat. Ipse est enim qui ait, In cælum ascendam, super astra Dei exaltabo solum meum, sed ego in monte testamenti, in lateribus aquilonis, & similis ero altissimo. Alios itaque in desertum ducit, alios supra templi pinnaculum posuit, alios verò in montem excelsum exaltat. Et in desertum quidem ducit, quando ab amore cælestis patriæ & à diuina contemplatione mentes hominum auertit, & terrena quæque & transitoria cogitare facit. Desertum enim est, quicquid à Deo longè est. Sed quia cogitare non magnum peccatum est, nisi cogitationi delectatio succedat, opponit mēti diuersas ciborum delicias: vt, sicut primò hominem decipit per gulæ intemperantiam, sic ceteros quoque decipiat. In pane enim omnia ciborum genera significantur: secundum illud, Intrauit Iesus in domum cuiusdam principis Phariseorum sabbatho manducare panem. Quando hæc igitur tibi in mentem venerint, & oblitus eorum, quæ animæ sunt, sola ea, quibus caro delectatur, impingatur, & superbit, cogitare cœperis, recordare quia in deserto es, tentat te inimicus, & panes suos tibi apponit. Non vult vt ieiunes, non vult vt abstineas, non vult vt sanctorum obseruationes custodias. Inuitat te ad carnis voluptatem, inuitat te ad crapulam, & ebrietatem. Scit enim quantum caro his superbit, & eleuatur, scit quantum anima his premitur, & superatur. Responde itaque, sicut dominus tuus respondit, quando ipse quoque ab eo tentabatur. Pane enim nutritur corpus, verbo Dei reficitur anima. Vtranque ergo bonum est. Alterum tamen nimium appetere multumque delectabilem querere, & in suscipiendo temperantiam non habere, malum est. Ex hoc enim luxuria, omnisque carnis petulantia nascitur. Propter hoc & diues ille qui epulabatur quotidie splendide, quia suscepit bona in vita sua, omnia mala nunc patitur post mortem suam. Videamus modò illos quos supra pinnaculum templi diabolus statuit. In quibus mihi clericorum ordo maxime significari videtur. Illi enim à diabolo supra pinnaculum templi eleuantur, qui dum se idoneos esse putant qui Ecclesiam Dei regere possint, & pretio, & precibus, & quibuscunque modis possunt, Ecclesiæ prælati & episcopi fieri nituntur. Neque enim

enim se aliter Christus illuc à diabolo duci pateret, nisi quia tales Christiano suo nomine prestigiosos in hoc factio significare volebat. Et bene quidem tunc omnium personas, bonorum scilicet, & malorum, in se significando suscepit, quando se à diabolo tentari permisit. Non est autem inconueniens, quoddam malos Christianos in se dominus significare voluit, qui per baptismi sacramentum eius corpori vniti sunt, cum ipse alibi dicat, Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est: omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum. Nota, quoddam ait, in me. Omnes enim palmites, etiã infructuosi, per baptismi sacramentum in ipso sunt, quamuis de ipso aliquando tollendi sunt. Quoddam autem ait, *Si filius Dei es, mitte te deorsum*, quid aliud nisi hoc dicere videtur, iam inter filios Dei computatus es, iam episcopus ordinatus es, iam ab iis, qui te non cognoscunt, videris esse quod non es: fac igitur aliquid, vnde lauderis, vnde magnus ab hominibus videaris, *mitte te deorsum*. Semper enim hi tales se deorsum mittunt, qui solas diuitias, gloriam, & dignitatem querentes, quotidie deteriores sunt. Et hos tamen benignissimus dominus docere non dedignatur, quomodo suo tentatori respondere debeant, si tamen diabolus non tentantem, sed se salutaria consilia dantem audire velint. Ait enim, *Rursum scriptum est, non tentabis dominum Deum tuum*. Hoc enim dominus respondit, quando diabolus eum duxit super pinnaculum templi, & quando ei dixit, *Si filius Dei es, mitte te deorsum*. Similiter igitur & tu, quia intelligis te supra Ecclesiam Dei malè ordinatum, & non à Deo, sed à diabolo ibi positum, ceterisque prælatum, qui tibi etiam quotidie dicit, *mitte te deorsum*, & te quotidie præcipitare & perdere nititur, recordare huius testimonij, quod non diabolo, sed tibi, & omnibus hominibus à domino dicitur. Responde igitur, non tibi credam, non me deorsum mittam, sed obediam scripturæ mihi dicenti, Non tentabis dominum Deum tuum. Quomodo enim Deum non tentat, qui Ecclesiam quam furtim, & per latrocinium inuasit, contra canonum instituta, & Dei voluntatem tenet, & possidet? Multum enim Deum tentat, qui in eo peccato perseuerat, quo se perire non dubitat. His autem ira dispositis, nunc de illis quoque videamus, qui supra montem excelsum valde à diabolo ducuntur, quibus etiam omnia regna mundi, & eorum gloriam ostendit, & ostensa promittit, si eum procedentes adorent. Quos enim alios perfidos intelligamus, nisi imperatores, reges, duces, principes, ceterosque huius seculi potentes, quos in montem excelsum, id est, in ipsarum dignitatum sublimitatem, per homicidia, per iuria, furta, rapinas, prodiciones, fraudes, & cetera huiusmodi, diabolus ducit, & exaltat? Et isti quidem eum adorant, eum colunt, & venerantur, eum quasi Deum sequuntur, & post eum in tenebris demerguntur. Neque enim audiunt, quod dicit dominus Iesus, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias*. Isti eum imitantur, ei seruiunt & obediunt. Isti sunt eius milites, & consiliarij, isti eius faciunt voluntatem. Miseri, qui non intelligunt, cui seruiunt, quem sequuntur, & cuius se seruituti subiiciunt. Quato enim amplius ei seruiunt, tanto maiora tormenta ab eo suscipient. Quia igitur dictum est de iis, qui in desertum ducuntur, & de iis, qui supra pinnaculum templi constituuntur, & de illis, qui supra montem excelsum valde exaltantur,

nunc ad principium redeamus, & quare Saluator noster quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunauerit, exponamus. Quæri enim potest, quare neque plus, neque minus ieiunauerit, & quare sibi hoc dierum numero ieiunare placuerit. Tantum enim Moysen, tantum & Eliam ieiunasse legimus. Quadragenarius enim numerus ex quatuor constat & decem: quater enim decem, vel decies quator, quadraginta sunt. Per quatuor autem nouum testamentum significatur, quoniam in quatuor euangelij consistit. Per decem verò significatur vetus, quia in decem mandatis legis continetur. Quadraginta enim diebus ieiunauit, qui ab illis omnibus se immunem, & ieiunium custodit, quæ vtranque testamentum facere interdicit: vt sicut caro exterius ieiunat à cibis, ita & animus interius ieiunet à vitiis. Dicit enim scriptura, Non occides, non mœchaberis, non furtum facies, non falsum testimonium dices, non concupisces rem proximi tui, & similia. Hi sunt illi cibi, à quibus vtranque testamentum præcipit abstinere. Qui ergo carnem ieiunij macerat, nisi interius ab istis cibis se ieiunium custodiat, non bene ieiunat. Ieiunemus igitur carne, ieiunemus & mente. Noti nobis sunt illi cibi, à quibus abstinere debeamus. Ieiunauit itaque dominus Iesus quadraginta diebus & quadraginta noctibus, quatenus in ciborum ieiunio significaret nobis ieiunium corporis, & in dierum numero demonstraret ieiunium cordis.

E V T H Y M I I Z I G A B O N I

superioris Euang. expositio.

Tunc Iesus subductus est in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo. Postquam tanquam homo omnia ad hominum doctrinam & fecit, & rullit, semetipsum post baptismum spiritui sancto tradidit: vt ab eo ducatur, quocumque ille iusserit. Ducitur autem in desertum, vt à diabolo oppugnetur, vt & tu post baptismum nequaquam tuipius ductor sis, sed ducaris potius à spiritu. Et post baptismum in tentationes incidens non turberis. Ad hoc enim armatus es, vt preleris. Et hinc est, quod accedentes tentationes Deus non prohibet. Primum quidem, vt virtutem armaturæ, qua indutus es, agnoscas. Deinde vt bellare discas. Ad hæc, vt probatus sis. Propterea vt hoc modo non extollaris. Demum, vt scias magnum tibi concreditum esse thesaurum. Nisi enim ita fuisset, nequaquam frustra tecum conligeret inimicus: Nam, vbi diuitias videret, ibi aciem ex aduerso instruit. Ductus est autem in desertum inaccessibilem, quod manifestans Marcus, dicit etiam fuisse ibi cum bestiis: vnde maius quoque bellum demonstratur. Tunc enim magis irruit diabolus, quum hominem magis viderit solitariū, omnique priuatum consolatione. *Et quum ieiunasset quadraginta dies & quadraginta noctes, postea esurijt.* Primum ieiunauit, innuens quoddam magnum propugnaculum sit ieiunium iis, qui dæmoni repugnant. Non excessit autem mensuram, quam ante ipsum attingerat Elias, & ante illum Moses: ne virtutem humanæ naturæ supergrediens, incredibile faceret, se hominem esse: & hinc est, quoddam postea esurijt, hominem se esse confirmans. Siquidem homini proprium est, ex ieiunio esurire. Superflue autem addi videtur de noctibus. Puto tamen propter Hebræorum ieiunium

nia additum esse; qui diebus ieiunantes, noctibus edebant. Marcus tamen, & Lucas, noctes tanquam subintellectas præterierunt. Et quam accessisset ad eum tentator, dicitur, &c. Marcus autem, & Lucas dixerunt, quod etiam in quadraginta diebus tentabatur: vt manifestum sit, quod in illis quidem ipsum è longinquo tentabat: nempe per somnum, per tristitiam, per ignauiam, & similia. Postquam autem ipsum elurire cognouit, iam prope, ac manifeste appetiuit: idque per vitium fami conueniens, puta gulam. Considera vero quid faciat. Audierat & à Ioanne, & per vocè cælius delapsam, hunc esse Dei filium: signorans ergo, quod Dei filius carnem assumpsisset: quidem lauit eum arcani incarnationis mysterium: suspicatus est hominem quidem esse: Deo tamen ob virtutes ipsius adoptatum. Itaque ei iam tantum inuidit honorem, sicut & veteri Adam: nisi que est hanc, velat illam ab ipso deiecit. Et idcirco propius accedens, primam producit tentationem, nempe gloriolam, per quam cepit & primum Adam. Quia ergo nullus aderat cibus, eo quod desertus nimis esset locus: sciebat autem fami conuenientem esse panem: ipse quidem non adfert, eo quod aduersario Christus sumptus non erat: sed iubet, vt de lapidibus panes efficiat. Et, ne Christus insidias agnosceret, obserua technas eius, ac malitiæ magnitudinem. Non dixit simpliciter: Facito, vt isti lapides panes fiant: sed præmisit, Si filius Dei es: vt appareat, quod, vt demonstraretur, an filius Dei sit, petit lapidum in panes fieri transformatione. Putat enim huiusmodi verbis pungendam, tanquam rubore suffundatur, si filius Dei non esse credatur: vt ignorato dolo, lapides in panes transformet, accepta certe à Deo potestate: ac postmodum videns iam ipsos, magna attractus elurie, deiciatur. Sed non lauit illum, qui sapientes comprehendit in astutia sua. Qui respondens dixit: Scriptum est, &c. Intellecta illius altitia, signum non edidit requisitum. Nam signa ad commodum intuentium fieri consueuerunt: diabolus autem nullam inde relaturus erat vilitatem. Etenim neque visus postmodum omnibus, quæ fecit Christus, in aliquo mutatus est. Sed ad oculum ipsius respondet cogitationem: & ex libri Deuteronomij scriptura ei silentium imponit: ac si diceret; Ad quid mihi opus est panes ex lapidibus facere, propter famem, quæ me urget, vt, illis visis, alliciat cæca? At qui non solo pane hominum vita seruari potest, sed & alio præterea cibi genere. Omne siquidem verbum ab ore Dei egrediens ad eum, qui fame premitur, loco cibi vitam eius sustinet, & sufficit ei. Ita sane gastrimargiæ dolum longanimitate, ac tolerantia repulit. Obseruandum vero Matthæum pluraliter lapides dicere; Lucam vero lapidem singulariter. Frequenter enim apud Euangelistas, huiusmodi, quæ nihil officiant, diuersitates reperies.

† A veteri testamento depromptum est. Est enim verbum Moysi. Nam & Hebræi manna comederunt: quod quam non esset panis, omnem tamen eorum supplebat indigentiam: imitatum in omnia, quæ operabat quisque edere, sive piscem sive castrum concupisceret Iudæus, illum gustum manna vti præbebat.

Tunc assumit eum diabolus in sanctam ciuitatem. Assumit, hoc est, assumendo ducit. Permisit enim inimico ducere se, quo liberet, & pugnare sicut vellet: vt vndiquaque victus, solus auferret. Sanctam autem ciuitatem vocat Ierusalem, vt pote à

Deo delectam, & idèd in reuerentia habitam: aut eo quod sanctum haberet templum. Et statuit eum super pinnaculum templi. Pinnacula erat excelsa valde, ad latus templi superstructa. Et dicit ei; Si filius Dei es, præcipita te deorsum. Prima victus tentatione, ad secundum procedit certamè: & per vanam gloriam ipsum mittit attrahere, idèdque iubet, vt seipsum præcipit, ac seruet. Vtque ipsum rursus pungat, præmittit iterum; Si filius Dei es, quasi denuo videatur hoc signum ad hoc procedere, vt se filium Dei esse demonstraret, quanquam id prius non fecerit: putabat nempe facilius illi posse persuaderi: & si non ob aliud, at saltem propter illos, qui eum mirabilia operantem visuri erant: tunc enim multi inferius aderant: & ita in expassam vanæ gloriæ nassam incideret: vt pote seipsum idèdque præcipitando, vt ab eis laudaretur. Ipsum quoque Dauidica attrahit scriptura: vt videretur etiam à scriptura diuina verisimiliter persuadere. Verum hi eius doli Christum nequaquam latuerunt. Non tentabatur dominum Deum tuum. Tentat autem Deum, qui, nulla instante necessitate, seipsum in manifestum præcipit periculum, ob habitum in Deum fiduciam. Iterum assumit eum diabolus in montem excelsum valde, &c. Superuacuum fuisse nomen adscribi montis: quæ enim fuisset inde consequuta vilitas? Interim frustratus secundo quoque impetu inimicus, ad tertium insuper preparatur: & per auaritiam, quam nonissimam seruabat, vt pote periculosiorem, deiecit conatur: & in montem ducit excelsum valde: ac digito ei demonstrat, in momento, temporis, quod etià addidit Lucas, hoc est, in paruo tempore, partes orbis, in quibus mundi regna sita erant, dicens; In hac quidem parte positum est regnum Romanorum: in ista verò Persarum: & in illa Assyriorum, ac pari modo de cæteris. Et in eum: Hæc præcipuam habet gloriam, si formas spectes, ac species: aliud verò in aliis: & vt semel dicam, omnia recenseat. Deinde ait; Hæc omnia tibi dabo: puta, quæ in regnis mundi continentur, si prostratus adoraueris me. Quomodo, dolo, rot, ac talia commutas vnica adoratione? Vtique: vt, vbi præcepti facilitate deceperis, auaritiæ hamo eum transfigas, videlicet, quam amore possidendi regnorum diuitias, te adorauerit. Manifestus autem ait: Lucas, dixisse ei diabolum; Tibi dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriam eorum: quia mihi tradita est, & cuiuscumque volo, eo eam: tu igitur, si pronolutus coram me adoraueris, erunt tua omnia. Matthæus quidem hæc præterit tanquam non necessaria: Lucas vero addidit, quia hoc loco dicta. Pleraque autem huiusmodi omissiones, ac additiones apud Euangelistas reperies, & in omnibus pro solutione prædictas adhibe causas. Dominum Deum tuum adorabis, & illum solum coles. Hoc quoque in Deuteronomio scriptum est. Considera verò, quod in prioribus quidem tentationibus patienter responderit: vbi autem vidit ipsum impudenter Dei ad se adorationem attrahere, diuinumque petere honorem: tunc ipsum increpauit, dicens; Abi, satana, hoc est, recede, aduersarie. Lucas verò scripsit, Abi post me, satana, hoc est, è conspectu meo te aufer, quod enim post aliquem ponitur, ipsi non apparet. Neque sustinuit, vt mendacij argueret dicentem; Omnia sibi tradita esse: sed denuo ipsum à scriptura repulit: & versuto flagellum facta est increpacio, neque enim amplius tolerauit. Et idèd Matthæus quidem postremam scripsit auaritiæ

ritiæ tentationem: Lucas autem potius vanæ gloriæ: quia Mathæus sane etiam ordinis tentationum curam habuit: Lucas verò solius narrationis eorum. In quo ergo à tentationibus saluatoris instituemur? Vt certe inimico nunquam fidè habeamus: ne, si vilius quidem, ac necessaria iubeat. Si quidem per ea, quæ commoda sunt, adulatur: sinit verò in malum. Vtque nec propter famem, aliāque videntem necessitatem, faciamus demonis voluntatem, sed ad Deum confugiamus: ne Deum tentemus, neque diabolo signa petenti intendamus. Hæc enim, occultato sub eis dolo, postulat. Quidam autem dicunt diabolum Christo demonstrasse omnia regna mundi, & gloriam eorum, non ad sensum localiter, sed ad intellectum designando. Hoc autem dixerunt propter id, quod scriptum est, hæc in momento temporis demonstrasse. Tunc omittit eum diabolus. Lucas autem scripsit, quod, completa omni tentatione, diabolus abiecit ab eo vique ad tempus. Apparet autem tres enumeratas tentationes, capita omnium esse tentationum. Ab his nan-

que cæteræ omnes oriuntur, vt, qui hos deuicerit affectus, contra omnes victoriam obineat. Quod autem additur, Vique ad tempus, significat, vique ad Iudæorum insidias. Tunc enim rursus oppugnabit non per seipsum, sed per Iudæos, tanquam per organa quædam.

† Tres tentationes sustinuit dominus, nempe gula, vanæ gloriæ, & auaritiæ. Sunt etenim hæc omnium malorum affectuum capita: qui has deuicerit, in multis quoque aliis magis victor euadet. Lucas itaque dicit, quod omnem compleuerit tentationem, eo quod tentationum capita consummauit. Quod autem etiam angeli ei ministrant, significat nobis quoque angelos post victoriam ministraturos. Omnia siquidem propter nos & factis, & ostendit dominus, cui veluti Deo semper angeli ministrant. Et ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei. Tempore quidem tentationum non permisit eos apparere, ne prædam perderet: postquam autem aduersarium propria deuicit autoritate, ac fugere coegit, tunc iam apparent: vt noueris, quod, postquam in modum eius viceris, & te suscipiant, ac stipubunt angeli.

FERIA II. POST DOMINI
CAM I. QVADRAGESIMAE.
MATH. 23.

N illo tempore dixit Iesus discipulis suis, Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hædis. Et statuet oues quidem à dextris suis, hæcos autem à sinistris. Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Sitiui, & dedistis mihi bibere. Hospes eram & collegistis me. Nudus, & cooperuistis me. Infirmus, & visitastis me. In carcere eram, & venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes: Domine quando te vidimus esurientem & pauperem: sitientem, & dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hospitum, & collegimus te: aut nudum, & cooperuimus te, aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? Et respondens rex dicet illis: Amen dico vobis, quamdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, p mihi fecistis.

Tunc dicet rex & his qui à sinistris erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare. Sitiui, & non dedistis mihi potum. Hospes eram, & non collegistis me. Nudus, & non cooperuistis me. Infirmus & in carcere, & non

Gen. 8.

Luc. 4.

Luc. 4.

a In secundo aduentu. b Qui est & filius Dei
c In diuinitate, quæ iudicabit qui prius venit in humilitate. d Regnabit.
e Ecclesiam, in qua tunc apparebit omnis potentia eius.
f Omnis temporis, omnis conditionis, omnis sexus, omnis ætatis. g Qui possit autem pro quibus suis, h Bonus.



non visitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes: Domine quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, vel in carcere, & non ministravimus tibi? Tunc respondebit illis dicens: Amen dico vobis: quando non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium aeternum. Iusti autem in vitam aeternam.

GLOSSA ORDINARIA in superioribus Euang.



VM autem. Tradendus in proximo cruci promissit gloriam triumphantis, vt secutura scandala hac promissione compensaret. Post parabolas de fine mundi nunc exequitur dominus modum futuri iudicii. *Omnes ange.* Qui testes sunt humanorum actuum, sub quorum custodia bene vel male egerunt. *Oues ab.* Duo ordines erunt in iudicio electorum scilicet & reprobatorum: sed electorum alij iudicabuntur, quibus dicitur: Sedebitis & vos super sedes iudicandi. *Tri. Israel.* Alij iudicabuntur quibus dicitur: Esurivi & dedistis mihi manducare. Item reproborum alij qui extra ecclesiam sunt, non iudicabuntur: Alij qui iudicabuntur quibus dicitur: Esurivi, & non dedistis mihi manducare, &c. *Hædos.* Hædus est animal petuleum & olidum, qui pro peccatis offerrebat in lege, & significat peccatores: Nec dicit capras quæ possunt habere fetus. *Benedicti pa.* Beneficio patris mei promoti ad obtinendam gloriam: in qua sine corruptione regnetis, ad quam prædestinati estis à constitutione mundi. Ad literam nota opera misericordie. Mystice, charitatis perfectionem: Qui esurientem & sitientem iustitiam, pane verbi reficit, vel potu sapientie refrigerat, charitatus agit opera: Et qui errantem in domum matris ecclesie reuocat, & qui infirmum in fide assumit, & qui tribulatione aliqua seu carcere tristitie oppresso subuenit compatiendo vel consolando, veram dilectionem adimplet. *Tunc respon.* non dissidentes de verbis domini, sed vel stupentes pro magnitudine maiestatis regis. Vel quia paruum videtur illis omne bonum quod fecerunt. vnde dicitur: Non sunt condignæ passionibus huius tem. ad su. glo. &c. *De his fra.* Fratres mei & mater sunt qui faciunt voluntatem patris mei. *Non dedisti, &c.* Quid meretur qui aliena rapuit, si æternaliter damnatur qui de suo dedit? *Domine quando.* Excusare se fatigant, quasi Deum fallere possint qui homines fallabant. Sed non habent excusationem qui cõnerui à malis agere elemosinas noluerunt, vnde subdit: *Quandiu non feci vni, &c.* In supplicium erit. Frustra ergo Origenes spondet liberationem post multos annos malis hominibus, & ipsis dæmonibus.

CATENA AVREA in idem Euang.

Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis sue. *Raba.* Post parabolas de fine mundi, iam exequitur dominus modum futuri iudicii. *Chr.* in ho. Est autem hæc pars dilectissimi, quam continet in animo vertentes, cum studio audiamus,

& omni compunctione: nam & ipse Christus terribilis & lucidus hunc pertractat sermonem. Idcirco non dicit de cætero. Simile factum est regu cælorum, sed reuelat seipsum ostendit, dicens. *Cum autem ve. si. ho. &c.* Hiero: Post biduum quidem pascha facturus & tradendus cruci & illudendus ab hominibus, recte promittit gloriam triumphantis: vt secuta scandala pollicitationis merito compensaret. Et notandum quod qui maiestate cernendus est, filius hominis sit. *August.* super Ioan. In forma enim humana videbant eum impij: videbant & ad dexteram positi. In iudicio enim apparebit in forma, quam ex nobis accepit: sed postea futurum est vt videatur in forma Dei, quam sciunt omnes fideles. *Remi.* Destruitur autem his verbis illorum error, qui dixerunt dominum non in eadem forma serui manere: maiestatem autem appellat diuinitatem, quæ æqualis est patri & spiritui sancto. *Orige.* Vel quia cum gloria huc reuertetur, vt corpus eius sit, quale fuit cum transfiguratus fuit in monte. Sedes autem eius, aut quidem perfectiores sanctorum dicuntur: de quibus scriptum est: Quoniam illic sederunt sedes in iudicio: Sicut quædam virtutes angelicæ, de quibus dicitur: Sicut throni siue dominationes. *August.* 20. de ciui. Dei. Descendet enim cum angelis quos aduocabit de supernis locis ad faciendum iudicium, vnde dicitur: *Et omnes angeli eius cum eo.* *Chryl.* in ho. Omnes enim angeli cum ipso adierunt testantes & ipsi quantum administrauerunt missi à domino ad hominum salutem. *Augu.* de pœni. Vel angelorum nomine significauit homines, qui cum Christo iudicabunt. Angeli enim nuncijs sunt. Nuncios autem rectissime accipimus omnes qui salutem cælestem hominibus nuntiauerunt. Sequitur, *Et congregabuntur, &c.* *Remig.* His verbis vera hominibus futura demonstratur resurrectio. *August.* 20. de ciui. Dei. Hæc autem congregatio per ministerium angelicum fiet, quibus in *Psal.* dicitur, Congregate illi sanctos eius. *Orige.* Vel non localiter intelligamus quod congregabuntur ante eum omnes gentes, sed quia iam non erant dispersæ in dogmatibus falsis & multis de eo. Manifesta enim fiet diuinitas Christi: vt non solum nullus iustorum, sed nec aliquis peccatorum ignoret. Non enim in aliquo loco apparebit filius Dei, & in altero non apparebit, sicut ipse secundum comparisonem fulguris voluit demonstrare. quædiu ergo iniqui nec se cognoscunt nec Christum, vel iusti per speculum in ænigmate vident: tandiu non sunt segregari boni à malis. Cum autem propter manifestationem filij Dei omnes ad intellectum venerint suum, tunc saluator segregabit bonos à malis. vnde dicitur, *Et sep. eos ab inui. &c.* Quia & peccatores cognoscent sua delicta, & iusti manifestè videbunt semina iustitie sue, ad qualem eos perduxerit finem. Oues autem dicti sunt qui saluantur propter mansuetudinem, quam didicerunt ab eo qui dicit, *Discite à me, quia mitis sum: & propter quod vi-*

que ad occisionem parati fuerunt venite, imitantes Christum, qui sicut ovis ad occisionem ductus est. Hædi autem dicuntur mali qui aspera & dura saxa ascendunt, & per præcipitia eorum incedunt. *Chryl.* in ho. Vel hos vocat hædos, illos autem oues: vt horum infirmitatem ostendat, nullus enim sit ab hædis fructus: illorum autem vilitatem: multus enim est ouium fructus: & à lana, & à lacte, & à fœtibus, qui parturiantur. Nominem autem ovis in scripturis diuinis simplicitas, & innocentia solet designari. Pulchrè enim in hoc loco per oues electi designantur. *Hiero.* Hædus autem lasciuum est animal & ferens semper ad coitum, & semper pro peccatis offertur in lege. Nec dicit capras, quæ possunt habere fetus, & tonsæ egrediuntur de lauacro. *Chryl.* in ho. Deinde segregat eos etiam situ. Nam sequitur, Et statuet quidem oues à dextris, hædos autem à sinistris. *Orig.* Sancti enim qui dextera opera operati sunt, acciperunt pro mercede suorum dexterorum dexteram regis, in qua requies & gloria est. Mali verò propter opera sua pessima & sinistra, ceciderunt in sinistram, id est, in trinitatem tormentorum. Sequitur, *Tunc dicit rex, &c.* Venite, vt quicquid minus fuerat eis, cum perfectius vni fuerint Christo consequantur. Addit autem, *Benedicti patris mei, vt eminentia benedictionis eorum manifestetur, quia prius benedicti sunt à domino qui fecit cælum & terram.* *Raba.* Vel vocantur benedicti, quibus pro bonis meritis, debetur æterna benedictio. Patris autem sui dicit esse regnum, quia ad eum refert potestatem regni, à quo ipse rex est genitus: vnde per auctoritatem regiam qua ipse solus exaltabitur in die illa profertur iudicij sententiam. vnde signanter dicitur, *Tunc dicit rex.* *Chryl.* in ho. Nota autem quod non dixit accipite, sed, *possidete, siue hereditate, sicut familiaria bona, sicut paterna, sicut vestra vobis antiquitus debita.* vnde dicitur, *Para. vo. reg. à constit. mundi.* *Hier.* Hæc autem iuxta præscientiam Dei accipienda sunt, apud quem futura iam facta sunt. *August.* 20. de ciui. Dei. Excepto autem illo regno, de quo in fine dicturus est, *Post. para. vo. reg.* licet longè impari modo: etiam præsens ecclesia dicitur regnum eius: in quo adhuc cum hoste configitur, donec veniat ad illud pacatissimum regnum vbi sine hoste regnabitur. *August.* de penitent. Sed dicit aliquis regnare nolo, sufficit mihi saluum esse in quo primum eos fallit, quia eorum nec salus est vlla, quorum iniquitas perferuat: deinde si est aliqua differentia inter regnantes, & non regnantes, oportet tamen vt in vno regno sint omnes: ne in hostium, aut aliorum numero deputentur, & cæteris regnantibus ipsi pereant. Omnes enim Romani Romanorum regnum possident, quamuis non omnes in eo regnent. *Chryl.* in ho. Pro quibus ergo sancti cælestis regni bona accipiant, manifestat cum subditur, *Esurivi enim, & dedisti mihi manducare.* *Remi.* Et notandum quod in hoc loco sex opera misericordie à domino commemorantur: quæ quicumque implere studuerit, regnum à constitutione mundi præparatum electis percipere merebitur. *Rab.* Mystice autem qui esurientem & sitientem iustitiam pane verbi reficit, vel potu sapientie refrigerat: & qui errantem per hætesim vel per peccatum in domum matris ecclesie recipit, & qui infirmum in fide assumit, verè dilectionis obsequium iura. *Grego.* 25. *Mora.* Hi autem quibus iudex veniens in dextram consisten-

tium, dicit, *Esurivi, &c.* Sunt qui ex parte electorum indicantur, & regnant, qui vitæ maculas lachrymis terunt, qui mala præcedentia factis sequentibus redimunt quicquid illicitum aliquando fecerunt. ab oculis iudicis, elemosinarum superductione cooperiunt. Alij verò sunt qui non iudicantur, & regnant, qui etiam præcepta legis perfectionis virtute transcendunt. *Orige.* Humilitatis ergo causa laude beneficiorum suorum indignos se proclamant non obliu corum, quæ fecerunt. Ipse autem ostendit eis suam compassionem in suis. vnde sequitur, *Tunc respondebunt ei iusti, &c.* *Rab.* Hoc quidem dicunt non dissidentes de verbis domini, sed stupentes de tanta sublimatione, & de maiestatis suæ magnitudine. Vel quia videbitur eis paruum esse bonum quod egerant secundum illud *Apotoli:* Non sunt condignæ passionibus huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Sequitur, *Et respiciens rex dicit eis, Amen di. &c.* *Hier.* Libera quidem nobis erat intelligentia quod in omni paupere, Christus esuriens pasceretur, sities potaretur, & sic de aliis: sed ex hoc quod sequitur, *Quandiu se. &c.* Non mihi videtur generaliter dixisse de pauperibus, sed de his qui pauperes spiritu sunt, ad quos extendens manum dixerat: fratres mei sunt, qui faciunt voluntatem patris mei. *Rab.* Sed si fratres eius sunt, quare eos minimos vocat? propter hoc quia sunt humiles, quia pauperes, quia abiecti. Non autem per hos, monachos solum intelligit, qui ad montes secesserunt, sed vnumquemque fidelem, etiam si fuerit secularis & fuerit esuriens: aut aliud huiusmodi vult misericordie procuracione potiri. Fratrem enim baptismi facit & mysteriorum communicatio. Sequitur, *Tunc dicit & his, qui à sinistris eius erunt, Discedite, &c.* *Orige.* Sicut iustus dixerat: Venite, ita & iniustus dicit: *Discedite.* Nam propinqui sunt verbo qui seruant Dei mandatum, & vocantur vt adhuc propinquo- res efficiantur. Longè autem ab eo sunt & si uideantur ei assistere, qui non faciunt mandata ipsius: propter hoc audiunt, *Discedite:* vt qui modo vel videntur esse ante eum, postea nec videantur. Considerandum est autem quoniam in sanctis dictum est, benedicti patris mei: non autem nunc dicitur, maledicti patris mei. Nam benedictionis quidem ministrator est pater: maledictionis autem vnusquisque sibi est author, qui maledictione digna est operatus. Qui autem recedunt à lesta, decidunt in ignem aeternum: qui alterius est generis ab hoc igne, quem habemus in vsu. Nullus enim ignis inter homines est aeternus, sed nec multi temporis. Et considera quoniam regnum quidem non angelis præparatum dicit, ignem autem aeternum diabolo & angelis eius: quia quantum ad se homines non ad perditionem creantur, peccantes autem coniungunt se diabolo: vt, sicut qui saluantur, sanctis angelis coæquantur: sic qui pereunt, diaboli angelis coæquantur. *August.* de ciui. Dei. Ex hoc autem habetur quod idem ignis erit hominum supplicio attributus, & dæmonum. Si autem erit corporali tactu noxius, vt eo possint corpora cruciari, quomodo in eo erit pena spirituum malignorum: nisi quia sunt quædam dæmonibus corpora, sicut quibusdam visum est, ex isto aëre crasso atque humido? Si autem aliquis nulla habere demones corpora afferat, non est de hæc re contentiosa disputacione certandum. Cur enim non dicamus: quamuis mitis, tamen veris modis, etiam

spiritus incorporeos posse pœna corporalis ignis affligi? Si spiritus hominum etiam ipsi profecto incorporei, & nunc potuerunt concludi corporalibus membris, & tunc poterunt corporum suorum vinculis insolubiliter alligari. Adhærebunt ergo dæmones licet incorporei corporalibus ignibus cruciandi accipientes ex ignibus pœnam, non dantes ignibus vitam. Ignis autem ille corporeus erit, & cruciabit huiusmodi corpora cum spiritibus: dæmones autem spiritus sine corporibus. Orig. Vel forsitan ignis ille talis substantiæ est, ut inuisibilia comburat ipse inuisibilis cõstitutus secundum quod ait Apollolus: Quæ videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna. Ne autem miseris audiens esse inuisibilem ignem & punientem: & cum videas interius calorem corporibus accidentem, & non mediocriter cruciantem. Sequitur. *ispirui enim, &c.* Scriptum est ad fideles, Vos estis corpus Christi. Sicut ergo anima habitans in corpore cum non esuriat quantum ad suam substantiã spiritualem, esurit tamen corporis cibũ, quia copulata est corpori suo: sic & saluator patitur, quæ patitur corpus eius ecclesia, cum sit impassibilis. Et hoc cõsidera, quia loquens ad iustos, per singulas species eorũ beneficia dinumerat: ad iniustos autem præficens narrationem admanat utranque, dicens, *infirmus & in carcere, &c.* Quoniam misericordis iudicis erat benefacta quidem hominum largius prædicare & ampliare, male facta autem eorum transitorie memorari & abbreviare. Chryso. in ho. Intrare autem quia non in vno tantum vel duobus, sed in omnibus misericordiam deseruerunt. non enim esurientem solum non cibauerunt, sed neque (quod leuius erat) infirmum visitauerunt. Et vide qualiter leuia iniungit, non enim dixit, In carcere eram, & non eripuistis me: infirmus, & non curastis me: sed, non visitastis, & non venistis ad me. In esuriendo etiam non pretiosam peti mensam, sed necessarium cibum. Omnia ergo sufficientia sunt ad pœnam. Primo quidem facilitas petitionis, panis enim erat: Secundo miseria eius qui petebat, pauper enim erat: Tertio compassio naturæ, homo enim erat: Quarto desiderium promissionis, regnum enim promissit: Quinto dignitas eius qui accipiebat, Deus enim erat qui per pauperes accipiebat: Sexto superabundantia honoris, quoniam dignatus est ab hominibus accipere: Septimo iustitia dationis, ex suis enim à nobis accipit. Sed contra vniuersa hæc homines per auaritiam excæcantur. Grego. 25. Mora. Isti autem quibus hoc dicitur, sunt mali fideles, qui iudicantur & pereunt: alij verò, scilicet infideles, nõ iudicantur & pereunt. Non enim eorum tunc causa discutitur, qui ad conspectum districti iudicis iam cum damnatione suæ infidelitatis accedunt: professionem verò fidei retinentes, sed professionis opera non habentes, redarguantur ut pereant. Isti enim saltem verba iudicis audiunt, quia eius fidei saltem verba tenuerunt. Illi in dñatione suæ æterni iudicis nec verba percipiunt, quia eius reuerentiam nec verboreus feruare voluerunt, nõ & princeps terrenam rempublicam regens, aliter punit ciuem interius delinquentem, atque aliter hostem exterius rebellantem: in illo enim iura sua consulit, contra hostem verò bellum mouet, & de pœna eius quid lex habeat, non requirit. Chryso. in ho. Verbis autẽ iudicis redarguti, cum mansuetudine loquuntur. Sequitur enim: *Tunc respon. ei & ipsi di.*

Domine, &c. Orig. Considera quod iusti immorantur in vnoquoque verbo: iniusti autem non ita per singula, sed cursim dicunt: quoniam proprium est iustorum, benefacta sua relata sibi in facie, diligenter, & per singula referre causa humilitatis: malorum autem hominum est culpas suas excusationis causa, aut nulla esse ostendere, aut leues & paucas, sed & responsio Christi hoc ipsum signat. vnde sequitur, *Tunc respon. il. di. Amen dico vobis.* Volēs enim iustorum benefacta ostendere grãdia, peccatorum autem culpas non grandes, ad iustos quidem dicit: *Ex eo quod fecisti vni ex minimis meis fratribus:* ad iniustos autem non adiecit fratribus. Reuera enim fratres eius sunt qui perfecti sunt. Gratus est autẽ apud Deum opus bonum quod fit in sanctioribus quàm in minus sanctis, & leuior culpa est negligere minus sanctos quàm sanctiores. Augu. 20. de ci. Dei. Nunc autem de nouissimo iudicio agitur, quando Christus de celo venturus est, vitos & mortuos iudicaturus: hoc diuini iudicij vltimum hunc diem dicimus, id est, nouissimũ tempus, nam per quot dies istud iudicium protendatur, incertum est, sed scripturarum sanctarum more dies poni solet pro tẽpote. Ideo autem dicimus vltimum vel nouissimum: quia & nunc iudicat, & humani generis initio iudicauit, à ligno vitæ separans primos homines, & angelis peccantibus non parcēs: In illo autem finali iudicio simul & homines & angeli iudicabuntur. fiet enim virtute diuina, vt cuique opera sua vel bona vel mala cuncta in memoriam reuocentur: & mentis intuitu mira celeritate cernantur, vt accuset vel excuset scientia cõscientiam. *Et ibidem hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.* Augu. de fide & openibus. Nonnulli seipfos seducunt, dicentes legem æternam, non dictum ipsam pœnam æternam. Hoc præuidens dominus sententiam suam ita conclusit dicens: *Et ibidem hi in sup. æter. iusti autem, &c.* Orig. Attende quoniam cum prius dixisset: *Venite benedicti,* deinde: *discedite maledicti,* propterea quod propriũ boni Dei, est primam recordari benefacta bonorum quàm malefacta malorum. hinc prius nominat pœnam malorum deinde vitam bonorum: vt primam quæ timoris sunt, euitemus mala: postea quæ honoris sunt, appetamus bona. Greg. 15. Mora. Si ergo tanta pœna mulctatur, qui non dedisse conuincitur, quæ pœna ferendus est, qui redarguitur abstulisse aliena? Augu. 19. de ciui. Dei. Est autem vita æterna summum bonum nostrum, & finis ciuitatis Dei, de quo sine dicit Apostolus: Finẽ verò vitam æternam. Sed rursus quia vita æterna ab iis qui familiaritatem non habent cum scripturis sanctis potest accipi: etiam in vita malorum propter anime immortalitatem, vel propter interminabiles pœnas impiorum: profecto finis ciuitatis huius in quo summum habebitur bonum, vel pax in vita æterna, vel vita æterna in pace dicendus est, vt ab hominibus possit intelligi. Augu. 2. de trinit. Quod enim dixit dominus famulo suo Moysi, Ego sum qui sum, hoc cõntemplabitur cum viuemus in æternum. Ita enim dominus ait, Hæc est vita æterna, vt cognoscant te vetum Deum. Hæc enim nobis cõtemplatio promittitur actionum omnium finis, atque æterna perfectio gaudiorum. de qua dicit Ioan. Videbitus enim scuti est. Hier. Prudens autem lector intende quod & supplicia æterna sunt, & vita perpetua metum deinceps nõ habeat ruinam. Greg. 33. Mora. At inquitur ideo peccanti

peccantibus minatus est, vt nos à peccatis compelleret. quibus respondemus si falsa minatus est vt ab iniustitia corrigeret: etiam falsa promiserat vt ad iustitiam prouocaret. & sic dum fatagũt Deum perhibere misericordem, non venientur prædicare fallacem. At inquitur, sine fine puniri non debet culpa cum sine, quibus respondemus, quod recte dicitur: si iudex iustus non corda hominum, sed facta pensaret. Ad districti ergo iudicis iustitiã pertinet, vt nunquam careant supplicio, quorum mēs in hac vita nunquam voluit carere peccato. Augu. 1. de ciui. Dei: Nullius etiam legis iustitia attendit, vt tanta mora temporis quisque puniatur, quanta mora temporis vnde puniretur, admisit. Nullus enim exitit qui conseret tam cito nocentium finiendi tormenta, quàm cito factum est homicidium vel adulterium. Qui verò pro aliquo grandi crimine morte mulctatur: nunquid moram, qua occiditur, eius supplicium leges existimant, & non quod eum in sempiternum auferant à societate viuentium? Iam verò damnationem, ignominiam, exilium, seruitus cum plerunque sic infliguntur, vt nulla venia relaxentur: nõnne pro huius vitæ modo similia pœnis videntur æternis? Ideo quippe æterna esse, non possunt, quia nec ipsa vita quæ iis plectitur, portigitur in æternum. Sed inquitur, Quomodo ergo verum quod ait Christus, In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis: si temporale peccatum supplicio puniatur æterno? nec attendunt non propter æquale temporis spatium, sed propter vicissitudinem mali, id est, vt qui mala fecerit, mala patiatur, eandem dictam mensuram fuisse. Factus est autem homo malo dignus æterno, qui hoc in se peremit bonum quod esse posset æternum. Grego. 20. Mor. At inquitur, Nullus iustus credulitatibus pacitur, & delinquens feruus à iusto domino idcirco cædi præcipitur, vt à nequitia corrigitur. Iniqui autem gehennæ ignibus traditi, quo sine semper ardebunt? Quibus respondemus, quod omnipotens Deus, quia pius est, miserorum cruciati non pacitur: quia autem iustus est, ab iniquorum vitione non sedatur: & tamen ad aliquid iniqui semper concremantur: vt scilicet iusti tantò in æternum magis diuinæ gratiæ debitores se esse cognoscant, quãtò in æternum mala puniri conspiciunt, quæ eius adiutorio vitare potuerunt. Augu. 21. lib. de ciui. Dei, Sed nullum est, inquitur, corpus quod dolere possit, mori non possit. Necessè est autem vt viuat, dolens, non est necesse vt occidat dolor: quia nec corpora ista mortalia omnis dolor occidit. Et vt dolor aliquis possit occidere, illa causa est, quoniam sic connexa est anima huic corpori, vt summus doloris cedat atque discedat. Tunc autem tali corpori anima & eo connectitur modo, vt illud vinculum nullo dolore vincatur: non ergo tunc nulla, sed sempiterna mors erit: quando nec viuere anima poterit Deum non habendo, nec doloribus corporis carere moriendo. Inter huiusmodi autem æternitatem supplicij negantes, misericordior fuit Origenes, qui & ipsum diabolum & angelos eius post gratiora pro meritis & diuturna supplicia ex illis cruciatibus erudendos & sociandos sanctis angelis credit. Sed illum & propter hoc & propter alia nonnulla non immerito reprobat Ecclesia, quia & hoc quod misericos videbarur amittit faciendò veras misericordias, quibus pœnas luere: & falsas beatitudines, in quibus securum & sem-

piternum boni gaudium non haberent. Longè autem aliter aliorum misericordia ab humano erat affectu, qui hominum illo iudicio damnatorum misericordias temporales: hominum verò qui vel citius vel tardius liberantur æternam felicitatem putant. Cur autem hæc misericordia ad vniuersam naturam manat humanam: & cum ad angelicam ventum fuerit, mox arefcit? Grego. 32. Moral. At inquitur: Vbi est quod sancti sunt, si pro inimicis suis, quos tunc ardere viderint, non orabunt? Orat quidem pro inimicis suis eo tempore quo possunt ad fructuosam penitentiam eorum corda conuertere, quomodo autem tunc orabitur pro illis qui iam nullatenus possunt ab iniquitate commutari? Aug. 21. de Ciuitate Dei: Item sunt alij ab æterno supplicio liberationem non omnibus hominibus promittentes, sed tantummodo Christi baptisma-re ablatis, qui participes sunt corporis eius, quomodolibet vixerint, propter illud quod ait dominus: Si quis manducauerit ex hoc pane, non morietur in æternum. Item sunt qui non omnibus habentibus Christi sacramentum sed solum Catholicis, quamuis malè viuentibus hoc pollicentur, qui non solum sacramento, sed et ipsa manducauerunt corpus Christi: in corpore eius quod est Ecclesia constituti, etiam si postea in aliquam hæresim, vel in gentilium idololatriam fuerint lapsi. Sunt autem qui propter id quod scriptum est: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit: non nisi in Catholica Ecclesia perseuerantibus hoc promittunt, quod merito fundamenti, id est, fidei per ignem saluantur, quo igne in vltimo iudicio punientur mali. Sed omnibus his cõtradicit Apollolus, dicens: Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt immunditia, fornicatio, & his similia, quæ prædico vobis: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Si quis autem temporalia in corde suo præponit Christo: & si videatur habere fidem Christi, non est tamen in eo fundamentum Christus, cui alia præponuntur: quãtò magis si committat illicita, nõ præposuisse, sed postposuisse Christum conuincitur? Competi etiam quosdam putare eos solum arduos illius æternitatis supplicij, qui pro peccatis dignas elemosynas facere negligunt: ideo iudicem ipsum noluisse existimant commemorare aliud se esse dicturum, nisi elemosynas, siue factas, siue nõ factas. Sed qui dignè pro peccatis suis elemosynas facit: prius eas facere incipit à seipso: indignum est enim, vt ipse sibi non faciat qui facit in proximum, cum audiat dicentem Deum: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Itẽque audiat: Miserere animæ tuæ placens Deo. Hanc elemosynam, id est, vt Deo placeat, non faciens animæ suæ quomodo dignas pro peccatis suis facere elemosynas dicendus est? Propter hoc ergo elemosynæ faciendæ sunt, vt cum de præteritis peccatis deprecamur, exaudiamur: non vt in eis perseuerantes licentiam malefaciendi nos per elemosynas comparare credamus. Ideo autem dominus à dextris elemosynas ab eis factas, in sinistris non factas se imputaturum esse prædixit, vt hinc ostenderet quantum valent elemosynæ ad priora delenda, non ad perpetua impune committenda peccata. Orig. Vel non vnus tantum iustitiæ species remuneratur, sicut existimant multi. In quibuscunque enim causis mandatum Christi quis fecerit: Christum cibare, & potare, qui delictum iustitiam, & veritatem manducat, & bibit. Item

Christo argenti teximus vestimentum, accipientes sapientiam: texturam: adeo ut per doctrinam aliquos doceamus & induamus eos viscere misericordiam. Quando & preparamus cor nostrum diuersis virtutibus ad receptaculum eius vel illorum qui sunt ipsius, ipsum peregrinantem suscipimus in domo pectoris nostri. Item cum fratrem infirmum, siue in fide, siue in bono opere visitauerimus, aut per doctrinam, aut per increpationem, aut per consolationem, qui ipsum Christum visitamus. Deinde omne quod hic est, carcer est Christi & eorum, qui sunt eius, qui sunt in hoc mundo dicentes, quasi etiam in carcere naturae necessitate constructi. Cum ergo bonum opus in eis fecerimus, visitamus eos in carcere, & Christum in eis.

ORIGENIS PRESBYT.

in idem Euang. Hom. 1.

Ex Form. 1. 4.
in Math.

Indiscussus quidem sermo videtur esse manifestus, quasi exhortans homines ad dandum & largiendum, & auertens ab omni inhumanitate & paritate. Videmus tamen quid querere oportet in eo propter eos qui nihil arbitrantur aliud in eo nisi exhortationem humanitatis. Certe secundum & gloriosum Christi aduentum fore credit omnis ecclesia, quando & filius Dei, qui assumptus est in gloria sic cum gloria huc reuertetur in specie sua, & pulchritudine sua ut corpus eius sit, quale fuit, cum transformatus fuisset in monte coram tribus discipulis coascendentibus ei, ut iam non tribus, nec aliis paucis, sed vniuersis gentibus congregatis ante eum appareat, & sedeat super sedem gloriae suae, & tunc segregabit malos à bonis. Vtrum autem segregabuntur gentes omnes ab omnibus, quae in omnibus generationibus fuerint: an illae tantum, quae in consummatione fuerint derelictae: an illae tantum, quae crediderint in Deum per Christum, & ipse vtrum omnes, an non omnes, non satis est manifestum. Tamen quibusdam videretur de differentia earum, quae crediderunt, haec esse dicta. Quantum ergo ad simplicem textum, nec qui à dextris consistunt, alia causa laudantur, & in praeparatum regnum vocantur, nisi propter solam humanitatem: nec qui sunt à sinistris, alia causa confunduntur, & deputantur in ignem, nisi propter inhumanitatem. Quid ergo? Si isti, qui humani fuerunt, circa virtutes ceteras negligentes fuerint, consequentur talia haec promissa? aut illi, qui non fuerunt humani, si alias impleuerunt virtutes, maledicti erunt omnino, & in ignem sunt condemnandi, & hoc cum ipso diabolo? Vides ergo quod necessariam habet sapientiam sermo. Item tractandum est, vtrum in loco futurus est Saluatoris aduentus in gloriam: an alteram expositionem debemus exquirere. Quis enim erit locus ille, ut capiat in vno aspectu, & omnes angelos venientes cum Christo, & omnes gentes illic congregatas? Et de sede gloriae eius quid est dicendum? Putas corporale aliquid subsellium erit? an etiam hoc opus habet interpretatione subtiliore? Propterea qui vult omnia rationabiliter intelligere, multam sapientiam inueniet & in istis. Et periculosum quidem est de huiusmodi rebus exponere: sed ne propter intellectus difficultatem plenioris tacentes, derelinquamus eos, qui mouentur in istis ad fluctuandum: pauca de multis secundum quod pos-

sibile est exponamus. Existimo ergo quod erit tempus aduentus Christi quando tanta manifestatio futura est Christi & diuinitatis, ut non solum nullus istorum, sed nec aliquis peccatorum ignoret Christum secundum quod est: quando & peccatores cognoscant in conspectu suo sua delicta, & iusti manifesti videbunt semina iustitiae suae ad qualem eos perduxerint finem. Et hoc est quod dixit, *Congregabuntur ante eum omnes gentes*. Si enim modo quando nec omnes cognoscunt Christum secundum quod est, nec ipsi, qui videntur cognoscere, palam eum cognoscunt, sed in fide tantum intrant homines conspectum eius, quando agnitionem eius accipiunt per fidem: sicut scriptum est, intrate in conspectu eius in exultatione: quanto magis recte dicuntur omnes gentes ante eum congregandae, & constituendae, quando palam omnibus tam bonis quam malis, tam fidelibus fuerit factus manifestus, ante oculos mentis eorum: iam non fidei aut diligentiae alicuius inquisitione reperiuntur, sed ipsius diuinitatis suae manifestatione prelati? Non in aliquo quidem loco apparebit filius Dei cum venerit in gloria sua, in altero autem non apparebit: sed sicut ipse secundum comparationem fulguris exeuntis aduentum suum voluit demonstrare dicente, Si dixerint vobis, ecce in deserto, nolite exire: ecce in domo, nolite credere: sicut enim fulgur egreditur ab oriente, & apparet vique ad occidentem: sic erit aduentus filij hominis. Sicut enim fulgur egreditur ab oriente, & propterea quod omnia implet, apparet vique ad occidentem: sic cum venerit Christus in gloria sua, propterea quod ubique futurus est, & ipse in conspectu omnium erit ubique, & omnes ubique erunt in conspectu ipsius: & sic constituentur ante sedem gloriae eius, hoc est ante regnum eius & potestatem dominationis ipsius. Sedes autem eius aut certe quidam perfectiones sanctorum dicuntur: de quibus scriptum est, Quoniam illic sederunt sedes in iudicio: aut quaedam virtutes angelicæ, de quibus dicitur, Siue sedes, siue dominationes. Ergo rex seculorum Deus verbum, qui & in forma factus est hominis, sedebit super huiusmodi sedem gloriae suae: & congregabuntur ad eum omnes gentes, iam non dispersae in dogmatibus falsis & multis de eo: & sic erunt ante eum, ut non localiter audiamus omnes gentes fieri ante eum, sicut nec localiter audimus iustos ea dicturos quae sunt dicturi. Quandiu ergo confusi sunt iniqui, nec se cognoscentes, nec Christum, sed in erroribus internebricati tenentur: & iusti quandiu per speculum & in enigmate vident, & ex parte seiplos cognoscunt, non secundum quod vere sunt, tandiu non sunt segregati boni à malis. Cum autem propter manifestationem filij Dei omnes ad intellectum venerint suum: tunc saluator segregabit bonos à malis. Oves autem dicti sunt, qui saluatur, propter mansuetudinem quam dixerunt ab eo qui dicit, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & propter quod ad occisionem parati fuerunt venire, imitantes Christum, qui sicut ovis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tendente sine voce: & non simpliciter sine voce, id est, coram auferente, quae sunt ipsius, & diripiente. Haec autem dicuntur mali quia aspera, & dura saxa male ascendunt, & per precipitia eorum incidunt: sic intellige mihi & sanctos à dextris, qui dextra opera operati sunt, & pleni sunt conuersi ad iustitiam

tiam, quae semper à dextris est Dei. Propterea secundum dignitatem actuum suorum dexterorum à dextris consistunt, & acciperunt mercedem suorum dexterorum, dexteram regis, in qua requies & gloria est. Qui autem ad peruersitatem vitae seiplos separauerunt à dextris propter opera sua pessima & sinistra, ceciderunt in sinistram, id est, in tristitiam tormentorum damnari, propter quod à sinistris consistunt. Tunc dicit ad eos, qui sunt à dextris, inuitans eos ad se, *Venite*, ut quicquid minus fuerat eis, cum perfectius vniueris fuerint Christo, consequantur audientes, *Venite*, & facientes. Tale est & quod dicit apud Lucam. Auferte talentum ab eo, & date ei qui habet decem. Omnis enim, qui habet, addet et ei: qui autem non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Vocat autem illos benedictos patris, addito benedicti patris mei, ut eminentia benedictionis eorum manifestetur, qui benedicti sunt à domino, qui fecit caelum, & terram, & forsitan quia sunt aliqui, qui benedicti quidem sunt, non autem patris. *Accipite verbum quod vobis preparatum est à constitutione mundi*. Quod in latino habet. *A constitutione mundi*: in graeco sic habet, *A depositione mundi*: & secundum graecum sermonem exponit, quae secundum latinum non conueniebat exponere. Quare autem nomine depositionis de mundo frequenter videntur scripturae sicut & hic dicens, *A depositione mundi*, querat qui potest, sciens quod non omne quod creatum est, depositum dicitur, nec scriptum est alicubi, à depositione sedium, aut dominationum, aut principatum. *Cogregans autem ex omnibus nomen depositionis, si forte in altero aliquo dictum est, & comparans ea cum iis, quae dicuntur de mundi depositione, ascendens per verbum ab cetera, creata quidem, non autem deposita ex eo quod est deo eorum facta depositio, videbis causam nominatae depositionis, quod nomen tantum de mundo suscipitur. Credere autem haec talia literis, quae possunt & in manus hominum male moratorum venire, & calumniatorum, & non ita amatorum, non est religiosum, ut ne margaritae nimis exoperatae ante porcos imitantur, neque sancta canibus dentur. *Esurivi & dedistis mihi manducare, &c.* Videtur mihi per haec, quod non vniuersae species remuneratur sicut existimant multi. Absurdum est enim nihil aliud intelligere virtutis in eo, qui ita remuneratur, nisi tantum communicationem humanitatis. Non enim hoc diximus, ut negligentius obseruemus humanitatem, cum sit omnibus fidelibus praecipue obseruanda, sed ut omnia aequaliter, aut ut pene aequaliter obseruare studeamus, ut propterea ex omnibus omnem benedictionem percipiamus in celestibus in Christo Iesu. Primum autem sciendum est, quod sicut quantum ad textum non sufficit ad consequendum regni caelestis hereditatem, date esurientibus manducare, nisi & cetera fecerimus quae subsequuntur: sic non est possibile omnia illa secundum textum implere, sicut existimant multi, nisi ex parte egerimus contra Deum mandatum. Necessè est enim & quatuor modis esse, ut det cibum, & potum, & vestimentum Christo esurienti, & sitienti, & argenti in sanctis, ut hoc modo & peregrinum eum colligat, & infirmum visitet, & eat ad eum in catorem. Vere autem, siue secundum simpliciora & corporalia bene facta intelligamus, siue secundum spiritualia, certum est, quod siue hoc, siue illo modo quis faciat opus bo-*

num, & nutriet animas spiritualibus cibis, siue qualem eumque speciem boni operis quis fuerit operatus propter Deum, Christo esurienti, & sitienti dat cibum, & potum. Siue quae facimus sanctis, qui diuites meritis, pauperes rebus, siue in quibuslibet qui meritis pauperes sunt, est fuerint diuites rebus, siue in quibuslibet quae causis mandatum Christi quis fecerit, Christum cibis, & potat, qui fidelium iustitiam & veritatem manducat & bibit. Item Christum argenteum tegimus vestimento, accipientes sapientiam texturam à Deo, ut per doctrinam aliquos doceamus, & induamus eos viscera misericordiae, castitatem, mansuetudinem, humilitatem, ceteraque virtutes, quae omnes virtutes spiritualia sunt vestimenta eorum, qui audiunt doctrinam docentium eas, secundum eum, qui dicit, Induite vos viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, mansuetudinem, & cetera. Magis autem & ipsum Christum, qui haec omnia fidelibus est, secundum eum, qui dixit, Induite dominum Iesum. Cum ergo huiusmodi vestimentis vestierimus vni de minimis in Christo credentibus, ipsum dominum videmus vestiuisse, ut ne quantum ad nos, nudum sit verbum Dei in mundo. Sed & peregrinum Dei filium constitutum, & domesticos corporis eius peregrinos in mundo ab omnibus actibus corporalibus, sicut ipse & de se, & de discipulis suis dicit, Et isti non sunt de hoc mundo, sicut & ego non sum de hoc mundo. Et querit Christus cum suis animam ubi succedat. Quando ergo preparamus cor nostrum diuersis virtutibus ad receptaculum eius, vel illorum qui sunt ipsius, ipsum peregrinantem suscipimus in domum pectoris nostri facientes cenaculum magnum, mundatum, & ornatum ad susceptionem Christi peregrinantis in mundo, ceterorumque discipulorum ipsius. Quorum enim verbum suscipimus, & ipsos suscipisse videmus in nobis, & per ipsos Christum, cuius batulant verbum. Item in infirmis hominibus siue de fide, siue ab aliquo opere bono, aut scandalum patientibus, Christus infirmatur, & scandalum patitur: sicut ipse dicit ad Petrum, quae carnis sunt, sapientem, scandalum mihi es, hoc est infirmitas mihi es. Sed & omnes discipuli eius dilecti simul cum talibus infirmantur, & scandalum patiuntur dicentes, Quis infirmatur, & nos non infirmamur? Quis scandalizatur, & nos non virmur? Et si discipuli eius confirmantur infirmis, quanto magis ipse Saluator creator ipsorum? Nam quem maior misericordia tenet hominum infirmorum, grauior constringit infirmitas talis. Cum ergo vnum scitatum infirmorum visitauerimus, aut per doctrinam, aut per increpationem, aut per consolationem, aut precibus, aut terrore iudicij, aut aliqua bona opera facientes in eum, fecerimus meliorari in Christo: ipsum Christum visitauimus, & confortauimus infirmatum & ceteros discipulos Christi talibus passionibus confirmantes refrigeramus: sicut Paulus ad Philemonem dicit, Gaudium enim magnum habuimus, & consolationem in charitate tua, quia viscera sanctorum requieuerunt per te, frater. Et ne putes esse blasphemum infirmum dicere Christum. Ipse enim ex infirmitate est crucifixus propter misericordiam, & ipse infirmitates nostras portat, & omnes noti ipsius. Deinde omne quod hic est, carcer est Christi, & eorum qui sunt ipsius. Propterea eamus ad eos, qui in domo vinculorum istorum habentur: ubi

in carcere, & sunt in hoc mundo degentes, quasi carere natura necessitate constricti. Cum ergo abierimus ad tales, & omne opus bonorum fecerimus in eis, visitauimus eos in carcere, & Christum in eis. Videamus autem nisi generaliter hæc intellecta, & ad simplicem humanitatem nos exhortantur, & ad omnia laudabilia facta, ut benedictionem dignis dicentem, *Venite benedicti patris mei*, consequi quis valeat digne. Non autem iusti obliuiscuntur, quæ gerunt, tunc respondebunt ei dicentes, *Domine, quando te vidimus esurientem, &c.* sed humilitatis causa laude benefactorum suorum indignos se proclamantes. Ipse autem volens eis ostendere suam compassionem, in suis etiam se pronunciat esse, in quibus fuerint fratres eius, dicens, *Amē dico vobis, ex eo quod fecistis vni minimorum istorum fratrum meorum, mihi fecistis.* Videamus nunc quod dicit iustis, *Venite benedicti patris mei*: iniustus autem, *Discedite à me, cum fuisset vique fideles, & intelligemus impletum in eis quod scriptum est, Omni habenti dabitur, & abundabit ab eo autem, qui non habet, etiam quod videtur habere, auferetur ab eo.* Nam propinqui sunt verbo, qui seruant Dei mandatum, & vocantur ut adhuc propinquiores efficiantur, audientes, *Venite benedicti patris mei.* Longe autem ab eo sunt, etiam videantur assistere ei, qui non faciunt mandata ipsius. Propter hoc tollitur ab eis & quod sibi videbantur assistere ei, audientes, *Discedite à me*, ut qui modo vel videntur esse autem eam, postea nec videntur. Propter quod & nos debemus nos conseruare ne audiamus & ipsi, & quasi elongantes nos ipsos à domino, *Discedite à me*, & omnia faciamus, ut dicat ad nos, *Venite benedicti patris mei.* Considerandum est autem, quod in sanctis non solum dictum est benedicti, sed cum additamento, non qualemcunque honorem habere, id est benedicti non alicuius alterius, nisi Dei patris. E contrario autem quibus dicitur maledicti, non dicitur, maledicti patris mei. Nam benedictionis quidem ministrator est pater, maledictionis autem vnusquisque sibi est author, qui maledictione digna est operatus. Qui autem recedunt ab Iesu, decidunt in ignem æternum, qui alterius generis est ab hoc igne, quem habemus in vfu. Natus enim ignis inter homines est æternus, sed nec multi temporis: extinguitur enim cito. Æternus autem ignis est ille, de quo & Esaias dicit in fine prophetiæ suæ, Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Forsitan talis substantiæ est, ut inuisibilia comburat ipse inuisibilis constitutus, secundum quod ait Apostolus, Quoniam quæ videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna. Si ergo quæ videntur, temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna sunt, necesse est si visibilis est ille ignis, & temporalis sit. Si autem æternus est, & inuisibilis est, quo puniuntur qui recedunt à Salvatore. Tale est quod dicit & Iob, Comedet eum ignis, qui non accenditur. Ne autem miretis audiens esse inuisibilem ignem, & punientem, cum videas inter homines calorem corporibus accidentem, & non mediocriter cruciantem, maxime eos, qui ab eo validissime molestantur. Et considera, quod regnum quidem non aliis præparatum dicitur à constitutione mundi, nisi iustis, & ideo reddet eis ipsum rex eorum Christus. Ignem autem æternum non illis, quibus dicitur, *Discedite à me maledicti*, paratum ostenditur, sicut regnum iustis, sed diabolo & an-

gelis eius. Quia quantum ad se homines non ad perditionem creantur, sed ad vitam, & gaudium: peccantes autem coniungunt se diabolo, ut, sicut qui saluantur, sanctis angelis conquantur, & sunt filij resurrectionis, & filij Dei, & angelis: sic qui peccant, diaboli angelis conquantur, & sunt filij eius. *Esurius enim, & non deditis mihi manducare, &c.* Scriptum est ad fideles, Vos estis corpus Christi, & membra ex parte. Sicut ergo anima habitans in corpore cum non esuriat, quantum ad suam substantiam spiritali, esurit tamen vnusquemque corporis cibum, quia copulata est corpori suo: sic & Saluator patitur, quæ patitur corpus eius ecclesiæ, cum sit ipse impassibilis quantum ad suam diuinitatem. Sanctis enim indigentibus cibo, & ipse esurit. Aliis autem membris suis necessariam habentibus medicinam, & ipse quasi infirmus necessariam habet. Item aliis susceptione opus habentibus, ipse quasi peregrinus in eis quærit, vbi caput suum reclinet. Sic & in nudis alget, & in vestitis vestitur. Et si ex dilectione Paulus dicit, Quis infirmatur, & ego non infirmor? & hoc magis ad laudem respicit Apostoli, offendens magnitudinem charitatis suæ circa fideles, quomodo non magis quàm Paulus, & omnis homo, dilectione ornatus filius charitatis Dei Saluator dicere potest conuenienter, Quis infirmatur & ego non infirmor? quis scandalizatur, & non ego vror? Propter quod dicit, infirmus fui: sic & in carcere fui, & non visitatus me. In carcere enim mēbro Christi constituto, ipse non est solutus à carcere, qui dicit de iusto, Cum ipso sum in tribulatione, hoc est, contribulor ei. Sicut enim qui meus est, in tribulatione meum est, sic & ego in tribulatione cum eo sum. Et hoc dico non ignorans vulgariorem illam traditionem. Et hoc considera, quod immoratur in vnoquoque verbo loquens ad iustos, & laudans eos, & per singulas species eorum beneficia dinumerat. Loquens autem ad iniustos præcedit compendians, & concoligens malefacta eorum in breue, id est iustus quidem de infirmitate dicit, *Infirmus fui, & visitatus me.* Separatim autem de carcere, *In carcere fui, & visitatus ad me.* Ad iniustos autem cum potuisset similiter facere, infirmus fui, & non visitatus me: in carcere fui, & non visitatus ad me: præcedens narrationem subnauit vtrunque dicens, *Infirmus fui, & in carcere, & non visitatus me.* Quoniam misericordia iudicis erat benef. Ita quidem homini largius prædicare, & ampliare, malefacta autem eorum transitorie memorare, & breuiare. Sed & iusti immorantur in vnoquoque verbo dicentes. *Quando te vidimus esurientem & cibauimus, aut sitientem & potauimus, aut nudum & vestiuimus, aut peregrinum & collegimus? Aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere?* Quoniam proprium est iustorum, beneficia sua relata sibi in facie, diligenter & per singula refutare causa humilitatis, tanquam si dicente domino hoc, & hoc, & hoc bonum in me fecistis, illi recusantes dicant, nec hoc, nec hoc, nec hoc fecimus tibi. Iniusti non ita per singula, sed cursim dicant, *Quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut peregrinum, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministrauimus tibi?* verbum ministrauimus tibi, ad omnia referentes, & quasi præcedentes, & prætereuntes crimina singula, ut non grauiora videantur diligenter & sigillatim enumerata, quia proprium malorum hominum est, culpas exculationis causa, aut nullas velle ostendere, aut leues, & paucas. Sed

& re

& responsio Christi tam ad iustos facta quàm ad iniustos, hunc ipsum significat intellectum. Volens enim iustorum benefacta ostendere grandia, peccatorum autem culpas non grandes, ad iustos quidem dicit, *Ex eo quod fecistis vni ex minimis istis fratribus meis, mihi fecistis.* Ad iniustos autem sic, *Ex eo quod non fecistis vni ex minimis istis, nec mihi fecistis, non adiciens, fratribus meis, quemadmodum cum loqueretur ad iustos. Nam abusiue quidem omnes credentes in Christo fratres sunt Christi, reuera autem fratres eius sunt, qui perfecti sunt, & imitatores sunt eius, sicut ille qui dixit, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi, qui possunt dicere, Pater noster, qui est in cælis. Gratus autem est apud Deum opus bonum quod fit in sanctoribus, quàm in minimis sanctis, & leuior culpa est negligere minus sanctos, quam sanctiores. Minimos autem hic dicit, aut quasi in mundo minimos existimatos, aut quia apud seipos minimi erant. Volentes enim apud Deum fieri magni, seipos minimos faciebant, quasi charissimi discipuli eius qui dixit, Discite à me quia humilis, & mitis sum corde. Et hoc attende, quod cum prius dixisset, *Venite benedicti: deinde, Discedite maledicti,* quod proprium boni Dei est prius recordari benefacta bonorum, quam malefacta malorum, postea in exitu vtrorumque prius nominat penam malorum, deinde vitam bonorum, dicens, *Et abibunt illi in penam æternam, hi autem in vitam æternam,* ut primam quæ timoris sunt euitemus mala, postea quæ honoris sunt appetamus bona.*

S. HILARII EPISCOPI Prælati superioris Euang. expositio.

Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo & reliqua. Omnem ipse rationem huius sermonis aboluit. De iudicij enim tempore aduentuque commemorat, quo si leles ab infidelibus separabit, atque ab infidelibus fructuosa discernet hædos videlicet ab agnis, & in dextera, ac sinistra collocas vnusquemque, digna aut bonitatis, aut malitiæ suæ sede constituet: iudicans se in minimis suis, id est, ut qui sibi cum humilitatis suæ expectatione famulentur & esurientibus ali, & sitientibus potari, & peregrinantibus confoueri, & nudis con tegi, & infirmis visitari, & sollicitis consolari. Ita enim in vniuersorum fidelium corporibus mentibusque transfunditur: ut hæc humanitatis officia, aut gratiam suam impensa mereantur, aut offensam negatam commoneant.

S. HIERONYMI PRESBYTERI in idem Euang.

Post biduum pascha facturus, & tradendus Peruci, & illudendus ab hominibus, et aceto, ac felle potandus, recte præmittit gloriam triumphantis, ut secutura scandala policitationis premio compensarent. Et notandum quod qui in maiestate cernendus est, filius hominis sit. Quodque sequitur: *Statuet oves quidem, à dextris suis: hædos autem à sinistris iuxta illud intellige, quod alibi legis: Cor sapientis in dextra eius, & cor stulti in sinistra illius.* Et supra in hoc eodem euangelio: nesciat si-

nistra tua quid faciat dextera tua: Oves in parte iustorum stare iubentur ad dexteram: hædi hoc est, peccatores ad sinistram: qui semper pro peccato offeruntur in lege. Nec dixit capras quæ possunt habere segetes, & consue egrediuntur de lanacuo, omnes gemellis segetibus, & sterilibus nulla inter eas: sed hædos, lasciuium animal, & petulcum, & feruens semper ad coitum: *Venite benedicti patris mei.* Hoc iuxta præscientiam Dei accipiendum, apud quem futura iam facta sunt. Amen dico vobis: quandiu fecistis vni de his, libera nobis erat intelligentia, quod in omni paupere, Christus esuriens pascere: sitiens potaretur: hospes induceretur in tectum: nudus vestiretur: infirmus visitaretur: clausus carcere haberet solatium colloquens. Sed ex hoc quod sequitur: *Quando fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis:* non mihi videtur dixisse generaliter de pauperibus: sed de his qui pauperes spiritu sunt, ad quos tendens manū dixerat: patres mei, & mater mea hi sunt, qui faciunt voluntatem patris mei. *Et ibunt hi in supplicium æternum: iusti autem in vitam æternam.* Prudens lector attende, quod, & supplicia æterna sunt: & vita perpetua, metum deinceps non habeat ruinarum.

S. IO. CHRYSOSTOMI Episcopi Constantin. in superioris Euang. Hom. 1.

Cum autem venerit filius hominis in maiestate patris sui, &c. Suanissimum hunc textum qui continet animo retinendus est, diligenti (oro) studio, & compunctione conuenienti audiamus. Ad hunc enim postremum sermonem illum Christus terminauit: nec id miraria. Magna enim ei humanitatis ac elemosinæ cura est: idcirco multa etiam in superioribus de hac disputauit. Et hic a pertuis quodammodo, atque acris, non duas, aut tres, aut quinque personas similitudinis modo accipiens, sed ad vniuersum mundum verba liquido faciens: quamuis & in superioribus certo personarum numero expresso, non duas personas, sed partes duas, alteram obedientium, alteram inobedientium significabat, Verum hic & dilucidius & horribilius illa ipsa pertractat. Quapropter non dixit iam, simile est regnum cælorum: sed seipsum ostendens, atque reuelans, dicit, *Cum autem venerit filius hominis in gloria sua.* Nunc enim venit, sed non in gloria, sed in contumeliis, atque conuictis: tunc vero sedebit in sede maiestatis, & gloriæ suæ. Crebro gloriæ meminit, quoniam crucis tempus iam aderat, quæ res maximo probro habebatur: quocirca extollit auditorem, ac etigit, & ante oculos ipsum iudicium ponit, & vniuersum orbem coram se sistit: & adhuc terrorem maiorem illo adducit, quia euacuari (ut ita dixerim) cælos ostendit: omnes enim angeli erunt cum ipso, testantes quot, quantaque ministerio suo, cum à domino mitterentur ad salutem hominum, peracta sunt. Ita horrores vndique plenus ille dies futurus est: *Congregabuntur, inquit, omnes gentes:* hoc est vniuersa hominum natura. *Et segregabis eos ab invicem, sicut pastor separat oves.* Nunc enim non segregati, sed mixti sunt vniuersi, tunc vero exquisitissime separatio fiet, & ab ipsa vtriusque partis statione ita distincti, ut pateat vniuersis: quamuis etiam hac appellatione mores vtriusque partis aperiantur, cum alij hædorum,

alij onium nuncupatione nominentur, ut aliorum fertilitas, quia nihil ab hœdis producitur, aliorum fertilitas ostendatur. Vberes enim, & multi ab ovibus fructus proficiuntur, alij lactis copia, alij elegantia lanæ, alij serui, quibus omnium hœdorum genus omnino caret. Sed expertes rationis animantes natura duce fructificant, aut steriles sunt: homines verò voluntate utrunque istorum faciunt, quapropter meritò alteri coronis decorantur. Sed non prius eos tormentis tradit, quam de iure cum eis disceptet, ideo ad factibus ipsis crimina exponit. Illi verò satis modestè respondent, sed nihil emolumentum ex ea re consequuntur, & meritò quidem rem enim neglexerunt, quæ ipsi semper magnæ fuit curæ. Nâ & propheta hoc prædicabant; Quia misericordiam volo, & non sacrificium: & legillator tam verbis, quam rebus ad hoc hortabatur, & ipsa natura non parva nobis ingeneravit documenta. Perpende autem non unum, aut duo, sed omnia illos contempnissè. Non enim solum esuriertem non cibantur, & nudo amiculum nõ præbuerunt, nec, quod facillimum erat, ægrotum visitantur. Et vide quomodo facilia mandat: non enim dixit, In carceribus eram, & laborastis: aut ægrotus fui, & medicati estis: sed visitastis, & venistis ad me. Sed nec esurienti famè lenare difficile: nõ enim sumptuosam vnquam quæsiuit mensam, sed eam, quæ necessitati duntaxat sufficeret: quòd maius est, non in sublimis cuiusdam, sed in humilis habitu serui quæsiuit, quorum singula ad condemnationem illorum sufficiunt: petitionis scilicet facilitas, & dandi potestas, panis enim petitur: petentis miseria, qui pauper, atque medicus: cupiditas retributionis, regnum enim promittitur: terror poenarum, gehenna enim incutitur: accipientis dignitas, Deus enim pauperum manibus accipit: honoris cumulus, quia tantum descendere dignatus est: ius tribuendi, summa enim iustitia est, de suis ei concedere. Verum ab his omnibus cupiditate habendi retracti sunt, nec poenarum intentiones timuerunt, cum & in superioribus iis, qui pauperes non recipiunt, gratiora quam Sodomis minatus sit, & hic liquido dicat; In quantum non fecistis vni horum minorum fratrum meorum, nec mihi fecistis. Quid ais? si fratres tui sunt, quomodo minimos appellas? imò verò, ideo fratres, quia humiles, quia pauperes, & abiecti. Hos enim maxime ad scæternitatem conuocat suam, qui ignoti, & despicabiles sunt: non dico monachos duntaxat, qui montes habitant, sed fidelium singulos, etiam secularis esurientes, nudos, ac peregrinos curæ nobis esse non paræ desiderat. Fratres enim nostri baptismate constituti sunt, & ineffabilis mysterij participatione. Cæterum inde quoque iustissime hanc prolatam sententiã ostendit, quia prius eos laudauit, qui hæc fecerunt, dicens; Venite benedicti patris mei, &c. Nam, ne dicere possent, non habuistis, sic & conseruorum factis ora eorum obstruxit, ut & virgines à virginibus, ac temulentum, & ventri deditum seruum, à fidei seruo confundit: & eum, qui talentum in terra suffodit, ab iis, qui multiplicauerunt reprehendit: & singulos peccatum, ab iis, qui rectè vixerunt, reprimat: quæ comparatio nonnullam æquã, ut in hoc loco, & in virginibus fit, nonnullam à maiore cumulosus infertur: quare illud est; Viti Niniuite surgit, & condemnabunt generationem hanc, quia crediderunt prædicationi Ionæ: ecce plus quam Ionas hic: &

Regina Austri condemnabit generationem hanc, quia venit audire sapientiam Salomonis: & ecce plus quam Salomon hic. Et ab æquali rursus. Quia ipsi iudices vestri erunt. Et à maiori iterum; Nescitis quoniam angelos iudicabimus, non solum secularia: & hoc mirum, quia diuites diuitibus, & pauperibus confert, ab æquali procedit. Non autem hinc solum iustè prolatam sententiã demonstrat, quia eiusdem conditionis conferui mandatis paruerunt, verum etiam quia nec illis obtemperauerunt, à quibus paupertas eos dehortari non potuit: qualia sunt extinguere sitim scienti, vincula consolari, ægrotum visitare. Cæterum, laudando probos, ostendit quanta eos à principio charitate complectatur. Venite inquit, ait, benedicti patris mei, accipite præparatum vobis regnum à constitutione mundi. Quibus bonis hoc nomen componari potest, ut benedictus sis, & à patre ipso benedictus? vnde autem tanto dignati sunt honore, quænam est causa huius? Esuriu enim, & dedisti mihi manducare frui, & potasti me, & quæ sequuntur. Quæntæ gloriæ, quantæ beatitudinis hæc verba sunt! nec dicit, accipite: sed, hereditate, quasi propria, quasi paterna, quasi vestra, quæ vobis à principio debebantur. Nam, antequam nati iris, quia sciebam vos huiusmodi futuros, hæc vobis à me præparata fuere. Quibus vero pro rebus hæc sibi retribuuntur? Pro tecto, pro vestra, pro aqua frigida, pro visitatione, quia in carcerem ingressi, vincula consolati sunt. Vbi que enim usum, atque patrocinium indigentium inquirat, imò autem neque in semper. Non enim visitatione, ac consolatione solummodo qui dicti sunt, indigent, sed alterum eorum ex carceribus solui, alterum ægrotationem euadere peroptat: verum ipse adeo mitis est, ut quæ possumus, flagitet, imò verò iis etiam minora. Voluntati enim nostræ commisit, ut possimus, maiora facientes, maiorem acquirere laudem. Sed istis quidem; Venite benedicti: illis autem, ite, dicit, maledicti, non quidem à patre: non enim ipse, sed opera eis propria maledixerunt. In ignem æternum, non vobis, sed, diabolo, & angelis eius præparatum. Ita quædo de regno qui dem dicebat, præparatum vobis ante constitutionem mundi, subiecit, De igne verò non sic, sed diabolo ait esse præparatum. Nam ego regnum vobis, ignem autem non vobis sed diabolo, & angelis eius præparavi, in quem quoniam vos spontè iniectis, vobis ipsi id reputate. Ita quum istis, cum his maxime quæ sequuntur, quasi excusando se respondet. Esuriu enim, inquit, & comedere mihi non dedisti. Si enim inimicus fuisset, nõne ad misericordiam etiam flectendos, mitigandisque successissent passiones illæ, inedia scilicet, frigus, vincula, nuditas, ægrotatio? aut quia vbi que tecto peruagatus sum, hæc enim etiam inimicos mouere possent: vos autem neq; amico hæc contulistis, amico dico, & domino, & benefactori. At canem plerumque famelicere videntes frangimur, & beluarum inedia nonnunquam flectimur: tu verò, domino famelicente, non moueris: quia ratione poterint hæc excusari? Nam, si istud solummodo esset, nõne ita sibi sufficeret, ut retributiona esse videretur? non dico vocem illam à sedente in patris solio, orbe terrarum præsentem, audias, & regnum consequaris: sed ipsum operari nõne sibi ad retributionem sufficit? Nunc autem ad hoc coram vniuersis quum apparuerit ineffabilis illa gloria, præconio te manifestat, & coronat, patronique

Luc. 11.

2. Cor. 6.

Vides quid bonifici scilicet de gratia dicitur, nec pelagio fauere, ut multum distant.

númque, ac hospitem profiteretur nec veretur hæc dicens, vt fulgentem acquiras coronas. His igitur rationibus, & isti non iniuria puniuntur, & illi etiam si mille talia fecerint, per gratiam tamen coronantur. Gratia namque omnino illa benignitas est, vt pro rebus minimis, & vilissimis cælestis regnum, & tantus honor tribuatur.

AVTHORIS DICTI IMPERFECTI in Matthæum, eiusdem Euang. expositio.

Rom. 5. 4. In manu imperf.

Quum autem venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angelus cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis sue, &c. Criminofas personas iudex auditor in publico, tribunal suum collocat in excelso, circa se constituit vexilla regalia, ante conspectum suum ponit super mensam calliculam, vnde tribus digitis mortem hominum scribat, aut vitam, hinc inde officiales ordinatè constitunt, in medio secretario ponuntur genera horrenda poenarum, quæ non solum pati, sed & videre tormentum est. Stant iuxta parati tortores, crudeliores aspectu quam manibus. Tota iudicij faciès cuiusdam schematis terrore vestitur. Et quum ad medium productæ fuerint criminofas personas, ante interrogationem iudicis ipsius, iudicij terribili discutiuntur aspectu. Similiter & dominus se ad iudicium venturum promittit, similiter cum terrore, non cum simili terrore. Nam & bona, & mala similiter ordinata sunt in terra sicut in celo, non tamen similia. Ergo videntes in terra poenas, & glorias, non similes putare debemus in celo: sed quomodo sint talia super terram, multò maiora suspicari debemus in celo. Quantum enim Deus distat ab homine, tantum cælestis iudicium à terreno, Istius enim iudicij splendor in schemate, illius autem iudicij maiestas in veritate, testant Propheta, Deus manifestè veniet, Deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestas valida. Manifestè, inquit, non iam celatus in corpore, sicut antea, vt vix enim etiam boni cognoscere: sed manifestus in gloria, vt etiam mali eum confiteantur inuiti: vt qui contempserunt eum in humilitate, cognoscant eum in potestate. Et qui scire noluerunt, quàm dulcis est misericordia eius, sentiant quàm grauis est ira ipsius: Deus noster, & non silebit, ostendens quia ipse quidem de se tacebit, sed ipsa gloria eius de ipso loquatur. Aliquando transfiguratum eum in monte videntes Apostoli, acceperunt mandatum, nec cui dicerent, ne videretur Christus per potentiam subiugare sibi populum, & non per fidem. Tunc autem iam nemo tacebit, quia non est venturus adhuc tentare fideles, sed iam perdere infideles. Tunc prædicatores necessarij non erunt. Nam etsi vox omnium taceat, visio ipsa clamabit, sicut ipse de secundo suo aduentu dicit: Sicut fulgur exiit ab Oriente, & paret vsque ad Occidentem, sic erit aduentus filij hominis. Tunc sedebit super sedem maiestatis sue. Scimus certissimè quia sedes Christi homines sunt. Quum ergo de primo aduentu, & ascensu Christi dicat propheta sedisse eum super sedem sanctam suam, hoc modo ascendit Deus in strepitu, dominus in voce tubæ, Deus sedet super sedem sanctam suam: quomodo hic secundum suum aduentum exponens, dicit: Tunc sedebit super sedem gloriae suæ: Sed vide quia in primo aduentu se-

dem Christi sanctam dicit, in secundo autem gloriosam. Quomodo? In primo aduentu mundauit nos per verbum, lauit per aquam, sanctificauit per spiritum: in secundo autem glorificabit per resurrectionem, quum transformauerit corpus humilitatis nostræ, vt fiat conforme corpori gloriæ eius: quum seminati fuerint homines in infirmitate, & surrexerint in gloria: quum seminati fuerint corporales, & surrexerint spirituales, tunc sedebit in sede gloriæ suæ, quum sedes eius hoc modo facta fuerit gloriosa. Et congregabuntur ante eum omnes Gentes. Quia omnibus Gentibus cognitionis suæ gratiam condonauit, indicans iustè in vitroque, vt nec boni sine doctrina veritatis, bonitatis suæ fructus amittant: nec mali propter exculationem ignorantia, malitiæ suæ poenâ effugiant. Nam sicut in nocte rerum facies non apparebit, sed & gemma quasi lapis videtur, & lapis quasi gemma existimatur, sic & ante aduentum Christi, humanorum cordium differentia non apparebat, sed & mali quasi boni sustentabantur, & boni quasi mali contemnebantur. At vbi illuminatio Euangelij ad omnes Gentes prædicata peruenit, tunc manifestata est qualitas omnium voluntatum, tunc omnes Gentes inexculpabiles factæ sunt. Et ideo tunc iustè ad iudicium congregabuntur omnes, quia qui mandatum præmittit, tacitè iudicium futurum esse denunciat. Tunc segregabit eos ab inimicem, sicut segregat pastor oves ab hœdis. Tunc enim homines mixti sunt, & non solum mixti quomodo in iisdem locis simul conuersentur iusti cum impijs: sed etiam confusi sunt, quomodo inter iustos & impios, quantum ad homines discretio non apparet. Sicut in tempore hyemis inter virides, & aridas arbores discretio non est; quum autem venerit tempus illud beatum vernale, discernuntur: Ita nunc vnusquisque secundum fidem suam, & secundum opera sua manifestabitur, impijs quidem nulla profertibus folia, nullum ostendentibus fructum: sancti autem & folijs vestientur vitæ æternæ, & fructibus ornabuntur gloriæ. Et hoc modo segregabuntur à domino cælesti pastore. Et pastor quidem corporalis segregat secundum naturas corporum, Christus autem secundum genera animarum segregat homines. Oves sunt homines iusti, propter mansuetudinem, quia ipsi neminem lædunt: propter patientiam, quia quum ab alijs læsi fuerint, sustinent. Et sicut oves quando ligantur, aut tacent, aut in simplicitate balant: sic & sancti, quum lædantur, aut tacent aut certè in benignitate probati, preces transmittunt ad Deum. Et sicut ouis ad mortem ducitur, & non clamat: vita eius tollitur, & mansuetudo eius non immutatur: Sic & sancti maledicuntur: & non remaledicunt: & percutiuntur, & non repercutiunt: bona eorum diripiuntur, & illi non contradicunt: dolorem sentiunt, & clamorem non emittunt. Et quid opus est clamoribus, quum ille qui nocet, non miseretur, etiam si clamaueris? Ille autem qui misericors est, miseretur, etiam si non clamaueris, audit & videt. Hædos autem homines peccatores dicit: quia in capris naturaliter hæc insunt vitia: Libido præ cæteris animalibus, superbia, rixa. Semper enim se percutientes incedunt, & modo humero pulsante, interdum cornu percutiunt. Item inuidi sibi alterum inuidi: sicut significat Salomon de inuidis, dicens: sicut capra, sic aspexit ruinam proximi sui. Item iactantes sunt & gloriantes: sicut idem significat Salomon,

Pror. 29.

Salomon, dicens: Tria sunt, quæ securiter ambulat, leo inter iumeta, gallus inter Gallinas, & hircus præcedens capras. Item capræ multum trahuntur concupiscentia gulæ. Propter gulam nanque suam per saxa, & præcipitia ambulat, & super præcipitia se suspendunt. Item clamoribus super omnia garrulæ, in omnibus his vitiis peccatores abundant: & ideo hæc sunt assimilati. Adhuc quarto, quare non eorum similes introduxit ætates, dicens: ita separebit eos, sicut oves ab hircis: aut ita, sicut agnos ab hædis: Sed videte quomodo volens ostendere sanctos perfectos in omnibus, ponendos ad dexteram, & impios omnino instructuos, ad sinistram: ideo sanctos, oves: impios autem, hæcos vocavit. Quomodo agni, & si natura mansueti sunt, tamen non sunt omnino fructiferi propter ætatem, fructum enim adhuc non habent lactis, & lanæ. Item capræ & si malignæ sunt ex natura, tamen ex aliqua parte fructiferæ sunt per ætatem, lactis enim abundantiores exhibent fructus. Hæci autem, & mali sunt ex natura, & omnino instructuos sunt ex ætate. Et statuet oves ad dexteram suam, hæcos autem ad sinistram. Quando aliquis ante conspectum regis, aut iudicis introducit, ex ipso loco ubi stare iubetur, intelligit si propter bonum introductus est, aut propter malum. Si enim propter bonum statim vocatur in proximo: si propter malum, longè stare iubetur. Sic & istos, Deus iustos quidem ad dexteram constituet, & peccatores ad sinistram: ut vnusquisque meritorum suorum conditione ex ipsius loci qualitate cognoscat, & ante iudicij sententiam, pœnam confusionis excipiat. Merito iustos ad dexteram collocat, quia nunquam cognouerunt sinistram: merito impios ad sinistram, quia nunquam cognoscere voluerunt dexteram partem. Vias enim, quæ à dextris sunt, non dominus, peruersæ autem sunt, quæ à sinistris sunt. Ecce enim si tu consistis in publico pariter cum amico, & veniens aliquis illius saluet, & te contemnat, aut separet illum a te, cum illo loquatur, aut familiariter cum illo iocetur: nõne tu relictus solus, stas aporiatus in publico, & grauioem existimas illam confusionem, quam mortem? Et quomodo putas impios confundendos in die iudicij, quando ante conspectum angelorũ segregatis iustis fuerint derelicti? Nõne etiam nihil viletus paterentur, illa sola verecundia si siceret eis ad pœnam? Apostolus autem dicit sanctos iam collocatos esse ad dexteram virtutis per ascensionem, & sessionem domini saluatoris. Nam sicut in carne sua omnem carnem suscepit, & crucifixus, omnem carnem crucifixit in se, & resurgens omnem resuscitauit in se: sic ascendens, & sedens ad dexteram Dei, omnes ad dexteram collocauit. Quomodo hic dicit, quia tunc statuet oves quidem ad dexteram, hæcos autem ad sinistram? Sed vide quia nunc nos collocauit ad dexteram, ad agendum ea quæ sunt dextere partis: postea autem statuet ad dexteram suam, ad contregnandum. Tunc dicit illis qui ad dexteram. Et quare non illis ante, qui sunt ad sinistram? Quia paratior est Deus semper ad benefaciendum, quam ad malefaciendum. Nam bona bonis secundum propositum suum præstat, quia bonus est: malis autem mala contra propositum suum facit inuitis, quia iudex est. Quicquid autem homo contra naturam suam agit, pigrius agit. Si enim Christus delectaretur in pœna peccatorum, nunquam seipsum pro

peccatoribus tradidisset. Venite, inquit, benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi: quia dedistis, quæ semper habere non poteratis, recipite quæ in perpetuum possideatis. Merito centuplum super calum, qui vnum seminastis in terra. Non enim quantum iustitia hominum potest mereri, tale creatum est regnum cælorum: sed quale Dei virtus potuit preparare. Si enim secundum angustias humane iustitiæ regnum cælorum create voluisset, vtique post opera hominum illud creasset: nunc autem quoniam nõ secundum mercedem hominum, sed secundum suam largitatem constituit mercedem sanctorum, ideo antequam sanctos crearet in seculo, regnum cælorum preparauit in cælo. Propterea & quos ante constitutionem mundi suos esse cognoscit, tantis eis laboribus onerat, & tandem laborare facit, donec digni efficiantur regno cælesti. Quia non secundum modicitatem hominum regnum Dei exinanitur, sed secundum magnitudinem regni homines subleuantur. Esuriui enim, & destitui mihi manducare, &c. quæ sequuntur. Hodie si amicus tuus aut colonus aliquod tibi offerat munus, verbi gratia, aliquod vestimentum: tu autem despicies illud eo ipso vidente, des illud vni ex circumstantibus tibi seruis, nõne munus vilecere facis, & confundis grauius offerentem? Si verò suscipiens munus illius, statim vestieris te, & procefferis cum ipso vestimento, magnificas munus, & nimis laeticas offerentem. Putas quanto gaudio extollantur sancti, quando in conspectu omnium angelorũ, quod fecerunt hominibus, ipse dominus fatetur se accepisse? Iam tale videtur opus eorum, non quale datum est, sed qualis persona illius, qui accepit. Tunc respondebunt ei iusti dicentes: Domine, quando te vidimus hospitium, & collegimus te: aut nudum, & cooperimus te? Quando autem te vidimus esuriens, & panimus: aut sitientem, & potauimus? Quando te vidimus infirmum aut in carcere, & venimus ad te? O humilitas, quæ nec post mortem deficit! Homo enim malus etiam falsis laudibus delectatur, vir autem bonus etiam debiram sibi laudem fugit. Ecce si per errorem personæ veniens aliquis, pro altero, alteri, vano homini gratias agit pro beneficio quodam, quannus in conscientia sua cognoscat se nihil tale fecisse, tamè taret, & congaudet, audiens quæ non sunt sua: si verò bono alicui gratias agit, quamuis bonus ille intelligat verum esse quod de se dicitur, tamen refugit, & repellit audire etiam ea, quæ sibi debentur. Sic & sancti debiram sibi laudem tunc repellentes dicunt: Quando te vidimus esuriens? Et respondens rex, dicit eis: Amen dico vobis, quando sicistis vni horum fratrum meorum minorum, mihi sicistis. O bonitas Christi! Est quoad in corpore contempribilis erat in mundo, fuerat verisimilis ratio, vt propter similitudinem visionis fratres suos homines appellaret: quid autem dicamus, quod in illa gloria constitutus adhuc contempsit eos dicere fratres, quibus sufficeret ad laudem, si bonos seruos illos vocaret. Detrahet sibi quod habet, vt illis præstet quod non habent. Ecce homo si ex humili generatur, & Deo præstante ad aliquam ascenderit dignitatem, erubescit generationem suam audire, si quis dixerit eum illius esse filium, indignatur seipsum consisti quod est, vt appareat quod non est. Et Christus adhuc gloriabitur, fratres suos dicendo, sedens in maiestate. Et merito: quia veniens in iudicio gloriæ, non mutauit voluntatè priorem.

Hoc

Hoc potest intelligi & de doctoribus, qui esuriens iustitiam deederunt cibum doctrinæ, quod nutrissent, & pinguecerent in actibus bonis: qui sitientibus Dei agnitionem, potum veritatis ministrauerunt. Aut certe cibauerunt eos in verbo docentes: porauerunt autem, in spiritu sancto baptizantes animas peregrinas in mundo. Omnes enim animæ recte peregrinæ sunt in hoc mundo, quæ possunt dicere: Quoniam aduena sum ego apud te in terra, & peregrinus sicut omnes patres mei. Verbum enim fidei prædicantis, colligunt animas ex dispersione alicuius erroris, & faciunt eas domesticas, & ciues sanctorum. Ipsum colligunt Christum, qui nudos, & adhuc sine aliquo adiumento iustitiæ docendo iustitiam vestiunt, sicut scriptum est: Induite vos viscera misericordiae, fidem, pacem, & charitatem. Aut Christum, baptizantes eos in Christo, sicut scriptum est: Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Et qui tales infirmos, & morbo carnalium vitiorum languentes visitat, & medicamento curat doctrinæ, Christum curat in eis: quia sicut in integris animabus, Christus integer est, sic in languentibus languet. Sed & qui venit ad eos, qui viui descenderunt in infernum, opera infernalis facientes, id est, qui sunt in carcere, & sunt iam sub custodia demonum, sicut dicit scriptura: Descendant in infernum viuentes: veniens autem per verbum educit eos de illo carcere infernali, vt liberet eos de custodia demonum, vt possint dicere gratias agentes: Domine Deus, clamaui ad te, & sanasti me. Domine, reuocaui ab inferis animam meam, ad Christum venit in carcere. Si enim hæc omnia corporaliter corporibus ministrare debemus, & magnæ beatitudinis est, quæ omnino post modicum tant moitura: putas quantæ beatitudinis est, hæc omnia spiritualiter animabus periclitantibus ministrare, quæ viuificatæ possunt viuere in æternum? Quanto melior est anima quam corpus, tãto meliora sunt quæ ad salutem animarum, quam quæ ad sustentationem corporum ministrantur. Tunc dicit illis, qui ad sinistram sunt: discite à me maledicti in ignem æternum. Quasi qui non suffecerat præsentiam illorum vel aspicere, sic dicit, discite à me. Nam sicut carnales seculi carnalem speciositatem vident delectantur, si qua autem dissipata, vel deformia videamus, quasi vulneratæ aspectus nostri: sic & Deus, qui in sanctitate delectatur animarum, peccatrices animas aspiciens quasi grauatus non suffert. Tanquam si dicit eis. Quasi putredo, & spurcicia estis, nec tantum vos sustineo, quando statis in iudicio meo. Vt quid superius dicit, Venite benedicti patris mei: & hic non dicit, discite à me maledicti patris mei? quia benedictio quidem ex Deo est, maledictio autem ex diabolo est: sicut ostenditur in illa parabola patrisfamilias, qui seminavit bonum semen in agro suo, homo autem malus seminavit zizaniam, Esuriui, & non dedisti mihi manducare, & cætera quæ sequuntur. Ex isto loco sciendum est, quod non tantum pro eo quod peccauerunt homines condemnandi sunt, sed etiam pro eo quod bene non faciunt. Si autem pro eo, quod bene non faciunt sic condemnantur, putas quales pœnas exolunt pro eo quod peccant? Et dignè, Deus enim ideo hominem fecit, vt beneficiat, & ad gloriam Dei pertineat: non ideo tantum, vt non peccet. Nam si non facit bonum, nec est causa quare creatus est. Sine dubio enim etiam

creatus non fuisset, peccatum non fieret super terram. Nam qui intelligit mysterium diuinæ dispensationis, quare factus est homo, cognoscat quia merito quasi peccans condemnatur qui iustitiam non facit. Ideo Deus creauit hominem corruptibilem, & infirmum, quasi ad certamen contra diabolum, vt qui gloriabatur esse se similem Deo, per corruptibilem naturam euacuatus & victus, ostendatur non solum non esse quasi Deus, sed omni fragilitate fragilior. Vnde quum istud propositum suum Christus impleuerit per hominem, id est, quum euacuauerit omnem principatum, & potestatem, tunc tradet regnum Deo patri. Idcirco qui suo arbitrio & negligetia diabolo locum dat, confudit eum, qui propter gloriam suam contra diabolum, eum quasi in expeditione creando transmiserat: & victus ostendit diabolo locum esse, quum nihil possit. Quomodo quum quis à rege suo contra hostem transmisus, collidit cum eo, factione habita, fugam petit, prodidit causam regis sui, & confudit virtutem ipsius. Tunc respondebunt & ipsi dicentes: Domine, quando vidimus te esuriens, aut sitientem? O inconuertibilis inobedientia peccatorum! Quis non intelligat hoc, quia omne malum facimus, non quia homines corruptibiles sumus, sed quia malum propositum possidemus: Ecce enim tunc hominum peccatorum corruptibilitas carnis mortua erit, & adhuc malitia viuere. Nunquid non audierant Dominum supra dicentem ad iustos, quando vni minimorum istorum fecistis, mihi fecistis? Et vtique intelligere debuerant, quomodo qui hominibus non facit, nec Christo facit. Sed audientes adhuc contradicunt intelligentes fingunt se non intelligere, in iudicio stant, & adhuc peccare non cessant. Et hic consequenter & de doctoribus malis intelligi potest, qui se esuriens, & sitientibus cibum iustitiæ, aut potum agnitionis Dei, aut spiritus sancti nõ præstiterunt. Qui sic nudos non vestierunt, aut iustitiam docentes, aut in Christo baptizantes. Qui sic peregrinos in mundo non collegerunt per verbum, nec in ecclesiæ domum per fidem introduxerunt. Qui sic infirmos non curauerunt sermonibus. Qui in tali carcere impietatis sedentes, non eduxerunt per poenitentiam. Si enim hæc corporis corporibus non præstare tantæ impietatis est, quæ etiam accipiunt ea, non possunt viuere semper, putas quantæ impietatis est, hæc omnia spiritualiter animabus periclitantibus non ministrare, quæ poterant viuere in æternum, si hæc eis ministrata fuissent? Quantum enim melior est anima quam corpus, tanto grauius peccatum animabus laborantibus spirituales elemofynas non præstare, quam corporibus corporales. In ecclesia ergo non solum sunt pauperes corporaliter esuriens, aut debiles corporaliter, aut peregrini secundum corpus, sed etiam spiritualiter pauperes, sine cibo iustitiæ, sine potu agnitionis Dei, sine vestimento Christi. Maxime spiritualiter pauperes sunt, qui corporaliter videntur diuites esse: quoniam plerumque in abundantia rerum inopia iustitiæ inuenitur. Sunt peregrini corde, sunt debiles animo, sunt mente cæci, inobedientia surdi, & cæteris passionibus spiritualibus ægrotantes, quorum animæ omnem escam spiritualitalem abominantur, & appropinquauerunt vtique ad portas mortis. Qui ergo non habet vnde faciat elemofynas corporales, faciat spirituales ex gratia verbi, quam accepit à Deo, & inueniet retributionem

tionem dignam à Christo: qui omnia tam corporalia quam spiritalia data, quasi in se facta commemorat, quæcumque in hominibus facta fuerint. Hæc diximus vt sciatis doctores & quantum beatitudinis sibi acquirant, si diligentes fuerint circa verbum Dei: & quantum damnationis, si fuerint negligentes.

S. AVGVST. EPISCOPI Hipponensis in idem Euang. Hom.

Sermo 38 de Sancti dubitatur à Lozanensib.

Modo cum euangelica lectio legeretur, auidimus dicentem dominum; Venite benedicti, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Vt ergo istam vocem desiderabiliter audire, & ab auditu malo possitis per Dei gratiam liberari, totis viribus Deo auxiliante contendite lectionem diuinam in domibus vestris frequenter legere, & in Ecclesia libenter & obedienter audire. Sicut illa vox desiderabilis est per quam dicitur misericordibus, Venite benedicti, & in misericordibus metuentibus sceleratis, & in misericordibus metuentibus est & valde terribilis, Discedite à me maledicti in ignem æternum. Anertat à nobis hoc Deus, fratres charissimi, & ab audita malo nos liberare dignetur, vt in nobis impleatur illud quod scriptum est, In memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit. Hoc est auditum malum, quod auditum sunt impij. Discedite à me maledicti in ignem æternum. Irreuocabilis enim sententia erit, quæ à piissimo Deo ideo multo antè predicatur, vt à nobis totis visceribus caueatur. Si enim nos Deus noster vellet panite, non nos ante tot secula commoneret. Inuitus quodam modo vindicat, qui quo modo eua sepe possimus multo antè demonstrat. Non enim tunc vult percutere, qui tibi clamat obserua. Considerate tamen quid dicitur est ad dexteram positus. Venite, inquit, benedicti, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Aduertite, fratres charissimi, quia regnum cælorum nobis prædestinatum, gehenna autem nõ nobis, sed diabolo præparata est. Denique sic auditui sunt ad sinistram, Esurius enim, inquit, & non dedistis mihi manducare. Ergo nec illi, qui ad dexteram erunt, ideo accipiunt, quia nunquam peccauerunt, sed quia peccata sua mundare elemosynis studuerunt. Et illi, qui ad sinistram erunt, non ideo mittuntur ad ignem, quia peccatores fuerunt, sed quia peccata sua elemosynis redimere noluerunt. Ac sic & illos largitas sola glorificabit, & istos sola sterilitas condemnabit: quia sicut impossibile est, vt nullus homo possit sine peccato esse, sic per Dei misericordiam possibile est, vt bonis operibus, & præcipue elemosynis se vnusquisque redimat à peccato, vt tamen in malo impleatur quod scriptum est, Iudicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam illi, qui nõ fecit misericordiam, Consequenter & in bono illud in Psalmo, Dispensit, dedit pauperibus, iusticia eius manet in seculu seculi. Et hoc considerate, fratres, pro qua re mittuntur in ignem æternum. Non enim illis dicitur est, quia homicidia fecistis, adulteria commisit, quia alienam substantiam rapuistis: sed hoc solum audituri sunt, quia esurius, & non dedistis mihi manducare. Rogo vos, fratres, nolite hæc transitorie cogitare, nec credatis quod hoc de Indeis tantum, aut paganis, vel hæreticis fuerit dictum, sed definitissime credite, quia hoc Christiani, & catholici, qui in malo opere perseverare voluerint, audituri sunt. Ad iudicium enim non veniunt nec Paganis, nec hæreticis, nec Iudæi, quia de ipsis scriptum est, Qui non credit, iam iudicatus est. Et ideo inter illos, qui ad sinistram mittendi sunt, non solum laici erunt, sed & multi episcopi, quod peius est, clerici mali, vel monachi cupidi, vel superbi, simul & sanctimoniales, & viduæ iracundæ, superba, vel cupida, & si eis fructuosa poenitentia non subuenierit, audituri sunt illam metuentam, & irreuocabilem vocem, Discedite à me maledicti in ignem æternum. Sententia ista si eam fideliter cum ingenti timore voluerimus audire, ab omni opere malo nos poterit reuocare. Diligenter ergo cauet & videte quid veritas dixit, Discedite à me maledicti in ignem æternum, quia esurius, & non dedistis mihi manducare. Si in ignem mittetur qui esurienti non dedit panem suum, putas vbi mittendus est, qui tulit alienum? Si in ignem mittetur, qui nudum non vestit, vbi mittendus est, qui vestitum expoliavit? Si cum diabolo damnatus, qui hospitibus non præbuit domum suam, putas vbi mittendus est, qui tollit alienam? Si periturus est, qui carcerem non visitauit, quid de illo fiet, qui forte in carcerem misit? Rogo vos, fratres charissimi, hinc attendite, quam spem habere possunt qui mala faciunt, quando illi perituri sunt, qui bona non faciunt. Denique & alio loco dominus terribiliter nos admonet dicens; Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Non dixit, quæ facit fructum malum: sed, quæ non facit fructum bonum. Hinc ergo possimus euidenter agnoscere, quas penas arbor spinosa in die iudicij patietur, quando illa, quæ fructum non dederit, excidetur, & in ignem mittetur. Nemo se despiciat, fratres charissimi, Nemo se falsa spe circumueniat, quia Christiani nominis nõ facit sola dignitas Christianum, nihilque prodest, quod aliquis Christianus vocatur in nomine, si hoc non ostendit in opere. Scriptum est enim, Fides sine operibus mortua est. Qui enim credit, & opera bona non exercet, clamat illi scriptura diuina, Tu, inquit, credis, quia Deus vnus est, bene facis. Et demones credunt, & contremiscunt. Ac sic qui credunt, & opera bona non faciunt, fidem demonum videntur habere. Qui vero non credunt, peiores demonibus comprobantur. Et illud diligenter considerandum est, quod dominus dicit, Qui audit mandata mea, & facit ea, ipse est, qui diligit me. Et iterum: Si quis diligit me, mandata mea seruat, Et sine dubio, qui non custodit, non diligit. Et illud valde timendum est, quod iterum dominus dicit: Quid prodest quod dicitis, Domine, domine, & non facitis, quæ dico vobis? Scire debemus, fratres charissimi, quod nihil prodest verbis proferre fidem, & factis deserere veritatem. Sicut nobis non placet, si serui nostri verbis se profiterentur esse nostra mancipia, & tamen non velint implere opera sua: ita nec Deo placet, si se quisque Christianum verbis tantummodo esse pronunciat, & opera, quæ fieri iussit Christus, implere dissimulat. Denique beatus Apostolus cum de reddenda ratione in die iudicij loqueretur, ita pronunciauit dicens, Oportet nos, inquit, omnes stare ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum: & dominus in Euangelio, Tunc, inquit, reddet vnusquisque secundum opera sua. Non dixit, secundum fidem

Psal. xlii.

Peccata elemosynis mundantur.

Jacob. 1. Psal. 111.

Joan. 3.

Alfratu in cronico.

Math. 3.

Jacob. 1.

Joan. 14.

Math. 7.

Opera ad pl saluant, nisi fides tantum.

2. cor. 5.

Math. 16.

Mobi. 2.

dem suam: sed vnusquisque secundum opera sua: quia sicut iam supra dictum est, Iacobus apostolus clamat, Fides sine operibus mortua est. Nos ergo, fratres charissimi, si & poenã euadere, & ad æternam beatitudinem volumus peruenire, non solum credamus in Deum, sed etiam toto corde diligamus, & quantum possumus, ipso adiuvante, bona opera facere studeamus, vt cum ipso auxiliare fecerimus, quæ præcepit, mereamur recipere, quæ promittit, Amen.

BEDAE VENERABILIS presbyteri eiusdem Euang. expositio.

Cum autem venerit filius hominis, &c. Idem quoque filius Dei, qui & filius hominis tunc veniet in maiestate sua, vt iudicet, qui nunc est, ac si dicat: Quod in proximo est, venit in humilitate sua vt iudicaretur, tunc sedebit dominus super sedem maiestatis suæ: id est, regnat super sanctam & gloriosam Ecclesiam suam de qua scriptum est: sedes tua Deus in seculu seculi. Et congregabuntur &c. Duo sunt itaque ordines hominum in iudicio collektorum, qui tamen in quatuor diuidentur. Perfectorum ordines duo sunt: vnus, qui cum domino iudicabit, & non iudicatur, de quibus dominus ait, sedebitis & vos super sedes duodecim: alius, quibus dicitur, Esuriui, & dedistis mihi manducare, hi iudicabuntur, & regnabunt. Item reproborum ordines duo sunt, vnus eorum, qui extra Ecclesiam inueniendi sunt, hi non iudicabuntur, & peribunt, de quibus psalmista ait: Non resurgit impij in iudicio, alter quoque reproborum est: eorum, qui iudicabuntur & peribunt: quibus dicitur, Esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c. Et statuet omnes, &c. Dextram atque sinistram iuxta illud intellige, quod alibi legis: Cor sapientis in dextera eius: & cor stultici in sinistra illius. Tunc dicit rex his qui à dextris eius erunt, &c. Hæc secundum historiam resonant de perceptione regni, & munificentia benevolentiz, qua indigentibus corporaliter consulitur. Iuxta alioem verò intellectum, perfectionem ostendunt charitatis, qua esuriens & sitiens iustitiam pane verbi & potu sapientiæ diuinæ reficitur: & qua errans à via veritatis, per poenitentiam in hospitium matris Ecclesiæ perducitur: & qua infirmus in fide assumitur, & qua in carcere angustiarum, tribulationum & tristitiæ positus, consolationis ope subuehitur. Domine, quando te vidimus esurientem, &c. Siue per gloriam Christi mirantes dicunt, siue quod parum est tunc videtur omne bonum quod fecerunt pro magnitudine terroris & abundantia retributionis. Quantum fecistis vni, &c. Hoc de pauperibus spiritu dixisse videtur. Ad quos manum tendens dixerat: fratres mei & mater mea hi sunt, qui faciunt voluntatem patris mei, qui in cælis est. Et ibi hi in suppliciis, &c. Frustra Origenes post multo annorum curricula impiis, necnon & diabolo de inferno spondet liberationem, cum dominus supplicium æternum esse prædicauit.

ERICI IN IDEM Euang. Homil.

Math. 15.

In lectione, quæ hanc præcedit, proposuit Dominus similitudinem hominis peregrinè profici-

scantis, qui vocatis seruis suis, distribuit illis pecunias, prout vnusquisque conueniebat, alij quinque talenta, alij duo, alij vnum, & statim profectus est. Post multum verò temporis reuersus, vocatis seruis suis, posuit rationem cum eis. Et bene quidem operantes pro apportatis lucris remunerauit: negligentem verò seruum, & à bono opere torpente damnauit. Quia finita parabola, hoc quod modò exponendum suscepimus, consequenter adiunxit, probans illam, quam præmiserat, similitudinem ad se pertinere. Ait ergo: Cum venerit filius hominis in maiestate sua. Quia enim tempus passionis eius instabat, & proximè vêturo pascha comprehendendus, & alapandus, conspuendus, flagellandus, spinis coronandus, & ad vltimum crucifigendus, accotopotandus, & morti tradendus erat, prouide se in maiestate ad iudicium venturum pronunciat, quatenus secutura scandala passionis, compensaret pollicitatio magnæ glorificationis. Ait ergo: Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo. Notandum sanè, quod filium hominis in maiestate venturum dicit, per quod destruit opinionem quorundam hæreticorum, qui dixerunt dominum nostrum Iesum Christum à tempore resurrectionis, & ascensionis nõ manere in natura veraciter assumptæ humanitatis: non attendentes quod angeli in eius ascensione dixerunt; Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum. Et hic dominus manifestè filium hominis fatetur venturum esse ad iudicium. Idem enim verus filius Dei, idemque verus & filius hominis: non tamen duo sed vnus est filius Dei, qui in iudicio per solam videndus est humanitatem. Nam in diuinitate sua solis post iudicium apparebit electis, quia scriptum est, Tollatur impius, ne videat gloriam Dei. Solum regem seculorum in decore suo videbit oculi mundi sanctorum. Cum ergo, inquit, venerit filius hominis in maiestate sua, hoc est, in diuinitatis suæ potentia, per quã cum patre simul, & spiritu sancto genus humanum iudicabit, bene meritis præmia, impiis & peccatoribus digna reprecens supplicia, secundum quantum (vt dicitur) nunquã eũ reprobi videre poterunt. Ille ergo, qui quodã in assumpto homine iudicandus venies non clamauit, neque vocem eius quisquã in plateis audiuit: quia ita humilis venit, vt à nemine cognoscere: nunc Deus manifestè veniet, Deus noster, & nõ silebit, stipatus ministerio angelorum: qui cum eo ad iudicium veniet, vt in eorum præsentia iudicentur, qui sub eorum custodia vixerunt. Angeli enim sunt administratorij spiritus, qui singulis hominibus ad custodiam deputantur, de quibus dominus: Angeli eorum semper vident faciem patris, &c. Hinc & psalmista dicit: Annunciantur cæli iustitiam eius. Cæli nanque iustitiam eius annunciantur, quia sancti angeli iustitiam Dei iudicium veneranter prædicant. Tunc sedebit super sedem maiestatis suæ. Sedem, super quem dominus sessurus est in iudicio, quidam iuxta literam nubem illam accipiunt, in qua dominus ascendit in cælum, in qua etiam venturus est ad iudicium. Sed competentius sedes Dei sancta intelligitur Ecclesiæ, in qua dominus sedebit: quia in ecclesia sua gloriosus ipse eam gloriocans apparebit. Et congregabuntur ante eum omnes gentes. Omnes videlicet homines à primo Adam vsque ad eum, qui in fine mundi nasciturus est, quique ab exordio mundi iam defuncti sunt, vel qui viuunt in corpore inuen-

Act. 11.

Esa. 6.

Esa. 42. Math. 11.

Psal. 4.

Math. 11.

Psal. 9.

Act. 17.

In amulio in dicitur vocatur, nam eo est peccator, aliquid si non sint deprehendendi.

niendi sunt. Er separat eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hœdis. Er statuet oves quidem à dextris suis, hœdos autem à sinistris. Sicut pastor pecus fecerit à peccatore, ita dominus noster, qui est verus pastor, quem oves suæ agnoscunt, eumque sequuntur, separat in die iudicii bonos à malis. Nam per oves designantur sancti, simplicitate, & innocentia gaudentes: qui ad dexteram domini statuentur, quia in spe sempiternæ felicitatis collocabuntur. Per hœdos autem (qui sunt petulca animalia, & lasciva, & ad libidinem semper fervida) designantur reprobi, voluptatibus, & illecebris corporalibus dediti: qui ponentur ad sinistram, quia iuste sempiternæ damnationi subiciantur. Sed & illud attendendum, quia non capras, sed hœdos in sinistra statuendos dicit, quoniam capra in bonam accipitur significationem. Signat enim sanctorum animas, quæ velut greges caprarum tonstræ, & lotæ ascenderunt de laacro, & gemellos edunt factus, & sterilitatem ignorant. Sciendum verò, quia in iudicio duo erunt ordines, alter bonorum, alter malorum, qui tamen quadrifariè diuidentur. Duo enim erunt ordines bonorum: vnus qui non iudicabitur, sed cù domino iudicabit: sicut erunt sancti Apostoli, & perfecti, quibus dictum est: Sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Alter erit ordo bonorum, qui iudicabitur & saluabitur, quibus dicitur: Esuriui, & dedistis mihi manducare, &c. Similiter duo erunt ordines reproborum. Vnus eorum, qui nõ iudicabitur, & tamen damnabitur: in quo erunt pagani Deum ignorantes, de quibus Psalmista dicit: Non resurgent impij in iudicio. Et dominus: Qui non credit, iam iudicatus est. Alter erit ordo illorum, qui iudicabuntur & damnabuntur, quibus dicitur: Esuriui, & non dedistis mihi manducare. Tunc dicit rex ihs, qui à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei possidere præparatum vobis regnum à constitutione mundi. Rex, Christus videlicet, qui est rex regum, & dominus dominantium, qui in die illa solus exaltabitur, & suæ potestatis autoritate sententiam dicabit. Et dicit ihs, qui à dextris eius erunt, hoc est, sanctis, qui ad sortem supernæ beatitudinis pertinebunt: Venite benedicti patris mei, &c. Vox ista desiderabilis, exoptabilis, & omni gratia suscipienda, qua sancti ad bona perpetua, & ad regnum vocantur sine fine mansurum. Et merito benedicti dicuntur, hoc est, ad æternam benedictionem, quæ in Christo, & per Christum est, prædestinati. Patris autè sui regnum dicit, ad illum referens omnem potestatem, cuius est filius: quia à quo habet essentiam, ab illo habet & potentiam. Vnum tamen est regnum patris, & filij, & spiritus sancti, sicut vna est essentia, eademq; maiestas. Quod regnũ ab origine mundi illis præparatum asserit, quia ad illud ante secula prædestinati, & præordinati sunt. Nam & Apostolus dicit: Quos præcœuit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui. Quos autem prædestinavit, illos & vocavit: & quos vocavit, hos & iustificavit. Quibus verò meritis talem promeruerint remunerationem, enumerat subdens: Esuriui, & dedistis mihi manducare. Sitiui, &c. Quæ verba aperte exprimunt opera pietatis, & benevolentie manifestationem, quæ corpoream roleratibus indigentiam necessaria est. Verum, si hæc spiritaliter acceptimus, gratius aliquid impletione charitatis intelligere poterimus: quia charitas non solum circa carnem fratris quandoque morituram, verum multo

Can. 4.

Matth. 19.

Matth. 25.

Psal. 11.

Joan. 3.

Esa. 2.

Rom. 8.

Elis. & Deo gratia regni calorum consequuntur, & sumerint salutem promerentur remunerationem.

magis circa animam semper victuam est exhibenda. Qui igitur esurientem, & sitientem pane verbi satiat, & aqua sapientie potat, perfecta charitatis opera adimplet. Qui errantem à via veritatis sacra admonitione reuocat, & per penitentiam in domum sanctæ Ecclesiæ recipit, pietatis opera veraciter agit. Qui verò infirmum in fide suscipit, secundum Apostolum, & tribulationum, ac infirmitate carcere clauso, solatium compassionis, ac sermone consolationis impendit, hic vtique veræ dilectionis iura adimplet, atque idè pietatis mercede remunerandus est. Et nota, quod non virtutes maximas, sed sola dilectionis opera, quæ actiuæ vitæ necessaria sunt, Dominus in iudicio commemorat: vt liquidò ostendat, quia charitatis præcepta seruantibus debeantur regna cælorum, sine qua nulla virtus, nullum opus bonum Deo placere potest. Tunc respondebunt iusti, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, &c. Respondebit ista sancti, stupentes ad immensam, & ineffabilem maiestatem regis Christi, & quia omne bonũ, quodcumque fecerunt, quoniam fuerit maximum, tunc illis minimum, & breuissimum videbitur, præ magnitudine terrois, qui tunc erit, siue præ abundantia inestimabilis retributionis. Denique & B. Ephem in Homilia quadam de die iudicii, quam plenam compunctione scripsit, dicit sanctos tunc angelos, sub quorum custodia vixerunt, interrogaturos, quid vnquam boni egerint, aut quid meriti haberent, vt tali gloria, talique digni habeantur mercede: Et respondens rex, dicit illis: Amen dico vobis, quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Miranda domini, & saluatoris nostri pia dignatio, qui deuotionem infirmum tali mercede compensat, vt se in pauperibus pastum, & vestitum asserat, & quicquid illis impensum est, se suscepisse confirmet. Sanè quod dicit: Quandiu fecistis vni ex ijs minimis meis, mihi fecistis, potest quidem generaliter de omni paupere accipi, quòd videlicet elemosyna cuiquam egeno propter Christum impensa, ab ipso suscipitur. Verum, cum dominus notabiliter, & quasi demonstrans dicat, vni de minimis ihs, ostendit se non generaliter, sed de quibusdam pauperibus, de iis videlicet tantum dicere, qui spiritu pauperes sunt, quique propter Deum voluntariam perferunt egestatem: quibus maximè fideles de suis facultatibus subuenire, & sibi amicos facere debent, vt ab eis in æterna regni cælorum habitacula recipiant. Tunc dicit & ihs, qui à sinistris eius erunt: Descendite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Reprobis ad sinistram positis (qui etiam dum in mundo vixerent, sinistra semper, hoc est, transitoria amauerunt, nec vnquam æternorum, quæ per dexteram figurantur, curam habuerunt) dicitur: Descendite à me maledicti in ignem æternum. Maledicti verò vocantur ijs, qui in malitia omnem vitam consumentes, æternæ maledictioni seipsos præparare non timerunt. Nunquam quidem mali cum domino fuerunt, quia non habitabit iuxta eum malignus: sed tunc dicitur ibi, quia in præsentia mali bonis permixti videntur, à quibus in iudicio separabuntur. Sagena enim sanctæ Ecclesiæ malos pisces cum bonis capit, & vsque ad litus vltimi examinis pertrahit. Sed tunc bonis in vasa collectis piscibus, mali foras proiciuntur. Sic & in agro domini zizania cum tritico germinant: sed cum ad aream ventum fuerit, triticum in horreum reconditur, zizania

Extat hanc milia in os opusculi.

1. Joan. 4.

Luce. 16.

Psal. 5.

Matth. 11.

Ibidem.

zizania verò in fasciculis colliguntur, & igni comburantur. Sicut dicitur eos, hoc est, à præsentia suæ visionis iuber proici, & in tenebras exteriores expelli. Descendat ergo maledicti iubentur in ignem æternum, vt ibi sine fine ardeat, qui in præsentem ignem vitiorum in se extinguere noluerunt. Iste autem ignis diabolo, & angelis eius præparatus est: quia sicut præsentia Dei iustus regnum ab origine mundi præparauit, ita diabolo, & angelis eius, ac reprobis ignem æternum, in quo perpetuo crucientur, præordinauit. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare. Sitiui, &c. Metuèda, multumque pertinenscenda est ista sententia. Nõ enim dicit, aliena rapuitis, sed, nõ dedistis mihi manducare. Si ergo ita tenacia damnatur, rapacitas quid meretur? Aut quid recipiet, qui alienum tolerit, si sic punietur, qui de suo non dederit? Si tale iudicium est ei, qui non fecit misericordiam, quale erit ei, qui fecit rapinam? Tunc respondebunt & ipsi, dicentes: Domine, quando vidimus te esurientem, aut sitientem, &c. Excusare se nituntur, tanquam Deum fallere possint, sicut quondam homines decipiebant. Sed tunc nullam excusationem habere possunt, qui, dum potuissent cõuerti, noluerunt, & elemosynis peccata sua delere neglexerunt. Et respondens, dicit illis: Amen dico vobis, quandiu non fecistis vni de his fratribus meis minimis, nec mihi fecistis. Qui enim humilibus, & despectis Christi membris beneficium impendere negligit, conuincitur Christo minus esse deuotus, atque ideo nunquam se ei aliquid tribuisse gaudebit. Nam qui non diligit fratrem quem videt, Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? Attendendum verò, quòd & hic, sicut & superius, vnitatis fit mentio, cum dicitur: Quandiu non fecistis vni ex minimis meis, nec mihi fecistis. Per quod innuitur, quia illius largitas Deo accepta est, qui hanc simplici cordis intentione, in vnitatis fidei Catholica studeat exhibere. Cæterum qui se vel ab vnitatis fidei hæretica prauitate diuidit, vel de suo bono opere laudem querit humanam, huius misericordia reproba à Christo iudicatur, & indigna. Et ibi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Origenes dogmatizat, omnes reprobos, ipsum etiam diabolum, & angelos eius, post multa secula posse indulgentiam peccatorum promereri, & à supplicio liberari: asserens diuine pietatis aperitissimè conuenire, vt, sicut hominem redemit, ita quoque præuicatorum angelum saluet. Cui tamen aperitissimè hac sententia repugnat, qua dicitur: Ibunt hi in supplicium æternum. Sed ille ex opposito dicit, hoc dominum dixisse ad incutiendum timorem quibusque peruersis, quatenus æterna expauescant supplicia, & peccare desistant. Cui contra respondendum, quia, si hoc verum non est, nec illud verum est, quod veritas subdit: Iusti autem in vitam æternam. Sed (quod dictum nefas est) sicut illud falsò minatus est, vt timore percelleret: ita hoc falsò promisit, vt vana spe deciperet. Ad hæc fortasse aliquis dicat, iniustum esse, vt pro temporalibus, & momentanea delectatione quis æterna persoluat supplicia. Sed sciendum illos æternis subigi tormentis, qui obliuata voluntate in malo perseverare, & nunquam suis scelerebus terminum ponere voluerunt. Insuper & si semper vixerent, semper vtique peccare velent. Iusto igitur Dei iudicio, tales ibunt in supplicium æternum. Proinde oranda est misericordia Dei, & corda cum manibus elemosynarum leuã-

da, vt in præsentia vita ignis timoris sui mala nostra decoquat, quatenus in tremendi examinis iudicio à malorũ statione sinistra liberatos, in dextra cum omnibus sanctis misericorditer collocaat, & in vitam æternam cum sanctis angelis connumerare dignetur, in qua viuat, & regnat in secula seculorum, Amen.

CHRISTIANI DRVTH- mari eiusdem Euang. expositio.

Vni autem venerit filius hominis in sede maiestatis sue: & omnes angeli cum eo. Multa dominus dixit quæ ante diè iudicii fienda sunt: sed quando ipse dies aut hora esse debebat, non dicit. Sed constat profecto, quia qui alia scit secretiora mysteria, quod & ipsum sciat. Dixit superius admonitiones ad omnes: nunc autem ostendit quid in nouissima hora ipse facturus sit. Scimus quia iudicium dedit pater filio: & qui in primo aduentu venit iudicandus, in secundo veniet iudicaturus viuos, & mortuos. Nulla autem lingua potest enarrare, quanti terrores ibi erunt, cum cælum, & terra ardebit, sono tonitruorum, & fulgurum audietur, angeli resonantes tubas mortalium turbam cõcutient. Cur enim non credamus, quod illi angeli, qui corpora de aere assument, vt frequenter visiti patribus leguntur, sono aere debeant infonare: vt fecerunt quando dominus per subiectam creaturam locutus est turbis. Ad hunc iudicii diem omnes nouem ordines angelorum venient: omnes homines boni & mali. Tunc sedebit in sede maiestatis sue. Per sessionem auctoritas iudicandi: maiestas pro potestate. Multi autem putauerunt in valle Iosaphat, qui est locus in Iudæa, futurum esse iudicium: sed nequaquam verum est, quamuis sonet Iosaphat iudiciũ, sed in aere erit, vt Paulus dicit: rapiemur in aere, & sic semper cù domino erimus. Et congregabuntur ante eum omnes gentes. Quicumque spiritum vitæ habuerunt immortalem, sicut angeli & homines, ibi aderunt. Et separat eos ab invicem, sicut pastor separat oves ab hœdis. Quia iam dixerant, ego sum pastor bonus, perseverat in ipsa parabola, quod sicut pastor ad vesperam oves ab hœdis segregat, vt hos mittat in vnã mansionem, illos in aliam. Similiter Deus tunc ad vesperam huius mundi collecturus suas oves in ouile, hœdos in heribum reuertitur. Et statuet quidem oves à dextris. Id est bonam partem. Hœdos autem à sinistris. Id est in malam partem. Videant nunc qui adhuc viuunt, vt festinent esse oves Christi: vestiant nudos, & alant indigentes: viuant simpliciter non de rapina, neque noceant alicui: quia qui hœdos in hac vita imitatus fuerit, focus tunc impiorũ erit. Hœdis cõparantur, quod lasciuum est animal & luxuriosum, quorum similes sunt dissoluti in voluptatibus suis, luxuriosi & auari erga proximos suos. Tunc dicit rex ihs qui à dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei. Hoc est mecum venite, cum quo heredes esse debetis vitæ æternæ. Benedicti, quia ad imaginem Dei facti, ideo benedicti. Possidete hoc est absque vlla conditione. Paratum vobis regnum. Per præscientiam Dei. Regnum, latam mansionem: quæ non angustabit vobis sed dilatabitur spaciöse. A constitutione mundi. Quã vnã beatam in principio à Deo credimus esse creatam, vbi fieret receptaculum iustorum. Esuriui enim in mēbris meis. Quod est ecclesia mea. Et do-

distis mihi manducare. Siue cibo terreno, siue spiritali. *Sicuti, & dedisti mihi potum.* Sicut cibus spiritalis, sic est & potus. Vnde & beatus Paulus dicebat. *Bibebant de spiritali. Hospes eram, & collegisti me.* Hospes dicitur & qui suscipit, & qui suscipitur. Hospes eram hospitem indigebam & suscepisti me: quia hospes non solum suscipiendus sed & trahendus, & querendus. Vnde & B. Thobias cum sederet ad mensam, misit filium querere, qui cum eo ederet. *Nudus, & cooperuisti me.* Est nuditas corporalis, & spiritalis. Vnde dictum est. *Beatus qui custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet. Infirmus, & visitasti me.* Et in infirmitate corporis, & in infirmitate animæ visitandi sunt, qui Deum patre inuocant. Cum enim aliquis in tribulationibus huius seculi tristari incipit, tunc infirmatur. Quem si quis visitauerit, & verbo suo confortauerit: mercede non carebit. *In carcere eam, & venisti ad me.* Carcer ad coercendum dicitur: eo quod rei ibi coercerantur. Hoc est constringantur. Carcer etiam angustia & pusillanimitas animi intelligi potest. Et hæc omnia pietatis opera & carnaliter, & spiritaliter exerceri, possunt intelligi: & ad actualem vitam pertinent. Quæ qui studiose adimpleuerit in hoc, post ad theoreticam Dei contemplationem perueniet in qua sine fine oculi eius videbunt regem in decore suo. *Amen dico vobis, quod vni de in fratribus meis minimis fecistis, mihi fecistis.* Attendendum quod dixit, *de his minimis fratribus suis:* hoc est qui Deum patrem credunt, & ipsum inuocant: & non sunt elati, sed humiles spiritu. *Tunc dicit huius qui à sinistris erunt.* Notandum quod non habet, eius, sed tantum, à sinistris: quia Deus sinistram nihil habet. Vnde scriptum est. *Vias, quæ à dextris sunt, nouit dominus.* Peruersæ vero sunt, quæ à sinistris sunt. *Discedite à me.* Ecce terribilis & timenda vox: etiam si nihil addidisset: quia qui à Deo recedit, diabolo traditur. Et nihil aliud extra Deum, nisi malum inenarrabile. *Maledicti.* Maledictus non potest esse, ubi est benedictus. A Deo creati benedicti, operibus vestris maledicti. *In ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.* In ignem æternum discedere, id est, inordinate cadere præcipiuntur: quia ià ab illa die crudeliter tractandi sunt. Æternus erit eis ignis: quia licet ipsi finem peccandi habuissent, tamen voluntatem habuerunt, & super viuere, & super peccare: & ideo ex voluntate sine fine damnabuntur. *Qui paratus est diabolo, & angelis eius.* Hic apparet quod pœnæ inferorum non pro hominibus, sed pro angelis malis paratæ sunt. Quicumque in consortium eorum per mala opera se ipsum iungit, sustinebit, quæ ille habet sustinere. *E sursum enim, & non dedisti mihi manducare, &c.* De omnibus quibus iusti coronantur, impij condemnantur: quia contraria eis egerunt. *Et ibunt hi in supplicium æternum.* Duabus vicibus in hoc loco dominus affirmat, quod supplicia æterna erunt impiis. Sic dicuntur impij in æternis suppliciis esse, sicut dicuntur iusti in vita æterna. Et si impij nõ essent semper cruciandi, nec iusti semper glorificandi, sicut dicitur graeci. Origenes eorum doctor eximius errauit, putans diem iudicij spatium mille annorum obtenturum, vt hoc spatio venient omnes impij acta penitentia ad veniam, & ipse diabolus. Et per multos annos ita docuit. Cum autem audisset ista duo verba ignem æternum, & supplicium æternum, recognouit errorem suum, & venit in synodum & publice confessus est se recognouisse errasse, quod

impij æternaliter debuissent cruciari, sicut & iusti in vita æterna æternaliter letari: & accepit penitentiam, & abstiuit à missæ officio vsque ad diem mortis suæ. Et hoc retinendum quod is, qui iudicaturus dicitur, filius hominis vocatur: vt sciamus quia qui iudicatus est, ipse idem erit iudicaturus.

THEOPHYL. EPISCOPI

Bulgar. superioris Euang. expositio.

Quam autem venerit filius hominis in gloria sua, &c. Quoniam primus aduentus domini in ignominia fuit, & opprobriis, dicit *quam venerit in gloria sua.* In secundo enim cum gloria aderit angelorum, se stantium. Primum autem separat sanctos à peccatoribus, liberat eos à labore & statuit, & tunc loquitur eis. Itaque oues vocat sanctos, quia mæsueti sunt, & fructum nobis ac vtilitatem dant, vt oues laum videlicet suppeditantes ad viuinum, & spiritualem amidum: & lac, hoc est, cibum congruum: hædos autem peccatores: in præceptis enim vadunt, & incompositi, & steriles vt hædi. Tunc dicit rex iis quia dextris sibi erunt, Venite, &c. Non antea præmiat, vel punit, quam diiudicat: Misericors enim est: & nos docet id ipsum, quod non antea debeamus punire, quam rem discussimus. Sic enim excusatione magis carebit, qui præcedente iudicio, puniuntur. Porro sanctos vocat benedictos vt à patre susceptos. Hæredes autem ipsos facit regni, ostendens quod Deus eos participes facit regni sui, vt filios suos. Non enim dixit. Accipite, sed: *Possidete regnum in hereditatem* vt paternam substantiam. Iam fratres minimos vocat vel suos discipulos, vel omnes simpliciter pauperes. Omnis enim pauper, frater est Christi, quæ quidem & Christus in egestate vixit. Vide autem Dei iustitiam, quomodo laudet, ac prædicet sanctos. Vide item & illorum æquitatem, quomodo negat se illum pauperes: sed dominus ea, quæ pauperibus sunt facta, in semetipsum suscipit. *Tunc dicit & ijs, qui à sinistris erunt, Discedite à me maledicti, &c.* Eos qui à sinistris, in ignem mittit, qui paratus est diabolo. Quia enim compassionis expertes sunt diaboli, & hostiliter, & inimice erga nos affecti sunt, merito idem supplicium habent, qui eiusdem voluntatis sunt, qui & propriis operibus maledicti facti sunt. Vide autem, quod Deus ignem non præparauit hominibus: supplicium enim nõ fecit propter nos, sed propter diabolum; ego autem memetipsum supplicio facio obnoxium. Horresce igitur, o homo, quum cogitaueris hoc, quod illi neque vt scorta, neque vt latrones, neque vt qui graue aliud flagitium perpetrarunt, puniuntur, sed vt ijs, qui bonum non fecerunt. Profecto, si bene consideras, raptor est, qui multa habet, & non miseretur, etiam si neminem manifesta contumelia afficiat. Quia enim quædam habet, quibus non indiget: rapit omnino ab ijs, qui egent, & non accipiunt ab ipso. Nam, in commune ea posuisset, fuissent vtique & illi non indigni, nunc autem, quia reclusit, & propria fecit, propterea illi esuriunt: que ita & raptor est, qui immisericos, tanta afficiens iniuria, quantum beneficiis afficere potuisset illum, & non afficit. Sicut autem sancti incessabiliter habent gaudium, ita iniusti indefinentem pœnam: ita metisi Origenes nugetur dicens, fore suppliciorum

pliciorum finem, & non semper puniendos peccatores, sed fore aliquando tempus, quando in iustum venturi sint consortium purgati à pœnis. Arguitur autem ex hoc loco manifeste. nam dominus dicit, *Supplicium æternum, hoc est, nunquam desinens.* Vnde & ouibus comparat iustos, hædos autem peccatores, sicut enim hædos nunquam fit ouis, sic nunquam peccator purgabitur, & erit iustus. Tenebræ autem exteriores, quæ procul sunt à luce diuina, & propterea grauiorem faciunt pœnam. Potest item & causa quædam afferri ad hæc. Peccator enim in hac vita in tebris est, nam excidit à sole iustitiæ, sed, quia spes est conuersionis, propterea non sunt tenebræ illæ exteriores. Porro ubi mortuus fuerit, & insiterit examen factum, excipiunt eum exteriores. Nõ enim vltra conuersionis spes est, sed sustinet omnigena diuini splendoris priuationem. Quandiu enim hic est, etiam si bona Dei minus vberim suscipiat (loquor de sensibilibus, & creatis) videtur esse quodammodo seruus Dei, dum in domo eius, hoc est, in creaturis versatur, ab ipsoque alitur, & educatur. Tunc autem omnibus modis à Deo diuiditur, nihil commune cum illius bonis habens. Hæc sunt per comparisonem tenebræ exteriores, eod quod hic non omnibus modis peccator refectatur. At tu fuge immisericordiam, & fac elemosynas, & alias quidem sensibiles, alias autem spirituales. Pisce Christum, qui esurit salutem nostram. Sed & esurientem doctrinam, si pauertis, & potaueris, pauisti Christum, & potasti. In Christiano enim Christus est, & fide pascitur, & crescit doctrinam. Sed & si videris peregrinum à superna patria, induc tecum, & collige, hoc est, dum ingrediens in cælos, introduce & illum, ne alius predicans, ipse sis reprobus. Et si quis incorruptionis vestem abiecerit, quam per baptismum induit, & nudus sit, induc illum. Et infirmum fide (vt Paulus dicit) assume: & vincit in carcere, hoc est, corpore isto tenebroso, inuise, illi quasi splendorem admonitionem donans. Has species charitatis omnes imple quidem corporaliter, imple autem & spiritaliter: nam quum duplicis naturæ finus, possunt hæc & bifariam perfici.

INCERTI CVIVSDAM

sub nomine Eusebij Emissemi eiusdem Euangelij expositio.

Dominus enim, qui prius humilis venit & in forma serui, iterum excelsus, & sublimis venturus est in maiestate sua. Venient autem & omnes angeli cum eo, vt ex ipsa sui exercitus multitudine & virtus & omnipotentia manifestetur. Et tunc quidem sedebit in sede maiestatis suæ, quoniam tunc patri coeterno æqualis, & similis reuelabitur. Nusquam enim melius regia dignitas quàm in sede regia manifestatur. *Et congregabuntur ante eum omnes gentes.* Secundum illud, *Viuo ego, dicit dominus, quia mihi curuabitur omne genu, & confitebitur omnis lingua.* Non autem erit ei difficile, sicut non fuit create, ita & resuscitare. Et ipse quidem pastor bonus, qui oues suas bene cognoscit, bonos à malis separabit, ouesque statuet à dextris, hædos autem à sinistris. Omnes enim dicuntur boni propter simplicitatem, & innocentiam, hædi verò dicuntur mali propter vanitatem, & petulantiam. In ipsa autem positione dextræ, & sinistræ, iam ex

tunc vtraque pars agnoscere poterit, cui misericordia, & cui pœna imminet. *Tunc dicit rex his, qui à dextris eius erunt, Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.* Quare hoc? Vultis audire quare? *E sursum enim, & dedisti mihi manducare, &c.* Si enim ante mundi constitutionem regnum eis paratum erat, constat quia, antequam fierent, ad vitam erant prædestinati. Qui verò ad vitam prædestinati sunt, illi nullatenus perire possunt. Fit autem conditionaliter prædestinatio Dei: nihilque sine aliqua conditione prædestinatum est. Prædestinatum est enim vt saluaretur mundus, sed per aquam baptismatis, & mortem filij Dei. Prædestinati sunt omnes boni ad gloriam, ea tamen conditione, si fidem tenuerint, si charitatem, si humilitatem, si sapientiam, si misericordiam, & pietatem, & his familia habuerint. Tales enim eos futuros prædidit, quos Deus ad vitam prædestinavit: & quasi prædestinando eis diceret, *Ego quidem vos ad vitam prædestino, si tamen tales fueritis, si mea mandata custodieritis, si fidem, & misericordiam habueritis, & si in bono tandem inueniti fueritis.* Qui igitur talis esse non vult, qui mandata Dei custodire non nititur, ideo non venit ad prædestinationem, quia non seruat conditionem. Noli ergo attendere ad prædestinationem Dei, quam ignoras: attende ad verba, quæ audis, & intelligis. Sicut enim in prædestinatione sua verus est Deus, & mutari non potest: ita & verba eius vera sunt, vel mutari non possunt. Vnde & in euangelio dominus ait, *cælum, & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Sed audiamus quæ sunt hæc verba. Peccator (inquit) quacumque hora conuersus fuerit, & ingemuerit, vita viuet, & non morietur: itemque, *Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis: quod si nolueritis, gladius denorabit vos, & in euangelio. Qui crediderit (inquit) & baptizatus fuerit, saluus erit: qui non crediderit, condemnabitur, & iterum, Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet vobis pater vester cælestis peccata vestra. Ne queratis aliam prædestinationem. In his enim verbis omnis est vitæ, & mortis prædestinatio consistit. Si hæc feceritis, esto securus, & crede indubitanter quod ad vitam prædestinatus es. Quod si indurato corde hæc facere nolueris, & in hac malitia perseueraueris, pro certo scias te ad mortem esse prædestinatum. Quauis enim nullus homo ad peccatum sit prædestinatus, omnis tamen homo ad gloriam aut ad supplicium prædestinatus est. Sequitur: *Tunc respondebunt ei iusti, dicentes, domine, quando te vidimus esurientem, & patimus sitientem, & dedimus tibi potum? quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te? aut quando te vidimus infirmum aut in carcere, & venimus ad te?* Stupefcunt enim admiratione, dum ei esurientem vel sitientem, dum hospitem, infirmum, aut in carcere fuisse aliquando audiunt, quæ nunc in tanta gloria, tantæque sublimitate conspiciunt. Vnde & non immerito eum interrogant, quando vel sic eum viderint, vel sic ei ministrauerint. *Et respondens rex, dicit illis. Amen dico vobis, quando fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* In membris suis suscipiunt Christum membra enim sua sunt omnes Christiani. Et ideo quidem dicuntur Christiani, quia membra sunt Christi. Vnde & apostolus ait, *Nescitis, quoniam corpora vestra, membra Christi sunt? tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? ablit.* Christus igitur*

Nota quomodo prædestinatio fiat: quod est terra non auctoritas.

tur in esorientibus elurit, in sitientibus sitit, in infirmis aegrotat, & in aliis similiter patitur. Magna ergo reverentia suscipiendi sunt pauperes Christi, cum magna veneratione feruendum est eis, siquidem Chritus in eis suscipitur, & honoratur in eis. *Tunc dicit & hic qui à sinistris eius erunt, descendite à me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Quare autem hoc præcipiat, subiungit causam. Esurui enim, & non dedistis mihi manducare: sitiui & non dedistis mihi bibere: hospes eram, & non collegistis me: nudus sum, & non vestistis me.* Si igitur ignis aeternus paratus est diabolo & angelis eius, manifestum est, quoniam sic prædestinati sunt mali ad mortem propter malitiam suam, sicut boni ad vitam, pro bonitate sua. Sed quæ tormenta patientur, qui aliena rapiunt, quum isti talia patiuntur, quia sua non tribuunt? Si talia sustinentur in misericordibus, qualia passuros putamus crudeliter? *Et ibi dicit in supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam.*

E V T H Y M I I Z I G A B O N I
sup. eioria Euang. expositio.

Quam autem venerit filius hominis in gloria sua &c. Narrat etiam deinceps de secundo aduentu suo, ad terrorem, & correctionem auditorum. Suam autem gloriam dicit, quæ Deo propria est. Primus enim aduentus eius ingloriosus factus est. Sedebit vero, itaquam iudex. Sed et aeternam suam thronum dicitur gloria, hoc est gloriosus, & regius. *Et congregabuntur ante eum omnes gentes.* Postquam videlicet à mortuis resurxerint: prædixit enim variis in locis de resurrectione eorum. *Et separabit eos, alteras ab alteris &c.* Nunc etenim commixti sunt omnes: tunc vero diligenter separabuntur. De filiis autem Christianis loquitur hic sermo, veluti infernus manifestabitur. *Et sicut ones qui iude à dextris suis &c.* O ubi comparantur iusti, propter mansuetudinem, modestiam, ac fructificationem in virtutibus, sicut ille in lacte, & lana: hæc vero peccatores, propter violentiam, & immodestiam, ac infirmitatem. Poteris quoque addere, quod etiam propter gravem peccati olorem: & quod non recta gradantur, sed à recto discedant itinere: quodque per præcipitia procedant. Verum illa sane anima, quæ habent, à natura possident: iusti vero & peccatores à voluntate. Ideo quoque illi honorantur, isti autem puniuntur. Dividit etiam eos, non quod dextis egeat, ipse enim testis est, & iudex. *Tunc dicit rex ijs, qui à dextris eius erunt &c.* O vocem optabilem! o honorem ineffabilem! *Benedicti inquit patris merita danti, electi.* Non dixit autem, Accipite, sed, *p. sive*, tanquam paternum, tanquam debitum, tanquam præparatum vobis à constitutione mundi. Præquam enim homines fierent, parati erant iusti, cognoscente Deo, quod futurum erat. Deinde dicit & causam tanti honoris. *Esurui enim, & dedistis mihi edere &c.* Hinc manifestum est, quod ad solos Christianos verba facta, ad quos euangelij sui præcepta facta sunt: nam ad infideles nullus tunc erit ei sermo: omnes enim simul per se condemnati erant. Ideo enim dicit; Non resurgent impij in iudicio, hoc est, non resurgent ut iudicentur, sed ut puniantur. Si quidem manifestum est etiam superius, quod, quando apparerit signum filij hominis in caelo, tunc plangent

Ergo & christiani, qui verum silem habuerint, iudicij propter gravem peccata condemnabuntur.

omnes tribus terræ, solam habentes condemnationem conscientiam, Nunc ergo ad Christianos, ut diximus, sermo est. Vide autem quomodo de sola humanitate, siue amore erga proximos differat, & ab hac sola iustus honore dignos iudicat, peccatores vero supplicio. Non quod cætera vel iustorum bona opera, vel peccatorum delicta sine examinatione, vel discussione relinquenda sunt: omnium siquidem cuncta inquirere & opera, & verba, & cogitationes, ut ipsemet frequenter sua doctrina manifestavit, & à multis divinis scripturæ locis discimus, & bonis quidem operibus præmia rependet, delictis autem peccatis. Sed nunc de sola hac, ut dicitur est, virtute differt, confiteamur volens, quod hanc maxime requirit, & hanc præ omnibus expetit, ut pote Christianis maxime necessariam. Cuiusque enim Christiani in signum quo dignoscitur potest, est dilectio. In hoc inquit cognoscunt omnes, quod mei discipuli sitis, si dilectionem habueritis inter vos mutam. Huius autem optima pars est pauperum amor, & erga proximum misericordia, ac compassio, iuxta Gregorium Theologum. Nulla enim alia res, inquit, inter omnia colitur Deus, ut misericordia: neque alij cuiquam magis rependatur humanitas quam humanitati. Præcipue ergo differit de præcepto Christianorum opere, hoc modo nos & exterris, & attrahens, ut qui homines sumus, humani efficiamur, vententes ea, quæ ipse tunc uter humanitate. Iustissima est autem merces, ut inhumanitas inhumanis, & misericordibus misericordia rependatur. Etenim ipse, qui misericors est, parvis operibus magnam retribuit præmium: quid enim regno illi æquale esse poterit? Manifestum est autem, quod ex iis, quæ possumus, humanitatem requiritur enim, qui non possunt, sufficit quod velint. Varias enim humanitatis partes receperit, ut siquidem possumus, omnes impleamus: sin autem, ac talem eas, quas possumus. *Et respondens rex dicit eis: Amen d. o vobis, qui tenetis scissuram vni de his fratribus meis minimis, & michi scissuram. Regem vocavit seipsum, tanquam omnibus iam subiectis.* Quatenus autem, id est, in quantum. Fratres autem vocavit pauperes, ut qui similes enim eis suscepit naturam, & abiectionem: vel etiam tanquam eos, qui communicaverunt pauperiati ipsius. *Frates minimos vocat pauperes, quia humiles, menduci, & abiectionis sunt: & eos, qui viles, ac despicibiles habentur: Non dico mona, hos solos, & eos, qui montes inhabitant, sed unumquemque sibi sibi esse tenentem, siue sane pressum, nudum, aut peregrinum: his, inquam, fratres vocat. & primiti eos laudat, qui his subvenerunt, ut sententia sua iustitiam demonstraret. Venite, inquit, benedicti patris mei, &c. Quanto bono poterit nomen hoc pensari, ut benedictus sit, utique à patri?*

Tunc dicit rex etiam ijs, qui à sinistris erunt, &c. Vides? Regnum quidem hominibus paratum est, ignis vero dæmonibus. Insipientissimi autem homines, relictis iis, quæ regno digna sunt, præferunt ea, quæ ignem promerentur, ideo etiam ab illo excidentem, ad hunc condemnationem. Deinde rursus causa etiam ultionis ponitur. *Esurui enim & non dedistis mihi edere, &c.* Non dixit, Non liberastis me paupertate, iniustitiam, ac carcere, sed, *Quæ necessitas sunt, non præbuitis, quæ facilia sunt non fecistis.* Primum autem misericordes prædicat, ostendens boni operis facilitatem, ut ab illo hos condemnent. *Tunc respondit ei, & illi dicens, &c.* Merito qui misericors fuit, regnum possidet, qui charitatem,

Præmissa pendenda in sui operibus.
Idem.

ritatem, quæ virtutum caput est, opere complevit: eius enim pars est elemosina. Qui vero fuit immisericosus, in ignem ablegatur: quia loco dilectionis odium possedit, quod caput est vitiorum, & eius præcipua pars est inhumanitas. Ille quoque

miseriorem, humanumque Deum imitatus est; hic autem immisericosus, inhumanumque diabolum. *Et ab hinc in supplicium aeternum, Vt omnibus quidem peccatoribus, maxime tamen immisericosibus.*

F E R I A I I I P O S T D O M I N I
C A M I Q V A D R A G E S I M A E
M A T T H. 21.



Nillo tempore cum intrasset Iesus Ierosolymam, & commota est vniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic? Populi autem dicebant: Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilææ. Et intravit Iesus in templum Dei, & ementes omnes vendentes & ementes in templo, & mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbas euerit, & dicit eis: Scriptum est: domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et accesserunt ad eum cæci & claudi in templo, & sanauit eos. Videntes autem principes sacerdotum, & scribæ mirabilia, quæ fecit, & pueros in templo clamantes & dicentes: ofanna filio David: indignati sunt, & dixerunt eis: Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis: Vtique: Nūquam legitis: quia ex ore infantium, & lactentium perfecti laudem? Et relictis illis, abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam, ibique manlit.

G L O S S A O R D I N A R I A
in superius Euang.



Vm intrasset. Frequenter ingressus est ciuitatem Ierusalem: sed non cum iis laudibus: nunc rex vocatur: quod semper fugerat nisi modo cum ascendit passurus. Quod ideo factum est, ut amplius illorum aduersum se excitaret inuidiam, quia iam tempus passionis instabat. *Intravit Iesus, &c.* Ingressus urbem primò templum adiit, dans formam religionis, ut quoquo inus, primò domum orationis (sibi est) ad eam: & per orationes Deo commendati, sic ad agenda negotia secedemus. Appropinquante passionis tempore appropinquauit Iesus loco ubi posset inueniri, ostendens se non inuitum pati. Hic introitus in Ierusalem factus est ante dies Paschæ, in quo passio complenda erat: Dicit enim Ioannes quod ante sex dies Paschæ venit Bethania, ubi cena facta à sorore Lazari oleo perunctus est, & in crastino a sino in sidens, obuiatur turba cum palmis venit Ierusalem. Ecce quantum conuenit veteri vmbra. Ibi dicitur decimo

die mensis primi tollat vnusquisque agnum, id est, domum intro-ducatur, & feruet vsq; ad 14. diem, qua immolabitur ad vesperam: Et dominus decimo die eius mensis, id est, ante quinque dies Paschæ, ciuitatem in qua passurus erat intravit, certam pretiosam horam immolationis: & 14. die ad vesperam comprehensus & ligatus sacramenta victimationis inchoauit. *Et cæcis.* Angusti. Eiecerat & ante alia vice, quod Ioannes solus dicit. Sed de hac vltima citione dicunt alij *Mensis numula.* Quia de omnibus partibus ad templum veniebant, vendebant sacerdotes non habentibus omnia animalia, etiam columbas quas pauperes offerunt, ut vendita postea reciperent oblationes. Sed quia aliquid nihil habebant vnde emerent, posuerunt numularios, qui mutuo darent: & quia lex vetat vsutum, pro ea varias species, id est, poma, vnas & huiusmodi accipiebant: hos eiecit. Sic & Mylicæ quotidie de ecclesia eiecit. Er habet vnus criminis reos vendentes & ementes ecclesiastica officia. *Et cathedras vendent.* Quæ magistrorum sunt, id est sacerdotum eorum destruit, qui de impositione manus, per quam spiritus sanctus datur, precium accipiunt. Hinc est, quod hæresis Simonis damnatur. Ad litteram

Idem.

Matth. 21. 12. 13.

teram autem absurdam est dicere inuito colubarum in cathedris sedere. *Latronum.* Latro est qui lucra sectatur, qui & non dantes corporaliter persequitur, & dantes necat spiritualiter, & dum lætionem proximi cogitat, quasi latro sedet in spelunca. *Et accesserunt.* Mysticè. Simples peccatores ad se per præsentiam accedentes, prius carcos in cognitione & claudos in operatione illuminando, & in viam rectitudinis dirigendo quotidie sanant. *Mirabilia que.* Vt flagello vnus, & villis tot eiici, mētas subverti, quo nihil mirabilius egit. Igneum, & sidereum aliquid radiat ex eius oculis, lucet in facie maiestas deitatis. *Dixit eis.* Non patet calumnia, non ait, bene faciunt vel malè, vel ætati patite, sed temperat, & se tacente verba puerorum testimonio scripturæ confirmat. *Infantium & lac.* Testes miraculorum Christi infantes dicuntur, non ætate sed simplicitate. Lactentes quasi lacte id est miraculorum suavitate delectati, quæ dicitur lac, panis vero doctrina perfecta. *Abiit foras.* Quia pauper, nullique adulatus, nullum in tanta vrbe inuenit hospitem: sed apud Lazarum receptus est.

CATENA AVREA in idem Euang.

ET cum intrasset Hierosolymam, commota est vniuersa ciuitas, &c. Hiero. Introente Iesu cum turba, tota Hierosolymorum ciuitas commouetur, mirans frequentiam, nesciens veritatem. vnde dicitur, *Et cum intrauit Hierosolymam.* Quis est hic? Chryl. super Matth. Merito autem commouebantur videntes rem mirabilem: homo laudabatur quasi Deus, sed Deus laudabatur in homine. Puto autem quod nec ipsi qui laudabant, sciebant quid laudabant, sed spiritus subito ingressus in eos veritatis verba fundebat. Orige. Sed quando intrauit Iesus Hierosolymam veterani admirantes virtutes cælestes, dicebant: Quis est iste rex gloriæ? Hiero. Alii autem vel ambiguntibus vel interrogantibus, nisi plebs cuncta constituitur. vnde sequitur, *Populi autem di.* Hic est Iesus, &c. A minoribus incipiunt, vt ad maiora perueniant: prophetam enim dicunt quem Moyses sui similem dixerat esse venturum. A Nazareth autem Galilææ, quia ibi educatus fuerat: vt flos campi nutretur in flore vitium. Rab. Notandum autem quod hic introitus eius in Hierusalem fuit ante quinque dies paschæ. Narrat enim Ioannes, quod ante sex dies paschæ venerit in Bethaniam, & in crastinum alino sedens, venerit in Hierusalem. Vbi notanda est concordia non solum in rebus, sed etiam in temporibus veteris, & noui testam. Decima enim die mensis primi agnus qui in pascha immolaretur, domum introduci iussus est: quia & dominus decima die eiusdem mensis, hoc est ante quinque dies paschæ, ciuitatem in qua pareretur, erat ingressurus. Sequitur, *Et in Idem.* Chr. super Matth. Hoc erat proprium boni filij, ad domum currere patris, vt illi honorem redderet: & tu imitator Christi factus, cum ingressus fueris in aliquam ciuitatem, primo ad ecclesiam curras. hoc etiam erat boni medici, vt ingressus ad infirmam ciuitatem salutem, primum ad originem passionis intenderet. Nam sicut de templo omne bonum egreditur, ita de templo omne malum procedit. si enim sacerdotium integrum fuerit, tota ecclesia floret: si autem corruptum fuerit, tota si-

des marcida est: sicut enim cum videris arborem pallentibus folijs, intelligis quia vitium habet in radice: sic cum videris populum indisciplinatum, sine dubio cognosce, quia sacerdotium eius non est sanum. Sequitur, *Et eicie om. ven. &c.* Sciendum quidem est quod iuxta mandata legis in venerabili toto orbe templo domini, & de cunctis penè regionibus Iudeorum illic populo conflente, innumerabiles immolabantur hostiæ, maximè festis diebus, taurorum, arietum, hircorum: pauperibus, ne absque sacrificio essent, pullos columbarum, & turtures offerentibus. Accidebat autem, vt qui de longè venerant victimas non haberent: excogitauerunt igitur sacerdotes quomodo prædam de populo facerēt, & omnia animalia quibus opus erat ad sacrificia, vendebant, & vt venderent non habentibus, & vt ipsi rursus empti susciperent: hanc ergo stropham, id est, fraudem se in diuersa vententem, crebro venientium inopia dissipabat, qui indigebant sumptibus, & non solum hostias non habebant, sed nec vnde emerent. Posuerunt itaque nummularios, qui mutuum sub cautione darent pecuniam, sed quia erat lege præceptum, vt nemo vsuras acciperet, & prodesset non poterat pecunia generata, quæ commodo nihil haberet, & interdum perderet sortem, excogitauerunt & alij technen. id est artem, vt pro nummulatiis collybitas facerent: huius verbi proprietatem latina lingua non exprimit. Collybita sunt apud illos, quæ nos appellamus tragemata vel villa mansuola, verbi gratia fixi cicetis vnarumque passarum, & poma diuersi generis. Igitur quia vsuras accipere non poterat collybitæ pro vsuris accipiebant varias species: vt quæ in nummo non licebant, in iis rebus exigenter quæ nummis coemuntur, quasi non hoc ipsum Ezechiel prædicauerit, dicens, *Vsuras & superabundantiam non accipietis.* Huiusmodi dominus cernens in domo patris negotiationem seu latrocinium ardore spiritus concitatus tantam hominum multitudinem eiecit de templo. Orige. In quo non debent vendere & emere, sed orationibus tantum vacare, qui congregat quæsi in domo orationis. vnde sequitur, *Et dicit eis, Scriptum est, scilicet in Esaia, Domus mea do. ora. voca.* Ang. in regula: Nemo ergo in oratorio aliquid agat, nisi ad quod factum est, vnde & nomen accepit. Sequitur, *Vos autem se. &c.* Latro enim est, & templum Dei in latronum conuertit speluncam, qui lucra de religione sectatur. Mihi autem inter omnia signa quæ fecit dominus, hoc videtur esse mirabilis, quod vnus homo in illo tempore contemptibilis, intantum, vt postea crucifigeretur, scribis & pharisæis contra se sententibus & videntibus lucra sua destrui, potuerit ad vnus flagelli verbera tantam eiicere multitudinem. Igneum enim quiddam atque sidereum radiabat ex oculis eius, & diuinitatis maiestas lucebat in facie. August. de con. euan. Manifestum autem est hoc non semel, sed iterum à domino esse factum: sed primum commemoratum est à Ioanne, hoc autem vltimum à cæteris tribus. Chryso. in ho. In quo maior est accusatio Iudeorum: quoniam cum bis hoc idem fecisset, morabantur tamen in sua dementia. Orig. Mysticè autem templum Dei, est ecclesia Christi. Sunt autem multi in ea, non (sicut decet) viuentes spiritualiter, sed secundum carnem militant: qui domum orationis de lapidibus viuus constructam, faciunt speluncam esse latronum actibus suis. Si autem

autem oportet tres species eiectas à templo cautius exponere, possumus dicere, Quicumque in populo Christiano ad nihil aliud vacant, nisi circa emptiones & venditiones, tarius autem in orationibus permanent, vel in alijs actibus rectis: ipsi sunt vendentes & ementes in templo Dei. Diaconi, qui non bene tractant ecclesiarum pecunias, & diuites sunt de rebus pauperum: ipsi sunt nummulatiij pecuniarum mensas habentes, quas Christus euerit, quod autem mensas ecclesiasticarum pecuniarum diaconi præsent, docemur in Act. Apost. Episcopi autem qui tradunt ecclesias quibus non oportet, ipsi sunt qui vendunt columbas, id est, gratiam spiritus sancti, quorum Cathedras Christus euerit. Hila. Iuxta simplicem enim intelligentiam columbæ non erant in cathedris, sed in caueis: nisi fortè columbarum inuitores sedebant in cathedris, quod absurdum est. quia in cathedris magistrorum magis dignitas indicatur, quæ ad nihilum redigitur cum mixta fuerit lucris. Obserua etiam propter auaritiam sacerdotum alitria Dei nummuliariorum mensas appellati. Quod autem de Ecclesijs diximus, vnusquisque de se intelligat. dicit enim Apostolus. Vos estis templum Dei, non sit ergo in domo pectoris vestri negociatio, non donorum cupiditas: ne ingrediatur Iesus iratus & rigidus, & non aliter mundet templum suum, nisi flagello adhibito, vt de spelunca latronum domum faciat orationis. Orige. Vel in secundo aduentu eiecit vel euerit quos inueniet in templo Dei indignos. Chr. super Matth. Ideo etiam nummuliariorum mensas euerit, quod significat quod in templo Dei non debent esse nummi nisi spirituales, qui Dei habent imaginem, non qui portant imaginem terrenam. Cathedras vendentium columbas euerit, loquens ipso facto: quid faciunt in templo multæ columbæ venales, ex quo vna columba gratuita descendit in templi corporis mei? Quod autem turbæ verbi clamauerunt, dominus factis ostendit. vnde sequitur, *Et ecce. ad eum, &c.* Orige. In templo enim Dei, id est, in Ecclesia, non sunt omnes videntes: neque rectè ambulantes: sed qui ex ei intelligunt, quia nullus est opus nisi Christi vti sanentur, accedentes ad verbum Dei sanantur. Remi. Quod autem in templo sanantur, significat homines non nisi in Ecclesia sanari posse, cui data est potestas ligandi atque soluendi. Hier. Nisi autem mensas nummuliariorum subuertisset, cathedræq; columbas vendentium: cæci & claudi lucem pristinam, & conicium gradum in templo non meruissent recipere. Chryso. in ho. Princeps autem sacerdotum, neque ita persuadebantur, sed ex reliquis miraculis, & ex præconijs puerorum eum extollentibus indignabantur. vnde sequitur, *Vt autem prim. sa.* Hieron. Cum enim manum non audeant in eum iniicere sacerdotes tantum opera calumniantur, & testimonium populi atque puerorum, qui clamant Hofana filio David, benedictus qui venit in nomine domini: quod videlicet hoc non dicitur nisi soli filio Dei. Videant ergo episcopi & quilibet sancti homines cum quanto periculo dici sibi ista patiuntur, si verò domino cui hoc dicebatur, quia nondum solida erat credentium fides, pro crimine impingitur. Chryl. super Matth. Sicut autem columna si modicum obliquata fuerit, accepto pondere amplius vadit in larus, sic & cor hominis cum peruersum fuerit, si alitius viti iusti opera videat, vel audeat, non con-

firmatur, sed magis ad inuidiam concitatur. Hoc modo sacerdotes concitati sunt contra Christum, dicentes, *Autis qui isti dicunt?* Hiero. Sed Christi responsio moderata fuit. Non dixit (quod scribæ audite cupiebant) bene faciunt pueri, vt mihi testimonium perhibeant: nec rursus, errant, pueri sunt, debetis ætati ignoscere: sed profert exemplum de 8. Psal. vt tacente domino testimonium scripturarum puerorum dicta firmaret. vnde sequitur, *Iesus autem dixit eis, Vtique. Nunquam legis, &c.* Chryl. super Matth. Tanquam si dicat: Esto mea culpa est quia isti clamant: nunquid mea culpa est, quia tot millia annorum hoc futurum propheta prædixit? Infantes autem & lactentes nec intelligere aliquid, nec laudare possunt. Dicuntur ergo infantes, non ætate sed simplicitate cordis: lactentes autem, quoniam quasi lactis suauitate, ita mirabilium delectatione excitati clamabant. Lac enim dicitur opus miraculorum, quia miracula nullum laborem videntibus ponunt, sed videntes admiratione delectant, & ad fidem mollior inuitant. Panis autem est doctrina perfectæ iustitiæ, quam accipere non possunt nisi exercitati sensus circa res spirituales. Chryl. in ho. Hoc autem & typus gentium erat, & apostolis non parua consolatio. vt enim non angustiarentur qualiter idiotæ existentes possent prædicare, præuenientes pueri eorum eiecerunt timorem: quoniam scilicet dabit eis sermonem qui hos fecit laudem cantare. Hoc etiam miraculum significat quod Christus conditor erat naturæ, quia pueri significatiua loquebantur & prophetis consona, viti autem inhilientia & infamia plena. *Et relatus illis, abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam: ibique mansit.* Chryl. super Matth. Malum hominem melius locum dādo, potest aliquis vincere, quam respondendo: quia malitia non instruit sermonibus, sed excitatur: & ideo dominus recedendo compescere studuit, quos respondendo non compescuit. vnde dicitur, *Et relatus, &c.* Hiero. Hinc autem intelligendum est quod dominus tanta fuerit paupertatis, & ita nulli adulatus sit: vt in vrbe maxima nullum hospitem, nullam inuenit mansionem, sed in vico paruulo apud Lazarum sororæque eius habitaret: eorum quippe viculus Bethania est. vnde sequitur, *Ibiq; mansit.* Chryl. super Matth. Vt scilicet maneret corporaliter vbi spiritualiter repauebat. nam sanctorum virorum est, quod non gaudent, vbi epula: largæ sunt, sed vbi sanctitas floret.

ORIGENIS PRESBYT. in idem Euang. Hom.

IN istis nunc duobus clamoribus dictis ex consensu præcedentium & sequentium Iesum, ipse quidem intravit in Hierosolymam veram, admirantes autem virtutes cælestes quæ appellantur ciuitas, dicebant, *Quis est hic?* secundum quod fuerat propheta tum in Psalmo de ascensione ipsius, & de admiratione virtutum cælestium propter nouum vehiculū corporis eius. Habet autem ita. Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Et in Esaia similia quædam prophetantur de reditu eius in cælum post dispensationem passionis ipsius: hoc modo, *Quis est iste qui venit*

*Est Hom. 15.
in Matth.*

venit ex Edom, rubra vestimenta habens ex Bofor, iste formosus in stola: Hoc autē diximus, vt ostendamus mysterium eius quod dicitur, quod *ascendit eum in Hierusalem, commota est vniuersa ciuitas dicens, Quis est hic? Et intravit Iesus in templum Dei, & eiecit omnes vendentes, & ementes in templo, & mensas nummulariorum euerit, & cathedras vendentium columbas. Et dixit eis. Scriptum est, Domus mea, domus orationis vocabitur. Vos autem fecistis eam speluncam latronum. Supra mensuram dignitatis Christi fuerat, secundum quod videbatur filius esse fabri, vt tanta fiducia vteretur & potestate eiciens mundinas de templo, qua nec princeps alicuius gentis vrens facile poterat explicare quod fecit Iesus. Et hæc diximus secundum simplicem intellectum. Secundum morale autem talia dicemus. Et primum quidem de templo, de quo per prophetam dixit Deus, *Domus mea, domus orationis vocabitur.* Ergo secundum corporalem circuncisionem carnis, & secundum corporales legis festiuitates, & sacrificia, consequenter & templum Dei existimabatur, quod ex lapidibus insensatis erat constructum; primum quidem à Salomone, deinde reparatum ab Esdra, postea verò post Christi aduentum à Romanis destructum: & illa existimabatur domus esse orationis. Qua destructa, necesse est vt Iudæi, quasi non iam habentes domum orationis, iam non habeant priuilegium speculationis Dei, nec possint secundum legem Deo seruire. Hoc ergo factò, omnia Christus eiecit in mysterio spirituali actuum suorum, & tunc fecit visibiliter, quod semper inuisibiliter agit, eiciens vendentes, & ementes de templo, & mensas nummulariorum euerrens, & cathedras vendentium columbas, ad correptionem populi, vt non pro mundi festiuitatibus in nomine Dei emptionibus, & venditionibus vacent in loco non competenti, in quo non debent vendere, nec emere, sed orationibus vacare, qui congregantur quasi in domo orationis. Nunc autem arbitror esse templum Dei ex lapidibus viuis constructum, ecclesiam Christi. Sunt autem multi in ea non sicut debent viuere spiritualiter, sed secundum carnem militant, qui & domum orationis de lapidibus viuis constructam faciunt speluncam esse latronum actibus suis non ecclesia Dei dignis, sed spelunca latronum. Qui enim considerat in multis ecclesiis talium Christianorum peccata, qui arbitrantur quæstum esse pietatem, & cum deberent de euangelio viuere, secundum quod viuere decet seruos Dei, hoc non faciunt, sed diuitias, & multas possessiones acquirunt, nonne dicit speluncam latronum factam esse sub istis ecclesiis: vt recte dicat Christus ad eos propter dissipationem ecclesie sue, *Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?* Item ipse per Michæam tali modo. Væh mihi, quoniam factus sum sicut, qui colligit stipulam in messe, & sicut qui racemum in vindemia, cum non sit botrio ad manducandum primogenita, Væh animæ meæ, quia perit timoratus à terra, & qui corrigat, in hominibus nõ est. Et cum intellexeris Iesum dicentem talia, & lugentem peccata nostra, aspice simul & illud quod in Euangelio scribitur. Cum vidisset Hierusalem, fleuit super eam, & dixit. Et si rationabiliter fleuit super Hierusalem, rationabilis flebit super ecclesiam edificatam quidem vt esset domus orationis, factam autem propter turpia lucra, & luxus quorundam (quod vitium non esset) principum po-*

puli, speluncam latronum. Sed tunc quidem intravit Iesus in templum Dei, & mandauit illud, eiciens vendentes, & ementes in templo, & mensas nummulariorum euerrens, & cathedras vendentium columbas: nunc autem quando non visitantur, qui in nomine Iesu Christi conueniant in ipsam, sunt in conuentibus vendentes, & ementes in templo, & reliqua omnia facientes, & nusquam eis Christus apparet, vt eiciens eos, reliquos saluet. Si autem visitauerit super peccata nostra, & quasi lugens non veniat, & corripiat, & castiget quasi filios, vt recipiat nos: tunc ingredietur Christi potestas congregatis nobis, & spiritu sancto, & ingrediens eiciet omnes vendentes, & ementes in templo. Vendentes quidem, & alienates à se, qui quid habebant boni, ementes autem pro eis mala. Et destruet mensas nummulariorum, id est auarorum, & pecuniarum cupidorum, qui aliorum quidem pecunias cum iniquitate vertunt ad se, ipsi autem non ad quod expedit, eas expendunt. Sunt & alij in templo vendentes Christi columbas, & tradentes simplices sicut columbas, orantes, & dicentes, *Quis dabit mihi pennas sicut columbe, & volabo, & requiescam?* tradentes eas principibus, quibus non oportebat. Et arbitror conuenire verbum de venditoribus columbarum, eis, qui tradunt ecclesiis auaris, & tyrannicis, & indisciplinatis, & irreligiosis episcopis, aut presbyteris. Propter quod & cathedras tantummodo appellauit Euangelista euerfas esse à Iesu. Et vitium audiret hæc cum decenti admonitione scripture, qui gloriantur de cathedris Moyfi, in quibus sedent, & vendunt omnes ecclesie columbas, & tradunt eas talibus præpositis, ad quos rectè dicitur à domino per Hieremiam Prophetam, Principes populi mei me non cognouerunt, filij enim sunt insipientes, & non intelligentes. Sapientes sunt ad male faciendum, bene autè facere nesciunt. Et apud Michæam similiter, Principes populi mei expellerent de domo epulationis sue. Si autem audiret, nunquam venderet Christi columbas, sed constituerent principes eorum pedibus columbis, & prouidentes salutem earum, & non despicientes, nec occidentes pingues columbas. Si autem oportet tres istas species reiectas à templo cautius exponere, possumus dicere. Quicumque in populo Christiano ad nihil aliud vacant in seculo isto nisi circa venditiones, & emptiones, rarius autem orationibus permanent, vel aliis actibus rectis, quos querit sermo diuinus: ipsi sunt vendentes, & ementes in templo Dei facientes domum orationis speluncam latronum. Diaconi autem, qui non bene tractant ecclesiasticarum pecuniarum mensas, sed semper de eis fraudant, & ipsas, quas dispensant, non secundum iustitiam dispensant, & diuites fiunt de rebus pauperum, ipsi sunt nummularij pecuniarum mensas habentes, quas Christus euerit. Quod autè mensis ecclesiasticarum pecuniarum diaconi faciunt, docent nos in actibus suis Apostoli. Cum factum fuisset (inquit) murmur Gregorum ad Hæbræos, eo quod despicerentur viduæ eorum in ministerio quotidiano, dicentes, Non est bonum, relinquentes verbum Dei, ministrare mensis. Eligite ergo ex vobis septem, quos constituamus in hunc vsum, nos autem verbo Dei intenti erimus. Episcopi autem, & presbyteri, quibus credita sunt cathedra, qui tradunt ecclesias, quibus non oportet, & constituuntur principes, quos constituere non expedit:

dit: ipsi sunt, qui vendunt columbas, quorum cathedras Christus euerit. Vnusquisque ergo sedentium super cathedram ecclesiasticam, & amatum primas cathedras in Synagogis, videant ne forte sic sedent in eis, vt veniens dominus eas euerat quasi dignas euerfione. Et vnusquisque diaconorum, qui congregant sibi diuitias, fraudantes pauperum pecunias, intelligant præsentem scripturam, vt iam non congregent, ne forte veniens dominus, euerat mensas dispensationis eorum. Sed & qui sollicitudinibus mundialibus seruantur, semper ad venditiones, & emptiones currentes, ne forte veniens dominus, eiciat eos de templo Dei, quando eiectus nec spem habet regrediendi, vnde eiectus est. Scrutanti mihi scripturas apparet, ne forte hæc faciet Iesus in secundo aduentu, & in futuro iudicio. Tunc enim ingressus in omnes ecclesias eiciet, vel eueret, quod inuenit secundum ea, quæ diximus, templo Dei indignos. Si quis autem inuentus fuerit non habens aliquid de his criminibus tribus, & inuentus fuerit esse in templo, confidat. Nec enim eicietur à Christo, nec aliquid eius eueretur, nec exprobrabitur, quasi fecerit domum orationis speluncam latronum. Pato autem & in hoc tempore inuisibiliter venit Iesus ad singulas ecclesias Dei, & eicit quos supra diximus dignos eiectione. Quotiescumque enim excitat tentationem super ecclesiam, venit ad eam, & visitat eam, vt faciat, quod facere scribitur in hoc loco. Post hæc videamus ne forte & sic locus iste intelligi possit. Omnis enim natura rationalis templum est Dei, quæ ad hoc est creata, vt capiat gloriam Dei. Hoc ergo, quod est naturaliter templum Dei, id est animam, implemus peccatis quibusdam autem ementibus cogitationibus malis, & si aliquid sanctum reliquum est in anima nostra, quod est columba. Dicit ergo ad eos qui peccant, & pleni sunt furibus cogitationibus, *Domus mea, domus orationis vocabitur. Vos autem fecistis eam speluncam latronum.* Et Iesus quidem eos, qui speluncam fecerant latronum domum orationis, fures eiecit de templo, illi autem, qui consentientes erant furibus, de Iesu quidem dixerunt, Crucifige, crucifige eum. De Barabba autem latrone, Dimitte nobis Barabam. Propter quod vsque hodie Iudæi Iesum quidem non habent, nec enim crederent in eum: habent autem de spiritualibus nequitias latronem Barabam, quem iam tentum, & in carcere clausum aduersus se petierunt dimitti. Ideo princeps infidelium Iudæorum est Barabba latro. Et accesserunt ad eum cæci, & claudi in templo, & sanauit eos. Quæ sunt quidem secundum simplicem intellectum, habentur manifesta. Secundum consequentiam autem prædicatorum moraliter expositorum, dicendum est, quod in templo Dei, id est in ecclesia, non sunt omnes vendentes, neque rectè ambulantes: sed alij quidem sunt cæci, alij autem claudi. Qui ex eo quod intelligunt propriam cecitatem, & scientes quia nullius alterius opus est nisi Christi Iesu, & verbi Dei vt sanentur, vt percipiant sanitatem accedentes ad verbum Dei, sanantur. *Videntes autem principes sacerdotum & Scriba mirabilia, &c.* Quemadmodum secundum historiam vituperabiles sunt isti principes & Scriba: ita & secundum ecclesiam Christi vituperabiles sunt quidam episcopi, & presbyteri, qui vitam suam minime adornantes, nec induti scientia veritatis, & quidem videntes miracula Christi, nihilominus con-

temnunt pusillos ecclesie, & paruulos Deum laudantes, & Christum ipsius, & indignantur in eorum profectu, & accusant eos apud ipsum Iesum quasi peccantes, cum non sint peccantes: & quasi ad non audientem, neque seruicem ordinem omnem dicunt. *Audis, quid isti dicunt?* Et hoc magis intelligere poterimus, si cognouerimus quomodo frequenter eos, qui seruent spiritum, & vsque ad carcerem contra infideles luctantur, & pericula vniuersa contemnant, & cum omni virtute continentiam, & virginitatem seruate student, quidam contemnant, cum ab eis arguantur per ea, quæ facere student. Sunt autem imperiti sermone quos arguunt, quasi incontinentes sacerdotes vituperabiles, & culpant eos apud Iesum quasi ipsi sint iustiores talibus pueris simplicibus, & benignis, & studiosis. Iesus autem pueris quidem testimonium præstat, sacerdotibus autem ignorantiam scripturarum imputat dicens, *Nunquam legisse, quod scriptum est, Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem?* Qui adhærent ecclesie, quasi nuper nati infantes, rationabile, & syncerum lac desiderantes, & sugentes ipsum, laudant Deum fide, & conuersatione, & complerur in eis quod dictum est, *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem.* Ipse enim sibi Deus in talibus perficit laudem. Pro quibus gratias agens filius patri dicebat. Constitit tibi, pater domine cæli, & terre, quoniam abscondisti hæc à sapientibus, & manifestasti ea paruulis. Etiam, pater, quoniam sic fuit bona voluntas ante te.

S. HILARII EPISCOPI

Pictauiens. superioris Euang. expositio.

Commouetur deinde Hierosolyma, rerum enim nonitas motu attonitis afferbat. Templum vero introitum est, ecclesiam traditæ à se prædicationis est ingressus: à qua primum omnia sacerdotalis ministerij vitia iure potestatis expellit. Reddenda enim ab omnibus gratuita tradiderat, quæ gratuita fuerant consecuti: quia neque enim aliquid per corruptelam sacerdotis aut vendi, libertas doni debebat admittere: Cathedras autem, præcipue vendentium columbas euerit. Quæ porro dignitas est in nudis columbarum: aut quod priuilegium in animis istarum commercij referuatum est: vt vendentes eas honorem sibi arrogent cathedrarum: sed in omni loco admonemur, alius verborum virtutes in istius modi significationibus contendas. In columba secundum prophetiam exempla, sanctum spiritum intelligimus: in cathedris, sacerdotum sedes est. Ergo eorum qui sancti spiritus donum venale habent, cathedras euerit, quibus ministerium à Deo commissum, negotiatio est admonitionis eius commemorans auctoritatem, quæ in propheta teneatur. Scriptum est: *Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum.* Sed neque emere Iudæos in synagoga, neque vendere, spiritum sanctum posse existimandum est. Non enim habebant vt vendere possent, neque eras quod emere quis possent: sed præfiguratio futurorum dictis presentibus continetur. Ecclesie vitia in ipso aduentu Domini claritatis esse purganda. Infirmirates quoque cæcorum, & claudorum curauit in templo: & publicas eius operationes fauor populi consecutus est. Inuident autem puerorum clamoribus principes sacerdotum,

cerdotum, eumque admonet curista audiatur: in redemptionem enim venisse domus David predicabatur. Quibus respondit: Non legisse eos, Ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem. Cessantibus enim prudentium iudiciis, hanc sibi à pueris atque infantibus, quorum sit regnum caelorum, confessionis gloriam prepararam: quia prudentes, & principes seculi sapientiam Dei reprobaerint, Christum autem regenerationis paruuli lactantesque sint predicaturi. Ex his dictis ciuitatem egressus reliquit eos, atque in Bethania mansit. Infidelem videlicet synagogam deserens, in ecclesia gentium demoratur.

S. HIERONYMI PRESBYTERI IN IDEM EUANG.

Et cum intrasset Hierosolymam &c. Introeunte Iesu cum turba tota Hierosolymorum ciuitas commouetur, mirans frequentiam nesciens veritatem, & dicens: Quis est hic? Quod quidem in alio loco dicente angelo legitimus: Qui est iste rex gloriae? Aliis autem vel ambigentibus, vel interrogantibus, vilis plebecula consistit, à minoribus incipiens, vt ad maiora perueniat: & dicit: Hic est Iesus, &c. Propheta, quem & Moyses similem sibi dixerat esse venturum, & qui proprie apud Graecos scribitur cum & ἰησοῦς ἡραβλὸς, id est, cum articulo testimonio. A Nazaret autem Galilae, quia ibi educatus fuerat, vt flos campi nutretur in flore virtutum. Et intrauit Iesus in templum &c. Comitatus Iesus turba credentium, quae vestimenta sua, vt illa pedes pullus incederet, strauerat, ingreditur templum, & eicit omnes, qui vendebant, & emebant in templo, mensaque numulariorum subuerit, & cathedras vendentium columbas dissipauit, dixitque eis, de scripturis sanctis testimonium profertens, quod domus patris eius orationis domus esse deberet, non spelunca latronum, vel domus negotiationis, sicut in alio euangelista scriptum est. Et hoc primum sciendum quod iuxta mandata legis, augustissimo in toto orbe templo domini: & de cunctis penè regionibus Iudaeorum illic populo confluyente, innumerabiles immolabantur hostiae: maxime festis diebus: taurorum, arietum, hircorum: pauperibus ne absque sacrificio essent, pullos columbarum & turtures offerentibus: accidebat plerumque, vt qui de longe venerant: non haberent victimas. Excogitauerunt igitur sacerdotes, quomodo praedam de populo facerent: & omnia animalia quibus opus erat ad sacrificia, vendebant: vt & venderent non habentibus: & ipsi rursum empta susciperent. Hanc stropham eorum crebra venientium inopia dissipabat, qui indigebant sumptibus: & non solum hostias non habebant, sed ne vnde emerent quidem aues & villa mansucula. Pofuerunt itaque & numularios qui mutuum sub cautione darent pecuniam. Sed quia erat lege praecipuum: vt nemo vsuras acciperet: & prodelle non poterat pecunia foenerata: quae commodi nihil haberet, & interdum fortem perderet: excogitauerunt & alia technam, vt pro numulariis colybilas facerent: cuius verbi proprietatem Latina lingua non exprimit. Colyba dicuntur apud eos, quae nos appellamus tragemata, vel villa mansucula: Verbi gratia: frixi ciceris, vuarumque passarum, & poma diuersi gene-

Leuit. 25. Dent. 23.

ris. Igitur quia vsuras accipere non poterant colybilas, qui pecuniam foenerati erant, pro vsuris accipiebant varias species: vt quod in nummo non licebat, in his rebus exigerent quae nummis coemuntur: quasi non hoc ipsum Ezechiel predicauerit, dicens: Vsuras & superabundantiam non accipietis. Istiusmodi domus cernens in domo patris negotiationem seu latrocinium, ardore spiritus concitatus: iuxta quod scriptum est in sexagesimo octauo psalmo: Zelus domus tuae comedit me: fecit sibi flagellum de funiculis, & tantam hominum multitudinem eiecit de templo, dicens: Scriptum est: domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem fecistis eam speluncam latronum. Latro enim est, & templum Dei in latronum conuerit specum: qui lucra de religione seclatur, cultusque eius non tam cultus Dei quam negotiationis occasio est. Hoc iuxta historiam, ceterum secundum mysticos intellectus: quotidie Iesus ingreditur templum patris, & eicit omnes tam episcopos & presbyteros & diaconos, quam laicos: & vniuersam turbam de ecclesia sua: & vnus criminis habet vendentes pariter & ementes. Scriptum est enim: Gratis accepistis, gratis dare. Mensas quoque numulariorum subuertit. Obserua propter auariciam sacerdotum, altaria Dei, numulariorum mensas appellari. Cathedrasque vendentium columbas euerit: qui vendunt gratiam spiritus sancti: & omnia faciunt vt subiectos populos deuorent: de quibus dicitur: Qui deuorat populum meum sicut escam panis. Iuxta simplicem intelligentiam, columbae non erant in cathedris, sed in caueis: nisi forte columbarum infitores sedebant in cathedris. Quod penitus absurdum est: quia in cathedris, magistrorum magis dignitas indicatur: quae ad nihilum redigitur, cum mixta fuerit lucris. Quod de ecclesiis diximus, vniuersumque de se intelligat. Dicit enim Apostolus: Vos estis templum Dei, & spiritus sanctus habitat in vobis. Non sit in domo peccatoris nostri negotio: non ementium vendentiumque commercia, non donorum cupiditas: ne ingreditur Iesus iratus & rigidus: & non aliter mundet templum suum, nisi flagello adhibito: vt de spelunca latronum & de domo negotiationis, domum faciat orationis. Et accesserunt ad eum caeci & claudi in templo, & sanauit eos. Nisi mensas numulariorum euerisset, cathedrasque columbas vendentium, caeci & claudi lucem pristinam & concitum gradum non meruissent recipere. Videntes autem principes sacerdotum & scribae mirabilia quae fecit &c. Plerique arbitrantur maximum esse signorum, quod Lazarus suscitatus est: quod caecus ex vtero lumen accepit: quod ad Iordanem vox audita sit patris: quod transfiguratus in monte gloriam ostenderit triumphantis. Mihi inter omnia signa quae fecit, hoc videtur mirabilis esse: quod vnus homo & illo tempore contemptribilis, & intantum vilis vt postea crucifigeretur: scribis & pharisaeis contra se seuentibus & videntibus lucra destrui, potuerit ad vnus flagelli verbera tantam eicere multitudinem: mensasque subuertere, & cathedras confringere: & alia facere quae infinitus non fecisset exercitus. Igneum enim quiddam atque sydereum radiabat ex oculis eius: & diuinitatis maiestas lucebat in facie. Cumque manum non audeant iniicere sacerdotes, tamen opera calumniantur: & testimonium populi atque puerorum qui clamabar: Osanna filio Dauid: verunt

2 Reg. 11.

Psalm.

2. Cor. 1. Corinth.

100m. 11. Marc. 9.

tant in calumniam: quod videlicet hoc non dicitur nisi soli filio Dei. Videant ergo episcopi & quantumlibet sancti homines, cum quanto periculo dicti isti sibi patiantur: si domino cui vere hoc dicebatur: quia necdum erat solida credentium fides, pro crimine impingitur. Iesus autem dicit illis: virque. Nunquam legistis, quia ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem? Quam moderate sententiam temperat: & responsio vtrinque vergens & calumnia non patens. Non dixit quod scribae audire cupiebant: bene faciunt pueri, vt mihi testimonium perhibeant: nec rursus errat, pueri sunt, debetis etiam ignorare: sed profert exemplum de octauo psalmo: vt tacente domino, scripturarum testimonium puerorum dicta firmaret. Et reliquit illis abire foras extra ciuitatem in Bethaniam, ibique mansit. Reliquit incredulos: & vrbem egressus contradicentium, iuit Bethaniam: quod interpretatur domus obedientiae: iam tunc vocationem gentium praefigurans: ibique mansit, quia in Israel permanere non potuit. Hoc quoque intelligendum est quod tantum fuerit paupertatis, & ita nulli adolantem sit: vt in vrbe maxima nullum hospitem, nullam inuenerit mansione: sed in agro paruulo apud Lazarum foratellum eius habitaret: eorum quippe vicus Bethania est.

S. IO. CHRYSOSTOMI EPISCOPI CONSTANTIN. IN SUPERIUS EUANG. HOM.

Ex Rom. 68. in Mat.

Et quum intrasset Iesus in templum, &c. Similiter Ioannes quoque scripsit: sed in principio euangelij, hic iuxta finem posuit: quare bis id diuersisque temporibus factum credendum est, quod tam à tempore quam à responsio colligi potest. Apud Ioannem enim in ipso pascha, apud istum vero multo ante in templum dicitur Christus aduenisse: & tunc Iudaei dicebant, quod signum nobis ostendit: nunc verò quoniam acriter reprehensit, tamen quia iam mirabilis apud omnes videbatur, conticuerunt: quod certe maiorem culpam Iudaeorum ostendit, qui semel, & bis capti, persecuerant canponantes, & Deo aduersarium appellantes, quum debuissent hinc, & vires suas, & honorem, quem patri tribuebat, agnoscere. Nam & signa iam multa, & verba signis conuenite videbant, dedignabantur tamen inobedientes, neque Prophetam clamantem audiebant, nec infantium praeter aetatem praeconia percipere poterant. Quare ipse quoque acius eos accusans, Esaiam induxit, dicentem: Domus mea, domus orationis vocabitur. Neque hinc solum potestatem demonstrat, verum etiam, quia varias egrotudines curauit. Adierunt enim ad eum claudi & caeci, & curauit eos, inquit, Illi verò neque, quae virtute ipsius patefacta, quietiore animo esse poterant, sed, quum ad signa infantium accederent praeconia, graniter angebantur, atque dicebant: Audis quid isti dicunt? Atqui Christo potius haec verba conueniebant, qui quum infantes sibi hymnum decantarent, dicere potuisset non auditis quid isti dicunt? Quid igitur Iesus illos, qui tam manifestis signis, & rebus aduersabantur? Acrius vt corrigeret, carpit dicens: Nunquid legistis, quia ex ore infantium, & lactantium perfecisti laudem? Quam rectissime ex ore, dictum est: non enim ex mente illorum illa verba procedebat: sed virtute

te ipsius tenera illorum lingua ad formanda haec verba dicebatur. Quae res, balbutientes tunc gentes, quae post ex fide maxime sonuerunt, figurate significauit. Apostolos quoque nimirum confortauit. Nam, ne ambigerent, quoniam rudes homines tam rem potuerint predicare, hoc infantium exemplo vniuersa huiusmodi mentis angustia fedari potuit, quum dubitare ne quisset quin & ipsi facultatem dicendi datus sit, qui paruulos fecerat, eloquentes. Ad haec naturae quoque dominum, atque creatorem, miraculum demonstrabat. Infantes igitur, quamuis per aetatem non possent, significant tamen, & rebus conuenientiam decantabant: viri autem quasi furiosi loquebantur. Tale quid certe nequitia est. Verum, quoniam multa erant, quibus inflammabantur turbae, videlicet facta simul & dicta, eiectionem vendentium de templo, miracula, paruulorum laudes: ne tumor eorum omnino exardesceret, non incept docere, sed reliquens eos decessit.

AUTHORIS DICTI IMPERFECTI IN MATTHEUM, EIVSDEM EUANG. EXPOSITIO.

Hom. 38. in Mat. imperf.

Et quum intrasset Iesus Hierosolymam, commota est vnuerfa ciuitas, dicens: Quis est hic, &c. Merito commouebantur videntes rem mirabilem: homo enim laudabatur quasi Deus, sed Deus laudatur in homine. Dicebant enim: Hos anna filio Dauid. Puto autem quod nec ipsi qui laudabant, sciebant quid laudabant, sed spiritus subito ingressus in eos, nesciente animo veritatis verba fundebat. Et intrauit Iesus in templum Dei. Hoc erat proprium boni filij, vt veniens ad domum curteret patris, & illi honorem redderet, qui genuit eum, vt tu imitator Christi factus, quum aliquam ingressus fueris ciuitatem, primum ante omnem actum ad ecclesiam curras. Hoc erat boni medici, vt ingressus ad infirmam ciuitatem saluandum, primum ad originem passionis intenderet. Nam sicut de templo omne bonum egreditur, sic & de templo omne malum procedit. Quemadmodum medicus quando primo ingreditur ad infirmum, statim de stomacho eius interrogat, & eum componere primum festinat: quia si stomachus sanus fuerit, totum corpus validum est: si autem dissipatus fuerit totum corpus infirmum est. Ita si sacerdotium integrum fuerit, tota ecclesia floret: si autem corruptum fuerit, omnium fides marcida est. Cor autem, & stomachus sacerdotes intelliguntur, quia in rebus spiritualibus per eos totus populus gubernatur. Et sicut cor sapientiae locus est, ita sacerdotes sunt receptacula sapientiae spiritualis, Esaiam dicente, de regibus quidem: Omne caput in dolore, de sacerdotio autem: Omne cor in tristitia. Sicut enim stomachus accipiens cibum coquit eum in seipso, & per totum corpus dispergit, sic & sacerdotes accipiunt scientiam sermonis per scripturas ex Deo, & excoquentes eam in seipso est, tractantes & mediantes apud se, vniuerso populo subministrant. Et sicut stomacho subministrante, vnumquodque membrum suscipit nutrimentum, & conuertit ipsum in se secundum suam naturam: vt puta quod susceperit iecur, totum fit sanguis: quod autem suscipit fel, bilis efficitur totum: quod verò ascendit in pulmonem, phlegmata fiunt: quod autem in mamillas, totum efficitur lac. Sic

Bibl. Hom. tom. 2. sacer

facerdotibus in ecclesia loquentibus verbum omnes suscipiunt, vnuquisque autem conuertit illud secundum proprium cor, ita vt vnum idipsum verbum in cordibus quidē rectis procedat ad vitam: in cordibus autem peruersis suscitet iracundiam, quasi bilis: in aliis autem operatur dilectionē dulcissimam, quasi lacin aliis autem odia, quasi phlegma nocuum & expiendum. Videte ergo, sacerdotes, quomodo vos componatis in verbo & opere. Quoniam sicut in corpore, si aliquod infirmatum fuerit membrum, nō omnino languet & stomachus: si autē stomachus languerit, omnia membra inteniuntur infirma: Sic si aliquis Christianorum peccauerit, non omnino peccat & sacerdotes: si autem & sacerdotes fuerint in peccatis, totus populus conuertitur ad peccandum. Ideo vnuquisque Christianorum pro suo peccato reddet rationem: sacerdotes autem non solum pro suis, sed & pro omnino peccatis reddendi sunt rationem. Vidit arborem pallentibus foliis marcidam, & intellexit studiosus agricola, quia lacuram in radicibus haberet. Nam verē quemadmodum quum videt arborem pallentibus foliis, marcidam intellexit, quia aliquam culpam habet circa radicem: ita quum videris populum indisciplinatum, & irreligiosum, sine dubio cognosce, quia sacerdotium eius non est sanum. *Ejciebat vendentes & ementes de templo.* Significant quia homo mercator vix, aut nunquā potest Deo placere. Et ideo nullus Christianus debet esse mercator: aut si voluerit esse, proiciatur de ecclesia Dei, dicente propheta: *Quia non cognoui negotiationes, introibo in potentias domini. Quemadmodum enim qui ambulat inter duos inimicos, ambobus placere vult, & se commendare, sine malo loquio non potest esse: necesse est enim, vt & isti malē loquantur de illo, & illi malē loquantur de isto: sic qui emit, & vendit, sine mendacio, & peritio esse non potest: necesse est enim vt negotiatoribus hic iuret, quia non tantum valet res, quantum comparat eam, & ille iuret, quia plus valet res, quā vendit. Sed est necessitas substantia eorum, & talium enim substantia aut ipsi viuentibus peritura est, aut a malis hereditibus dissipanda est, aut ad extraneos, & ad inimicos hereditas ipsorum vtrūque est. Non potest ad bonum proficere, quod congregatur de malo. Quemadmodum si triticum, aut aliquam bla si speciem cernas in cribro, dum huc, illūque iactas enim, graua omnia paulatim deorsum cadunt, & in fine in cribro nihil remanet, nisi stercus solum: sic & substantia negotiatorum dum vadunt, & veniunt inter emptionem, & venditionem, minuitur, & in nouissimo nihil illis remanet, nisi solum peccatum. Ergo ostende nobis qui est negotiator? omnes enim homines videntur negotiatores. Ecce qui arat, comparat boues, vt spicas vendat, & qui operatur lignum, cōparat lignum, vt vtenilia vendat: & linteonarius comparat linteaminā, vt vendat, & ostendat: & foenerator mutat pecuniam, vt tollat vsuras. Et quomodo antiqui Iudæi, & Apostoli artificia laudauerunt? quia magis sunt sine peccato, sicut & Paulus futor tabernaculorum, & ipse mandat, dicens: Curent & nostri bonis operibus praeesse. Et Apostoli quidē, sicut legimus piscatores fuerunt. Ego ostendam qui non est negotiator, vt qui secundum regulam istam non fuerint, intelligas omnes negotiatores esse: id est, quicumque rem comparat, non vt ipsam*

Epiphanius etiam vult, vt aratorum sit se in vobis, post vena locum.

Epiphanius

Ad habetur in constitutionibus apostolorum.

ipsam rem integram, & immaculatam vendat, sed vt opus faciat ex ea, ille non est negotiator: quia qui materiam operandi sibi comparat, vnde faciat opus, ille non rem ipsam vendit, sed magis artificium suum, id est, qui rem vendit, cuius estimatio non est in ea ipse, sed in artificio operis, illa non est mercatio. Vt puta, faber comparat ferrum, & facit ferramentum, sed ferramentum illud non tantum habet ferri, quantum valet, sed secundum opus ferramenti appreciatur. Qui autem comparat rem, vt illam ipsam integram, & immutatam dando lucretur, ille est mercator, qui de templo Dei eicitur. Vnde super omnes mercatores plus maledictus est vsurarius. Si enim qui rem comparat vendit, mercator est, & maledictus: quanto magis maledictus erit, qui non comparat materiam, sed ad Deo donatam sibi, dat ad vsuram? Secundū, quia mercator dat rem, vt iam illam non repetat: iste autem postquam scenerauerit, & sua iterum repetit, & aliena tollit cum suis. Adhuc dicit aliquis: Qui agrum locat, vt agrariam recipiat, aut domum, vt pensiones recipiat, non est similis ei, qui pecuniam dat ad vsuram? Absit. Primum quidem, quoniam pecunia non ad aliquem vsum disposita est, sicut ager, vel domus, sed ad precium emendi, vel vendendi. Secundo quoniam qui agrum locat, arat eum, & fructum accipit ex eo: similiter & qui domum habet, vsum mansionis capiat ex ea. Ideo qui locat agrum, vel domum, vsum dare videtur, & pecuniam accipere, & quodammodo quasi commutare videtur luctum cum lucro: pecuniam autem si repositam in sacculo tenas apud te, nullum vsum capis ex ea. Tertio, ager vel domus vtrōque veterascit, pecunia autem, quum fuerit mutata, nec minuitur, nec veterascit. *Et mensas nummulariorum subuertit.* Pecunia spiritualiter homines intelliguntur: quia sicut nummus habet charagma Cæsaris: sic homo habet charagma Dei. Et quemadmodum solidus, qui non habet charagma Cæsaris, reprobus est ita & homo, qui non ostendit in se imaginem Dei, reprobus estimatur. Vnde Esaias dicebat ad Hierusalem: Pecunia tua reproba est, caupones tui miscunt vinū aqua, &c. Ideo ergo mensas nummulariorum euerit, significans quia in templo Dei nō debent esse nummi, nisi spirituales: id est, qui Dei imaginem habent: & non illi nummi, id est non illi homines, qui terreni regis imaginem portant, id est diaboli. Nam sicut homo bonus in se imaginem Dei ostendit, sic homo malus imaginem diaboli habet. Aut certe mensas spiritualiter dicit scripturas nummulariorum, id est sacerdotum. Verē enim sacerdotum illorum scripturę euerse sunt, vt iam nemo eorum pascatur in eis, succedente non testamento priori. *Et cathedras vedentium columbas euerit.* Loquens & si non sermone, tamen ipso facto: Quid faciunt in templo multę columbæ venales, ex quo vna columba gratuita descendit in templum corporis mei? id est, Spiritus sanctus repleuit ecclesiā meā. Non enim in sacrificio columbarum postmodum placiturum est Deo templum, id est Ecclesiā, sed in spiritu sancto: Dixi enim vobis per prophetam: Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregebis tuis hircos: quoniam meae sunt omnes ferę sylvarum, iumenta in montibus, & boues: cognoui omnia volatilia cæli. Immola Deo sacrificium laudis, quia non hostias volo, sed corda: non sacrificia, sed fidem. Item dixi vobis per eundem prophetam

Cantalegus videtur in mium contra mercatorum artem.

Esaias

Psal. 49

Psal. 119

phetam: Afferte domino gloriam, & honorem. Et si verē vultis in templo Dei consistere, tollite hostias, & sic introite in arcua eius sancta. Tollite taurus de templo, quia vnus taurus est offerendus pro grege vniuerso, de quo Iacob dicebat accusans Leuitas, id est sacerdotes: quia in ira sua occiderunt hominem, & in furore suo submerauerunt taurum. Tollite taurus de templo, quoniam vnus agnus occiditur. Quoniam ergo per prophetam admonuerat eos, vbi hostias de templo tollerent animalium, & corda sua contribulata, & humiliata afferrent: illi autem non obaudierunt, iuste nunc tanquam iratus super inobedientia eorum propria manu expellit ea, ostendens per hæc, quoniam ipse est, qui tunc per prophetas admonuerat eos de hostiis expellendis. *Scriptum est enim: Domus mea, domus orationis vocabitur, vos autē fecistis illam speluncam latronum.* Templum autem Dei speluncam facit latronum, qui lucra terrena, & illicita, non etiam spiritualia in animarum salutem sectatur. Cultusque religionis eo modo non tam cultus Dei est, quā iniqua negociationis occasio. Nam quotidie ingreditur Iesus in templum suum, id est in sanctam ecclesiam, & eicit omnes vendentes gratiam Dei de ecclesia, episcopos, presbyteros, diaconos, omneque ecclesiasticos, necnon & laicos: quia vnus erimnis habentur, pariter Dei dona vendentes, & ementes: quia scriptum est, Gratis accipitis, gratis date. Columbas quoque vendentium cathedras euerit, vt, quod honor sacerdotalis debet auferri ab eis, doceret, qui pro terrena mercede opus Dei faciendum existimant. Quod igitur de ecclesiasticis diximus, hoc vnusquisque de se intelligat. Dicit enim Apostolus: Vos estis templum Dei viui, & spiritus sanctus habitat in vobis. Non sit igitur in domo pectoris tui negociatio illicita. Nil boni quod facimus, vel facere possumus, adiuuante domino, appetit iactantia faciamus, non terenti lucri concupiscentia, nō malarum cupiditate rerum, ne ingrediar Iesus iratus, & rigatus, & non aliter emat in templum suum, nisi si sigello ahibito, id est correctione grauissimā, & de spelunca latronum, id est de habitaculo demonum per vsum iniquę cupiditatis, & de domo negociationis, id est, de corde terreni lucri inhiante, suę faciat domum habitationis. Vnde quia parcorum est tam solida foetudo, cruciantur delicti sanandis vulneribus, quibus humana fragilitas sauciatur, Diligens est adhibenda curatio. Vnde dicit scriptura: Quis enim gloriabitur castum se habere cor, mundum à peccato? Omnes igitur intelligant delictorum indulgentiam, & reparationis suę necessariam sibi esse medicinam. Nemo enim est tanta firmitate suffaltus, vt de iustificatione suā debeat esse securus. Vtatur igitur, dilectissimi, saluberrimi temporis venerabilibus institutis, & solertiori cura nostras maculas tergamus. Quantumlibet enim caute & sobrie mortalis hæc vita ducatur, quodam tamen puluere terrene conuersionis aspergitur, & nitorem mentium ad Dei imaginem conditarum, non ita à fumo totius vanitatis est alienus, vt nulla possit forde fuscari, & non semper indigeat expoliti, Quod si etiam castissimis animis necessarium est, quanto magis est expectendum, qui fortē anni spacia aut secularis, aut negligētius transierunt? Quos charitate debita commoneamus, vt confugiant omnes ad præsentem vbi que Dei misericor-

diam, & digna se confessione cum obseruantia mandatorum Dei cunctorum corda sanctificent, Mitecat seueria, iracundia mansuetat. Remittant sibi omnes culpas iniuicę suas. Nec exactor sit vindictę, qui petitor est venię. Dicentes enim: Dimittite nobis debita, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, durissimis nos vinculis colligamus, nisi quod profitemur, impleamus. Clementes autem, & mites animos largitas deorū*. Nihil enim est dignius, quā vt homo sit authoris sui imitator, & secundum modum proprię facultatis diuini operis sit executor. Nam quum alantur esuriētes, vestiuntur nudi, nōnne auxilium Dei manus explet ministri? Et benignitas serui, munus est domini. Et merito Deo gratię referuntur de pietatis officii, cuius opera videntur in famulis. Propterea ipse dominus discipulis suis ait: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. *Et accesserunt ad eum caeci, & claudi in templo, & sanauit eos omnes.* Vt quod illi verbis clamabant, iste factis ostenderet. Quasi testis vocis eorum sanauit cæcos, vt cæci videntes, cæcos aspicientes viderent, & ipsi: vt istorum illuminatio corporalis, fieret illis spiritualis lucerna cordis: Curauit & claudos, vt claudicantes Iudæi in fide currerent ad Christum, vt meliores pedes illi acciperēt videntes quā illi. *Videntes autem principes sacerdotum & scribe mirabilia quę fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Hos anna filio David, indignati sunt, & dixerūt ei: Audia quid isti dicunt? Quibus ipse poterat dicere: Et vos videtis, quid ego facio. Illos loquentes attenditis, & me facientem non consideratis. Ego enim factus interpretor voces illorum. Quemadmodum columna in templo, si steterit recta, accepto pondere, amplius confirmatur: si autem modicę obliqua fuerit, suscepto pondere, nō solum non confirmatur, sed amplius vadit ad laus: sic & cor hominis si rectum fuerit, videt opera alicuius viri iusti, aut audiens, per doctrinā sapientię eius amplius confirmatur: si autem fuerit peruersum cor, videns opera alicuius viri iusti, aut audiens, nō solum non confirmatur, sed magis ad inuidiam excitatur, & magis perueritur. Hoc modo & sacerdotes videntes sanitates ægotantium, & audientes laudem puerorum, non solum non crediderunt in Christum, sed magis excitati sunt contra eum, dicentes: *Audistis quid isti dicunt?* Vnam vos audiretis quid dicunt. Hęc enim sanitates ægotantium de vocibus clamantium testimonium dant, quia vera sunt, quę dicunt. Item voces clamantium de sanitatibus ægotantium testimonium reddunt, quia magna sunt, quę fiunt. Si sanitates ægotantium mentuntur de Christo, interrogate voces clamantium. Si voces clamantium mentiuntur, interrogate ægotantium sanitates. Et vt quid quare arguitis, quem tanti testes defendunt? Si iuste clamant, consentite clamantibus, & credite in Christum: si autem iniuste dicunt, reprehendite illos magis iniuste, dicentes: Et vt quid Christum culpatis? Qui enim culpant Christum, si non intelligunt illi, quid dicunt? *Iesus autem dixit eis: Vtique nunquam legistis, & ore infantium & lactentium perfecisti laudem?* Tanquam si dicat, esto istud mea culpa est, quia isti clamant: num quid mea culpa est, quia ante tot milia annorum hoc futurum propheta prædixit? Si recordamur quomodo superius dixit: Turba autem quę præcedebat*

Matth. 6.

** Sic aliqui doct.*

Psal. 8.

bat, & quæ sequebatur clamabat: intelligimus quia infantes dicebatur, non ætate, sed simplicitate cordis. Infantes autem lactentes, nec intelligere aliqui, nec laudare possunt. Lactentes autem dicebantur, quoniam quasi lactis suavitatem, ita mirabilium delectatione excitati clamabant, sicut scriptum est: Sic exaltavi animam meam, sicut ablactatus super matrem suam. Lac enim dicitur opus miraculorum, panis autem doctrina perfectæ iustitiæ, sicut ait Apostolus: Et verbum meum, & prædicatio mea, non in persuasione sapientia verbi, sed in ostensione spiritus, & virtutis. Item post modicum sic dicit: Et ego non potui loqui vobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: quasi parvulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Omnis prima inductio fidei, id est, simplex doctrina, lac dicitur: quoniam sicut lac sine labore, & sine opere dentium manducatur, & manducatem suavitatem sua delectat: sic mirabilia nullum laborem videntibus ponunt, sed videntes admiratione delectant, & ad fidem molliter inuitant. Panis autem perfectionis doctrinam iustitiæ significat, quam accipere non possunt nisi excitati sensus circa res spirituales: quoniam qui audit, necesse habet intra se tractatibus quibusdam discutere & meditari, quasi quibusdam dentibus spiritualibus molere. Vnde & lex ruminantia animalia voluit esse munda. Illa enim esca doctrinæ non tantum carnalibus suis est quantum spiritualibus vilis est ad salutem. Sicut enim infanti si dederis fragmentum panis, quoniam angustas habet fauces, effocatur magis quam nutritur: sic & homini imperfecto in fide, & puero in sensibus, si altiora mysteria sapientiæ volueris dicere, angustiam habens fidem, & sensum magis scandalizatur, quam ædificatur. Et quemadmodum viro perfecto si dederis lac: fauces quidem eius delectat, membra autem eius non confortat. De pane enim scriptum est, non de lacte, quia confortat cor. Si autem panem manducet, non tantum fauces eius delectat, quantum præstat ei virtutem: sic & viro perfecto in fide, & maturo sensibus si miracula ostenderit, delectatur quidem aspectu, nihil autem proficit ei ad ædificationem sensus, aut ad notitiam veritatis: si autem verbum sapientiæ exposueris ei, & ratione delectatur, & ædificatur in fide. Et *relictus ibi, abiit foras extra civitatem in Bethaniam, & mansit ibi.* Vt recedendo compesceret, quos respondendo non potuit: quia malitia non compescitur sermonibus, sed excitatur. Malum enim, hominem melius, locum dando, potes vincere, quam respondendo. Nam, si contendis irrationabilem ratione placare, & illum non placas, & te ipsum subvertis. *Et mansit ibi.* Nolit manere in Hierusalem, de qua iam voluntate recesserat, quæ in mortem domini sui iam manus armatas tenebat seipsum magis occisura quam dominum, sed mansit apud Lazarum, & forores eius, ut illic requiesceret corporaliter, ubi & spiritaliter repausabat. Nam sanctorum virorum est, non ibi quærere mansionem, ubi clarioribus sunt, sed ubi fidei: nec gaudet ubi epulæ largæ sunt, sed ubi sanctitas floret.

BEDÆ VENERABILIS
presbytri eiusdem Euang. expositio.

Et intravit Iesus in templum Dei. Ingressus civitatem primò templum adiit: nos quoque infor-

Psal. 130.

1. Cor. 2.

Psal. 110.

mans, ut in omni loco religionis diuinæ studium orationis omnibus terrenis negotiis præponamus. Decima ergo die mensis præcepit Moyses agnum sumere, & vsque ad decimum quartum diem seruare, præfigurans istum domini aduentum post habitum in Bethania cõstitutum. Decima die mensis in civitatem ante pascha quinque diebus, in qua sustinebat, donec decimo quarto die mensis Moysicum agnum accipiens cum discipulis in locum orationis egressus, ubi ad Iudæis comprehensus & ligatus suæ iam victimationis sacramenta inchoaret. *Et eiecit omnes vendentes, &c.* Excogitauerunt hanc prædam de populo sacerdotes, ut hostiæ diuersæ de longinquo venientes venderentur, ut ipsi rursum empta suscipere, & ne hæc stropham eorum inopia venientium dissiparet, posuerunt nummularios qui sub hac cautione pecuniam darent. Sed quia in lege vsuras accipere erat prohibuit, & prodesse nõ poterat pecunia fenerata, quæ nihil commodi haberet, excogitauerunt & aliam technam, ut pro nummulariis collybitas facerent, qui colyba quæ nos tragemata vel vilia munuscula appellamus: verbi gratia vvas passas & poma diuersi generis, pro feneratione pecuniæ acciperent, ut quod in nummo non licebat, in his rebus exigerent, quæ nummis cõmuntur. Isto modo latrones templum Dei in latronum speluncam conuerterant, qui lucra de religione sequebantur. Mystice ingreditur Iesus templum patris, id est, Ecclesiam, ut Episcopos & omnem turbam de ea avaritiam studentes expellat. Obserua propter avaritiam sacerdotum altaria Dei nummuliorum mensas appellari, qui vendunt gratiam spiritus sancti, & omnia faciunt, ut subiectos deorum populos: de quibus dicitur. *Qui deorum plebem meam, &c.* Moraliter quoque in mente nostra, quæ debet templum Dei esse, si quando in læsione proximi cogitationes profert, quasi in speluncam latrones residunt, qui simpliciter gradientes interficiunt. *Acceserunt ad eum cæci & claudi, &c.* Sanavit cæcos, ut & ipsis calumniatoribus suis istorum illuminatio corporalis fieret spiritualis lucerna cordis. Curauit claudos, ut in fide claudicantes currendo ad Christum meliores acciperet pedes. *Videntes autem principes sacerdotum, &c.* Quanta dementia sacerdotum, Maximum, ut mihi videtur, inter omnia signa quæ dominus exhibuit, aspiciant, ut homo & in illo contemptibilis Scribis & Phariseis, contra se venientibus, & videntibus sua lucra destrui, ad vnus flagelli verbera potuerit tantam eiecere multitudinem, & alia facere, quæ infinitus non fecisset exercitus. Igneam enim quiddam atque sydereum radiabat ex oculis eius, & diuinitatis maiestas lucebat in facie: cumque manum non audeant iniicere, tamen opera calumniantur, & testimonium populi & puerorum, qui clamabant; O sancta filio Dauid, vertunt in calumniam, quia videlicet hoc non dicatur nisi soli filio Dei. *Iesus autem dicit eis, vsque &c.* Quam moderatè temperat responsonem, non dixit, quod scribæ audire cupiebant. Bene faciunt pueri, quod mihi testimonium perhibent. Nec rursum, errant pueri, debetis ætati ignoscere, sed profert exemplum de 8. Psalmo, ut tacente domino, testimonium scripturarum puerorum dicta firmaret. *Et relictus ibi, &c.* In illo egressu vocationem gentium præfigurabat, & quod in Israel permanere non potuit, & hoc quoque intelligendum est quod tantæ paupertatis, & ita

Indatur in Humiliario Aluini.

Psal. 23. Jan. 11.

Exod. 11.

Dom. 18.

Luc. 13.

Apoc. 19.

Oratio cum vsque, cum præcipue in ecclesia fundenda est.

ita nulli sit adulatus, ut in vrbe maxima nullum hospitem, nullamque inuenerat mansionem, sed in agro paruulo apud Lazarum, fororæque eius habitaret.

ERICI IN IDEM
Euang. Hom.

Dominus, & Deus, author, & reparator humani generis Christus, ante mundi constitutionem præelegerat cum patre, & ubi pateretur, & quando pateretur pro salute hominum. Impleta ergo huius temporis plenitudine, instante iam passione, appropinquare voluit loco sue passionis, ubi inueniri posset ab iis, per quos eadem passio celebranda erat, ne quasi refugiens, aut detrectans mortem æstimaretur. Non enim metuebat mortem, sed potestate imperabat morti. Ait ergo Euangelista: *Quia cum intrasset Iesus Hierosolymam commota est vniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic? Ad ingressum Saluatoris commota est ciuitas, admirata populi frequentia, ignorans domini intrantis virtutem atque potentiam. Simile quid & nascensione eius de angelis legimus: qui cum dominum triumphantem pompa ascendentem cernerent, & carnem iam glorificatam ad cælos vehentem, admirantes dicebant: Quis est iste rex gloriæ? Notandum verò, quod ante sex dies Paschæ, sicut S. Euangelista Ioannes dicit, venit dominus Bethaniam, ubi Lazarum suscitauerat: atque in Bethaniam a sino sedens, turbis diuinis sibi laudes acclamantibus, Hierosolymam ingressus est: quod olim in paschali agno mystice fuerat præsignatum. Scriptum inique est in lege; Decima die mensis primi tollat vnusquisque agnū per familias, & domos suas, & seruabis eum, inquit, vsque ad quartam decimam diem mensis huius, immolabitque eum omnis multitudo filiorum Israel ad vespertam. Ergo secundum hanc de paschali agno prophetiam, dominus Iesus decima die mensis primi, hoc est, ante quinque dies paschæ, ciuitatem Hierusalem ingressus, coniuuante aduersum se seniorum principumque concilio, prætolabatur horam, qua pro mundi salute Deo patri se in odorem suauitatis hostiam offerret: *Populi autem dicebant: Hic est Iesus Nazareth Propheta.* Superbis Iudæis quisnam esset, qui cum tanta gloria ciuitatem intrabat interrogantibus, simplex turba, quod nouerat fatebatur. *Hic est, inquit, Iesus Propheta.* Prophetam appellabant, quia errabant, & quid dicerent ignorabant. Nesciebant enim eum Deum, aut Dei filium appellare, sed error eorum perfecta scientia plenus erat. Nam Moyses de eo dixerat; Prophetam vobis suscitabit Deus de fratris vestris tanquam me. *Et ipse de se loquitur; Non capit prophetam perire extra Hierusalem.* Ita verò accipiendus est esse propheta, ut sit dominus prophetarum: sicut est rex regum, & dominus dominantium. *Et intravit Iesus in templum.* Quod dominus in ciuitatem ingressus, primò templum adiit, formam nobis religionis conuersationis, quæ sequi debeamus, ostendit. Cum enim oppidum, vel castellum, siue aliud. Cùm enim oppidum, ubi domus orationis Deo sit consecrata, ingredimur, prius ad illam festinare debemus: & postquam nos per studia orationum Deo commendauerimus, sic demum ad ea, quæ necessitas fragilis vitæ exigit, peragenda negocia tutius*

accedamus. *Et cepit eiecere videntes in illo, & ementes: & mensas numulariorum, & cathedras vendentium colymbas euerit.* Inter omnia miracula, quæ dominus in mundo corporaliter gessit, hoc præcellentissimum, & maximum est. Plus enim fuit, ut dicit B. Hieronymus, hoc quoddam vnus homo inermis multa millia armorum de templo eiecit, quam quoddam Lazarum quatuordecim a mortuis suscitauit. Fulgor enim diuinitatis resplendebat in aspectu humanitatis: atque ideò videntes insolitam claritatem in facie hominis radiantem, terga cadenti dabant, & resistere non audebant. *Scriptum est: Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum.* Domus illa ad hoc à Salomone primùm, & postea à Iesu sacerdote, & Zorobabel constructa fuerat, non quod Deus in manufactis templis habitet, sed ut ibi nomen eius inuocaretur, ibique deuotæ plebis orationes audiret, vota suscipere, munera & oblationes acceptaret. Sed illi eam speluncam latronum fecerant: quia ad hoc in templo residebant, ut aut non dantes munera corporaliter punirent, aut dantes spiritaliter necarent. Legis siquidem præceptum erat, ut ter in anno conuenirent omnes ex diuersis regni Iudaici partibus ad angustissimum, & sanctissimum in toto orbe templum, in pascha videlicet, pentecoste, & scenopogia: eisdem legis præceptum erat, ne vacui in conspectu Domini apparerent. Et plerumque contingebat, ut ij, qui de remotioribus partibus veniebant, non haberent, quod in sacrificio Domini offerret, qui ob longinquitatem itineris secum pecora sua adducere non valebant. Proinde sacerdotes habebant pinguisima animalia, quæ vsus sacrificij exposcit, & ea non habentibus vendentes, accepta pecunia, rursus empta suscipiebant, hoc modo prædam de simplici populo facientes. Verùm erant quidam ita pauperes, qui etiam sumptibus, & victu indigebant, & non solum hostias, sed nec vnde eas emere habebant. Ad hoc iidem sacerdotes nummulatos in templo statuerant, qui mutuum eis sub hac occasione pecuniam darent. Sed quia lex vsuras prohibuerat, nec aperte ab eis duplicatam pecuniam exigere poterant, excogitauerunt rursus aliam fraudem, ut pro vsuris reciperent varias species munerum: verbi gratia, fruxum ciceri, vnam passam, & diuersi generis poma: ut, quod in nummo non licebat, in his rebus exigerent, quæ nummis emuntur. Hos appellabant ipsi proprio sermone collybitas, qui collyba, id est, vilia munuscula dabant, quæ Græcè tragemata, Latine bellaria dicuntur. Istiusmodi fraudes, & negotiationes dominus cernens in domo patris sui fieri, sicut beatus Ioannes dicit, facto flagello de rusticulis, innumeram multitudinem de templo eiecit. Attendant istud Ecclesiæ sacerdotes, & caueant, ne domum Dei in speluncam latronum vertant. Latio enim est, qui lucra de religione sequebatur, & ex cultu sanctitatis studet occasione negotiationis. Proinde memendum est illis, ne sicut illi de templo materiali eiectione sunt, ita isti de templo spirituali eiciantur. Quotidiè enim dominus domum patris sui, sanctam videlicet Ecclesiam intrat, & occupatos lucris turpibus eiecit, atque vnus criminis habet vendentes pariter, & ementes. Vendentes enim sunt, qui sacros ordines ad præmium largiuntur. Ementes verò, qui pro iniustitia pecuniam tribuunt, & dato precio patronis, emunt peccatum.

Dom. 16.

Exod. 23. & 34.

Dom. 13.

1. Cor. 8.

Pharisæi, quum viderent pueros hymnum David offerre Christo, quem videtur propheta Deo obtulisse, dissecabantur invidia, & interpellant illum, quod permittat de se dici, quæ soli Deo debentur. Ille autem magis approbans dicit, Etiam. Tantum abest, vt obturem ora talia dicentium, vt & propheta testimonium adducam, & vos ostendam vel imperitos, vel inuidos. Nescitis enim, quod ex ore infantium, & lactentium perfecti laudem? Perfecti laudem significat perfectâ, & absolutam osten disti laudem, etiam si illi propter ætatem imperfecti, & viles videantur. Non enim illi dicebant, quæ dicebant, sed os solum accommodantes, spiritus organa fuerunt. Et ideo dicit, *Ex ore infantium: coniectans, quod os solum diuina gratia mouebatur.* Significatur item, quod à gentibus, quæ simplices, & stultæ erant, benedicendus esset. Erat autem & apostolis consolatio, dâdum & sibi sermo-nem, tamen perquam viles forent. Et tu innocens, si fueris, ac malitia paruulus, iuxtaque spiri-tuale lac diuinorum eloquiorum, dignus eris, qui laudes, & prædices Deum. *Et reliâs illis, exiit à ciuitate in Bethaniam, & diuersatus est illic.* Secedit ab illis, vt ab indignis. Et venit in Bethaniam, hoc est, domum obedientiæ. Ab inobedientibus enim ad obedientes se conferat, & inter illos versatus. Dicit enim, *Habitabo in eis, & ambulabo in eis.*

INCERTI CUIVS DAM
sub nomine Eusebij Emisseni eiusdem Euangelij expositio.

IN proximo enim bella acturus, & de hostibus triumphaturus, cum triumpho, & gloria ad impiam ciuitatem & ad locum certaminis dominus venit. Certus enim de victoria, ante bellum (quod fieri non solet) triumphum suscepit. Ingressus igitur ciuitatem cum hac tanta gloria, commota est vniuersa ciuitas, dicens, Quis est hic? Omnes enim obuiam ruunt, omnes enim videre desiderant, & ipsa facere cognoscere cupiunt, quem iam in miraculorum fama cognouerant. Suscitauerat enim dominus Lazzarum illis diebus, ad cuius miraculi magnitudinem omnes stupebant. *Et intrauit Iesus in templum Dei, & eiecit omnes vendentes & ementes in templo, & mensas nummulariorum & cathedras vendentium columbas euerit.* Audite hæc Simoniaci, audite infandi negotiatores: aut cessate à negotiis, aut exite de templo. Non vnum vel duos, sed indifferenter omnes vendentes, & ementes dominus templis eiecit. Ipse & mensas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas & euerit. Vos nummularij estis, vos columbas venditis, vos sine nummo, & pretio nihil agitis. Columbas enim vendunt, qui vel Ecclesias vel sancti spiritus gratias pretio largiuntur. Horum autem cathedras dominus euerit, vt per hoc eos non esse episcopos intelligamus. *Et dicit eis, Scriptum est, domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis eam speluncam latronum.* Latrones enim vos estis. Qui enim non intrat per ostium in ouile ouium, fur est, & latro, Ostium enim Christus: qui quonia per eum non intratis, vestras cathedras euerit. Per hoc enim ostium illi intrant, qui secundum canonum instituta constituuntur. Exite igitur de domo orationis: quæ, quoniam vos in ea habitatis, facta est spelunca latronum. *Et accesserunt ad eum cæci, & claudi*

idem est dicitur scriptum est, domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis eam speluncam latronum. Latrones enim vos estis. Qui enim non intrat per ostium in ouile ouium, fur est, & latro, Ostium enim Christus: qui quonia per eum non intratis, vestras cathedras euerit. Per hoc enim ostium illi intrant, qui secundum canonum instituta constituuntur. Exite igitur de domo orationis: quæ, quoniam vos in ea habitatis, facta est spelunca latronum. *Et accesserunt ad eum cæci, & claudi*

in templo, & sanauit eos. Qui igitur cæcus est, & veritatem non intelligit, qui claudus est, & recto itinere non incedit, festinet ad templum ubi inueniet Iesum, ibi illuminabitur & sanabitur. *Videntes autem principes sacerdotum & scribæ mirabilia quæ fecit, &c.* Quod enim principes sacerdotum, & scribæ indignantur, inuidia est: quod verò pueri Deum laudabant, prophetia adimpletio est. Sic enim prophetia adimpletio est. Sic enim prophetauerat ipse David, quod ex ore infantium, & lactentium predicandus, & laudandus dominus esset. *Et reliâs illis, abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam, & ibi, mansit.* Manet enim dominus vsque nunc in Bethania, quæ domus obedientiæ interpretatur: quia relicta Synagoga in Ecclesia habitat, quæ eius est obediens voluntati.

E V T H Y M I I Z I G A B O N I
superioris Euang. expositio.

Quamq, intrasset ipse Ierosolimam, &c. *Comota est, id est, turbata est excitato tumultu propter plautum, & fauores.* Turbæ verò dicebant, hic est Iesus, &c. Et si plusquam prophetam eum habebant, prophetam tamen eum dicebant quia nihil excellius concipere poterat propter humana eius opera. Lucas autem dicit, *Et quidam Pharisæorum de turba dixerunt ad eum; Magister increpa discipulos tuos. Et respondens ait illis; dico vobis, quod, si hi tacuerint, lapides clamabunt.* Inuidia enim moti dicebant, Prohibe discipulos tuos, ne te humilismodi plantibus, ac fauoribus prosequantur. Dicens autem, si hi tacuerint, lapides clamabunt: ostendit quod impossibile sit, gloriam suam taceri. Possunt quoque lapides dici, qui ex gentibus erederunt, tanquã prius mente indurati, ac insensibiles ad diuinam Dei cognitionem, qui, postquam Apostoli morte tacuerunt, iam clamabant prædicantes: *Et ingressus est Iesus templum Dei, &c.* Similia quoque dicit Ioannes: sed ille quidem circa principium euangelij; Mattheus autem, & ceteri circa finem. Manifestum est ergo, quod bis hæc fecerit Christus variisque temporibus. Et tunc quidem dicitur ei Iudei; Quod signum ostēdis nobis modo autem tacent. Et vide abiectionem eorum. In templo siquidem canponabantur: & hi quidem vendebant indigentibus, quæ ad sacrificium apta erant, oues dico, boues, ac columbas: sicut Ioannes manifestauit, & si quid est simile. Alij vero emebant. *nonnulli autem, pro quibus vertimus Nummularios, sunt mensarij, siue trapezetæ, & quos multi *καλλωδεις* vocant, hoc est, vt vulgus dicit, Cambiatores, Nam *καλλωδεις* obulus, & *καλλωδεις* commuto dicitur.* Ingressus est ergo Christus templum cum magna libertate, tanquam patetfamilias domum suam, & eos, qui iam dicti sunt, eiecit, ac potentiam, quam vt Deus ad omnes habebat, manifestans, & propter immunitatem à peccato confidens, hinc quidem ornatus templi sui curam habet, hinc autem sacrificiorum, quæ per sanguinem sunt reiectionem manifestat. Præterea instruit nos, vt pro ecclesia libere agamus. *Et ait illis; Scriptum est, &c.* Scriptum est in propheta Iesaja. *Vos autem fecistis illam speluncam latronum.* Latrones nominauit eos, qui in illo cauponabantur, quod ad modum latronum lucris inhærent: latrones siquidem lucri auaritia tenentur. Aut, quia ea, quæ vende

Ioan.

vendebantur, ex rapina, vel auaritia erant. In Ieremia autem scriptum est; Num spelunca latronum domus mea est? *Et accesserunt ad eum claudi & cæci in templo, &c.* Claudus est, qui quis non recta ad virtutem incedit. Et cæcus est omnis, qui, quod bonum est, ac honestum, non intuetur. *Videntes autem principes sacerdotum, &c.* Dileptorie ordinauit Deus, vt pueri quoque laudent eum: quo ab omni contradictione excluderentur Iudei, videntes filios, qui apud se fuerant enutriti, ac instructi, mirabiliter, ac supernaturaliter motos ad Christi laudem. Verum illi sunt ex hoc multo impudentiores, atque inuidia diutius insaniunt. *Et dixerunt eis; Audis quid isti dicunt? O impudentiam! æquum potius erat, vt diceret eis Christus; Auditis quid dicunt hi filij vestri, qui me nunquam viderunt? Iesus autem ait illis; Vigite.* Omnino, inquit, audio. Et quia plurimum impudentes erant, sicut diximus, increpatoria vsus est responsione, dicens; *Nunquam*

legistis; Ex ore infantium, &c. David dictum est, quo ea, quæ tunc fiebant, prophetauerat. Itaque stupore plenissimum est hoc miraculum. Tunc enim chorus puerorum lactentium clare loquutus est. Siquidem non simpliciter pueri erant, sed pueri infantes, ac lactentes. *Perfecti* vero, id est, perfectam ex imperfecto ore fecisti. Bene autem dixit, *Ex ore infantium.* Nam os erat infantium: id autem, quod dicebatur, potentie ipsius erat, quæ disertam reddebat immaturam lactentium linguam. Et hoc quoque miraculose factum est ad discipulorum consolationem, vt de seipsis confiderent, quod, qui disertam fecerat balbutientem linguam, sapientem etiam facturus erat eorum ruditatem. Erat & hoc figura Gentium, quæ, quum ad Theologiam, & diuina verba balbutirent, repente ita perfecte resonauerunt, vt ab omnibus exantiri possent. *Et, reliâs illis, exiit à ciuitate in Bethaniam, &c.* Exiit, vt affectus tumorem in illis remitteret, & accensum inuidia eorum ignem extingueret.

Epist. 8. legistis; Ex ore infantium, &c. David dictum est, quo



F E R I A I I I I . Q V A T V O R
T E M P . Q V A D R A G E S I M A E .
M A T T H . 21 .



M in illo tempore accesserunt ad Iesum Scribæ, & Pharisæi, dicentes:

Magister, volumus à te signum ^a videre. ^b Qui respondens, ait illis ^c ^d

Generatio ^b mala, & ^c adultera signum querit, & ^d signum non dabitur ei, nisi signum ^e Ionæ prophete. ^f Sicut enim ^g fuit Ionas in ventre ceti

tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit ^h filius hominis in ⁱ corde terræ

tribus diebus, & tribus noctibus. ^k Viri ^l Niniuitæ resurgent in ^m iudicio cū generatione ⁿ ista, & ^o condemnabunt eam: quia poenitentiam ^p egerunt in ^q prædicarione ^r Ionæ: Et ecce plus quam Ionas hic. ^s Regina Austri surget in iudicio cum ^t generatione ista, & ^u condemnabit eam: quia venit à ^v finibus terræ

audire sapientiam ^w Salomonis. Et ecce plus quàm Salomon ^x hic. Cum autem ^y immundus spiritus ^z exierit ab ^{aa} homine, ambulat per loca arida, querens requiem, & non inuenit. Tunc dicit: Reuertar in domum ^{ab} meam, vnde ^{ac} exiui.

Et veniens inuenit eam ^{ad} vacantem, scopis ^{ae} mundatam & ^{af} ornata. Tunc vadit, & assumit ^{ag} septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi, & fiunt ^{ah} nouissima hominis illius ^{ai} peiora prioribus. ^{aj} Sic erit & ^{ak} generationis

^a De celo, vialis euangelij dicit.
^b Malos fructus faciens.
^c Que dimisso vito multæ amaroribus se copulauerat.
^d Potentia qua indigna est.
^e De profundo, non de sublimi, passioni, non gloria.
^f Exposit signum Ionæ.
^g Vt Niniven à subuersione liberaret.
^h Mundum redempturus.
ⁱ In sepulchro.
^k Qui sunt Assyrii gens incredula.
^l In communi omnium resurrectione.
^m Non potestate sed comparatione.
ⁿ Non videntes signa.
^o Paucis diebus facta.
^p Minoris ne.
^q Quia tanto tempore signa facio.
^r In medio vestrum.
^s Non tantum gens Niniuitarum condemnabit eam, sed etiam regina.
^t Que Dei sapientiam sibi loquentem non modo non audit, sed & blasphemat.
^u Comparatione facti melioris.
^v Cum magna difficultate, impetio relicto.
^w Quem fama nouerat.
^x Inter vos.
^y Inter vos est maior Ionas, vel Salomone, sed diabolus ad vos reuerfus dominatur.
^z In baptismo.
^{aa} Hæretico & malo catholico.
^{ab} Que per incuriam vacat.
^{ac} Per virtutem sacramenti.
^{ad} Id est, à bonis per negligentiam.
^{ae} A vitis per baptismum.
^{af} Simulatis virtutibus.
^{ag} In lucra vitia, quem enim hæretis vel duplicitas accipit, in ima omnium vitiâ prosternit.
^{ah} Mellis est viam veritatis non cognoscere, quam post agnitionem retrorsum.
^{ai} Quia faciunt eos ad quos redeunt deteriores quam prius essent.
^{aj} Quo tendat parabola exponit.
^{ak} Iudæi.

p Dum occupatus est officio prædicandi.

nerationi huic pessimæ. Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius, & fratres stabant foris quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes te. At ipse respondens dicenti sibi, ait: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, & soror, & mater est.

GLOSSA ORDINARIA in superius Euang.

¶ Tunc respondit ei quidam de scribis & pharisæis, dicentes, Magister, volumus a te signum videre, &c. Chrysothomus, Quia dominus superius multoties verbis inuerecundam pharisæorum obstruxerat linguam, rursus ad opera uenit: quod admirans euangelista, dicit, Tunc respondit ei quidam de scribis, &c. Tunc scilicet cum hæcti oportebat, cum admirari, cum obstupescere: sed tunc à malitia non desistunt. Dicunt enim, volumus à te signum videre, vt eum capiant. Hieronymus, Sic signa postulant, quasi que uiderant, signa non fuerunt: sed in alio euangelista quid petant, plenius explicatur: volumus à te signum videre de cælo. Vel in morem Helie ignem de sublimi venire cupiebant, vel ad similitudinem Samuelis tempore æstiuo, cõtra naturam loci mugire tonitru, coruscare fulgura, imbres ruere, quasi non possint & illa calumniari, & dicere ex oculis & uacuis aëris passionibus accidisse. nam qui calumniaris ea quæ oculis uides, manu tenes, utilitate sentis: quid facturus esses in his quæ de cælo ueniunt? vtiq; respondebis & magos in Agypto multa signa fecisse de cælo. Chry. Verba autem eorum adulatione & ironia sunt plena: & prius quidem conuictabantur demoniacum eum dicentes, nunc autem adulantur, vocantes eum magistrum: propter hoc & dominus eos uelementer arguit, unde sequitur, Qui respondens, ait illis: Gen. &c. Et quidem cum ei conuictabantur, mansuetè eis respondet: cum autem adulabantur, conuictiosè: demonstrans quod ueraque passione erat superior, & neque conuictis in iram deducitur, neque ab adulatione mollitur. Quod autem dicit tale est: Quid mirum si hoc in me facitis qui ignotus sum uobis, cum in patrem, cuius tantam accepistis experientiam, hoc idem fecistis, derelicto eo ad demones currentes? Propter hoc autem eos dicit generationem malam, quia ingrati semper facti sunt circa benefactores, & beneficiis deteriores fiunt, quod est vltima malitiæ. Hic. Egrege autem dixit: & adultera, quia dimiserat virum, & iuxta Ezechielem multis se amatoribus copulauit. Chryso. Vnde & monstrat se patri æqualem, si ei non credere generationem adulteram facit. Rabanus, Deinde respondere incipit non eis signum de cælo, quod indigni erant videre, sed de profundo inferni tribuens. Discipulis autem suis signum de cælo dedit, quibus æternam beatitudinis gloriam, & prius in monte figuratè, & post ueraciter in cælum superelatum ostendit. unde sequitur, Et signum dabit, &c. Chry. Quia non vt eos induceret, signa faciebat (sciebat enim lapideos esse) sed vt

Math. 5.

Luc. 7.

Joan. 11.

compluribus signis, inuam prædico. Eò magis indigni sunt uenia, qui ex lege sunt infideles, quò plus est fidei in his, qui legem nescierunt. Niniue, speciosa: signat gentilitatem, quam Christus amauit sordam, vt faceret pulchram. In Niniuitis, & regina Austri, fides ecclesiæ signatur, quæ nõ minus per pœnitentiam peractæ insipientiæ quàm per industriam discendæ sapientiæ Deo conciliatur. Dux enim partes sunt ecclesiæ, quæ peccare nescit, & quæ peccare desistit, Pœnitentia enim peccatum abolet, sapientia cauet. Cum autem &c. Quasi dicat, Vos nõ estis similes Niniuitis vel reginæ Austri: quia me prædicante pœnitentiam non pœnituitis, & me docente sapientiam non didicistis. Sed estis similes homini, à quo diabolus exclusus iterum ingreditur. Distat inter opera mea, qui polluta mundo, & Sathana, qui mundata granus contaminat. Ambulat per lo. Explorat corda fidelium à mollicie fluxu cogitationis purgata, si quos gressus ibi figere possit, quod quia nequit, ad humida redit. Reuertar in dom. Sub umbra dormit, in secreto calami, & locis humetibus. Vinbra tenebrosa, conscientia. Calamus foris nitidus, intus uacuus, simulator. Locus humidus, lasciuia molisque mens. Septem ali. spi. Septè vitia, septem virtutibus spiritualibus contraria. Nequiores, quia non modo habet vitia, sed & bona simulat. Tanto nequiores, quanto d callidiores. Septem, quia tot erant gratiæ cum Christo destinatæ. Septem vitia, septem dæmonia septem spiritibus contraria, spiritui sapientiæ & intellectus, &c. Sic erit & ge. Quod de vna sola re dixit, hoc in hac tota gente fit. Immundus spiritus à Iudeis exiuit, quando legem acceperunt. Ambulauit ad gentes, quæ cum postea domino crederent, non inuento loco in eis dixit: Reuertar in Iudæos vacantes præsidio Dei, & angelorum, increpationibus & correctionibus mundatos, ornatos superfluis obseruationibus. Adduntur septè quia multo maiore numero dæmonum possidentur blasphemantes Iesum, quam in Agypto possessi fuerunt. Contra septem spiritus virtutum, est numerus vitiorum. Ecce ma. e. Mysticè, Mater & fratres populus est Iudæorum qui Iesu intus docente non possunt intrare, quia spiritualiter eius uerba intelligere negligunt: sed turba gentilis confusens interna mysteria capit. Foris stantes nec ipsi agnoscuntur parentes. Quomodo ergo agnoscemur, si foris stamus? Foris stant cognati, cum Iudei spirituales sensum non quærentes, in litera se fixerunt & Christum potius ad carnalia docenda cogunt exire, quam ipsi ad discenda spiritualia consentiant intrare. Sed Iesus eos non agnoscit, quia in carnalibus eis non assensit. Fratres domini, sunt consobrini eius, filij Mariæ materre eius: quæ dicitur mater Iacobi minoris, & Ioseph, & Iudæ & Simonis. Dicit autem ei. Infidiosè,

diosè, vtrum spirituali operi carnem præferat: & iteo se nosse dissimulat matrem, & proximos per cognationem, sed per coniunctionem spiritus esse sibi proximos dicit. Quæ est mater mea. Non recusat obsequia matris, sed præfert ministeria patris. fratres non contemnit, sed opus spirituale præfert cognationi, vt & nos carni spiritum præferamus. Vnde qui amat patrem aut matrem plusquàm me, non est me dignus. Ecce mater. Hi sunt mater mea, qui me in credentium cordibus generant. Hi sunt fratres, qui faciunt opera patris mei. Fratres, & soror credendo, mater prædicando.

CATENA AVREA in idem Euang.

¶ Tunc respondit ei quidam de scribis & pharisæis, dicentes, Magister, volumus a te signum videre, &c. Chrysothomus, Quia dominus superius multoties verbis inuerecundam pharisæorum obstruxerat linguam, rursus ad opera uenit: quod admirans euangelista, dicit, Tunc respondit ei quidam de scribis, &c. Tunc scilicet cum hæcti oportebat, cum admirari, cum obstupescere: sed tunc à malitia non desistunt. Dicunt enim, volumus à te signum videre, vt eum capiant. Hieronymus, Sic signa postulant, quasi que uiderant, signa non fuerunt: sed in alio euangelista quid petant, plenius explicatur: volumus à te signum videre de cælo. Vel in morem Helie ignem de sublimi venire cupiebant, vel ad similitudinem Samuelis tempore æstiuo, cõtra naturam loci mugire tonitru, coruscare fulgura, imbres ruere, quasi non possint & illa calumniari, & dicere ex oculis & uacuis aëris passionibus accidisse. nam qui calumniaris ea quæ oculis uides, manu tenes, utilitate sentis: quid facturus esses in his quæ de cælo ueniunt? vtiq; respondebis & magos in Agypto multa signa fecisse de cælo. Chry. Verba autem eorum adulatione & ironia sunt plena: & prius quidem conuictabantur demoniacum eum dicentes, nunc autem adulantur, vocantes eum magistrum: propter hoc & dominus eos uelementer arguit, unde sequitur, Qui respondens, ait illis: Gen. &c. Et quidem cum ei conuictabantur, mansuetè eis respondet: cum autem adulabantur, conuictiosè: demonstrans quod ueraque passione erat superior, & neque conuictis in iram deducitur, neque ab adulatione mollitur. Quod autem dicit tale est: Quid mirum si hoc in me facitis qui ignotus sum uobis, cum in patrem, cuius tantam accepistis experientiam, hoc idem fecistis, derelicto eo ad demones currentes? Propter hoc autem eos dicit generationem malam, quia ingrati semper facti sunt circa benefactores, & beneficiis deteriores fiunt, quod est vltima malitiæ. Hic. Egrege autem dixit: & adultera, quia dimiserat virum, & iuxta Ezechielem multis se amatoribus copulauit. Chryso. Vnde & monstrat se patri æqualem, si ei non credere generationem adulteram facit. Rabanus, Deinde respondere incipit non eis signum de cælo, quod indigni erant videre, sed de profundo inferni tribuens. Discipulis autem suis signum de cælo dedit, quibus æternam beatitudinis gloriam, & prius in monte figuratè, & post ueraciter in cælum superelatum ostendit. unde sequitur, Et signum dabit, &c. Chry. Quia non vt eos induceret, signa faciebat (sciebat enim lapideos esse) sed vt

alios emendet, aut quoniã non acciperent signum quale est illud quod petebant. Signum eis factum est, quando per propriam pœnam cognouerunt eius uirtutem. hoc igitur occultè insinuans, dicit, Signum non dabitur ei, ac si diceret: Multa beneficia demonstrari, nihil horum vos allexit ad uenerandum meam uirtutem, quam cognoscetis per pœnam, quando ciuitatem uestram in terram proiectam uidebitis. Interim autem sermonem de resurrectione interponit, quem cognurici erant per ea quæ postea erant passuri, dicens: Nisi sig. 10. proph. Crux enim profectò credita non esset, nisi signa testantia habuisset. Hac autem, non credita & resurrectio utique credita non esset: propter hoc & signum hoc uocat, & figuram in medium fert vt ueritas credatur. unde sequitur, Sicut fuit Ionas in ventre ceti. Raba. Ostendit Iudæos ad instar Niniuitarum criminosos, & nisi pœniterent, subuersioni proximis. sed sicut illis denuntiatur supplicium, & demonstratur remedium: ita Iudæi non debent desperare ueniam, si saltem post Christi resurrectionem egerint pœnitentiam. Ionas enim, id est columba vel dolens, signum est eius super quem descendit spiritus sanctus in specie columbæ, & qui dolores nostros portauit. Piscis qui Ionã deuorauit in pelago, significat mortem, quam Christus passus est in mudo. Tribus diebus & noctibus fuit ille in ventre ceti, & iste in sepulchro: ille eiectus est in aridam, iste resurrexit in gloriam. August. de con. euang. Quidam autem modum locutionis scripturæ nescientes, noctem uoluerunt aduertere tres illas horas à sexta usque ad nonam quibus sol obfcuratus est: & diem tres horas aliàs, quibus iterum terris est redditus, id est à nona usque ad ues occasum. Sequitur enim nox futura sabbati, quæ cum suo die computata, erunt iam duæ noctes & duo dies. Porro autem post sabbatū sequitur nox primæ sabbati, id est illucescentis diei dominici, in qua tunc dominus resurrexit. Erunt ergo duæ noctes duo dies, & vna nox etiam si tota posset intelligi, nec ostenderemus quòd illud diluculum pars eius extrema sit: quapropter nec annumeratis illis sex horis, quarum tribus tenebratus est & tribus illuxit, constabit ratio trium dierum & trium noctium. restat ergo vt hoc inueniatur illo scripturarum uisitatò loquendi modo, quo à parte totum intelligitur. Hier. Nò quòd omnes tres dies, & tres noctes in infernum fecerit, sed quòd in parte parafceues & dominicæ, & tota die sabbati tres dies & tres noctes intelligantur. Aug. 4. de trini. Ipsum enim tridnũ non plenum & totum fuisse scripturæ testis est, sed primus dies à parte extrema totus annumeratus est, dies uerò tertius à parte prima & ipse totus: medius autem inter eos, id est secundus dies absolute totus 24. horis suis, 12. nocturnis 12. diurnis: nox enim usque ad diluculum quo domini resurrectio declarata est, ad tertium pertinet diem. Sicut enim primi dies propter futurum hominis lapsum à luce in noctem, ita isti propter hominis reparationem à tenebris in lucem computantur Chry. Non autem manifestè dixit, quòd resurgeret, quia eum derisissent: sed occultè insinuat, vt & illi crederent quos præsciuit. Non autem dixit in terra, sed, in corde terre: vt & sepulchrum ostenderet, & quòd nullus solam mortis apparentiam suspicaretur. Et, tres dies propter hoc posuit, vt credatur quòd mortuus est. Sed ipsa figura ueritatem demonstrat. non enim fuit Ionas in ventre ceti

cei in phantasia, sed in veritate: neque figura fuit in veritate, & veritas in imaginatione. propter quod manifestum est quod filij sunt diaboli Marcionem sequentes, qui Christi passionem phantasticam esse asserunt: & quod pro eis esset passurus, licet eis non proficeret, ostendit. Per hoc innuit quod illi generationi signum daretur Ionæ propheta. *Viri Niniuita surgent in iudicio cum generatione ista, &c.* Chryso. Ne aliquis existimaret quod talia deinceps futura essent in Iudæis, qualia Niniuitis contigerant: vt sicut Ionas illos conuertit, & ciuitas fuit à periculo liberata, ita isti post resurrectionem conuertentur, dominus nunc totum contrarium ostendit: quoniam scilicet ex beneficio passionis nullum fructum perceperunt, sed & grauius patientur, vt infra ostendit per exemplum dæmonis. Interim autem ostendit quod iuste patientur, dicens: *Viri Niniuita, &c.* Remi. Ostendit autem dominus his verbis vnam esse bonorum & malorum resurrectionem futuram, cōtra quosdam hereticos qui dixerunt vnam esse resurrectionem bonorum, & alteram malorum. Describit etiam his verbis fabula Iudæorum, qui solent dicere quod ante iudicium mille annis celebraretur resurrectio, appetit his verbis ostendens, quia mox vt celebrabitur resurrectio, celebrabitur, & iudicium. *Et condemnabunt eam.* Hiero. Non sententia potestate, sed comparationis exemplo. vnde subdit: Quia pœnitentia, ege. &c. Hic, aduerbium loci non pronomen intelligas. Ionas secundum 70. interpretes triduo prædicauit, ego tanto tempore. Ille Assyriis genti incredulæ, ego Iudæis populo Dei. Ille voce locutus est simplici nihil signorum faciens, ego tanta faciens Beelzebub calumniam sustineo. Chryso. Non autem hic stat dominus, sed & aliam annuntiationem adiungit, dicens, Regina Austri, &c. Istud plus fuit quam prius. Ionas enim ad illos abiit, regina autem Austri non expectauit Salomonem ad ipsam ire, sed ipsa ad eum accessit: & mulier & barbarata, & tantum remota non mortem formidans, sola cupidine verborum sapientum. Ibi ergo mulier aduenit, hic ego veni. Et ipsa quidem à finibus terre furrexit, ego autem ciuitates & castra circumueo. Et illa quidem de arboribus & lignis disputauit, ego autem de ineffabilibus mysteriis. Hiero. Eodem ergo modo condemnabit regina Austri populum Iudæorum, quo condemnabunt viri Niniuitæ Israël in incredulum. Ista est regina Saba, de qua in Regum volumine, & in Paralipomenon legitur: quæ per tantas difficultates gente sua & imperio derelictis, venit in Iudæam sapientiam audire Salomonis: & ei multa munera obtulit. In Niniue autem & in regina Saba occulte fides nationum præfertur Israël. Raba. Niniuitæ significant eos qui peccare desistunt, regina verò eos qui peccare nesciunt. penitentia enim peccatum abolet, sapientia cœcit, Remi. Pulchrè autem ecclesiæ de gentibus congregata regina dicitur, quia mores suos regere nouit. De qua Psalmista: *Assitit regina à dextris tuis.* Austri autem regina est, quia ardore spiritus sancti superabundat. Austri enim ventus calidus significat spiritum sanctum. Salomon autem qui interpretatur pacificus, significat ipsum de quo dictum est: ipse ex pax nostra. *Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, querens requiem &c.* Chryso. Quia dominus dixerat Iudæis, *Viri Niniuita surgent in iudicio, & condemnabunt generationem istam, ne pro-*

pter temporis tardationem contemnerent & fieret pigriores, ostendit quod non solum in futuro seculo: sed & hic grauius patientur, futuram in eis pœnam sub quodam ænigmatè subdens. vnde dicit, *Cum autem, &c.* Hiero. Quidam istum locum de hæreticis dictum putant, quod immundus spiritus qui in eis ante habitauerat, quando gentiles erant, ad confessionem veræ fidei eiciatur. Postea verò cum se ad heresim transtulerint, & simulatis virtutibus ornauerint domum suam, tunc alius septem nequam spiritibus adiuctis, reuertitur ad eos diabolus: & habitat in illis, sicut que nouissima eorum peiora prioribus. Multo quidem peiori condicione sunt heretici, quàm gentiles: quia in illis spes fidei, in istis est pugna discordiæ: cum hac intelligentia plausum quendam & colorem doctrinæ præferat, nescio an habeat veritatem, ex eo enim quod finita vel parabola vel exemplo sequitur: Sic erit generationi huic pœnitentia, compellimur non ad hereticos & quosque homines, sed ad Iudæorum populum referre parabolam: vt contextus loci non passiuus & vagus in diuersam fluctuet, atque insipientium more turbetur, sed hærens sibi vel ad priora, vel ad posteriora respondeat. Vnde, Immundus spiritus exiit à Iudæis, quando acceperunt legem. Expulsus autem à Iudæis, ambulauit per gentium solitudines. vnde sequitur: *Ambulat per loca arida.* Remi. Loca arida appellat corda gentium ab omni humore salutarium aquarum, hoc est sanctarum scripturarum spiritualium donorum, & ab infusione sancti spiritus aliena. Rab. Vel loca arida sunt corda fidelium, quæ à mollitie fluxæ cogitationis expurgata calidus insidiorum explorat, si quos gressus ibi insingere possit. Sed castas mentes effugiens diabolus in sola sordidiorum gratam sibi potest inuenire quietem. vnde sequitur, *Et non inuenit.* Remi. Putabat autem diabolus se perpetuam quietem posse habere in gentili populo, sed subditur: *Et non inuenit:* quia apparuit Dei filio per mysterium incarnationis suæ, gentilitas credidit. Hiero. Quæ cum domino credidisset, ille non inuento loco in nationibus dixit, *Reuert. in domum, vnde exiit.* Habeo Iudæos quos ante dimiseram. *Et veni. inue. va. scopis mun. & orna.* Vacabat enim templum Iudæorum, & Christum hospitem non habebat, dicentem, Surgite & abeamus hinc. Quia igitur & Dei & angelorum præsidia non habebat, & ornati erant superfluis obseruationibus legis, & traditionibus phariseorum: reuertitur diabolus ad sedem suam pristinam, & septenario numero sibi addito dæmonum habitat pristinam domum, & sicut nouissima illius populi peiora prioribus. Multo enim nunc maiore dæmonum numero possidentur blasphemantes in synagogis suis Christum Iesum, quàm in Ægypto possessi fuerant ante legis notitiam. quia aliud est, venturum non credere, aliud, non suscepisse qui venerat. Septenarium autem numerum adiunctum diabolo vel propter sabbatum intellige, vel propter numerum spiritus sancti: vt quomodo in Esaiâ super florem, qui de radice Iesse descendit, septem spiritus virtutum descendisse narratur: ita è contrario, vitorum numerus in diabolo consecratus sit: Pulchrè ergo septem spiritus assumi dicuntur, vel propter violationem sabbati, vel propter criminalia peccata, quæ contraria sunt septem donis spiritus sancti. Chryso. Vel hic pœnam eorum demonstrat. Dicit enim quod cum dæmoniati liberati fuerint

riant ab infirmitate, si desidiore efficiantur grauiorem attrahunt aduersus se phantasticam: & in vobis fiet. Etenim ante detinebamini à dæmone, quando idola adorabatis, & filios vestros dæmonibus occidebatis: sed tamen non dereliqui vos, sed expulsi dæmonem illum per prophetas, & per meretipsum: rursus veni, amplius expurgate vos volens. Quia igitur non vultis attendere, sed in maiorem excidistis nequitiam: grauius enim est occidere Christum quàm prophetas: propter hoc difficilius patiemini. Quæ enim sub Vespasiano & Tito contigerunt, eis multo grauiora fuerunt his, quæ passi sunt in Ægypto, & in Babylone, & sub Antiocho: nec hoc solum ostendit, sed quoniam ab omni virtute erunt desolati, & dæmonum actibus occupabiles magis quàm antè. Hæc autem nō solum ad illos, sed ad nos etiam dicta esse rationem habet: si illuminari, & à prioribus eruti malis, rursus ab eadem possideamur nequitia. Etenim difficilius iam erit pœna posteriorū peccatorum. Propter quod paralytico Christus dixit, Ecce factus es, noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Raba. Homo enim quilibet ad fidem conuersus est, à quo diabolus per baptismū eicitur: qui eiectus inde loca arida peragratur, id est corda fidelium. Greg. 33. Mora. Loca enim arenaria arque iniqua, sicut corda infortum, quæ per disciplinæ fortitudinem ab omni carnalis concupiscentiæ humore siccantur. Loca verò humida, sunt terrenorum hominum mentes, quas humor carnalis concupiscentiæ, quia replet, fluidas facit: in quibus diabolus iniquitatis suæ vestigia tanto altius imprimi, quanto in eisdem mentibus per transitus illius, quasi in fluxa terra descendit. Raba. Rediens autem ad domum suam, vnde exiuerat, inuenit eam vacantem à bonis actibus per negligentiam, scopis mundatam scilicet à vitis pristinis per baptismum. Ornata simulatis virtutibus per hypocritism. August. de quæst. euang. Vnde per hæc verba signat dominus quosdam ita creditos, vt non possint ferre laborem continentiæ: & ad seculum redituri sunt. Quod dicit, *Assumit secum alios septem,* intelligitur quia cum quos ceciderit de infirmitate, etiam simulatione habebit. Cupiditas enim carnis expulsa per penitentiam, consuetis operibus, cum non inuenierit in quibus delectationibus conquefcat, audius redit, & rursus occupat mentes hominis, si negligentia subsecuta est, vt non introduceretur tanquam habitator mudatæ domui, sermo Dei per sanam doctrinam: & quoniam non solum habebit illa septem vitia, quæ septem virtutibus sunt contraria spiritualibus, sed etiam per hypocritism se ipsas habere virtutes simulabit: propterea assumptis secum septem aliis nequioribus, hoc est ipsa septenaria simulatione redit ipsa concupiscentia, vt sint nouissima hominis illius peiora prioribus. Grego. 7. Mor. Plerumque etiâ fit vt cum ams ex ipso exordio sui profectus extollitur, cum contra se iam quasi de virtutibus erigit, sciens contra se aduersario aditum pandat: tan toque se vehementius in eius contrafectione exhibet, quanto & grauius, quia vel ad modicum fuerat projectus, dolet. *Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius, &c.* Hila. Quia prædicta omnia in paternæ maiestatis virtute loquebantur, nuntiant sibi quod foris à matre, atque fratibus expectaretur, quid responderit euangelista demonstrat, subdens: *Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fra. foris sta. &c.*

August. de con. euang. Hoc sine dubio conuenienter gestū intelligere debemus: præmisit enim cum ad hoc narrandum transiret, *ad huc eo loquen. ad tur.* Quid est autem, *Adhuc* nisi quando illud loquebatur. Nam & Marcus post illud quod de blasphemia spiritus sancti retulerat, dixit, *Et veniunt mater eius & fratres.* Lucas autem non huius rei gestæ ordinem tenuit, sed præoccupauit hoc, & recordatum ante narrauit. Hierony. contra Heluidium, Hinc Heluidij vna propositio sumitur, ex hoc quod fratres domini in euangelio nominantur. Vnde, inquit, fratres domini Dei sunt, qui nō erant fratres? Sed iam nunc sciendum est quatuor modis in scripturis diuini fratres dici: natura, gente, cognatione, & affectu. Natura, vt Esau & Iacob. Gente, vt omnes Iudæi fratres inter se vocantur, vt in Deuteronomio, Non poteris constituere super te hominem alienum, qui non est frater tuus. Porro cognatione fratres vocantur, qui sunt de vna familia, sicut in Genesi, Dixit autem Abraham ad Loth, Non sit rixa inter te & me, quoniam fratres sumus. Affectu etiam fratres dicuntur quod in duo diuiditur: in speciale, & commune: in speciale, quia omnes Christiani fratres dicuntur, vt saluator dicit, *Vade dic fratribus meis.* Porro in commune, quia omnes homines ex vno patre nati, pari inter nos germanitate coniungimur, sicut ibi, Dicitis his qui oderunt vos, fratres nostri vos estis. Interrogo ergo iuxta quem modum fratres domini in euangelio appellentur. Iuxta naturam? sed scriptura non dicit, nec Mariæ eos vocans filios, nec Ioseph. Iuxta gentem? Sed absurdum est vt pauci ex Iudæis vocati sint fratres, cum omnes qui ibi fuerant Iudæi, fratres potuerunt appellari. Iuxta affectum humani iuris & spiritus? verum qui magis erant fratres quàm Apostoli, quos dominus docebat intrinsecus? Aut si quia omnes homines sunt fratres, stultum fuit nuntiare quasi propriam, Ecce fratres tui quærunr te. Restat igitur vt fratres eos intelliget appellatos cognatione, non affectu, non gentis privilegio, non natura. Hiero. super Matth. Quidam verò fratres domini de alia vxore Ioseph filios suscipiantur, sequentes delirantia apocypthorum, & quandam Mechem vel Echem mulierculam con fingentes: nos autem fratres domini, non filios Ioseph, sed cōsobrinos saluatoris sororis Mariæ materteræ domini filios intelligimus: quæ esse dicitur mater Iacobi minoris, & Ioseph, & Iudæ: quos in alio euangelij loco fratres domini legitimus appellatos. fratres autē cōsobrinos dici, omnis scriptura demonstrat. Chryso. Vide autem & fratrum eius clationem. cum enim deceret eos ingredi, & audire cum turba: vel si hoc non vellent, expectare finem sermonis & tunc cum adire: hi extra eum vocant, & coram omnibus hoc faciūt, & superfluum honoris amorem ostendentes, & monstrare volentes quod cum omni potestate Christo aliquid iniungunt: quod & euangelista ostendit, hoc ipsum obscure insinuans, cum dicit, *Adhuc eo loquente:* ac si diceret, Nunquid nō erat tempus aliud? Quid autem & loqui volebant? si pro veritatis dogmatibus, cōmuniter hoc proponere oportebat, vt alios lucrarentur: si autem de aliis sibiipsis pertinentibus, non oportebat ira festinanter vocare. vnde manifestum est, quoniam solum ex vana gloria hoc faciebant. Augu. de natura & gratia. Sed quicquid dicatur de fratribus de sancta virgine Maria propter honorem Christi, nullam profus, cum de peccatis

catas agitur, habere volo quaestione. Inde enim scimus quod ei plus gratiae collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quam concipere & parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum. Sequitur, *Dixit ei quidam, Ecce mater tua & fratres tui foris sunt querentes te.* Hiero. Videtur mihi iste qui nuntiat non fortuito & simpliciter nunciare, sed insidias tendere, utrum spirituali operi carnem & sanguinem praferat. vnde & dominus non quod matrem negaret & fratres, exire contempsit: sed quod responderet insidiantibus. Chr. Neque autem dixit, *Vade, dicei quoniam non est mater mea, sed ad eum qui nuntiauerat extendit sermonem.* Sequitur enim, *At ipse respondens dicenti sibi, ait: Quae est mater mea, & qui sunt fratres mei?* Hila. Non autem fastidiosè de matre sua sentisse existimandus est, cui in passione positus maxima sollicitudinis tribuit affectum. Chry. Quod si negare vellet matrem, tunc utique negasset quando Iudaei exprobrabant ei de matre. Hier. Non ergo iuxta Marcionem & Manichaeum matrem negavit, ut matris de phantasmate putaretur: sed apostolos cognationi praetulit, ut & nos in comparatione dilectionis carni spiritum praeramus: nec maternum refutat obsequium pietatis, cuius praecipuum est, *Honora patrem tuum, & matrem tuam.* Sed paternis se ministeriis vel affectibus amplius, quam maternis debere demonstrat. vnde sequitur. *Et ex. m. in discipulos dicit. Ecce mater mea, & fra. mei.* Gre. in hom. Fideles quidem discipulos fratres nominare dignatus est dominus, dicens: *Re nuntiate fratribus meis.* Qui ergo frater domini fieri ad fidem veniendo potuit, quarendum est quomodo etiam possit esse mater? Sed sciendum nobis est, quia qui Chriti frater vel foror est in credendo, mater efficitur praedicando: quasi enim parit dominum, quem cordi audientis infundit: & mater eius efficitur, si per eius vocem amor domini in proximi mente generatur. Chry. Cum his autem quae dicta sunt, & aliud nos docuit: videlicet in nulla cognatione confidentes virtutem negligere. Si enim matri nihil prodest, mater esse, nisi virtus adesset, quis utique alius de cognatione saluabitur? Vna enim nobilitas sola est, Dei facere voluntatem, & ideo sequitur: *Quicumque enim fecerit, &c.* Multae mulieres beatificauerunt sanctam virginem illam, & eius uterum, & optauerunt tales fieri matres. *Quid est igitur quod prohibeat? Ecce latam vobis constituit viam: & licet non mulieribus solum, sed & viris fieri matrem Dei. Hier. Dicamus autem & aliter: Saluator loquitur ad turbas, intrinsecus erudit nationes: mater eius & fratres, hoc est synagoga & populus Iudaeorum, foris stant. Hila. Cum itaque ingrediendi ad eum haberent ut caeteri potestatem, sed quia in sua venit & sui cum non receperunt, ingressu eius atque aditu abstinent. Grego. in ho. Vnde & mater eius cum qua si non agnoscerit, foris stare perhibetur, quia videlicet synagoga idcirco ab auctore suo non recognoscitur, quia legis obseruationem tenens, spirituales intellectionum perdidit, & se ad custodiam litterae foris fixit. Hiero. Cumque rogauerint, & quaesierint, & nuntium miserint, responsum accipiunt: *liberos esse arbitrii, intrare posse si velint & ipsi credere.**

S. HILARII EPISCOPI

Pictauiensis superioris Euang. expositio.

Signum deinde rogatur ut praestet, quod se ex Iona signo daturum esse respondit: ut sicut tri-duo & totidem nodibus Iona in ceteri ventre detentus sit, ita se intra interiora terrae pari temporis spacio demoraturum. Sed maiorem futuram gentium fidem monstrat. Niniuite enim Iona praedicante poenitentiam egerunt, & à Deo veniam poenitendi confessione meruerunt. Sed & Austri regina nunc in exemplum ecclesiae presumpta, sapientiam admirata Solomoni: ex vltimis terrae partibus venit, audire quam erat admirata sapientiam. Cumulat igitur inuidiam eorparatio, & Iudaeos sine excusatione facit fides gentium: ut cum illi prophetis, id est, Iona Salomonique crediderint, Christo isti non credant, Iona Salomonique potiori. Et idcirco in resurrectione eos iudicabit, quia in his repperit timor Dei fuerit, quibus lex non erat praedicata: hoc magis indigni venia, quia ex lege sunt infideles, quo plus fidei in eis qui legem ignorauerunt sit repperit. *Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, querens requiem, & non inuenit, & reliqua.* Continens lectio est, & ex ipso initio sermonis exordium, & sensu superiore proficisci indicatur. Ex verbi enim coniunctione coepit, sed totius propositae comparationis ratio tractanda est. Exiens ab homine immundus spiritus, arida & inaquosa loca circuit, in quibus nullus fons vitae effluebat. Et cum requiem non inuenit, tum intra se loquitur, congruum sibi esse, ad domum suam vnde exiit reuerti, quam inuenire vacantem, scopis mundatam & ornatam: assumentemque secum septem nequiores se spiritus, qui introeuntis habitabunt, & nouissima hominis illius primis peiora sicut. Et quidem Dominus absoluit, dicens: *Sic erit generatio huic pessima.* Non igitur ambigere possumus, totum hoc ad personam populi huius esse referendum: sed contuendum est quatenus proposita singula in singulis temporibus rebusque reddantur. Superius, nempe in Niniuitarum & reginae Austri nomine iustificata fides gentium est: sed longe antea, post multa in Deum, & gratia peccata, Iudaeis data lex est. Et peccata quidem eorum libro Mosi continentur. Verum post tot diuinae virtutis documenta, id est, decem plagis percutillam Aegyptum, & columnam nubis ac luminis die nocteque famulantem, & in Erythraeo mari iter praebitum, & fontes ruptis saxis effluentes, & ministratam esurientibus mannam, & ad postremum in quadraginta annorum tempore, vita atque habitu angelorum populum viuentem: adoratum supplicatumque postea pseudibus & saxis, hisque cum choris canticisque saltatum, & metalla Deos nuncupata. Ergo insidentem plebis istius peccatoribus spiritum immundum, lex quae postea data est interuentu suo eiecit: & veluti quadam custodia circumiectae potestatis exclusit. Quis illinc exiens, circum gressus desertas atque aridas oberrauit, domum veterem delinquens: ut in his vsque in diem iudicii non inquietata habitatione requiesceret. Sed rursum Dei gratia impertita gentibus, postquam in aqua lauatio fons viuus effluxit, habitandi cum his locus nullus est: & cum iam in his requiem non habebit, intra se repantans, optimum credit

edit regredi in eam ex qua profectus est domum. Haec emundata per legem, & prophetarum ornata praeconiis, & Christi aduentu praeparata, vacua inuenitur: à qua & custodia legis abcesserit (quia omnis lex vsque ad Ioannem est) & ad habitandum non receperit sit Christus. Atque ita & habitatore vacua est, & deserta custodibus: cum tamen venientibus habitatori, praecentium sollicitudine & mundata sit & ornata. Septem igitur spiritus nequiores assumuntur, quia tot erant gratiarum munera destinata cum Christo, quae in eo multiformis illa Dei sapientia, septiformi gloria collocavit: ut tanta iniquitatis feret possessio, quanta futura fuerat gratiarum. Atque ita nouissima hominis illius peiora erunt prioribus: quia ex Iudaeis immundus spiritus metu legis excelsit, nunc autem in eos cum vltione repudiatur: ab eis gratiae reuertitur. Et quia totum illud in paternae maiestatis virtute loqueretur, nunciandi sibi quod foris à matre atque à fratribus expectaretur, manum in discipulos extendens, eos sibi fratres esse matremque respondit: quicumque voluerit paternae obsecutus esse, eum esse & fratrem & fororē & matrem: formam seipsum vniuersis agendi sentiendique constituens: propinquitatum omnium ius atque nomen, iam non conditione nascendi, sed de ecclesiae communione retinendum. Caeterum non fastidioso de matre sua sensisse existimandus est: cum ipsi in passione positus, maxime sollicitudinis tribuerit affectum. Est autem etiam in eo typica ratio seruata, ut mater eius & fratres foris starent, cum utique ingrediendi ad eum haberent ut caeteri potestatem. Sed quia in sua venit, & sui cum non receperunt: in matre eius ac fratribus synagoga & Israelitae praesurgantur, ingressu eius atque aditu abstinentes.

S. HIERONYMI PRESBYTERI IN IDEM EUANG.

Magister volumus, &c. Sic signum postulant, quasi quae viderant, signa non fuerint. Sed in alio euangelista quid petant plenius explicatur. Volumus à te signum videre de caelo. Vel in moerem Heliae signum de sublimi venire cupiebant: vel in similitudinem Samuelis tempore aestiuo contra naturam loci magie tonitrua: coruscare fulgura: imbres ruere: quasi non possint & illa calumniari & dicere ex oculis & variis aëris passionibus accidisse. Nam qui calumniaris ea quae oculis vides, manu tenes, vtilitate sentis: quid facturus es de his quae de caelo venerint? Vtique respondebis & magos in Aegypto multa signa fecisse de caelo. *Ita. 7. & 8. At illi: generatio mala & adultera.* Egrege dixit adultera: quia dimiserat vitum, & iuxta Ezechiellem multis se amatoribus copulauerat. *Signum querit, & signum non dabitur illi nisi signum, &c.* De hoc loco plenius in commentariis Ionae prophetae disputauimus: ad illum ergo locum lectoris diligentiam remittimus. Hoc breuiter nunc dixisse contenti, quod synecdochice totum intelligatur ex parte: non quod omnes tres dies & tres noctes in inferno dominus steterit, sed quod in parte parasceues & dominicae, & tota die sabbati, tres dies & totidem noctes intelligantur. *Viri Niniuitae surgent in iudicio, &c.* Non sententiae potestatem, sed comparationis exemplo. *Et ecce plus quam Iona hic.* Hic, ad

uerbium loci non pronomen intelligas. Iona secundum Lxx. interpretes triduo praedicaui: ego tanto tempore. Ille Aegypti genti incredulus: ego Iudaeis populo Dei. Ille peregrinus: ego civibus. Ille voce locutus est simplici, nihil signorum faciens: ego tanta faciens signa, Beelzebub calumniam sustineo. Plus ergo est Iona hic: id est, in praesentiarum inter vos. *Regina austri surget in iudicio, &c.* Eodem modo condemnabit regina austri populum Iudaeorum: quo condemnabunt viti Niniuitae Israellem incredulum. Ista est autem regina Saba, de qua in Regum volumine & in Paralipomenon legitur: quae per tantas difficultates, gente sua & imperio derelictis, venit in Iudaeam audire sapientiam Salomonis, & ei multa munera derulit. In Niniue autem & in regina Sabba occulta fides nationum praefertur Israeli. *Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida querens requiem, &c.* Quidam istum locum de hereticis dictum putant, quod immundus spiritus qui in eis antea habitauerat, quando gentiles erant: ad confessionem verae fidei eiiciatur: postea vero cum se ad haeresim transfulerint & simulatis virtutibus ornauerint domum suam: tunc aliis septem nequibus spiritibus adiunctis: reuertatur ad eos diabolus & habitat in illis: sicutque nouissima eorum peiora prioribus. Multo quippe peiori conditione sunt heretici quam gentiles: quia in illis spes fidei est: in istis pugna discordia. Cum haec intelligentia plausum quendam & colorem doctrinae praeratur: nescio an habeat veritatem. Ex eo enim quod finita vel parabola vel exemplo sequitur: Sic erit & generationi huic pessima: compellimur non ad haereticos & quoslibet homines, sed ad Iudaeorum populum referre parabolam: ut contextus loci non passim & vagus in diuersum fluctet, atque insipientium more turbetur, sed haerens sibi vel ad priora vel ad posteriora respondeat. Immundus spiritus exiit à Iudaeis, quando acceperunt legem, & ambulauit per loca arida querens sibi requiem. Expulsus videlicet à Iudaeis, ambulauit per gentium solitudines: quae cum postea domino creditissent, ille non inuenit loco in nationibus dixit, *Reuertar in domum meam, &c.* Hoc est, abibo ad Iudaeos quos ante dimiseram. *Et veniens inuenit vacante scopis mundatam, &c.* Vacabat enim templum Iudaeorum, & Christum hospitem non habebat dicentem: *Surgite eamus hinc.* Et in alio loco: *Dimittetur vobis domus vestra deserta.* Quia igitur & Dei & angelorum praesidia non habebant, & ornati erant superfluis obseruationibus legis & traditionibus pharisaeorum: reuertitur diabolus ad sedem suam pristinam: & septenario sibi numero & monum addito, habitat pristinam domum, & sunt illius populi nouissima peiora prioribus. Multo enim nunc maiori daemonum numero possidentur blasphemantes in synagogis suis Christum Iesum: quam in Aegypto possessi fuerat ante legis notitia: quia aliud est venturum non credere: aliud eum non suscepisse qui venerit. Septenarium autem numerum adiunctum diabolo: vel propter numerum spiritus sancti: ut quomodo in Esaia super vitgam de radice Iesse, & strem qui de radice descendit: septem spiritus virtutum descendisse narratur, ita contrario vitiorem numerum in diabolo consecratus sit. *Adhuc eo loquente ad turbas: ecce mater eius & fratres, &c.* Occupatus erat dominus in opere sermonis, in doctrina populorum, in officio

prædicandi: mater & fratres veniunt & foris stant: & ei desiderant loqui: Tunc quidam nunciat saluato-ri quod mater sua & fratres stent foris, que-rentes eum. Videtur mihi iste qui nunciat, nõ for- tuito & simpliciter nunciare, sed insidias tendere saluatori: utrum spirituali operi carnem & sangui- nem præferat. Vnde & dominus, non quod negat matrem & fratres exire contempsit, sed quod responderet insidiarum, extendens manum in disci- pulos, ait: *Ecce mater mea & fratres &c.* Isti sunt mater mea, qui me quotidie in credentium animis ge- nerant. Isti sunt fratres mei, qui faciunt opera pa- tris mei. Non ergo iuxta Marcionem & Manicheum matrem negavit, vt natus de phantasmate putaretur, sed apostolos cognationi prætulit, vt & nos in comparatione dilectionis carni spiritum præfere- mus. Ecce mater tua, & fratres tui foris stant que- rentes te. Quidam fratres domini de alia vxore Ioseph filios suspicantur, sequentes deliramenta apo- cryphorum, & à quadam Escha muliercula con- fingentes. Nos autem sicut in libro quem contra Heluidium scripsimus continetur: fratres domini, non filios Ioseph, sed consobrinos saluatoris Ma- riæ liberos intelligimus materteræ domini, quæ esse dicitur mater Iacobi minoris & Ioseph & Iu- da: quos in alio euangelij loco fratres domini legimus appellatos. Fratres autem consobrinos dici, omnis scriptura demonstrat. Dicamus & aliter: Saluator loquitur ad turbas: intrinsecus erudit nationes. Mater eius & fratres, hoc est, synagoga & populus Iudæorum foris stant, & intrare desi- derant, & sermone eius indigni sunt. Cùmque ro- gaerint & quæserint & nuncium miserint: respõ- sum accipiunt liberi eos esse arbitrij, & intrare posse si velint & ipsi credere: qui tamen intrare non po- terunt, nisi alios rogaerint.

S. IO. CHRYSOTOMI
Episcopi Constantin. in superius
Euang. Hom. 1.

Hom. 44. in
Matth.

Tunc responderunt ei quidam de scribis & pharisæis dicentes, Magister, volumus à te signum videre. Qui respondens ait &c. Poteritne quicquam, non dico impium magis, sed stolidius istis inueniri, qui etiam post tot, tantæque signa, quasi nullum signum esset factum, dicere audent, volumus abs te signum videre? Cuius igitur rei gratia, ita stultè loquuntur? Profecto vt rursus carperent. Nam, quoniam non fe- mel, sed bis, atque sæpius in uerecundorum lingua argumentis compefcuit, opera rursus quaerunt, ac ideo quasi admittans Euangelista scribit: *Tunc re- sponderunt ei quidam scribarum, & pharisæorum signum perentes.* Tunc istud quando significat? Quædo sci- licet flexos iam esse oporteret, quando admirari, atque obstupescere, quando saltem confusi decede- re debebant, tunc in malignitate atque pertina- cia sua pertinaciter perseuerat. Tu uero ipsa etiam uerba considera, quomodo adulatione, ac desirio- ne plena sunt: putarunt enim assentatiuncula ip- sum allicere, qui modò adulantur, modò conui- tiantur, modò demoniacum, modo magistrum appellant. *Quæ* quanquam in ter se opposita repe- riantur, à malo tamen animo, atque mente proced- unt: quapropter valde ipsos carpere uoluit. Ita cum illi asperè, atque contumeliosè interrogant, iucundius, atque humiliter respondet: cum uerò

assententur, & derideant, tunc non mediocri uti- tur acrimonia, omni fe perturbatioe superiorum ostendens. Veluti enim tunc nulla ira concitatur, eodem nunc modo adulationibus non delinitur. Aduerte autem, quia ita conuiciando respondere uidetur, vt non solum conuicietur, sed uestigia il- lorum etiam malignitatis afferrat. Quid enim ait? *Generatio mala, & adultera signum querit.* Tale igitur est, quod dicit. Quid mirum est, si ita perpetim me tractatis, quem nondum cognouistis, cum etiam patrem, quem plurimis, & maximis periculis no- scere deberetis, pariter offendatis, quem crebro derelinquentes demonum cultus secuti estis, ma- los uobis (uelut Ezechiel afflicti carpere solebat) amatores allicientes. Quibus uerbis & se conso- num, atque concordem esse patri ostendit, & eos nihil alienum maioribus suis facere, arcanaque mentis iporum reuellt, quod similes, & ceu inimici mitacula tebantur, propterea & generatio- nem malam nuncupauit, tum quia semper ingrati benefactoribus extiterunt, tum quia susceptis be- neficiis, quod extremae uisiofitatis est, ad maligni- tatem incitantur. Adultera porro generationem appellauit, tam priorem quam præsentem ipsorum deformitatem designans. Vnde rursus patri sep- sum æqualem esse demonstrat. Siquidem pariter qui sibi, quemadmodum qui patri non credunt, adulterij crimine notantur: infert enim; *Nec dabitur ei signum nisi signum Iona prophete.* Resurrectio- nis iam mentionem facit, & à figura Iona: rem ipsam confirmat. Quid igitur inquit? Nonne data sunt tibi signa petenti? Sed non eos indu- ceret, sciebat enim obliuiscos esse: uerum vt alios alliceret, signa faciebat. At ita igitur respondere possumus, aut quia non habebunt signum, quale illud erat, quo vexati, quanta esset uirtus illius cog- nouerunt. Et hic quidem comminationibus oc- culius id tangit, vt quasi dicere uideatur; Mille enim uobis beneficia contuli, & nihil horum uos mihi conciliauit, neque fecit, vt omnipotentiam meam uelitis cognoscere, sed cognoscetis tunc à contrariis, quando urbem uestram prostratam uide- bitis, quando uenia eius deiecta, quando tem- plum subuersum, quando libertate, præcæque ui- uendi disciplina priuati, errantes, ac profugi per uniuersum orbem dispergemini. Hæc igitur omnia, quæ post passionem meam enuenti, in signum uobis maximum sunt. Et certe maximum uideri de- bet, sicuti & est, quod afflictiones eorum nec au- ferentur, nec remittentur, neque, quamuis multi conati sint, nullus tamen poterit ærumnis, atque miseris Iudæorum mederi. Nec hæc expressit, sed futuris temporibus manifestanda reliquit. Nunc autem resurrectionis sermonem, quem futuris ca- lamitatibus cognitiui erant, probat, atque adstruit. *Sicut enim fuit Iona, ait, in ventre ceti tribus diebus &c.* Liquido ne uerba eius illuderent, non dixit, quia resurget: eos autem oculus tetigit, vt præscien- tiam eius non ignorarent, quæ ipsos adeo non fu- git, vt ad Pilatum postea affererent, quia ille sedu- ctor dixit, post tres dies se resurrecturum: quod certe discipuli eius tanquam rudiores non intelle- xerunt. Quocirca Pharisæi, & scribæ sua ipsorum sententia condemnari esse uidentur. Aduerte au- tem quomodo, quamuis occultè, significanter ta- men dixit. Non enim ait, in terra, sed, in corde terre, vt sepulchrum denotet, & suspirationem effugiat. Tribus autem diebus mortuus esse uoluit, vt me-

Exe. 46.

Exe. 46.

Matth. 26.

Matth. 26.

Genes. 18.

Genes. 6.

Genes. 6.

Exe. 7.

Aludat
Tulianus
frat, qui
suspirat
uit.

mo

mo mortem esse ambigeret. Non enim cruce so- lum, & visu omnium, qui tunc aderant, uerum- etiam diuino numero mortem confirmat. Nam est uniuersa & futura tempora resurrectioni testa- tura erant, tamen si tunc non multa morti attestata fuissent, potuissent dubitari, morte autem non credita, resurrectionis etiam mysterium omnino uacillabat. Idcirco signum etiam mortem uocauit: quare, nisi crucifixus fuisset, signum datum non esset. Hac etiam de causa in medium adduxit, vt præteritis signis præsentium ueritas crederetur. Dic mihi, quæso, si dõne sermone putas in ventre ceti Ionaem fuisse? Nec potes id quidem dicere: quare nec Christum in corde terre fuisse negan- dum tibi est. Non enim fieri potest, vt ueritatis si- gna procu à figmento sit, ueritas autem ipsa falsa imagine inuoluatur: idcirco ubiq; & in mysterijs, & in baptisinate, & in cæteris omnibus mortem ipsius annuntiamus. Ideo Paulus magna, & clara uoce clamat dicens: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Vnde apertissi- me patet, diaboli discipulos esse omnes, qui Mar- cionis morbo laborant, quum hæc non credant: quæ ne obliuioni traderentur, mille sacramentis effectum à Christo est, & quæ maxime diabolus: delere obliuione cogatur. Ita & alibi dicit: Solu- te sepiam hoc, & in tribus erigam ipsam diebus. Et erunt dies, quando auferetur ab ipsis sponsus: hic autem; *Non dabitur signum, inquit, nisi signum Iona prophete.* Quia ipsi nihil inde lucrabuntur osten- dens, quod paulo post significauit. Et tamen quan- quam scierit nihil se ipsis profuturum, tanta eius misericordia est, quod pro ipsis mortuus est. Sed, ne putet tales Iudæorum exitus futuros, quales Ninuitarum fuerunt, quorum urbem, quoniam penitentiam egerunt, ab irruentibus Barbaris eri- puit. Ne igitur quis putet penitentiam Iudæos hanc quoque acturos, audias quemadmodum cõtra- riatum designatur. Nam quod nihil fructus ex- tot, tantique beneficiis consequantur, imò etiam econtra, intolerabiles ærumnas patiuntur, simili- tudine dõgonis denotant, ac futurarum afflictio- num causam reddidit, quia merito in ipsos inci- dent, quod antiquissimis etiam fecit temporibus. Sodomorum enim urbs vastaturus, causam Abra- hæ prius exposuit, declarauitque quatenus uirtu- tum contemptus Sodomis esset, ubi in tam ma- gnis, populosisque uribus ne decem quidem uiri moderatè uiuentes poterant reperiri. Ipsi quoque Loth in hospitalitatem ipsorum antea, & amores monstrauit turpissimos, & postea ignem immisit. Pariter etiam in diluio rebus ipsis ad Noè: causam detulisse uidetur, sed Ezechiel etiam, quum apud Babylonios degeret, quæ Hierosolymis mala fiebant, ante oculos perspicienda proposuit. Cum- que Hieremias dicebat; Noli pro ipsis orare, an nõ uides quid isti faciunt à causam profecto dicebat: quod igitur ubique ferè factitauit, id etiã hic con- seruat. Quid enim ait? *Uiri Ninuitæ surgent, & con- demnabunt &c.* Nam cum ille: seruus fuerit, ego do- minus sum: ille à cete exiit, ego à morte resurgã. Subuersionem ille urbi futuram prædicauit, ego regi cælorum euangelia uobis enuncio. Et Ni- nuiarum quidem absque signo aliquo timuerunt, cum uos multa miraculorum signa uideatis, nec quic- quam ante Iona: uerba illi audierunt, cum uos per diuersa genera philospharum & suspirationem effugiat. Præ- terea Iona quasi minister ad Ninuitas accessit, ego

autem ad uos dominus, atque creator deueni, ni- hil intentans, nullas uiuendi rationes exigens, sed peccatorum remissorum estis alumni. Accedit, quod de Iona nemo illis prædixit, cum de me plu- rimi prædixerint, & opera prædicationi consona perfpiciatis. Ionaem etiam ne derideretur fugisse non ignoratis, cum ego & crucis patibulum subi- turus, & omnes illustiones uestras laturus, uero ad- uenerim. Itaque, cum ille nullum pro Ninuitis opprobrium tulerit, ego uel mortis acerbitatem libenter sufferam. Et ille aduenia quidem, atque peregrinus erat, & hominibus illis omnino igno- tus: ego uero uobis coniunctus secundum carnem, ab eisdem sum oriundus progenitoribus. Multa huiusmodi relinquo, quæ ab exemplo Iona, atque Ninuitarum facillè quis potest excogitare. Domi- nus uerò aliud subiunxit dicens; *Quoniam & regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, &c.* Hoc priore maius, atque mirabilius est. Iona enim ipse ad Ninuitas abiit: Regina uerò Austri non expe- ctauit occidendo, vt Salomon illam requireret, sed ipsa & mulier barbara, & tato intervallo locorum remota, studuit ad Salomonem uenire, non minis, aut terrore aliquo impulsa, sed solo sapientiæ amo- re incensa. *Sed ecce plus Salomone hic.* Tunc Salomo- nem regina mulier accessit, nunc ipse rex omnium ad uos aduenio. Et illa ab extremis orbis terrarum partibus accessit: uos in urbibus, atque vicis uestris sedentes omnia me iustrantem uidetis. Et Salo- mon quidem de arboribus, & plantis peritè disse- rebat, vnde non præcipuum utilitatem audiens consequi poterat; ego autem ineffabiles qualdam res, & mirabilia sacramenta uobis annuntio. Cùm igitur oratione ipsos cortipuerit, ac quasi futura- rum afflictionum causam dixerit, ostenderitque ingratitudini, atque pertinaciæ suæ inobedienciam eorũ, non in becillitati dicentis esse attribudam, idque tam aliis multis, quam Ninuitarum, ac re- gina exemplo communiuerit: tunc futuros quo- que labores prænunciat, quamuis occultè, & arni- gmaticè, ita tamen ut non paruam narrationis fer- raris terrorem inferre uideatur. Cum enim ait, *exierit immundus spiritus ab homine, ambulat per loca arida re- quem querens &c.* Hinc dilucidius ostendit, non in futuro seculo solum, uerum etiam hic grauiora, du- rioraque ipsos passuros. Nam, quoniam Ninuitas dicebat resurrecturos in iudicio, & condemnatu- ros generationem hanc: ne prolixitate temporis ad iniuriam deuoluantur, hac in uita fueras sibi afflictiones subtrexit: quas Osee propheta minan- do dicebat, quoniam erant (ueluti mente captus Propheta, homo habens spiritum) uidelicet licenti furiosi, atque bacchantes, falsi prophete, qui ma- lis spiritibus exagitantur. Mente enim captum hic prophetam, falsum prophetam appellauit: quales arioli, & gentium uates fuerunt. Quod significan- ter expressit, dicens, quia peiora prioribus erunt. Aduerte quo pacto uindicte attentiores facit, à præsentibus, à futuris, à comprobatis, atque lau- datis. Ninuitis dico, Austri regina, & Tyri, ac So- domorum ciuibus, qui uehementius offenderunt. Pariter etiam prophete hæc simili doctrina uide- bantur, qui filios Rachabin adducunt, & ipsam, quæ ornatus proprii, atque monilis non obliuiscit- tur, & bouem, qui cognouit possidentem, ac asinum, qui præsepe domini sui non ignorauit. Hac ergo uita prophetarum doctrina progrediens, quum per comparisonem ingratitudinè eorum,

Exe. 3.

Exe. 2. & 3.

Exe. 7.

Exe. 15.

Exe. 14.

quidem dicebam nec etatem, nec sexum, nec erro-
 rum habitatione, nec cetera huiusmodi quicquam
 nobis conferre, si in eis, atque animus probus non
 sit: hodierno vero die maius aliquid, quam hoc sit,
 ab Evangelio discimus. Nam neque, si Christum
 conceperit, & mirabilem illum partum edidisti,
 aliquid magnum tibi aliquid affert, nisi virtutem
 colas. *Adhuc enim ipso loquente, ait, dixit quidam ei,*
quia mater tua, & fratres tui quarunt te: cui Christus
respondet, Quoniam est mater mea, aut qui sunt fratres
mei? Hoc autem dicebat, non quod de matre sua ve-
recundaretur, aut quia natum se negaret ab illa. Non
enim profecto ille veteris eum conceperat, si ab ea
matre nasci noluisse. Verum, ut significanter ex-
primere, nullam etiam esse matrem, quoniam peper-
it, sicuturam vilitatem, nisi, ut decet, vitam peti-
gat. Quamvis & ex facto matris non nihil importu-
nitatis quoque accessit: Considera igitur tam ma-
tris, quam fratrum importunitatem: nam, quum
debuisse intrare, atque cum turba simul audire,
aut saltem expectare foris sermonis finem, ac de-
num accedere, ambitione quadam, ac ostentatio-
ne commoti, foris eum in presentia omnium euo-
carunt, ut viderentur facile, ac inagna eum pote-
state Christo imperare. Hoc enim ipsum occul-
tius significans Evangelista dicit, Adhuc ipso loquen-
te turba: ac si diceret, an non erat alia opportuni-
tas, an non poteratis foris, atque secretius col-
loqui? Quid porro alloqui Christum volebant? Si
enim de dogmatibus veritatis, publice, atque in
medium cunctis audientibus proponere debebat,
ut communiter omnibus fierent vilitatis: in vero
de rebus quibusdam privatis, atque suis, non lice-
bat tanta festinatione vivere. Nam, si ad sepeli-
endum patrem, ne consequentia disciplinæ incin-
deretur, non abire permisit, quanto minus prædi-
cationem absoluisse pro re aliqua privata? Unde
pater inani quadam gloria illos commotos fuisse,
nihil adhuc magni de ipso cogitantes, quod aper-
tius significavit Ioannes, dicens, quia neque fra-
tres eius credebant in eum. Verba quoque ipsorum
recitat, non parum plena dementie, quia magno
studio Hierosolymam ipsum trahebant, non alia
de re, nisi ut à signis illius aliquod choragium glo-
riæ cõsequerentur. Nam tu, qui hæc facis, aiebant,
ostendas te ipsum mundo. Nemo enim talia face-
ret in occulto, sed quæ eret omnibus esse mani-
festus. Ipse autem tunc eos increpavit, carnales eo-
rum accusans cogitationes. Nam, quoniam Iudæi
conuincientes dicebant, Nonne hic est fabri filius,
enius & patrem, & matrem nouimus, & fratres
eius apud nos sunt? Ignobilitati generis detrahen-
tes, propterea ipsum ad ostendenda miracula pro-
uocabant. Christus autem ipsos depellebat, ut ab
hac ægitudine animos ipsorum liberaret. Nam, si
matrem voluisset negare, tunc opportunè profecto
negasset, quando sibi opprobrio mater à Iudæis
dabatur. Nunc autem tantam curam de ipsa face-
re videtur, ut, quum vel in cruce penderet, aman-
 tissimo eam discipulo commendaret; nunc vero
non tantum ei honoris conferre videtur, quoniam
fratrum, qui nudum hominem illum censebant,
inanem ambitionem eitere studebat. Itaque acer-
 bians non ad contumeliam, sed ad emendationem
respondit. Tu vero noli verba tantum pendere,
quæ mediocriter acrimoniam continent, verum
etiam importunitatem, atque audaciam fratrum
confidero. Et ad hæc quanta esset maiestas illius,

*Author, & nonnulli aliq-
 ex antiquis
 vultu parvul-
 vob admodum
 honorifica de
 B. virgine in
 eardem scribitur.
 Que eorum san-
 xentia modo
 vultu, cum
 vultu a oc-
 clesia & oc-
 cidentali, &
 orientali as-
 que, nullum
 actuale pec-
 catum in B.
 Virgine sus-
 ce.*

*Mat. 6.
 Ioan. 6.*

qui increpat, in animo tuo versetur, quia non nu-
 dus homo, sed vnigenitus Dei filius: quem etiam
 ad finem verba illa tendant cogita. Non enim vil-
 lipendendo, sed vt à tyrannica passione ipsos libe-
 ratet, & paulatim ad rectam opinionem traduce-
 ret, persuaserat: quia non solummodo filius erat
 matris suæ, verum etiam dominus, atque curator,
 tunc videbis increpationem illam decetem, atque
 vtilem, admodumque mansuetam. Non enim re-
 spoderat, ab eas, & dic mulieri huic, quia mater mea
 non est: sed ad dicentem directo sermone dicit, *quis*
est mater mea? Præterea illud etiam probat, nec
matrem, nec fratres suos, nec quoscumque alios sua
fratros necessitudine, virtutem negligere oportere.
Nam, si nullam mater etiam, in quantum mater,
vilitatem consequimur, nisi virtutem colat: multo
minus alij necessitudine saluabuntur. Vna enim
sola & vera, & communis nobilitas, atque necessi-
tudo cum Christo est, vt voluntatem Dei facias:
hic propinquitatis modus multo melior illo est,
atque vberior. Quæ omnia probè tenentes, nec de
filiorum gestis gloriemur, nisi virtutes eorum imi-
temur: nec de parentum nobilitate quicquam no-
bis arrogemus, nisi probam eorum vitam sequa-
mur. Potest quippe etiam qui non genuit, pater esse,
& qui genuit, eodem modo non esse. Idcirco ali-
bi, quum mulier quædam dixisset, Beatus venter,
qui te portauit, & vbera, quæ laxasti: non respon-
dit, nullus me portauit venter, nec vlla ipse vbera
laxasti: sed, beati, qui faciunt voluntatem patris mei.
Vides quemadmodum nulli coniuñctione hanc
naturæ hominum negat, sed addit semper illam,
quæ à virtutibus est. Præcurator etiam Ioannes, quum
dicit, Genimina viperarum, ne videamini dicere,
patrem habemus Abraham, noluit ostendere, quia
non essent ex Abraham, sed, quia nihil ipsis pro-
derat esse filios Abraham, nisi etiam virtute illi
coniuñgerentur: quod & Christus denotat, dicens; Si
filij estis Abraham, opera vtique Abraham facietis.
Nec enim carnis coniuñctione ab Abraham eos
separata volebat, sed admonebat, vt nobiliorem
hæc, atque veniorè inuestigare propinquitatem.
Quod & hic diligenter facit, quærens aliquantulum
grauius, atque acrius videatur, quia de matre sermo ha-
betur. Nec dixit, non est mater mea hæc, nec illi fra-
tres mei, quoniam non faciunt voluntatē patris mei,
non enim condemnare fratres suos, sed emendare
voluit, ac ideo mansuetè, vt ipsum decebat, respõ-
dens; Qui facit voluntatem patris mei, inquit, hic frater
foror, & mater est. Quare si isti etiam esse volunt,
hanc viam peragant, in hac perseuerent. Quando
autem mulier illa exclamauit, dicens, Beatus ven-
ter, qui te portauit, non dixit se non habere ma-
trēm, sed inde matrem quoque suam beatitudi-
nem consequentiam asseruit, si patris eius faceret
voluntatem, quam qui diligenter sequuntur, &
fratris, & sororis & matris retinent locum. O mi-
rabilem honorem! O virtutis incredibiles vires!
quo ducitis bene viuentes homines: mulieres san-
dissimam illam virginem beatificauerunt, quo quot
veterum illum admirantur, quo quot optantur ra-
les fuisse matres, & cetera contemnere omnia.
Quid igitur prohibet? Ecce namque rectum, atque
facilem viam nobis proposuit, vt non feminis so-
lum, verum etiam viuis ad hunc ordinem perueni-
re liceat, imò verò etiam, ad maiorem. Multo enim
propinquiores Deo sunt, qui voluntatem eius faci-
unt, quam qui summa carnis necessitudine con-
iungunt

Luc. 11.

Matth. 23.

Ioan. 8.

Ioan. 6.

iunguntur. Non ergo simpliciter propinquitatem
 illam desiderata, verum etiam viam capesse, magnò-
 que studio conice, quæ ad hoc desiderium te per-
 ducat. Hoc, quum dixisset, exiit de domo. Ita & in-
 crepauit, & citò fecit, quod postulabant. Pariter in
 nuptiis quoque factum ab eo videamus. Nam &
 ibi increpauit importunè petentem, non tamen
 contradixit, vt imbecillitati mederetur, & bene-
 uolentiam erga patrem ostenderet: hic verò &
 ægritudinem inanis gloriæ repulit, & matrem, vt
 decebat, quamvis nõ in tẽpore petierit, honorauit.

Ioan. 2.

*Hom. 30. in
 Mat. imperf.*

AVTHORIS DICTI IM-
 perfecti in Matthæum, eiusdem
 Euang. expositio.

In illo tempore, accesserunt ad Iesum scribae & Pharisei,
 dicentes: Magister, volumus à te signum videre. Et reli-
 qua. Curato demoniaco, quidam astatium Iudæo-
 rum blasphemauerunt eum, dicentes: Hic non eicit
 dæmonia, nisi in Beelzebub principe dæmo-
 norum. Alij autem tentantes eum, dixerunt: Ma-
 gister, volumus à te signum videre de celo. Diuersæ qui-
 dem species, peruersitas autem omnium vna. Nam
 sicut opera filij Dei diabolo applicare, blasphemare
 est filium Dei, vel spiritum sanctum: sic signum
 diuinitatis eius petere à filio Dei, iniuriam est face-
 re filio Dei, quoniam nihil est aliud signum diu-
 nitatis eius petere ab eo, nisi non credere verbis
 eius quasi falsa dicentis: de se, nisi signorum osten-
 derit probamenta. Quoniam autem curato dæ-
 moniaco, Iudæi Dei virtutem ad diaboli potetiam
 portexerunt, & non edificati miraculo, sed destru-
 cit inuidia, pro gloria blasphemiam obtulerunt do-
 mino, dicentes: Hic nõ eicit dæmonia, nisi in Beel-
 zebub. Dixit eis dominus: Omne peccatum remit-
 titur, spiritus autem blasphemæ non remittitur.
 Quod audientes quidam Iudæi, non quidem ti-
 mentes, sed timere se fingentes, neque veritatem
 de Christo querentes, sed malitiam suam sub co-
 lore ignorantie abscondere cupientes, interrogau-
 erunt eum: Magister, volumus à te signum videre, id
 est, quia blasphemiam irremediabile peccatum est:
 sed et si blasphemamus ideo blasphemamus, quia
 te filium Dei ignoramus. Ideo opera tua diabolo
 applicamus, quia spiritum sanctum in te esse no-
 scimus. Si ergo tu es filius Dei, ostende nobis si-
 gnum, & adorabimus te, & iam non blasphemabi-
 mus. Vt autem scias, quòd volumus à te discere ve-
 ritatem, ecce etiam magistrum, te appellamus. O
 malitia, quomodo sapere nescit? Dum volunt ma-
 litiam suam abscondere, magis eam manifestant.
 Nam, quum multa signa vidissent, tanquam si nul-
 lum vidissent, ita signum perebat, Verè enim nul-
 lum viderit, quia corporali aspectu viderunt, non
 spirituali affectu. Nam mens sine oculis videt ali-
 quando, oculi autem sine mente nunquam vident.
 Similis est natura infidelitatis terræ arenosæ,
 quæ quamvis pluuiam susceperit, tamè quia nul-
 los in se tenet humores, semper adhuc aret, Talis
 est conditio febrim. Quantumuis biberint febricitantes,
 calore totum consummante quod bibe-
 rint, semper adhuc sitiunt. Sic & maligni homines,
 quicquid boni viderint, aut audierint, infidelitate
 totum consummante quod vident, aut audiunt,
 semper vacui sunt, tanquam qui nihil viderint, aut
 audierint. Ecce si quis exponat tibi res quas non
 vidit, sed quæ sunt, non blasphemabitur, sed
 honorabitur. Quis ergo non blasphemabitur, sed
 honorabitur, si quis exponat tibi res quas non
 vidit, sed quæ sunt, non blasphemabitur, sed
 honorabitur.

libenter audis, si tota die audieris nihil eorum re-
 tines quæ audisti. Aut ambulans in via, si mens
 tua aliquo cogitatu fuerit occupata, quamuis om-
 nes videas transeuntes, tamen neminem vides. Sic
 & Iudæi frequenter signa videntes, adhuc signum
 perebant, quia hoc videbāt, quod videre nolebant.
 Nam sicut semper discere, signum est nihil posse
 proficere: sic signum semper petere, testimonium est
 nunquam velle credere. Iesus autem respondens
 ait illis: Generatio mala, & adultera signum querit. Et
 dicit: O quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis
 Sion. Anima autem hominis fidelis spõsa est Chri-
 sti, quæ autem infidelis est, meretrix est. In Osee
 dicit: Spõsabo te in fide, & cognosces Deum. Item
 filiis in quibus non est fides in illis, ipsi in zelum
 compulerunt me in non Deum, & ego in zelum
 expellam eos, in non gentem. Sicut meretrix vxor
 virum suum se fingit amare, verè autè amat adul-
 terum, & in facie istius quidem est, in corde autem
 alterius. Sic & Iudæi videbantur esse Dei cultores,
 erāt autem diaboli amatores. Ideo malam & adul-
 teram generationem eos appellat. Mala quidem
 erat, propter opera eorum mala, adultera autem,
 quia relicto viro, qui est verus Deus idolis subde-
 bantur. Signum vultis videre. Vbi eratis quando
 dæmones castigati à me non flagello, sed verbo,
 clamabant? Quid nobis & tibi, Iesu Nazarene? ve-
 nisti ante tempus torquere nos. Scimus te, quia es
 filius Dei. Dæmones virtutem meam senserunt, &
 vos quomodo signum operum meorum nõ aspe-
 xistis? Vbi eratis, quando cæci secus viam sedentes,
 clamabant: Iesu filij Dauid, miserere nobis, vt vi-
 deamus? Tu es virga florens de radice Iesse, & flos
 de radice eius ascendens, & super te requiescent
 septem spiritus Dei. Septè spiritus Beelzebub ado-
 rant, & fugiūt à te. Cæci me nõ videntes, viderunt,
 & vos videtis me, nõ vidistis? Percurre si vis, & ce-
 tera mirabilia eius. Et signum nõ dabitur eis, nisi signum
 Ione propheta. Quod est signum Ione? Scandalum cru-
 cis. Vt non discussores rationis saluentur, sed cre-
 ditores doctrinæ. Quia crux Christi discutibus
 quidem rationem, scandalum est, creditibus au-
 tem salus: cuius expositionis testis est Paulus: Nos
 autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis
 quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam:
 ipsis verò vocatis Iudæis atque Græcis, Christum
 Dei virtutem, & sapientiam. Quare Iudæi signa
 petunt, Græci sapientiam querunt? Placuit enim
 Deo signum scandali crucis, tã Iudæis, quàm Græ-
 cis Gentibus prædicari, vt qui non per fidem, sed
 per sapientiam Christum inuenire volunt, incidē-
 tes in scandalum stultitiæ pereant. Et qui per de-
 monstrationem signorum filium Dei cognoscere
 volunt, non per fidem, incidentes in scandalum
 mortis eius, in sua incredulitate permanent. Ni-
 hil mirum, si Iudæi considerantes mortem Chri-
 sti, hominem illum putauerunt, quando & Chri-
 stiani vt sibi videntur, & non sunt, propter eius
 mortem, vnigenitam maiestatem crucifixi timent
 confiteri. Quos interrogamus, vbi est scandalum
 crucis in Christo? Quis nos scandalizat, si putus
 homo mortuus prædicetur? Sic ergo infideles in-
 telligendo pereunt, si Deus fuit, non potuit mori,
 si autem potuit mori, non fuit Deus. Fideles autem
 sic intelligendo saluantur, quia Christum non inci-
 dit in mortem propter infirmitatem naturæ, quasi
 homo, sed ipse traxit in se mortem propter poten-
 tiam, quasi Deus, vt non absorbeatur à morte, sed
 vt ipse

Esai. 1.

Osee. 2.

Matth. 23.

Ench. 18.

Ioan. 2.

1. Cor. 2.

*Cant. nõ vi-
 detur incide-
 re in hæresim
 Seneri, Gna-
 phi, & ce-
 terorum, affir-
 mationem Chri-
 sti passum
 fuisse secun-
 dum diuini-
 tatem.*

vt ipse absorberet mortem. Ergo non Christum mortuum in morte credimus, sed mortem mortuam in Christo, sicut scriptum est, quia destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam. Nam sicut propter mortem homo visus est, sic propter destructionem mortis Deus apparuit. Ergo infideles mortem Christi considerantes, scandalizantur, immortalitatis beneficium perdūt. fideles autem resurrectionem eius intelligentes, damnationem mortis effugiunt. *Sicut fuit Ionas triduo in ventre ceti, sic erit filius hominis in corde terre.* Vt per mysterium similitudinis huius & per Christū Ionas propheta fuisse consideraretur, & per Ionā Christus Dei filius esse demonstraretur. Quid est quod dico? Nisi Christus uenisset in mundum, & ea, quae dicta à prophetis fuerant adimpleset, non erat certum de illis, quia verè prophetae sunt. Nam & illi qui futura dicere estimantur, non statim diuinatores putantur, sed tunc quoad ea, quae dicta sunt, fuerint consummata. Itaque Christus post prophetas quidē natus est, sed antè illos prophetas beneficium praestitit, & postea ille ab illis accepit. Ideo autem Christus illos factus prophetas ostendit, quoniam illi istum in verbis filium Dei ostendūt. Nam in Syrach libro aduentum Christi sic deprecatur. Domine, in nomine tuo prophetae prophetauerunt. Da mercedem seruis tuis, vt prophetae tui fideles inueniantur. Nisi enim iste illos prophetas demonstrasset, Christum credere nō poterant. Quomodo enim potest de alio testimonium dare, priusquam ipse idoneus demonstraretur. *Viri Nininita surgent in iudicio.* Quia illi prophetam receperunt, isti Christum dominum illorum prophetarum repulerunt. Illi neque lege instructi, neque à prophetis, neque ab Apostolis admoniti, ad dominum conuersi sunt, cognoscentes peccatum suum: isti tot praecipis eruditū legis, & prophetarum: à domino recesserunt. Illi qui semper fuerunt populus diaboli, infra dies tres facti sunt populus Dei: isti qui semper videbantur populus Dei: intra dies tres crucifixio Christo facti sunt populus satanae. Et illi quidem personam ignorantēs, & rem incredibilem audientes, & conuersionis suae signa & virtutes querere debuerunt ab eo, quibus & persona idonea praedicantis, & praedicationis indubitabilis veritas monstraretur: sed nihil horum audientes, nihil videntes, sola fide saluati sunt: isti autem tot signa facientem testificantia caelestem naturam viderunt, & non solum à praedicatione eius recesserunt, sed in mortem illius conuersi sunt. Illi cum luctu, & lamentatione nimia poenitentiam agentes peccatorum suorum indulgentiam acceperunt: isti autem nec sine poenitentia oblatam sibi remissionem peccatorum accipere voluerunt, quia sine poenitentia sunt donationes, & vocatio Christi.

Yona 3.

Rom. 11.

3. Reg. 10.

abierunt: illa autem munera multa obtulit, vt audiret eum, isti autem nec praemia regni caelorum accipere voluerunt, vt credant. Quid esset illa factura, si audisset mortuos resurgere, carcos videre? Quomodo eucurrisset, si etiā claudos currere videret? Non dixit illa, cui commendo gubernationem regaliū necessitatum, ne forte dum vado, & redeo tanto spacio, aliqua contra imperium meum aduersa nascantur. Nam paupertas semper secuta est, summa autem potestas sine timore periculi nunquam est. Isti nec hoc cogitauerunt, quia dixerunt: Nescimus quidem vnde sit ille Iesus, tamen facta illius bona sunt, & verba illius iusta. Esti natura eius ex hominibus, tamen praedicatione eius ex Deo est. Esti nō illum timemus quasi filium Dei, saltem diligamus illum vt hominem bonum. Esti non est dignus vt adoretur, tamen non est meritis vt interficiatur. Sicut Ninivites, siue regina Austri exurgentes in iudicio, quomodo condemnabunt generationem Iudaeorū incredulorum? Non ipsi iudicantes eos, sed ex comprobatione sua vincunt eos. Et talia dicentes aduersus eos, qualia diximus supra. Quis fidelior est quam Ionas, sapientior quam Salomon? Nō solum tunc inter homines docebat, sed etiam nunc in ecclesia quotidie docet per sanctos euāgelistas & Apostolos suos. Haec verba non solum tunc ad Iudaeos dixit, sed etiam nūc ad omnes Christianos inobedientes similiter dicit: Quomodo viri Ninivites exurgunt in iudicio cum inobedientibus Christianis, & condemnabunt eos? Quoniam illi poenitentiam egerunt, praedicante Iona, isti à peccatis propius non recedunt, domino illis quotidie praedicante: Agite poenitentiam, appropinquabit regnum caelorum. Regina Austri surget in iudicio cum Christianis istis, & condemnabit eos, quia ab vltimis partibus terrae venit audire sapientiam Salomonis: & isti de domibus suis, vel plateis in quibus sedēt nihil agentes nolunt venire, & audire sapientiam Christi in scripturis. Et quid dico de domibus suis nolunt venire? Multi enim & de ecclesia ipsa, in qua loquitur Christus, exeunt, & solū relinquunt docentem. *Quam autem immundus spiritus exierit ab homine, per ambulat loca arida, quaerens requiem, & non inuenit.* Exit autem spiritus immundus ab homine, quum per fidem baptizatus in nomine Christi desierit esse diaboli, & factus fuerit Dei. Eiectus autem spiritus ille perambulabat homines aridos, qui nondum pluiam Euangelicæ doctrinae susceperunt in se, aut aquam baptismatis accipere meruerūt, & propterea aut sunt gentiles, aut catechumeni, secundum rationem quam diximus aridi. Per eos enim immundi spiritus vagantur, & plurimam dominationem habent in eis. Quamuis enim Gentilis suscepto fidei verbo, liberari tamen ab immundo spiritu non potest, nisi fuerit baptizatus in nomine Christi. Vnde exorcizamus catechumenos, qui sunt baptizandi. Non autem inuenit requiem sibi, quoniam necesse est, vt gentili veniente ad fidem, & catechumeno ad baptismum, quum aridi esse desierint, iam ab ipsis immundus ipse spiritus expellatur. Nec mihi dicas, quia nec omnis catechumenus ad baptismum, aliquando nec ad omnem baptizatum, & liberatum à spiritu immundo reuertitur spiritus immundus, nisi qui vacuus fuerit à spiritu sancto. Nec apud Gēstem catechumenum inuenit requiem sibi, qui ad fidem, vel baptismum venit. *Cogitans ergo spiritus ille, & dicens: Reuertar in domum meam.* Et si inuenit Gentilem catechumenum vacuum à spiritu sancto, sine dubio praenalebit tenenti in eum. Reuertens autem, quoniam inuenit scopis, id est, verbis fidei & veritatibus ab infirmitate & ignorantia mundatum: quum videt eum praecipis euangelicis adornatum, quasi animosior factus assumit secum alios septem spiritus nequiores se, dicens: Septem, aut plures dicit, aut omnes spiritus vitiorum. Sicut enim ex parte Dei, quamuis plures sint spiritus virtutum, tamen septem dicuntur, quia ex illis septem omnes spiritus virtutum procedunt: quos spiritus enumerat Elias, & Salomon signat, dicens: Sapientia aedificauit sibi domum, & subdidit columnas septem. Si ex parte diaboli quamuis multi sint spiritus vitiorum, tamen septem dicuntur, quoniam ex illis principalibus vitiis, vitia vniuersa nascuntur. *Et erunt vniuersa hominum illius peiora prioribus.* De hoc enim ipso, vel ipsarum rerum experimenta nos docent. Quomodo Christianus si malus euaserit, peior sit quam si fuisset Gentilis. Haec parabola melius intelligitur de Iudaeis & gentilibus, ex eo enim quod à finita parabola, vel exemplo, sequitur dicens: *Sic erit generatio huius pessimo, compellitur ad populum Iudaeorum referre parabolam, vt intellectus loci non vagis, aut instabilis in diuerso fluxu, atque contradictionibus aliquorum turbetur, sed firmus, & stabilis, vel ad priora, vel ad posteriora respondeat.* Verè enim immundus spiritus à Iudaeis exiit, quoniam facta est portio domini populus ipsius Iacob, funiculus hereditatis eius Israel, vel quoniam acceperunt legem. Expulsus autem à Iudaeis, ambulauit per aridas Gentes, sed requiem sibi non potuit inuenire in eis, quoniam secundum propositum vocationis Dei erat, vt omnes gentes venirent ad fidem. Non inueniens autem requiem in Gentibus, dixit: *Reuertar in domum meam, vnde exiui.* Habeo Iudaeos, quos ante dimiseram. Et veniens inuenit vacuum, quoniam iam dominus nō erat in eis, sed nec spiritus, secundum quod dictum fuerat de eis: *Ecce relinquor vobis domus vestra deserta.* Videns autem eos diaboli mundatos verbis scientiae Dei ab ignorantia quasi quibusdam spiritualibus scopis, ornatos autē obseruationibus legis, propterea assumens secum septem spiritus nequiores se, secundum quod supra tradidimus, habitauit in eis. Et facta sunt posteriora populi illius peiora prioribus. Nam, si prius erant cultores Dei non erant, tamen nec interfectores erant: & prius quamuis peccabant in eum, tamen populus dicebatur Dei: postea autem, sicut testatur Ioannes, synagoga facti sunt satanae: Accedentes autem, postumus aedificationis gratia etiam ad haereticos transferre sermonem. Immundus enim spiritus, qui in eis antè habitauerat, quando Gentiles erant, eiectus est, quādo facti sunt Christiani, qui perambulans Gentes ceteros, & non inueniens apud eos requiem credentibus, videlicet secundum tempora etiam ex ipsis in Christo, reuertens est in eos, quos possederat antè. Inueniens autem eos vacuos à spiritu sancto, vacuos à timore Dei, & operibus bonis: quoniam spiritus quidem immundus exierat ab eis propter nomen Christi: spiritus autem sanctus non superuenierat eis: propter malum propositum cordis eorum, & opera mala, inueniens eos mundatos scopis, qualibus diximus supra, & ornatos institutionibus Apostolicis, assumpti secum alios

Yona 4.

Matth. 23.

2. Cor. 11.

Ysaia 66.

septem spiritus nequiores, & inhabitauit in eis, & facta sunt nouissima haereticorum peiora prioribus. Haereticos Gentibus esse peiores, dubitat nemo. Primum, quia Gentiles per ignorantiam Christum blasphemant, haeretici autem scientes Christi laesant veritatem. Deinde quia in illis vel spes fidei est, in istis autem incessabilis pugna, & discordia. *Ab hoc loquente, ecce mater, & fratres eius &c.* Videns diabolus quia persuadebat populum Christum, esse se filium Dei, dicens: *Et ecce plus quam Iona hic, & plus quam Salomon hic: tunc enim ne si Dei filius cognoscatur ille qui putabatur homo, ipse derelinquat ab omnibus.* Ad conuincendos sermones eius, subintroduxit patres eius carnales, vt per illorum contemplationem, diuinitatis eius obscuraret naturam. Ideoque venit aliquis quasi diaboli aduocatus, qui humano ore verba diabolica loqueretur, dicens: *Ecce mater tua, & fratres tui foris sunt, volentes loqui tecum:* Ac si dicat, *Quid gloriaris, Iesu, de caelo dicens descēdisse, qui radices habes in terra? Ecce mater tua, & fratres tui.* Non potest esse filius Dei, quem homines genuerunt. Non potes illum abscondere, quem natura conuincit. Tunc Iesus quasi hominē quidem aspiciebat, tamē verè diabolus loquebatur. *Et quia est mater mea, & fratres mei:* Nescio parentes in mundo, qui ante mundi constitutionem mūdum creauit. Nescio principium ex carne, sicut Fotinus existimabat, qui iam in principio eram apud Deum. Nam quod hominem me videtis, vestimentum meum est, nō natura. *Et extendit caute manus suas super Apostolos, & dixit: Ecce mater mea, & fratres mei.* Non spernēs generationem carnalem, neque excubescēs humanam susceptionem tale dedit responsum: sed volens ostendere, praeposenda est cognatio spiritualis carnali. Nam carnalis cognatio, non volentibus nobis, neque scientibus cōtingit. Non enim vnusquisque vestrum conseruetur est cogitare quorum erit filius, aut quorum cognatus. Spiritualem autem cognationem ex proposito vnusquisque per fidem sibi acquirit. Voluntaria enim est obauditiō, per quam quicumque voluerit voluntatem patris facere, efficitur filius Dei, & frater Christi vnde sapienter superindixit: *Quicumque fecerit voluntatem patris mei, ille mater mea, & frater est.* In qua cognatione spirituali nihilominus est haec Maria, quae non per coitum carnis, sed per gratiam fidei credendo facta est mater Christi. Deinde matrem, & fratres Christi, facientes voluntatem Dei intelligimus, non synagogam, quae secundum corpus peperit Christum, ceterosque Iudaeos, sed illam synagogam intelligimus matrem, quae saluata est credens in Christum, non crucifigens eum. Similiter est intelligendum & de fratribus, qui secundum spiritum erant Iudaei, non secundum corpus, qui Christi erant facientes voluntatem.

BEDAE VENERABILIS
presbyteri eiusdem Euang. expositio.

Volumus te signum videre. Lucas dicit quod à caelo signum videre desiderarent, denique tale signum voluerunt habere diuinitatis eius quale factum est sub Helia propheta quando ignis de caelo veniens duos cōsumpsit pentecontarchos. *Qui respondens, &c.* Generationem malam dicit propter transgressionem mādatorum Dei: adulteram, quia derelictō

Sed tamē christi filius vnusquisque erat natura.

bere simulat. Et sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Quia melius erat viam veritatis non cognoscere, quam post agnitam retrosum conuerti. Sic erit & generationi huic pessima. Quibus verbis aperte ostenditur, hæc similitudo specialiter ad Iudæos pertinere. Quod, inquit, specialiter in vno quolibet geri solere narraui, generaliter in generatione Iudæorum fieri nõ desinit. Immundus namque spiritus exiit à Iudæis, quando in monte Sinai legem accipientes dixerunt: Omnia, quæ præcepit dominus Deus noster, faciemus, & obediētes erimus. Ambulauit per loca arida querens requiem, quia expulsus à Iudæis ambulauit per solitudines gentium, quæ arebant æstu vitiorum, & pinguedinem spiritus sancti non habebant, qua inebriari optabat Psalmista dicens: Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. Quæ cum postea dominum credidissent, illo non inuenito in eis loco dixit: Reseruat in domum meam vnde exiui. Hoc est possideo Iudæos, quos antè dimiserat. Et veniens, inuenit mundatam scopis, per circumcisionem vacantem, hoc est, cælesti auxilio desertam, & Christum hospitem non habentem, qui dicit: Relinquetur vobis domus vestra deserta, ornatam superstitiosis traditionibus, & hypocritis pharisæorum. Reuertitur ad eos diabolus, quia tales erant, & addita lepenaria omnium dæmonum plenitudine, inhabitat pristina domum. Et sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Multo enim deteriores sunt nunc Iudæi Christum in Synagogis suis quotidie blasphemantes, quam essent olim in Ægypto idola colentes. Gratius quippe est non suscipere eum, qui venerit, quam non credere venturum. Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres stabant foris, querentes loqui ei. Occupato in officio prædicationis domino, stabant foris mater, & fratres eius, querentes ei loqui. Cui quidam nunciavit: Mater, inquit, tua & fratres stant foris volentes loqui tibi. Non simpliciter iste domino hoc nunciasset putandus est, sed sub dolo volens experiri, vitrum operi diuino affectum carnalium præferret propinquitatem. Vnde prudentissime se matrem nosse dissimulat, vt ostendat se potius cognoscere, & amare eos, qui per cognitionem spiritus propinqui sunt, quam qui per cognitionem carnis. Vnde sequitur: At ille respondens, dicens sibi ait: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Non autem dominus maternæ pietatis respuit officium, qui per legem præcepit dicens: Honora patrem tuum, & matrem, sed Dei patris ministeria maternis præponit affectibus. Hinc alibi dicit: Qui amat patrem, & matrem super me, non est me dignus. Nec contemnit fratres, sed cogitationi carnis opus præferendum docet esse prædicationis. Nemo autem turbetur, cum audit fratres, quia fratres domini in Euangelio vocantur consobitini eius, filij scilicet Mariæ materteræ eius, quæ fertur fuisse mater Iacobi minoris, & Ioseph, & Iudæ, quos in alio Euangelio fratres domini legitimus appellatos. Mystice vero mater domini synagoga intelligitur de carne cuius editus est fratres autem, est populus Iudæorum. Saluator igitur intus posito, mater eius, & fratres eius stant foris, quia dum Iudæi in Christum credere nolent, dum ad eum, qui ad illorum salutem missus fuerat, intrare per fidem negligēt, turba gentium præoccupans ingressa est, & nunc domini sermonibus fruitur, & doctrina illis foris stantibus, & circa terrenam legis intelligentiam, & lite-

ræ custodiam diuersantibus, quique quantum in ipsis est, magis Christum ad docenda carnalia foris cogunt exire, quam ipsi ad docenda spiritalia volunt intrare. Et extendens manus in discipulos suos dixit: Ecce mater mea & fratres mei. Matrem, & fratres dicit Apostolos, impletores paternæ voluntatis, qui à Deo patre illum missum credebant, paratissimoque animo intendebat. Nec negauit matrem, de qua carnem assumpserat, sicut insaniunt Marcionista, & Manichæi, qui eam dicunt nõ habuisse verum corpus sed præstificum, sed spiritalem propinquitatem carnis prætulit consanguinitati, vt & nos doceret in causâ Dei nullum de affectione carnis cognoscere. Vnde adhuc sequitur: Qui- cunque fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. Quod dominus eum, qui voluntatem patris sui fecerit, fratrem, & sororem vocat, propter vtinque verum qui ad fidem colligitur, non est mitrum. Valde autem mirum, & quæ sit dignum est, quomodo etiam mater domini dici possit. Nam & discipulos fratres dignatus est appellare post resurrectionem, ita inquitens iste nunciate fratribus meis. Quæ ergo frater est in eo credendo, & patris voluntatem implendo, quomodo etiam mater fieri possit inuestigandum est. Sed sciendum, quia sicut quis frater domini efficitur in eum credendo, ita etiam mater prædicando. Quasi enim mater Christi quis efficitur, cum per eius prædicationem amor domini in proximi mente generatur. Magna dignatio, ineffabilis bonitas, inenarrabilis misericordia, hominem, qui seruus vocari dignus non fuerat, fratrem domini appellari. Quam quia ex æquo perpendere non valeamus, saltem dignè venerari satagamus: omnique industria laboremus, ne aliqua vitiorum scditate degeneres, & tanto nomine iudicemur indigni: defendamus non nobis moribus id, quod nomine vocamur, ne non intelligentes honorem diuinæ filiationis, comparemur iumentis insipientibus, & similes illis simus. Et vt ea, quæ loquimur, obtinere mereamur, illius semper adiutorium nobis adesse poscimus, qui cum esset vnicus filius Dei, propter nos dignatus esse filius hominis Iesus Christus dominus noster, qui cum patre, & spiritu sancto viuere, & regnat in secula seculorum, Amen.

CHRISTIANI DRVTH- mari eiusdem Euang. expositio.

Tunc responderunt ei quidam de scribis & pharisæis dicentes. Magister volumus à te signum videre. Alius euangelista apertius dicit, qualia signa postulerent: videlicet vel in morem Helicæ ignem de sublimi venire cupiebant, vt aliquos incenderet: sicut fecit Helias, quando duos quinquagenarios cum quinquagenis suis iniuriis occidit: vel in morem Samuelis contra morem provincie tempore æstiuo tonare & fulgurare. Apud nos enim ideo tonat æstus, quia in occidente sumus, & alleuiatæ sunt nubes, propterea possunt currere. Apud orientales autè in hiberno tonat: quia in æstate ita puræ sunt nubes, vnde non habeat, vnde pluat: quia sol qui super eos est, nõ permittit nubes tantum imbrem colligere, vnde tonitruum possint facere. Non est enim verum quod homines credunt, quod nullus sciat, quod sit tonitruum: sed illud vnde Ioannes dicit,

dicit, quod spiritus sanctus in cordibus credentium: quia sicut per istud tonitruum conuertuntur mortales, ita per illud terrentur mentes mortalium: & decidunt à cogitationibus & operibus suis. Nam illud, quod sonat in nubibus, nubes faciunt illud cum habuerint aquam, & aliqui nõ habuerint: ille quæ habuerint, currunt: & tunc sonat sicut auditus, & excitant ipsum ignem, quem videmus, quia omnis collisio ignem creat, vt videmus in collisione ferri cum alio ferro: vel petra cum alia petra. Quomodo enim potest esse de isto tonitruo, quod Ioannes dicit: locuta sunt septem tonitrua voce sua. Et iterum. De throno procedunt fulgura & tonitrua. Sed de tonitruo spiritus sancti, qui septiformiter sit: inde Ioannes non de alio: quia illud est inenarrabile, quomodo, & quibus modis corda mortalium conuertat. Generatio mala & adultera signum querit. Mala generatio dicitur non condicione, sed opere. Adultera ideo: quia frequenter Deum reliquit, & idola adorauit, vt per Ezechielem dominus ei improperat, vel etiam tunc eum alias creaturas plus amabat. Nam dicit beatus Augustinus assumens auctoritatem ex illo loco Apostoli. & auaritia, quæ est idolorum seruitus: quod est omnis homo, qui relinquit iustitiam Dei propter aurum, aut pro alio creatura, tunc fornicatur anima eius à Deo, & quasi adorat tunc ipsum aurum, & veneratur pro quo mandatum Dei derelinquit. Et signum non dabitur ei nisi signum Iona prophete. Recordamini historiam Ione, quod quado missus est ad Niniuas prædicandum voluerit effugere Dei præceptum, & postea sicut scitis forte deprehensus, quod mare illi quæreret, in ipsum proiectus ceto absorptus triduo ibi iacuit. Simili modo dicit dominus de Iudæis signum daturum. Iona signaturum domini prætulit. sicut ipse est ad conuertendos Niniuas missus, qui de gentibus erant: sic dominus Iesus in hunc mundum ad prædicandum gentes missus. Mare significat istud seculum, & illud turbatum est propter Ionam, ita & istud turbatum est propter prædicationem ipsius: quia ipse dicit Non veni pacem mittere, sed gladium separationis. Cetus significat terram, siue infernum: quia terra habuit corpus, infernus animam. Quod verò tres dies ponuntur, cum non per omnia toti tres fuerint, per Synecdochem à toto pars intelligitur: quia ipse hora vndecima sexta feria in sepulchro collocatur, viginti septem horis ibi iacuit. Et sicut Iona nolens ante absorbtionem ire ad gentes: similiter dicit ad apostolos: in viam gentium ne abieritis, sed post resurrectionem præcepit eis eis dicens: euntes docete omnes gentes. Viri Niniuas surgent in iudicio cum generatione ista: & condemnabunt eam. Non potestate, sed comparatione: quia nullis visis signis ab Iona: nec multo tempore prædicatum est, nisi per tres dies: & illi peregrino crediderunt gentes. Nunc excelsior cunctis ego cõmendatus ab Ioanne, & qui multas virtutes in vobis feci, & non solum non auditis, sed Beelzebub vocatus. Et ecce plusquam Iona hic. Quia creator ego Iona. Hic isto loco aduerbium est loci: non pronomen. Iona columba vel dolens interpretatur: dominumque figurauit. Ninive ciuitas, quam edificauit Assur filius Sem, & decorauit eam primus rex Assyriorum: & vocauit eam Ninive ex nomine suo, id est speciosam: fuitque sedes Assyriorum semper. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam. Regina austri non audiuit de Salomone,

quod virtutes faceret, mortuos suscitaret aut regnum cælorum prædicaret, litteras sine doctore sciret: & tamen venit de oriente audire Salomonem. Idcirco condemnata erit ista generatio plusquam illa: quia habes illum secum, qui sapientiam dedit, noluit illum audire. Spiritually Salomon significat dominum Christum: quia Salomon pacificus dicitur. Et ista regina significat ecclesiam de gentibus ad veram pacificam nostram conuertendam. Ecce plusquam Salomon hic: quia ille loquebatur de quo Salomon dixerat. Dominus possedit me initio viarum suarum, antequam quicquam faceret à principio. Cum immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca arida. Et de homine liberato à dæmonio potest intelligi: quia si se non custodiret à malis operibus, iterum traderetur, cui fuerat traditus. & de Iudæis, qui se peruersè domino contradicebant, qui peiores futuri erant post contemptam legem litteræ, & prædicatione domini, quam ante acceptam legem fuissent. Cum enim legem acceperunt exiit ab eis diabolus, & ambulauit ad gentes: sed modo habet dimissas gentes, & est reuersus ad Iudæos. Per scopos vnde domus mundatur, doctrina Iudæorum intelligitur vacans: quia Deum non habebat, qui dixit. Transeamus ex his sedibus. vt Iosephus refert, per septem spiritus, septem vicia principalia. Adhuc eo loquente, ecce mater eius & fratres eius. Fratres eius non sancti Mariæ, sed nepotes vel alij consobitini, qui in scriptura sancta fratres appellantur, vt Loth dicitur esse frater Abraham, cum esset nepos eius. Ille, qui ei hoc nuntiavit tentando faciebat, vt videret si terrenis cælestia præponeret, & desereret prædicationem propter carnalem cognationem. Sed ipse ostendit: quia melior est spiritalis fraternitas, quam carnalis. Si verò vtræque simul sunt, duplex bonum est: sicut erat in sancta Maria: quia mater efficitur quis, cum aliquis per verbum eius in Christo renascitur: sicut Paulus dicit, per euangelium ego vos genui.

THEOPHYL. EPISCOPI

Bulgar. superioris Euang. expositio.

Tunc responderunt quidam ex scribis & pharisæis dicentes, Magister, &c. Admirans Euangelista apposuit, tunc. Quum enim obedire illos oporteret propter signa præcedentia, tunc signum petiit. De celo autem voluit signum videre, sicut alius Euangelista dicit. putabant enim, quod signa super terram potestate diaboli faceret, mundi enim rector est diabolus. Quid igitur ad hæc saluator? Respondens dixit illis, Generatio praua & adultera signum querit, &c. Pravam generationem vocat eos, quia dolose semper tentabant, adulteram autem, quia desciscabant à Deo, & adherabant dæmonibus. Signum autem dicit resurrectionem suam, vt admirabilem. Postquam enim in cor terræ, in infernum locum infernum descendit, resurrexit. Tres autem dies, & tres noctes à parte intelligas, & non integras. Mortuus enim est in parasceue, quæ ipsa vna dies est, & mortuus fuit sabbato; nox autem dominicæ ipsum adhuc motum apprehendit. Tres igitur dies, & tres noctes à parte numerantur, quia & sic sæpe numerare consueuimus. Viri Niniuas surgent in iudicio cum generatione hac, &c. Postquam, inquit, Iona exiit à ceto, & prædicauit, crediderunt in me autem, etiam quum surrexero, non credetis. Vnde Bibl. Rom. tom. 2. 1 2 & con

ferro condemnabimini à Niniuitis, qui crediderunt
 meo meo abique miraculis, quamvis barbari fue-
 rint: Vos autem affueti prophetis, visis signis, non
 creditis mihi domino: quod significat dicens; *Et
 ecce plus Iona, hoc loco. Regina Austri excitabitur in iudi-
 cio cum generatione hac, &c.* Regina, inquit, à longe
 venit, quamvis esset mulier inhuma, vt de arbori-
 bus, & lignis, & naturalibus quibusdam audiret:
 vos autem me, quum ad vos venerim, & arcana di-
 xerim, non suscepistis. *Quum autem immundus spiri-
 tus exierit ab homine, &c.* Ostendit illos vsque in ex-
 tremam perditionem venisse, quòd ipsum non sa-
 sceperint. Et sicut à demoniis liberati, si ignaui fue-
 rint, deterius habent: ita & vestra generatio à dæ-
 monio tenebatur, quum idola adoraret, sed per
 prophetas eiecitur est ille dæmon. Veni autem &
 ego, mundate vos magis volens: sed, quia repulstis
 me, & interire vultis, vt grauius peccantes, gra-
 uis etiam puniemiini: & extrema captiuitas ves-
 tra grauior erit, quàm prima. Tu autem intellige
 & hoc, quod per baptismum eicitur spiritus, &
 vadit ad loca inaquosa, & animas non baptizatas,
 sed in illis non inuenit requiem. Requies autem
 est dæmonij baptizatos turbare per mala opera,
 quoniam non baptizatos iam habet: conuertitur
 igitur ad baptizatum cum septem spiritibus. Sicut
 enim septem sunt dona spiritus, ita è diuerso sep-
 tem sunt malitiae spiritus. Quum autem ingres-
 sus fuerit in baptizatum, deterius sit calamitas. Prius
 enim spes erat per baptismum esse purgatum:
 postea autem non est spes secundi baptismi, nisi per
 poenitentiam, quæ valde laboriosa est. *Adhuc autem
 loquente illo ad turbas, &c.* Humanum quid volebat
 ostendere mater, quòd, vt in filium potestatem ha-
 beat: nihil enim magnum adhuc de eo intellige-
 bat: propter hoc, ipso adhuc loquente, volebat ad
 se illum attachere, quasi ambitiosa, tanto sibi fi-
 lio subdito. Quid igitur? Christus, quoniam inten-
 tionem eius sciebat, audi quid dicat, *Quæ est mater
 mea, aut qui sunt fratres mei, &c.* Non iniuria afficietis
 matrem, hæc dixit, sed corrigens mëtem eius glo-
 riam auidam, & humanam. Non enim dixit: Non est
 mater mea: sed, si non fecerit voluntatem Dei, ni-
 hil ei proderit, quod me genuit. Non enim negat
 naturalem cognationem, sed apponit etiam, quæ
 est per virtutem. Nullus enim indignus, à cogna-
 tione vitilitatem capit. Igitur, correcto vanæ gloriæ
 morbo, iterum obedit matri vocanti.

INCERTI CUIVS DAM
*sub nomine Eusebii Emissemi eius-
 dem Euangelij expositio.*

Quanta est superbia scribarum, & pharisæorum,
 tanta est stultitia, & infidelitas eorum. Non
 rogant, non postulant, sed inflato stomacho, &
 erecta ceruice dicunt, *Volumus à te signum videre.*
 Signa videre volunt, credere autem nolunt. Sed
 quare signa querunt, qui iam tot signa viderunt?
 Nunquid enim signa non sunt, quòd mortui resur-
 gunt? quòd cæci illuminantur, leprosi munda-
 ntur, paralytici curantur, & dæmones eiciuntur?
 Omnia enim hæc, signa sunt: Vnde & puerum
 Centurionis sanaturus dominus, ait, *Nisi
 signa, & prodigia videritis, non credetis. Qui
 respondens ait illis, Generatio mala, & adultera
 signum querit, & signum non dabitur ei, nisi signum to-*

na propheta. Dum enim signa pharisæi videre vo-
 lunt, audiunt non immerito, quod audire nolunt.
*Generatio mala & adultera, quæ toties cum idolis
 fornicata, & deos Gentium est sequuta, signum que-
 rit, Iudæi enim signa petunt, & Græci sapientiam
 querunt: & signum non dabitur eis nisi signum
 Ionæ prophete. Magnum est enim signum Ionæ
 prophete, in quo Christi mors, sepultura, & resur-
 rectio, in quo Iudæorum perditio, & salus gentium
 significatur. Sicut enim fuit Iona in ventre ceti tribus
 diebus, & tribus noctibus, ita erit filius hominis tribus
 diebus, & tribus noctibus in corde terre. Quid est autem, in
 corde terra, nisi in affectu, & desiderio Iudæorum?
 Et tale est, ac si diceret, Magnum sit vobis hoc &
 mirabile signum, quòd tribus diebus, & tribus noc-
 tibus ita me vestra potestas subiciam, vt in me
 faciatis quicquid facere desideratis. Terra autem
 dicuntur Iudæi, quia cælestium obliiti, sola terrena
 & transitoria querunt. Hæc autem est illa terra spi-
 nosa & petrosa, in qua verbi Dei semen crescere &
 fructificare non potest. Multoties enim Iudæi vo-
 luerunt capere & tenere Iesum, & non potuerunt.
 Sed quid mirum? Nunquam enim si voluissent, in
 eum potestatem habuissent. Vnde & Pilato ait: Nō
 haberes in me potestatem, nisi fuisset tibi datum
 desuper: tamenque, Hæc est hora vestra, & potestas
 tenebratum. Tribus igitur diebus & tribus nocti-
 bus fuit dominus in corde terre, id est, in voluntate
 & potestate Iudæorum: quia & illa nocte in qua
 captus est, & tota nocte illius diei in qua crucifi-
 xus est, & tota nocte sabbathi, in eorum potestate
 fuit. Similiter autem & tota die in qua passus est,
 & tota die sabbathi, & principio diei dominicæ, in
 illorum fuit potestate: quia & viuum crucifixum,
 & mortuum sepelierunt, & sepulchrum in custodia
 habuerunt. Vltimissimum etenim est, non solum
 in scripturis, verum etiam in vulgata loquutione
 partem pro toto ponere. Sic enim à longe prospici-
 entes, dicere solemus, Video hominem: cum non
 totum hominem, sed aliquam eius videamus par-
 tem. Similiter autem dicimus, ille homo bene vi-
 det, bene audit, & bene loquitur: quum soli oculi
 videant, aures audiant, & sola lingua loquatur. Si-
 militer autem dicimus, ille homo vulneratus est,
 cuius solus pes, vel sola manus vulnerata sit. Fuit
 dominus in corde terre tribus diebus, & tribus
 noctibus, quauis non integris tribus diebus &
 tribus noctibus. Hæc autem sententia omnibus
 aliis planior mihi, & verior esse videtur. Sequitur:
*Viri Niniuita surgent in iudicio cum generatione ista, &
 condemnabunt eam: quia poenitentiam egerunt in prædi-
 catione Ionæ, & ecce plus quam Iona hic.* Bene quidem
 dicit, cum generatione ista: quia (sicut Apostolus
 ait) omnes quidem resurgemus, sed nō omnes im-
 mutabimur. Omnes enim, siue boni, siue mali,
 astabimus ante tribunal Christi. Condemnabunt
 autem Niniuitæ Iudæos: quia eorum ex cæpto dam-
 nabuntur, quoniam non egerunt poenitentiam in
 prædicatione Christi, sicut illi in prædicatione Ionæ,
 qui non solum minor, verum etiam feruus est
 Christi. *Similiter autem & regina Austri surgit in iudi-
 cio cum generatione ista, & condemnabit eam: qui venit à
 finibus terre audire sapientiam Salomonis, & ecce plus
 quam Salomon hic.* Regina Austri Ecclesiam gentium
 significat, quæ ex omnibus mundi partibus Chri-
 sti fidem & sapientiã audire & recipere venit. *Cum
 immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca
 arida, querens requiem, & non inuenit.* Hanc autem fi-
 multitu*

militudinem ideo dominus dedit, vt Iudæorum
 generationem malam, & adulteram propter duri-
 tiam suam & cor impenitens, non solum à Nini-
 nitis, verum etiam ab aliis gentibus merito dam-
 nandam, & iudicandam esse ostenderet: quoniam
 hæc impia natio poenitere nescit, sed quotidie se-
 ipsa deterior fit, cuius nouissima peiora prioribus
 fiunt. Hoc enim ipsi significabant, quum de Salua-
 tore nostro dicerent, *Sanguis eius super nos, & su-
 per filios nostros.* Sicut igitur generationi huic
 pessima, sicut illi homini qui ab immundo spiritu
 possidetur. *Cum immundus spiritus exierit ab homine,
 ambulat per loca arida, querens requiem, & non inuenit.*
 Facile enim malignus spiritus & intrat in homi-
 nem, & exit ab homine. Quoties enim homo &
 cogitatione, vel loquutione, vel operatione nefan-
 dum aliquid agit, diabolus adest. Si verò ex corde
 poenitere incipiat, diabolus exit. Exiit autem am-
 bulat per loca arida, & inaquosa, eos videlicet ten-
 tando, in quibus malitia, & voluptatis humorem
 non inuenit, quoniam fluxa, & humida querit.
 Vnde & de eo dicitur, *Sub umbra dormit, in secre-
 to calami, in locis humilibus: quibus loca genita-
 lia significantur.* Tunc dicit, *Reuertar in domum meam,
 vnde exiui.* Quia enim in bonis requiem habere nō
 potest, ad malos redit. Tentate nanque bonos dia-
 bolus potest, requiem autem in eis habere nō po-
 test: quoniam nunc eorum orationibus, nunc eorum
 fleibus, nunc eorum elemosynis, aliisque si-
 milibus sollicitatur, mouetur, & pellitur. *Veniens
 autem in domum suam, inuenit eam vacantem.* Vacan-
 tem quidem, quia non inuenit ibi charitatem, nec
 fidem rectam, nec humilitatem, nec pacem, nec
 iustitiam, nec misericordiam, nec cætera, quibus
 sanctorum animæ mununtur. Qualem igitur eam
 inuenit? *Scopia mundatam, & ornata.* Talem eam
 inuenit, qualem inuenire desiderat. Inuenit eam
 malis scopis mundatam, & malis ornamentis or-
 natam. Mala scopæ, quæ virtutes pellunt, & vitia
 relinquunt. Mala scopæ, quæ pauimenta dissipant,
 & puluerem non eiciunt. Luxuria verò, fornicatio,
 voluptas, superbia, auaritia, discordia, omni-
 que immunditia, ornamenta diaboli sunt. His au-
 tem ornamentis inuenit eam ornata. *Tunc igitur
 vadit, & assumit septem alios spiritus nequiores se, & in-
 gressi habitant ibi.* Non sufficit ei, vt solus talem do-
 mum possideat, socios querit: spatiosus est locus,
 multis indiget habitatoribus. Sed qui sunt isti sep-
 tem spiritus? quare nequiores? Quia enim sunt
 septem gratiæ spiritus sancti, quibus omnis anima
 ad fidem conuertitur, & conuersa descenditur, ideo
 iniquus iste septem spiritus illis contrarios assump-
 sit, quibus aduersum eas domum suam tueatur:
 opponens videlicet spiritum stultitiæ cōtra spiritum
 sapientiæ: & contra spiritum intellectus, spiritum ver-
 tiginis, & insanie: contra spiritum cōsiliij, spiritum te-
 meritatis: cōtra spiritum fortitudinis, spiritum in-
 constantiæ, & timoris: contra spiritum pietatis spiri-
 tum impietatis: cōtra spiritum timoris domini spiri-
 tum contēptus, & odij. Infelix illa anima, in qua isti
 spiritus regnant, & cui isti spiritus dominantur.
 Isti enim quodammodo nequiores illo sunt, qui
 eos conduxit: quoniam isti in hac vita animam
 corruptam, ille verò post hanc vitam animam
 cruciat: ille tentat, isti occidunt: ille ianuam aperit,
 isti intromissi eum & perdunt, & dissipant. Ille ho-
 minem tentare, & vexare potest, animam verò nisi
 per istos occidere non potest. Sic isti sunt nequiores

illo, quia plus nocent isti quàm ille. Ille enim
 consiliando, & tentando est nequior, isti agendo,
 & corrumpeudo sunt nequiores. Illi Apostolus
 hominem tradidit in interitum carnis: de istis verò
 dicit, *Non regnet peccatum in vestra mortali car-
 ne.* Non est igitur mirum, si fuerint nouissima homi-
 nis illius peiora prioribus: quū prius vno, postea
 septem prematur dæmonibus. *Adhuc eo loquente ad
 turbas, ecce mater eius, & fratres stabant foris, querentes
 loqui ei.* Fratres enim eius, beatae Mariæ nepotes di-
 cit, Iacobum scilicet, & Ioseph, Iudæ, & Simonem.
 Mos est enim diuina scriptura, quoscunque propin-
 quos fratres vocare. Dicit autem ei quidam. *Ecce
 mater tua & fratres tui foris stant, &c.* Cum extra-
 neis loquitur Iesus, mater eius & fratres foris stant.
 Ibi cum eo in domo sedent, illi eum foris expectant.
 Non vacat hoc à mysterio, alicuius rei signifi-
 catio est. Vsq; hodie nanque videmus Iesum cum
 extraneis loqui. Cum extraneis enim loquitur
 Iesus, quando gentium populo hoc euangeli-
 um legitur. Mater eius Synagoga, & fratres eius
 Iudæi, foris stant. Foris quidem, quia in Ecclesia
 non sunt. Expectant eum tamen, & cum eo loqui
 desiderant. Vt enim Apostolus ait, *Zelum Dei habent,
 sed non secundum scientiam.* Veruntamen non loquentur
 cum eo, neque videbunt eum, nisi prius domum intrauerint, & in Ecclesia baptiza-
 ti fuerint. Nullus autem sibi dominus alium dicit
 esse propinquum, nisi eos qui patris eius voluntate
 faciunt. Eos autem & matrem, & fratres vocat:
 quoniam quasi matrem, & fratres eos dignit.
 Et his quidem verbis apertissimè mōstratur, quòd
 carnali amori spiritualis amor præferri debet. Eo
 enim amore & matrem, & fratres omnēque propin-
 quos nostros diligere debemus, quo matrem
 & fratres suos Christus dilexit. Diligebat enim
 eos, non quia magia secundum carnem propinqui
 erant, sed quia patris eius voluntatē magis facie-
 bant. Illi igitur est Christo propinquior, q̄ melior.

EVTHYMII ZIGABONI
superioris Euang. expositio.

Tunc responderunt quidam Scribarum ac Pharisæo-
 rum dicentes, &c. Quum admittari, ac succum-
 bere oporteret, tunc rursus impudenter loquuntur:
 & quem paulo ante adulatorie magistrum vocant:
 & post tot miracula, signum videre querunt:
 non, vt credant, sed, vt eum opprimat. Quum enim
 non possent ei contradicere, dum facile illos con-
 vinceret: ad opera transseunt. Lucas autem dicit,
 quòd alij tentantes signum de celo querebant ab
 eo. Suspicabant siquidem, quòd signa in terra, pre-
 stigijs fallendo, ederet: signum verò de celo ne-
 quaquam facere posset, quum à Deo non esset. E-
 enim alibi quoque dicebant; *Hic homo non est à
 Deo. At ille respondens dixit eis: Generatio praua, &c.*
 Quum illi contumeliosi essent, patienter eos fere-
 bat: dum autem adularentur, asperè respondit, vt-
 pote qui neque animi vehementia vinceretur, ne-
 que adulatione mollesceret: hos verò à progenito-
 rum carpit prauitate, tanquam dignam illis sobo-
 lem. Prauam quoque dixit hanc progeniem quasi
 iam olim incredulam, ac tentantem. Ait enim Da-
 uid; *Et non crediderunt in mirabilibus eius. Ac
 rursus; Et tentauerunt, & exacerbauerunt Deum
 excelsum.* Adulteram verò propter progenitorum
 Bibl. Hom. tom. 2. i 3 à Deo

*caute lege, vi-
 detur B. vi-
 gini inuac-
 riae derogare,
 que tamen
 iuxta defini-
 tionem cõtil.
 Trident. est
 immuni ab
 omni peccato
 actuali.*

*Luc. 11.
 Ioan. 9.*

Psal. 77. 501.

Egressus inde Iesus. Relictis calumnia tonibus intra fines Tyri & Sidonis, vt filiam liberaret, & per fidem gentilis fœminæ perfidiam scribarum argueret. Relictis calūniatoribus significat, quod post resurrectionem relicturus esset perfidiam Iudæorum, per prædicationem iturus ad gentes. Et
 stat. 7. e ecce mulier. Idem Marcus dicit, nisi quoddam ait: Iesum fuisse in domo cum mulier venit. Mattheus per ista verba: Dimitte eam, quia post nos: innuit quoddam post ambulatorem Iesum preces emisit. Venit ergo mulier in domum vbi erat Iesus, sed quia Mattheus ait: Non respondit ei verbum, dedit intelligere, quia ambo tacerunt, & in silētio egressus esse Iesum, & ita cætera contextuntur quæ in nullo discordant. Clamauit dicitur. Per fidem clamare. vnde nouit vocare filium David, Christi incarnationem confitens. Rogat pro filia, id est, pro populo suo nondum credente, vt ipsa fraude diaboli absoluantur. Vel, filia, est anima vel conscientia cuiuslibet intra ecclesiam diabolo mancipata: pro qua mater ecclesia rogat, vel ipse homo pro fœdata conscientia. Qui non se: Non de superbia, sed ne sit contrarius sententiæ suæ. In viam gentium ne abieritis. Vnde vitat calumniam Iudæorum. Gentium autem salus, passionis, & resurrectionis tempore feruatur. Qui non respondit. Mystice. Si ad primam petitionem ecclesiæ dominus salutem animæ differt dare, non est desperandum, vel à petendo decessandum: sed magis precibus insistendum, & ad Deum, & ad sanctos, donec orent pro ecclesia: & tunc perficietur oratio. Non sum missus, quasi dicat prius oportet me sacramentum mei aduentus complere in Iudæis, & sic adducere alias oues. & hoc de signo petitionem huius differendo. Panem filiorum. verbum salutis, quod prius debetur Iudæis, non est bonum dare canibus vel gentibus canina rabie latrantibus semper. Etiam domine. Sub persona mulieris, mira fides ecclesiæ, & patientia, & humilitas prædicatur. Fides, quia credit posse sanari filium. Patientia, quia toties despecta in precibus persistat. Humilitas, quia se nō canibus, sed catellis comparat. Nam & catelli. Mensa, est sacra scriptura, mica puerorum, sunt interna mysteria quibus humiles rescuntur sub mensa: quia scripturæ humiliter subditi, catelli gentes humiles, Paruuli edunt non panes, non crustas, id est, non literę superficiem, sed medullam: Magna est fides. Sic superius de centurione: Non inueni tantam fidem in Israel, qui similiter (vt hæc Chananeæ) fidem gentium præsignabat. Magna est fides gentium, quæ in auditu auris obediunt, & ideo salutem sibi suisque impetrat. Quod puerum centurionis & filiam Chananeæ non rōna veniens ad eos sanant, significat gentes, ad quas non venit per præsentiam saluandas per verbum suum. Et sanata est. Vbi datur exemplum catechizandi, & baptizandi infantes, qui nec sapere, nec facere aliquid possunt, sed per fidem, & confessionem parentum liberantur à diabolo.

supra. 10. a

supra. 8. b

sal. 17. g

Egressus inde Iesus secessit in partes Tyri, &c. Hiero. Scribis & Phariseis & calumniatoribus de relictis transgreditur in partes Tyri & Sydonis, vt Tyrios Sidoniōsq; curaret: & ideo dicitur, & egressus inde Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis. Remi. Tyrus & Sidō ciuitates fuere gentiliū, nam Tyrus metropolis fuerat Chananeorum, Sidon terminus Chananeorū, respiciens ad Aquilonem. Chryl. Considerandum autem quod quando ab escatum obseruatiōem Iudæos eripuit, tunc & gentibus ianuam aperuit. sicut & Petrus prius in visione iussus est hanc legem soluere, & post ad Cornelium mittitur. Si quis euntē quærat: eūm discipulis suis dixerit, In viam gentium ne abieritis: qualiter hanc ambulat viam? Primum quidem illud dicemus: quia non erat obnoxius præcepto quod discipulis dederat. Secundò autem, quia neque vt prædicaturus abiret, vnde & Marcus dicit: Quoniam occultauit seipsum. Remi. Iuit autem vt Tyrios Sidoniōsq; curaret, siue vt huius mulieris filiam liberaret à daemonio, quatenus per eius fidem, scribarum & phariseorum nequitiam condemnaret: de qua quidem muliere subditur, Ecce mulier Chananeæ à finibus illis egressa, &c. Chryl. Dicit autem euangelista esse Chananeam: vt ostendat virtutem præsentia Christi. Chananeæ enim, qui expulsi fuerant vt non pernerent Iudæos, hi Iudæi apparuerunt prudentiores: vt exirent à terminis suis, & accederent ad Christum. Cū autem hæc mulier accessisset, nihil aliud quam misericordiam poposcit. vnde sequitur: Clamauit, dicens ei: Misere mei domine fili David. Glo. Magna fides Chananeæ hic notatur: Deum credit, vbi dominum vocat: hominem, vbi dicit filium David. Nihil ex merito postulat, sed solam misericordiam Dei efflagitat, dicens: Miserece. Nec dicit, Miserece filie: sed, Miserece mei, quia dolor filia, dolor est matris: & vt magis eum ad compassionem moueat, totum ei dolorem enarrat. vnde sequitur, Filia mea male à demonio vexatur. In quo vulnera medico detegit, & magnitudinem & qualitatem morbi: magnitudinem, cum dicit, Male vexatur: qualitatem, cum dicit, A demonio. Grego. in ho. Vide autem prudentiam fœminæ, non iuit ad homines seductores, non quæsiuit inanes ligaturas, sed omnes relinquens diaboli cultus, venit ad dominum. Non petiuit lacobum, non rogauit Ioannem, non accessit ad Petrum, sed suscepit in se penitentia patrociniū, & sola cucurrit ad dominum. Sed vide, in expertum negotium petit, & lamentum suum producit in clamorem: & amator hominum Deus non respondet verbum. vnde sequitur, Qui non respondit ei verbum. Hiero. Non autem de superbia pharisaica, nec de scribarum supercilio: sed ne ipse sententiæ suæ contrarius videretur, per quam iussus erat, In viā gentium ne abieritis, nolebat enim occasionem calumniatoribus dare, perfectamque salutem gentium passionis & resurrectionis tempore referuabat. Glo. Differendo etiam & non respondendo, patiētiā mulieris & perseverantiā nobis ostendit. Ideo etiam non respondit, vt discipuli pro ea rogarent, ostendens per hoc necessarias esse preces sanctorum ad aliquid impetrandum. vnde sequitur, Et ac. dicitur &c. Hiero. Discipuli ad-

huc

huc illo tempore mysteria domini nescientes, vel misericordia moui, rogabant pro Chananeæ muliere, vel importunitate eius atterere cupientes. Aug. de con. euan. Afferet autem aliquam repugnantie quæstionem quod Marcus in domo dicit fuisse dominum, cum ad illum venit mulier pro filia sua rogans, Mattheus autem posset intelligi de domo tacuisse, eandem tamen rem commemorat. Sed quoniam dicit discipulos domino ita suggessisse: Dimitte illam quoniam clamor post nos, nihil videtur aliud significare quàm post ambulatorem dominum mulierem istā deprecatoriam vocem misisse. Intelligendum est ergo dixisse quidem Mattheum, quod intraret vbi erat Iesus, cum eam prædixisset fuisse in domo. Sed quia Mattheus ait, Non respondit ei verbum: dedit ei agnoscere quod tacerent ambo, & in eo silentio egressum fuisse Iesum de domo illa: atque ita cætera contextuntur, quæ iam in illo discordant. Chry. Aestimo autem & discipulos ad calamitatem mulieris esse tristatos, sed tamen nō sunt ausi dicere, Da ei hanc gratiam: sed Dimitte eam, sicut & nos, cum voluerimus alicui persuadere, multoties contraria dicimus. Ipse autem respondens ait, Non sum missus, &c. Hiero. Non autem hoc dicit, quod ad gentes nō missus, sed quod primum ad Israel missus est, vt illis non recipientibus euangelium, iusta ferret ad gentes transmigratione. Rem. Specialiter etiam missus est ad salutem Iudæorum, vt etiam corporali præsentia eos doceret. Hiero. Signanter autem dixit, A boues perditas domus Israel, vt etiam ex hoc loco nunc eroneam ouem de alia parabola intelligamus. Chryl. in ho. Sed quia mulier vidit nihil posse apostolos, inuerecunda effecta est. bona inuerecundia: antea enim neque in conspectum venire audebat. vnde dicitur etiam, clamor post nos. Quando autem videbatur vt angustia recedere, tunc propius venit. vnde sequitur, At illa ve. & c. eum. Hiero. Nota quod ista Chananeæ perseveranter primum filium David, deinde dominum vocat, & ad extremum Deum adorauit. Chryl. Ideoque non dixit, Roga, vel deprecare Deum, sed Domine adiua me. Quantò ergo magis mulier multiplicabat supplicationem, tantò & ipse multiplicabat negationem: & non adhuc Iudæos oues vocat, sed filios, illam autem canem. vnde sequitur, Qui respon. ait, Non est bo. &c. Glof. Filij sunt Iudæi generati & nutriti sub cultu vnius Dei per legem. Panis est euangelium, miracula, & alia quæ ad nostram salutem pertinent. non est ergo conueniens vt à filiis auferantur & dentur gentibus, qui sunt canes, donec Iudæi repudient. Raba. Canes autem gentiles propter idololatriam dicuntur, qui esui sanguinis dediti, & cadaveribus mortuorum, vestuntur in rabiem. Chryl. Vide autem mulieris prudentiam: qualiter neque contradicere ausa est, neque tristata in aliorum laudibus, neque molestata in proprio conuicio. vnde sequitur: At illa dixit, Etiam do. nam & c. catel. edunt de &c. Ille dixerat, Non est bonum: hæc autem dixit, Vtique domine. Ipse Iudæos filios vocat, hæc autem dominos: ipse canem eam nominauit, hæc autem & opus canis adiecit: ac si dicat, Si canis sum, non sum aliena. canem me dicis, ergo nutri me vt canem: non possum relinquere mensam domini mei. Hier. Mira autem huius mulieris fides, patientia, & humilitas prædicatur: fides, quæ credebatur sanari posse filiam suam: patientia, quæ toties contempta in precibus perseue-

rat: humilitas, quod se non canibus sed catulis comparat. Scio me, inquit, filiorum panem non mereri, nec integros capere posse cibos, nec federe ad mensam posse cum patre: sed contenta sum reliquiis catulorum, vt per humilitatem micarum ad panis integri veniam magnitudinem, Chryl. Propter hoc autē Christus tardabat, præstebat enim eam hoc dicituram, nec oculatari volebant tantam mulieris virtutem. vnde sequitur: Tunc respondens Iesus, ait illi: O mulier, magna est fides tua. Fiat tibi sicut vis. Acti dicat: Fides tua maiora his audire potest, verum interim fiat tibi sicut vis. Vide autem qualiter non parum & hæc mulier intulit in filia: medicinam: propter hoc enim neque Christus dixit: Sanata sit filia tua, sed, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Ve dicas quoniam simpliciter loquebatur, & non adulationis, sed multæ fidei erant verba ipsius. Hæc autem Christi vox similis est illi voci quæ dixit, Fiat firmamentum & factum est. vnde sequitur, Et sanata, &c. Intende autem qualiter apertolis non impetrantibus, impetrat ipsa, tam magnum quid est instantia orationis. Etenim pro nostris noxiis à nobis vult magis rogari, quàm ab aliis pro nobis. Remigius, His etiam verbis datur nobis exemplum catechizandi & baptizandi pueros, quoniam hoc mulier non ait, Salua filiam meam: aut, adiua eam: sed, miserece mei: & adiua me. Hinc etenim descendit consuetudo in ecclesia vt fideles pro suis paruulis fidem Deo promittant, quando ipsi non sunt tantæ ætatis & rationis, vt per se fidem Deo promittere valeant: quatenus si fide istius mulieris sanata est filia eius, ita & fide virorum catholicorum peccata paruulis relaxentur. Allegoricè autem hæc mulier sanctam ecclesiam significat, de gentibus congregatam. Per hoc enim quod dominus relictis scribis & phariseis venit in partes Tyri & Sidonis, præfigurabatur, quia relicturus erat Iudæos, & transiturus ad gentes. Est autem hæc mulier egressa à finibus suis: quoniam ecclesia sancta recessit à pristinis erroribus & vitiis. Hiero. Filiam autem Chananeæ puto animas esse credentium, quæ malè à demonio vexabantur, ignorantem creatorem, & adorantes lapidem. Rem. Filios autem dominus appellat patriarchas & prophetas illius temporis. Per mensam, designatur sacra scriptura, per micam verò, minima præcepta vel interna mysteria, quibus sancta ecclesia pascitur; per crustas verò, carnalia præcepta, quæ Iudæi obseruant. Mica autem sub mensa comedi dicuntur, quia ecclesia humiliter se submittit ad implenda diuina præcepta. Raba. Nō autem crustas, sed micas de pane puerorum edunt catelli, quia conuersi ad fidem qui erant despecti in gentibus, non literę superficiem in scripturis, sed spirituales sensum quo in bonis actibus proficere valeant. inquirunt. Hiero. Mira autem rerum conuersio: Israel quondam filius, nos canes: pro diuersitate fidei, ordo nominum commutatur. De illis postea dicitur: circumdederunt me cænes multi: nos audiuimus cum muliere, Fides tua te saluam fecit. Raba. Quæ merito magna dicitur, quia cū gentes nec lege fuerint imbutæ, nec vocibus prophetarum instructæ, ad prædicationem mox apostolorum in auditu auris obediunt, ideoque salutem impetrare meruerunt. Verum si ad primas ecclesiæ rogantis lachrymas dominus salutem animæ differt dare, non est desperandum vel à petendo cessandum, sed magis precibus insistendum. August. de quæst. euang.

euang. Quid & puerum Centurionis, & filiam Chananae mulieris, non veniens ad domos eorum sanat, significat gentes ad quas non venit, saluas fore per verbum suum. Quid rogantibus filij sanantur, intelligenda est persona ecclesiae, quae sibi est & mater & filij, nam simul omnes quibus constat ecclesia mater dicitur, singuli autem idem ipsi filij appellantur. Hilar. Vel haec mulier prolytorum formam praebet: fines suos egreditur, & ex gentibus, scilicet in populi alterius nomen excedens, quae pro filia videlicet gentium plebe dominatu immundorum spirituum occupata fuerat, & quia dominum cognouit ex lege, Dauid filium nuncupat. Raban. Item si quis conscientiam habet alicuius vitij forde pollutam, filiam habet male à demonio vexatam. Item si quis bona, quae gessit, peccatorum peste foedauit, filiam habet immundi spiritus furis agitatam, ideòque necesse est vt ad preces lachrymalque confugiat, sanctorumque intercessiones & auxilia quaerat.

ORIGENIS PRESBYT.

in idem Euang. Hom.

Ex Hom. 7.
in diuersis.

MIta res, O Euangelista. Et ecce mulier, Caput peccati, arma diaboli, expulso paradisi, delecti mater, corruptio legis antiquae. Et ecce mulier veniebat ad dominum Iesum. Mulier Chananaea, mulier alienigena, de gentibus nouella plantatio. Mirum negotium, Iudaei fugiunt, Chananaea sequitur: domestici derelinquunt, alienigena haerens, iungere & proximate cupit. Et ecce mulier de finibus illis egressa clamabat dicens, Misere mei domine fili Dauid. Mulier haec euangelista efficitur. Probauit enim diuini consilij sacramentum, quòd & diuinae virtutem obsecrat, & carnis naturam confitetur, dicens, Misere mei domine fili Dauid. Considera pulchram mulieris mentem, vide quid dicat. Non est bonam, inquit, in actibus meis, non mihi de conuersatione iustitia, ad misericordiam tuam confugio, vbi non credit, nec requirit locus saluandi. Et quomodo ausa est mulier legis ignara, tam iniqua, sic abrupte accedere ad fontem salutis? Non petit Iacobum, non rogauit Ioannem, non accessit ad Petrum, sed hos intermitens, quid dicit? Non est mihi necessarius fidei iussor. Suscepit in se poenitentiae patrociniū, & sola cunctis ad dominum, tenet eam in voce, & dicit, Misere mei domine fili Dauid. Ideo descendisti, ideo carnem suscepisti, vt ego loquar ad te, & cum fiducia petam. Cherubin aspectum eius tremunt in caelo, & in terra mulier non formidat. Angeli metunt in excelsis, & mulier non erubescit in terris. Instat opportune, & vocem suam exaggerat dicens, Misere mei fili Dauid. Non habeo opus sponse, per me accedo, per me obsecro, Misere mei. Quid tibi opus est? Misericordiam quero. Quid pateris? Dolorem quem non suffero. Quid habes? Filia me captiua tenet. Quid illi est? Male à demonio vexatur. Et quid nunc? Misere mei domine, pignus meum consumitur, & pars corporis me violatur. Opinio iniqua exit de filia mea. Noli me vereri peccatricem, & miseram, quoniam tu es Deus qui secreta consideras. Filia mea male à demonio vexatur. Quid desideras? Vt liberetur de plaga. Miserabilis luctus concludit vterum meum, & animam meam perturbat seuu tempestas. Quid faciam, nescio: pati-

tur misera, nec sentit tormenta, nec mortem scit timere, nec vitam sperare. Misere mei, lacet confusa, & causam tormenti ignorat. Me aspice domine, me exaudi, cum fiducia peto, vide diuturna vulnera mea. Illa patitur, & ego deficio, passio eius pauorem cunctis incutit, cunctis iam spectaculum. Quid faciam, aut quod vadam, nescio. Non possum ab illa diuelli, non potest sola derelinqui, non enim deforis venit, sed intus est expugnator, in se habet hostem inclusum & gladium. Natus est quae de se concutit tempestatem, non inuenio nomen passionis eius. Misere mei domine fili Dauid, vitinam defuncta fuisset filia mea prius quam sic viuere. Sic enim mortua fuisset, & sepulta, transacto iam tempore oblita fuisset, nec meminisset vulneris aut doloris. Nunc vero cadauer est semper in domo mea, causa mea sepulchrum eius, augetur quotidie vulnus meum, augetur & opprobrium: quoniam video oculis meis torum aspectum torqueri, manu erinis vitas dissolui & dilacerari, spumas ex ore diffundi, dari voces & mugitum horrendum, sequere intus inuisibile inimicum, & pugnam manifestam. Misere mei domine, quoniam filia mea erat, & facta est demonis esca. Non audeo illi proximate, non ausa sum contingere, prohibet me pauor, expellit ipsa passio dura. Misere mei fili Dauid. Qui ex vobis patres fuerunt, adiungunt verba mea, quae matres, lachryment vna mecum, quia non sufficio exponere dolorem quem mulier ista sustinet. Misere mei fili Dauid. O prudentia femina, non iuit ad homines seductores, non sequuta est vates fallaces, non quae fuit inanis ligaturas, aut ad falsa confugit praesidia: sed omnem relinquens diaboli cultum venit ad dominum Iesum omnium saluatorem, & dicit, Misere mei domine fili Dauid, filia mea male vexatur. Vidisti sensum mulieris, probasti sapientiam eius: sed vide aliud nouum & inexpectum negotium: perit, & obsecrat, & lamentum suum produxit in clamorem, & amator omnium Deus non respondit ei verbum. Tacet fons vitae, & pius medicus continet medicinam, & abnegat curam. Quid est hoc? nescio. Si non querentes contemnis: quare non suscipis pulsamem mulierem? O sapientia medici. Dominus (inquit) non respondit ei verbum: quare propter niti vt detegeret sapientiae suae veritatem? Propterea dicunt ei discipuli, Dimitte eam, quia clamat post nos. Sed omnipotens Deus vitam mulieris, virtutemque pensabat. Et quid ait? Non sum missus nisi ad oues quae perierunt domus Israel. Nihil proficiunt nec ipsi apostoli suggerentes: velox medicus discessit magis curam, & exulcerat vulnus, & potestatem suam arte quadam excusat, vt latentia panderet sacramenta. Non sum (inquit) missus nisi ad oues quae perierunt domus Israel. Hic modo considerate sermonem, & ad verba bene dirigite intellectum: quoniam profundam volo comparationem exponere. Nō sum (inquit) missus nisi ad oues perditas Israel. Quid est hoc verbum? Quae est ista excusatio tua? Nunquid ideo te corpore velasti, vt vnum tantummodo angulum liberares? & integrum reliqueres orbem Pontum, & Asiam, Aegyptum, & Ciliciam, & Cappadociam, & reliquas nationes, & de Israel tantummodo curans reliquias tetram desertam, nationes despectas, & solis Iudaei factus est liberator? Non vides iniuriam patris tui in falsis simulachris, & demonum carimonis exerceri? An non etiam hoc prophetae vulgauerunt? Quid dicit

affinis tuus Dauid: Postula à me, & dabo tibi gētes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos, &c. Quid Esaias, qui oculis suis respexit? Exurge virga de radice Iesse, qui dominabitur omnibus gentibus, & in eum fines terrae sperabunt. Quid Iacob patriarcha dixit? Non deficiet princeps de Iuda, & dux de femoribus eius, donec veniat dominator omnium cui destinatum est dominium, & hic est expectatio gentium. Quid enim Zacharias propheta? Propter nos (inquit) claudentur portae aere, quoniam ab ortu solis vsque ad occasum gloriabitur nomen domini in omni loco, & effundentur libamina ante ipsum. Dauid ipse quid iterum dixit? Omnes gentes laudate manibus: iubilate Deo in voce exultationis: quoniam Deus excelsus terribilis rex magnus super omnem terram. Denique quando natus es in carne, quos vocasti? Nonne Magos? Nunquid venisti vocare peccatas, qui ipsam saluem gentibus cecinerunt? Apostolos etiam cum mitteres, quid eis mandasti? Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Et nunc misera haec mulier acris doloris stimulis coarctata rogat te, & obsecrat pro filia sua, vt eam à funesta passione absoluas: modo dicit, Non sum missus nisi ad oues quae perierunt domus Israel. Venit ad te Centurio rogans pro puero: & dixisti; Ego venies curabo eum. Pudenti latroni paradisum reuertisti: Paralytico imperasti, dicens, Surge, tolle lectum tuum, & ambula: Lazarus vocatus de monumento rediuitus surrexit: varia quoque languorum genera verbo sanasti: Latronem liberasti: Meretricem virginibus praetulisti: & solam miseram hanc mulierem Chananaeam despicis deprecantem. Quid est verbum, miraculum inauditum? Nunc intendite, vt sciatis quale compendium incipit reuelare. Quando liberatus est Iesus à plagis Aegyptiorum, & à Pharaonis exercitu, & transiit populus per desertum: praecipit dominus in lege Iudaeis, vt non communicarent Chananaeis, nec conuenirent cum eis: quoniam sine lege erant idola immunda colentes. Praecipit etiam dominus in lege Iudaeis, vt non mercarentur cum eis nec conuertia in femine eorum miserent: ne per hoc à suis legitimis priuarentur, & profanis idolorum cultibus iungerentur. Aspice, & considera, & intende quae dico, quia adhuc in textura est tela. Mulier ista Chananaea, de gente immunda, quibus non licebat communicare cum eis. Quid ergo? Sub lege venerat dominus vt adimpleret, non vt solueret legem. Igitur si ad momentum audisset mulierem, dicere haberet Iudaei: Ideo te non audiuius, nec sequimur, quoniam solus legem. Praecipit omnis lex abstinere à Chananaeis: propter hoc tacet dominus, propter hoc non respondit mulieri. Vide quomodo legem conseruat, vt Iudaeos confundat, dicens. Quisnam vestrum arguet me de peccato? Ecce non respicio ad mulierem Chananaeam, ecce clamat sine causa, obsecrat, & non exauditur. Ecce quomodo teneo legis formam, ne dicatis, Quoniam praeteristi legem, ideo non credimus in te. Ergo non ex me, sed ex vobis est error. Obmutescite itaque propter obseruantiam legis, ecce populus quem non cognouimus, seruire festinat. Nolite itaque argumentosis occasionibus vti: Ecce à non cognoscentibus me cognitus sum, & à cognitis ignoratus. Ecce alienigenae obsecranda, & domestici refugunt. Haec est itaque pri-

ma causa, qua distulerit dominus respondere mulieri. Propterea perstitit domino in clamore dicēs, Adiuua me Deus. Ad hoc tamen ipse respondit, Non licet tollere panem filiorum & mittere canibus. Qui sunt filij? Iudaei quos confundit, dicens quod fuerunt filij, & facti sunt canes: de quibus Paulus dicit, Videte canes, videte malos operarios, videte interfectores. Nos vero qui velut canes eramus de gentibus, facti sumus filij in eorum radice: quos ita exhortatur Paulus, Filiohi mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis. Excusat ergo Iudaeos cum dicit, Non licet tollere panem filiorum, & mittere canibus. Sed quid respondit mulier? Etiam domine, potes, si velis. O mulier violenta: Dominus dicit, Non licet: & illa dicit, Etiam domine, potes, si velis. Oblita uerecundia, & intermissio pudore conatur vincere dominum. Dominus dicit, Non licet tollere panem filiorum, & mittere canibus: & illa respondet, Etiam domine sum quod dicis, canem me vocas, canis sum: cognosco nomen meum, confundis me, sed non recedam à te. Canis sum, sequar te quasi canis, vt porrigas mihi aliquid. Non quero panem filiorum, da mihi vel micas quas catuli manducant, quae cadunt de mensa dominorum suorum. O certamen pietatis! O prudentia formae! Canis sum domine, sum etenim. Itaque nutri me velut canem, quia non possum relinquere mensam domini mei. Sed quia canem me appellas, saltem porrige mihi micas. Dixisti causam meam, distulisti petitiones meas, & manifestasti conditionem meam: adiuua me nunc, quoniam catelli edunt de mensa dominorum suorum. O mulier, accepisti subito laudem, & inuenta es electis electior: idcirco tacet dominus. Ideo distulit & protraxit, vt mentem tuam perpenderet, & vinam de te produceret vocem. Si enim statim vt cepisti petere accepisses, recessisses: & nemo fidem tuam probasset, nullusque metis tuae cognouisset arcanum. Nunc autem quia intelligis Dei virtutem, & sic te pure cognoscis vt dicas etiam catelli edunt de mensa dominorum suorum, laudo te, & ego tibi dico, O mulier magna est fides tua: sicut tibi sicut vis.

S. HILARII EPISCOPI

Pictauiens. superioris Euang. expositio.

ET egressus inde Iesus, secessit in partes Tyri & Sidoniae. Et ecce mulier Chananaea à finibus illis egressa, clamauit, & reliqua. Diuersa curationum genera diuersos causarum complectuntur effectus: sed res atque sermo ordinē ex superioribus sumit. In fidelitatem enim pharisaeorum, & opprobrium caecorum ducum, ex humanatum traditionum superstitionibus coarguit. Et post haec ad regiones Tyri & Sidonis venit, & Chananaea à finibus illis egressa, clamat atque orat: & dominum Dauid filium confitetur, & filiae suae opem poscit. Dominus filij discipuli pro ea rogant: quibus se perditis ouibus domus Israel missum esse respondit. Illa verò adorans, adiuuari se postulat. cui dominus ait: illicitum esse panem filiorum canibus offerri. Vicissimque illa respondit: Deciditibus de mensa dominorum micis, ali catellos solere. Postque fidem eius dominus collaudat: & in tempore ipso puella sanitas reddita est. Vt igitur illa quae gesta sunt interior traditio consequatur: quae Chananaeae persona fit,

ex ipsis verborum virtutibus contuendū est. Fuisse atque etiam esse penes Israel profelytorum plebem, fides certa est: quæ de gentibus in legis opera transcendit, & vitæ anterioris egressa religione, peregrinæ dominantis legis tanquam domo continebatur. Chananæi autem fuerunt, terras, in quibus nunc Iudæa est, incolentes: qui vel bello consumpti, vel in loca vicina dispersi, vel in seruitutem deiكتورum conditione subiecti, nomen tantum sine patria sede circumferunt. Plebs igitur hæc Iudæis admixta de gentibus est. Et quia non est ambiguum in ea turba quæ credidit, partem nonnullam profelytorum fuisse: merito hæc Chananea profelytorum formam præferens, existimabitur fines suos egressa, ex gentibus scilicet in populi alterius nomen excedens. Quæ pro filia, videlicet gentium plebe orat: & quia dominum cognouit ex lege, David filium nuncupat. In lege enim virga de radice Iesse, & David filius æterni & cœlestis regni rex continetur. Ipsa quidem curatione iam non eger, quæ Christum & dominum, & David filium conficitur: sed filie suæ, plebi videlicet gentium, dominatu immundorum spirituum occupatæ, opem poscit. Dominus tacet, silentij penitentia Israel privilegium salutis referuans. Et miserantes discipuli preces iungunt. Sed atcanum ille paternæ voluntatis continens, ouibus se perditis Israel missum esse respondit, vt absolutè loqueret, typum ecclesiæ Chananeæ filiam continere: cum illa posceret quod aliis deferebatur, non quod non & gentibus impertienda salus esset. Sed suis dominus atque in sua venerat, primitias fidei his à quibus erat ortus explicat, cæteris deinceps Apostolorum prædicatione salutandis. Atque ideo ait: *Non licet accipere panem filiorum, & dare canibus.* Delatus Israel honor, affectus in eum Dei cumulat inuidiâ: iuxta quem plebs gentium accipit canum nomen. Sed Chananeæ iam ipsa per fidem salua, & interioris certa mysterij respondit, micis quæ de mensa exciderint palci catellos: canum opprobrio, iam sub blandimento dimittunt nominis mitigato. Et vt silentium domini intelligeremus ex ratione temporis, non ex voluntatis difficultate proficisci: adiecit, *O mulier, magna est fides tua.* Salutis suæ scilicet ipsa iam certa, quin etiam de gentium congregatione consistat: quo in tempore ita credentes, mox, vt puella, ab omni dominatu immundorum spirituum liberantur, & continuo facti fides sequitur. Nam post præfiguratâ in Chananeæ filia gentium plebem, continuo in monte oblecti vario genere morborum, à turbis domino offeruntur, id est, à credentibus infideles ægroque vt adorent & prociant instruantur: quibusque salus redditur, atque ad sentiendum, contuendum, laudandum, comitandumque Deum, omnia & mentis & corporis ministeria reformantur.

S. HIERONYMI PRESBYTERI IN IDEM EUANG.

ET egressus in dno Iesus suscepit in partes Tyri & Sydonis, Scribis & Phariseis calumniatoribus derelictis transgreditur in partes Tyri & Sidonis, vt Tyrios Sidoniosq; curaret. Mulier autem Chananeæ egreditur de finibus pristinis, vt clamans filiam impetret sanitatem. Oblerua, quod in quintodecimo loco filia Chananeæ sanetur. *Miserere mei domine fili*

David filia, &c. Inde nouit vocare filium David: quia egressa iam fuerat de finibus suis & errorem Tyriorum ac Sidoniorum loci ac fidei commutatione dimiserat filia mea male à dæmonio vexatur. Ego filiam Chananeæ puto animas esse credentium, quæ male à dæmonio vexabatur, ignorantem creatorem, & adorantes lapidem. *Qui non respondit ei verbum.* Non de superbia Pharisaica, nec de Scribarum supercilio: sed ne ipse sententiæ suæ videretur esse contrarius, per quam iusserat in viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Nolebat enim occasionem calumniatoribus dare, perfectamque salutem gentium, passionis & resurrectionis temporis referuabat. *Et accedentes discipuli eius rogabant eum dicens.* Dimitte eam, quia clamabat post nos. Discipuli illi adhuc tempore mysteria domini nescientes, vel misericordia cœmoti, rogabant pro Chananeæ muliere, quam alter euangelista Syrophœnissam appellat, vel importunitate eius carere cupientes: quia non vt clementem, sed vt durum medicum crebrius in clamaret. *Ipsæ autem respondens ait: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel.* Non quo & ad gentes non missus sit, sed quo primum missus sit ad Israel, vt illis non recipientibus euangelium, iusta fieret ad gentes transmigratione. Et significanter dixit: ad oues perditas domus Israel, vt ex hoc loco etiam vnam erroneam ouem de alia parabola intelligamus. *Qui respondens ait: Non est bonum sumere, &c.* Mira sub persona mulieris Chanatidis, ecclesiæ fides, patientia & humilitas prædicatur. Fides, quæ credidit sanari posse filiam suam. Patientia quæ toties contempta, in precibus perseverat. Humilitas, quæ se non canibus, sed catulis comparat. Canes autem ethnici propter idololatriam dicuntur, qui esui sanguinis dediti, & cadaueribus mortuorum feruntur in rabiem. Nota quod ista Chanatidis perseveranter primum filium David, deinde dominum vocet, & ad extremum adoret vt Deum. *At illa dixit: Etiam domine. Nam & catelli edunt, &c.* Scio me, inquit, filiorum panem non mereri: nec integros posse capere cibos: nec sedere ad mensam cum patre, sed contenta sum reliquiis catulorum, vt per humilitatem micarum, ad panis integri veniam magnitudinem. O mira rerum conuersio: Israel quondam filius, nos canes. Pro diuersitate fidei, ordo nominum commutatur. De illis postea dicitur: Circumderunt me canes multi. Et videte canes: videte malos operarios: videte concisionem. Nos audiuimus eum Syrophœnissâ & muliere, quæ sanguine fluxerat: Magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et: Filia, fides tua te saluam fecit.

S. IO. CHRYSOTOMI EPISCOPI CONSTANTIN. IN SUPERIUS EUANG. HOM.

ET egressus inde Iesus, recessit in partes Tyri, & Sidonis, &c. Marcus autem ait, quia cum in domum venisset latere non potuit. Quamobrem autem in illas partes profectus est? Quoniam obseruationem ciborum contemnendam esse docuit, tunc recto itinere, ac ordine progrediens, gentibus etiam ianuam aperit. Sic & Petrus, cum soluere has obseruationes iussus esset, tunc ad Cornelium missus fuit. Si verò quispiam dixerit, & quonam modo, cum discipulis iniunxerit dicens: in viam gentium ne abie

ne abieritis, illo ipse abiit? Primum illud adducens, quia non tenebatur ipse, quæ discipulis seruanda præcepit, omnino conseruare: deinde quia non vt prædicaturus illuc accessit, quod denotauit Marcus dicens, quoniam & occultauit seipsum, & non latuit. Et quemadmodum rerum cōsequencia postulat, ne ad gentes primum proficisceretur, sic non erat humanitatis vltro venientes repellere: nam si fugientes sequendi sunt, multo magis sequentes expectandi. Considera denique omni beneficio dignam mulierem fuisse: non autem ausa fuit in Iudæam abire, quando seipsum indignam putabat. Nisi enim is timor eam detinisset, Hierosalem profecto ipsam petiisset, quod partim ardori fidei suæ, partim quia terminos suos egressa fuerat, comprobatur. Nonnulli & allegoricè istud exponunt dicens: quia, quando à Iudæa Christus exiit, tunc & ecclesiæ gentium terminos suos egressa adire ipsum ausa est. Obluiscere namque ait, populum tuum, & domū patris tui. Tam enim Christus quam mulier illa egressi à terminis suis, conuenire, & colloqui poterunt. *Ecce namque, inquit, mulier illa Chananeæ egressa à finibus suis.* Accusare mulierem Euangelista videtur, vt & miraculum ostendat, & ipsam laude dignam fuisse confirmet. Cum enim audieris Chananeam, non poteris non meminisse iniquissimarum illarum gentium, apud quas etiam leges ipsius naturæ funditus euerfæ fuerat: quod cum memoria repetieris, virtute quoque aduentus Christi diligentius cogita. Qui enim eiecti sunt ne Iudæos pernerterent, hi adeo ipsis Iudæis meliores fuerunt, vt terminis suis relicti ad Christum accederent, cum Iudæi ad ipsos venientem extraherent. Cùm igitur accessisset mulier, nihil aliud nisi, *miserere mei*, exclamabat, & ingens spectaculum clamore suo concitauit. Erat enim certè mirabilis quedam res, mulierem aspiceret tam magno dolore coactam exclamare: mulierem, inquam, & matrem, & pro filia, quæ malè vexabatur, miserabilis res erat, exclamantem præ dolore aspiceret. Nec enim ausa fuit ad magistrum & dominum dæmoniacam filiam adducere; sed, illa domi iacere dimissa, sola ipsa ad supplicandum proficiscitur: & morbi quidem genus exponit: medicum autem non domum suam, vt regulus ille adducere conatur, qui dicebat, Veni, & impone manum tuam, & descende antequam moriatur puer meus: sed, calamitatibus suis expositis, & morbi longinquitate narrata, misericordiam à domino postulabat vehementius clamans. Nec dieit, miserere filie meæ, sed, *miserere mei*: nã illa insensata iacet, ego verò, quam sensus morbi non fugit, quæ sentiens, atque intelligens infans mille vexor rerumnis. *Ipsæ autem non respondit ei verbum.* Quam nouum, atque inauditum hoc est, Iudæos ingratos rationibus etiam inducit, & blasphemantes rogat, & tentantes non negligit: hanc autem, quæ sponte venit, quæ deprecabatur, & supplicabat, quæquam quæ nulla lege, nullis prophetis fuit commonita, tamen tanta cum reuerentia accessit, nec responso quidem dignam putare videtur. Et quis non moueretur, quum aliter, quàm fama prædicaret, fieri videret? Audiuerunt certè quia ciuitates & vicus Iudææ circueiens ægros curabat, & hanc vident mala sua deplorantem depelli. Quis porro misericordia flexus non fuisset, quum ita humiliter illam pro laborante filia supplicare oculis cerneret? nec enim quasi digna, nec quasi debitum efflagi-

tans adit, sed misericordiam petebat, & calamitates suas tragica oratione narrabat, nec responso digna visa fuit. Multi forsitan eorum, qui audiebant, scandalum passi sunt, ipsa verò nec commota quidem fuit. Quid dico multos audientium, vbi & discipulos ipsos calamitate mulieris cōmotos fuisse, atque turbatos arbitror? nec tamen ausi fuerunt dicere, concede ei, quod petit. *Sed accedentes discipuli eius, rogabant eum dicens; Absolue eam, quia clamat post nos.* Nos enim, quum volumus, vt auditorum animam nostra oratio penetret, contraria sæpentero dicimus. Christus verò ait, *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.* Ita quando responsum ei dedit, tunc magis quàm prius silentio exulcerauit: non enim ad alios causam traducit, nec se non esse missum asseruit: sed, quanto illa feruentius orat, tanto ipse vehementius retrudit: nec oues Iudæos amplius, sed filios, ipsam verò canem appellat: Quid igitur mulier? Ab ipsis Christi verbis deprecatoriam orationem connectit: Nam, & si canis sum, inquit, non tamen penitus aliena sum. Rectè igitur Christus dicebat, in iudicium se in mundum venisse. Philosophatur alienigena fœmina, & dum contemnitur, singularem patientiam, præcipuamque fidem ostendit. Iudæi verò tanto affecti honore, tot, tantisque miraculis admoniti, mala pro bonis referunt. Non enim ignoro, inquit, quin necessaria hæc alimenta filijs seruanda sint: verum tamen cur ego vector, etiam si canis sum? Nam, si nefas est, quicquam accipere, nec micæ quidem sumendæ sunt: sin verò licet quodammodo participare canibus, non omnino ipsa prohibeor. Hac de causa certè Christus eam repellerebat, ideo negare videbatur gratiam, vt ipsum, vt reuerentiam, & fidem illius nos perdiscamus, ac audiamus dicentem, Non sum dignus, vt intres sub tectum: quodque in fluxum sanguinis patiente fecit, Ego, inquit, noui virtutem ex me egressam: vt & miraculum, & fides illius pateat. Quod denique in Samaritana, vt nec redarguit: huius em desitisse nosceretur, hoc in hoc loco facit: noluit enim talem, tantamque mulieris virtutem ignorationis tenebris obfuscati. Non ergo, quia negligebat, verum vt repositum, atque absconditum in animo eius virtutis thesaurum in lucem protraheret, eam repellerebat. Tu verò non fidem solum illius, verum etiam humilitatem mecum admirare: nam, cum ipsos Iudæos filios appellasset, ad eò procul aberrat, ne liuore alienæ laudis contaminaretur, vt maius adiecerit, atq; dominos nuncupauerit. *Item canelli*, inquit, *edunt de micis, quæ cadunt de mensis dominorum suorum.* Vides prudentiam mulieris? vides quomodo nec contradixit, nec aliorum laudibus doluit, nec, quia contemni videbatur, moleste tulit? vides magnitudinem animi, atque constantiam? non est bonum, ipse dicebat: atque illa, *viuque domine*, respondebat. Filios ipse Iudæos vocauit, illa dominos in cōditione canum illam locauit, & confestim illam conditionem canum, atque statum vltro illa subiunxit. Mirabilis tibi hæc videtur humilitas, audias & Iudæorum iactantiam: Sperma inquit, Abraham sumus, & nulli vnquam seruiuimus, & ex Deo nati sumus. Non sic certè mulier, sed quemadmodum se canem, ita illos Dominos appellauit, & hac humilitate ex

abiecta conditione eorum vendicata, filia facta est. Quid igitur Christus? Magna est fides tua, o mulier. Ideo certe eam repellat, ut ad hanc vocem consequentia rerum conueniret, ut fulgente corona mulierem ornaret. *Fiat, inquit, tibi, sicut vis.* Ac si diceret, fides quidem tua maiora, quam petis, posset impetrare, verum tamen fiat ut vis. Hæc vox illi affinis est, qua dictum est; *Fiat cælum, & factum est cælum.* *Saluata est enim, ait, filia eius ab illa hora.* Per spicis iam non parum ab ipsa ad curationem filie collatum fuisse, propterea nec dixit Christus, sanetur filia tua: sed, *magna est fides tua, fiat tibi ut vis,* ut nos discamus non otiose, nec assentationis gratia ita ipsum dixisse, sed eximiam illius virtutem, ac fidem predicare voluisse: rerum enim euentus facile hinc illius docuit. *Sanata est enim, inquit, statim filia eius.* Tu verò diligenter considera, cum nihil ab Apostolis in re mulieris factum fuerit, totum ab ipsa fuisse perfectum: tantum quippe potest iugis, & feruens oratio. Manu enim nostram Deus, qui rei sumus, quam aliorum pro nobis orationem. Nam, quamuis maiore illi ad Christum potiebantur libertate, magnam tamen mulier patientiam ostendit, & exitu ipso rerum facillimè intellexerunt apostoli, quamobrem non statim ipsi, quod pro ea petebant, concessit.

S. AVGVST. EPISCOPI
Hipponensis in idem Euang. Hom.

Sermo 74. de temp.

Chanana ista mulier, quæ heri nobis lectione Euangelica commendata est, præbet nobis humilitatis exemplum, & pietatis viam, ab humilitate in alta surgere ostendit. Erat autem, sicut patet, non de populo Israel, vnde patriarchæ, vnde prophete, vnde parentes domini nostri Iesu Christi secundum carnem, vnde ipsa virgo Maria, quæ peperit Christum. Non ergo ex isto populo erat hæc mulier, sed erat ex gentibus. Nam, sicut audiuius, secessit dominus in partes Tyri & Sidonis, & inde mulier Chanana de finibus illis egressa est. Petebat beneficium instantissime curandæ filie sue, quæ male à demonio vexabatur. Tyras & Sidon non erant ciuitates populi Israel, sed gentium, quamuis vicinæ illi populo. Clamabat ergo auida impetrandi beneficii fortiterque pulsabat, & diffimulabatur ab eo, non ut misericordia negaretur, sed ut desiderium accenderetur: nec solum ut desiderium accenderetur, sed, sicut ante dixi, ut humilitas commendaretur. Clamabat ergo, domino non audiente, sed quod facturus erat in silentio disponente. Discipuli rogauerunt pro illa dominum, & dixerunt, *Dimitte illam, quia clamas post nos.* Et ille, *Non sum missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israel.* Hic verborum istorum oritur quæstio, vnde nos ad ouile Christi de gentibus venimus, si non est missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel? Quid sibi vult huius secreti tam alta dispensatio, ut cum dominus sciret, quare venerit, utique vnde ecclesiam haberet in omnibus gentibus, non se missum dixerit nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel? Intelligimus ergo præsentiam corporis sui, matritatem suam, exhibitionem miraculorum, virtutemque resurrectionis in illo populo eum ostendere debuisse, ita fuisse dispositum, sic ab initio commendatum, hoc prædictum, hoc impletum, quia Christus Iesus ad gentem Iudæorum venire

debut videndus, occidendus, & iterandus eos inde, quos ante præcinitus. Non enim damnata illa plebs est, sed ventilata. Ibi erat palca multitudo, ibi granorum occulta dignitas. Ibi quod incendere, ibi vnde horrem repleteretur. Nā vnde Apostoli nisi inde? Vnde Petrus? Vnde ceteri? Vnde ipse Paulus, primo Saulus? Hoc est, primo superbus, postea humilis. Nam quando Saulus, à Saule nomen deriuatum erat. Saul autem rex superbus, in regno aures David humilè persequebatur. Quando ergo Saulus, qui postea Paulus, tunc utique superbus, tunc persecutor innocens, tunc vastator ecclesie. Acceperat enim literas, velut zelo synagoge ardens, & insequēs Christianum nomen, à sacerdotibus, ut exhiberet quoscumque inuenisset Christianos ad lucenda supplicia. Cum pergit, cum anhelat cædes, cum sitit sanguinem, cælesti Christi voce prostratus est persecutor, erectus est prædicator. Impletur in illo quod scriptum est in illo quod scriptum est in Propheta, *Ego percussus, & ego sanabo.* Hoc enim percussit Deus, quod se in homine extollit aduersus Deum. Non est impius medicus, qui tumorem ferit, qui putredinem secatur aut vit. Dolorem ingerit, sed ut perducatur ad sanitatem. Molestus est, sed nisi esset, vilius non esset. Prostravit ergo Christus vna voce Saulum, erexit Paulum: hoc est prostravit superbum, erexit humilem. Nam quæ fuit ratio mutandi sibi nominis, ut cum Saulus antea vocaretur, postea se Paulum dici vellet, nisi quia Sauli nomē in se agnouit cum persequeretur fuisse superbi? Elegit ergo humile nomē ut Paulus, hoc est, minimus vocaretur. Paulum enim minimum est. Paulum, nihil aliud est quam minimum vel paruum. De quo nomine iam glorians humilitatemque commendans, Ego, inquit, sum minimus Apostolorum. Vnde ergo vnde iste nisi ex populo Iudæorum? Inde illi Apostoli, inde Paulus, inde quos commendat idem Paulus, inde quos commendat idem Paulus, qui viderint dominum post resurrectionem. Dicit enim eum visum ferme à quingentis fratribus simul, ex quibus plures manent usque adhuc, quidam autem dormierunt. Ex illo autem populo etiam illi, qui cum Petrus loqueretur commendans passionem, resurrectionem, diuinitatem Christi, accepto spiritu sancto, quando illi omnes, in quos venit spiritus sanctus, linguis omnium gentium sunt locuti, compuncti spiritu, qui audiebant ex populo Iudæorum quæserunt consilium salutis sue, intelligentes se reos sanguinis Christi: quod eum ipsi occiderunt, in cuius nomine occisi à se viderent tanta miracula fieri, viderent spiritus sancti præsentiam. Querentes ergo consilium, responsum acceperunt, *Agite poenitentiam, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine domini nostri Iesu Christi, & dimittentur vobis peccata vestra.* Quis desperaret sibi donanda peccata, quando crimen occisi Christi reis donabatur? Conuersi sunt ex ipso populo Iudæorum, Conuersi sunt, baptizati sunt, Ad mensam domini accesserunt, & sanguinem, quem sanientes suderunt, credentes biberunt, Quemadmodum autem sint conuersi quam planè atque perfecte indicant actus Apostolorum. Nam omnia, quæ possidebant, venderunt, atque pretia rerum suarum ad pedes Apostolorum posuerunt. Et distribuebatur vnicuique sicut opus cuius erat. Et nemo dicebat aliquid proprium, sed erant illis omnia communia. Et erat illis sicut scriptum est, anima

anima vna, & cor vnum in Deum. Ecce oues de quibus dixit? Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Illis enim exhibuit præsentiam suam, pro illis in se sanientibus crucifixus orabat dicebat, Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Intelligebat medicus phreneticos mente perditâ in diem occidentes, & occidendo medicum nescientes sibi medicamentum facientes, de domino enim occiso omnes nos curati sumus, illius sanguine retempti, pane illius corporis à fame liberati. Hanc præsentiam Christus Iudæis exhibuit; Hoc ergo ait, *Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel,* ut illis præsentiam sui corporis exhiberet, non ut vna, quas habebat in gentibus contemneret, & præteriret. Ad gentes enim ipse non venit, sed discipulos misit. Et illic impletum est quod propheta dixit, *Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi.* Videte quam alta, quam euadēs, quam exprella propheta, *Populus, quem non cognoui, id est, cui præsentiam meam non exhibui, seruiuit mihi.* Quo modo? In auditu aures obaudiuit mihi. Hoc est, non videndo, sed audiendo crediderunt. Ideo gentium maior laus. Illi enim viderunt & occiderunt, gentes audierunt & crediderunt. Ad gentes autem vocandas & congregandas, ut impleteret, quod modo cantauimus, *Congrega nos de gentibus, ut confiteamur nomini tuo, & gloriemur in laude tua.* Ille Paulus Apostolus missus est minimus, ille factus magnus non per se, sed per eum, quem persequebatur. Missus est ad gentes, ex latrone pastor, ex lupi ontis, Missus ad gentes ille Apostolus minimus, & multum laborauit in gentibus, & per eum gentes crediderunt. Testes sunt eius epistolæ, Habes hoc in euangelio sacratissime signatum. Filia archisynagoge quædam defuncta erat, pater eius rogabat dominum, ut iret ad eam, agram reliquerat, & in periculo constituit. Ibat dominus ad visitandam & sanandam agram, interea mortuo nuntiata est, & dictum est patri puellæ, *Mortua est, non hæc vexare magister, dominus autem qui sciebat se posse mortuos suscitare non abstulit spem desperato, & ait patri, Noli timere, tantum crede. Pergabat ad puellam, atque in itinere inter turbas quo modo potuit coarctauit se quædam mulier, quæ fluxum sanguinis patiebatur, & diuturno illo languere in medicos frustra omnia, quæ habebat impenderat. Vbi fimbriam vestimenti eius tetigit, sanata est. Et dominus, Quis me tetigit? Admirantes discipuli qui nesciebant quid esset factum, & videbant eum à turbis comprimiti, & de vna quæ tenuer tetigerat fuisse sollicitum, responderunt, Turba te premit, & dicit, quis me tetigit? Et ille, Tetigit me aliquis. Nam illi premunt, illa tetigit. Corpus ergo Christi multi molestè premunt, pauci salubriter tangunt. Tetigit me inquit, aliquis. Ego enim sensi de me virtutem exiisse. At vbi vidit illa non se latuisse, pronoluta est ante pedes eius, & cõfessa est quid esset factura. Post hæc perrexit, peruenitque quæ tendebat, & puellam filiam archisynagoge iuuentem mortuam suscitauit. Factum quidem est, & ita ut narratur impletum, sed tamen etiam ipsa, quæ à domino facta sunt aliquid significantia erant, quasi verba si dici potest visibilia & aliquid significantia. Quod maxime apparer in eo quod præter repus poma quæ sunt in arbore, & quia non inuenit arbori maledicens amidam fecit. Hoc factum nisi figuratum acci-*

piatur, stultum inuenitur: primo quæsiisse poma in illa arbore deinde si pomorum iam tempus esset, nō habere poma quæ culpa arboris esset. Sed quia significabat quætere se non solum folia, sed etiam fructum, id est, non solum verba, sed & facta hominum, at faciendam vhi sola folia inuenit, significauit eorum penam qui loqui bona possunt, & occidendo bona nolunt. Sic ergo & hic. Nam utique mysterium est, præfatus omnium dicit. Quis me tetigit: fit imperito similis creator, & interrogat non solum qui hoc sciebat, sed etiam qui cetera præficebat. Aliquid est utique quod nobis significante mysterio loquitur Christus. Filia illa archisynagoge significabat populum Iudæorum mortuorum, propter quem venerat Christus qui dixit, *Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel.* Illa vero mulier, quæ fluxum sanguinis petiebat, ecclesiam figurat ex gentibus, ad quam Christus per præsentiam corporis non erat missus. Ad illam ibat, illius salutem intendebat: hæc interuenit, tangit fimbriam quasi nesciens, id est, sanatur tanquam absente. Dicit illi, *Quis me tetigit?* quasi diceret, *Non noui hunc populum, Populus quem non cognoui, seruiuit mihi.* Tetigit me aliquis. Ego enim sensi virtutem de me exiisse, id est, Euangelium missum totum orbem impleuisse. Tangitur autem fimbria exigua pars vestimenti & extrema. Fac vestem Christi Paulum. Quasi fimbria ibi Apostolus Paulus erat, hoc est, extremus & minimus. Nam vtrumque de se dicit, *Ego sum minimus Apostolorum.* Nam post omnes vocatus est, post omnes credidit, plus omnibus sanauit. Non erat missus dominus, nisi ad oues quæ perierant domus Israel. Sed quia & populus quem non cognouerat, seruiuitus erat, in auditu aures obaudiuitur erat. Nec de illo tacuit ibi constitus. Ait enim quodam loco idem dominus, *Habeo alias oues, quæ non sunt de hoc ouili, oportet me & has adducere, ut sitinus grex & vnus pastor.* Inde mulier ista erat, ideo non contemnebatur, sed differebatur, *Non sum, inquit, missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel.* Et illa clamando instabat, persequebatur, pulsabat tanquam ~~non audisset~~, Petre & accipe, quare & inuenies, pulsa & aperitur tibi. Insticit, pulsauit. Nam & dominus quando dixit hæc verba, Petite & accipietis, quare & inuenietis, pulsare & apertietur vobis: supra dixerat, *Nolite sanctū dare canibus, nec proieceritis margaritas vestras ante porcos, ne forte cõculcent eas pedibus suis, & canes cõueni diripiant vos:* id est, post cõceptum margaritarum vestrarum etiam molesti sint vobis. Nolite ergo illis proiecere, quæ contemnant. Et vnde discernimus, tanquam responderent, qui sint porci, qui sint canes, hoc in ista muliere demonstratum est. Nam illi mulieri instanti respondit hoc, *Non est bonum tollere panem filiorum & mittere canibus.* Canis es, vna ex gentibus, idola adoras. Quid autem tam familiare canibus quam lapides lingere? Non est ergo bonum panem filiorum tollere & mittere canibus. Illa si recederet post hæc verba, canis accesserat, canis abcesserat: sed pulsando, homo factus est ex cane, Insticit enim petendo, & ex ipso veluti conuulso humilitatem ostendit, misericordiam impetravit. Neque enim contumax est, aut succensit quoddam canis appellata fuerit, petens beneficium, rogans misericordiam: sed ait: *Ita domine:* dixi me canem, planè canis sum, agnosco nomen meum: & veritas

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

loquitur, sed non ideo à beneficio repellenda sum. Proculus canis, sed & canes edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Modicum quoddam & exiguum beneficium desidero, Non inuado, sed micas quero. Videte quemadmodum humilitas commendata est. Caenam illam dominus dixerat. Non dixit, Non sum: sed dixit, Sum, Et dominus continuo, quia se agnouit canem, O mulier, magna est fides tua, sicut petisti. Tu te agnouisti canem, ego te iam agnosco hominem. O mulier magna est fides tua, petisti, quæ fisti, pulsasti: accipe, inueni, aperitur tibi. Videte, fratre, quemadmodum in hac muliere quæ Chananaea erat, id est, quæ de gentibus veniebat, & typum, hoc est, figuram ecclesiæ gerebat, maxime humilitas commendata est. Et enim gens Iudæa, vt ab euangelio repelleretur, superbia inflata est, quòd legem accipere meruisset, quòd de ipsa gente patriarchæ processerint, prophetae exierint, Moyses Dei seruis miracula magna, quæ audiimus in Psalmo, in Ægypto fecerit, per mare rubrum aquis recedentibus populo dedit. Erat vnde extolleretur gens Iudæa, & per ipsam superbiam factum est vt Christo nollet humilitati auctori humilitatis, repressori tumoris, medico Deo, qui propter hoc cum Deus esset homo factus est, vt se homo hominem cognosceret. Magna medicina. Hæc medicina, si superbiam non curat, quid eam curet, nescio. Deus est, & fit homo. Seposit diuinitatem, id est, quodammodo sequestrat, hoc est: occultat quod suum erat, quod apparet acceperat. Fit ille homo, cum sit Deus, & non se agnoscat homo hominem, id est, nõ se mortalem agnoscat, non se agnoscat fragilem, non se agnoscat ægrotum vt querat, vel ægrotus modicum, sed quod est periculosus, sanus sibi videtur. Ergo propter hoc ille populus non accessit, id est, propter superbiam, & dicti sunt ex arbore oleæ, hoc est, de illo populo à patriarchis creato fracturami naturales, id est, Iudæi merito steriles spiritu superbie, & in illa olea infertus est oleaster. Oleaster populus ex gentibus. Sic dicit Apostolus, quòd oleaster infertus sit in olea, rami autem naturales fracti sint. Illi fracti propter superbiam, infertus oleaster propter humilitatem. Hanc humilitatem ostendit mulier dicens, Ita, domine, Canis sum, micas desidero. In hac humilitate etiam centurio ille placuit, qui cum desideraret puerum suum à domino curari, & dominus diceret, Ego veniam & curabo eum, Respondit ille, domine, non sum dignus, vt sub tectum meum intres, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Non sum dignus, qui sub tectum meum intres. Tecto non recipiebat, corde recipiebat. Quæto humilior, tæto capaciore, tæto plenior. Colles enim aquæ repellunt, valles implebuntur. Qui deinde, quid ad hoc dominus postea quam dixit, Non sum dignus, qui sub tectum meum intres, ad eos qui sequebantur? Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel, id est, in illo populo, ad quem veni, non inueni tantam fidem. Tantam, quid est? Tam magnam. Vnde magnam? De minimo, id est, de humilitate grandem. Non inueni tantam fidem similem grano sinapis, quanto minuiti tanto feruentiori. Insequebat ergo dominus oleastrum in oliua. Tunc hoc faciebat quando dicebat, Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Denique vide quod sequitur. Ideo dico vobis, quia non inueni tantam fidem in Israel, id est, tantam cum fi-

Psal. 77.

Rom. 10.

Matth. 8.

de humilitate, Ideo dico vobis, quia multi ab oriente, & occidentem venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cælorum. Recumbent, inquit, requiescent. Non enim debemus illic carnales epulas cogitare, aut aliquid tale in illo concupiscere, vt non vitam mutemus virtutibus, sed vitam subdamus. Aliud est enim desiderare regnum celorum propter sapientiam, & vitam æternam, aliud propter felicitatem terrenam, quasi illic habeamus eam opulentiorem, atque maiorem. Si diuitem te in illo regno futurum putas, cupiditatem nõ amputas, sed mutas, & tamen diues eris, & non nisi illic diues. Nam hic indigentiæ tua colligit plurima. Quare multum habent diuites? Quia multum indigent. Maior indigentiæ quasi maiores comperat facultates, illic ipsa indigentiæ morietur. Tunc vere diues eris, quando nullus indigens eris. Non tu diues, & angelus pauper, qui non habet iumenta, & rhedas, & familias. Quare? Quia non indiget, quia quanto fortior, tanto minus indigus. Ergo ibi diuitiæ, & veræ diuitiæ. Epulas terre huius nõ ibi cogites. Epulæ enim terre huius medicamenta quotidiana sunt, ægri tudinis cuiusdam nostræ, cum qua nascimur necessaria sunt. Ægri tudinem istam sentit quisque cum hora sciendi transferit. Vis videre quanta ægri tudo sit ista, vt tanquam acuta febris septem diebus necet? Ne te sanum putes. Sanitas immortalitas erit, nam hæc longa ægri tudo est, quia quotidianis medicamentis iuleis morbum tuum. Sanus tibi esse videris? Detrahe medicamentum, & vide quid potes. Nam ex quo nascimur, necesse est vt moriamur. Morbus hic necesse est vt ad mortem perducatur. Certe medici quando ægros inspiciunt, hoc dicunt, Verbi gratia, hydropticus est iste, moritur. Hic morbus non potest curari. Elephantiosus est, nec morbus iste curari potest. Phthisicus est, quis hoc curat? Necesse est vt percat, necesse est vt moriatur. Ecce iam dixit medicus, phthisicus est, non potest nisi moriatur, & tamen aliquando & hydropticus non inde moritur, & elephantiosus non inde moritur, & phthisicus non inde moritur, & tamen necesse est, vt quisquis natus fuerit, inde moriatur. Moritur inde, & non potest aliter. Hoc & medicus, & imperitus pronuntiat, sed & si tardius moritur, nisi quid ideo nõ moriatur? Quædo ergo vera sanitas, nisi quædo vera immortalitas, si ergo vera immortalitas, nulla corruptio, nulla defectio, quid illic alimentis opus erit? Ergo cū audis. Recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cælorum, id est, inferitur in oliua. Huius enim oliuæ radices sunt, Abraham, Isaac & Iacob: filij autem regni, hoc est Iudæi increduli, ibunt in tenebras exteriores. Præcedunt rami naturales, vt inferatur oleaster: Sed vnde rami naturales præcidi meruerunt, nisi superbiam? Vnde oleaster inferi, nisi humilitate? Vnde & ista mulier dixit, Ita domine, nam & canes edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum: Et inde audiuit, O mulier, magna est fides tua. Sic & ille Centurio, Nõ sum dignus, vt sub tectum meum intres. Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Discamus, vt teneamus humilitatem. Si nondum habemus, discamus: si habemus, non amittamus: si nondum habemus, habeamus vt inferamus: si iam habemus, teneamus ne præcಿದamur.

Rom. 11.

Matth. 8.

B E D A E

BEDAE VENERABILIS EIVSDEM DE EODEM presbyteri eiusdem Euang. expositio. Euang. Hom.

Et egressus inde Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis. Hic denique calumniatoribus derelictis, in partes exterarum gentium secedit. Et ecce mulier Chananaea, &c. Hæc mulier Ecclesiam significat de pisco vene: conuersationis habitaculo ad dominum venientem: filia mea à Dæmonio vexatur. Ecclesia scilicet iam credens pro populis suis vt & ipsi ab errore saluentur diuinæ supplicat pietati. Item hæc filia anima qualibet est in Ecclesia malignorum spirituum deceptionibus mancipata, pro qua mater Ecclesia sollicita dominum interpellat, vt dum ipsa suis studiis non valet, ille eam interius ad agnitionem veræ lucis inspiciendo excitet. Triopo logicè verò filia in Dæmonio vexata, cuiuslibet est conscientia, sordibus vitiorum polluta cuius emendationem à pio conditore debet continuis flagitare lamentis. Qui non respondit ei verbum. Noluit respondere, ne contrarius sententiæ suæ videretur, qua dixit, In viam gentium ne abieritis & propter hoc calumniatoribus occasionem daret. Mylicè autem dominus. Si ecclesiæ primæ lachrymæ postulata non impetrant, obliuio est clamore sequentandus, & sanctorum eius sunt appetenda susfragia vt ipsi domino supplicent pro audienda Ecclesia: sicque fit, vt si mentem ab intentione non mutauerit, nequaquam fructu precationis fraudetur. Dimittite eam, quia clamat post nos. Hoc faciebant discipuli ignorantes mysteria domini, siue syrophoeniticæ misericordiam cõmori vel importunitate eius carere cupientes, ne quasi medicum inclementem crebris inelamaret. Quòd Marcus istam mulierem dicit ad dominum in domo venisse & Mattheus quasi post ambulante clamare: ita intelligendum est quod primum venerit ad Iesum mulier vbi erat in domo, sed ibi responso non impetrato, egredientem sequuta sit, donec meruit audire: Non sum missus nisi ad oues. Non quòd ad gentes missus non sit, sed quòd primum ad Israel missus sit, vt illis nõ recipientibus Euangelium, iusta fieret ad gentes transfugatio eius. Non est bonum sumere panem, &c. Mira sub persona mulieris Ecclesiæ fides prædicatur, patientia & humilitas, fides qua credidit saluari posse filiam suam, patientia qua toties contempta in precibus perseuerat. Humilitas qua se non canibus sed catulis comparat. Mensa quoque est scriptura sancta de qua catuli non crustas de pane puerorum edunt, sed micas. Quia conuersi ad fidem, qui erant in gentibus despecti non literæ superficiem in scripturis sed spiritalem sensum, quo proficere possunt, inquirunt, & hoc sub mensa quæ sui cordis & corporis officia ad implenda diuina præcepta supponant. O mulier, magna est fides tua, &c. In hac muliere fides laudatur gentium, quæ mox ad prædicationem apostolorum, perfectam sibi, sicutque obtinebat salutem. Et sanata est filia eius ex illa hora. Propter humilem, fidelemque sermonem matris dæmonium deseruit filiam, vbi datur intelligi, quòd per confessionem in baptismo, à diabolo liberentur paruuli, qui necdum per se aliquod possunt boni aut mali.

In lectione sancti Euangelij, quæ modo lecta est, A fratres charissimi, audimus magnam mulieris fidem, patientiam, constantiam, & humilitatem. Cuius magis est admiranda mentis deuotio, qua ipsa quidem vt pote gentilis à diuinorum cloquiorum funditus erat segregata doctis, nec tamen illis, quæ eadem eloquia prædicant, sit priuata virtutibus. Habet nanque magnam fidei perfectionem, quæ pietatem saluatoris implorans ait: Misere mei domine, fili David. Cum enim eundem dominum filium David appellat, profecto patet, quia verum hunc hominem, verum credit & Deum. Cum pro filia rogans, non illam secum adducit, non dominum ad eam venire precatur, constat aperitifine quòd eum verbo salutem posse dare confidit, cuius præsentiam corporis nullam requirit. Sed in hoc, quòd eum post multas lachrymas tandè prostrata adorat, dicens, domine adiuua me, nequaquam se de eius ditina maiestate ambigam docet, cuius adoradã vt Dei didicit esse potentiam. Habet patientiæ virtutem non exiguam, quæ domino ad primam petitionem eius non respondente verbum, nequaquam à precibus cessat, sed ampliori instantia auxilium, quod cõperat, pietatis eius implorat. Respondere autem ei differt dominus, non quia misericos medicus miserorum preces despiciat, de quo veracissime scriptum est: Desiderium pauperum exaudiuit dominus, sed vt perseuerantiam mulieris nobis semper imitabilem demonstraret, quæ quo magis contempta videbatur à domino, eo ardentius ceptis instabat precibus. Respondere differt, vt discipulorum quoque suorum misericordes animos (qui quasi homines ad clamorem mulieris publicè eos persequentes erubescerant) ad postulandum simul cum ea prouocaret. Nam ipse temperamentum misericordie suæ nouerat, qui omnia in mensura, & numero, & pondere disposuit. Respondere distulit, ne daretur occasio Iudæis calumniandi, quòd gentiles in docendo vel sanando prætulit, ideo ipsi fidem eius suscipere iuste recusatent. Et hoc est quod ait: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt, domus Israel. Quia per se ipse solus docebat Iudæos, qui per suos discipulos etiam gentibus ad fidei gratiam vocauit. De quibus dicit alibi: Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meã audient, & fiet vnum ouile, & vnus pastor. Hinc est, quòd vnã per se in corpore gentilem sanaturus puellam, non hoc, antequam probata omnibus incomparabili fide matris perficit. Habet autem eadem mater etiam constantiæ, & humilitatis insignem præcipuum, quæ canibus comparata à domino, nec sic quidem ab instantia præcãdi desistit, vel à sperando pietatis munere mentem reuocat, sed susceptam libenter complexata contumeliam, non solum canibus se similem nõ negat, sed & catellis seipsam æquiparandã adiungit, prudentique argumento domini sententiam confirmat, nec ceptæ à se tamen petitionis improbitate quiescit. Confirmat nanque sententiã domini, cui dicenti: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus, respondit: Et iam domine, id est, veraciter vt asserit ita est, quia non est bonum sumere salutem plebis Israel cælitus destinatã, & Bibl. Hom. tom. 2. v 3 dare

To. 7. quadr.

Psal. 9.

Sup. 11.

Matth. 10.

dare eam gentibus. Sed cum addit, *Nam & catelli edunt de micis que cadunt de mensa dominorum suorum*, prudentissime demonstrat, quantam humilitatem, quantam intus gerat peccatorum constantiam, quæ indigna quidem sit integris domini doctrinis, quibus Iudæi vrebantur epulis refecti, sed quantula- cunq; ei à domino foret impartita gratia, hanc sibi ad salutem proficere posse putauerit. Vnde re- cte à pio saluatore, qui preces illius non superba dedignatione, sed dispensatione prouida ad tem- pus distulit, audire meruit: *O mulier, magna est fides tua, sicut tibi sicut*. Magnam quippe satis habebat fide- dem, quæ nec prophetarum antiqua, nec recentia ipsius domini miracula, præcepta, vel promissa cog- noscens insuper à domino toties contempta per- ferat in precibus: & quem fama tantum vulgan- te didicerat saluatorem, rogado pulsare non omit- tit. Propter quod & magnum suæ postulationis consequitur effectum, cum domino dicente, *Fiat tibi sicut vis, sanata est filia eius ex illa hora*. Merito autem hæc mulier, natura quidem gentilis, sed corde constant, & credula, congregatæ de gentibus ec- clesie fidem, deuotionemque significat, quem ex- pulsi de Iudæa prædicatores sancti, verbo simul & mysteriis gratiæ celestis imbuerunt. Relegamus tunc superiorem sancti Euangelij lectionem, & inueniemus, quia venientes ab Hierosolymis scri- bæ, & pharisæi grauius dominum, & discipulos eius perdidit: suæ pulsare tumultibus, quos ipse mox digna iniectione coercitos reliquit. Et *egressus inde fecerit in partes Tyri & Sidonis*. Vbi manifeste præfiguratur, quod post passionem, resurrectio- nemque suam dominus in prædicatoribus suis, Iudæorum perdidit corda relicturus, & in partes gentium exterarum esset secessurus. Tyrus quippe & Sidon, quæ ciuitates fuere gentium, monimen- ta doctrinæ, ac vitæ gentilis, in quibus stulti confi- dunt, iudicant. Vnde bene mulier, quæ dominum credula precatur, à finibus illis egressa perhibetur: quia nisi præce conuersationis habitacula vana reliquisset, ad Christi ecclesiam nunquam veniret nisi antiqui dogmata anathematizasset erroris, nequa- quam nouam fidei gratiam suscipere posset. Vnde beatus Paulus cum in Iudaismo profecisset, postea vocatus in ecclesia Dei profecit ultra coætaneos suos. Filia daemoniosa, pro qua postulat, anima quælibet est in ecclesia, malignorum spirituum magis deceptionibus, quam conditoris sui manci- pata præceptis, pro qua necesse est mater ecclesia dominum sollicite impellet, vt quam ipsa foris mouendo, obsecrando, increpando corrigere non valet, ille interius aspirando corrigat, atque ab eorum tenebris conuersam, ad agnitionem veræ lu- cis exercent. Verumetiam si ad primas rogantis ec- clesie lachrymas dominus respondere, id est, pos- tulatam errantibus sospitatem mentis dare distu- lerit, nec sic quidem à petendo, quærendo, pulsando desistendum est, neque impetrandi subeunda est desperatio, sed tanta potius perseverandum in- stantia, tam obstinato frequentandis clamore saluator, tantum etiam sanctorum eius inter lera- nias appetenda suffragia, donec & ipsi de cælis do- mino pro audienda supplicent ecclesia: Sicque fit, vt si mentem ab intentione proposito non muta- uerit, nequaquam fructu petitionis fraudetur, sed siue pro sua fragilitate quis, seu pro aliis interue- nerit, desiderato potitur effectu. Nam & si quis nostrum conscientiam habet auaritiæ, elationis,

Matth. 13.

Gal. 1.

Sanctorum im-
ploranda suf-
fragia.

vanæ gloriæ, indignationis, iracundia, vel inui- dia, cæterorumve vitiorum forde pollutam, filiam profecto habet male à demonio vexatam, pro cuius sanatione supplex ad dominum currat: quia nimirum ab corde cogitationem progenitam dia- bolicæ tolerat arte dementatam: cuius emendatio- nem à pio conditore crebris, imò continuis debeat flagitare lamentis, & precibus. Si quis bona, quæ gessit, forte perituri, furci, blasphemix, detractionis, rixæ, vel etiam corporalis immundiciæ, cætero- rumve huiusmodi peste scordauit, filiam habet im- mundi spiritus furis agitata: quia videlicet actio- nem, quæ bene laborando ediderat, iâ diaboli frau- dibus seruiendo stulte disperdidit. Ideoq; necesse est, vt, cum reatu suum cognouerit, mox ad preces, lachrymæque confugiat, sanctorum crebris inter- cessionibus auxilia quaerit, qui pro eius salute ro- gantes domino dicat: Precamur domine misera- tor, & misericors, patiens, & multæ miserationis, dimitte eam, quia clamat post nos. Dimitte reatu- tum, & dona gratiam, nostrum intimo affectu quaerit pronus suffragium. Necesse est debita submis- sus humilitate, non iam se ouium Israeliticarum, id est, mundarum consortio dignum iudicet ani- marum, sed potius eum comparandum, & celestibus indignum arbitretur esse muneribus. Nec ta- men desperando à precandi quiescat instantia, sed indubitata mente de largitoris summi bonitate confidat: quia qui de latrone confessorum, de per- secutore Apostolum, de publicano Euangelitam, de lapidibus potuit facere filios Abrahæ, ipse etiã canem impudentissimum conuertere Israeliticam possit in ouem: cui merito donatæ castitatis etiam vitæ æternæ pascua largiatur, id est, peccatorum conuersum à via sua mala iustum facere dignetur, quem merito bonæ actionis ad regnum caeleste perducatur. Vidensque dominus tantum fidei no- stræ ardorem, tam pertinacem orandi perseverantiam, tandem miseretur, & nobis quoque sicut volumus fieri concedet: vt videlicet expulsi vitio- sarum tumultibus cogitationum, dimissis pecca- torum nexibus, & pura nobis serenitas mentis, & perfectio boni redintegretur operis. Notandum interea, quod hæc orandi pertinacia ita solum me- retur esse fructifera, si quod ore precamur, hoc etiam mente meditetur, neque alio clamore labio- rum, quam cogitationum scindatur inuitus. Sunt enim, qui intrantes ecclesiam multos psal- modiam, vel orationem sermonibus perlegant, sed alibi corde intendentes, nec ipsi quid dicant recolunt: ore quidem orantes, sed mente foris va- gantes, omni se orationis fructu priuant: putan- tes à Deo preces exaudiri, quam nec ipsi, qui fun- dunt, audiunt: quod antiqui hostis in itinere fieri, nemo est qui animaduertere nequeat. Sciens enim vilitatem orandi, & inuidens hominibus gratiam impetrandi, immitit hominibus multimoda cogi- tationum leuitem, & aliquando etiam turpium, nocentiumque phantasmata, quibus orationem impediatur, adeo vt nonnunquam tales, tantisque discurrentium cogitationum fluctus prostrati in oratione toleremus, quales nec in lecto respicini iacentes tolerare nouerimus. Vnde necesse est, fra- tres charissimi, vt agnitam diaboli euenimus supe- rari maliciam: & ipsi videlicet animum ad huius- modi nebulas, quas hostis aspergere gaudet, in quantum possumus seruando, & pij defensoris perpetuum flagitando præsidium, qui potens est quamuis

Sanctorum
verisusque
venda.

Psalm.

Luc. 11.

Matth. 9.

Matth. 13.

Matth. 9.

Matth. 13.

quamuis indignis peccatoribus & pure orandi, & perfecte impetrandi concedere gratiam. Multum autem iunat orationis puritas, si in omni loco vel tempore nos ab actibus temperemus illicitis: si semper ab ociosis sermocinationibus auditum pariter castigemus & linguam: si in lege Dei am- bulare, & testimonia eius assuescamus toto corde scrutari. Quæcunq; enim sapius agere, loqui, vel audire solemus, eadem necesse est sapius ad ani- mum quasi solitam, propriamque recurrant ad se- dem: & sicut volutabra sues palustria, columbæ lymphida solent frequentare fluena, ita cogitatio- nes impure mærem immundæ perturbant, castam spirituales sanctificant. Sane si ad exemplum Cha- nanæ mulieris, in orando perflamus, fixique ma- nemus, aderit gratia conditoris nostri, quæ cuncta in nobis errata corrigat, immunda sanctificet, tur- bulenta serenet. Fidelis namque, & iustus est, vt remittat nobis peccata nostra, & mundet nos ab omni iniquitate, & sit illum sedula mentis voce clamemus, qui viuat, & regnat cum patre in vnitatis spiritus sancti Deus, per omnia secula se- culorum, Amen.

HAYMONIS EPISCOPI
Halberstat. superioris Euang. expositio.

Egressus Iesus fecerit in partes Tyri. Superior sermo euangelicus describit questos fuisse contra dominum scribas & pharisæos: quod discipuli il- lius transgredere traditiones seniorum suorum. Quibus dominus digna redargutione conuictis, egressus inde (hoc est de Galatiæ, vbi murmur eorum pertulerat) secessit, sicut hic dicitur, in partes Tyri & Sidonis: vt salutem quam Iudæi spernan- dit, gentiles consequerentur. Tyrus autem & Si- don ciuitates maritimæ sunt, quondam quidem Israelitis in fortem possessionis distributæ, sed ne- quitias eorum exigentibus, ab eis postea (sicut & alix multæ ciuitates) amissæ. Dum autem dicitur, quia secessit in partes Tyri & Sidonis, & in sequen- tius legitur, mulier Chananaea à finibus eius egres- sa, liquido patet dominum non esse ciuitatem gen- tilium ingressum, sed partes earundem forinsecus ex misericordie elementia peragrassè. Quidam intellexerunt Chananeos canina capita habentes, sed non est ita. Noë tres filios habuit, quorum vnus vocatus est Cham, qui habuit filium vocabulo Cana- nam, à quo Chananei & alix gentes multæ sunt exortæ. Sunt autem in India in similitudine homi- num canina capita habentes: sed vtrum homines, an monstra sint, Deus scit, nos autem ignoramus. Quod verò dominus in partes gentium profeci- sceretur, sed in ciuitatem illorum non introibat, idcirco hoc agebat, vt & gentiles qui longe remoti erant sibi occurrere potuissent, & prædicationem verbi illius percipere: & tamen Iudæi occasionem reperire non potuissent recedendi ab illo dicentes, quia nos reliquit, & ad gentes proficiscendo transiit, idcirco nolimus credere in eum. Vel aliter, Soler boni patres proprias hæreditates alienis offerre, vt negligentiis filius metum incutiant, ne hæredita- te paterno iure priuètur, si in cepta pertinacia du- rauerint. Iuxta hanc comparationem potest intel- ligi Deus ex ratione à Iudæis migrasse ad gentium ciuitates, vt animos Iudæorum ad sui amoris mag- nitudinem per hoc inuicaret, dum gratiam Dei

per Christum sibi oblatam à se recedere, & genti- bus tribui formidarent. Myllicæ autem hæc ciuita- tes Tyri scilicet, quæ angustia interpretatur, & Sidon, quæ venatio inutilis dicitur, conuenticula gentium significant: quæ ante perceptam fidem an- gustia infidelitatis angebantur, quæque diabolus per idololatriæordes quotidie venabatur ad mor- tem. Quod ergo dominus à Iudæis egressus ad gen- tilium properat ciuitates, signat, quia Iudæos ob perfidiam sui erat relicuros, & ad gentes digna migratione transiuros, vnde & illis alibi dicit: An- feretur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et ecce mulier Chananaea à finibus illis egressa, clamare cepit. Hæc mulierem alius euan- gelista Marcus Syrophœnissam appellat. Syro- phœnissa autem mulier dicitur, à syro, & phœni- se compositione. Chananeorum enim gens origi- nem duxit à Canaan filio Cham, sicut supra dictum est, qui fuit filius Noë, quæ gens habitauit in pro- uincia phœnissæ, in qua sunt ciuitates Tyrus, & Sidon, alixque quam plurimæ. Syrophœnissa ergo vocatur, eo quod parentes illius de Syria, quæ est iuxta mare rubrum aduenierunt in eum locum, vbi Tyrum ciuitatem condiderunt, iuxta terram repromissionis. Phœnissa autè dicitur à rubro mari, quod incoluerunt parentes eius, post quam transiret ex Syria in Phœnissam. Nam phœnices appellatur rubrum, vnde & phœnicæ dicuntur asii id est, rubri, à mari rubro quod dudum incoluerunt. Sed merito quaeritur. Vnde Iesum Christum filium David vocare nonerit hæc mulier, cum gen- tilis, & Chananaea fuisse memoratur? Tamen quia Tyrus, & Sidon ciuitates sunt contiguae terræ repromissionis, & ista mulier in finibus præfatam urbium habitabat, potest non improbabiler intel- ligi, quod ex Hierusalem ciuitate promissio, quæ Iudæis de Christi natiuitate facta fuerat, qui de progenie David ortus est, fama vulgante, ab ea ca- uita fuerat. Quum legamus prædictas vires Israe- litis familiaritate maxima antiquo tempore secede- ratas, præcipue tamen temporibus David, & Salo- monis filij eius, quibus, vt historia narrat, Hyram rex Tyri preciosissima ligna, lapidisque diuersi generis, ad fabricam domus Dei implendam grauis- sime ministravit, rependentibus illis congruam vicem impensis fumenti, vini, & olei: quæ per sin- gulos annos iam dictis Tyriis tribuebant. Ex huiusmodi causa igitur hæc mulier edocta, credo eam didicisse domum de stirpe David nasciturum: quem vt proidentibus miraculis aduenisse cognouit, de finibus suis egressa, eum sicut hic dicitur, filium David inelamabat: quasi diceret: Recorde te, quæso, amicitiarum, & misericordie, quam patres tui genti meæ impenderunt, & mihi in presenti- bus necessitatibus subuenito. *Filia mea male à demonio vexatur*. Vbi cunq; in euangelio mentio gen- tilium introducit, potioris fidei quam Iudæi de- monstrantur. Siquidem, vt multis exemplis affir- mari potest, si quando aliquis Iudæorum Christum pro infirmante filio, vel filia interpellabat, presen- tiam illius vt infirmum visitaret, exigebat tãquam Dei filius impotens esset sine corporali presentia releuare infirmos, sicut ex petitione reguli com- probatur. At contra gentiles pro ægrotantibus sup- plicaturi, non carnis presentiam requirebant, sed opem diuinitatis fide pleni posebant, vt de Cen- tione legitur. Vnde & hæc mulier pro filia pos- tulans, non illam secum adducit, non dominum

3. Reg. 5.
2. Par. 14.

1. Ian. 4.

Matth. 8.

Luc. 7.

ad eam venire precatur: sed tantummodò commo-
ditatem illius simplicibus verbis inlicit, confidēs
quòd eam verbo restaurare poterat ad salutē. Iux-
ta spiritualem intellectum, typum tenet ecclesiā
de gentibus congregatę. Vndē meritò Cananęa
dicitur, & egressa de finibus suis perhibetur. Ca-
naam namque zelus interpretatur, & ecclesiā zelo
fidei permota, de finibus suis egressa est, hoc est,
přstinae conuersationis idololatriam reliquit, &
ad fidem Christi suscipiendam prompta mēte cu-
rrit. Filia autem mulieris illius, signat populos
nondum in Christum credentes, pro quibus, vt ab
erroribus liberentur, ecclesiā diuine iugiter sup-
plicat pietati. *Qui non respondit ei verbum.* Non est ar-
bitrādum, quòd dominus more superbiorum pha-
risęorum deprecanti despexerit mulierem, quā
scriptum sit: Desyderium pauperum exaudiuit do-
minus. Sed idcirco přmę petitioni illius respon-
dere distulit, ne suę sententię contrariis existens,
qua dixit: In viam gentium ne abieritis, locum ca-
lumnie reprehensoribus patefaceret, atque ideo
iustē illius fidem suscipere recusarent. Vel certē
ob hoc non respondet, vt constantiam illius, qua
in precibus perseuerauit, nobis imitabilem redde-
ret: quatinus sicut illa ad precibus non cessauit, do-
nec a domino salutem filię impetraret: ita & nos
redemptorem nostrum, ac eius instantem clemē-
tiam precibus pulsemus, quousque animarum no-
strarum salutem percipere mereamur. *Et accedentes
discipuli eius dixerunt: dimitte eam quia clamat post nos.*
Discipuli ignari adhuc dominicę dispensationis,
rēdio clamantis post se mulieris affectu, supplicat
pro ea domino dicētes: *Dimitte eam*, id est, fac
quod precatur. Aut alio intellectu, causa pietatis fecerit.
Neque enim misericordia carere poterāt, qui fontē
miseri cordis secum habebāt. Inter hęc autem
notandum, quòd alius euangelista dicit hanc mu-
lierem in domo ad dominum accessisse: Mattheus
autem loquitur, quasi post ambulatē dominum
in itinere ita clamauerit. Quòd ita concordatur:
Si intelligamus eam přmum in domum venisse:
sed quia ibi responsum nullum accepit, egredien-
tem dominum sequuta est, donec quod petebat
meruit impetrare. Allegoricę autem mulier ista
post dominum clamans ecclesiā signat ex genti-
bus, vt dictum est, quę dominum přsentem in
carne non vidit: & tamen ascendente illo ad cę-
los, post illum clamant, non solum ipsa credendo,
sed aliis vtiliter přdicando. *Quibus ille dixit: Non
sum missus nisi ad oues que perierunt domus Israel.* Om-
nis scriptura veteris testamēti sicut přdicat Chri-
stum venturum ad salutem Iudeorum, sic etiam
přfigurat per Christum implendam esse vocatio-
nem gentium. Vndē scriptum est, dicente Iacob. Et
ipse erit expectatio gētium. Et Hieremę. 10. Quis
non timebit te, o rex gentium, multaq; his similia.
Quid est ergo quod nunc dicit: *Non sum missus nisi
ad oues, &c.* Sed dicendum est, quia Christus př-
mud per se missus est Iudęis přdicare, non autem
& gentibus: sed ipse, qui per se Iudęos docuit, per
suos postmodum přdicatores gentes ad fidem
vocauit. Quos & oues appellauit, vbi dixit, &
alias oues habeo. *At illa venit, & adorauit eum,
dicens: Domine, adiuua me.* At ipse dixit: *Non est bonum
sumere panem filiorum, & mittere canibus.* Filios
in hoc loco Iudęos appellat, propter Dei notitiam
legisq; perceptionem. Canes autem gentiles,
propter immunditiam idololatrię. Panem quo-

Mat. 7.

Genes. 49.

que semetipsam nuncupat, sicut & alibi dicit: Ego
sum panis viuus, qui de cęlo descendit. Et est sen-
sus. Incongruum est, vt ego; qui de Iudęis carnem
assumpsit, illos deseram: & ad vos gentiles, qui ca-
nes estis, emigrem. Sed hęc vocabula miro ordi-
ne rerum secundum meritum dignitatem, pos-
ita sunt commutata. Nam & Israel, qui quondam
fuit filius, vt scriptum est: Filius meus přmogeni-
tus Israel, nunc postquam in filium Dei manum
misi, & cum morti tradidit, canum nomine vocat-
ur, quum de Iudęis dicitur: Circumderunt me
canes multi. Nos autem, qui canes eramus, per
domini misericordiam ad fidem conuerti, nuncu-
pamus, vt Ioan. 1. dicit: Dedit eis potestatem filios
Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Itaque
nunc filij Dei sumus. *Etiā domine.* Id est, veraciter
ita est vt asseris, quia non est bonum salutem popu-
lo Israelitico caluit missam sumere, & dare eā
gentibus. *Nam & catelli edunt de micis, que cadunt de mensa
dominorum suorum.* Mulier ista, de qua sermo
agitur, tribus virtutibus insignis fuisse comprobatur,
fide scilicet, & patientia, & humilitate. Fidem
nanque habuit, quum ad domino Iesu Christo pot-
tēter filiam suam sanari posse non diffidit. Patientiam
quoque tenuit, cum tot vicibus se repulsam
sciens, nequaquam a petitione cessauit: ita & nos
constantē in precibus persistit. Humilitatis egregia
obseruatix fuit, quia canibus comparata, non so-
lum non detrahit, sed ipsam quoque domini sen-
tentiam humiliter cōfirmavit, dicens: *Etiā domine:
nam & catelli edunt de micis, que cadunt de mensa
dominorum suorum.* Scio me, inquit, filiorum non
mereri, nec integros posse capere cibos, nec sedere
ad mensam cum patre: sed contenta reliquis cat-
ellorum, vt per humilitatem partis ad panis interi-
gi veniam magnitudinem, in quibus verbis mu-
lier, quę typum gerit ecclesię, a domino illumina-
ta a se ostendit esse, quę ex consorcio sermonis
illius inspirata, cum illo iam mystico eloquio ser-
mocinatur. Catelli nanque mysticę nos gentiles
sumus, filij Chanaam, id est, idololatrię patrum
nostrorum. Mensa verò facta scriptura est, quę no-
bis cibum spiritualem alimonie quotidie mini-
strat. De qua mensa eadem ecclesiā dicit ad Deum
Parasti in conspectu meo mensam. Et bene per
mēsam signatur sacra scriptura: quia sicut in men-
sa diuersi cibi, potusq; ponuntur, vt vnusquisque
secundum qualitatem stomachi sui sumat, quod
desyderat: ita in scriptura facta omnes inueniunt,
quod vnique conuenit. Ibi enim inuenit iustus,
quomodo in iustitia sua debeat permanere. Ibi
inuenit peccator, quomodo debeat penitentiam
agere. Ibi inuenit vir, quomodo, & qualiter vxorē,
& familiam regat. Ibi audit mulier, quomodo
subiecta esse debeat marito, vel quomodo castē
debeat viuere. Mysticę verò signant interna my-
steria scripturarum. Catelli ergo sub mensa non
cruentis, sed micis vescuntur, quia vocati gentiles
ad fidem Christi, non iam superficiei literę in
scripturis: sed spiritualem intelligentię medullam,
qua proficere possunt, perquirunt. Iudęi quasi
cruentas comedunt, dum circuncisionem carnaliter
obseruant. Nos micis vescimur, qui spiritualiter
vitia corporis, & mentis abscondimus. Illi cruentas
comedunt, quando agnum decimaquarta die ad
vesperam edunt. Nos verò subtilitate micarum pas-
cimus, quum quotidie de vitis ad virtutes transi-
tum facientes, corpus, & sanguinem domini su-
mimus

Ioan. 6.

Exod. 4.

Psal. 21.

Psal. 21.

Sacrosanctum patrimonium peccandi.


CHRISTIANI DRVTH-
mari eiusdem Euang. expositio.

minus in veritate ad nostram redemptionem. Et
rectē non super mensam, sed sub mēsa catelli edere
describuntur, quia fideles ex gentibus humilita-
tis deuotione pleni, omnia officia corporis ad in-
telligenda, atque complenda diuina přcepta sup-
ponunt. *Dicit ei Iesus: O mulier, magna est fides tua.* Ma-
gna certē fides istius mulieris fuit, quę nec pro-
phetarū edocta vaticiniis, nec ipsius domini pro-
nunciata miraculis, saltem filię a Christo etiā mul-
tociens repulsa instantem poposcit. Magna vtiq;e
fides est sanctę ecclesię, quę, quum Christum in
carne přsentem non viderit, mox tamen vt apo-
stolica přdicatione inuenta est, perfectam salu-
tem sibi, suisq; obtinuit, *sicut illi sicut vis.* Datur
nobis intelligi quia perfectā fides omnia, quę re-
de desyderat, adipisci potest, iuxta quod dominus
alibi dicit: Omnia possibilia sunt credenti. *Et sana-
ta est filia eius ex illa hora.* Subauditur qua domnus
dixit, *magna est fides tua.* Perpendendum est, quòd
propter magnam fidem matris, filia plenam sospi-
tatē meruit percipere. Quo loco forma catechizā-
dorum aperte tribuitur, qui tempore quo ad ba-
ptismum veniunt, signari boni malive, non sua, sed
parentum fide saluantur. Dignam nanque est, vt,
qui aliorum peccato sunt rei: aliorum etiam fide
sint ablui. Obseruandum verò est, quòd filia Ca-
nanęa quindodecimo signo, siue miraculo secun-
dum Mattheum curata esse refertur. Qui nume-
rus sacramento pęripio redoler, creatus ex se-
ptenario, & octonario: quorum alter, id est, se-
ptenarius ad vetus testamētum pertinet, propter sab-
batum antiquo populo Dei insigne: alter autem, id
est, octonarius, ad nouum ob resurrectionē octauo
die celebratur. Cum ergo ista in quindodecimo
sanatur loco, indicatur, quòd siue ecclesiā, siue fi-
deles quęque anima tunc plenam consequitur salu-
tem, quam veteris, ac noui testamēti doctrinam
inoffensam tenere, & perceptā efficaciter studue-
rit obseruare. Hinc Salomon suis auditoribus lo-
quitur: Da partes septem, ne non octo: quod est
dicere: In vniuersitate actionis tuę non tam veteris
testamēti dicta sequere, quàm noui testamēti
monitis obsecundare: Quòd verò septenarius mo-
nitis addito in octonariū surgit, possumus ad my-
sterium referre, quia filia scilicet Cananęa, hoc est,
vel generaliter ecclesiā, vel specialiter vnaquęque
anima, perfecta incolumitate, sublati cunctis in-
cōmoditatibus, perficitur, cū septenario octauus
succederit, id est, cum peccato istius vitę curriculo,
qui septem voluitur diebus, octauus dies, hoc est,
vniuersale resurrectionis tempus enenerit, quan-
do sanctis recipientibus corporis indumenta, ab-
sorbebitur mors in victoria. Moraliter filia istius
mulieris, vnaquęque anima est, dęmoniacis sua-
sionibus malē capta, id est, homicidij & cęteratum
peccatum sordē cumulata. Cuius salutem mater ec-
clesiā iugiter a Christo exposcit, vt quę ipsa per se
non valet corrigere, ipse interitus inspirando con-
uertat, & a vitis omnibus faciat emendatam. Pos-
sumus & hoc ad nos referre. Si cuius enim fuerit
conscientia succumbens vitiorum oneribus, id est,
si inuidia veneno polluta est, filiam habet, quę
malē a dęmonio vexatur, pro cuius sospitate se-
dulò debemus diuinam interpellare clemētiā,
& inter orandum sanctorum patrocinia prouiden-
do querere, sicut & apostoli leguntur pro ista mu-
liere intercessisse, quatenus eorum intercessioni-
bus fulti, incolumitate animę nostrę a diuina mi-
sericordia valeamus inuenire.

ET egressus inde Iesus, secessit in partes Syri & Sidonis.
Reliquit Scribas & Pharisęos, qui semper re-
prehendere volebant: & pergit ad partes Tyri &
Sidonis. Tyri vrbs phœnicum, condita a Phœnicis
fuit: Sidon ab ipsis similiter condita: fuerunt
verò in mari constructę: sed iugi obfisione & ag-
geris aggregatione, quando dominus in mundum
venit, contigua terre erat. Nam Nabuchodonosor
obfedit eas: & aggregauit multum aggerem cum
nauibusa: ita vt a foris muro stare posset, quod ante
non poterat: & cepit Sidonem in přmis, post ca-
ptam Iudęam. Tyrum autem per tres annos obse-
dit: & interim eduxerunt habitatores omnia př-
cipua de ciuitate, sicut Hiezechiel dicit: describit
& ipse gloriam eius. Post Nabuchodonosor Ale-
xander obfedit eas: & coniunxit terre: Tyrus di-
citur angustia, quia mari erat cincta: Sidon pi-
scola, eo quod pisces ibi abundarent: fuerunt ve-
rò filius Israel promissę a domino, & in sortem da-
tę, sed non potuerunt eas capere filij Israel: *Et ecce
mulier a finibus illis egressa.* Non intravit dominus in
nem Tyriorum, sed ibi prope gradiebat. *Clamauit
dicens ei.* Mulier ista Chanaana dicitur: quia de
Chanaanis erat eorum origo, & terra eorum Iu-
dęis promissa fuit, sed propter peccata non potue-
runt illos eicere. Tres virtutes mulier hęc habuit,
fidem: quia credidit dominum ista posse facere:
Habit humilitatem, qua se non canibus confessa
est esse parem, sed catulis: habuit patientiam: quo-
tiens repulsa perseuerauerit. Simplex historta au-
ditorem edificat, vt fidem rectam in Deum ha-
beamus: credentes impetrare quęcumque posci-
mus: si ad salutem animę poscimus. Hęc quoque
cum humilitate agamus, quia cor contritum, &
humiliatum Deus non spernit. Patientiam nihilomi-
nus habeamus cum perseuerantia. Iuxta allego-
riam mulier ista ecclesiā significat ex genti-
bus ad dominum cōuertendam, quę a finibus suis
egressa est: videlicet a přstina conuersatione & a
přstinis vitis separata, in ecclesiā Christi ingressa.
Filia eius: anima est vniuersiusque ex ipsius popu-
lis: quę a dęmonio vexabatur, antequam in Deum
credere. *Qui non respondit ei verbum.* Non de super-
bia hoc fecit: sed ne occasionem Iudęis daret re-
spuendi verbum, & přdicationem suam, quia ipse
dixerat. In viam gentium ne abieritis, & vt patien-
tiam ipsius mulieris & perseuerantiam ad instru-
tionem videntium, & audientium monstraret. *Et
accedentes discipuli, rogabant eum dicentes. Dimitte
eam, quia clamat post nos.* Importunitate eius carere
cupientes commonebant. *Nō sum missus nisi ad oues,
que perierunt domus Israel.* Non quòd ad gentes non
sit missus, sed primo ad Israel propter electionem
patrum, & přiuelegium, quòd ille populus semper
habuit apud Deum, & cum ille repulisset, tunc ad
gentes mitteret. *At illa venit, & adorauit eum dicens.
Domine adiuua me.* Sic debemus esse importuni in
orationibus, & perseuerantes. Primo dixit filium
Danid, & nunc dominum dicit, & adorat vt domi-
num. *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere
canibus.* Nunc dominus mysticę ad eam loquitur:
& ille panis diuini verbi per Moysen, & prophetas.
Mensa namque est scriptura sacra, quę Iudęis pa-
nem vitę ministrare debebat, sed micę cadebant, quia

deret esse despectam, repudiatos etiam illos, qui pro ea deprecarentur, non desperavit: nā magnam habebat fidem, ac prudentiam: sed impudens est honesta impudentia: & iam relicto clamore, qui eminus fiebat, propius accessit. Nos autem non ita, sed ubi statim non affequimur, de sistimus: quā propius oporteret accedere, & ferventius orationi incumbere. Porro illa, quum accessisset, &c. Vique tunc enim neque in illius conspectum aula fuerat accedere, indignam sese reputans. Ille autem respondens, dixit: Non est decens, &c. Quantum illa angebat petitionem, tantum ipse repulsionem. Marcus ait, quōd dixerit ei; Sine primū saturari filios. Vndique enim ostendebat familiaritatem, ac dilectionem erga Iudeos, eorumque procurabat honorem. Filios quidem eos vocavit tanquam suos, ac dilectos: Ethnicos vero catellos tanquam impuros ac scelestos. Panem autem dicit sanctam nō corporum tantum, verum etiam animarum. Et videtur mulieris prudentiam: Christi enim verbis perculsa, suum ab illis texit patrocinium. At illa dixit: Vique domine, &c. Certe, domine, vere dixisti: illi quidem sunt filij, ego vero vna ē catellis: ideoque mei potius misereri oportet. Nam & catelli edunt de micis, que cadunt à mensa dominorum suorum. Quia ergo catella sum, non aliena sum, neque de micis participare prohibeor, sicut neque catelli de micis, inquam, intellectualibus, id est, sanctorum collatis ab eo, qui nunc casu sese obrulit. Quod ergo adeo repulsa non discessit, fidei erat: quod vero fe catellam est confessā, humilitatis quod autem à Christi

sermonibus patrocinium sibi aptaverit, prudentia. Propterea enim Christus sanctam distulit, vt hæc manifesta fierent: atque per illa huius philosophiam demonstraret, vt que confunderentur Iudei, adeo fide, humilitate, ac prudentia à gentili muliere superari: præterea vt hæc videntes Apostoli, sumerent audaciam, quum postmodum ad gentes emitterentur. Iam itaque Christus illius fidem promulgat. Tunc respondens Iesus dixit illi, O mulier, magna est, &c. Marcus autem ait, Christum ad illam dixisse; Propter hunc sermonem, abi exiit demonium à filia tua, hoc est propter hunc sermonem, quo sapienter admodum vsa es ad patrocinium. Etenim Saluator & fidem eius laudavit, & prudentiam. Et ideo Mattheus quidem laudem fidei eius scripsit: Marcus vero prudentia. Tu autem considera quomodo, quum Apostoli pro illa deprecati fuissent, nihil que effecissent, ipsa potius perfecit. Hinc enim docemur, quod Deus mauult nos pro nobis ipsi obsecrare: discipuli enim maior libertate utebantur, sed mulier magnam demonstravit constantiam, ac perseverantiam. Et vere magna potest precatio assiduitas. Præfigurabat autem iuxta allegoriam Canana: hæc mulier ecclesiam ē gentibus congregandam, que, dum in finibus suarum obseruantiarum permanit, filiam habebat à dæmonio agitātam, videlicet, operationem dæmonibus subiectam. Vbi autem egressa est à finibus suis, obliuiscit populi sui, ac domus patris sui, Christi sermone digna effecta est, & à dæmonum violentia liberata.



FERIA VI QVATVOR TEMP. QVADRAGESIMAE. IOAN. 5.



^a Solennitatem celebrat cum hominibus hominum. In illo tempore erat dies festus Iudeorum, ^a ascendit Iesus Ierusalem. Est autem Ierosolymis probatica piscina, quæ cognominatur Hebraicè Bethesda, quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ ^b motum. Angelus autem domini secundum tempus descēdebat in piscinam, & mouebatur aqua. Et ^c qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat à quacunq; detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi, ^d triginta & octo annos habēs in infirmitate sua. Hunc autem cum vidisset Iesus iacentem, & cognouisset, quia iam multum tempus haberet, dicit ei: Vis ^e sanus fieri? Respondit ei languidus: domine hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Iesus. ^f Surge tolle grabatum tuum, & ^g ambula. Et statim sanus factus est homo ille: & sustulit grabatum suum

^b Id est, Mortem Christi, & inde redemptionem.

^c Et si plures sanantur morte Christi, propter vnitatem tamen vnus dicitur sanari.

^d Significat multis & magnis peccatis oppressum.

^e Incitat eum ad fidem, quia non nisi volens debet fieri sanus.

^f A viuis.

^g De virtute in virtutem.

suum, & ambulabat. Erat autem sabbatum in illa die. Dicebant ergo Iudæi illi, qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum & ambula: interrogauerunt ergo eum: Quis est ille homo qui dixit tibi: tolle grabatum tuum & ambula? Is autem qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus autem declinauit à turba constituta in loco. Postea inuenit eum Iesus in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo, & ^h nunciauit Iudæis, quia Iesus esset, qui fecit eum sanum.

^h Noto Iesu non est piger in annunciendo. ⁱ Ille nunciauit salutem vt sequantur, sed illi e contra persequuntur.

GLOSSA ORDINARIA in superius Euang.



^o s t hæc. Sequitur. ¹ Es aut. ² Ia. Probaton Græcè, dicitur quis Latinè: Probatica ergo pecnalis, quia ibi abluantur cadauera hostiarum. Significat autem aqua illa populum Iudeorum qui modo stat quietus, modo venis tentationum turbatur, qui dicitur domino. Nos populus tuus sumus, & oves pascen tue qui quinque porticibus, id est, lege quæ in quinque libris est innuitur: ibi multi infirmi, quia lex non sanat, sed prodit infirmos, vt aliquando querant medicum, Cæci ibi sunt, qui non habent lumen fidei. Claudii, qui quod vident non possunt operari. Aridi, qui quicquid agunt sunt sine pinguedine charitatis, Expectabant aqua motum, in quo sanitas fiebat per angelum, quia lege coniuncti gratiam redemptionis desiderabant, Angelus, filius Dei latens in carne inter Iudeos, qui moti sunt doctrinis eius ad persequendum: cuius morte sanatur vanitas quæ per humilitatem descendit ad fidem passionis, sed qui post, id est, qui ab vnitare discrepat non sanatur. Angelus ante. Ecce duo miracula. Vnum inuisibiliter per Angelum in piscina. Alterum visibiliter à domino. In vtroque vnus sanatur, vt vnitas commendetur. Alioquin nec in potestate adeo magnum, & in benignitate parum fuit, vnum de tot sanari ab eo qui omnes vno poterat erigere verbo. Sed in his corporalibus plus intendit æternam salutem animarum. Triginta & octo. Id est, duobus minus quadraginta, qui numerus constat ex quater decem: & significat perfectionem operum, in decem præceptis legis & quatuor euangeliis: à quo duo minus habet qui charitate Dei & proximi caret. Vis san. Non nescit quid velit, sed accendit ad amorem sanitatis, de qua iam desperabat. vnde iam conquirebatur, quod non haberet qui eum mitteret in aquam. Tol. gra. Dilige proximum infirma eius tolerando. qui te infirmum patienter tulit: & non solum lætare de tua erectione, sed de proximorum sollicitus esto salute. Ecce angelus magni consilij latens in carne, turbata aqua Iudeorum sanum fecit vnum. Et am. Diligendo Deum festina vsque ad visionem eius, nec fratrem propter amorem eius ad quem pergis deserens, nec propter fratrem ab illo querendo cessans. Dicebant ergo. Iudæi obseruatores litteræ, nescientes gratiam qua læt impletur, quæ ab omni seruilis opere, id est, à peccato cessare iubet. vnde hic dicitur: Tolle grabatum, &c. Non licet. Non calumniantur de salute qui sabbato curant ani-

malia, sed de læti portatione, Respondit ei. Non cedit obicientibus, sed sanatoris mādatis obediens, autoritate sanationis suæ obicit calumniantibus. Nesciebat quid esset. In turba positus non agnouit Iesum, sed post in templo. In quo docemur, vt quisquis vult ad visionem Dei peruenire, fugiat turbam suorum affectuum & neque hominum: & adeat templum internæ orationis. In templo. Non in turba sed in templo, quia si gratiam conditoris cognoscere volumus, oportet vt conuenientia fruiamur, & templum efficiamur. Noli peccare. Innuit quod propter peccatum languet: sed ipse Iesus illum sicut exterius, ita intus sanauit. vnde præmonet, ne iterum peccando grauius iudicetur.

CATENA AVREA in idem Euang.

^a Vgust. de con. euang. Post miraculum in Galilea factum, inde Hierosolymam rediit: vnde dicitur. Post hæc erat, &c. Chryl. Mihi videtur quod erat dies festus Pentecostes, ascendit autem Iesus Hierosolymam semper in festis diebus, vt eis dies festos faciens non videatur legis contrarius, & ob hoc multitudinem simplicem per signa & doctrinam attrahat. maxime enim in diebus festis hi qui iuxta positi erant conueniebant. Sequitur. Erat aut. Hiero. proba. &c. Alc. Probatum Græcè quis dicitur, probatica ergo piscina pecuniaria dicitur, vbi sacerdotes cadauera hostiarum abluant. Chryl. Dicebat quidem baptisma dari peccata purgans, cuius imago præscripta fuit in piscina, & in aliis pluribus: & primum quidem dedit Deus aquam expurgatam corporum sordes & iniquitates non existentes, sed opinatas, puta eas quæ à funere, & quæ à lepra, & ab aliis talibus: deinde infirmitates diuersas per aquas facit solui, vnde sequitur: In his iace. mul. lang. &c. Volens enim Deus propinquius adducere ad baptismi donum, non adhuc inquinamenta solum mundat, sed etiam ægritudines sanat. sicut enim ministri qui prope regem sunt, his qui sunt à longè, clariore sunt: ita & in figuris sit. Non autem simpliciter sanabat aquarum natura, semper enim hoc fieret, sed in angeli descensione. vnde sequitur: Angelus autem domini. descendebat, &c. Sic enim & in baptizatis non simpliciter aqua operatur, sed cū spiritus sancti susceperit gratiam, tunc omnia soluit peccata. Angelus enim descendens turbabat aquam, & sanatiuam imponebat virtutem: vt discant Iudæi, quoniam multo magis angelorum dominus omnes ægritudines animæ sanare potest: sed tunc quidem infirmitas impeditur. Bibl. Hom. tom. 2. x mentum

mentum volenti curari fiebat. Subditur enim: Et qui prior descendit in pisci. &c. Nunc autem unusquisque accedere potest, non enim angelus est qui turbat aquam, sed angelorum dominus qui omnia operatur: sed & si orbis terrarum uniuersus veniat, gratia non consumitur, sed similis manet. Sicut enim solares radij per vnamquamque illuminant diem, & non consumuntur, neque à multa largitione minor fit solis lux: ita & multò amplius spiritus sancti actiò in nullo minuitur à multitudine eorum qui potiuntur ea. Hoc autem fiebat scilicet ut vnus tantum post motionem aquæ sanaretur, ut qui didicerant quoniam in aqua ægritudines corporis sanabantur, in hoc per multum tempus exercitati facillè crederent, quòd & ægritudines animæ aqua sanare potest. Aug. Plus est autem quòd Christus vitia sanauit animarum, quàm quòd sanauit languores corporum moriturorum: sed quia ipsa anima non eū nouerat à quo sananda erat, & oculos habebat in carne vnde facta corporalia videret, & nondum habebat in corde vnde Deum latenter cognosceret, fecit quod videri poterat, ut sanaretur vnde videri non poterat. Ingressus est locum, vbi iacebat multitudo languentium, de quibus elegit vnum ut sanaret, de quo subditur: *Erant autem qui homo, &c.* Chryf. Non autem confestim enim à principio sanauit, sed primum eum familiarem sibi facit, per interrogationem futuræ fidei faciens viam. Non autem expetit fidem, ut in cæcis fecit, dicens: Creditis quia possum hoc facere? quia hic nondum nouerat eum manifestè quis esset. Nam illi quidem ex aliis eius virtutem cognoscentes, còncipiente hæc audierant. Alij verò nondum eum cognoscentes, sed per signa eum cogniti post miracula requiruntur de fide, vnde sequitur: *Hunc enim vidisti, Iesus, &c. & cognouit.* Non hoc querit ut dicat, hoc enim superfluum esset, sed ut ostenderet istius patientiam, qui triginta & octo annos habens, per vnumquemque annum eripi ab ægritudine expectans assidebat, & non desistebat. Et ut cognoscamus propter quam causam dimittens alios ad hunc venit, & non dicit, Vis te curabo? nondum enim aliquid magnum imaginabatur ille de Christo, non autem turbatus est ad interrogationem, neque dixit iniuriati mihi venisti? quando interrogas si volo sanus fieri, sed mansuete respondit. Sequitur enim: *Respondit ei, lang. Domine, homi. non habeo, &c.* Non nouerat quis esset qui interrogabat neque quòd curaturus esset enim. Opinabatur autem fortasse vtilem sibi fore Christum ostendit, quòd verbo omnia potest facere, vnde sequitur, *Dixit ei Iesus, surge, tolle grabatum tuum, & ambula.* Chryf. Intrauit diuinæ sapientiæ superabundantiam: non solum sanari, sed & lectum portare iubet: ut & credibile faceret miraculum, & nullus existimet phantasiam quòd factum est. Non enim nisi certissimè & vehementer compacta esse membra, lectulum ferre possent. Audiens autem languidus, quoniam eum potestate & velut iubens dixit: *Surge, tolle grabatum tuum, non derisit, dicens: Angelus descendit, & turbat aquam, & solum vnum curat.* Tu autem homo existens, ex solo præcepto speras te magis angelis posse: sed audiuit, & non discredidit ei qui iussit, & sanus factus est. vnde sequitur: *Est factus, & ambulauit, & turbat aquam, & solum vnum curat.* Bed. Multum quippe inter sanationem

domini, & quæ à medicis infertur, distare probatur: hæc videlicet voce iubentis, & mox impletur, illa verò per multa temporis interualla aliquoties perficitur. Chryf. Igitur mirabile quidem est hoc, quæ autem sequuntur: multò maiora erunt. Nam in initio quidem nullo molestante suadet non ita mirabile est, sicut quòd post insanientibus Iudæis & accusantibus Christo obediuit, vt ostendit euangelista consequenter dicens: *Erant autem sabbati, &c.* Dicebant ergo Iudæi, &c. Aug. Non calumniabantur dominum, quia sanum fecerat sabbato, quia eis respondere possent, quia si cuiusquam iumentum in puteum cecidisset, vtique die sabbati erueret illud & saluaret: sed quia portabat grabatum suum, quasi dicant: si sanitas non erat differenda, nunquid & opus fuerat imperandum? sed ille auctorem sanitatis suæ obiciebat calumniatoribus. vnde sequitur: *Respondit ei, qui me sanum fecit, mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula.* quasi dicat: quare non acciperem infirmum in quo acceperam sanitatem? Chryf. Nimirum si malignari vellet, poterat dicere: Si crimen est, acculate eum qui iussit, & deponam lectulum: sed & curationem vtique occultasset. Etenim sciebat non ita eos esse morfos ex sabbati solutione, sicut ex infirmitatis sanatione: sed neque hoc occultauit, neque veniam petiit, sed clara voce beneficium confessus est: illi verò malignè interrogauerunt, vnde subditur: *Interrogauerunt ergo eum, quis est ille homo qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum, & ambula?* Non dicunt, quis est qui fecit te sanum? sed in medium inducunt id quod transgressio æstimabatur. Sequitur: *Is autem qui sanus fuerat effectus, respiciens quis esset, resus autem declinatis à tur. const. in loco.* Et primum quidem vt eo absente testimonium insuspicabile fieret. Qui enim adeptus fuerat sanitatem, idoneus erat beneficij testis. Demum vt non plus faceret futorem illorum accendi. Solum enim vultus eius cui inuideret, nò paruam inuidentibus immittit scintillam, propterea discedens permittit ab ipsis suum factum examinari. Quidam æstimant hunc paralyticum esse eum, qui in Matthæo positus est: sed nò est. Ille enim multos habebat sui curam habentes, & eum ferentes: hic autem nullum. Sed & locus vtrorumque diuersus est. Aug. Si quidem medicis corde & humano ingenio consideremus hoc miraculum facientem, quod ad potestatem pertinet, non magnum aliquid fecit, & quod ad benignitatem, parum fecit. Tot iacebant, & vnus curatus est, cum posset vno verbo omnes erigere. Quid ergo intelligendum est, nisi quia potestas illa & bonitas magis agebat quid animæ in factis eius pro salute sempiterna intelligeret, quàm qui pro temporalis salute corporis mereretur? In illis enim factis quicquid temporaliter sanatum est in membris mortalibus, in fine deficit: anima quæ credit, ad vitam æternam tranfitum fecit. Piscina illa & aqua illa, populum mihi videtur significasse Iudæorum: significati enim populus nomine aquarum, à aperte nobis indicat Apocal. Ioannis. Bed. Bene autem piscina probatica fuisse describitur. Ille enim populus omni nomine significatur, secundum illud psalmi: Nos populus tuus, & oues gregis tui. Aug. Aqua ergo illa, id est, populus ille quinque libris Moyfi tanquam quinque portibus claudebatur, sed illi libri pròdebant, languidus non sanabatur. Lex enim peccatores cònuincbat, non absoluebat. Bed. Denique multa genera languen-

languentium in eadem iacuerunt: cæci scilicet, qui scientiæ lumine carent: claudi, qui ad ea quæ iubentur implenda vires non habent: aridi, qui superne dilectionis pinguedine carent. Aug. Venit autem Christus ad populum Iudæorum, & faciendo magna, docendo vilia, turbauit peccatores, id est, aquam presentia sua, & excitauit ad passionem suam, sed lacens turbauit. Si enim cognouissent, nunquam dominum glorie crucifixissent. Subito enim videbatur aqua turbata: & à quo turbabatur, non videbatur. Descendere ergo in aquam turbatam, hoc est humiliter credere in domini passionem. Ibi sanabatur vnus significans ecclesiæ unitatem: postea quisquis venerit, non sanabatur: quia quisquis præter unitatem fuerit, sanari non poterit. Vt illis qui oderunt unitatem, & partem sibi faciunt in hominibus. Habebat autem 38. annos in infirmitate qui sanatus est, hic enim numerus ad languorem pertinet magis quàm ad sanitatem. Quadragenarius enim numerus sacratus, nobis in quadam perfectione commendatur, quia lex in decem præceptis data est: & prædicanda erat per totum mundum, qui quatuor partibus commendatur. Denarius autem per quatuor multiplicatus ad quadragenarium pertinet, vel quia per euangelium quòd quatuor libros habet impletur lex. Si ergo quadragenarius numerus habet perfectionem legis, & lex non impletur nisi in gemino præcepto charitatis: quid miraris quia languebat qui xl. minus duos habebat? necessarius erat illi homo ad sanitatem. Sed homo ille, qui & Deus est: & quia illum iacentem duobus minus inuenit, quia duo quadam iubendo quòd minus erat impleuit. In duobus enim domini iussis, duo præcepta significata sunt charitatis. Dei dilectio prior est ordine præcipiendi, proximi autem dilectio prior est ordine faciendi. Dicit ergo: *Tolle grabatum tuum, q. d.* Cùm esses languidus, portabat te proximus tuus: sanus factus es, porta proximum tuum. Dicit etiam, *Ambula.* Sed quo iter agis, nisi ad dominum Deum tuum? Bed. Quid enim est dicere: *Surge & ambula,* nisi à torpore & ignauia in quibus iacebat erigere, & in bonis operibus proficere studere. *Tolle grabatum tuum,* id est, proximum tuum à quo portaris, & ipse patienter tolera. Aug. Porta ergo eum eum quo ambulans, ut ad eum peruenias cum quo manere desideras. Ille autem nondum Iesum nouerat, quia & nos credimus in eum què non vidimus: & vt non videatur, declinat à turba. Quadam solitudine intentionis videtur Deus, turba strepitum habet, visio ista secretum desiderat. *Postea inuenit eum Iesus in templo, &c.* Chry. Curatus homo non secessit ad nudinas, neque voluptati aut vanæ gloriæ dedit seipsum, sed in templo conuersabatur, quod maximè religionis est signum. vnde dicitur, *Postea inuenit eum, &c.* Aug. Dominus quidem Iesus & in turba eum videbat, & in templo. Ille autem languidus Iesum in turba non agnoscebat, in templo agnoscebat in loco sacro. Alci. Quia si gratiam còditoris cognoscere volumus, & ad eius visionem venire, fugienda est turba cogitationum & affectuum prauorum, & declinanda sunt prauorum conuenticula: fugiendum est ad templum, vt nos ipsos templi Dei studeamus facere, quos Deus inuiscere, & in quibus manere dignetur: Sequitur: *Et dicit illi: Ecce sanus factus es, &c.* Chryf. Vbi prius dicitur quòd ex peccatis ei nata est hæc ægritudo: quia enim sapius animam in nobis ægrotantem

insensibiliter habemus, corpus autem & si paruam susceperit læsionem, omne facimus studium vt ab infirmitate liberemur: propterea Deus punit corpus pro his, quæ anima deliquit: secundò verò quòd verus est gehennæ sermo: tertio quòd longum est & infinitum supplicium. Dicunt enim quidam: Nūquid quia in breui temporis momento ad alteratus sum, immortaliter crucior? Vide quòd hic tanto tempore pro peccatis cruciabatur, non enim temporis mensura peccata iudicantur, sed ipsa delictorum natura. Cum his autem & illud discimus, quòd si grauem sustineamus penam pro prioribus peccatis, deinde in eadem incidimus, grauiora patiemur, & hoc deceter: qui enim neque supplicij factus est melior, vt insensibilis de reliquo & contemptor ad maius ducetur tormentum. Si autem hic non omnes pro peccatis pro peccatis torquentur, non confidamus. Nihil enim nos hic pari pro peccatis, signum est maioris illic futuri supplicij. Non autem omnes ægritudines sunt ex peccatis, sed plures. Quædam enim & à pigritia sunt, quædam propter probationem: sicut in Iob. Sed propter quid paralytico huic Christus de peccatis mentionem facit? Quidam huic paralytico detrahentes, dicunt eum Christi fuisse accusatorem, & propter hoc hæc audisse. quid igitur dicent de paralytico qui est apud Matthæum? etenim & illi dictum est: Dimittuntur tibi peccata tua, neque etiam Christus hunc inculpauit de preteritis, sed ad futurum eum munit solum. Alios igitur curans peccatorum non meminit, quia his paralyticis ex peccatis ægritudines sunt factæ, aliis autem ex infirmitate naturali, vel per hos reliquos omnes admonet. Cùm his autem & illud est dicere, quoniam multam vidit inesse animæ huius patientiam, & vt valentem suscipere admonitionem eum admonet. Tribuit autem signum ei proprie deitaris, dicendo enim: Non amplius pecces: ostendit se scire omnia quæ ab eo facta erant delicta. Aug. Nunc autem ille postea quàm vidit Iesum, & cognouit eum auctorem salutis suæ: non fuit piger in euangelizando quem viderat. vnde sequitur: *Abijt ille homo, &c.* Chryf. Non ita insensibilis erat, vt post tantum beneficium & admonitionem maligna mente hoc dicat, si enim detrahere vellet, sanitatem tacens transgressionem dixisset, sed hoc non fecit: non enim dixit quoniam Iesus est qui dixit, *Tolle grabatum tuum, quòd videbatur Iudæis crimem esse, sed dixit, Quoniam Iesus est qui me sanum fecit.* Aug. Sic igitur ille annuntiabat, & illi insaniebant.

S. GAUDENTII EPI- scopi Brixien. De Paralytico Tractatus.

Memini me superiore tractatu sanctæ dilectioni vestræ pollicitum, quod adiuuante domino plenius explanaturus essem, quæ ob causam vnum se opus fecisse dominus testaretur. Vnde plebs ignauissima Iudæorum, scriptulum passa, & iniquissimo furore successa, benedictionis datorem, maledictis blasphemis pulsauerit, dicens: Dæmonium habes. Quis te querit interficere? & insuper, virè dominum necis tradere supplicio, cogitare. Probauimus quidem istius Euangelistæ testimonio, non vnum, sed multa & innumerabilia à Christo fuisse opera celebrata. Sic enim in fine

libri conscribit: Sunt autem & alia multa, quæ fecit Iesus, quæ si scribatur per singula, arbitror nec ipsam mundum capere eos libros, qui scriberentur, posse. Sed forsalle dicit studiosus auditor. In primis patribus Euangelij loquitur dominus: Vñ opus feci, & omnes miramini: In subsequentibus ille virtutum cumulus celebratur: & idcirco nihil quæstionis super hoc videlicet esse relictum. Verum, ego ab isto sermone superiora libri huius dicta recensens, inuenio plurima vsque in hunc locum Euangelij Christum Deum nostrum miranda opera confecisse. Iam Nathanaelem viderat, primumque sub ficulnea constitutus à Philippo vocaretur: iam liquorem simplicissimum perlucens aquæ in colorem, saporemque vini, sua potestate conuerterat: iam Reguli filium morientem celestis medicis, primumquam visitaret, dum roigaretur, verbo sanauerat. Iam Samaritanæ illius mulieris vitia oculata prodiderat, & confessam spiritali fonte mundauerat: iam paralytici membra per triginta & octo annos emortua vnus vocis præcepto curauerat, vel potius refoverat. Iam quinque panibus hordaceis, & duobus piscibus satiauerat, maiore miraculo conuiniui soluens. Amplior enim cibi appositæ quantitate reliquiarum cumulus inuenitur tot populorum famelicis cohorribus fauatis. Iam mare pedibus ambulauerat, ita vt plantas gradientis tumens vnda non tangeret: sed in catalogo isto virtutum, adhuc vnum fecerat opus quod seementi contra se imperito populo Iudeorum, quasi verisimilem faciendi aditum dedisset: videbatur, quod scilicet paralyticum curasset in Sabbato, cum lex totum Sabbatum imperasset. Itaque Christus, qui legem veterem non soluit veterem, sed implet, tanquam violati Sabbathi reus inobediens perpetuarum Iudeorum. Cogor hoc loco, fratres charissimi, omnia præsentis sermone lectiois rationem Sabbathi explanare, ne iusta credatur fuisse contra iustum persequuto iniquorum. Nam Paralyticus ille, qui die Sabbathi à Christo curatus esse memoratur, ideo calumniam patitur à Iudeis, quod ipsa die, qua sanatus fuerat, lectum suum portare videretur, Sabbathum esse, inquit, & non licet tibi portare grabatum tuum. Respondit curatus, qui fecit me sanum ille mihi dixit: tolle grabatum tuum, & ambula & alicui, Iesus est, inquit, qui fecit me sanum, vel filius David est, qui fecit me sanum, vel filius Ioseph, qui fecit me sanum. Hæc enim omnia vtitate erant in populo tunc temporis de Christo domino Salvatore. Sed quid? Iesus est, ait, qui fecit me sanum: sciebat enim, sciebat, vt pote Hebræus, nomen Iesus ex virtute descendere sanitatis. Saluator siquidem dicitur Iesus, sicut declarat Angelus, cum per somnium de Christo loquitur ad Ioseph: Vocabis, inquit, nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Ille ergo, inquit, me fecit sanum, cuius & nomen salus est. Et quomodo poterit Salus per præscriptam legem prohiberi ne saluetur? Videamus tamen, fratres charissimi, si vel ipsa lex ocio Sabbathi salutaris opus excludit. Sex, inquit, diebus facies opera tua, septimo autem die Sabba-

Ioh. 1. 2. & 34-5. & 6.

Mat. 23. 1-5.

Ioh. 5. 1-5.

Ioh. 5. 1-5.

Mat. 11.

Exod. 20.

tum est domini tui. Non facies in eo vllum opus, nisi, quod sit pro omni anima. Procliuum est ex voluntate humanum genus, & maximè Iudeorum ad carnalia opera, potius quam diuina, & idcirco constitutus est vnus, in hebdomade Sabbathi dies, in qua à carnalibus cessare cogentur, & vacare solum Diuinis. Nam neque cibum coquere, neque iter facere in Sabbato concedebatur, ne quis sub prætextu necessitatis humanæ, præponeret terrena Diuinis. Verum posteaquam Iudæi neglectis spiritalibus negotiis, quæ pro animæ salute dominus agenda præceperat, omnia legitima Sabbathi ad ocium luxuriamque conuulerant, clamat ad eos continud dominus per Prophetam: Ne omnia vestras, & diem magnum non fulineo: ieiunium, & ferias vestras & dies festos vestros odit anima mea. Sabbathi inquit: vestra, non mea, non enim sunt mea, quæ geritis: meum ieiunium, & mea Sabbathi quæ ego seruanda præcepi, ieiunare iubet à vitis, cessare ab operibus malis, & bonis actionibus inharere. At è contrario vestra Sabbathi, vestraque ieiunia, & litibus inquieta sunt, & illecebri & luxuriis plena. Ipse ergo legis dator in homine veniens, cum operaretur pro omni anima opera salutis, (in Sabbato enim docebat) quod proutda ratione præceperat, nec destruebat legem, sed potius adimplebat legem. Scriptum est enim: Nō facies vllum opus tuum in Sabbato, tuum inquit opus id est, humanum. Et adicitur, nisi quod sit pro omni anima, siue omni animæ & ad saluandam animam. Ideoque legimus priores in illos in lege, pro salute animarum Sabbathi operatos. Septem diebus Iesus filius Naue iubente domino, circumiit ciuitatem Ierichon, cum Leuitis, & Sacerdotibus arcam portantibus Testamenti, & eadem hostiles motu diuino, vt animæ Iudeorum de belli discrimine liberentur. In septem vero diebus etiam Sabbathum numerati, à quolibet die computare incipiens deprehendes. Itaque, cum dicitur: Iesus est, qui fecit me sanum, admonetur Iudæi ex nominis communionem, opera nō condemnare similia. Ideoque Christus dominus cum aut arcam manum, aut hydropem, aut paralyticum curaret in Sabbathis, tanquam verè dominus Sabbathi, rem suam legis suæ testimonium tuebatur, dicens ad Iudeos. Licet Sabbathi benefacere animali, animam saluam facere, aut perdere? In hunc sensum legis, vt arbitror, quem supra exposuimus, eos introducere volens, simulque exprobrans, quod non intelligerent, quid esset opus suum, & nisi quod sit pro omni anima. Operatur ergo pro salute animæ Christus in Sabbato, & operatur in Sabbato, & implet legem, dum conditionem interpretatur legis: dum operum differentias illuminat: dum facit quæ lex de Sabbathi feriis exhibet: dum ipsum Sabbathi diem benedictione sua sanctificatum, beneficiis suis efficit sanctiorem. Nam diuina in eo præsidia omni animæ crediti largitus, opera debita Sabbatho reddidit: vt autem ostenderet Iudæis eundem se semper operatum fuisse, cum Patre, qui tunc etiam operaretur in carne, ait illis: Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Et propterea iniquè magis persequebantur Iudæi eum, quia nō solum soluebat Sabbathum, sed quia, & Patrem suum dicebat dominum, æqualem se faciens Deo. Euidenter docuit B. Euangelista, æqualem Deo Patri esse eum, qui verus Filius eius sit, proprietate nature. Licet ergo veterum documenta præcefferint, nihil tamen

Ioh. 1.

Ioh. 1.

Mat. 11.

Ioh. 1.

Ioh. 1.

Ioh. 1.

Ioh. 1.

Ioh. 1.

Ioh. 1.

tamen huiusmodi affectionis Dominus gestiuit opponere: ne quoniam rara sunt, & antiqua, vel incerta apud quosdam, vel fortuita crederentur, sed quotidianis, & vtitatis exemplis eos repercutere magis voluit. Vnde se iustissimè vel reformatos, vel etiam confutatos negare omnino non possunt. Vnum opus feci, inquit, & omnes miramini. Quod illud opus? Quia Paralyticum curauit in Sabbato, & adiecit: Propterea Moyses dedit vobis Circumcisionem, non quia ex Moysè (inquit) Circumcisionem, sed ex Patribus, id est, ex Abraham, qui primus circumciscus est, & ex cæteris Patriarchis: Et in Sabbato, inquit, circumciditis hominè. Si Circumcisionem, inquit, accipit homo die Sabbathi, vt non soluat lex Moysi, simili indignamini, quia totum hominem sanum feci in Sabbato? Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. Tanquam si diceret. Præcepit lex hoc solum, quod pro anima est opus faciendum in Sabbato. Et de Circumcisione eadem lege præcipitur, quod quicumque non circumcidit octauo die natiuitatis omne masculum, eradicabitur anima illa de populo suo. Ergo pro anima est, quod Sabbathi circumciditis hominem: pro anima est itidem, quod & ego hominem totum sanauit in Sabbato: licet ergo pro anima opus fieri in Sabbato bonum. Quod si me in isto opere violasse sabbarum indicatis, vosmetipsos indefinenter violatis. Sabbathi reos esse decernitis. Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. Tam rationabili patientia vincit inimicos dominus noster Iesus, qui vitæ in hunc Mundum, vt patienter vinceret, à Patre descendere. Sed consideremus breuiter potestatem huius dicti virtutem: Nolite, ait, secundum faciem iudicare, sed iustum iudicium iudicate. Generalis, vt opinor, ista sententia est retinenda æquitate magistra, omnibus posita, multis nota, paucis dilecta. Præcipitur enim ne huius seculi diuitum personis adulantes, iniquissimo iudicio faueamus incredulis, & impios, incredulos, rapaces, luxuriosos, inhonestos, non solum timido silentio nutramus, verum etiam omni reprehensione dignos iniustis laudibus prædicemus: vt quod est omni feditate deformius, turpia luera captantes alienæ pecunie notabiliter seruamus, Christianæ libertatis oblit: nēque carnalis cuiusquam formæ pulchritudine illecti, à regione veritatis rectæque sententiæ sinistro iudicio moueamur, cum de contemnendis opibus scriptum sit, Diuitiæ si affluant, nolite cor adponere. Et de negligendo carnis decore Deus ad Samuelem sacerdotē loquitur: eleuatum Regem de filiis Iesse, ne admiratus fueris, inquit, proceritatem staturæ, vel pulchritudinem vultus eorum, quoniam homo videt in faciem: Deus autem videt in cor. Et idcirco Beatus David minimus, atque cōtempus, oleo sanctificato sublimatus in regnum, & ex humilitate per Dei gratiam, ad summum creuisse fastigium dignitatis, peculiari carmine gloriatur dicens: Pusillus eram inter fratres meos, &c. Vtiliter ergo per omnia Christus ait: Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. Et quis nostrum, charissimi, ad singula, quæ prædixi seruanda idoneus inuenitur. Beati, qui custodiunt iudicium, & faciūt iustitiam in omni tempore. Igitur cum generalis (vt supra dixi) sit ista sententia, specialiter tamen dirigitur, ad Iudæos, qui Christum mirabilia facientem hominem solummodo ex facie iudicabant: Deum vero

in virtutibus non videntes. Hæreticos etiam Dei filium blasphemantes, non mediocriter sententia ista contudit, quod humilitatem susceptæ carnis inuiti, immensæ Diuinitatis conentur metri substantiam. Nos autem, fratres, Gratia eius saluati per fidem, iustum iudiciū iudicemus, æquitatem seruantes, in omni actione, conuersationis nostre. Est enim rationalibus animæ iustum iudicium, vt eligat Deo magis seruire, quàm seculo, vt statuat mandatis Christi obsequi, non diaboli consiliis deprauari: vt spiritualibus inherere decernat studijs, nō carnalibus vitis implicari: & vt æternam beatitudinem futurorum breuissimis mundi voluptatibus, iudicet præponendam. Recti itaque cordis æquo iudicio gradiamur, in omnibus præceptis & iustificationibus domini, vt possimus vitæ æternæ consortium promereri, ab ipso Dei filio sempiterno, cuius omnipotentia, cum Patre, & cum spiritu sancto permanet in omnia secula: Amen.

Ephe. 2.

S. IO. CHRYSOSTOMI
Episcopi Constantin. in superioribus
Euang. Hom.

Post hæc erat dies festus Iudeorum. Quinam? vt mihi videtur, Pentecostes. Et ascendit Iesus Hierosolymam. Frequenter in solennitatibus ciuitatem petit, tum vt videatur ipse quoque cum reliquis festos dies celebrare, tum vt simplicem ad se multitudinem alliciat. Maximè enim huiusmodi diebus melius disposita esse consueuerat. Est autem Hierosolymis probatica piscina que cognominatur Hebræicè Bethsaida &c. Quis hic curationis modus? Quid per hoc nobis mysterium significatur? Non temere, nec ab re hæc, sed futura nobis tanquam imagine, & figura quadam describuntur, nec res nimium incredibilis, & inexpectata, accedente fidei virtute, multitudinis animos offendet. Quæ nam igitur hæc descriptio? Futurum erat baptismum plenum maximæ potestatis, gratiæ, purgatum peccata, pro mortuo viuum effecturum. Quemadmodum hæc in figura & piscina huius, & aliis pluribus describuntur, & primum quidem datur aqua, quæ corporum maculas, & non veras, sed apparentes pollutiones, hoc est, à morbo alios, alios à lepra, & aliis huiusmodi morbis liberaret. Et hæc gratia multa in veteri testamento per aquam mundata sunt. Verūtamen ad propositum nobis sermonem in præsentia redeamus. Primum igitur pollutiones corporum, inde varia morborū genera per aquam sanantur: siquidem, quum vellet Deus appropinquantis baptismatis fidem nos erudire, non solum peccata, sed morbos per aquam expulit. Propiores enim veritati imagines: & in baptismate, & in passione, & in aliis certiores fuerunt quæ vetustiores. Nam sicut regij familiares, hastatis honoratiores sunt, ita & propiores figura. Et descendens angelus, motæ aquæ sanandi virtutem largiebatur, vt intelligerent Iudæi longè magis angelorum dominum omnia animæ impedimenta sanare posse. Et quemadmodum huius aquæ natura per se non sanabat, siquidem semper sanasset, sed dumtaxat eum ab angelo mouebatur: ita & in nobis nō simplex aqua operatur, sed quum spiritus gratiam accipit, omnia abluit peccata. Iuxta hanc piscinam iacebat multitudo languentium, cæcorum claudorum, aridarum, expectantium aquæ motum. Verum tunc infirmi

Ex Rom. 3. in tan.

Suscepit hic de consecratione: ita & Clementis in consuet. hi videntur sentire necessarium de hoc precedere consecrationem: cum tamen communiter assertur, hanc benedictionem nō esse de necessitate sacramenti.

tas corporis sanari volentem impediēbat, nunc vniuersisq; potestatem habet accedendi. Non enim angelus aquam mouet, sed angelorum dominus totam perficit: non habet excusationis locum infirmus, non habere se hominem, qui sibi opusculetur, neque dum venit, alium descendere; sed, licet vniuersus mundus accedat, non consumitur gratia, neque virtus deficit, sed eadem semper permanet. Vt enim solares radij singulis diebus illuminant, neque ex nimia copia vis eorū minuitur: ita, imò longè minus spiritus operatio ob accipiendum multitudinem remittitur. Hoc autem factum est, vt, qui in aqua corporis morbos sanari post se didicissent, in eo aliquandiu exerciti animarū morbos per aquam curari posse facilius crederent. Et quam gratia Iesus, contemptis alijs, ad eum, qui octo & triginta annos egrotauerat venit? Quid præterea interrogat? *Vis sanus fieri?* Non quòd dubitaret, esset enim absurdum: sed, vt illius ostendat tolerantiam, vt intelligamus quare, posthabitis ceteris, ad hunc venerit. Quid ille? *Volo, domine, sed hominem non habeo, &c.* Hac gratia, inquit, vis sanari? vt scilicet hæc intelligeremus. Neque dixit: *Vis vt te sanem:* nondum enim tanta de ipso habebatur opinio. Admirabilis profectò paralytici tolerantia octo & triginta annos, vt sanaretur nunquam discedens expectauit: quòd nisi patientissimus fuisset, si non præterita, at futura saltem inde eum abducere potuissent: quoniam incredibile erat, reliquos egrotos priorem illum ingredi dimissuros. Neque enim certo tempore aqua mouebatur, sed claudi quidem, & contorti tempus obseruare poterant, cæci verò minime, nisi fortasse motum auribus percipissent. Padeat ergo nos, pudeat, dilectissimi, & incredibilem solordiam nostram deploramus: octo & triginta annos hic expectauerat, expectabatque, neque eius impletum est desiderium, neque negligētia sua non sanabatur, sed præuentus ab alijs, neque propterea desperauit: nos autem, si vel decem dies orationibus inuigilantes non exaudimur, iam tepescimus: horribus verò quam diligentissimum exhibemus ministerium in militia, in difficultatibus seruiētes, tandem frequenter omnem spem amittimus: domitum etiam nostrum, vbi sine dabo merces sequitur, longè laboribus amplior (Spes enim non confundit, inquit.) debito studio, & diligentia prosequi non patimur: & quoniam hoc supplicio dignum? nam, si nihil acceptum ellemus, ipsius tamen frequens consuetudo nonne innumera nobis bona attulisset? sed laboriosa est assidua oratio: & quid nō laboriosum, quod à virtute proficiatur? Hoc ipsum, inquiet quispiam, me maxime ambiguum reddit, quod maliam voluptas, virtutem labor consequitur. Et multos querere arbitror, quoniam sit causa. Dederat nobis à principio Deus liberam omni cura, & laboribus vitam, eo turpiter munere abusi sumus, & inertia dediti, paradysum amisimus: idcirco laboriosam nobis vitam instituit, quasi se humano generi excusans diceret, Dedit vobis à principio delicias, facti estis indulgentia detiores, ideo eas vobis laboribus commutauit. Qui quum neque vos continerent, lex, & præcepta succedere, tanquam repagula, & frenum equo indomito, quibus eius aduersus rationem insultus compellerentur: ita equorum domitores assolent. Vita igitur laboriosa instituta est, quoniam quies, & otium vitam, & mores corrumpere consuevit:

natura enim humana desideria non patitur, sed ab ea facillimè ad malitiam declinat: Esto non opus esse labore contineri, neque fieri laboribus meliorem, sed in ocio perfectum esse: quoniam pacto hæc vtemur indulgentia: nonne in stultitiam, & superbiam conuertemus? sed quamobrem, inquit, tanta malitiam voluptas, tantus virtutem labor comitatur? & quænam tibi gratia habenda, quod præmium acciperes, nisi laboriosum tibi opus iniungeretur? Multos etenim possum in presentia ostendere, qui suapte natura mulierum abhorrent consuetudinem, eisque vt ab omnibus fugiant: hōsne, dic quæso, continentes appellabimus: hos laudibus prosequemur? Minime. Contentia est, voluptatū stimulos superare: & in bellis maxima certamina clarissimos triumphos parit, non quando nemo resistit. Sunt multi natura remissiores, hōsne mansuetos dicemus? Minime. Idcirco dominus, tibus castrationis inodis propositis, duos tanquam nulla laude dignos omisit: vnum in cælum exiit. Sed quid opus est malitia? Ita & ego sentio. Et quisnam malitia opifex? quis aliter, nisi voluntaria desidia? sed bonos tantū esse oportet: & quidnam boni proprium? Continentem esse, & vigilare, an dormire, & stertere? & quamobrem hoc bonum non videatur, vt quis sine labore rectè faciat? Imperitè loqueris, & eorum more, qui ventri dediti ipsam Deum arbitrantur. Nam, quod non rectè sentis, responde quæso: Sit rex, & dux rex in lecto, & voluptatibus vitā agat; dux verò assiduis belli laboribus fortiter hostes fuderit, vtri victoriam ascribemus? vter terum gestatur voluptate fruatur? Vides quanto illa magis nobis placeant, quæ sudoribus comparantur? Propterea Deus labores virtuti immiscuit, vt nos illi familiares redderet: propterea, etsi non secundum virtutem vitiumus, eam tamen admiramur, vitium autem licet suauissimum, aculeum. Quod si dixeris, quid natura bonos non potius admiramur, quam voluntate? Quoniam æquum est, laborantem non laboranti præponere. Qua enim gratia laboramus? Quoniam indulgentiam, & otium non moderatè ferimus; imò, si quis diligeret inquirat, maiorem in modum pigritia corrumpimur, & nimios deinceps labores subimus. Quod si placet, aliquem epulis quam lautissimis sub custodia in ocio desideret nutrimus, ne exercere, neve operari quicquam possit, sed in mensa, & lecti delicias contabescat: quid hac vita miserius? Sed aliud operari est, inquit, aliud laborare. Est igitur non laboriosum opus suspiciendum? quid nō hoc & Deus voluit, tu verò non passus es. Statuit vt paradysum coleres, opus tibi sine labore iniunxit: non enim si à principio laborasset homo istud postea pœnē, & supplicij loco ei datum fuisset: stat enim simul & operari, & non laborare, quemadmodum angeli. Nam quod operentur, audi quid dicat: Potentes virtute qui facitis verbum eius. Quod si nunc remissiores vires maiorem afferunt laborem, tunc non idem continget, quippe qui in Dei requiem ingressus est. Requiescit, inquit, à laboribus suis, neque desideria, sed quietem significat: nam & Deus adhuc operatur Christi testimonio, dicentis; Pater meus vsque nunc operatus est, & ego operor. Propterea omnes vos admonitos volo, ignavia abiecta, virtutem complectamini: Malitia namque voluptas breuis, dolor perpetuus sequitur: contrā virtutem labor breuis, gaudium sempiternum.

*Ecce labor
vni
struimus
apud Deum*

*Psalord
Apoc. 4
Etiā istud*

num. Hæc ante præmium se&atorem suum omni labore liberat, fatuorum spe alens: illa autē supplicium, conscientia stimulis præteritorum torquet, omnia in suspensionem adducit, quod ipsi etiam laboribus, & angustijs grauius reperitur. Quod si tantum voluptas esset quid ea vitius quid abiectus? quæ simul & venit, & abouolat, læguelit, fugitque, antequam comprehendatur: & siue corporum dixeris voluptatem, siue deliciarum, siue pecuniarum, ne diem quidem firma perstat: cum autem & pena, & supplicij eam comiretur, quid eius se&atoribus miseris? Cùm igitur hæc intelligamus, omnia virtutis gratia toleremus: ita vera perseueremus voluptate, gratiā, & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem; & cum quo patri gloria simul & spiritus sancto in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM IN IDEM
Homil. 2.

*Hom. 6.
Rom. 1. 1. a* **V**is sanus fieri? Respondit ei languidus; *Domine, hominem non habeo, &c.* Maximum diuinarum scripturarum præmium, maxima vilitas: quod Paulus testatur inquit; Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ad quos fines seculorum denegerunt, vt per patientiam, & consolationem scripturarum spem habeamus. Omnium enim medicinarū thesaurus diuine scripturæ sunt, & siue stultitiam exuere, siue affectus sedare, siue pecuniarum cupiditatem expellere, siue dolores cōtemere, siue fortem animum induere, siue aduersa æquo animo tolerare velimus, quamplurima huic remedia inuenire possumus. Quis enim siue extrema paupertate, siue diuerno morbo vexatus, si propositum hodie nobis locum legerit, non maiorem in modum consoletur, quam intellexerit hunc octo & triginta annos languentem & singulis annis alios sanitati redditos videntem, non tamè animo lapsus desperasse, licet sola præteritiam desperatio omni eum spe deiecerit poterat? Audi ergo & verba eius, & miseriam: cùm enim dixisset Christus; *Vis sanus fieri? Domine, inquit, hominem non habeo, vt, cùm turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam.* Quid hoc miseris? quid calamitosius? Vides hominem longo languore confectum vides humilitatem? Non male dixit, vt non illos audimus, non excretat est diem suum, non se irrideri arbitrat est, rogatus, an vellet sanus fieri: sed per quā mansuet, & humiliter; *Domine, inquit, Atqui ignorabat percontassem, & se sanatum iri nesciebat, nec quicquam postulabat, vt qui medicum rogant, sed tantum morbum suum narrare contentus est. Videbatur ei fortasse idcirco Christum interrogare, vt ipsum in piscinam mitteret: hac gratia enim sibi misericordia cōciliare vult. Quid tum Christus? *Surgit: tolle grabatum tuum, & ambula.* Quidam eundem hunc, & quem Mattheus meminit esse arbitrantur. Non est tamen, quod pluribus rationibus constat: primum ille multos habebat, qui summa cura ipsum ferebant: hic neminem: quare inquit; *Hominem non habeo.* Deinde ille nihil locutus est, hic suā narrat miseriam: illius curationis diem non meminit Euangelista, hinc die festo sanatus est ille domi, hic iuxta piscinam: illi, remittuntur tibi peccata tua, inquit: huius prius corpus, deinde animam curauit: illi liberè dimittit peccata, Re-*

mittuntur tibi, inquit, peccata tua: hunc admonet, & minatur, vt sibi in posterum caueat. *Sanus noli peccare: inquit, ne deterius tibi aliquid contingat.* Accedit ad hæc differens Iudæorum calumnia: hic sabbati præuaricationem, illic blasphemiam accusant. Tu autem immensam Dei sapientiam contemplant, non enim statim sanauit, sed primum rogando sibi familiaritatem reddidit, ad futuram fidem infinuans, neque tantum sanauit, sed vt lectum auferat iubet, vt miraculum crederetur: & nemo saluum, & simulatum opinaretur. Nisi enim firmis, & robustis membris, id ferre non potuisset. Seruat hunc morem sapennumero Christus, vt maiorem in modum impudentibus silentium imponat. Si quidem in quinque parauit miraculo, ne quid suspitionis otiretur, non tantum miraculum fecit, sed voluit vt multa fragmentorum reliquæ superessent, & mundato leproso; *Vade, ait, ostende te sacerdoti.* Simul vt miraculo certam fidem faceret, & calumniantium ipsam legem Dei præuaricatio, impudentia ora comprimeret: idem in nuptijs fecit: non enim vinum, simpliciter ostendit, sed ferri Architricino imperavit, vt, qui id nesciret, confitendo indubitatum perhiberet testimonium, hac gratia Euangelista inscium Architricinum vade id vinum esset demonstrauit, vt incorruptum iudicium ostenderet & cùm mortuum suscitauit; *Dare, inquit, ei manducare, vt certius resurrectionis signum præberet: quibus omnibus manifestè indicat vulgo, non fallacem se, neque deceptorem, sed ad communem omnium salutem venisse. Sed cur ad hoc? Vt ab alijs fidem non requirat. Quoniam ab ijs, qui suam viderant potestatem, meritò requirit vt credant: ab ignaris autem minime, nisi prius admonerentur. Propterea circa principium Mattheus multos curasse, & nemini potestatem suam prænucciāse narrat: Tu autem paralytici fidem considera, qui audiens dicentem Iesum: Tolle grabatum tuum, & ambula: non trisit, non adiuuatus est inquit. Angelus descendit, & turbata aqua vnum duntaxat in bonam restituit valetudinem: tu homo solo verbo angelum superasse confidisti: nimium tibi arrogas, tidiulus es. Nihil tale locutus est, sed ne cogitauit quidem: sed audiuit simul, & surrexit, & sanatus, medici præceptum non recusauit. Tulit enim grabatū, & ambulauit. Id autem mirabile fuit, non quod à principio non crederent Iudæi, sed quod post miraculum Christum persequerentur, calumniarentur, detestarentur, dicerent. *Non licet tibi tollere grabatum tuum.* Hic autem nihil eorum curaret insaniam, sed sidenter in medium, acceptum prædicaret beneficium, & impudentes compesceret. Hoc profecto magnæ fortitudinis indicium est. *Erat enim, inquit, sabbatum Iudæorum in illa die, &c.* Respondit; *Qui me sanum fecit, ut mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula.* Tantum non dicens eos deliros, & insanos, quum præcipere, ne eius, qui tam graui, & diuerno morbo ipsum liberauerit, mandatis parerent, & magistrum se&aretur. At, si malignus respondere voluisset, poterat non sponte sua, sed alterius iussu id facere: neque id suum, sed imperantis peccatum & deposito lecto acceptum occultare beneficium. Norat enim, non tam propter sabbati præuaricationem, quam propter morbi curam Iudæos id reprehendere. Verum neq; beneficium sinit, neque deprecat est, sed clara voce quid accepit, proficitur, & prædicat: ita paralyticus. Illi autem (confi-*

*Matth. 1. 4. c.
Marc. 6. f
Lucæ 5. 3*

Supra 6. l.

Matth. 5. d

confidera, queso, hominum malignitatem (non dixerunt; Quis te sanum fecit? sed, hoc omisso, in calumnia affidit verfantur: *Quis est homo ille, qui dixit tibi: Tolle grabbatum tuum, &c.* Quare declinavit? Primum, ne, se absente, suspiciosum videretur testi monium: qui enim se sanum intelligebat, certior accepti beneficii testis erat futurus. Inde ne illorum in infania vehementius accederetur. Neque ignarus erat invidiosi solum presentiam non parvam invidiorum animis furoris scintillam excitare. Discessit igitur, ut ipsi inter se de miraculo quaererent, decernerentque, ipse nihil de se, sed qui sanatus fuerat, & ipsi calumniatores loqueretur. Ipsi enim iam miraculum testantur, cum non dicerent, cur fieri ea in sabbato praeciperet, sed cur faceret: neque praenarrationem aegre ferrent, sed paralytici inviderent sanitati. Atqui quantum ad humanum opus, paralyticus magis legem soluerat, quam Christus, qui tantum praecipere: ille te ipsa legem praenarratus est. Alibi ipse Iesus operatus est, cum caeci nati oculis lutum illiniuit: fecit autem non in legis contemptum, sed augmentum, sed de his aliis: neque enim semper eodem modo de sabbati transgressione ab illis accusatus, quod diligenter est observandum. Verum iam videamus, quantum mali afferat invidia, quo pacto mentis oculos contra propriam salutem perstringat. Nam quemadmodum infanti aduersus seipsum nonnunquam sententiam ferunt: ita & inuidi solum invidiosi miseriam disquirentes eius salute, & felicitate anguntur. Hi fetis fauiores: illae enim fame impulsae nos appetunt: hi beneficos nonnunquam inimicorum loco habent. Feris, inquam, fauiores, demonibus pares, & fortassis iniquiores. Ipsi namque aduersus nos nullo amicitiae foedere hostiliter persequuntur. suo generi minimè insidiantur. Quorum exemplo in Iudaeos Christus inuadens est, cum in Beelzebub cum eieceret demonia dixissent: homines autem neque naturae suae participes reueriti, eos in festo animo impetunt, atque seipsum prius, quam quibus inuidens, supplicio afficiunt, animamque perturbationibus, & anxietatibus temere cruciant. Quam obrem, miser, proximi tui commodis perturbatis? dolendum est cum malis afficiamur, non cum proximi felicitatem intuemur. Ideo omnis venia inuidi desperanda est. Nam scortator voluptatis stimulos in exultationem affert, fur pauperatam, homicida furorè, fritolas quidem, neque admittendas, qualescunque tamen exultationes: tu vero quam affert, quae fo nullam profectò, nisi animi prauitatem, atque malitiam. Nam, si inimicos amare iubemur, quamnam poenam ex amici odio daturus nos arbitramur? Et si amicos diligendo nihil gentilem superamus, si nihil de nobis mali meritis persequimur: quam merebimur veniam? Audi Paulum; Et si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Quod autem inuidia charitatem profusus tollat, perspicuum est. Hic affectus & fornicatione, & adulterio grauior: alterum enim in ipso auctore consumitur, inuidia autem vis vniuersos populos perdidit, vniuersum orbem terrarum coinquinauit, ipsa caedis mater, ipsius suauis Cain fratrem interemit, ipsi Esau in Iacob, fratrum in Ioseph, diaboli in humanum genus odium, & insidiae tribuendae sunt. At tu neminem interficis, sed longè grauiora patras, cum fratris ignominiam concupiscis, quam vndique la-

1. Cor. 13. b

2. Cor. 13. b

Eccl. 4. d. b. Ebi. 17. & 17.

queos tendis, cum persequeris ne virtutibus innigiler, cum aegres orbem terrarum debitum Deo exhibere seruitum. Non igitur cum illo, sed per illum cum Deo bellum geris, Deo iniuriam facis, cum tuum honorem ipsius honori praeferas: & quod grauissimum est, aliis peccatis simile hoc videtur. Verum, licet in vigiliis assiduis: fratri inuides, omnium malitiam excesseris, quod vel inde constat. Scortatus quidam apud Corinthios breui vitam emendauit. Cain fratri inuidendo, nunquam odium posuit: sed, quanto frequentius à Deo admonitus est, tanto magis dolebat, magis cruciabat, & properabat ad caedem. Hic ergo quam ille grauior morbus, qui nisi magna adhibita diligentia, non facile remedia admittit. Eia igitur radicibus euellamus illum, scientes quod quemadmodum alienis bonis inuidendo Deum offendimus, ita congratulando ei gratificamur, & participes nos facimus bonorum, quae rectè operantibus reponuntur. Idcirco Paulus gaudere, inquit, cum gaudentibus, flere cum flentibus: ex vitroque enim magnum lucrum consequimur. Intelligentes igitur, quod, etsi nisi laboremus, itidem tamen cum proximis affecti praemiorum participes efficiamur: omni liuore abiecto, fraterna omnes dilectione complectamur, & eorum commodis congratulati, praesentia, & futura bona consequamur, gratia, & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM IN IDEM
Homil. 3.

Postea inueniunt Iesus in templo, &c. Res profecto grauis est peccatum, graues animi fordes, ut nonnunquam vi, & exuperantia sua corpora quoque insiciat. Sed, cum grauius aegrotante anima; nullo dolore afficiamur, paruo corporis morbo summa diligentia medicinam perquiramus: ideo Deus ob animi peccatum corpus flagellat, ut deterritis partibus supplicio, melior ad quaerendum remedium conuertatur. Ita Corinthium fornicatorem Paulus corripit interitum carnis, & seditione corporis animi morbum coercens, tanquam optimus medicus, qui cum hydropisum, vel splenem potionibus, & leuioribus medicinis sanare non possit, extrinsecus ferro, & igni vitur: hanc artem Christus in paralytico exercuit, quod significans dixit; *Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Quid hic admonemur? Primum, quod ex peccatis morbi generantur, inde quod verum est, apud gehenam maximum, & perpetuum esse supplicium. Vbi nunc sunt, qui dicant, breui spacio hominem interfecti, breui adulterium commisi, ob admissum breui tempore peccatum perpetuas poenas daturus sum? Ecce hic non tot annis peccauit, quot poenas dedit, breui peccatum patrat, morbi tormenta diuturna sunt. Non enim tempore peccata, sed peccantium animus iudicatur. Illud praeterea considerandum, quod si grauem priorum scelorum poenam dedimus, deinde iisdem incidimus, dabimus longè maiorem, & meritò sanè. Qui enim supplicio non fit melior tanquam stupidus quidem, & contemptor, grauiorem sibi poenam patrat. Ipsum namque peccatum semel lapsum, satis, superque cohibere, & sapienterem reddere

1. Cor. 13. g

Rom. 14. i

Matth. 23. a

Eccl. 10. i

2. Cor. 11. i

reddere debebat, ne iterum in idem prolaberetur. Verum, cum neque supplicium fontem corrigit, non iniuria flagello vitur vehementiore. Quod si post datas poenas in eadem iterum crimina prolapsi, grauiori poena afficiatur: quid his sperandum est, qui in ipso supplicio in iisdem sceleribus pertinaciter perseverant? Et quia gratia, iniquis, non omnes puniuntur? Etenim multos videmus, & quidem sceleratissimos, bona corporis valetudine, & prospera fortuna lasciuientes: nolimus propterea eos admirari, sed deplorare potius: quod enim in hac vita nihil aduersi patiuntur, maiores in futura supplicij est argumentum. Hoc & Paulus his verbis significauit; Dum iudicamur à domino, corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur, hic enim correctio est, illic supplicium. Quid ergo? omnes morbi propter peccata? Non omnes: sed plerique. Siquidem & ex desidia, & nimio cibo, ebrietate, ocio, nonnulli generantur. Vnum autem vbi que conseruandum est, ut aequo animo, & cum gratiarum actione omnia perferamus. Veniunt & morbi propter peccata: ut in libris Regum quendam videmus propterea podagra laborare. Veniunt & probandae patientiae causa: ut Iob dicitur, Noli putare me aliter te tractasse, quam ut iustus appareas. Sed quae huic paralytico morbi causa? Peccata Christi testimonio. Nam & illi, cuius Mathaeus meminit, Còsde inquit, filii, remittuntur tibi peccata. Et huic; *Ecce sanus factus es, iam noli peccare.* Haud ignarus sum quosdam opinari hunc paralyticum accuasse Christum, & idcirco ab eo admonitum, ne peccaret, sed quid de illo apud Mathaeum, qui eadem ferè admonitus est, dicemus: Constat igitur non ea causa, ne peccaret admonitum, quod & aliunde cognoscitur, cum inuenit eum lesus in templo, magnae profectò & reuerentiae, & pietatis signum: non enim in forum, non in porticus concessit, non voluptari, non ocio indulgit, sed in templo versatur, & quantum omnium in se impetum, & maledicta expectaret, nihilominus à templo auerti non potuit. Itaque, cum inuenisset eum lesus, & postquam Iudaei locutus est, nihil tale in eo reprehendit, dixit enim; *A. Hinc cum infirmo versaris, neque in bonam reuerentiam valetudinem factus es melior: sed tantum in posterum cautiorem reddidit.* Quid igitur, cum claudos, & caecos curauit, id non admonuit? Ita mihi persuadeo, suum hunc morbum propter peccata, illaque corporis imbecillitates prouenisse: sine per hos, & horum admonitione & illos corripit. Cum enim hic morbus grauior sit, per eum, & minoribus remediis praebecificum enim cum sanato alij iuberet dare gloriam Deo, non illum tantum, sed omnes idem admonuit, ita per hos ceteros hortatur, & consulit, ut peccatis abstinèat. Ad haec notat eius animi fortitudinem, & tanquam mandati seruatorem, quod facturus sit, admonet, & beneficii memoria, & futurorum malorum metu in sanitate confirmat. Et inuete Christi humilitatem, non dixit; sanum te fecit: sed, *sanus factus es, iam noli peccare.* Neque, ne tibi quid deterius faciàs sed, *ne deterius tibi aliquid contingat.* In neutro personam adducit, ostenditque gratia, & benignitate potius, quam meritis in sanitate rebitam? quod nisi ita esset, dixisset; *Ecce dedisti debitam peccatorum poenam, iam caueas: verum inquit; Ecce sanus factus es, iam noli peccare.* Haec & nobis frequenter in ore sunt verba, his & alter alterum admoeamus: *Ecce sanus factus es, iam noli peccare.* Quod si in pecca-

tis persistendo nullam poenam dederis, illud apostolicum meminerimus. Quod benignitas Dei ad poenitentiam te adducit: secundum duritiam autem tuam, & impenitens cor tuum, thesaurizasti tibi iram in die irae. Neque sanando duntaxat corpus, aliunde etiam magnum praes se tulit Christus diuinitatis argumentum. Illa enim particula: *Iam noli peccare*, omnia ipsum vidisse indicat, quae ille superiori tempore commisit, vnde in posterum sibi fidem comparauit. *Abijt ille homo, & nunciavit Iudaeis, quia Iesus esset, qui fecit eum sanum.* Intuere hominem in pietate perseverantem, non dixit Iesum praecipisse, ut grabbatum colleret, & cum illi creditum semper crimen adducerent, hic semper excusationem, & medicum profiteretur, & praedicat, ut populum ad eius cognitionem, & familiaritatem alliciat: non enim in ta stupidus erat, neque tam inhumanus, ut tanti beneficii oblitus, malenolo id animo loqueretur. Beneficium namque, & metus facile, vel inhumanissimum poterat cohibere: nã, cum manifestè minas accepisset, timuit sanè peiora, & maxime cum minantis potestatem esset expertus. Adhuc, si accusandi gratia id dixisset, non sanitatem, sed mandati transgressionem meminisset: sed profectò magno, & fideli animo medicum, & acceptum beneficium professus est, quemadmodum & caecus, cum inquit; *Fecit lutum, & vni-xit oculos meos: ita & hic; Iesus est, qui fecit me sanum.*

S. AVGVST. EPISCOPI
Hipponenfis in idem Euang. Hom.

Mirum non esse debet à Deo factum miraculum: mirum enim esset si homo fecisset. Magis gaudere quam mirari debemus, quia dominus noster, & saluator Iesus Christus homo factus est, quam quod diuina inter homines Deus fecit. Plus est enim ad salutem nostram, quod factus est propter homines, quam quod fecit inter homines: & plus est, quod vicia sanauit animarum nostrarum, quam quod a sanauit languores corporum mortuorum. Sed quia ipsa anima nec eum nouerat, à quo sananda erat, & oculos habebat in carne, vnde facta corporalia videret, nondum habebat sanos in corde, vnde Deum latentem cognosceret, fecit quod videri poterat, ut sanaretur, vnde videri non poterat. Ingressus est locum, vbi iacebat magna multitudo languentium, caecorum, claudorum, aridorum: & cum esset medicus & animarum, & corporum, & qui venisset sanare omnes animas crediturorum, de illis languentibus vnum elegit, quem sanaret, ut vnitatem significaret. Si mediocri corde, & quasi humano captu, & ingenio confideremus facientem, & quod ad potestatem pertinet, non magnum aliquid perfecit, & quod ad benignitatem, parum fecit. Tot iacebant, & vnus curatus est, cum posset vno verbo omnes erigere. Quid ergo intelligendum est, nisi quia potestas illa, & benignitas illa magis agebat, quid animae in factis eius pro salute sempiterna intelligerent, quam quid pro temporali salute corpora mererentur? Corporum enim sanus, quae vera expectatur à domino, erit in fine in resurrectione mortuorum: tunc quod vivet, non morietur: tunc quod sanabitur, non aegrotabit: tunc quod satiabatur, non esuriat, neque stiet: tunc quod renouabitur, non veterascet: nunc verò in illis factis domini, & saluatoris

Rom. 2. a

1. Cor. 13. b

Galat. 6. grabatum portat. Quid dictum est ab Apostolo? Inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. Lex ergo Christi charitas est, nec charitas impletur, nisi inuicem onera nostra portemus: Sufferentes, inquit, inuicem in dilectione, studentes seruare unitatē spiritus in vinculo pacis. Cum esses languidus, portabat te proximus tuus: sanus factus es, porta proximum tuū. Inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. Sic adimplebitis, o homo, quod tibi deerat, Tolle ergo grabatum tuum, sed cum tuleris, noli remanere: ambula diligendo proximum, & curam habendo de proximo tuo tuo. Iter agis, quod iter agis, nisi ad dominum tuum, ad eum, quem diligere debemus ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente: Ad dominum enim nondum peruenimus, sed proximum nobiscum habemus. Porta ergo eum, cum quo ambulat, ut ad eum peruenias, cum quo manere desideras. Tolle ergo grabatum tuum, & ambula. Fecit hoc ille, & scandalizati sunt Iudaei. Videbant enim hominem die sabbati portantem grabatum suum, nec calumniabantur domino quod sanum fecerat sabbato, ut ei responderi posset, quia si cuiusquam eorum iumentum in puteum cecidisset, utique die sabbati erueret illud, & saluaret iumentum suum. Non utique iam illi obieiebant, quod die sabbati sanatus esset homo, sed quod portaret grabatum suum. Si sanus non erat differenda, nunquid & opus fuerat imperandum? Non licet tibi, inquit, facere quod facis, tollere grabatum tuum. Et ille auctorem sanitatis suae obiciebat calumniatoribus. Qui, inquit, me fecit sanum, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuum, & ambula. Non acciperem iussionem, à quo acciperem sanitatem? Et illi, Quis est ille homo qui tibi dixit, Tolle grabatum tuum & ambula? Sed qui sanus erat factus nesciebat quoniam esset, à quo hoc audierat. Iesus autem. cum hoc fecisset & inisset, Declinauerat ab eo in turba. Videte quemadmodum & hoc impletur. Portamus proximum, & ambulamus ad Deum, sed eum ad quem ambulamus, nondum videmus. Ideo & ille nondum noverat Iesum: Sacramentum hoc commendatum est quia in eum credimus, quem nondum videmus. Et ut non videamus, declinat in turba. Difficile est in turba videre Christum. Solitudo quaedam necessaria est menti nostrae, quadam solitudine intentionis videtur Deus. Turba strepitum habet, visio ista secretum desiderat, Tolle grabatum tuum, porta portatus proximum tuum, & ambula ut peruenias. Noli Iesum quaerere in turba: non est tanquam vnus de turba. Praenitit omnem turbam, prior ascendit de mari piscis ille magnus, piscem Christum dixit, & in caelis sedet interpellans pro nobis. Tanquam sacerdos magnus vnus intrauit in interiora veli, turba foris stat. Ambula tu, qui portas proximum tuum, si didicisti, portare, qui soles portare. Denique modo nondum nosti Iesum, nondum vides Iesum. Quid postea sequitur? Quoniam non destitit ille tollendo grabatum suum, & ambulando. Vidit eum postea Iesus in templo. In turba non eum vidit, in templo vidit dominus quidem Iesus, & in turba eum videbat, & in templo: ille autem languidus Iesus in turba non cognouit, in templo cognouit. Peruenit ergo ille ad dominum, vidit enim in templo, vidit eum in loco sacro, in loco sancto. Et quid ab eo audiit? Ecce iam sanus factus es, noli peccare, ne quid tibi deterius contingat. Tunc ille, posteaquam vidit

Deut. 6.
Matth. 23.
† al. nam.
Psalm.
Roman.
Matth. 23.
Rom. 8.
Galat. 9.

Iesum, & cognouit Iesum auctorem sanitatis suae, non sicut piger in euangelizando, quem vnquam abijt, & minuerat Iudaei, quia Iesus esset, qui cum sanum fecerat. Ille annunciabat, & illi insaniebant. Ille salutem suam praedicabat, illi salutem suam non quaerebant.

S. CYRIL ALEXANDR. Episc. superioris Euang. expositio.

Post haec erat dies festus Iudaeorum, &c. Non absque causa reditum domini in Hierosolimam superioribus euangelista coniunxit: sed ut à collatione rerum ostenderet, quanto alienigenae tam moribus quam facilitate credendi Iudaei praestarent. Hinc enim, non aliunde dicere possumus, iustissimo Dei iudicio, Iudaeos à gratia decidisse: & locum eorum gentes occupasse. Sed non est ab re collationem rerum breuiter ante oculos ponere. Vniuersam igitur Samaritanorum ciuitatem vnus mulierculae testimonio conuerterat fuisse ostendit. Regulam, & totam domum eius vno miraculo credidisse affirmavit. Ita facilitate gentium demonstrata, in Hierosolimam rursus saluatorem rediit, vbi longo confectum hominem morbo liberauit. Regulus igitur cum vniuersa familia credit. Iudaei autem, cum mirari, amareque deberent, impie benefactorem suum quasi perditum hominem persequuntur, factis suis multo se peiores alienigenis ostendentes, & multo post terga eorum relinquit. Hoc est, certe, quod in psalmis ad dominum Iesum dicitur: quoniam ponas eos dorsum. Nam, qui primi omnium propter virtutes patrum erant, post vocationem omnium gentium saluabuntur. Cum enim plenitudo gentium ingressa fuerit, tunc vniuersus saluabitur Israel. Hic sensus sola compositione, ac ordine rerum emergit, nunc cetera consideremus. Erat autem quidam homo ibi triginta, & octo annos, &c. Tempore pascha, die festo azymorum, ac occisionis agni caelebrato, pharisaeorum morositate depulsus ac Hierosolymis ad Samaritaniam dominus decessit. Pentecostes vero tempore (hic enim dies festus post illum deinceps sequitur) Hierosolimam reuersus, hominem à morbo liberauit diuturno: triginta enim, & octo annis iacuit, & duo solummodo anni ei deerant à quadraginta: qui annorum numerus secundum legem perfectus definitur. Sed haec historia modo praetermittatur: & in spiritalem à rerum figura contemplationem ascendamus. Post pascha igitur, quando agnus occidebatur, invidia Iudaeorum pulsus, Samaritanis, & Galilaeis salutem praebuit. Qua ex re post eadem in cruce suam relictorum Iudaeorum gentem, & gentibus se daturus significabatur. Sic enim discipulis, postquam resurrexit, dictum iri mandauit: quia in Galilaeam eos praecederet. Quod autem in fine septem hebdomadarum, pentecostes die reuersus in Hierosolimam est, enigmatice Iudaeorum conuersio significatur: quae in vltimis huius seculi temporibus misericordia saluatoris fiet. Quod autem, antequam determinatum lege spacium temporis absolueretur, à dissolutione membrorum aeger ille liberatur; dissolutionem, & morbum Iudaicae gentis longum significat. Non tamē omnino omnes perdentur: sed saluatoris virtute, obedientia, & fide in piscinam tandem saluabuntur. Quod autem quadragenarius numerus secundum diuinam

Gen. 19.
Psalm.
Roman.
Matth. 23.

diuinam legem perfectus est, omnibus puto esse perspicuum, qui scripturarum peritiam habent. Vis saltem fieri? Magnam misericordiae Christi est argumentum: non expectate semper laborantium preces, sed sua misericordia praenitit. Praecurrit enim, ut vides; venit ad iacentem, misericordia flestitur etiam, antequam ei supplicetur. Interrogat autem, si sanari vellet, non quia id alicui dubium esset: sed ut cupiditate valitudinis ad pretendum incenderet. Praeterea interrogatio huiusmodi, si vellet rem optatum consequi, ad illud occultius intelligendum reducit, quod ipse facile id praestare posset. Ad haec paratio: interrogari fieri ad suscipiendam hanc gratiam: interrogando hortatur. Respondit ei languidus, &c. Die pentecostes angeli de caelo descendentes, piscinam illius aquam mouebant: & huius motus sonus, adesse ipsos ad sanctificandum aqua significabat. Ad quam qui primus post huiusmodi factam turbationem descendebat, ab omni agritudine curabatur. Haec curationis virtus in vno terminabatur homine: quod signum erat, vtilitatem legis in solo Iudaeorum genere terminatam, nec ad alios vnquam transgressam fuisse. Mandata enim legis per angelos in monte Sinai monstrata, die pentecostes postea constituta: ministrata, à Dan vsque ad Bersabee solummodo dilatata fuerunt. Quapropter aqua etiam illius piscinae, angelorum aduentum significans, non alio quam pentecostes tempore mouebatur. Sed aeger iste tam dolores suos quam solitudinem desolebat dicens: domine, hominem non habeo, qui me in piscinam mittat. Ad hoc enim profuturum sibi Christum sperauit. Dicit ei Iesus, surge, &c. Non est hominis tanta potestas, & virtus. Solius enim Dei est proptium: ut sic imperare possit. Non enim orat, ut homo curetur, ne de prophetarum numero aliquid videatur: sed ut virtutum omnium dominus, fieri quod vult, imperat. Grabatum etiam in humeris ferre iubet: ut, qui videbatur, quanta domini virtus esset, inde colligerent. Facit autem illico aeger, quod audierat: obedientia, & fide, quod longis temporibus optauerat, consecutus. In sabbato autem sanauit: eumque sanasse, confestim ad soluedas legis observationes hortatur. Grabatum enim tollere iubet: eum aperte Deus per quandam prophetarum clamet; Non exportabitis die sabbati onera ex domibus vestris. Nec tamen ad contemnenda Christi mandata legis hominem impellebat: sed, quia vltima hebdomade dies sabbatum est, vltimis Iudaeos temporibus integritatem fidei suscepturos significabat. Et in nouam viuendi reformatos disciplinam, vmbra, & figuras legis de positurus: hinc beatus Paulus, ut arbitror, recurritibus ad legem scribit: quia, si circumciderentur, nihil Christus eis prodesset. Et rursus: euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini: à gratia excidistis. Dicebant ergo Iudaei illi, qui sanus factus fuerat, &c. Probe, ut puto, de illis dici poterat: ecce populus stultus, ac vecors: oculos habent, & non vident. Quid enim istis insanus: qui, cum admirati tantam Christi vim debuissent, non modo id non faciunt, verum etiam increpant, atque reprehendunt: & transgressionis crimine hominem acculant: qui vix post longa tempora morbum effugit: & iacere imperite perstiterat: quasi sabbatum aegrotatione quoque hominum honoraretur. Respondit eis; qui me fecit sanum, &c. Prudentissimè, atque breuissimè Iudaeorum criminationes

repellit. Nam, quoniam ut transgressorem accusabant, non licet dicentes in sabbato haec onera ferentem ambulare: ad illum totam rem transferit, qui sanitatem ei largitus est, & magna quasi voce dicere videtur: illum potius, quam sabbatum esse honorandum, cui tanta vires, cui tanta gratia inest, ut diuturnum hunc morbum verbo fugauerit. Non enim homo, sed Deus solummodo rem huiusmodi facere potest. Quomodo enim gratus Deo non est: qui mirabili, diuinaque potestate vitur: ita significantius, atque acerbis in eos oratio fertur. Interrogauerunt ergo eum, quis est homo ille, &c. Feruet cupiditate aedis animus Iudaeorum: & eum, qui tollere grabatum imperauit, diligenter inquirunt: ille autem iannas quidem mortis effugit: & medicum non cognouit, non absque dispensatione in multitudine hominum occurratum, ut ira Iudaeorum aliquantulum deferretur: non quia ipse timeret, quid irati possent aduersus eum, antequam vellet facere: sed ut exemplo eius declinandum esse ab iratis discamus. Postea inuenit eum Iesus in templo, &c. Ut dispensando latuit, ita rursus dispensando apparet, temporum in omni re oportunitate seruata, nec poterat certe ab eo quippiam fieri, qui peccare nescit, quod ratione factum non sit. Occasionem autem loquendi admonitio praebuit: qua homo docetur, iam non peccare, ne in peiora incidat. Hinc docemur, non solum ad futurum iudicium peccatoribus supplicia reseruati: verum etiam multis, ac variis modis in hac vita plerumque ipsos puniri. Quod ita fieri etiam Paulus testatur clamans; ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. quod si nosmetipsos diiudicauerimus, non utique diiudicauerimus. dum iudicamur autem, à domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. Abiit ille homo, & nunciavit Iudaeis, quia Iesus esset, &c. Nunciat, manifestat; Iudaeis medicum, non ut mali quicquam in eum cogitantes, impietatis se crimine coinquant, sed ut non ignorarent medicum, si quis etiam eorum curari desideraret. Non enim quasi accusans dixit, quia Iesus esset, qui tollere grabatum, ac ambulare in sabbato imperasset; sed, qui fecit eum sanum. Quare patet, nihil aliud eum facere voluisse, quam medicum eis ostendere.

BEDAE VENERABILIS presbyteri eiusdem Euang. expositio.

Dilectio diuinorum eloquiorum, & dulcedo intelligentiae sanctae scripturae, & maxime humilis euangelicae veritatis, in qua verborum honesta simplicitas patet, & sensum alta profunditas later, adiuuante ipso domino, qui dat suauitatem, ut terra nostra det fructum suum: & nos ad loquendum, & vos ad audiendum exhortatur. Atque vti nam tam efficax nobis esset loquendi sensus, quam vobis studiose audiendi data est intelligentia, dum video sine fastidio vos audire, & gaudio placato cordis vestri, à quo id; quod salubre est, non respuitur, sed cum auditate percipitur, & vtiliter continetur. Loquamur ergo vobis & nunc de euangelica lectione. Dno pariter miracula humanae sanitatis leguntur, vnum inuisibiliter per angelicam administrationem, alterum per dominicam praesentia visibiliter exhibitum. Sed vtriusque nobis sunt breuiter exponenda mysteria, ne

Ex comment. in Ios.

prolixæ lectionis prolixa quoque explanatio cuiquam forte grauis existat. Probatica piscina, quæ quinque porticibus cingebatur, populus est Iudæorum, legis vndique custodia, ne peccare debeat manibus. Recte etenim lex, quæ quinque libris Moyfi descripta est, quinario numero figuratur. Recte populus, qui in quibusdam manduciam vitæ seruare, in quibusdam vero solebat immundorum spirituum tentamentis agitari, per aquam signatur piscinæ, quæ nunc placida ventis stare, nunc eis irruentibus, turbati consueuerat. Et bene piscina eadem probatica vocatur. *probata* quippe Græce oues dicuntur: quia erant nimirum in illo populo qui dicere domino possent; Nos autem populus tuus, & oues gregis tui, confitebimur tibi in secula. Vulgo autem probatica, id est, pecuaria piscina fertur appellata, quod in ea sacerdotes hostias lauare consueuerant. Multitudo languentium, quæ in memoratis porticibus iacebat aquæ motum expectans, significat eorum cateruas, qui legis verba audientes, suis se hanc vitibus implere non posse dolebant: atque ideo dominicæ auxilium gratiæ totis animi affectibus implorabant. Cæci erant, qui necdum perfectam fidem habebant. Claudi, qui bona, quæ nouerant, operandi gressibus implere nequibant. Aridi, qui quamlibet oculum scientiæ habentes, pinguedine tamen spei, & dilectionis egebant. Tales in quinque porticibus iacebant: sed non nisi in piscinam angelo veniente, sanabantur: quia per legem cognitio peccati: gratia autem remissionis non nisi per Iesum Christum facta est, nunc designat Angelus, qui inuisibiliter descendens in piscinam, & suggerens vim sanandi, mouebat aquam. Descendit enim carne indutus magni consilij angelus, id est, paternæ voluntatis nuncius in populo Iudæorum, & mouebat peccatores doctrina sua, factus ut occideretur ipse, qui sua morte corporali non solum spiritualiter languentem sanare, sed & mortuos viuificare sufficeret. Motus ergo aquæ passionem domini, quæ mota turbatæque Iudæorum gente facta est, insinuat, & quia per eandem passionem redempti sunt credentes à maledicto legis, quasi descendentes in aquam piscina turbata sanabantur, qui eatenus iacuerunt in porticibus ægroti. Legis siquidem litera, quæ nescientes quid agendum, quid vitandum esset edocuit, nec tamen edoctos ut sua decreta completerentur adiunxit: quasi eductos de sedibus ignorantie prioris in portibus suis continebat, nec sanabat languidos. Gratia autem euangelica per fidem, ac mysterium dominicæ passionis sanat omnes languores iniquitatum nostrarum, à quibus in lege Moyfi non potuimus iustificari. Quasi eiectos de porticibus legis ægrotos in aquâ piscinæ turbidam, vt sanari possint immittit, qui à peccatis quæ lex ostenderat, per aquam baptismatis abluit, testante Apostolo, quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, confepulti cum illo per baptismum in mortem: vt quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Bene autem dicitur, quia qui primus descendisset post motum aquæ, sanus fiebat à quocunque languore tenebatur: quia vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus: & qui in vnitæ catholica Christi mysteriis imbutur, sanus fit à quocunque peccatorum languore detineatur. Quisquis autem ab vnitæ

1. Cor. 7. 8.

Rom. 3.

1. Pet. 4.

discrepat, salutem, quæ ab vno est, consequi omnino valet. Hæc de primo Evangelicæ lectionis miraculo, quæ spiritus dedit, locuti sumus. Nunc de secundo, quod ipse dederit, fraternitati vestræ loquamur. In quo etiam ipso vnus commendatur sanatus, non quia omnipotens pietas sanatoris omnes, quos ibi languentes inuenit, sanare nequiret: sed vt doceret præter vnitatem catholicæ fidei nullum cuiuslibet locum patere salutis. *Erant autem quidam homo, inquit, ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate sua.* Homo iste multorum infirmitate detentus annorum, significat peccatorem quemlibet enormi scelere magnitudine vel numerositate depressum: cuius significando reatui, etiam ortus temporis quo iste languerat, congruit. Nam duodequadraginta annos habebat in infirmitate. Quadragenarius autem numerus, qui denario quater ducto conficitur, pro perfectione rectæ conuersationis solet in scripturis accipi: quia quisquis perfectæ conuersatione se gerit, legis profecto decalogum per quatuor sancti euangelij libros implet. A qua nimirum perfectione duo minus habet, qui Dei, & proximi dilectione, quam legis pariter, & Evangelij scriptura commendat, vacuus incedit. Quod etiam mystice dominus sanans infirmum docuit, cum ait: *Surge, tolle grabatum tuum, & ambula.* Surge enim dicitur, id est, vitorum torporem, in quibus diu læquebas, excute, & ad exercitium virtutum, in quibus perpetuò salucis, erige. *Tolle grabatum tuum, porta, id est, dilige proximum tuum, patienter eius infirma tolerando, qui re adhuc tentationum face depressum diu, patienterque sustinuit.* Alter enim alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi, & sicut alibi dicit: *Supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.* Ambula autem, toto corde, tota anima, tota virtute Deum dilige: & vt ad eius visionem pertingere merearis, cotidianis bonorum operum passibus de vitæ in virtutem progredere: nec fratrem, quem suffere ducas, ob amorem eius, ad quem pergis, deserens: nec ob fratris amorem, ab illo querendo, cum quo manere desideras, intentionem recti inaccessus auertens. Sed vt perfecte possis sanari, surge, tolle grabatum tuum, & ambula, id est, relinquere peccata pristina, necessitatibus fratrum succurre, & in vniuersis quæ agis, vide ne in hoc seculo mentem figas, sed ad videndam faciem tui felix redemptoris. Surge, bona operando: porta grabatum, diligendo proximum: & ambula, expectando beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei. Sed mira perfidorum dementia, qui ad tam inopinatam diu languentis sanationem, credere, ac spiritualiter sanari debuerant, e contra scandalizantur, & saluato pariter, ac saluatori calumnias struunt. Saluato quidem, quia sabbato grabatum tulit. Saluatori autem, quia sabbato & illum sanari, & grabatum tolli præcepit. Quis melius de sabbato, quam tanta diuinitatis potentia nosset? *Decebat, inquit, Iudæi, illi qui sanatus fuerat.* Literam legis stulte defendebant, ignorando dispensationem eius, qui legis quondam edicta per seruum decernens, nunc ipse adueniens, eandem legem gratia mutaret: vt quod iuxta literam, diu carnalis carnaliter obseruauerant, & deinceps spirituales spiritualiter obseruandum cognoscerent. Sabbato quippe carnali, quod iuxta decalogum custodiebant, populus ab omni opere seruilis die septima vacare præceptus

*Sine vniuersa
et ceteris
sabbato non
saluati sunt.*

*Rom. 12.
Eph. 4.*

ad Th. 1.

ceptus est. Spirituale autem sabbatum est in luce gratiæ spiritualis, quæ septiformis accipitur, non vna, sed omni die nos ab inquietudine vitorum manere seruiatos. Sic enim iuxta vocem dominicam, omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati, pater quiddam quia peccata rectæ opera seruilis intelliguntur: à quibus quasi in die septimo in perceptione gratiæ spirituales immunes incedere iubemur: nec solum à prauis continere, sed & bonis infilitere factis. quod in hac quoque lectione dominus typice ostendit, cum eum, qui duodequadraginta annos languerat, in die sabbati non solum surgere, verum etiam grabatum tollere, & ambulare præcepit: videlicet insinuans, eos, qui longo vitorum languore tabescunt, & Dei, ac proximi dilectionis inanes, quasi à perfectæ virtutum summa duo minus habent, iam per donum sancti spiritus à vitis posse resurgere, eorumque discusso corpore, cum fraternæ dilectionis honore ad visionem debere sui preparare conditoris. Quod autem is, qui sanatus est, Iesum non in turba adhuc, sed post in templo cognoscat, mystice nos insinuat, vt, si vere conditoris nostri gratiam cognoscere, si eius amore confirmari, si ad eius visionem peruenire desideramus, fugiamus solite turbam non solum turbantium nos cogitationum, assuetudinemque prauorum, veram etiam hominum nequam, qui nostræ synceritatis possunt impedire propositum, vel mala videlicet exemplo suo monstrant, vel bona nostra opera detrendo, aut etiam prohibendo. Confugiamus seduli ad domum orationis, vbi secreta libertate dominum inuocantes, & de perceptis ab eo beneficiis gratias agamus, & de percipiendis humili deuotione precemur. Imò etiam ipsi templum Dei sanctum, in quod venire, & mansionem facere dignetur, existere curemus, audientes ab Apostolo: *Quia corpora vestra templum est spiritus sancti, qui in vobis est.* Inter quæ diligentius inueniendum, fratres mei, quod inueniens in templo quem sanauerat dominus, ait illi: *Ecce sanus factus es.* Quibus verbis aperte monstratur quia propter peccata languerat, nec nisi dimissis eisdem, poterat sanari. Sed qui fortis ab infirmitate, ipse etiam intus saluauit à scelere. vnde & caute præmonuit, ne amplius peccando, grauioris sibi sententiam damnationis contraheret. Quod non ita sentiendum est, quasi omnis, qui infirmatur, ob peccata infirmetur. Sæpe infirmatur homo, ne extollatur in donis Dei sicut de Paulo Apostolo legitur. Sæpe etiam vt proberetur, tribulatur, sicut beati Iob patientia tribulatur: & probata est sæpe infirmitas pro castigatione dari. Flagellat Deus omnem filium, quem recipit. Quibusdam vero infirmitas pro gloria Dei datur, vt de cæco nato & de Lazaro legitur. Nouit dominus pro quo quemlibet iubeat infirmari, sæpe occulto hominibus indicio, sed nunquam iniusto. Sed discamus flagellis piissimi redemptoris nostri humiliter subterni, arbitantes non minus pati quam meretur, semper illius sententia memores, quia beatus homo, qui corripitur à domino, & ipse in Apocalypsi, Ego, inquit, quos amo, arguo, & castigo. Longe uero autem languente interius exteriorisque sanato, id est, & à flagellis aperte castigacionis, & à peccatis quibus hæc merebatur, erepto, Iudæi e contra male intus languentes, iam deterris ægrotare incipiunt, persequendo videlicet Iesum, qui hæc faceret in sabbato. Perferebantur autem eum quasi legis autoritatem,

2. Cor. 8.

1. Cor. 6.

1. Cor. 12.

1. Pet. 2.

1. Tim. 2.

1. Tim. 3.

1. Tim. 5.

simul & diuinæ operationis exempla secuti: quia & dominus sex diebus mundi perfectæ creatione, septimo requieuit ab omnibus operibus suis: & populum sex diebus operati, septimo vacare præcepit. non intelligentes, quia carnalia legis decreta paulatim erant spirituali interpretatione mutanda, apparet illo, qui non tantum legislator, sed & finis legis est Christus, ad iustitiam omni crediti, neque animaduertentes, quia conditor in die septima non ab opere mundanæ gubernacionis, & annuæ, imò cotidianæ rerum creaturarum substitutionis, sed à noua creaturarum institutione cessauit. Quod etiam dicitur: Requieuit Deus die septimo ab omnibus operibus suis, intelligendum est cessasse Deum à nouarum conditione creaturarum.

1. Tim. 3.

Rom. 10.

1. Pet. 2.

Rom. 1.

E R I C I I N I D E M

Euang. Hom.

IN Evangelica lectione, quam modo audimus, duo nobis miracula recitata sunt: vnum inuisibiliter per angelicam administrationem patratum: alterum per dominicam præsentiam visibiliter exhibitum. Ergo vtriusque nobis sunt bene uicere exponenda mysteria. *Erant, inquit, euangelista, dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam.* Quia enim Deus pro hominibus homo factus erat, cum hominibus solemnitates, Dei lege constitutas, celebrat. *Erant autem Hierosolymis probatica piscine, & c.* Probatica Græcè, Latine dicitur peculis, *probata* quippe dicitur ouis. Et piscina illa probatica vocatur, quia ibi sacerdotes hostiarum, quas in templo Dei immolabant, cadauera ablucebant. Mystice verò probatica piscina, quæ quinque porticibus cingebatur, significat populum Iudæorum, legis custodia vndique, ne peccare deberet, munitum. Quinque enim porticus, legem, quæ in quinque libris Moyfi continetur, insinuat. Et bene idem populus per aquam signatur piscinæ: quia sicut aqua piscinæ nunc placida ventis stare, nunc istidem ventis irruentibus, turbati solet: ita ille populus in quibusdam vitæ mundiciam seruare, in quibusdam immundorum spirituum solebat tentationibus agitari. Aptè quoque eadem piscina probatica vocatur, quia nimirum erant quidam in illo populo, qui merito simplicis, & innocentiæ vitæ Deo placere, & cum Psalmista dicere poterat: Nos autem populus tuus, & oues pascuæ tuæ. Multitudo languentium, quæ in memoratis porticibus iacebat, aquæ motum expectans: designat eos, qui verba legis audientes, hanc se suis vitibus implere non posse dolebant, atque ideo dominicæ gratiæ auxilium totis animæ affectibus exoptabant. *Iacebat ibi, inquit, multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum.* Cæci erant, qui necdum fidei lumen habebant: claudi, qui bona, quæ agenda essent nouerant, sed ad implenda ea boni operis gressibus assurgere non valebant: aridi, qui oculum quidem scientiæ habent, sed spei, & dilectionis pinguedine egent. Tales in quinque porticibus iacebant, sed non nisi angelo in piscinam descendente sanari poterant: quia per legem cognitio est peccati, gratia verò remissionis non nisi per Christum poterat dari. Quem merito designabat angelus, qui inuisibiliter descendens in piscinam, aquam mouebat, ei que virtutem sanandi suggerebat. Mortuus enim aquæ, passionem Domini, quæ turbata

gente Iudeorum facta est, insinuat. Descendit ergo carne indutus, hic magni consilij angelus, id est, paternae voluntatis nuncius, in piscinam populi Iudeorum. Mouit illos miraculis, & doctrina sua, ut eum morte crucis afficerent, qui genus humanum non solum à languoribus peccatorum sanare, sed etiam ab ipsa morte aeterna sufficeret liberare. Descendentes ergo in aquam piscinae turbatae, sanabatur: quia per passionem Domini, quam motus aquae designat, redempti sumus de maledictione legis. Lex siquidem Moyse, quae quid agendum, quid uide cauendum esset, docuit, neminem tamen ad perfectum adduxit: quasi eductos de sedibus ignorantiae prioris, in porticibus continebat languidos, nec tamen sanabat. Gratia autem, & fides dominicae passionis, sanat omnes infirmitates iniquitatis nostrarum, & quasi effectus de porticibus, in aquam piscinae turbatae immittit: quia à peccatis, quae lex ostendit, per aquam baptismatis abluit, iuxta quod Apostolus dicit: Quotquot baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Notandum uero nobis est, quod dicitur: *Quia qui primus descendisset in piscinam post motionem aquae, sanus fiebat, à quocumque languore detineretur.* Vnus, inquit, ex tanta languentium multitudine sanabatur, quia vnus Deus, vna fides, vnus baptismus. Quicunque ergo in ueritate catholicae fidei mysteriis Christi in baptismo imbuitur, ab omni prioris peccatorum languore sanatur. Qui uero ab ueritate Ecclesiae discrepat, salutem, quae ab vno, & per vnum est, habere non meretur. His de primo miraculo, quod per angelum inuisibiliter fiebat, praemisit, nunc de sequente, quod per uerum angelum Christum uisibiliter patratum est, paucis loquamur, in quo etiam similiter vnus sanatus est. Poterat quidem Dominus omnes, qui ibi erant, infirmos sanare, sed vnum tantum certi causa mysterij sanare uoluit, ut profectò ostenderet, praeter Ecclesiam nemini patere locum salutis. *Erant ibi homo triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum uidisset Iesus iacentem, &c.* Sanaturus Dominus infirmum diuturno langore tabescentem, interrogauit, utrum uellet sanus fieri: nõ quòd eum id uelle ignoraret, sed ut eum ad maius sanitate desiderium accenderet, qui iam longa decubatione penè salutem desperauerat, nec saltè pro sua restauratione rogare nouerat. Vnde & ille causam impossibilitatis cepit ostendere, & conqueri quòd hominè non haberet, qui eum post motum aquae in piscinam mitteret. Sed Dominus languens miseratim imbecillitatem, pariterque insciam simplicitatem, ait illi: *Surge, tolle lectum tuum, & ambula.* Ille continèd receptis uiribus, & iam dudum amissum persentens robur, tulit in quo iacebat, & abiit in domum suam. Iuxta spiritualem intelligentiam, homo iste multorum annorum infirmitate detentus, designat peccatorem, multorum, & grauium scelerum numerositate depressum. Nam & ipsa temporis quantitas, quo languidus decumbebat, huic significationi congruit. Nam triginta, & octo annos in infirmitate habuisse dicitur, duo uidelicet minus de quadraginta. Quadragesimarius autem numerus, qui denario quater ducto conficitur, pro perfectione re & operationis in scripturis accipi solet. Ille enim rectè uiuit, qui decalogum legis per quatuor sancti euangelij libros implere induerit. A qua perfectione duo minus habet: quisquis dilectionem Dei, & proximi, quam legis,

Frh. 7.

Rom. 6.

Ephes. 4.

Gal. 4.

Enall. 7.

& Euangelij pariter scriptura commendat, seruare negligit. Quod & dominus signanter expressit, qui sanaturus infirmum praecipit, dicens; Surge, tolle lectum tuum, & ambula. Lectus noster proximus intelligitur, qui nobis in corporis, uel animi infirmitate solatium exhibuit: quem sanati portare praecipimur, ut ei quoque in suis necessitatibus adiutorium subministraremus. Ait ergo ei dominus, quem sanabat; *Surge, tolle lectum tuum, & ambula.* Surge, inquit, uitorum torporem, quo diu langueretas, excute, & ad exercitium uirtutum erigere. Tolle lectum tuum: Porta proximum tuum, eius infirma patienter tolerando, à quo es diu, multumque cum adhuc sub graui fauce tentationum gemeres, sustentatus. Hinc & Apostolus dicit: Alter alterius onera portate. Ambula uero, quotidianis bonorum operum profectibus, de uirtute in uirtutem progredere. *Surge, peccata relinquendo, tolle lectum tuum, fratri succurrendo, ambula, supernam patriam desiderando, & ad uidentiam creatoris faciem festinando.* Erat autem sabbatum in illa die. Dicebant ergo Iudaei ei, qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Mita, & uehementer stupenda perfidorum dementia. Cum enim ad tam inopinatum hominis diu languentis sanitatem credere, & diuinam potentiam laudare deberent, e contra scandalizabantur, & saluatorem, pariterque saluatum calumniabantur. Saluatorem quidem, quòd die sabbati hominem curasset, lectumque suum tollere praecipit: saluatum uero reprehendunt, quia sabbato grabatum portauerit. *Dicebat ergo ei, qui sanatus fuerat, Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum.* Legis literam stultissimè defendebant, ignorantem dispensationem domini saluatoris, qui ipsam legem quondam per seruum dederat, ac nunc per semetipsum ueniens, eandem legem in gratiam sancti Euangelij uitate disponebat: ut quod antea iuxta literam carnaliter à carnalibus obseruabatur, deinceps spirituales spiritualiter obseruandum suscipere. Denique die septimo populus ab omni opere seruilis uacare praecipit. Spirituales uero sabbati obseruatione, quod est in luce septiformis spiritus sancti, ab omni peccato, quod reuera seruire opus accipitur, non vna die, sed omni uita nostrae tempore feruati esse praecipimur: nec solum à prauis operibus abstinere, sed etiam bonis operibus insistere iubemur. Quod & in huius hominis sanatione liquido monstratum est, cum dominus eum, quem à languore liberabat, non solum surgere, uerum etiam lectum suum tollere praecipit, uidelicet aperte insinuans, eos, qui uolunt à uictorum tabe resurgere, discusso torpore negligentiae, cum fraternae charitatis pignore, ad uisionem sui conditoris debere properare, nec malorum contradictionibus, seu persecutionibus à cepto boni operis studio cessare. Na & homo iste cum ei Iudaei contradicerent, eumque ne lectum ferret prohiberent, dicitur; *Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum:* non idè lectum deposuit, sed fiducialiter ceptis insistens, respondit: *Qui me sanum fecit, ille mihi praecipit; Tolle grabatum tuum, & ambula:* illius potius uolens obtemperare madata, à quo sanatus fuerat, quam illorum falsa religioni cedere, qui eius sanitati, & domini sui gloria inuidebant. Et interrogauerunt eum: *Quis est ille homo, qui dixit tibi, tolle grabatum tuum, & ambula?* Ille autè, ut ait Euangelista, ignorabat quid esset. Ià saluatus erat, sed adhuc saluatorem suum ignorabat: dignus

THEOPHYL. EPISCOPI
Bulgar. superioris Euang. expositio.

dignus tamè erat, em se saluator ostenderet, cuius imperio sic deuotus obtemporasset. *Iesus autè declinauerat à turba constituta in loco.* Declinauerat, inquit, à turba turbata, diuino esse descendens auxilio inueniens, cuius uirtutibus obstinata ualitia conabatur oblitescere. *Postea inuenit eum Iesus in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es.* Per hoc, quòd dicitur, qui sanatus fuerat, lectum non in turba, sed in templo cognoscit, mysticè nos instruitur, ut, si gratiam conditoris nostri cognoscere, & ad eius uisionem desideramus peruenire, fugiamus turbam cogitationum, & affectuum prauorum, declinamus sollicitè conuenticula hominum improborum, qui bonum nostrum propositum, uel mala exempla demonstrando, uel nostra opera deridendo, aut etiam prohibendo, conantur impedire. Consequiamus deuoti ad templum Dei, ubi illi de perceptis beneficiis gratias agere, ac pro perceptis exorare lata gamus, nõ que ipsos templum Dei, in quo misericorditer uenit, & mansionem facere dignetur, praeparare curemus. Attendere autem debemus, quid à se sanato dominus dicit: *Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Quibus uerbis ostenditur, quia propter peccata sua langueratur, nec nisi illis dimissis sanari poterat. Sed credendum nobis est, quòd dominus, qui enim sanauit exterius ab infirmitate, inuis etiam absoluit à seelere. Vnde & cum dominus caute praemonuit, ne ulterius peccaret, ne iterum peccando grauioris sententiam damnationis incurreret. Nõ autem semper propter sola peccata datur hominibus infirmitas. Quinque enim modi à sanctis doctoribus deprehensi sunt, quibus infirmitas hominibus contingit. Aliquando enim datur infirmitas hominibus pro gloria Dei manifestanda, sicut illi ego nato, & sicut Lazaro, de quo dominus dixit: Infirmitas haec non est ad mortem, sed ut glorificetur filius Dei per eam. Nonnunquam uero ad probationem, & uirtutum augmentum, sicut beato Iob, & Tobie, qui cura ante flagellam sancti extiterint, sanctiores ex flagello, & probatores apparuerunt. Datur plerumque infirmitas ad uirtutum custodiam, sicut B. Paulo Apostolo. Datur praeterea infirmitas hominibus ob delicti castigationem, sicut huic, qui triginta, & octo annis decubuerat languens, & sicut illi paralytico, cui dominus dixit; Confide sibi, remittuntur tibi peccata tua. De qualibus dicitur; Flagellat Deus omnem filium, quem recipit. Quinque modis reproborum est, quibus datur infirmitas, ut hic torqueri incipiant, & per haec tormenta temporalia transeant ad aeterna, quemadmodum contigit Antiocho, & Herodi, in quibus impletum est, quod scriptum est: Duplici contritione conterere eos. Quocirca ergo modo diuina prouidentia nos iubeat infirmari, discamus semper flagellis pij patris humiliter subdi, & iudicia illius iustissima uenerari, arbitantes nos minus quam mereremur sustinere, illius sententiae memores; Beatus homo, qui corripitur à Deo. Hoc enim, agentes, & in praesenti de eius uerbis proficere, & in futuro ad aeternam requiem post flagella merebimur peruenire, praesente domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto uiuit, & regnat Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Math. 9.

John. 1.

Hieron. 17.

Job. 3.

Post haec dies festus Iudeorum, &c. Dies festus erat Iudeorum, Pentecoste opinor. Ascendit in eo dominus, partim, ne uideretur esse aduersarius legis, sed compareret, cum reliquis diebus festis agens, partim, ut plures per signa, & doctrinas alliceret, & maxime turbam simplicem. Solebat enim conuenire & rustici, & opifices, qui in ciuitatibus, & aliis diebus erant occupati. Probatica autem dicebatur piscina, eò quòd oues illic ad sacrificium congregabantur, & intestina eorum abluebantur. Multi autem opinabantur, quòd sola ablutione inestimatorum sacrificialium, uirtutem quandam diuiniorem acciperet aqua, & propterea angelus ad aquam uel electam accederet, & miraculum operaretur. Videbatur uicque diuina sapientia à longe uiam facere Iudaeis ad fidem in Christum, praegordiano miraculo piscinae. Nam, quoniam baptismus daturum erat magnam uirtutem, & maximum donum, ut pote purificans peccatum, & uiuificans animas, praefigurat Deus baptismus in rebus Iudaeis, & ipsis quoque aquam dat, quae purificet sordes, quae non sordes proprie erant, sed uidebantur esse, ut, si quando retigissent mortuum, uel leprosum, uel aliquid tale. Dat autem piscinae huic miraculum, quod duceret eos ad inleceptionem baptismatis. Angelus enim tempore opportuno descendebat, & turbabat aquam, & sanationem illi uirtutem inebat. nusquam enim ista natura aquae est, ut per se sanet, alioqui hoc perpetuo fieret: sed totum in angelo situm erat, quicquid erat efficaciae. Ita & apud nos aqua baptismatis, aqua est simpliciter: quum autem accesserit spiritus sancti gratia, propter inuocationem Dei morbos soluit animarum; & si quis caecus fuisset, ob oculos animae ne possit diiudicare bonum à malo: & si claudus quis fuisset, qui nõ mouebatur ad faciendum bonum, & proficiendum in melius: & si audus, & desperati omnino fuisset morbi, nulliusque boni particeps, ab aqua illa curabatur. Et tunc infirmitas impediēbat quosdam, ne sanarentur: nunc autem in baptismo nullum est obstaculum. Non enim, vno sanato, alij relinquere tur non curati: sed, si totus orbis confluxerit, nõ imminueretur gratia. *Erant autem quidam homo illic qui triginta & octo annos, &c.* Stupenda paralytici constantia. annos habebat triginta octo, & quotannis liberari à morbo expectans affidebat, & impediēbatur à potentioribus praeventus, nec tamen destitit, neque desperauit: ideo & dominus interrogat eum, uolens monstrare nobis fortitudinem hominis. non enim interrogat quasi discere quippiam uellet. Hoc enim non solum superfluum esset, sed insipientis, quare ne aeger uelit sanari. Factum ergo, ut monstraret nobis hominis patientiam. Quid igitur ille? Multa enim mansuetudine responderet. Etiam, inquit, domine, uolo quidem, sed non habeo hominem, qui possit me in aquam inferre. Nihil blasphemum respondit, non arguit Christum ut stultam interrogationem interrogantem: non maledixit diei natiuitatis, sicut pusillanimes facimus, idque quum in leuiore morbos inciderimus: sed manifestè, & placidè respõsum dat, tamen si nesciret quisnam esset, qui interrogabat. Nanque hoc solum exillam uirtutem uilitatis sibi accedere fortassis, ut inferret ipsum

Rapitones pro rificat peccatis, & uiuificat animas.

Ex ista si in animis uirtute, meritis salute animae.

in aquam, & propterea blande Christo loquitur. Non dixit autem Christus; Vis? sanabo te: vt ne videretur gloriam querere. *Dicit ei Iesus; Surge, &c.* Iubet tolli lectulum, volens credibilis fieri miraculum, quod faciebat, ne putaretur esse phantasma quoddam. Nisi enim membra firme fuissent solidata, lectum ferre non potuisset. Non autem exegit ab eo fidem, antequam sanasset, sicut in aliis quibusdam: quia aeger ille nondum viderat eum signa facientem. Etenim dominus fidem exigere non solebat ab illis, antequam in conspectu eorum faceret miracula: sed, postquam vidissent miracula, exigebat fidem. Attende autem quod simul atque audiuit, credidit. Non enim secum murmurauit, & dixit; Me iubes surgere, qui nunc triginta octo annos habeam, & salutem nunquam sim assecutus, & sic repente surgerem? Nihil tale cogitauit, sed credidit, ac surrexit. In sabbato sanat, docens hominem aliter intelligere sabbati obseruationes, & non putare coli sabbatum ocio corporali, sed malorum abstinentia. Nam benefacere alicui lex non prohibet, quae lex est Dei semper benefacientis. *Respondit ei, Qui me sanum fecit, & mihi dixit, &c.* Admirati conuenit hominis erga Iudaeos in dicendo libertatem, quando uigentibus illis, & dicentibus; Non tibi licet tollere grabatum tuum per sabbatum, ipse eum fiducia libere praedicat benefactorem. *Qui fecit me sanum, illa mihi, quasi talia dicens, dixit; Deliratis, & desipitis iubentes ne obediam, ei qui me a ta diuturno, & difficili morbo liberauit. At Iudaei non interrogant eum, quis est, qui te sanum fecit? sed, quis est qui dixit tibi; Tolle grabatum? ita ad bonum sponte exercebantur, susursumque, ac deorsum rapiebant sabbati violationem, vt sibi videbatur. At Iesus se subduxerat: primum quidem vt, absente ipso, testimonium sanitatis illius suspicione magis careret, & ne videretur gratificari ei, sed veritatem testari. Insuper vt ne Iudaeorum inuidiam magis accenderet. Solec enim & aspectus eius, cui inuidetur, non patuam inuidiae flammam immittere inuidentibus. propterea permittit eos de miraculo inquirere per seiplos. Porro Iudaei reprehendes, quum factum inquirerent, multis sermonibus celebrius illud reddunt. *Postea enim reperit Iesus in templo, &c.* Ex eo quod dominus paralytico dixit; Vide, sanus factus es, ne post hac pecces: discimus ex peccatis quidem primum natos hominum morbos, deinde vera enarrari, de gehena, aeternumque esse supplicium. Igitur ubi nunc sunt, qui dicunt, ad vnam horam indulsit rei venerere, quomodo in perpetuum puniatur? Ecce enim etiam hic non tot annis peccauerat, quot puniebatur, sed ferme integram hominis vitam in supplicij mensuram amplam impendit. Sane peccata non iudicantur tempore, sed ipsa delictorum natura. Quin hic & illud discimus, quod, licet grauem luam pro primis peccatis poenam, si deinde iterum in eadem incidamus peccata, iterum grauiora patiemur: idque merito. Qui enim non emendatus est, ad maiora tormenta ducetur, tanquam insensatus, & contemptor. Et quare (inquit) non omnes sic puniuntur. Etenim multos improborum videmus bene valentes corpore, & in deliciis ac prosperitate viuentes. Verum quod illi nihil hic patiuntur, viaticum eis erit ad supplicium grauius, quod aibi ferent. & hoc Paulus manifeste dicebat; Quum enim iudicamur a domino, hic scilicet, erudimur, vt ne eam hoc mundo con-*

1. Cor. 11.

demnemur, alibi videlicet. Nam quae hic dicit, admonitionis sunt: quae autem alibi, suppliciorum. Quid igitur? nunquid omnes morbi sunt ex peccatis? Non omnes quidem, sed plures. Morbi enim aliqui propter peccata accidunt, sicut & illius paralytici, & in libris Regum videmus quendam laborantem dolore pedum propter peccatum. Alii qui autem sunt propter probationem, sicut morbus Iob, vt monitretur eius virtus. Quidam autem etiam ab ignauia oriuntur, vt pote gula, & ebrietas. Sunt autem nonnulli, qui coniecturam sumunt ex hoc, quod dominus dicit, ne post hac pecces: & asserunt, quod dominus sciuerit, quod paralyticus ille indicaturus esset, & significaturus Iudaeis: postea reperit eum in templo: & propterea dicit; Ne ultra pecces: Sed no est ita. Videtur enim pius homo esse. *Nam reperit eum, inquit, Iesus in templo, nisi enim pius fuisset, expositus fuisset se voluptati, & deliciis, in domum currens, & effugisset Iudaeorum iniuriam, ne illis rationem redderet: sed nihil horum tenuit eum, vt desisteret a templo. Sed, & postquam agnouit, vide quanta gratitudine eum Iudaeis praedicer. Non enim dicit, Iesus est, qui dixit mihi, tolle grabatum: id quod illi audire volebant: sed is, qui ipsum sanum fecit, id quod audire non ferebant, pro eumine habentes sabbati violationem. Quod autem Iudaei persequerentur dominum, quid propterea peccauit homo, qui illum eis ostendit? Ipse enim grata mente, vt & alios ad fidem attraheret, praedicat seruatore. At, quum illi persequerentur benefactorem, ipsorum erat crimen. Porro probaticam piscinam intellige baptismum, in quo Iesus dominus noster ouis illa pro nobis immolata, lotus est, & baptizatus pro nobis. Quinque autem porticus habet ista piscina. Quatuor enim virtutes, vna contemplatiua, in baptismo apparent. Igitur humana natura, veluti paralyticus quidam, cuius omnes animales virtutes morbo correptae sunt, iacet triginta octo annis aegrotans. Neque enim recte se habebat in fide trinitatis, neque octauum seculum, resurrectionem dico, & iudicium operum huius vtique firmiter credebat fieri: ideo & non inuenit curam. Non enim habebat hominem, qui iniret in piscinam, hoc est nondum erat factus homo filius Dei, qui per baptismum illi sanaturus esset. quado autem factus est homo, tunc sanauit quidem naturam nostram: praecipit autem & lectulum ferre, hoc est, & corpus leue facere, & expedit. & suscollere a terra, ne grauetur carnibus, & terrenis curis, sed surgat a desidia ad bonum, & ambulet, quod est moueri ad operationem boni. Turbari autem aquam piscinae significat, quod in ipsa turbentur spiritus malitiae, contriti, & suffocati gratia spiritus. Vtinam & nos assequamur sanitatem, qui dissoluti sumus, & ad omne opus bonum immobiles, neque habemus hominem, hoc est, humanam rationem, vt pote comparati cum iumentis: vt porret nos in piscinam poenitentiae lachrymarum, in quam qui primis ingreditur, sanatur. Nam, qui poenitentiam differt in tempora posteriora, non festinat hic poenitere, qui procrastinat, non assequitur sanitatem. Primus igitur festinus ingredi, ne te mors praecipuet. Hanc autem piscinam poenitentiae angelus turbat, qualis? Ille magni consilij patris, Christus, & saluator. Nam, nisi tetigerit cor nostrum diuinum verbum, & turbationem fecerit in illo propter memoriam futurorum suppliciorum, nunquam efficax erit piscina*

scina ista, neque sanitas erit animae dissoluta. Probatica autem quaedam dicitur ista. Nam intestina, & cogitationes, quae in sacrificio viuus, sanctum beneplacitum Deo preparantur, & innocentia sunt, sicut vt probatur, hoc est oues, in ista abluuntur. Itaque facit Deus vt sanitatem consequamur, & in templo post sanitatem inueniamur, hoc est, ne ultra prophanis cogitationibus inquinemur, vt ne in grauiorem incidamus poenam futuram.

INCERTI CUIVS DAM
sub nomine Eusebij Emissemi eiusdem Euangelij expositio.

Ad idem festum Iudaeorum dominus ascendit, vt populus vndique conuenientibus fidei doctrinam annuntiet, salutis mysteria pandat, & veritatis lumen ostendat. Est autem Ierosolymis probatica piscina, quae cognominatur Hebraiae Bethsaida, quinque porticus habens. Haec piscina baptismatis aquas significabat. Vnde non immerit probatica, id est ouina dicebatur, quoniam oues Dei sunt, qui in baptismo lauantur. De quibus in Cantico Canticorum ecclesiae dicitur, Dentis tui sicut greges tonsarum ouium, quae ascenderunt de lauacro. Haec autem piscina quinque porticus habet, quia quinque libri sunt Moyse, in quibus baptismi sacramentum plenissime continetur, cotinque auctoritate munitur, & doctrina declaratur. In his laetatur multitudo languentium, caecorum, ardentium, expectantium aqua motum. Hi enim languentes qui in praedictis porticibus iacebant, Iudaei intelliguntur, qui sub lege erant, legisque seruo, & moderamine ardebantur, legis tamen medicamine non iustificabantur. Vnde apostolus ait, Si enim data esset lex, quae posset iustificare, verum ex lege esset iustitia: sed conculsa scriptura omnia sub peccato. Lex igitur & scriptura sunt porticus illi, qui languentes continent, quia sub peccato omnia claudunt. Nemo in porticibus sanabatur, quia non erat data lex quae posset iustificare. Inde tamen languentes videbant piscinam, descendebant in eam & sanabantur, vt promissio ex fide Iesu Christi per baptismum daretur credentibus. *Angelus enim domini secundum tempus descendebat in piscinam, & mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquae, sanus fiebat a quacunque infirmitate detinebatur.* Angelus enim domini secundum tempus descendebat in piscinam, quando tempore praesentis saluator noster ad baptismum venit. Ipse enim est ille magni consilij angelus, de quo scriptum est, Et statim venit ad templum sanctum suum dominator, quem vos queritis, & angelus testamenti, quem vos vultis. Et ipse quidem aquam commouit, ipse baptismatis aquas sanctificauit, omnemque inimici latentem infestationem suo tactu ab eis remouit. Post cuius commotionem, tantam in se virtutem aqua suscepit, vt omnes hominum in eam descendentes sanet languentes, pellat aegritudines, & soluat peccata. Sed notandum quia solus ille sanatur, qui prior post motionem aquae in piscinam descendit: per quem totus populus Christianus intelligitur, qui solus & vnicus, prior, & vltimus, vnus, & inseparabilis in aquis baptismi & lauitur, & sanatur. Sed quis est, qui post eum descendit, nisi ille, qui huic corpori ecclesiastico non

inquit baptizatus est, vt non mouisset ad baptismum.

inharet? Si enim huius corporis esset, non post eum, sed in eo descendere diceretur. Post eum namque haeretici descendunt, & descendentes nihil sibi proficiunt. *Erant autem quidam homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate sua, &c.* Homo enim iste eos designat, qui post baptismum peccata criminalia committunt, pro quibus graui longaque poenitentiae subiiciuntur: quia nimirum corpus aegrotat, sed anima sanatur. Vt enim pro suis iniquitatibus hunc aegrotasse intelligas, ipse dominus ostendit, dicens, *Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Tales autem quia non bene poenitent, etiam longo tempore languere, & poenitere, & carnem macerare videantur, valde tamen difficile curantur. Si enim bene poenitissent, non triginta, & octo annos, sed quadraginta ex integro in hac tali infirmitate habuissent. Imperfecta est enim omnis poenitentia, quae de hoc numero aliquid minas habet. Quare autem perfecta poenitentia hoc numero designetur, attende. Hic enim numerus ex quatuor constat & decem: quater enim decem, vel decies quatuor, quadraginta sunt. In quatuor autem nouum testamentum, & decem vero verus figuratur: quoniam hoc in quatuor euangelij, & illud in decem verbis consistit. Nulla autem poenitentia proficit ad salutem, quae non, veterisque testamenti auctoritate non agitur. Hoc enim ipse dominus significans, quadraginta diebus & noctibus ieiunauit. Similiter autem & Moyses & Elias. Hoc igitur numero poenitentiam agat, id est secundum viriutemque testamenti doctrinam disciplinamque poeniteat, quicumque sibi suam poenitentiam vult esse fructuosam. Declinet igitur homo a malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & sequatur eam. Haec est enim vera poenitentia. Sed nota quia misericors dominus, etiam non bene & legaliter poenitentes, bonam tamen voluntatem habentes, & salutis remedia expectantes, visitare, sanare, & illuminare dignatur. Vnde & huic languido dicit, *Uis sanus fieri? ac si diceret, sanati quidem vis, ideo enim hic iaces, ideo aegrotas, ideo carnem maceras, & hanc qualencunque poenitentiam agis.* Respondit ei languidus, *Domine, non habeo, vt, quem mox fuerit aqua, mittat me in piscinam.* Quid enim his verbis aliud significat, nisi quandam baptizandi, & in illam piscinam descendendi impossibilitatem? Impossibile est enim eos, qui semel baptizati sunt, iterum per baptismum renouari, & peccatorum contritione mundari. Vnde & iste quamuis sanatur, non tamen mergitur in piscinam: quia eos significat, qui post baptismum sola poenitentia sanantur. Quod autem ait, *Dum venio enim ego, alius ante me descendit,* de ipso adhuc gentili, & catechumeno dicere videtur. Ipse enim quum adhuc gentilis & catechumenus esset, in piscinam descendit: modum vero quia Christianus est, in eam descendere non potest. Idem igitur ipse alius est, & ipse qui descendit ante seipsum. *Dicit ei Iesus, Surge, tolle grabatum tuum, & ambula.* Noli (inquit) iam ulterius hominem querere qui te mittat in piscinam, surge tantummodo, erige mentem, contemplantur caelum, quae sursum sunt querere, no quae super terram. Hac enim via illi qui baptizati sunt, recupeant sanitatem, si eos aegrotare contingat. Tolle grabatum tuum, porta & contine, & in seruitutem redige carnem tuam. Lectus namque anime, corpus est. In quo, si vitiosum fuerit, tota infir-

Peccata post baptismum graui, longaque poenitentia delentur.

ma, & languida iacet anima. Vnde scriptum est, Corpus, quod corrumpitur, aggranat animam. Et ambula. Non sis otiosus. Otiositas enim animae inimica est, quae & vitia nutrit, & virtutes necat. Et statim sanus factus est homo, & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Facile igitur est Deo & sanare hominem & peccata soluere. Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuum, & ambula. Maioris (inquit) auctoritatis quam vos sitis, est ille qui me sanum fecit. Illi igitur, & non vobis, me obedire oportet. Interrogauerunt autem eum, Quis est ille homo qui dixit tibi, tolle grabatum tuum, & ambula? Is autem, qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Non mirum si iste nesciebat quis esset: neque enim facile est cognoscere Iesum. Vnde & ipse dominus ait, Nemo nouit filium nisi pater, & nemo nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Iesus ergo declinavit a turba constitutus in loco. Postea inuenit eum Iesus in templo. Vbi que est Iesus, sed non vbi que cognoscitur. Non cognoscitur in turba, cognoscitur autem in templo. Fugiamus igitur turbam, & simul cum Iesu declinemus a turba. Eamus in templum, ubi nos inueniat, ibique a nobis inueniatur. Ideo enim ipse ab hominum turba discessit, vt & nos a victorum turba discedere doceat. Et dixit illi Iesus, Nece sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Hoc (inquit) contigit tibi, quia peccasti: iam noli peccare, non tibi sit voluntas peccandi. Non peccare enim, valde difficile est, & pene impossibile est. Multi enim peccant, qui peccare nolunt. Vnde Apostolus, Non enim quod volo, hoc ago: sed quod nolo, illud facio. Magnum igitur peccatum est, voluntas peccandi. Voluntarie enim (vt ait Apostolus) peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquatur hostia pro peccato. Quod de illis quidem intelligitur, qui vsque in finem sua sponte in peccatis perseuerant. Abijt ille homo, & nuntiavit Iudaeis, quia Iesus esset qui fecit sanum.

E V T H Y M I I Z I G A B O N I
superioris Euang. expositio.

Post hoc erat festum Iudaeorum. Pentecoste. Et ascendit Iesus Ierosolymam. Continue in festis ad hanc civitatem venit: hac: partim quidem vt cum ceteris festum celebraret secundum legem: partim vero vt simplici multitudine attraheret. Nam in festis ex omni plebe confluebant. Est autem Ierosolymis in Probatica, piscina qua dicitur Hebraice Bethesda. Est Ierosolymis piscina in loci situ, qui dicitur Probatica: aut simpliciter ita dicto iuxta veterum traditionem, aut, vt quidam dicunt, quod oues (quae Graecis *probatae* appellantur) olim illuc congregarentur, quae in festis erant immolande: & harum intellexit in aqua illa purgarentur.

Inde potius legendum Bethsaida, hoc est, domus piscationis: & est loquutio, ac phrasis Chaldaica. Sic etiam dicunt, domum seminis, agrum: domum iumentis stabulum: & sic de alijs.

Quaque portibus habens. Fornices aut testudines: has autem in circuitu habebat. Sicut ergo diuina providentia, quae ibi operabatur, piscina fabricata erat, ita & porticus propter aegrotantes. In his decumbent multitudine magna languentium, caecorum, claudorum, aridorum, &c. Per enumeratos morbos alij quoque significati sunt. Dicens autem, Statuso tem-

pare descendebat, docuit, quod non semper fiebat miraculum, sed certis temporibus: hominibus quidem incognitis, verum frequenter, vt opinor, in anno: propter hoc si quidem in portibus decumbat multitudo magna languentium. Verum ceteri sane vt pote claudi, & audi poterant tempus obseruare: nam videbant turbati aquam: caeci autem quomodo factam aquae turbationem cognoscebant: Habebant certe ministros, qui id obseruarent. Illa vero piscina figura erat piscinae facti baptismi: sicut enim illa morbos sanabat, ita & ista: sed illa quidem corporales, haec vero spirituales: illa statuto tempore, haec autem semper: illa, descendente angelo, haec, adueniente spiritu sancto: nam maiora sunt noua veteribus. Erat autem ibi homo quidam, qui triginta & octo annos morbo tenebatur. Morbus vero erat paralyticus. Alius tamen erat hic a paralytico, de quo apud Matthaeum fit mentio. Quam hunc vidisset Iesus, decumbentem, &c. Eum, qui multo tempore assidens fuerat, ac tolerantissimus, ceteris praeponebat: tum quod miseratione dignior esset, tum etiam docens, quod inter eos, qui superno egent medicamine, Deum magis sectantur, qui sunt constantissimi. Non dixit autem, Vis vt recurem: quia erat ab arrogantia alienus, & quia is, qui morbo tenebatur, ipsum nequaquam cognoscebat: ideo etiam nec fidem ab eo requirit. Interrogat autem, non vt diceret: superuacuum enim erat de te manifesta discere: sed vt per responsionem omnibus ostendatur eius constantia: vide enim quid respondeat. Domine, hominem non habeo, &c. Suspiciatur, quod hoc propterea ipsum interrogabat, vt argueret, quod praefignitiae frustraretur sanitate: aut quod in hoc prodesse sibi vellet, vt eum in piscinam immitteret: ideo etiam respondet, quod ob id salutem non consequeretur, quia hominem non haberet. Dicens autem, Dum venio ego, alius ante me descendit, suam ostendit perseuerantiam, quae tot annis frustratus, adhuc tamen perseuerabat, & non desperabat, idque non segnitas, sed detrusus, & offensus, nec sic negligens efficiebatur. Nos autem breui aliquo tempore diligenter Deo adstantes, si non assequimur, quod optamus, statim omittimus, ac recedimus, pigriorisque reddimur. At laboriosum est, inquit, continue orare. Et quae virtus non est laboriosa? Verum si laborem habet, ita & lucrum adfert. Surge tolle grabatum tuum & ambula, &c. Non solum erigit, sed & grabatum tollere iubet, vt miraculum esse credatur, & non appareat phantasia aliqua. Nisi enim membra firmiter compacta forent, nequaquam grabatum ferre possent. Hoc autem pluries fecit, eorum, qui imprudens esse vellent, ora obstruens. Nam & in paralytico, de quo apud Matthaeum similiter fecit: & in panibus eadem de causa, vt plurima fragmenta relinquenter ordinantur: & ei, qui a lepra mundatus est, iussit vt se sacerdoti ostenderet: & quum ex aqua vinum fecisset, praecipit, vt haurirent, feruntque archimolino: & quum mortuum suscitasset, praecipit vt darent illi, quod dederat in conspectu suadens per omnia huiusmodi se non esse impotem, sed verum saluatorem cotamunis hominum naturae. Et confestim sanus effectus est homo, &c. Simul & audiuit, & sanitatem sentiens erectus est: que, nullius habitacione, tulit lectum suum: & ambulabat. Quis me sanum fecit, ipse mihi dixit. Tolle grabatum tuum & ambula. Vide libertatem: neque enim solum non obedivit illis, sed & beneficij auctorem praedicauit, ac omni

ac omnibus praestantiorum demonstravit dicens, Ipse mihi dixit, ipsi obediui: si quidem eum, qui me sanum fecit, maiorem cunctis ducere decreui. Iesus enim subdixerat se, quum turba esset eo in loco. Simul vt hominem sanauerat, subdixerat se propter turbam: partim quidem figuras landem aegrotorum; partim vero inuidiam aputans iniquorum. Soller enim frequenter solus eius conspectus, cui quis inuideret, multam infundere flammam irae, Post haec reperit eum Iesus in templo, &c. Quum iam & miraculi rumor fecisset, & tumor Iudaeorum, occurrit ei, qui sanatus fuerat, volens animam quoque illius meliorem reddere, reperit eum non in ocio, & segnitie, sed in templo, orantem, vt opinor, ac Deo gratias agentem: & admonet illum, ne deinceps peccet, ostendens, quod propter peccata aegrotabat. Minatur autem grauius puniendum, si peccauerit: docens eos, qui post poenam peccati rursus deliquit, atrocius puniendos, tanquam insensatos, ac contemptores, siue in praesenti vita, siue in futura, siue in vtraque. Quod si peccatorum supplicium durauit hic triginta, & octo annos, quidnam poterit quisquam dicere de futuro supplicio vti que quod aeternum erit, ac finem carens? Neque tamen omnes morbi a peccatis oriuntur, neque omnes peccatores aegrotant. Paralyticus quoque, de quo apud Matthaeum fit mentio, propter peccatum aegrotabat: idem etiam dixit illi; Remissa sunt tibi peccata tua. Per tales autem admo-

net omnes: eos, quidem qui nondum aegrotauerunt, vt timeant, ne morbo corripiantur, & ita corrigantur: eos vero, qui iam morbo subiacerunt, vt timeant, ne deterius aegrotent, & deinceps cautiui uiuant. Quisque ergo nostrum, si iam aegrotauit, dicat apud se, Ecce sanus factus es, non pecces deinceps, ne quid deterius tibi contingat. Quod si nondum morbo detentus est, apostolicum oraculum apud se decantet, Bonitas Dei ad poenitentiam te inuitat, sed iuxta duritiam tuam, & cor impoenitens, iram tibi recondis. Non solum autem corporis membra adstringens suam ostendit diuinitatem: sed etiam dicens non pecces deinceps: si quidem omnia se nosse significauit, quantumuis etiam arcana. Abijt homo & nuntiavit Iudaeis, quod Iesus esset, qui se sanasset. Abijt, & nuntiavit: non tanquam iniquus, vt proderet, sed tanquam gratus, vt benefactorem diuulgaret: nam beneficium, ac mine sufficiebant, vt enim in officio continerent: nec his tantum alligatus erat, verum etiam timebat, ne quid deterius pateretur. Praefertim, quod si, si enim proderet voluisset, nequaquam dixisset, quod Iesus esset, qui se sanasset: sed quod Iesus esset, qui dixisset ei, Tolle grabatum tuum, & ambula. Ipse ergo, quia crimen incurrere se putabat, si tacuisset, beneficium praedicauit. Gratus itaque, ac libere loquens censendus est hic homo, omnique carens accusatione.



SABBATHO QVATVOR
TEMP. QVADRAGESIMAE.

Euangelium sicut in proxima Dominica.

DOMINICA II. QVADRAGESIMAE.

MATTH. 17.



In illo tempore assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius & duxit illos in montem excelsum seorsum, & figuratus est ante eos. Et respanduit facies eius sicut sol, & vestimenta eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo loquentes. Respondens autem Petrus dixit ad Iesum: Domine, bonum est nos hic esse: si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moyfi vnum & Eliae vnum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrata

^a Gloria maiestatis ostentatur. ^b Ve discant gloriam non in profundo huius seculi, sed in regno superne beatitudinis esse querendam. ^c Non substantiam carnis amittit, sed gloriam futurae resurrectionis ostendit. ^d Non habet clarior quid cui comparet. ^e Sancti quicumque baptizati estis Christum induistis. ^f Ve ostendant eum esse quem lex & prophetae promiserunt. ^g Legislator. ^h Extimius prophetarum. ⁱ De passione eius & resurrectione. ^k Oblitus regnum non in terra, sed in caelis esse promissum: nec mortali carne circundatos posse iurare.

obumbravit eos. Et ecce vox de nube dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit: ipsum audite. Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. Et accessit Iesus, & tetigit eos, dixitque eis: Surgite, nolite timere. Leuantes autem oculos suos, nemine viderunt, nisi solum Iesum. Et descendentibus illis de monte, præcepit Iesus, dicens: Neminis dixeritis visionem, donec filius hominis à mortuis resurgat.

GLOSSA ORDINARIA
in superius Euang.

Luc. 9. d.
Euc. 9. d.



M post illi. Idem Marcus dicit, sed Lucas octo. Hi ego ponunt medios, Lucas addit & primum quo promisit, & extremum quo compleuit. Et illi post sex in m. atates quiescendum ab omni labore, & hic octavo tempore designat esse resurgendum. Tres ducit, quia fidem trinitatis firmiter seruauerint, in aeterna visione gaudebunt. In montem etiam secundum Lucam otaturus, quia qui resurrectionem expectant, mente, in excelsis habitare, & precibus continuis debent insistere. Seorsum quia iusti & nunc animo sunt ab impiis separati, & in futuro omni modo separabuntur, cum abscondet eos in abscondito faciei suae à contur. hominum. **Petrum.** Nomina istorum conueniunt. Quisquis debet esse Petrus, id est, firmus in fide. Inde Iacobus, id est, supplantator vitorum. Inde Iohannes, id est, omnia gratie diuinae ascribens contra superbiam vite, quæ solet oriri ex virtutibus. **In m. m.** Facta sunt alba quod non ante, quia nondum apparuit quod erimus, sed cum apparuerit, siuiles ei erimus. Marcus ait: Qualia fullo super ter. non po. f. i. in hac vita tam claros nequit facere, quia nullus sine peccato. Nullus mundator sui in terra faciet, quod Deus in celo, mundans vestem suam ab omni inquinamento. Fullo est doctor animatum, vel mundator sui corporis. **Transfiguratus.** Speciem quam habebat per naturam ostendit, non amittens carnem quam assumpsit voluntate. Illud autem corpus quod habuit per naturam, dedit discipulis suis in cæna, non mortale, non corruptibile. **Resplenduit.** In exemplum futuræ beatitudinis & claritatis, quam videbunt iusti, prius sublati impiis. **Et ecce.** Quales vel quid loquuti, Lucas dicit: Visti in maiestate, & dicebant excessum eius quem completurus erat in Ierusalem, id est, passionem & resurrectionem. Significat oracula legis & prophetiæ, quæ in domino completa, & nunc doctis & in futuro omnibus electis patebunt. Et bene visi in maiestate, quia tunc aperti videtur quanta dignitate veritatis, omnis diuinorum non solum sensus, sed etiam sermo fuerit prolatus. Vel Moyses & Elias significant omnes cum Christo reguaturus: Mortuus Moyses, mortuus. Elias viuus, eos qui vini inueniuntur. Quibus conuenit in maiestate videri gloria, quam habebunt, & excessum memorare, quia vnica materia laudis sit fidelibus, passio Christi. Et quia gustata dulcedine celesti vilescunt infima, Petrus visa domini, & sanctorum mundum maiestate, solis his perpetuo vult herere dicens: Bonum est nos hic esse: faciamus hic, &c. Se-

Phil. 3. f.

Luc. 9. d.

Luc. 9. d.

cundum alium euangelistam non sciebat quod diceret, in eo quod in caelis tabernacula quærit, vbi nulla aduersitatis aura est timenda, quia Deus omnipotens tempus eius est & agnus. Sed in hoc sciebat quid diceret, bonum est nos hic esse, quia verè solum hominis bonum est intrare in gaudium domini sui. Quod si Petrus videns glorificationem humanitatem tanto afficitur gaudio, vt nunquam velit ab eius intuitu secerni, quid putandum est do his qui diuinitatem videre meruerunt? **Adhuc eo lo.** Vt discat qui tabernaculum quæsiuit, in resurrectione non tegmine domorum, sed spiritustantæ gratia protegendos esse. **Ecce m. m. &c.** Sicut baptizato domino; sic & clarificato mysterium sanctæ Trinitatis ostenditur i quia gloriam eius quam in baptismo confitemur credendo, in resurrectione laudabimus videndo. Spiritustantus ibi in columba, hic in nube lucida. Quia qui modo simplici corde fidem seruat, tunc aperta visione quod crediderit contemplabitur: & ea gratia, qua illustrabitur, protegetur. **Et eo. vos. &c.** Quia imprudenter quæsiuit, responsonem domini non meruit. Sed vox patris de filio testatur, docetque Petrum, & in eo ceteros afficitatem. **Hic est si. Moyses & Elias sunt serui, & nobiscum debent in cordibus domino præparare tabernaculum. Ipsum audite.** Hoc iam pater præcipit, quod Moyses incarnationi testimonium dans prædixit: Prophetam susci. &c. Quasi dicit: Iste est quem Moyses promisit. **Et audientes discipuli ceciderunt in fa.** Altior enim sensu vnam vtriusque intellexerunt deitatem. Timuerunt, vel quia le errasse cognouerunt, vel quia nubes operuit eos, vel quia vocem patris audierunt. **Surgite nolite.** Pulso metu, doctrina datur, quo manente non audiretur. **Leuantes autem oculos suos neminem, &c.** Ablata nube vident Iesum, & Moysen & Eliam euangilisti: quia postquam legis & prophetarum vmbra discessit, quæ velamento suo apostolos tenebat, verum lumen in euangelio reperitur. **Nisi solum Iesum, &c.** Si enim Moyses & Elias cum Iesu perseverassent, vox patris videretur incerta, cui potius dedisset testimonium. **Neminis dixeritis nisi, &c.** Ne gloria futuri regni præostensa incredibilis esset, & apud rudes sequens crux scandalum faceret.

CATENA AVREA
in idem Euang.

Et post dies sex assumpsit Iesum Petrum, Iacobum & Iohannem fratrem eius, &c. Remi. Claritatem suæ visionis quam promiserat dominus discipulis suis in hac transfiguratione habita in monte post sex dies compleuit. vnde dicitur, **Et post sex dies, &c.** Hierony. Quæritur autem quomodo post sex dies assumpsit

assumpsit eos, cum Lucas octonarium numerum ponat: sed facilis est responsio: quia hic medij ponuntur dies, ibi primus additur & extremus. Chry. Ideo autem non confestim facta promissione eos sursum ducit, sed post sex dies, vt reliqui discipuli nihil patiantur humanum, id est, aliquem inuidie motum, vel vt horum dierum spatio vehementiori concupiscentia repleti, qui affluendi erant, sollicita mente accederent. Rab. Merito autem post sex dies gloriam illam ostendit, quia post sex atates futura est resurrectio. Orig. Vel quia in sex diebus torus perfecti numeri factus est visibilis mundus, qui transcendit omnes res mudi, potest ascendere super montem excelsum, & gloriam aspicere verbi Dei. Chry. Ideo autè hos tres assumpsit, quoniam aliis potiores erant. Intende autem qualiter Mattheus non occultat eos qui sibi propositi sunt, hoc enim & Iohannes facit, præcipuas Petri laudes commemorans. Ab æmulatione enim & vana gloria mundus fuit Apostolorum chorus. Hila. In tribus autem assumptis de trium origine Sem, Cham, & Iaphet, futura electio populi ostenditur. Raba. Vel tres solummodo discipulos seci ducit, quia multi sunt vocati, pauci verò electi. Vel quia qui nunc fidem sanctæ trinitatis incorrupta mente seruant, tunc aeterna eius visione letabuntur. Remi. Ostensus autem dominus gloriam suæ claritatis discipulis, duxit eos in montem. vnde sequitur, **Et duxit illos, &c.** In quo docet, quia necesse est omnibus qui Deum contemplari desiderant, vt non in infimis voluptatibus læceant, sed amore supernorum semper ad cælestia erigantur, & vt ostendat discipulis quatenus gloriam diuinæ claritatis non in huius seculi profundo querant, sed in cælestis beatitudinis regno. Ducuntur autem seorsum, quia sancti viui toto animo & fidei intentione separati sunt à malis, funditisque separabuntur in futuro, vel quia multi vocati, pauci verò electi. Sequitur, **Et transi. &c.** Hiero. Qualis enim futurus est tempore indicandi, talis apostolis apparuit. Nemo autem putet pristinam eum formam & faciem perdidisse, vel amississe corporis veritatem, & assumpsisse corpus spirituale vel æreum. Sed quomodo transfiguratus sit, euangelista demonstrans dicit, **resplenduit facies eius sicut sol, vestimenta eius facta sunt alba sicut nix.** Vbi splendor faciei ostenditur, & candor describitur vestium: non substantia tollitur, sed gloria commutatur. Certè transformatus est dominus in eam gloriam qua venturus est postea in regno suo. Transformatio splendorem addidit, faciem non subtraxit: & si corpus spirituale fuerit, vnde & vestimenta mutata sunt: quæ in tantum fuere candida vt alius euangelista dixerit, qualia fullo super terram nõ possent facere. huiusmodi autem corporale est & tactui subiacet, non spirituale & æreum quod illudat oculos, & tantum in phantasmate aspicitur. Chry. Si autem facies domini resplenduit sicut sol, & sancti sicut sol fulgebunt, nõquid erit æqualis claritas domini & seruorum? nequaquam. Sed quia nihil lucidius inuenitur sole, idcirco ad manifestandum exemplum futuræ resurrectionis, & facies domini resplendere, & iusti fulgere dicuntur sicut sol. Orig. Mystice autem cum aliquis transcendit sex dies secundum quod diximus, videt transfiguratum Iesum ante oculos cordis sui. Diuersas enim habet verbum Dei formas, apparet vniciuicque secundum quod videntur expedite cognouerit: & nemini supra quod capit

semetipsum ostendit. vnde non dixit simpliciter, **Transfiguratus est, sed, coram eis.** In euangelis enim Iesus simpliciter intelligitur ab eis qui non ascendunt per excitationem verborum spiritualium, super excelsum sapientiæ montem. Eis autem qui ascendunt, iam non secundum carnem cognoscitur, sed Deus verbum intelligitur. Coram his ergo transfiguratur Iesus, & non coram illis qui sunt deorsum in cõcensatione terrena vinentes. Hiautem coram quibus transfiguratur, facti sunt filij Dei, & ostenditur eis sol esse iusticiæ, & vestimenta ipsius sicut candida sicut lumen, quæ sunt sermones & literæ euangeliorum, quibus Iesus indutus est secundum illa quæ ab apostolis dicuntur de eo. Glo. Vel vestimenta Christi sanctos significant, de quibus Esaias, Omnibus his velut vestimento vestieris: & vini operantur, quia candidi erunt virtutibus, & omnis vitiorum æstus ab eis remotus erit. Sequitur, **Et app. ill. Moy. &c.** Chry. Hoc autè multas habet rationes: Et prima quidem est hæc, Quia enim turbæ dicebant eum esse Eliam vel Hieremiam, aut vnũ ex prophetis, capita prophetatum secum ducit, vt saltem videatur hinc differentia seruorum & domini. Alia ratio est, Quia enim cõtinuè Iesum accusabant Iudæi, tanquam transgressorem legis & blasphemum, patris sibi gloriam usurpantem: vt ostendatur ab vtraque accusatione innoxius, eos qui in vtroque fulserunt, in medium ducit. etenim Moyses legem dedit, & Elias pro gloria Dei æmulator fuit. Alia ratio est, vt discat, quoniam mortis & vitæ potestatem habet, propter hoc & Moysen qui morte defecerat, & Eliam qui nondum mortem passus fuerat, in mediũ ducit. Aliam causam & ipse euangelista reuelat, scilicet monstrare crucis gloriam, & mitigare Petrum, & alios discipulos passionem timentes. Loquebantur enim, vt alius euangelista dicit, de excessu, quæra completurus erat in Hierusalem: vnde eos in medium ducit, qui se morti exposuerunt pro his quæ Deo placebãt, & pro plebe credentium. Etenim tyrannus vterque se liberè presentauit. Moyses quidem Pharaoni, Elias autem Achaz. Ducit autem & propter hoc eos in medium: volebat enim quod discipuli illorum priuilegia zelarent, vt, scilicet fierent mansueti sicut Moyses, & zelates sicut Elias. Hila. Quod etiam Moyses & Elias ex omni sanctorum numero assistunt, medius inter legem & prophetas Christus in regno est. Cum his enim Ierusalem, quibus testibus prædicaturus est, iudicabit. Orige. Si quis etiam intelligit spiritalem legem cõuenientem sermonibus Iesu, & in prophetis absconditam Christi sapientiam, ille vidit Moysen & Eliam in gloria vnã cum Iesu. Hieron. Considerandum est etiam quod scribis & pharisæis, de celo signa poscentibus dare noluit: hic verò, vt apostolorum augeat fidem, dat signum de celo. Elia inde descendentem quo conscenderat, & Moysen ab inferis resurgente, quod & Achaz per Esaiam præcipitur, vt petat sibi signum de inferno vel excelsis. Orig. Quid autem seruidus Petrus dixerit, subditur: **Respon. autem Pe. di. ad Iesum, &c.** Quia enim audiuit, quod oportet eum Hierosolymã ire, adhuc timet pro Christo, sed post inreparationem non audet dicere rufas, Propitius esto tibi: sed idem occultè per alia signa insinuat. Quia enim videbat multam quietem & solitudinem, cogitauit cõuenientem ibi stationem esse ex loci dispositione, quod significat, dicens: Bonũ est nos hic esse. Vult etiam

ibi semper esse, ideo tabernaculorum meminit, dicens, *Servis faciamus, hic tria tabernacula.* Cogitavit enim quod si hoc fieret, non ascenderet Hierosolymam: & si non ascenderet Christus, non moretur. Ibi enim sciebat scribas insidiosi ei. Cogitabat etiam quod Elias aderat, qui in motem ignem descendere fecit: & Moyses, qui intravit nebulam & Deo locutus est: unde occultari poterant, ut nullus persecutorum sciret ubi essent. Remig. Vel aliter, Visâ domini maiestare & duorum servorum, Petrus adeo delectatus est, ut cuncta temporalia obliuioni traderet, & ibi in perpetuum vellet manere. Si autem tunc Petrus sic accensus est, quanta erit suauitas & dulcedo videre regem in decore suo, & interesse choris angelorum & omnium sanctorum? In eo sane quod ait Petrus, *Domine si vis, deuotionem subditi & obedientis serui ostendit.* Hier. Erras tamen Petre: & sicut alius euangelista testatur, nescis quid dicas. Noli tria tabernacula querere, cum vnum sit tabernaculum euangelij, in quo lex & propheta recapitulanda sunt. Si autem quæris tria tabernacula, nequaquam seruos cum domino conferas, sed fac tria tabernacula, imò vnum patri & filio & spiritui sancto: ut quorum est vna diuinitas, vnum sit, & in pectore tuo tabernaculum. Remi. Erravit etiam, quia voluit ut regnum electorum constitueretur in terra, quod dominus promiserat dare in celis. Erravit etiam, quia oblitus est se & socios suos esse mortales: & absque gustu mortis voluit subire æternam felicitatem. Raba. Et in eo quod celesti conuersationi tabernacula facienda putauit, in qua domus necessaria non erat, cum scriptum sit, Templum non vidi in ea. *Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos, &c.* Hiero. Qui carnale ex frondibus aut tentoriis quarebât tabernaculum, nubis lucidæ operiuntur vmbaculo. vnde dicitur: *Adhuc eo loquen. ecces, &c.* Chryf. Cum dominus comminatur, nubem tenebrosam ostendit, sicut in Sina. hic autem quia non terrene volebat, sed docere, nubis apparuit lucida. Orige. Lucida autem nubis obumbrâs sanctos, est virtus paterna, vel fortè spiritus sanctus: dicam etiam saluatorem nostrum esse lucidam nubem, quæ obumbrat euangelium & legem & prophetas, sicut intelligunt, qui possunt aspicere lumē ipsius in præmissis. Hiero. Quia verò imprudenter interrogauerat Petrus, propterea domini responsonem non meretur, sed patris respodet pro filio, ut verbum domini completeretur. Qui me misit, ipse de me testimonium perhibet. Chry. Neque autem Moyses loquitur, neque Elias, sed pater omnibus maior vocem emittit ex nube, ut discipuli credant, quod à Deo hæc vox erit. Semper enim apparere solet Deus in nube, sicut scriptum est: Nubes & caligo in circuitu eius: & hoc est quod dicitur, *Et ecce vox de nube.* Hiero. Vox quidem patris de celo loquētis auditur, quæ testimonium perhibet filio, & Petrum errore sublato doceat veritatem, imò per Petrum cæteros apostolos. vnde de subdit, dicens: *Hic est filius meus dilectus, huic est standum tabernaculum, huic obtemperandum, hic est filius, illi serui sunt, debent & ipsi nobiscum in penetralibus cordis sui domino tabernaculum præparare.* Chry. Ne igitur timeas Petre. Si enim potens est Deus, manifestum quia & filius similiter potens est: si enim diligitur, ne timeas: nullus enim eum quæ diligit prodit: nec tu æqualiter eum diligis genitori. Neque autem solum diligit

eum quia genuit, sed & quia vnus est voluntatis cum ipso. Sequitur enim, *in quo mi. be. compla.* ac si diceret, in quo requiesco, quem accepto, quia omnia quæ sunt paris cum diligentia exequitur, & est volūtas vna ipsius & patris: quare & si crucifigi vult, non contradicet. Hila. Hunc ergo esse filium, hunc dilectum, hunc complacitum, sed & hunc audientibus vox de nube significat, dicens, *ipsum audite*, ut scilicet idoneus ipse præceptorum talium author esset, qui seculi damnatum, crucis voluntatem, obitum corporis, & post hæc regni celestis gloriam facti confirmasset exemplo. Remi. Dicit ergo, *ipsum audite*, ac si aliis verbis diceretur: *Recedat vmbra legales & typi prophetarum, & solum cõstitutum lumen euangelij sequamini.* siue ideo ait, *ipsum audite*, ut illum esse ostenderet, quem Moyses prædixerat, dicens, *Prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris tanquam me, audietis ipsum.* Sic ergo dominus vndique habuit testes, ex celo vocem patris, ex paradiso Eliam, ex inferis Moysen, ex hominibus apostolos: ut in nomine teso omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & inferorum. Orige. Vox autem de nube aut ad Moysen & Eliam loquitur, qui desiderabant videre filium Dei & audire eum, aut discipulos docet. Glo. Notandum autem quod bene conuenit mysterium secundæ regenerationis, quæ scilicet erit in resurrectione, ubi caro resuscitabitur cum mysterio primæ, quæ est in baptisimato: ubi anima resuscitatur. In baptisimato enim Christi operatio totius trinitatis ostensa est. Fuit enim ibi filius incarnatus, apparuit in columbæ specie spiritus sanctus, & pater fuit ibi in voce declaratus. Et similiter in transfiguratione, quæ est sacramentum secundæ regenerationis, tota trinitas apparuit: pater in voce, filius in homine, spiritus sanctus in nube. Quæritur autem quare spiritus sanctus ibi in columbâ, hic in nube declaratus est? Dona siquidem sua per species declarare solet. Innocentiam autem in baptisimato donat: quæ per autem simplicitatis designatur. Daturus est autem claritatem & refrigerium in resurrectione: ideo in nube resurgens, in fulgore nubis claritas resurgentium corporum designatur. Sequitur, *Et audi. dicit. &c.* Hier. Triplicem autem ob causam pauore terrentur: vel quia se errasse cognouerant, vel quia nubis lucidæ operuerat eos, aut quia Dei patris vocem loquentis audierunt. Humana enim fragilitas conspectum maioris gloriæ ferre non sustinet, ac toto animo & corpore contremiscens ad terram cadit, quando enim quis ampliora querat, tantò magis ad inferiora collabitur si ignorauerit mensuram suam. Remig. In eo vero quod sancti apostoli in faciem ceciderunt, fuit indigium sanctitatis: quia sancti in faciem cadere dicuntur, impij verò retrosum. Chr. Sed cum antè in Christi baptisimo, quando talis etiam vox de celo delata est, nullus ex turba quæ aderat tale aliquid passus est, quomodo discipuli in monte ceciderunt? quia scilicet solitudo, altitudo, & silentium erat multum, & transfiguratio stupore plena, & lumen purum, & nubes extensa: ex quibus omnibus stupor in eis congregabatur. Hieron. Quia verò illi facebant, & surgere non poterant, ipse clementer accedit, & tangit eos: ut tactu fuger timorem, & debilitata membra solidentur: & hoc quod dicitur, *Et accipit Iesus & tergit eos*, quos autem manu sanauerat, etiam sanauit imperio. vnde sequitur, *Dixitque eis, surgite & nolite timere.* Primum

Primum timor expellitur, ut postea doctrina tribuatur. Sequitur, *Leuantes autem oculos suos, &c.* Quod rationabiliter factum est, ne si Moyses & Elias perseuerassent cum domino, patris vox videretur incerta, cui potissimum daret testimonium. Vident etiam Iesum stantem ablata nube & Moysen & Eliam euanuisse, quia postquam legis, & prophetarum vmbra discesserat, vtrunque in euangelio reperitur. Sequitur, *Et descendit illis de monte præcepit eis Iesus, dicens, Nemini, &c.* Non vult ergo in populos prædicari, ne & incredibile esset pro rei magnitudine: & post tantam gloriam apud rudes animos sequens crux scandalum faceret. Remi. Siue quia si maiestas illius diuulgaretur in populo, populi impedirent dispensationem passionis eius, resistendo principibus sacerdotum, & sic redemptio humani generis retardaretur. Hila. Silentium etiam rerum gestarum quas viderant imperat, ut cum essent spiritu sancto repleti, tunc gestorum spiritualium testes essent.

ORIGENIS PRESBYT.

in idem Euang. Hom.

Et Hom. 3.
in Math.

Quidam sic intelligunt, quoniam non gustauerunt mortem hi tres Apostoli priusquam viderent filium hominis venientem in regno suo, & in gloria sua. Videntes enim ante se Iesum transfiguratum, ita vt fulgeret facies eius tanquam sol, & vestimenta candescerent sicut lumen: viderunt regnum Dei veniens in virtute. Nam quemadmodum si consistant circa imperatorem quidam armati, sic Moyses & Helias visi sunt circa Christum eis qui ascenderant super montem excelsum apparentes in maiestate: & loquentes cum Iesu, dicebant exitum eius quem implecturus erat in Hierusalem. Hæc autem expositio quam diximus conuenit eis qui tales sunt quales nominat Petrus, facti sicut modo generati infantes, desiderantes rationabile & sine dolo lac. Ad quos etiam Paulus loquebatur dicens, *Lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis, sed nec vsque adhuc potestis.* Et omnem expositionem quæ secundum textum exponitur, & potest adificare eos qui expositionem non capiunt fortiores, arbitror recte lac appellari, quod fluit de sanctâ scripturarum terra. Qui autem ablatus est, quemadmodum Isaac, dignus læticia & susceptione quam fecit in ablatione filij, Abraham: siue dubio quæret & in istis, & in omni scriptura fortiores cibum, qui aliter est ab eo cibo qui cibis quidem est, sed nõ fortis cibis, qui appellatur holera: qui ablato quidem, non autem fortis, sed infirmo est cibis, secundum quod ait Apostolus, *Qui autem infirmatur, olera manducet.* Sic & Samuel ablatus, & transmutatus a matre ad Deum, & appositus Deo a matre, quæ vocabatur Anna, interpretata hebraice gratia: & si quis fuerit gratiæ filius vt querat quasi in templo Dei nutritus carnes, sanctam escam perfectorum simul & sacerdotum. Quæ autem videntur mihi in loco præsentis, sunt ista, Erant quidam stantes vbi stabat Iesus, & fundatas habentes apud Christum intempe bases. Hi ergo stabant ibidem apud Iesum, id est verbum Dei, sed non omnes æqualiter stabant. Est enim & inter eos qui stabat apud Iesum, ad alterutrum differentia standi. Propterea non omnes qui stabant apud Iesum, sed

quidam ex eis quasi qui melius stabant, dicuntur non gustare mortem donec videant verbum Dei quod venit ad homines. Ideo autem verbum illud quasi filius hominis venire in regno suo refertur, quia non semper quando venit verbum in regno suo venit. Eis enim qui in primis inducuntur ad fidem tale est, vt dicant videntes eum non gloriosum, neque magnum, sed inferius multis hominibus verbis, Vidimus eum & non habebat speciem, neque decorem: sed species eius sine honore, & abiecta præ filiis hominum. Hæc dicunt qui vident gloriam eius de præteritis temporibus suis, quantum in primis non videbatur eis verbum habere speciem gloriosam secundum quod in primordio suo intelligebant. Ergo extra istum vulgarem & manifestissimum intellectum, quem in primordio suo intelligunt accedentes ad fidem, est aliquis dignior, & quasi regalis intellectus in verbo, quem nõ omnes stantes apud Iesum vident: sed qui possunt eum sequi præcedentem & ascendentem super excelsum suæ manifestationis motem: qui sunt sicut Petrus, quem supra descripsimus: vel sicut filij tonitru qui nascuntur ex magniloquio Dei tonantis, & magnifice caelitus clamantis ad eos qui habent aures & sapiunt. Isti ergo qui sunt sicut Petrus, vel sicut filij tonitru Jacobus, & Ioanes, non gustabunt mortem donec viderint filium hominis venientem in regno suo, & in gloria sua, & regnum Dei veniens in virtute. Vt autem manifestum exponamus quid sit videre verbum veniens in regno suo, & in gloria sua, & quid significet videre regnum veniens in virtute: siue dum ex se splendet in cordibus nostris, siue dum querentibus inuenitur, siue dum ingreditur in cogitationes nostras: vnuquisque iudicet quod exponimus, prout vult. Tamen qui videt & comprehendit eminentiam verbi Dei, quod soluet, & conuincet omnes persuasiones mendaciorum profitentium veritatem: videt filium hominis, id est verbum, venientem in regno suo. Et qui verbum Dei filium videt, non solum soluentem & conuincentem aduersariorum persuasiones, sed etiam suas euidentias declarantem: videt non solum regnum, sed & gloriam verbi Dei. Et iste talis in seipso videt regnum Dei veniens in virtute, non in infirmitate. Qui autem nõ est ita confidens in regno Dei vt omnia pati contentus sit propter illud, sed est dubius, & timidus de spe regni, ille non videt in se regnum Dei veniens in virtute. Et hoc videt in quo non regnat peccatum, nec tenetur sub dominatione peccati quod regnat in corpore mortali peccantium: sed est sub rege omnium Deo. Dicit enim Apostolus, *Et ego, fratres, non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus: quasi parvulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam: nõdum enim poteratis, sed nec vsque adhuc potestis.* Nam cum sint inter vos emulationes & contentiones: nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Item alibi, *Sapientiam autem loquimur inter perfectos.* Si ergo qui adhuc carnales & paruuli sunt in Christo, & non perfecti, non possunt intelligere sapientiam verbi, nec capiunt spiritalem eius intelligentiam: quo modo videant mente sua eminerentiam verbi id est regnum verbi: & gloriam verbi, qui diuersi sunt inuoluti peccatis? Quid est autem mortem gustare, videamus. Duæ res sunt sibi contrariæ, mors & vita. Et vita quidem est ille qui dixit, *Ego sum vita.* De qua scriptum est, *Quod*

autem factum est in eo, vita est: id est in verbo. Inimica autem vite huius, mors est: quæ & nouissima inimicorum omnium destruetur, quæ peccans anima moritur: quando dicitur in lege, Dedi ante faciem tuam vitam & mortem: elige vitam. Ex quibus alterum vnusquisque nostrum per ea quæ agit, eligit semper. Sicut ergo vita est & viuus panis qui de cælo descendit, & vitam dedit huic mundo: sic & inimica eius mors, panis est mortuus. Omnis autem rationalis anima, aut viuo pane nutritur, aut mortuo per ea quæ suscipit opera vel dogmata bona vel mala. Et quemadmodum est in communi pane, vt quis aliquando quidem gustet eum tantum, aliquando autem & amplius eum manducet: sic & in istis panibus, quidam quidem modicum manducant, tantum quidem gustantes: quidam autem & abundantius ex eis manducant: boni quidem de viuo pane, qui de cælo descendit: mali autem ex mortuo pane, qui est mors. Et forsitan qui & raro & modicum peccant, tantum modo gustant mortem: qui autem perfectius susceperint spiritalem virtutem, neque gustant eam, sed viuo pane semper vescuntur. Consequens ergo erat Petrum, cui portæ inferorum non præualebant, vt neque gustaret mortem: quoniam tunc quis gustat, vel manducat mortem, quando portæ mortis præualent contra eum vel parum, vel multum. Sed & filiis tonitruū natis ex magno quo, id est ex tonitruo, impossibile erat mortem gustare. Hoc ergo perfectus sermo prophetat, vt ex eo quod stantes sunt apud verbum, tantum proficiant, vt neque gustent mortem, donec videant aduentum, & gloriā, & regnum: & eminentiam verbi Dei secundum quam eminet super omne verbum quod adhuc interim diuclit, & trahit homines suspitione veritatis, eos qui non possunt distumpere vincula diuisionis, & ascendere ad eminentiam verbi veritatis. Sed forsitan videtur quibusdam, quasi promissio hæc Saluatoris tempore aliquo terminetur, vt nō quidem gustent mortem donec videant filium hominis venientem in regno suo: postea vero gustent. Ideo oportet vt proferamus exempla, secundum quam scripturæ consuetudinem positum sit quod dicit, Donec videant, non omnino desinens tempus, vt post transferit illud donec fiat quod ante non fuerat factum, sed rem quæ necessaria est exponit. Dicit enim dominus ad vnde decem discipulos suos cū surrexit à mortuis, Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Ergo vsque ad consummationem seculi cum illis erat futurus: post consummationem autem seculi huius instante futuro seculo iam non se promittebat fore cum eis vt melius esset discipulis hoc tempus quod est ante consummationem seculi quam illud futurum? Nam & si audeat aliquis dicere, quoniam post consummationem seculi iam non erit cum discipulis suis Iesus, quoniam sermo tandiu cum illis cum futurum esse demonstrat: manifestum est tamē quoniam quod quærebatur, hoc erat, si ante futurum seculum, & ante promissiones illas speratas Dei cum discipulis suis erat futurus filius Dei. Conuenienter autem requiro cum sit manifestum, quod vsque ad consummationem seculi cum discipulis suis sit: verum semper cum discipulis suis sit, aut aliquando quidem est, aliquando autem non est. Hoc autem quæro propter illud quod dixit, Et ecce ero vobiscum omnibus diebus, ne forte per dies quidem sit cum discipulis

suis, per noctes autem non sit. Si autem propter hoc quod dixit in diebus cum discipulis se futurum, non & in noctibus, absurdum putamus dicere quoniam in noctibus denegauit se cum discipulis suis futurum sine dubio non cognouit illum suscipere intellectum vt dicamus, gustare eos mortem qui viderunt filium hominis venientem in regno suo, postquam digni habiti sunt talem illum videre. Sed quemadmodum in ea scriptura quam diximus, necessarium erat cognoscere quoniam vsque ad consummationem seculi non fuerat nos relictus, sed nobiscum futurus omnibus diebus: post consummationem autem seculi reliquit quasi manifestum, quia multomagis nobiscum erat futurus: sic & in hoc loco arbitror manifestissimū esse omnibus qui intelligere possunt consequentiam rerum, quoniam qui semel vidit filium hominis venientem in regno suo, & vidit eum in gloria sua, & regnum veniens in virtute: post tantorum honorum spectaculum iam nequaquam gustabit mortem. Sine verbo autem promissionis Iesu, non sine ratione forsitan existimamus gustare mortem, quandiu digni habiti non fuerint homines videre filium hominis venientem in regno suo, & in gloria sua, & regnum Dei in virtute. Quoniam quidem scriptum est apud tres Euangelistas non gustabit mortem, in aliis autem scripturis varia de morte sunt dicta: non est superuacuum vt etiam illa conferretur cum istis discutiatur largius quid sit mortem gustare. In Psalmis dictum est, Quis est homo, qui viuet & non videbit mortem? Item alibi, Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes. Item apud aliquem Prophetarum, Absorbuit mors præuales. Item in reuelatione, Mors & infernus quosdam sequuntur. Videtur ergo mihi in istis, quod aliud est mortem gustare, aliud autem mortem videre, aliud venire super aliquos mortem, aliud absorbere mortem, aliud autem mortem sequi. Quæro autem in istis, ne forte grauius sit gustare mortem quam videre: item peius est quem sequitur mors, quam qui gustat: & non solum vt sequatur, sed etiam vt veniat super aliquem mors, & comprehendat quem sequatur. Absorberi autem à morte, omnibus videtur mihi grauius esse. Si autem consideraueris peccantium differentias, puto quod non dubitabis suscipere hæc, quæ de mortis differentia sunt tractata à nobis, & dicta in scripturis per spiritum sanctum. *Post dies autem sex, secundum Matthæum, & Marcum, assumens Petrum, & Iacobum, & Ioannem sororem eius, duxit eos super montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos.* Videtur mihi qui ducuntur à Iesu super montem excelsum, & digni habentur videre transfigurationem eius secreta, quod non in vanum post sex ducuntur. Quoniam enim in sex diebus perfecti numeri totus factus est visibilis mundus: ideo arbitror eum qui transcendit omnes mundi res, considerans iam non quæ videntur, temporalia enim sunt, sed quæ non videntur, quoniam sunt æterna, ille potest ascendere super mortem excelsum, Christo se præcedente: ille potest & gloriā aspiceret verbi Dei. Si ergo quis nostrum cum Christo se assumentem, ascendere super montem excelsum, & videre secreta transfigurationem ipsius, transcendat opere sex dierum, non aspiciet, quæ videntur, neque diligens mundum, nec ea, quæ sunt in mundo, nec concupiscit aliquam concupiscentiam mundalem, quæ est concupiscentia

tia corporum, corporalium diuitiarum, & gloriæ corporalium: nec omnia, quæcunque solent auellere & trahere à melioribus, & diuinis, & ad inferiora deponere. Cum autem transcenderit sex (secundum quod diximus) dies, nouum sabbatum sabbatum exultans in monte excelso, in eo quod videt transfigurationem Iesu ante oculis cordis sui. Diuersas autem habet verbum Dei formas apparentes vniciquæ secundum quod videntur expedire cognouerit, & nemini, supra quod capit, semetipsum ostendit. Quæres autem quando transfiguratus est coram eis, quos duxerat super montem excelsum, si apparuerit eis in forma Dei, in qua fuerat prius: vis quidem, qui etiam deorsum habere formam serui: sequentibus autem se post sex dies super montem excelsum, iam non haberet formam serui, sed esse in forma Dei, si potes quasi spiritualis, quia non dixi simpliciter transfiguratus est, sed cum quodam necessario additamento quod scripserunt Matthæus, & Marcus. Secundum ambobus enim sic est dictum, *Transfiguratus est coram eis.* Secundum hoc ergo dices possibile esse Christum coram quibusdam quidem transfigurari ista transfiguratione, coram aliis autem in ipso tēpore non transfigurari, sed esse in forma serui. Si autem vis transfigurationem Christi videre factam coram eis, qui ascenderunt super montem excelsum secrete cum eo, considera mihi in euangelis Iesum, quomodo simpliciter intelligitur ab eis, qui non ascenderunt per ascendentia opera, & per exercitationem verborum spiritualium super excelsum sapientie montem, eis autem, qui ascenderunt, iam non secundum carnem cognoscitur, sed Deus verbum intelligitur, & creditur, & colitur secundum Dei formam. Coram his ergo transfiguratur Iesus, & non coram illis, qui sunt deorsum, in conuersatione terrena viuentes. Si quādo autē fuerit transfiguratus, & facies eius fulgebit sicut sol, vt clarus inueniatur filiis lucis, qui spoliauerunt se operibus tenebrarum, & induerunt se arma lucis: & iam non sunt filii tenebrarum, & noctis, sed facti sunt filii Dei: & sicut in die honeste ambulant, & manifestus fulget eis non simpliciter sicut sol, sed ostenditur eis sol esse iustitie. Et non solum transfiguratur coram talibus discipulis suis, sed etiam vestimenta ipsius sunt candida sicut lumen, quæ sunt sermones, & literæ euangeliorum, quibus Iesus est indutus. Puto autem etiam illa, quæ ab apostolis dicuntur de eo, vestimenta esse Iesu, quæ sunt ascendentibus super montem excelsum cum Iesu candida. Sed quoniam candidorum differentia sunt, non sunt qualitercunque candida, sed candida sicut lumen. Si quando ergo videris aliquem non solum erga diuinitatem Christi cautum, atque perfectum, sed & dicta euangeliorum omnia manifestantem; non dubites dicere, quod ei tali vestimenta Christi facta sunt candida sicut lumen. Quod si ita intelligatur, & conspiciatur, transfiguratur filius Dei, vt facies eius sit sicut sol, & vestimenta eius candida sicut lumen, statimque apparebit coram huiusmodi hominibus videntibus Iesum talem, etiam Moyses, id est, Iesux & Helias, id est, propheta colloquentes cum Iesu. Tale est enim aliquid quod significat sermo dicens, colloquentes cum eo. Secundum Lucam autem Moyses, & Helias visi in gloria dicebant exitum eius quem impleturus erat in Hierusalem. Si quis autem intelligit spiritalem legem conuenientem sermonibus

Iesu, & in prophetis absconditam in mysterio sapientiam, ille videt Moysen, & Heliam in gloria, quando viderit eos vnum cum Iesu. Itaque & illud quod secundum Marcum dicitur, oportet exponere, quod est tale. Et dum orat, transfiguratus est: ne forte tunc maxime videamus verbum coram nobis transfigurari, si ea, quæ prædicta sunt, fecerimus, si ascenderimus super montem, & viderimus Iesum colloquentem cum patre, id est conuenientia patri loquentem, & orantem, id est subdentem se patri verò Deo. Cum autem sic visus fuerit loquens cum patre, & orans eum, tunc secundum Marcum vestimenta eius splendida, & candida sunt sicut nix, qualia fullo super terram non potest facere candida, coram eis, qui vident eum loquentem cum patre, & orantem patrem. Et forsitan fullo super terram possumus moraliter existimare sapientes seculi huius, qui præsumunt, & diligentiam adhibent quibusdam hominibus per sermonem doctrinæ suæ, quem ipsi existimant clarum, & mundum, ita vt putentur ornare etiam carnes intellectus, & dogmata falsa fullonare ingenii suis. Qui autem splendentia vestimenta suæ ascendentibus super montem ostendit, & splendidiora quàm illorum ars fullonia facere potest, sermo est, qui ostendit spiritualium intellectuum splendorem in dictis scripturarum imperitis, quæ à plurimis cōtemnuntur. Post hæc videamus quid intelligens Petrus domino dixit, *Domine, bonum est nos hic esse. Si vis, facianus hic tria tabernacula, vni tibi, vnum Moysi, vnum Helia.* Propterea autem maxime hoc existimo requirendum, quoniam Marcus quidem quasi ex sua persona adiecit, dicens, Nec enim sciebat, quid responderet. Lucas autem dicit, *Hoc inquit Petrus nesciens, quid loquebatur.* Si enim nesciens quid loquebatur, hæc locutus est, considerandum est, ne forte per excessum mentis hæc loquebatur, motus quodam spiritu alieno. Spiritum autem sanctum existimare nō possumus. Nec enim venerat super aliquem credentium in Iesum spiritus sanctus, sicut testatur Ioannes, quia Iesus nondum fuerat honorificatus, sed alieno spiritu motus loquebatur, qui nesciebat quid loquebatur. Nec dum enim principatus, & potestates traducti, & triumphati erant in ligno. Et ille forsitan spiritus erat, quem supra scandalum sibi pronunciauerat Christus ad Satanā, dicens, *Vade post me, Satana, scandalum mihi es.* Scio autem, quod hæc, quæ dico, multis legentibus, & non sapienter iudicantibus contraria, & aspera videbuntur, quasi in blasphemiam Petri dicta, qui paulo ante beatus à Christo est dictus, cui non caro, & sanguis, sed Deus pater reuelauit notitiam filij sui. Sed qui putant Petrum, vel ceteros Apostolos ante passionem Christi fuisse perfectos, & liberos ab omni spiritu alieno, dicant quomodo eos eripuit à maligno, vel vnde eos redemit precioso sanguine suo. Aut dicant in tēpore transfigurationis Christi vnde erant graui somno, sicut exponit Lucas. Aut certe vt ad præsentem expositionem præterita reuocemus, putas est, vt aliquis scandalizet in Christo, sine operatione diaboli scandalizantis? Et potest aliquis denegare Christum, & hoc in conspectu ancillule, & ostiaræ, & in conspectu omnium abiectorum, nisi fuerit inimicus, & denegator spiritus cum spiritu, & sapientia, quæ datur eis, qui adiuuantur à Deo secundum aliquam animæ dignitatem ad confitendum? Si ergo ita est, ne forte ille spiritus,
Bibl. Hom. tom. 2. z 2 qui

Causa pro:
pter Arri-
nos.

qui voluit quantum ad se Christum scandalizare, ut recederet a passione, omnibus hominibus salu- tari, ipse etiam operans hic seductorie vult auellere Christum sub colore boni, ut non condescendat hominibus, nec veniat ad eos, nec suscipiat mor- tem pro eis, sed remaneat in monte excelso cum Moyse, & Helia. Promittit autem & facere tria ta- bernacula, vnum priuatum Iesu, alterum Moyfi, aliud Heliaz, quasi non eos capiente tabernaculo vno, in quo omnes simul consistere deberent. For- sitan & in hoc malitiose operatur per eum qui ne- sciebat quid loquebatur, nolens esse simul Iesum, & Moysem, & Heliam: sed separare eos ab inuicem trium tabernaculorum obtentu, quod fieri non poterat. Nam, si in vnum sint Christus, & lex, & propheta, tunc & Christus Dei filius comprobatur, & lex, & propheta vera prophetasse inueniuntur: quoniam lex, & propheta testimonium dede- runt de Christo, prædicantes ea, quæ futura erant de Christo: & Christus testimonium dedit legi, & prophetis, quoniam vera prophetauerunt, prophe- tiam eorum ipsis rebus adimplens. Si autem separentur ab inuicem, nec Christus ostenditur, nec Propheta vera dixisse inueniuntur. Quod fieri cupiebat mala suggestio Petri dicentis, *Facia- mus tria tabernacula, vnum tibi, vnum Moyfi, vnum Helia.* Propter quod Euangelistæ dixerunt de Petro, nesciens quid loquebatur. Falsum autem erat & illud quod dicebat, *Bonum est hic nos esse.* Si enim bonum fuisset illic eos esse, mansissent vtrique ibi, non recuissent quod erat bonum. Si autem falsum fuit, quod dixit, *Bonum est nos hic esse*, intellige quis suggestit loqui falsum, nisi ille qui mendax est, & pater eius? Et sicut non est veritas sine opere eius, qui dixit, *Ego sum veritas*, sic non est loqui mendacium sine diabolo autore mendacij. Contraria ergo sibi adhuc erant in Petro, veritas, & mendacium. Et de veritate quidem dicebat, Tu es Chris- tus filius Dei viui, in quo & beatificatus est, & per promissionem meruit fieri ecclesiæ fundamentum. Ex mendacio autem, quod dixit, Propitius tibi esto, & hoc tibi non erit. Falsum enim inuentum est, quod dixit, & hoc tibi non erit. Postquam enim abiit in Hierosolimam, multa passus est à quibus passus est. Et quod dixit, Bonum est nos hic esse, dixit suggerente sibi mendacio. Quid autem non vult ex aliqua operatione mali spiritus Petrum ita dixisse, sed ex arbitrio suo puro, quomodo defendat illud quod Euangelistæ dixerunt de eo. Hæc autem dixit Petrus nesciens quid loquebatur: Vere autem, quoniam & illic quasi execrabile existima- bat, atque indignum occidi filium Dei viui, quæ iam reuelauerat ei pater, dixit, Propitius tibi esto, & hoc tibi esto, & hoc tibi non erit. Et hic ut vidit duas formas Iesu Christi, multum autem distan- tem eam, quæ ex transfiguratione in eo fuerat demonstata, delectatus in ea dixit, *Bonum est nos hic esse*, ut ipse, & qui erant cum eo, delectarentur videntes transfigurationem ipsius, & splendens faciem eius quemadmodum solem, & vestimenta eius candida sicut lumen, necnon etiam Moysem, & Heliam, quos semel in gloria viderunt semper viderent, & delectarentur audientes eos ad inui- cem colloquentes Moysem, & Heliam ad Chris- tum, Christum autem ad eos. Quia necdum moralem aliquem huius loci contigimus sensum, sed simplicem verborum intelligentiam exequentes, hæc sumus locuti, videamus nunc, ne forte ascen-

dentes ad altitudinem dogmatum veritatis, & trans- figurationem Christi videntes, & gloriam Moyfi, & Heliaz, forsitan cupiebant in seipsis tabernacula verbo Deo habitanti in eis, & legi ipsius, quæ vi- sa fuerat in eis in gloria, & prophetiæ, quæ Christi exitum loquebatur, & concupiscens illam specta- bilem vitam Petrus, & delectationem ipsius, præ- ponens suam vitilitatem vitilitatibus plurimorum, quæ poterant euenire hominibus ex descensu Christi ad eos, dicebat, *Bonum est nos hic esse, si- ciamus, si vni, tria tabernacula.* Sed quoniam cha- ritas non querit, quæ sua sunt, hoc quod vide- batur bonum Petro, non fecit Iesus, sed descen- dit de monte ad eos, qui non poterant ascendere super eum, & videre transfigurationem filij Dei, ut vel qualem capere eum poterant, talem viderant. Iusti est ergo, & charitatem habentis, & non qua- rentis, quæ sua sunt, ut, cum ab omnibus quidem sit liber, omnium tamen se faciat seruum, eorum ma- xime, quorum vita deorsum est, ut plures lucrifaciat. *eo loquente, ecce nube lucida obumbravit eos, & vox de nube dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo complacui, ipsum audite.* Tale aliquid sentio in hoc loco. Deus prohibens Petrum facere tabernacula tria, in quibus habitaret secundum voluntatem illius ostendit vnum, & melius, & multum præclarior taber- naculum, quam ille facere cupiebat. Tabernaculi enim hoc est proprium opus obumbrare aliquos sub se. Lucida autem nubes obumbrans eos, diuiniorem, & splendidiorem recompensationem exemplo suo demonstrabat eis futuram, quæ pro- tegeret eos simul, & illuminaret. Quæ sit autem nubes lucida obumbrans sanctos, nisi forte virtus paterna, ex qua venit vox patris dans testimonium filio quasi dilecto, & exhortans eos, qui obumbrantur ab eo, ipsi non alij obedire? Forte & spiri- tus sanctus lucida illa nubes obumbrans sanctos, & prophetas Deo in se operante, atque di- cente, *Hic est filius meus dilectus, in quo complacui.* Au- dens autem dicam etiam saluatorem nostrum esse lucidam nubem. Nubes enim lucida obumbrat semper dilectos Christi discipulos, & euangelium, & legem, & prophetas: sicut intelligunt, qui pos- sunt aspicere lumen ipsius in euangelio, vel in lege, vel in prophetis. Vox autem de nube aut ad Moysem, & Heliam dici, *Hic est filius meus dilectus, in quo complacui, ipsum audite:* qui desiderabant videre filium Dei, & audire eum: aut discipulos docebat, quoniam qui proprie filius erat Dei, & dilectissimus apud eum, in quo complacuit, quem præci- pue oportet audire, ipse erat, qui tunc est visus, & transfiguratus splenduit sicut sol, & vestimenta eius facta sunt sicut lumen. Post hoc scriptum est, quoniam audientes lucidam nubem testimonium dantem filio Dei Apostoli tres nõ sustinentes gloriae vocis, neque virtutem procedentem ex ea, supplicati sunt Deo, cadentes in faciem suam. Valde enim timuerunt spectaculi nouitatem, & testi- monium vocis. Intelligentes enim discipuli ipsum esse filium Dei, qui visus est Moyfi, & dixit, Non videbit homo faciem meam, & vinct: postquam viderunt faciem filij Dei factam sicut lumen, & audierunt testimonium Dei de ipso, non sustinen- tes, humiliati sunt sub valida manu Dei. Hoc enim ostenderunt præ timore cadentes in faciem suam. *Elevantes autem oculos Iesum solum viderunt.* Simplex quidem voluntas verbi est ista, quod Moyse & Heliaz visi in gloria & locuti cum Iesu, abierunt vnde

S. HIERONYMI PRES- byteri in idem Euang.

ET post dies sex assumens Iesus Petrum & Iacobum, & Iohannem fratrem eius. Quare Petrus & Iacobus & Iohannes in quibusdam euangeliorum locis separentur à cæteris: aut quid privilegij habeant extra alios apostolos, crebro diximus: Nunc quaeritur quomodo post dies sex assumperit eos, & duxerit in montem excelsum seorsum: cum Lucas euangelista octonarium numerum ponat. Sed facilis responsio est: quia hic medij ponuntur dies: ibi primus additur & extremus. Non enim dicitur: Post dies octo assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Iohannem, sed die octauo. *Ducit illos in montem excelsum seorsum.* Ducere ad montana discipulos pars regni est. Ducuntur seorsum: quia multi vocati, pauci vero electi. *Et transfiguratus est ante eos.* Qualis futurus est tempore iudicandi, talis apparuit apostolis. Quod autem dicit: transfiguratus est ante eos: nemo putet pristinam eum formam & faciem perdidisse: vel amisisse corporis veritatem, & assumpsisse corpus vel spirituale, vel æreum: sed quomodo transformatus sit, euangelista demonstret, dicens: *Et respexit facies eius sicut sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix.* Vbi splendor faciei ostenditur & candor describitur vestiti: non substantia tollitur, sed gloria commutatur. Resplenduit facies eius sicut sol. Certe transformatus est dominus in eam gloriam qua vterus est postea in regno suo. Transformatio splendorem addidit: faciem non subtraxit. Est corpus spirituale fuerit: nunc & vestimenta mutata sunt: quæ intantum fuerit cædida (ut alius euangelista dixerit) qualia fulso super terram non potest facere. Quod autem fulso super terram potest facere, corporale est, & tactui subiacet, & non spirituale & æreum: quod illudat oculis, & tantum in phantasmate conspiciatur. *Et ecce apparuit illis Moyse & Helia cum eo loquentes.* Scribis & pharisæis tentantibus se, & de ecclo signa poscentibus dare noluit: sed prauam postulationem confutauit responsione prudenti. Ilic vero ut apostolorum auget fidem, dat signum de celo: Elia inde descendente quod ascendit: & Moyse ab inferis resurgente: quod & Achaz per Eliam præcipitur: ut petat sibi signum de excelso aut de inferno. Nam quod dictum est: Apparuit illis Moyse & Helia cum eo loquentes, & in alio referitur euangelio nunciassè ei quæ Hierosolymis passurus esset: lex ostenditur & propheta: qui & passionem domini & resurrectionem crebris vocibus nunciarunt. *Respondens autem Petrus, dixit ad Iesum: Domine, bonum est nos hic esse.* Qui ad montana condescendat, non vult ad terrena descendere: sed semper in sublimibus perseverare. *Si vis, faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum, Moyfi vnum, & Helia vnum.* Erras Petre sicut & alius euangelista testatur: Nescis quid dicas: Noli tria tabernacula querere: cum vnum sit tabernaculum euangelij, in quo lex & propheta recapitulanda sunt. Si autem queris tria tabernacula, nequaquam seruos cum domino cõferas: sed fac tria tabernacula: imò vnum patri, & filio, & spiritui sancto: ut quorum est vna diuinitas, vnum sit & in pectore tuo tabernaculum. *Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos. Et ecce vox, &c.* Quia imprudenter interrogauerat, propterea responsum domini non metetur: sed pa-

vnde & venerant, forsitan tradituri sermonem, quem locutus eis fuerat Iesus, eis qui nõdum fuerant proficaci ab eo, qui in tempore passionis quando multa corpora sanctorum domientium apertis monumentis itura fuerant in sanctam ciuitatem Hierusalem, illam, super quam non plorauerat Iesus, ut illic appareant multis. Spiritus autem secūdum mysterium intellectus est iste, quod surgentes neminem alium viderunt nisi Iesum solum. Facti enim fuerant vnum Moyse, id est lex, & Heliaz, id est, propheta, conuersi ambo in euangelium Christi, & non sicut prius fuerant tres, sic & manserunt, sed tres vnum sunt facti. Post mysterium ergo ostensum in monte, *descendentibus de monte discipulis præcepit Iesus dicens, ut nemini dicerent visum donec filius hominis resurgat à mortuis.* Hoc simile illi, quod superius est iam tractatum, quando præcepit discipulis, ut nemini dicerent, quod ipse erat Christus. Propter hoc ea, quæ illic dicta sunt, possunt nobis & in hoc loco esse vtilia, quoniam & hic vult Iesus ut nemini manifestetur gloria eius ante gloriam passionis, & resurrectionis ipsius.

S. HILARI EPISCOPI

Prælati in superioribus Euang. expositio.

ITaque verba res sequitur. Nam post sex dies, Petrus, Iacobus & Iohannes assumuntur seorsum, & in excelso monte consistunt: ipsique inspectantibus dominus transfiguratur, & toto claritatis suæ habitu circumspendet. Et in hoc quidem facti genere, seruat & ratio, & numerus, & exemplum. Nam post dies sex gloriæ dominicæ habitus ostenditur: sex milium scilicet annorum temporibus euolutis, regi cælestis honor præfiguratur: tribusque assumptis, de trium origine, Sem, Cham, Iaphet, futura electio populi ostenditur. Quod autem Moyse & Heliaz ex omni sanctorum numero assuntur: medius inter legem & prophetas Christus in regno est. Cum his enim Isaacem, quibus testibus prædicatus est, iudicabit. Similique ut & humanis corporibus decreta esse resurrectionis gloria doceretur: cum Moyse conspicibilis adlitteret. Ipse autem dominus sit nitens ac sole candidior, supra opinionem scilicet nostram cælestis luminis splendore conspicuus. Petro autem ut tria illic tabernacula fierent offerenti, nihil responderat: nondum enim ut in hac gloria consisteret, erat tempus. Sed loquentes adhuc eo, nubes eos candida inumbravit: & diuinæ virtutis spiritu ambiuntur. Hunc esse filium, hunc dilectum, hunc complacitum, hunc audiendum, vox de nube significat: ut idoneus ipse præceptorum talium autor esset, qui post seculi damnium, post crucis voluntatem, post obitum corporeum, regni cælestis gloriam ex mortuorum resurrectione facti confirmasset exemplum. Territos deinde & cõsternatos eleuauit: ut solum contuerentur, quem medium constitisse inter Moysem & Heliam viderant. Ad futuri enim formam, atque ad facti fidem Moyse & Heliaz in monte consistant. Silentium enim rerum gestarum quas viderant imperat, donec à mortuis resurgeret. Hoc enim fidei præmium reuertebatur: ut honor redderetur his, apud quos nõ leuis sola præceptorum autoritas reperiretur. Infirmos enim sanauerat ad vocis auditum: ut cum essent spiritu sancto repleti, tunc gestorum spiritualium testes essent.

ter respondet pro filio, ut verbum domini comple-
 retur: Ego testimonium non dico pro me, sed pater
 qui me misit, ipse pro me dicit testimonium. Nubes
 autem videtur lucida & obumbrat eos: ut qui
 carnale è frondibus aut tentoriis querebant taber-
 naculum, nubis lucide operirentur vmbraulo.
 Vox quoque de celo patris loquentis auditur, que
 & testimonium perhibeat filio: & Petri errore lu-
 blato, doceat veritatem: imò per Petrum ceteros
 apostolos. Hic est, ait, filius meus dilectus: huic si-
 gendum est tabernaculum, huic obtemperandum.
 Hic est filius, illi serui sunt. Moyses & Elias debent
 & ipsi nobiscum in penetralibus cordis sui domi-
 no tabernaculum preparare. *Et audientes discipuli,
 ceciderunt in faciem suam: & timuerunt valde.* Tripli-
 cem ob causam pavore terrentur: vel quia fe-
 rasse cognoverant: vel quia nubes lucida operue-
 rat eos: aut quia Dei patris vocem loquentis audie-
 rant: quia humana fragilitas conspectum maioris
 gloriæ terre non sustinet: ac toto animo & corpo-
 re contremiscens, ad terram cadit. Quanto quis
 ampliora quæsitur, tanto magis ad inferiora col-
 labitur, si ignoraverit mensuram suam. *Et accessit
 Iesus & tetigit eos.* Quia illi iacebant & surgere non
 poterant, ipse clementer accedit, & tangit eos, ut
 tamen timorem fugat: & debilitata membra soli-
 dentur. *Dirigit eis: Surgite, & nolite timere.* Quos ma-
 nu sanauerat, sanat imperio. Nolite timere. Primùm
 timor expellitur, ut postea doctrina tribuatur. *Le-
 vantes intrem oculos suos, neminem viderunt nisi solum
 Iesum.* Rationabiliter postquam surrexerunt, non
 viderunt nisi solum Iesum: ne si Moyses & Elias
 perseuerassent enim domino, patris vox videretur
 incerta, cui potissimum daret testimonium. Videt
 ergo Iesum tantum ablata nube, & Moysen &
 Eliam evanuisse, quia postquam legis & prophe-
 tarum vmbra discesserit, quæ velamento suo apo-
 stolos texerat, verumque in evangelio reperitur. *Et
 descendentes illi de monte, præcepit Iesus, dicens, &c.*
 Futuri regni præmeditatio, & gloria triumphantis
 demonstrata fuerat in monte. Non ergo vult hoc
 in populo prædicari, ne & in credibile esset pro
 rei magnitudine & post tantam gloriam apud ru-
 des animos, sequens crux scandalum faceret.

S. IO. CHRYSOSTOMI
 Episcopi Constantin. in superius
 Euang. Hom.

EM HOM. 57. in Math. **E**T post dies sex assumpsit Petrus, &c. Alius autem
 Evangelista, post octo, ait: nec vlla certe disson-
 antia est. Nam alter tam illam diem, qua Christus
 loquutus est, quam qua in montem adduxit: alter
 intermedias solum connumeravit. Tu vero Mar-
 thæ philosophiam considera, qui non celavit no-
 mina eorum, qui præpositi fuerant, quod & Ioan-
 nes sæpius facit, quum eximias Petri laudes veris-
 sime, ac diligentissime describat. Nullum enim in
 hoc apostolorum consortio huor, aut inanis gloria
 locum habebat. Primos igitur Apostolorum seor-
 sum assumpsit. *Et adduxit in montem. &c.* Quamobrem
 eos accepit? Quia excellentiores cæteris videlicet
 erant. Et Petrus quidem, quia valde Christum di-
 ligeret idecirco præstabat. Ioannes vero, qui nimium
 diligebatur: ac Iacobus à responso, quod dedit, cū
 fratre interrogatus dicens: Possimus hunc calicem
 bibere: ab operibus etiam ipsi, partim aliis, quia

perfecti, quod dixerat, sic acit, atque grauis Iudæis
 erat, ut magnum munus illis obtulisset, cum eum
 interfecerit, Herodes visus sit. Car autem non illi-
 co, sed post sex dies hoc fecit? Ne cæteri scilicet di-
 scipuli, seu homines mouerentur. Quia de re nec
 eos nominavit, quæ accepturus erat? Ne audien-
 tes alij ardore sequendi vexarentur, desiderassent
 enim exemplum future gloriæ videre, doluissent
 etiam forsitan tanquam neglecti. Nam, & si corpo-
 rale magis illud ostendebatur, summa tamen erat
 cupiditate desiderandum. Cur autem id prædixit?
 Et ipsa prædicatione dociliores, ac paratiores ad
 spectaculum faceret, & diem numero atque mo-
 ra maiori desiderio concitati, vigilantium animo &
 attenta mente accederent. Cuius autem rei gratia
 Moysen & Heliam produxit? Multas quidem di-
 cere quis causas posset, & primum quoniam tur-
 be, alij Heliam, alij Heremiam, alij piscatorem pro-
 phetarum vnum opinabantur: idcirco Moysen, &
 Heliam ceterorum prophetarum vertices, ut quam
 magnum sit inter seruos, & dominum discernere
 oculis cernerent, utque recte laudatum credentem
 Petrum, qui filium Dei eum confessus est. Deinde
 quoniam assistere, quasi transgressorem legis Iudæi
 accusabant, & blaphemare putabant, quasi glo-
 riam patris nihil ad eum pertinere vendica-
 rent. Dicebant enim, hic non est à Deo: quia
 sabbatum non seruat, & iustus; De bono ope-
 re non lapidamus te, sed, cum sis homo, Deum
 te facis, ut ipsa te monstratur, quia ex inuidia hæc
 criminabantur, quia neutri horum criminum sub-
 iiceretur, nec legis præuaricator esset, nec alienam
 gloriam sibi acquireret, æqualem fe patri faciendo
 eos produxit in medium, quorum alteruter in al-
 terutra istarum rerum perfulsit. Moyse enim legem
 dedit, quare non fuisset passus Moyses conculcari
 legem, ut Iudæi credebant, nec prænaricatorum
 eius, & legum latronum hostem latron ipse vnum col-
 misisset. Helias autem pro gloria Dei zelauit, quare
 nõ altititer ei, qui æqualem fe patri dicebat, si non
 esset, nec paruis illi qui sibi, quod non habebat,
 vendicaret. Ad hæc omnia illud etiam possumus
 dicere, ut tunc mortis quam vitam habere pote-
 ratem liquido, ac verè crederetur, utque superno-
 rum & infernorum dominus ostenderetur, idcirco
 Moysen iam mortuum, & Heliam, qui nondum id
 passus est, in medium produxit. Quartam verò
 causam (quarta enim est prioribus connumerata)
 Evangelista quoque ipse tetigit. Quænam igitur
 illa est? Ut crucis gloriam ostendat, & tam Petrum
 quam reliquos, qui passionem formidabant, con-
 solaretur, & ad sublimius erigeret. Non enim tace-
 bant, inquit, sed loquebatur de gloria, quam com-
 pleturus erat in Hierosolym, de cruce videlicet,
 ac passione: sic enim ipsam semper appellabant.
 Accedit ad hæc omnia virtus quæque virorum sin-
 gularis, atque præcipua, quam maxime à discipulis
 flagitabat. Nam, quoniam dixit: Siquis vult post
 me venire, tollat crucem suam, & sequatur me: hæc
 de causa eos, qui centies pro Dei præceptorum
 custodia, & populi, qui sibi eruditus fuerat, mor-
 tem suscepissent, in medium producit: quorum
 uterque cum animam perdidisset, inuenit eam; at-
 que sanè magna libertate aduersus tyrannos locu-
 ti sunt: alter aduersus Ægyptium, alter aduersus
 Achab: & quod magnum est, pro ingratis homini-
 bus, & inobedientibus, à quibus in atrociam pericu-
 la compulsi sunt: qui etsi privati, ac absque pote-
 state

state fuerant, propositum tamen habuerunt ab
 idololorum cultu populum eripere; quorum alter
 tardus lingua, & voce tenuis, alter etiam aliquo
 modo rusticior, & uterque secularium diuitiarum
 apprimè contemptor. Nam neque Moyses quic-
 quam possidebat, nec Helias præter motem ali-
 quid habebat, præsertim cum veteres essent, neque
 tanta gratia signorum pollerent. Nam, etsi mare
 Moyses scidit, sed Petrus per maria deambulauit,
 montes transerre poterat, varios morbos cura-
 bat, immanissimos demones pellebat, & sola um-
 bra corporis miraculosa agebat, & vniuersum orbem
 ad Christum reduxit. Si verò etiam Helias
 mortuū suscitauit: sed ab istis mille, vel antequam
 spiritu essent donati, fuerant excitari. Produxit igitur
 illos in medium, ut eos qui maxime populares
 fuerunt imitarentur, & animi robur, atque con-
 stantiam sequerentur, fierentque mites ut Moses,
 zelotes ut Helias, & pia curiositas similiter. Al-
 ter enim triennem annonæ inopiam ad emendan-
 dum Iudaicum populum intulit, alter dicebat; Si
 quidem dimiseris peccatum, dimitte, aut dele me
 quoque de libro tuo. Ad hæc omnia suæ quoque
 gloriæ apostolos admonebat, cum assistere fecisset,
 non vt ad similem solum, sed vt ad maiorem cer-
 tando statum confunderent. Quare quando dixe-
 runt: dicamus ignem de celo descendere, & Helie,
 qui hoc fecit, meminerunt. Nescitis, respondit, cu-
 ius spiritus estis: ad innocentiam enim eos charis-
 matis, ad doni præstantiam exercebat. Non putet
 autem aliquis Heliam nos tanquam imperfectum
 vilipendere: perfectum enim illum omnino, tempo-
 rum tamen suorum consideratione arbitramur
 fuisse. Nam, cum pnelior tunc, vt ita dicam, mens
 hominum fuerit, non tam exquisita egebat doctri-
 na. Hæc quoque ratione Moysen perfectum æsti-
 mamus fuisse, & tamen plus ab apostolis petitur,
 quam ab illo fuit desideratum. Si enim iustitia ves-
 tita, inquit, Scribarum, & Phariseorum iustitia non
 excedet nõ intrabitis in regnum celorum. Nõ enim
 in Ægyptum solum, sed in vniuersum terrarum orbem
 non minore idololatriæ infamia furentem
 mittebantur: neque vt cum Pharaone colloque-
 rentur, sed vt aduersus ipsum diabolum vitiofitatis
 principem arma sumerent. Illud cerè ipsis lucta-
 men fuit propositum, ut diabolum vincerent, &
 vasa eius omnia taperent: quæ quidem fecerunt,
 non mare diuidentes, sed impietatis profundum
 maioribus insurgens fluctibus virga lesse dirum-
 pentes. Et expendit diligenter, quot, quantaque à
 Christo illos remonebant, mors, paupertas, infamia,
 & mille passiones, quibus omnibus magis
 terrebantur, quam tunc mari rubro Iudæi. Pertua-
 sit tamen eis vt omnia despicerent, & quasi solido
 itinere secuti pertransissent. Ad hæc igitur om-
 nia ipsos confirmans, viros adduxit, quorum vir-
 tus apud veteres titillauit. Quid igitur ait feru-
 tissimus ille Petrus: *Bonum est nos hic esse.* Nam, quoniam
 niam, audiuit intrum ad Hierosolimam vt patere-
 tur, metuens adhuc illi, ac tremens: & post incre-
 pationem accedere quidem non audeat, nec rursum
 illud idem dicere: propitius quidem esto tibi: Sed,
 quoniam adhuc pauore tenebatur, idem aliis ver-
 bis oculibus suggerit. Nam, cum montem, & soli-
 tudinem viderit, tutum se à loco putauit fore: quare
 volebat ibi se perpetuò manere, quocirca & taber-
 naculorum recordatus est. Cogitabat enim si
 non ascenderet in Hierosolimam, nõ moriturum

Christum, quia ibi audiuit scribas enim aggressi-
 ros: hæc cum dicere non auderet aperte, occultius
 adstruit, dicens: *Bonum est nos hic esse, vbi Moyses &
 Helias quoque adfuit.* Helias, qui de celo fecit
 ignem descendere, Moyses, qui ingressus in callig-
 nem, cum Deo colloquutus est, præterea nullus
 sciet hic nos esse. Vides quanto Christi ardore in-
 cendebatur. Non enim quærere debes, quàm pruden-
 ter hortabatur, sed quàm feruens charitate
 Christi, quàmque inflammatus esset. Nam quod
 non pro se tantum, quantum pro Christo timeret,
 quando mortem, & insidias Christus prædicabat,
 ipsum audias dicentem: *Animam meam pro te
 ponam, etsi oportuerit me tecum mori, non te ne-
 gabo.* Vnde factum est, vt in medio periculo con-
 stitutus tam ingenti cæterna circumfusis, non mo-
 dò non fugerit, verum etiam gladio arrepro sacer-
 dotis ferri autem abscedit. Non itaque pro se, sed
 pro magistro expauescebat. Deinde, quoniam, *bo-
 num est nos hic esse,* enunciauit, timens ne iterum in-
 creparetur, emendauit seipsum dicens: *Si vbi, scie-
 mus hic vbi tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum, & Helie
 vnum.* Quid facis, Petre? nõne paulò ante à seruis
 eum separasti, cur seruis modo connumeratis? Per-
 pendis quomodo ante crucem erant imperfectiores.
 Nam, etsi pater ei reuelauit, sed non continuo
 reuelationem secum tenebat, sed pauore non quò
 diximus solum, sed etiam eo, qui tunc visu ipsum
 inuasi turbatus fuit quod alij euangelistæ signifi-
 cantes, & cõsulationem mentis à visione illa factam
 ostendentes, Marcus quidem dicit, Non enim scie-
 bat, quid loqueretur: petri namque fuerunt:
 Lucas verò, quom illud posuerit, faciamus hic tria
 tabernacula, statim subiunxit, ne sciens quid diceret.
 Deinde ostendens magno fuisse omnes terrore
 deiectos: *Granati erant somno, ait, & quum euigil-
 lassent, viderunt gloriam eius.* Somnum enim hic
 vocant, magnam resolutionem virium, quæ ab il-
 la visione facta fuit. Nam veluti oculi ex nimio ful-
 gore obtenebrantur, sic tunc illis non in nocte, sed
 in media die accidit, & splendoris excellentia im-
 becillitatem oculorum grauabat. Quid deinde? ip-
 se quidem nihil loquutus est, sed nec Moyses, nec
 Helias, pater autem omnibus maior, & fide di-
 gnior, magnam ex nube vocem emittit. Quam-
 obrem ex nube: Sic ferè semper Deus videtur. Nubes
 enim, & caligo in circuitu eius, & sedes in nube
 leui, & Qui posuit nubem ascensum suum. Et;
 Nubes suscepit eum ab oculis eorum. Et; Sicut fi-
 lius hominis veniens in nubibus. Vt igitur credat
 ab ipso Deo vocem venire, à nube vox emittitur
 que lucidissima erat. *Adhuc enim, inquit, eo loquente,
 ecce nubes lucida obumbravit illos, &c.* Quando enim
 minatur, tenebrosam ostendit, quemadmodum in
 Sina: intrauit enim, ait, in nubem & in caligine
 Moyses, & velut vapor ita ferebatur fumus. Et
 Propheta de inimicis eius dicens, Tenebrosa,
 inquit, aqua in nubibus æris. hic verò, quia non
 terrore, sed docere volebat, lucida nebula viderur,
 & Petrus quidem dicebat: *Faciamus hic tria taber-
 nacula.* Ipse autem tabernaculum nullis factum
 manibus ostendit: ideo ibi somus & pavor forma-
 cis, hic vox, & lux ineffabilis. Vt autem nulla dubi-
 tatio emergeret, de quoniam vox emitteretur, ut-
 que de Christo solum d. Etum esse intelligerent, il-
 lis iam duobus, Moysè scilicet, & Helia remotis,
 vox fertur: *Hic est filius meus dilectus.* Nullo metu, Pe-
 tre, moueatis, oportet enim iam te omnipotenti-
 am eius

Exod. 4.

1 Reg. 17. Ille unum in angelo loquitur. 1 Reg. 17. 2 Sam. 12.

Luc. 9. 4 Reg. 1.

Ysa. statim dicitur ve- tem quo ad patriarchas etc. et pro- pheta fuisse: quod dicitur in dicitur, quia in vita, dicitur Nona- tum fuisse.

1 Sam. 3.

1 Marc. 8.

Luc. 9.

2 Reg. 1. 3 Reg. 10.

4 Reg. 1. Exod. 35.

1 Marc. 14.

1 Marc. 9. Luc. 9.

1 Psal. 96. 1 Psal. 109.

1 Psal. 17.

eius non ignorare, ac de resurrectione certiprem esse: verum, quoniam adhuc dubitare verideris, saltem à voce patris fidentior esto. Si enim omnipotens pater est, proculdubio etiam filius omnipotens est: quod si adhuc formidas, & paucis, non solum filium esse, verum etiam dilectum scito. Quid igitur metuis? nemo perdit quem amat. Noli ergo turbari, non potes tu magis ipsum diligere, quam à parente ametur. *In quo bene complacuit.* Non enim quia genuit, ideo tantummodo diligit, verum etià: quia, quum sit ipsi æqualis, in omnibus eisdem etiam penitus est voluntatis. Duplex igitur, imò verò triplex dilectio est: quia filius, quia dilectus, quia bene in ipso complacuit. Quid porò significat, in quo bene complacuit? ac si diceret, in quo requiesco, cui placeo. Quæ ideo ita se habent, quia expauiisti: patri æqualis vnam cum patre voluntatem habet: & quum permaneat filius, vnum cum patre est in omnibus ipsum, inquit, audite: quare si crucis patibulum sustinere vult, non contradicas. *Et quum audissent, ceciderunt in faciem suam, &c.* Quomodo autem, quum iam antè similibus vox in Iordane audita fuerit, nemo ex turba, qui aderat, expauiit: & iterum, quando tonitru factum fuisse dicebant, nullus commotus fuit? quomodo, inquam, nunc timore percussit ceciderunt? Quoniam videlicet solitudo, & altitudo montis, ingens, & transformatio plena horrois, lux fulgentissima, profunda nubes, & latior, hæc omnia magnam vndique illis pauorem inferebant, & ceciderunt trementes, simul atque adorantes. Ne autem ex timore obliuio feret, citò eos liberavit: & solus ipse visus mandavit eis, ne cuiquam dicant, donec à mortuis resurrexerit. *Quum enim descenderent de monte, ait: Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis à mortuis resurgat.* Nam quanto maiora de ipso dicebantur, tanto difficiliora tunc creditu multis videbantur, & scandalum, quod à cruce oriebat, multo magis crescebat: ideo silentium iussit, neque id simpliciter, sed cum passionis intentione, quasi causam exponat, quare opus silentio sit, donec à mortuis resurrexerit. Ita hic, quod iucundum erat, solum dixit asperum verò, atque amatum, silentio tradidit. Quid igitur inquit? nonne id post resurrectionem scadalum passi sunt? Minime: nam, & spiritu recepto, & signis clara voce attestantibus, certis que rebus omnibus ad declarandum omnipotentiam ipsius vndique confluentibus, nullo scandalo poterant commoueri. Nihil ergo Apostolis, & maxime his tribus, qui sub nube vna cum domino fuerunt, beatus inuenitur. Verum, si voluerimus nos quoque Christum, non vt illi tunc in monte videbimus, sed multò certè fulgentiorem. Nam tunc discipulis parcens tantum splendorem adaperuit, quantum illi percipere poterant: in extremo autem die in ipsa gloria, atque maiestate patris, non cum Moysè, & Helia solis, sed cum innumerato angelorum, archangelorum, aliarumque potestatum exercitu venit, nulla nube caput eius contegente, verum etiam mirum in modum celo compresso: & quemadmodum, quum publicè sententiam iudices prolaturi sunt, velamina statotes contrahunt, vt ab omnibus videantur: sic in folio suo dicentem, vniuersi conspicient, & vniuersum genus hominum iudicio adertit, quos ipse non per alium, sed per seipsum alloquetur: & aliis quidem dicit: Venite benedicti patris mei: esuriri enim, & dedistis mihi manducare. Aliis; Euge serue bone,

& fidelis, super pauca fuisi fidelis, super multa te constituam. Contrà verò aliis; Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Alij; Male serue, ac deses: & hos quidem bipartitò scindens tradit torribus: hos verò manibus, & pedibus in tenebras iubebit immitti exteriores. Ita post securum fornax succedet, & qui à fæna proiciuntur, ibi mirabiliter incident. Tunc quasi Sol iusti, imò verò multò magis quam Sol resplendebunt. Non enim id dictum est, quoniam tantus splendor eorum futurus est: verum, quia nihil Sole fulgentius videmus, ab eo, quod nobis notissimum est, futurum designare sanctoꝝ splendorem voluit. Hæc enim de causa & in monte sicut Sol effulsi se scribitur. Nam maiorem lucem illam fuisse, quam sit hæc solaris, inde patet, quia discipuli, quum ferre non possent, ceciderunt. Sic igitur iusti Solem fulgore superabunt, peccatores autem extrema supplicia patientur. Non erit tunc opus chirographis, non argumentis, non testibus: omnia enim hæc in ipso iudice sunt ipse testis, ipse argumentorum radix, ipse iudex, & omnia nuda, omnia clara sunt apud oculos eius: non diues, non pauper, non robustus, non imbecillus, non sapiens, non insipiens, non seruus, non liber aliquis ibi videbitur: sed his larvis contritis, operum solummodo erit scrutatio. Nam, si quando de tyrannide, aut cæde quispian causam dicit, quicumque fuerit, siue præfectus, siue consul, siue quis alia dignitatis excellens præstantia, nihil penitus valet, sed condemnatur, ad pœnam arripitur: multò magis id tunc in omnibus pariter fieri videbitur: Quod ne fiat, deponamus, obsecro, sordidos peccatorum amicius, & arma lucis diligenter induamus, & gloria Dei amiciet nos. Quid enim ex præceptis gratæ, ac onerosum est? Nec flectes sicut sub iugo colum tuum, & faccum, ac cinerem subternes, neque id vocabis ieiunium acceptabile: sed solue omnem connexionem iniustitiæ, dissolue commutationum violentarum fasciculos. Vide quanta sapientia loquitur Propheta: abstulit difficultiora, & à facilibus saluati iubet, vt cognoscas non labores, sed obedientiam à Deo exposci. Deinde ostendens virtutis facilitatem, & grauissimum vitiostatis onus, nudisque nominibus id comprobās, vincula, & fasciculos vitium: virtutem verò humorū omnium dissolutionem appellat: omnem conscriptionem iniustam perumpit, sceleris videlicet, ac vfuratum literas, absolute contractos, & miseris in remissione. Talis quippe debitor est, qui quum viderit creditorem, mente infingitur, & magis eum quam atrocem bestiam formidans, prosternitur. Pauperes recto carentes in domum tuam inducas: si videris nudum, operi eum, & proprios feminis tui nò despicias. Et quoniam pridem hæc de re disputantes, quam magna præmia, quam inestimabiles diuitiæ iustis referuntur, monstrabamus: videamus nūc, si quid horum mandatorum difficile sit, & naturam humanam transgrediens. Nihil igitur tale profectò, sed e contrà, incredibilem in his facilitatem, in omni autem vitio maximum laborem, & sudorem non paruum inueniemus. Quid enim difficile, quam scenerari, & pro vfuris vel huiusmodi commutationibus vehementer sollicitum vades querere, & modo de pignorbis, modo de forte, nunc de calculis, nunc de vfuris, nunc de vadibus ipsis formidare? In his enim secularibus etiam subtilis infusum

Eph. 4.

infusum securitas suscepta, fragilis est: ex misericordia vero de tuis offerre tã facile, quam ab omni cura liberum est. Non vtamur ergo illa mercatura, quæ calamitatem alienis fert, nec quæ liberaliter offerenda sunt, cœu capones sceneremus. Non sum autem nescius molesta hæc verba multis videri: verum, quoniam nullum emolumentum silentij est, aperte mihi dicenda esse omnia video: quippe si tacuero, nec verbis me exagitauro, nò potero per taciturnitatem, à supplicio vos liberare: imò verò contra non solum vestra afflictiones futuræ augentur, verum etiam meæ crescunt. Quid igitur valet blanda verborum palpatio, quæ non modò non iuuat ad opus, verum etiam vehementer detereat? Quid lucrabor, si lætitiã vobis afferam verbo, & re ipsa mœorem præparabo? Si delicatissimum aurum sensum demulceam, & animam in pœnas detrudam? Quare necesse est mœorem hic inferre, ne ibi atrociter puniamur. Grauis, dilectissimi; morbus, & magno studio indigens in ecclesiã incidit. Nam, cum neque à iustis quidem laboribus recedere pecuniam inbeamur, sed aperta pauperibus domos tenere, ex aliorum inopia opes nobis colligimus, excusabile auaritiæ, ac rapinæ genus inuenisse putâtes. Nec de illis quicquam mihi dicas, quæ exterioris sunt legis. Nam & publicanus exteriorum seruat legem, & tamen punitur: quod sanè nos quoque patiemur nisi deuinam pauperes conterece, atque egestate, necessitatioque alimento, & penuria in caupo nationem impudentem abuti; ea enim de causa pecuniis abundas, vt pauperate homines liberes, non vt in pauperatem intradas: tu vero simulatione solaminis maiores facis ærumnas, & liberalitatem vendis scenore. Vendas licet, si vendis, regno celorum, nec centesimam partem, abiectionem certè, & minimum liberalitatis precium, sed vitam rapis immortalẽ. Quid ita pauper, & egenus es, ita pusillanimus, vt paruo magna, & caducis pecuniis liberalitatem vendans, cum possis æterno regno vendere? Cur, omnino Deo, huiano lucro sollicitus? Cur diuitem transcurris, & pauperi adhaeres? reliquisti eum, qui reddere potest, & ingrato, ac inopi loqueris. Ille restituere desiderat, hic non reddet nisi coactus: hic vix centesimam partem, ille centuplum, & vitam æternam: hic conuitio, & contumeliis, ille singulari, ac præcipua laude: hic inuidiam multorum in te suscitatur, ille immarcescibiles tibi coronas connectit: hic deinde vix hac vitæ, ille tam in hac vita quam in futura. Putâne igitur extremæ non esse amentitiæ, sic lucrari? Nescis quot homines fortem amiserunt scenoris expectatione, quot in pericula deciderunt, quoniam ampla desiderarunt scenora, quot tam se ipsos, quam alios in vltimam deuoluerunt pauperatem propter nimiam auaritiã? Noli enim mihi dicere, quæso, quia gaudet, & gratiam habet, quòd sibi scenore pecuniam collocas: id enim crudelitate tua coactus fecit. Nam & Abraham, quum vxorem barbaris traderet, ipse modum inuenit, quo facilius vxor susciperetur. Non libenter autem sed timore Pharaonis impulsus: sic & pauper, postquam ea re tu digni non putas, cogitat crudelitati gratias agere. Tu autem mihi videris, si à periculis hominem vindicare, mercedem ab eo flagitare, quoniam liberaisti. Minime, iniquis. Quid dicis? Si à maioribus liberasti, pecuniam non exiges, qui pro multò minore tantam inhumanitatem, osten-

dis, nec vides quot intentantur pœnæ? Non euidis, quia veteri etiam testamento prohibetur? Sed quoniam est multorum excusatio? Sceneratus sum, aiunt, sed pauperi obruli. Bona verba, quæso, talia Deus sacrificia non accipit. Noli cauillare legem. Multo melius est non dare pauperi, quam hoc modo dare. Quod enim iustis laboribus collectum argentum est, propter hos iniquos factus pleurumque contaminas, quasi quis secundum cogat verum scorpiones parere. Cur autem dixi legem Dei te cauillari? non & vos vfuras sordes appellatis? Quòd si qui hæc faciunt, ita sentent: cogita iam qualis Dei de hac re sententia sit. Quòd si exteriores legum conditores interrogare volueris, discas ab illis, quia extremæ impudentiæ signum scenore semper iudicatum est: quare nec amplissimos homines, quos senatores appellant, huiusmodi emolumentis deturpati sinunt, sed lege prohibent, ne, qui rem publicam gerant, tali lucro maculentur. Quomodo igitur horrescere non oportet, si tantum regne celorum honorem non tribuis, quantum legislatores senatus? Sed minus tibi caelum videntur, quam terra: nec re pudet talem in hac re excusationem cogitare. Quid enim irrationabilis inueniri potest, quam vt sine agro, & pluvia, & aratro seminare contendas? Hæc ob res omnes, qui hanc pestiferam agriculturam adiuuauerunt, zizania merent, quæ igni æterno tradentur. An forsitan viuendi iustè modi non inueniuntur? Num, nò sunt agrorum cultus, gregis pabula, armentorum custodia, manuum operatio, solers rerum tuarum cura? Quid infans, quid cæspitas, agricultura spinarum occupatus? Sed aduersantur, iniquis, frugibus terræ multa, grando, rubigo, imbres copiosi. Sit sanè, non tamen tot, tantaque illis contraria sunt, quot scenori. Quicquid enim accidit, fructui solummodo nocet: fors autem, id est æger, semper iniuolabilis remanet. In hac verò tua mercatura multi fortis etiam naufragium petulerunt, & antequam detrimentum patiantur, continuis curis vexantur. Nunquam enim rebus suis incundè vitium sceneratur, nec lætatur, quoniam habet, sed quando tibi scenus collatum est, non tantum gaudet, quòd ad iditro facta sit, quam mœret, quòd nondum vfuræ fortem adæquauerit: ac ideo, antequam perniciosus iste factus perfectior edatur, cogit alium factum producere: ita scenora in fortem redire compelluntur, & immaturum, ac abortiuum partum parere viperarum. Tales certè isti factus pecuniarum sunt, vt magis miserorum animas corrodant, quam illæ feræ alios parentum soleant lacerare. Hæc iniustitiæ vincula sunt, hic fasciculus violentarum commutationum. Do enim, concedo que, inquit, tibi non vt habeas, sed vt maiora restituas: & cum Deus nolit, quod dederis, accipere: date nanque illis, inquit, à quibus accipere non putatis: tu etiam, plusquam dederis, flagitas, & quod nunquam dedisti, illud quasi debitum exigis, & putas maiorem hinc tibi, atque affatim bonorum copiam præparari, vnde inextinguibilem ardorem ignis tibi incendis: quod ne fiat, huiusmodi pecuniarum partum excindamus, recludamus hos iniquos parturienti dolores, excitemus hunc pestiferum vitium, & sequamur illa, quæ sola, & magna lucra sunt. Quæ autem ista sunt, à Paulo audi, quoniam magnus quæstus est puritas conscientiæ. His igitur dicemur diuitiis, vt & hic iucundè viuamus, & futuris bonis fruamur,

gratia.

gratia, & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

S. AVGVST. EPISCOPI Hipponensis in idem Euang. Hom. 1.

1er. 23. de diuersis.

Visionem magnam in monte, vbi se dominus Iesus tribus discipulis demonstravit. Petro, Iacobo, & Ioanni, cum sanctum Euangelium legeretur, audiuimus. Splenduit vultus eius sicut sol: hoc significat Euangelij claritatem. Vestimenta eius facta sunt candida sicut nix: hoc significat Ecclesie mundationem, cui dictum est per Prophetam, Et si fuerint peccata vestra sicut phoenicium, tanquam niuem dealbabo. Helias & Moyses colloquebantur ei: quia Euangelij gratia testimonium habet à Lege & Prophetis. In Moyse lex, in Helia Propheta, vt breuiter loquamur. Sunt enim beneficia Dei per martyrem sanctum, quae recitantur. Audiamus. Placuit Petro tria fieri tabernacula: Moyse vnum, Helij vnum, & Christo vnum. Delectabat eum montis solitudo: tedium patiebatur à tumultu rerum humanarum. Sed tria tabernacula quare querebat, nisi quia vnitatem Legis, Prophetiae & Euangelij nondum sciebat? Denique nube emendatus est. Hec eo loquente, inquit, ecce nubes lucida obumbravit eos. Ecce vnum tabernaculum nubes fecit: tu tria quare querebas? Et vox de nube, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, hunc audite. Loquitur Helias, sed hunc audite. Loquitur Moyses, sed hunc audite. Loquuntur Prophetae, loquitur Lex: sed hunc audite, vocem Legis, & linguam Prophetarum. Ipse in illis sonuit, ipse in seipso quando est dignatus apparere. Hunc audite, hunc audiamus. Quando Euangelium loquebatur, putate quia nubes erat: inde nobis vox sonuit; hunc audiamus: quod dicitur faciamus, quod promissum speremus. Conuersi ad dominum, &c.

EIVSDEM DE EODEM Euang. Hom. 2.

Et 8. v. 24. de diuersis.

Dominum nostrum Iesum Christum factum esse hominem, querendo perditum hominem, neque inquam tacuit praedicatione nostra, & semper habuit fides vestra: hunc autem dominum nostrum, qui homo factus est propter nos, Deum semper fuisse apud patrem, & semper futurum esse, imò semper esse, quia vbi tempus non praeterit, non est ibi, fuit & erit. Quod enim dicitur, fuit, iam non est: quod dicitur erit, nondum est, sed semper est, quia verè est, hoc est, incommutabilis est. Modò nos admonuit Euangelicum capitulum, magnum diuinumque secretum. Hoc enim principium Euangelij sanctus Ioannes reuelauit, quia de pectore domini bibit. Recordamini enim, & lectum est vobis nuperrimè, quomodo ipse sanctus Ioannes euangelista in sinu domini discumbebat. Quod aperte exponere volè, ait; Super pectus domini discumbat: vt intelligeremus quid dixerit, in sinu domini. Ille enim qui super pectus domini discumbat, putamus quid bibebat? Non putemus, sed potemus: modò enim & nos audiuimus quod bibamus. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. O praedicare lè saginam

dominici pectoris eructare! In principio erat verbum. Quid queris quid ante te era? In principio erat verbum. Si factum esset verbum (non est enim factum, per quod facta sunt omnia:) si factum esset verbum, Scriptura diceret; In principio fecit Deus verbum, quomodo dixit in Genesi, In principio fecit Deus caelum & terram. Non ergo in principio fecit Deus verbum: quia in principio erat verbum. Hoc verbum, quod in principio erat, vbi erat? Sequere. Et verbum erat apud Deum. Sed sollemus, audiendo quotidie humana verba, vile habere hoc nomen verbi. Hic noli habere vile nomen verbi. Deus erat verbum. Hoc idem verbum erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Extendite corda vestra, adiuuate paupertatem sermonis nostri. Quod dicere potueris, audite: quod non potueris, cogitate. Quis comprehendat verbum manens? Omnia nostra sonant & transeunt. Quis comprehendat verbum manens, nisi qui in ipso manet? Vis comprehendere verbum manens? Noli sequi flumen carnis. Caro quippe ista fluuius est: non enim manet. Tanquam de fonte quodam secreto naturae nascuntur homines, viuunt homines, moriuntur homines: nec vnde veniant, nouimus, nec quò erant, nouimus. Latet aqua, donec progrediatur ex fonte: currit, & apparet in flumine: sed rursus latet in mari. Contemnamus fluuium istum manentem, currentem, deficientem: contemnamus. Omnis caro fenenum, & omnis honor carnis sicut flos foeni. Fenenum aruit, flos decidit. Vis manere? Verbum autem domini manet in aeternum. Sed vt veniet nobis; Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quid est; Verbum caro factum est? Antrum fenam factum est. Fenam factum est ad succedendum: succensum est fenam, sed mansit antrum: & in fenam non perit, & fenam mutat. Quomodo mutat? Resuscitauit, viuificauit, in caelum leuauit, ad patris dexteram collocauit. Vt autem diceretur; Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, quid praecessit, recolamus paululum; in sua propria venit, & suum cum receperunt. Quotquot autem eum receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Fieri, quia non erant: ipse autem in principio erat. Dedit ergo eis potestatem filios Dei fieri, credentibus in nomine eius: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Ecce sunt, in quacunque sint aetate carnis. Videtis, infantes: videte & gaudete. Ecce sunt: sed ex Deo nati sunt. Vultus matris, aqua baptismatis. Nemo pauperculo animo sentiat, & voluat apud se ipsum mendacissimas cogitationes, & dicat sibi; Quomodo in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: omnia per ipsum facta sunt: & ecce verbum caro factum est, & habitauit in nobis? Audite vnde factum est. Ecce credentibus in nomine eius dedit potestatem filios Dei fieri. Ipsi, quibus dedit potestatem, filios Dei fieri, putant impossibile esse filios Dei fieri: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Nolite putare multum esse ad vos, filij Dei fieri: propter vos filius hominis factus est, qui erat filius Dei. Si factus est ipse, vt minus esset, qui plus erat: non potest facere ex eo, quod minus eramus, vt aliquid plus esse possimus? Descendit ad nos, & non ad illum ascendimus? Accepit pro nobis mortem nostram: & non nobis daturus est vitam suam? Passus est propter te mala tua, & non tibi daturus est bona

Gen.

Epist.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

est bona sua? Sed quomodo, inquit, fieri potuit, vt verbum Dei, quo gubernatur mundus, vt quod & creata sunt & creantur vniuersa, coartaret se in virginis carnem: dimitteret mundum, & desereret angelos, in vtero vnius feminae includeretur? Nec noui diuina cogitare. Verbum Dei (tibi loquor, o homo, de omnipotentia Dei vbi tibi loquor): profus totum potuit: quia & verbum Dei omnipotens est, & manere apud patrem, & venire ad nos: & in carne procedere ad nos, & apud ipsum latere. Neque enim, si natus ex carne non esset, non esset. Erat ante carnem suam: ipse creauit matrem suam. Elegit in qua conciperetur, creauit de qua crearetur. Quid miraris? Deum tibi loquor: Deus erat verbum. De verbo aliquid ago, & verbum humanum forte aliquid simile potest: quomodo longè impar, longè discretum, ex nulla particula comparandum, tamen vobis similitudine insinuandum. Ecce ego verbum, quod vobis loquor, in corde meo prius habui: processit ad te, non recessit à me. Cœpit esse in te, quod non erat in te: mansit apud me, cum exiret ad te. Sicut ergo verbum meum prolatum est sensui tuo, nec recessit à corde meo: sic illud verbum prolatum est sensui nostro, nec recessit à patre suo. Verbum meum apud me erat, & processit in vocem: verbum Dei erat apud patrem, & processit in carnem. Sed nunquid ego possum id facere de voce mea, quod potuit ille de carne sua? Ego enim volentem vocem meam tenere non possum: ille carnem suam non solum tenuit vt nasceretur, viuere, agere: sed etiam mortuam suscitauit, & vehiculum quoddam in quo processit ad nos, ad patrem leuauit. Vestem dicas carnem Christi, vehiculum dicas, & quomodo forte ipse significare dignatus est, iumentum ipsius dicas: quia in ipso iumento leuauit eum, qui fuerat à latronibus sauciatus. Postremò, quod ipse apertius dixit, templi dicas. Hoc templum iam nouit mortem, ad dexteram patris sedet: in ipso templo venturus est indicare viuos & mortuos. Quod nos mouit praecocepto, demonstrat exemplo. Quod ostendit in carne sua, hoc sperare debes in carne tua. Haec est fides, tene quod nondum vides. Opus est, vt est in eo, quod non vides, credendo permaneat, ne, cum videris, erubescas. Conuersi ad dominum, &c.

num sanctorum. Caeli enim enarrant gloriam Dei. De quibus caelis dictum est continuo in Psalmo; Non sunt loquelae neque sermones, quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum. Quorum, nisi calorum? Ergo Apostolorum, & omnium verbi Dei fidelium praedicatorum. Regnabunt caeli cum eo, qui fecit caelos. Hoc vt ostenderetur, videte quid factum est. Dominus ipse Iesus resplenduit sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt candida sicut nix. Et loquebantur cum eo Moyses & Helias. Ipse Iesus quidem ipse splenduit sicut sol, se lumen esse significans, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Quod est iste sol oculis carnis, hoc ille oculis cordis: & quod iste carnis, hoc ille cordibus. Vestimenta autem eius, Ecclesia eius. Vestimenta enim nisi ab induro continentur, cadunt. Horum vestimentorum quaedam quasi nouissima simbria Paulus fuit. Ipse enim dicit; Ego enim sum minimus Apostolorum. Et alio loco; Ego sum nouissimus Apostolorum. In vestimento autem, simbria est nouissima & minima. Proinde, sicut illa mulier, quae sanguinis fluxum patiebatur, tacta domini simbria, salua facta est: sic Ecclesia, quae ex gentibus venit Paulo praedicante, salua est. Quid mirum, si per candida vestimenta signatur Ecclesia, cum audiatis Esaiam Prophetam dicentem; Et si fuerint peccata vestra sicut phoenicium, tanquam niuem dealbabo? Moyses & Helias: id est, lex & prophetae quid valent, nisi cum domino colloquantur? Nisi domino perhibeant testimonium, quis leget legem? quis prophetas? Videte quam breuiter hoc Apostolus ait; Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege, iustitia Dei manifestata est. Ecce sol: Testificata à lege & prophetis, ecce splendor. Vider hoc Petrus, & humana sapiens tanquam homo; Domine, bonum est, inquit, nos hic esse. Tedium patiebatur à turba, inuenerat solitudinem montis: ibi habebat Christum panem mentis. Vt quid inde disceleret, ad labores & dolores? Habes in Deum sanctos amores, & ideo bonos mores, bene sibi volebat esse, vnde & adiunxit; Si vis faciamus hic tria tabernacula. Tibi vnum, Moyse vnum, & Heliae vnum. Ad haec nihil dominus respondit. Sed tamen Petro responsum est. Haec enim eo loquente, nubes lucida venit, & obumbravit eos. Ille querebat tria tabernacula, nobis vnum esse, quod humanus sensus diuidere cupiebat, responsum caeleste monstrauit. Verbum Dei Christus, Verbum Dei in lege, Verbum Dei in prophetis. Quid, Petre, queris diuidere? Magis te oportet adiungere. Tria queris: intellege & vnum. Nube ergo obumbrante omnes, & quodammodo eius faciente vnum tabernaculum, sonuit & vox de nube dicens; Hic est filius meus dilectus. Ibi erat Moyses, ibi Helias. Non est dictum, Hi sunt filij mei dilecti. Aliud enim est vnica: aliud adoptati. Ille commendabatur; vnde lex & prophetae gloriabantur, hic est, inquit, filius meus dilectus: in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Quia & in prophetis ipsum audistis, & in lege ipsum audistis. Et vbi non ipsum audistis? Hoc audito: illi ceciderunt in terram. Iam demonstratur nobis, in Ecclesia regnum Dei. Hic dominus: hic lex & propheta. Sed dominus, tanquam dominus, Lex in Moyse, propheta in Helia: sed ipsi tanquam serui, tanquam ministri. Ipsi tanquam vasa: ipse

Psalm.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

1. ad Cor.

ipsetamquam fons. Moyses & propheta dicebant, & scribebant: sed de illo implebantur quando fundebant. Dominus autem porrexit manum, & excitavit iacentes. Deinde neminem viderunt, nisi solum Iesum. Quid sibi hoc vult? Audistis cum Apostolus legeretur, Quia videmus nunc per speculum in ænigmatibus: tunc autem facie ad faciem. Et lingua euacuabuntur, quando venerit illud, quod modo speramus ut credimus. Quod ergo illi ad terram ceciderunt: hoc significauerunt quod morimur, quia dictum est carni, Terra es, & in terram ibis. Quando vero eos dominus erexit, resurrectionem significauit. Post resurrectionem ut quid tibi lex? ut quid tibi prophetia? Ideo non apparet Helias, non apparet Moyses. Remanet tibi, in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Remanet tibi, ut sit Deus omnia in omnibus. Ibi erit Moyses; sed iam non lex. Videbitur tibi & Heliam: sed iam non prophetam. Lex enim & propheta testimonium perhibuerunt Christo: quia oporteret eum pati, & die tertia resurgere à mortuis, & intrare in gloriam suam. Vbi completur illud, quod suis dilectoribus re promissit, Qui diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligam eum. Et quasi diceretur, quia diliges eum, quid illi dabis? Et ostendam me ipsum illi. Magnum donum, magna promissio. Non tibi seruat Deus præmium aliquod suum: sed seipsum. Auare, quare tibi non sufficit quod Christus promittit? Tu diues tibi visideris. Et si Deum non habes, quid habes? Alter pauper. Et si Deum habes, quid non habet? Descende, Petre, requiescere cupiebas in monte: descende, prædica verbum, in terra oportune, importune, argue, hortare, increpa, cum omni longanimitate & doctrina. Labora, desuda, patere aliqua tormenta: ut quod in candidis vestimentis intelligitur, per candorem & pulchritudinem rectæ operationis in charitate possideas. In laude enim charitatis, cum Apostolus legeretur, audiuiimus, charitas non quaerit quæ sua sunt. Non quaerit quæ sua sunt: quoniam donat quæ possidet. Alio loco periculosius dictum est, si non intellexeris. Secundum enim ipsam claritatem præcipiens Apostolus fidelibus membris Christi, ait; Nemo quod suum est quaerat: sed quod alterius est. Avaritia namque hoc audit, fraudes parat, ut in negotio quasi alienum quaerens, aliquem circumueniat, & quaerat non suum, sed alienum. Compescat se auaritia, procedat iustitia. Audiamus, & intelligamus. Charitati dictum est, Nemo quod suum est quaerat, sed quod alterius. Verum tu, auare, si resistas, & magis ad hoc præceptum redigis, ut alienum concupiscas: perde tuum. Sed quomodo te noui, habere vis & tuum & alienum. Fraudem facis, ut habeas alienum: furtum patere, ut perdas tuum. Non vis quaerere tuum, sed tollis alienum. Quod si facis, non facis bene. Audi o auare, ausculta. Apostolus tibi alio loco apertius exponit hoc quod dixit, Nemo quod suum est, quaerat: sed quod alterius. Ait de seipso; Ego autem non quaerens, quod mihi vile est, sed quod multis: ut salui sint. Hoc Petrus nondum intelligebat, quando in monte viuere cum Christo desiderabat. Seruabat tibi hoc, Petre, post mortem. Nunc autem ipse dicit; Descende laborare in terra, seruire in terra: conueni me crucifigi in terra. Descendit vita, ut occideretur: descendit panis, ut esuriret: descendit vis, ut in itinere lassaretur: descendit fons, ut sitiret: & tu recusas laborare? Noli tua quaerere.

1. Cor. 13.

Gen. 1.

Joan. 1.

Joan. 14.

1. Tim. 4.

1. Cor. 13.

1. Cor. 10.6.

1. Cor. 10. f.

2. Idem.

Habe charitatem, prædica veritatem: tunc peruenies ad æternitatem, ubi inuicem securitatem.

S. LEONIS PAPAÆ DE eodem Euang. Sermo

Evangelica, dilectissimi, lectio, quæ per aures corporis interiore mentium nostrarum pulsauit auditum, ad magni factam tibi nos intelligentiam vocat, quam aspirante gratia Dei facilius assequemur, si considerationem nostram ad ea, quæ paulò superius sunt narrata, referamus. Saluator enim humani generis Iesus Christus condens eam fidem, quæ & impiis ad iustitiam, & mortuos reuocat ad vitam, ad hoc discipulos suos doctrinæ monitis, & operum miraculis imbuebat, ut idem Christus & vnigenitus Dei, & hominis filius crederetur. Nam vnum horum sine altero non proderat ad salutem, & æqualis erat periculi, dominum Iesum Christum, aut Deum tantummodo sine homine, aut sine Deo solum hominem credidisse, quum vtrunque esset pariter confitendum, quia sicut Deo vera humanitas, ita homini inerat vera diuinitas. Ad confirmandum ergo huius fidei saluberrimam cognitionem interrogauerat discipulos suos dominus, inter diuersas aliorum opiniones quid ipsi de eo crederent, quidve sentiret, ubi Petrus Apostolus per reuelationem summi patris, corporea superans, & humana transcendens, vidit mentis oculis filium Dei viui, & confessus est gloriam deitatis, quia non ad solam respexit carnis substantiam, & sanguinis. Tantumque in hac fidei sublimitate complacuit, ut beatitudinis felicitate donatus, factam inuolabilis petre acciperet firmitatem, super quam fundata Ecclesia, portis inferi, & portis inferi, & mortis legibus præuuleret, nec in soluendis, & ligandis quorumcunque causis, aliud ratum esset in cælis, quam quod Petri sedisset arbitrio. Hæc autem, dilectissimi, laudatæ intelligentiæ celsitudo instruenda erat de inferioris substantiæ sacramento, ne Apostolica fides ad gloriam contendere in Christo deitatis eudæ, infirmitatis nostræ receptionem indignam impassibili Deo, atque incongruam iudicaret, & ita iam in Christo humanam crederet glorificationem esse naturam, ut nec supplicio postea affici, nec morte dissolui. Et ideo, dicte domino, quod oporteret eum ire Hierosolimam, & multa pati à senioribus, & scribis, ac principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere, cum beatus Petrus, qui superno illustratus lumine, de ardentissima filij Dei confessione seruebat, contumelias illusionum, & crudelissimæ mortis opprobrium religiosum, ut putabar, & libero fastidio respuisset, benigna à Iesu increpatione correptus, & ad cupiditatem participandæ cum eo passionis animatus est. Subsequens enim exhortatio saluatoris hoc inspirauit, hoc docuit, ut volentes eum sequi, negarent se sibi, & pro spe æternorum, leuissimum ducerent temporalium detrimentum. Quia si demum animam suam saluam faceret, qui eam pro Christo perdere non timeret. Ut ergo istam felicitam constantem fortitudinem toto Apostoli corde conciperet, & nihil de suscipiendæ crucis asperitate trepidaret, ut de supplicio Christi non erubesceret, nec pendendam sibi eam patientiam crederent, quæ sic subituta erat seruitiam passionis, ut non amitteret gloriam

Petrus habet

Math. 16. 10.

Math. 16.

gloriam potestatis: Assumpsit Iesus Petrum, Iacobum, & fratrem eius Ioannem, & consensu cum eis seorsum monte præcelso, claritatem suæ gloriæ demonstrauit, quia, licet intellexissent in eum maiestatem Dei, ipsius tamen corporis, quo diuinitas tegebatur, potentiam nesciebant. Et ideo propterea, signanterque promiserat quosdam de altantibus discipulis non prius gustare mortem, quam viderent filium hominis venientem in regno suo, id est, in regia claritate, quam spiritualiter ad naturam suscepti hominis pertinentem, his tribus viris voluit esse conspicuam. Nam illam ipsius deitatis ineffabilem, & inaccessibleem visionem, quæ in æternam vitam mundis corde seruatur, nullo modo mortali adhuc carne circundari intueri poterant, & videre. Aperit ergo dominus coram electis testibus gloriam suam, & communem illam cum cæteris, corporis formam tanto splendore clarificat, ut & facies eius solis fulgore similes, & vestitus candori niuium esset æqualis. In qua transfiguratione illud quidem principaliter agebatur, ut de cordibus discipulorum crucis scadalum tolleretur, nec conturbaret eorum fidem, voluntarie humilitas passionis, quibus reuelata esset abconditæ excellentiæ dignitatis. Sed non minore prouidentia spes Ecclesie sanctæ fundabatur, ut totum Christi corpus agnosceret, quali esset commutatione donandum: ut eius sibi honoris consortium membra promitterent, qui in capite præfulsisset. De quo idem dominus dixerat, cum de aduentus sui maiestate loqueretur: Tunc iusti fulgebunt, sicut sol, in regno patris sui, protestante hoc ipsum beato Paulo Apostolo, & dicente; Existimo enim, quod non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et iterum; Mortui enim estis, & vita vestra abcondita est cum Christo in Deo. Cum autem Christus appareret vita vestra, tunc & vos apparebitis cum illo in gloria. Confirmanis verò Apostolis, & ad omnem scientiam prouehendis, alia quoque in illo miraculo accessit instructio. Moyses enim, & Helias, lex sollicitæ, & prophete, apparuerunt cum domino loquentes, ut verissime in illa quinque vitorum præsentia completeretur, quod dictum est; In duobus, vel tribus testibus stat omne verbum, quid hoc stabilis, quid firmius verbo, in cuius prædicatione veteris, & noui testamenti concinit tuba, & cum Evangelica doctrina, antiquarum protestationum instrumenta concurrunt? Ad stipulantur enim sibi inuicem vtriusque federis pagina, & quem sub velamine mysteriorum præcedentia promiserant signa, manifestum, atque perspicuum præsentis gloriæ splendor ostendit. Quia, sicut ait beatus Ioannes; Lex per Moysen data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est, in quo & prophetarum promissio impleta est figurarum, & legalium ratio præceptorum, dum & veram docet prophetiam per sui præsentiam, & possibilia facit mandata per gratiam. His ergo sacramentorum reuelationibus Petrus Apostolus incitatus, mundana spernens, & terrena fastidians, in æternorum desiderium quodam mentis rapiebat excessu, & gaudio totius visionis impletus, ibi cum Iesu optabat habitare, ubi manifesta eius gloria lætabatur. Vnde & ait; Domine, bonum est nos hic esse, si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum, & Helie vnum. Sed huic suggestioni dominus non re-

spondit, significans non quidem improbum, sed inordinatum esse, quod cuperet, cum saluari mundus, nisi Christi morte non posset, & exemplo domini in hoc laudaretur credentium fides, ut, licet non opereretur de beatitudinis promissionibus dubitari, intelligeremus tamen inter tentationes huius vitæ prius nobis tolerantiam postulandam esse, quam gloriam, quia tempora patiendi non potest felicitas præuenire regnandi. Adhuc itaque eloquente, ecce nubes lucida obumbravit eos, & ecce vox de nube dicens; Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit, ipsum audire. Præsens quidem erat in filio pater, & in illa domini claritate, quam ad discipulorum temperat aspectum, non separabatur ab vnigenito genitoris essentia, sed ad commedandam proprietatē vtriusque personæ, sicut visui significauit filium splendorem ex corpore, sic auditui patrem vox nunciavit ex nube. Quæ voce accepta, discipuli in faciem ceciderunt, & timerunt valde, non de patris tantum, sed & de filij maiestate tremuerunt. Altiore enim sensu vniam vtriusque intellexerunt deitatem. Et quia in fide non erat hæsitatio, non fuit in timore discretio. Latum ergo illud, & multiplex testimonium fuit, & plus in verborum virtute, quam in sono vocis auditum est. Dicente enim patre, hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit, ipsam audite, nonne euidenter auditum est, hic est filius meus, cui ex me & mecum esse, sine tempore est? Quia nec genitor prior, nec genitus est genitore posterior. Hic est filius meus dilectus, quem à me non separat deitas, non diuidit potestas, non discernit æternitas. Hic est filius meus, non adoptiuus, sed proprius, non aliunde creatus, sed ex me genitus, nec de alia natura mihi factus comparabilis, sed de mea essetia mihi natus æqualis. Hic est filius meus, per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil, quia omnia, quæ facio, similiter facit, & quicquid operor, inseparabiliter mecum, atque indifferenter operatur. In patre enim est filius, & in filio pater, nec vnquam vnitas nostra diuiditur. Et quum alius ego sim, qui genui, alius ille, quem genui nec aliud tamen de illo vobis fas est cogitare, quam de me sentire possibile est. Hic est filius meus, qui eam, quam mecum habet æqualitatem, non rapina appetiit, nec vlturpatione præsumpsit, sed manens in forma gloriæ meæ ut ad reparandum genus humanum exequeretur commune consilium, vsque ad formam seruilem inclinavit incommutabilem deitatem. Hunc ergo, in quo mihi per omnia bene complaceo, & cuius prædicatione manifestor, cuius humilitate clarificor, incunctanter audite, quia ipse est veritas, & vita, ipse virtus mea, atque sapientia. Ipsum audite, quem legis mysteria prænucciauerunt, quem prophetarum ora cecinerunt. Ipsum audite, qui sanguine suo mundum redimit, qui diabolum ligat, & vasa eius rapit, qui peccati chirographum, & præuaticationis pacta dirumpit. Ipsum audite, qui viam aperit ad cælum, & per crucis supplicium gradus vobis ascensionis parat ad regnum. Quid trepidatis redimere? quid pauetis saucij liberari? Fiat quod, me volente, Christus vult. Abiicite carnalem formidinem, & fideli vos armate constantia. Indignum est enim, ut in saluatoris passione timeatis, quod ipse munere nec in vestro sine metuetis. Hæc, dilectissimi, non ad illorum tantum utilitatem dicta sunt, qui ea propterea auribus audierunt, Bibl. Hom. tom. 2. A sed

Joan. 1.

Philip. 2.

sed in illis tribus Apostolis vniuersa didicit Ecclesia, quicquid eorum & aspectus vidit, & auditus accepit. Confirmetur ergo secundum praedicationem sacratissimi Euangelij omnium fides, & nemo de Christi cruce, per quam mundus redemptus est, erubescat. Nec ideo quisquam aut pati pro iustitia timeat, aut de promissorum retributione diffidat, quia per laborem ad requiem, & per mortem transitur ad vitam, cum omnem humilitatis nostrae infirmitatem ille susceperit, in quo si in confessione, & in dilectione ipsius permaneamus, & quod vicit, vincimus, & quod promissit, accipimus. Quia siue ad faciendam mandata, siue ad tolerandam aduersa, praemissa patris vox debet semper auribus nostris infonare dicentis, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite qui viuunt, & regnat in secula benedictus.

B E D A E V E N E R A B I L I S
presbyteri eiusdem Euang. expositio.

Et post dies sex assumpsit Iesus Petrum, &c. Quarta cur Matthaeus & Marcus, post dies sex Iesum assumpsisse secum discipulos testentur. Lucas dicit, post dies fere octo. Sed facilis est responsio, quia hic medij dies ponuntur, ibi primus, quo haec promissit, & extremus quo promissa compleuit. Et in ratione mystica illic post sex mundi aetates sanctis ab omni labore quiescedum hic vero tempore octauo designat esse resurgendum. Tres solummodo ducit secum, vel quia multi vocati, pauci vero electi: vel quia hi qui nunc sanctae Trinitatis sunt fide imbuti, tunc eius aeterna visione merebuntur laetari. Bene addidit seorsum, quia tunc iusti a prauis separantur, quorum nunc vitis premuntur, licet fidei intentione di sancti sunt. Et tra signaturus est ante eos. Non substantiam verae carnis amittendo, sed gloriam futurae resurrectionis suae vel nostrae ostendendo, quia qualis tunc Apostolis apparuit, talis post iudicium omnibus electis apparebit. In quo autem iudicandi tempore bonis & malis in forma serui videbitur, ut ipsum Iudicem esse intelligere valeant peruersi, quam antea respuebant. Et resplenduit facies eius sicut sol, &c. Nam quia nihil sole clarius nouimus videre, ideo non solum domini sed & sanctorum gloria in resurrectione solis aspectui comparatur. Vestimenta autem domini, sancti eius accipiuntur: quae ante ascensum montis despecta videbantur, quia iuxta Apostolum, Nondum apparuit, quid erimus. Et Marcus dicit candida esse ut nix, qualia fullo non potest facere super terram: id est, saluator non vult in terra dare fidelibus suis claritatem: quae eis manet conferuata in caelis seu doctor animarum, vel eximius sui corporis mundator tantam munditiam adferre nequaquam potest. quanta dominus, qui Ecclesiam suam purgat ab omni inquinamento carnis & spiritus. Ecce apparuit eis, &c. Lucas hoc loco manifestius scribit dicens: Erant autem Moyses & Helias visi in maiestate & dicebant excessum eius, Moyses & Helias oracula legis & prophetiae designant, quae in domino completa, & nunc doctis patent & in futuro electis manifestius patebunt. In Moysse quidem qui mortuus est, hi qui ante diem iudicij a morte sunt resuscitandi & in Helia qui necdum mortuus est, hi qui viuunt inueniendi, designantur: quia simul obuam domino

in aera rapiuntur, & ad vitam aeternam ducentur. Domine, bonum est nos hic esse, &c. Et quidem, ut alius Euangelista testatur, beatus Petrus nesciebat quid dixit, dum sibi in terra posito caelestia promissa dari sperauit, dumque in caelesti conuersatione tabernacula figenda putauit, vbi nulla aduersitatis aura remanebit: & dum prophetae & legem ab Euangelio sequestrari putauit, cuius quasi ministri fuerunt. Sed nouerat quid ait cum dixit. Domine, bonum est nos hic esse, quia reuera solum hominis bonum est, intrare in gaudium domini sui, & huic contempnendo assiliter. Adhuc eo loquente ecce. Ut inde discat, quia materiale tabernaculum quiescit, in resurrectione non tegmine domorum, sed Spiritus sancti gloria sanctos esse protegendos. Et ecce vox de nube dicens, &c. Notandum quod sicut mysterium trinitatis, domino in Iordane baptizato declaratur, ita in monte clarificato, quia quem in baptismo confitemur, in resurrectione collaudabimus. Nam hic spiritus sanctus in nube lucida, illic in columba: quia qui nunc simplici corde fidem quam percipit, seruat, tunc aperta luce contemplantur, quod crederat. Et videntes discipuli, ceciderunt, &c. Timebant enim quia se errasse cognouerant, vel visa nube, vel audita voce. Et accessit Iesus. Terigit enim elementer, ut mens metu sublato dicens, verbo auditum admitteret. Leuantes autem oculos suos neminem viderunt, &c. Solus Iesus ablati nube, Moysse & Helia cernitur, ne incertum videretur testimonium dare pater, siue in Christo legis nebulae & prophetiae mysteria impleta aperiantur. Et descendens ibi de monte. Non vult haec praedicari, ne post tantam gloriam crux scandalum fiat.

E I V S D E M I N I D E M
Euang. Hom.

Quia dominus ac redemptor noster electos suos per huius vitae labores ad illam, quae laborem nescit vitam futurae beatitudinis introducere disposuit, modo per euangelium suum sudores certaminum temporalium, modo aeternorum describit palmam praemiorum: ut auditis videlicet agonom necessitatibus, meminerint sibi requiem in hac vita nequaquam esse petendam: audita rursum dulcedine futurae retributionis leuius ferant mala transcurant, quae bonis sperauerint remuneranda perpetuis. Cum enim suas, suorumque passionum paulo superius commemorasset, confessum ea quae modo cum legetur audiuimus adiunxit, dicens: Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet unicuique secundum opera eius. Vbi apertissime diem extremi designat examinis, quando in potestate magna & maiestate veniet iudicaturus de mundo, qui quondam in humilitate & abiectione venerat iudicandus a mundo, quando cum iudicaria distributione quaerit operum perfectionem ab eis quibus misericordiae largitate praerogauerit suorum gratiam munerum, quando reddens singulis secundum opera eorum, electos in regnum patris sui perducet, reprobos autem cum diabolo in ignem reiciet sempiternum. Et pulchre dicitur, quia filius hominis venturus est in gloria patris, quia qui in hominis natura minor est patre, ipse in diuinitate vnus eiusdemque est glorie

ria cum patre verus homo, per omnia verus exitus & Deus. Merito autem laetificat pios, merito terret contumaces, quod sequitur, Et tunc reddet unicuique secundum opera eius, quia qui nunc bona operantes praesertim malorum affliguntur iniquis, laetanti nimirum animo tempus expectant illud, quando per iudicem iustum non solum ab iniustorum liberentur iniuriis, sed & iusticiae ac patientiae suae mercedem percipiant. Qui vero male viuentes patientiam iudicis negligentiam putant, iuste sero poenitentes aeternae damnationis sententia feriuntur. Concinit huic euangelicae sententiae quod ait Psalmista, Misericordiam & iudicium carabo tibi, domine. Primo quippe misericordiam, ac deinde iudicium se cauate perhibet, quia nimirum dominus quod primo suo aduersi depositum nobis benigne conuulit, hoc in secundo districtus exiger. Sed peruersus quisque, qui misericordiam largientis contemnit, iure iudicium discutientis domini perimescit. At qui gratiam misericordiae grate se meminit suscepisse, gaudens utique iudicij discrimen expectat: ideoque libera modulatione suo iudici misericordiam & iudicium cantat. Verum quia incertum est omnibus tempus vniuersalis iudicij, incerta singulis sui exitus hora, & poterat longa videri praesens afflictio nescientibus, quando requies promissa veniret, voluit pius magister aliquibus discipulorum suorum adhuc in terra degentibus aeternae repositionis gaudia praemonstrare: quatenus & ipsi qui vidissent, & omnes qui audire possint, leuius aduersa praesentia tolerarent, reducto saepius ad mentem futurae retributionis munere quod expectaret. Vnde sequitur: Amen dico vobis, sicut quidam de his stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo. Venientem quippe in regno suo viderunt discipuli, quia in ea claritate viderunt fulgentem in monte, in qua peracto iudicio ab omnibus sanctis in regno suo videbitur. Sed quod mortales adhuc, & corporales discipulorum oculi suffere nequirent, tunc per resurrectionem iam facta incorruptibilis potenter tueri sufficit omnis ecclesia sanctorum, de qua scriptum est: Regem in decore suo videbunt oculi eius. Et post sex dies assumpsit Iesus Petrum & Iacobum, & Iohannem fratrem eius, & ducit illos in montem excelsum. Ostensus gloriam suam discipulis, in montem eos ducit excelsum: ut doceat omnes qui hanc videre desiderant, non in infimis iacere voluptatibus, non illecebris seruire carnalibus, non cupiditatibus adhaerere terrenis, sed aeternorum amore ad superna semper erigi: angelicae mundiciae, pietatis, pacis, dilectionis, & iusticiae vitam quantum mortalibus possibile est, semper imitari debere. iuxta eum qui dixit, Nostra autem conuersatio in caelis est, vnde etiam saluator noster expectamus Iesum Christum dominum nostrum. Ostensus gloriam suae maiestatis, in montem discipulos ducit, ut discant ipsi, discant omnes qui hanc videre sciunt, non eam sibi in huius seculi profundo, sed in regno superne beatitudinis esse quaerendam. Et bene cum diceret, quia ducit illos in montem excelsum, addidit, seorsum, quia iusti & nunc cum praetorum vicinia premuntur, animo tamen sunt toto arque intentione fidei separati ab illis, & in futuro funditus seorsum abducuntur ab eis, cum abscondet eos in abscondito vultus sui à conturbatione hominum, proteget

eos in tabernaculo suo à contradictione linguarum. Quod autem post dies sex ex quo promissit discipulis, claritatem suae visionis ostendit, significat sanctos in die iudicij regni percepturos quod eis promissit, qui non mentitur Deus ante tempora secularia. Tempora quippe secularia sex aetatibus constant, quibus completis audient ipse dicente: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Post sunt dies sex promissae dominicae visionis & gloriae bonorum perfectione operum designati, sine quibus ad contemplantam conditoris sui maiestatem quicque aliquid agere valet, peruenire non valet. Quia enim dominus sex diebus rerum creaturam formauit, septima requieuit ab operibus suis, recte per sex dies opera bona quibus ad requiem peruenire debeamus, exprimuntur. Et quia qui Deum videre, qui ad gloriam beatae resurrectionis pertingere concupiscit, debet agere bona quae nonit, recte post dies sex gloriam sui regni quam spondidit discipulis saluator ostendit. Sequitur: Et transfiguratus est ante eos, & resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Transfiguratus est ante discipulos dominus, & sui corporis gloriam, qua per resurrectionem erat illustrandus significat: & electorum omnium quantae claritatis post resurrectionem sint corpora futura, manifestat. Nam & de his alibi dicit: Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum, & hic in exemplum futurae clarificationis ipsius resplenduit facies eius sicut sol. Non quia domini & sanctorum eius aequalis possit esse claritas & gloria, cum & de istem sanctis dicat Apostolus: Stella autem à stella differit in claritate, sic & resurrectio mortuorum, sed quia nihil sole clarius videre nouimus, non solum domini, sed & sanctorum in resurrectionis gloria solis aspectui comparatur, quia clarius sole aliquid vnde exemplum daretur hominibus, minime potuit inueniri. Hanc autem glorificam dominici corporis maiestatem, hanc sanctorum corporum claritatem nullus in iudicio reproborum videre putandus est. Tantum videbunt in quem transfixerunt, & plangent se super eum omnes tribus terrae. At cum peracto iudicio sublatis fuerint impij, ne videat gloriam Dei, tunc iusti ad contemplantam perpetuo gloriam regni eius, & ipsi pro modulo suo incorruptionis luce transfigurati intrabunt. Vnde dicit Apostolus, qui reformabit corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae. Si autem quaerit aliquis quid vestimenta domini, quae facta sunt alba sicut nix, typice designant, possumus recte intelligere sanctorum eius ecclesiam per haec esse monstratam, de quibus Elia ait: Omnibus his velut ornamento vestieris. Et Apostolus: Quotquot enim, inquit, in Christo baptizati estis, Christum induistis. Qui in tempore resurrectionis omni laebe iniquitatis simul & ab omni mortalitatis obsecrante castificantur. Vnde pulchre de vestimentis domini dicit euangelista Marcus, Quia facta sunt splendida candidaque nimis velut nix, qualia fullo super terram non potest candida facere: quia quod omnibus patet, nemo est qui sine corruptione ac dolore viuere possit super terram. Quod omnibus sapientibus patet, licet haeretici contradicant. Nemo est qui sine attractu alicuius peccati viuere possit super terram. Sed quod fullo, id est, doctor animarum siue mundator aliquis sui corporis exi-

Phil. 10.

Mat. 13.

Phil. 3.

Mat. 16.

Mat. 17.

Ps. 130.

Genes. 22.

Mat. 17.

1. Cor. 15.

Joan. 19. & 2. Cor. 12. & Esai. 26.

Phil. 3.

Gal. 4. & Gal. 3.

Mat. 9.

inuis super terram non potest, dominus faciet in celo emundans ecclesiam videlicet suam ab omnibus iniquamentis carnis & spiritus, in super & aeterna carnis ac spiritus beatitudine ac luce reficiens. Sequitur: *Et ecce apparuit illi Moyses & Helias cum eo loquentes.* Quales apparuerint, & quid locuti sunt cum eo, Lucas manifestius scribit, dicens: Erat autem Moyses & Helias visi in maiestate, & dicebant excessum eius, quæ completurus erat in Hierusalē. Moyses ergo & Helias qui locuti sunt cum domino in monte, & passionem eius ac resurrectionem dicebant, oracula legis & prophetiæ designant, quæ in domino completa & nunc doctis quibusque patent, & electis omnibus in futuro manifestius patebunt. Qui bene visi in maiestate dicuntur, quia tunc aperti videbuntur quando veritatis dignitate omnis diuinorum eloquiorum, non solum sensus, sed & sermo fuerit prolatus: quamuis in Moysē & Helia omnes qui cum domino regnaturi sunt, recte intelligi possunt. In Moysē quidem qui mortuus ac sepultus est, hi qui in iudicio resuscitandi à morte: in Helia vero qui necdum mortis debitum soluit, hi qui in aduentu iudicis viui inueniendi sunt in carne. Qui utriusque pariter in vno, eodemque momento rapti in nubibus obuiam domino in aëre mox peracto iudicio ad vitam inducuntur aeternam. Quibus apte conuenit quod Moyses & Helias in maiestate fuisse visi perhibentur: per excellentiam namque maiestatis insignis muneris, quo sunt coronandi, monstratur. Bene conuenit & hoc quoddam excessum eius quæ completurus erat in Hierusalem, dixisse memorat: quia nimirum vnica laudis materia fidelibus suis fit passio redemptoris: qui quāto magis meruerint eius se gratia esse redemptos, tanto suæ reparationis memoriam deuoto semper in pectore versant: deuota confessione restantur. Verum quia cum amplius quisque vitæ cælestis dulcedinem degustat, eo amplius fastidit omnia quæ placebant in infimis, merito Petrus visā domini, & sanctorum eius maiestatis, repente sancta, quæ nouerat terrenæ obliuiscitur, solis iis, quæ vidit perpetuo delectatur adherere, dicens: *Domine, bonum est nos hic esse, si vis, faciamus hic tria tabernacula tibi vnum, Moysi vnum, & Helia vnum.* Et quidem beatus Petrus, sicut alius Euangelista testatur, nesciebat quid diceret, in eo quod in cælesti cōuersatione tabernacula faciendi putauit. In illa namque cælestis vitæ gloria domus necessaria non erit, vbi diuinæ contemplationis luce omnia pacificante, aura aduersitatis aliquid timenda nulla remanebit, testante Apostolo iohanne, qui eiusdem supernæ cinitatis claritatem describens, inter alia dicit: *Et templum non vidi in ea, dominus enim omnipotens tempum illius est & agnus.* Sed bene nouerat quid diceret, cum ait: *Domine, bonum est nobis hic esse, quia te vera solum hominis bonum intrare in gaudium domini sui, & huic contemplando in æternum adsistere.* Vnde merito nihil vnquam veri boni habuisse putandus est, cui reatu suo exigente contingit nunquam sui facie videre creatoris. Quod si beatus Petrus glorificatam Christi humanitatem cōtemplatus tanto afficitur gaudio, vt nullatenus ab eius intuitu vellet secedere, quid putamus fratres charissimi, esse beatitudinis, quæ diuinitatis eius altitudinem videre meruerunt? Et si cum duobus tantum sanctis, Moysē videlicet & Helia, transfiguratum in monte hominis Christi speciem videre bonū maximum

Lucæ 9.

Lucæ 9.

Apoc. 21.

duxit, quis sermo explicare, quis sensus valet comprehendere, quanta sint gaudia iustorum, cum accesserint ad Sion montem, & ad ciuitatem Dei videntis Hierusalem, & multorum milium angelorum frequentiam, ipsamque ciuitatis eiusdem artificem, & conditorem Deum non per speculum & in ænigmatibus sicut nunc, sed facie ad faciem conspexerint? De qua visione dicit ipse Petrus, loquens de domino fidelibus: *In quem nunc quoque non videntes creditis, quem cum videritis, exultabitis læticia inenarrabili, & glorificata.* Sequitur: *Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos, & ecce vox de nube dicens: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite.* Quia tabernacula facere quærebant, obiecta lucida nubis admonentur in illa vitæ cælestis habitatione domos non esse necessarias, vbi omnia dominus aeterna suæ lucis obumbratione protegit. Qui enim populum per deserta gradientem, nec per diem sol, nec luna vneret per noctem, quadraginta annos expandit nubem in protectionem eorum, quanto magis inhabitantes in tabernaculo regni cælestis in secula, sanctarum velamento proteget alium? Scimus enim docente Apostolo, quia si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam æternam in cælis. Quia vero resplendentem filij hominis faciem cernere desiderabat, adfuit pater in voce, docens eundem esse filium suum dilectum in quo sibi bene complacuisse: vt discerent ab humanitatis eius gloria quam videbant, ad diuinitatis qua æqualis est illi contemplantam suspirare præsentiam. Quod autem ait vox paterna de filio, *in quo mihi bene complacui*, hoc est, quod eius filius alibi testatur: *Et qui me misit, mecum est: & non reliquit me solum, quia ego quæ placita sunt ei, facio semper.* Et quod adiunxit, *ipsum audite*, admonuit cum esse de quo Moyses idem populum cui legem dedit præmonebat. Quia prophetam vobis suscitabit dominus Deus vester de fratribus vestris tanquam meipsum audietis, iuxta omnia, quæcunque locutus fuerit vobis. Neque enim Moysen & Heliam, id est, legem & prophetas audiui vetat, sed omnibus his auditionem filij qui legem aut prophetas venit adimplere, præferendam insinuat, cunctisque veteris instrumenti typis & ænigmatibus lucem euangelicæ veritatis anteponeiidam inuemat. Et quidem pia dispensatione fides discipulorum, ne crucifixi domino titubet solidatur, dum imminente crucis articulo & humanitas eius qualiter per resurrectionem sit sublimanda cælesti luce monstratur: & quia coæternus sit in diuinitate patri filius cælesti eiusdem patris voce probatur, quatenus adueniente hora passionis minus morientem doleret, quem post mortem mox glorificandum in homine, in diuinitate autem semper à Deo patre glorificatum meminerunt. Verum discipuli quasi carnales adhuc substantiæ fragilis audita Dei voce timentes in faciem ceciderunt. Dominus autem quasi pius per omnia magister, verbo simul eos & tactu consolatur, & erigit. *Et descendens, inquit, illis de monte præcepit Iesum, dicens: Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis à mortuis resurgat.* Visionem ostensæ suæ maiestatis ad tempus taceti præcepit, ne si palam vulgaretur in populos, aut dispensationem passionis illius idem populi principibus repugnando impedirent, & sic humanæ salutis effectus qui per sanguinem erat

Edib.

1. Cor. 13.

1. Petri 1.

Psal. 120.

Exod. 17.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

erat futurus, retardaretur: certe hi qui eandem visionem audientes credidissent, viso crucis opprobrio, scandalizarentur. Opportunius autem completa passione, resurrectione, & ascensione eius in cælum, repletis spiritu sancto Apostolis prædicata est, quatenus omnes qui sacramentis eius initiati uoluissent, non solum effectum resurrectionis credere, sed etiam modum eiusdem resurrectionis ab his qui videbant potuissent ediscere, nec non & æternitatis diuinæ maturitatis quam à patre audierant, cunctis pariter credendam amandamque prædicarent. Exposita igitur lectione dominicæ transfigurationis, ad nostram, fratres charissimi, conscientiam reuertamur, & si domini gloriam videre delectat, trāsiti carnalibus desiderijs, subeamus in montem virtutum. Si ad vestimenta domini candidissima pertinere volumus, mundanos nos ab omni iniquamento carnis & spiritus, perfectentes sanctificationem in timore Dei. Si vocem Dei patris audire, si consubstantialis eius filij maiestatem desideramus intueri, studeamus solliciti peruersa & inutilia mortalium verba declinare, studeamus à superuacuis seculi fallentis oculis auertere spectaculis, quatenus resurrectionis nostræ gloria coruscante, & ipsi quidem quæ modo nequimus, magnalia nostri conditoris videre simul & dicere mereamur, præstante ipso qui uiuit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum, Amen.

CHRISTIANI DRUTH-
mari eiusdem Euang. expositio.

ET post dies sex assumpti Iesus Petrum, & Iacobum, & Iohannem fratrem eius. Post dies sex, videlicet postquam ista, quæ superius auditis, locutus est: quod essent qui non essent gustaturi mortem. Lucas dicit verè dies octo: sed Lucas primum & vltimum comprehendit diem: isti duo illos, qui in medio fuerunt. Vt enim isti tres alios confortarent tempore passionis eius, eliguntur à domino. Non enim illi alij adhuc perfecti erant, vt possent ea videre. Nam etiam isti ceciderunt, & timuerunt valde. Secernuntur autem isti tres à cæteris certis pro causis. Petrus, quia futurus erat pastor ecclesiæ, & ad Romanos mittendus, qui rectores orbis erant. Iohannes, quia altius erat locutus mundo diuinitatem eius, & apud græcos sapientiores omnibus gentibus erat directurus. Iacobus, quia ipse primus de apostolis martyrium erat pro ipso subiturus, & ob hoc vocati sunt filij tonitru: quia ipsi hanc vocem erant audituri, de qua nunc dicit. Typice ostenditur quod multi vocati, pauci electi. Ducit illos in montem. Id est Thabor in Galilæa: qui interpretatur ueniens lumen. Conueniens interpretatio: quia ibi frequenter de vero lumine illuminati sunt, vt etiam nunc. Excelsum. Pro valde celsum sicut nostræ alpes sunt in Burgundia: in quibus calor non multum potest nocere etiam in æstate, quando transfiguratio ista celebrata est. Seorsum. Ab aliis discipulis. Est enim aduerbium separandi. Et transfiguratus est ante eos. Transfiguratus in alia figura. Nam substantiam non amisit, neque spiritale aut ærium corpus assumpti, sed ipsam substantiam gloriosam reddidit, sicut hic sequitur. Et resplenduit facies eius sicut sol. In ea forma apparuit apostolis, quam soli oculi mundi sanctorum visuri

sunt post iudicium peractum. Quando dixit, *sicut sol*, non potuit altius ascendere comparando quod homo oculis corporalibus noscit. *Vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix.* In hoc possumus scire quod corpus idem ipsum fuit: quia vestimenta eadem fuerunt. De quibus dicitur, quia facta sunt alba sicut nix, vel sicut in alio loco scriptum est, qualia nullus fullo potest parare super terram. Apparet quia non substantiam amiserunt, sed claritate desuper inductæ sunt. Vestimenta Christi, typice sancti eius sunt, de quibus Paulus ait, *Qui enim in Christo baptizati estis, Christum induistis.* Qui fulgent nunc in presenti, sed in futuro clarius, quia cum apparuerit, similes ei erimus. De quibus dicitur, qualia fullo non potest parare super terram. Fullo ille, de quo psalmista, *lauabis me, & super niuem dealabor, quia non potest dare in sanctis, quod dandum promisit in cælis.* *Ecce apparuit Moyses, & Helias.* Per Moysen & Heliam legilatorem, & eximum prophetarum ostenditur, quia & lex ab ipso data est, & ipsum præfigurauit: & propheta ipso inspirante prophetauerunt, & omnia quæ de illo erant futura, cecinerunt. Typice per Moysen sancti, qui iam gustata morte, cum domino regnabant. Per Heliam, qui adhuc viuere dicitur, illi electi, qui in carne repetendi sunt, figurantur: quoniam sicut Paulus ait. *Mortui, qui in Christo sunt, resurgunt primi, deinde qui uiui inuenti fuerint, simul rapiuntur in nubibus obuiam Christo in aëra, & sic semper cum domino.* *Cum eo loquentes.* Scilicet excessum eius, quem acturus erat in Hierusalem, prænuñtantes. Origenes dicit, *Quod Moyses cum tabulis, quæ scriptam legem habuerunt, apparuerit, & Helias cum curru igneo aduenit: & inde apostoli eos cognouerant, & dignum erat vt in charitate cum domino apparentes, terribiles & præclari apparerent: quasi dicerent. Non videatur vobis durū pati pro Christo: quia ego per legem, & iste per prophetiam ipso iubente sic prænuñtaviuimus futurum.* *Domine bonum est nos hic esse, si vis, faciamus hic tria tabernacula.* Quia viderat ad punctum delectabilia Petrus, volebat ibi semper immorari, ne ad terram descenderet, vbi pro certo cognouerat eum crucifigendum. Nesciebat quid diceret, & fuerat oblitus sanctis promissum à domino in cælis regnum, non in terra: neque posse quæquam mortali circumdatum carne in mortalitate frui, nisi prius morte gustata. *Faciamus hic tria tabernacula.* Non sunt tria tabernacula faciendi, sed vnum quia trinitas licet credenda, vnus tamen Deus in substantia: & vnum ouile Christus, quod est vna ecclesia catholica. *Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos.* Quia Petrus tabernacula edificare volebat, ostendit ei dominus quod posset idem vmbraculum habere, quod præbuit Moysi cum populo suo per quadraginta annos. Seu etiam vitatissimum genus locutionis Dei per nubem ad electos suos: vt ad Iob, & ad ipsum Moysen: quia per nubem designatur lene blandimentum. *Et ecce vox de nube dicens, Quia Petrus nihil rationis dixerat, non meretur responsonem: sed pater respōder pro filio: & docet & ipsos apostolos & per illos reliquos, quia is sit filius eius non adoptiuus, sed proprius. Et illi soli figendū est tabernaculum, illi obtemperandum, & ab apostolis & à Moysē, & ab Helia. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite.* Et hoc retinendum, quod sicut in baptismo trinitas, sic etiam in monte ostensa est.
Bibl. Hom. tom. 2. A 3 B

*Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. Non est mirum, si discipuli timent valde, quia viderunt dominum glorificatum supra humanam formam, & quia Dei patris audierunt vocem per subiectam creaturam, & quia nubes tegerant eos etiam tunc errasse se cognouerant. Et accessit Iesus, & tetigit eos. Plus humanæ conditionis est, cum aliquid super se viderit, timore affici, sed iterum per vocem & tactum recreari. Quod in Daniele legimus, & in Ezechiele. Igitur, quia pro superna voce & actione dei ceciderunt, recreantur à consueta voce & tactu humano. Nolite timere. Ad nostram instructionem ista omnia facta sunt: & nō ad deflectionem. Electorum est in faciem cadere, & reprobatorum in dorsum, ut in passione de persecutoribus domini. *Leuantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Iesum.* Cum patris vox cœpit filium commendare, serui discesserunt. Et cum surgunt, non vident alium nisi dominum, ne vox quæ sonuerat, ad alium putaretur facta, nisi ad ipsum. Typice: postquam Christus apparuit, non fuit necessitas legis vmbra, vel vaticinationis prophetalis. Et descendit illis de monte, præcepit Iesus dicens. *Neminem dixeritis visum.* Non vult ut prædicentur, quæ in monte viderant in populo, ne pro rei magnitudine non crederentur, seu propter opprobrium crucis scandalum generarent, & vilia haberentur, donec cum resurrectionis triumpho, gloria regnantis vna adiuuaretur.*

THEOPHYL. EPISCOPI
Bulgar. superioris Euang. expositio.

Et post sex dies assumit Iesus Petrum & Iacobum, & Ioannem fratrem eius. Non est hoc diuersum ab eo, quod Lucas dixit quod post sermones illos facti sunt quasi dies octo, &c. Lucas & primum, & vltimum commemorat, quo ascenderunt in montem, & Matthæus autem tantum intermedios dies ponit. Assumpsit autem Petrum, ut eum, à quo diligebatur: Ioannem, ut eum, quem diligebat: Iacobum vero, quod & ipse æmulator fuerit. Et manifestum est illū ingentis zeli fuisse, tum ex eo, quod poculum se bibicum promisit, tum ex eo, quod Heterodes, ut placeret Iudæis, gladio illum occidit. Et subduxit illos in monte excelsum seorsum. In montem excelsum subduxit illos, ostendens, quod, nisi quis exaltetur, non dignus sit diuinis contemplationibus. Seorsum autem, solitus enim est Christus clariora miracula in occulto facere: ut ne videretur multis ut Deus, sed, ut apparebat, homo haberetur. Transformationem autem audiens, ne putes, quod tunc corpus abiecerit, sed mansit corpus in suo habitu. Faciem enim ipsius audis, & vestem. Fulgidior apparebat, deitate paruos quosdam radios suos declatante, & hos sicut videre poterant: propterea & regnum Dei superius dixit transfigurationem, eo quod ineffabilis eius potestas ibi resulserit, & quod germanus filius patris ostensus sit, & quod dignitas secundi aduentus in splendore faciei Christi ineffabili claruerit. *Et ecce apparuit illis Moses, & Helias cum illo loquentes.* De quo colloquebantur? De gloria, inquit, quam imperurus erat in Hierusalem. Quare autem Moses, & Helias visi sunt? Ut ostendatur quod & legis, & prophetarum sit dominus, viuens nūmque, ac mortuorum. Helias quidem est propheta, & viuit ad-

huc: Moses autem legislator, & mortuus est. Quin & ut appareat, quod non sit legi aduersarius. Non enim Moses astitisset suo aduersario, neque Helias tantus zelotes ipsum Iulheri. Præterea ut suspitionem tollat eorum, qui ipsū Heliam, vel vnum ex prophetis dicebant. Vide enim agnouissent discipuli, quod Moses, & Helias fuerint non enim à lineamentis facierum, quia imagines hominum facere tunc impium videbatur. Videtur igitur, quod ex sermonibus, quos tunc inter se conferebant, agnouerint eos. Fortassis enim alter quidem dicebat, nempe Moses; Tu es, cuius ego passionem figuram, oculo agno, & perf. cto pascha. Alter autem Helias, Tu es, cuius resurrectioem ego figuram in vidua filii. Et talia quædam. Ostendens igitur illos discipulis, docet eos tales imitari, & mansuetos quidem esse, & populares, sicut Moses: zelotas autem & constantis, sicut Helias: & quando tempus vocet, periclitantes pro veritate, illi. *Respondens autem Petrus dixit Iesu Domine, bonum est nos hic esse.* Petrus ob multam dilectionē Christum pati nolens, dicit, Bonum est hoc loco manere, & non descendere, & occidi. Nam, si quis huc venerit, habemus & Moſen, & Heliam nos adiutores. Moſes quidem Ægyptios deuicit, Helias autem ignem ex celo deduxit, & tales erunt inimicos, si qui huc contra nos venturi sunt. Hæc autem præ nimio merore loquebatur, sicut Lucas inquit, nesciens quid diceret. Insolita enim visio obitupescere eū fecerat: aut nesciebat re vera quid loqueretur, volens Iesum manere in monte, & non descendere, & pati pro nobis. Virtus tamen ne pertin. x videretur, dixit, Si vis. *Adhuc illo loquentes ecce nubes lucida obumbravit eos.* Tu quidem o Petre tabernacula quæris manifesta ut sunt: pater autem aliud tabernaculum non manufactum nubem constituit, & ostendit quod, sicut ipse in nubibus apparuit antiquis Deus existens, sic & filius suos. Lucida vero nebula hoc loco, non caliginosa sicut in veteri, eo quod non exterrere voluit, sed docere. Ex nube autem vox, ut ostendat, quod ex Deo sit. In quo bene completum mihi, hoc est, super quem requiesco, & qui in hi placet. Docet quoque illum audiendum: etiam si crucifigis voluerit, ne oblatemini. *Et quum hæc audissent discipuli, procciderunt in faciem suam, & territi sunt vehementer.* Discipuli non ferentes fulgorem lucis, neque vocem, ceciderunt in terram, & oculi eorum quasi somno grauari erant. Somnum dicit multam grauationem à visu. Ne autem timor diuinus insidens eiciat memoriam eorum, quæ viderant, suscitauit eos, & animat, solūque ipse comparat. Nec putes, quod de Moſe, vel Helia vox dicta sit, sed de ipſo. Ipse enim est filius meus. *Et quum descenderent de monte, præcepit illis Iesus dicens. &c.* Propter humilitatem denunciat nulli dicendum, ne ostendantur, qui audiunt talia, postea ipſum crucifigi videntes. Putassent enim impossibile fuisse, hæc que solum parenter fecisse. Tu autem dicē, post sex dies, id est, post mundum, qui sex diebus conditus est, Dei contemplationem futuram. Nisi enim transieris mundum, & exaltatus fueris in monte, nequaquam videbis clara, neque faciem Iesu, deitatis dicomeque vestem, hoc est, carnem. Videas autem nunc & Moſen, & Heliam colloquentes Iesu: lex enim & prophetæ, & Iesus vnum loquuntur, & consonant. Quin & quum inuenieris quendam sensum scripturæ clare interpretantem, cognosce, quod ille faciem

faciem Iesu clare videat. quod si & verba declaret, & conspiciat faciem, hic & vestes Iesu candidas videret. Vestes enim, sensum d. honores. Sed ne dixeris cum Petro, Bonum est nos hic esse: nam oportet semper proficere, & non permanere in vno gradu virtutis, & contemplationis, sed ad alia transire.

INCERTI CIVIS DAM
sub nomine Eusebij Emisſeni eiusdem Euangelij expositio.

Dominus, & Saluator noster (sicut legitur paulo superius) promisit discipulis suis, dicens, Amen dico vobis, sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo. Si enim de illo regno, & de illa gloria hoc intellegamus, in quomodum cum angelis suis se iudicium venire promissit, stare non potest. Nemo enim ibi erat ubi dominus ista dicebat, qui mortem iam non gustasset, ipse tamen ad iudicium nondum venit. Quod autem hæc intelligi debeant, sequentia manifestat. Ait enim Euangelista, *Et post dies sex assumptus Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos.* Ibi igitur sunt, de quibus modò dixerat: Qui non gustabunt in æternam, donec videant filium hominis venientem in regno suo: id est, apparentem in virtute & gloria regni sui. Transfiguratus enim dominus, talis tunc in monte tribus istis suis discipulis apparuit, qualis post hanc vitam in regno suo cunctis suis fidelibus apparebit. Sed quare Saluator noster in illam suæ claritatis speciem transfigurare se voluit, nisi ut illius gloriæ, quam prædicabat, nos redderet certiores? Unde & tres suos discipulos, qui Ecclesiæ columnæ aibi vocantur, adesse voluit, qui huius tantæ visionis testes existerent. Sufficiens enim isti tres ad hoc testificandum: quia (sicut scriptum est) in ore duorum, vel trium testium stabit omne verbum. Quis enim non credit, quod Petrus & Iacobus & Ioannes testantur? Reddē autem in excelsu monte ista fiebant, quæ postmodum in cælis fieri debebant. Fiunt verò post dies sex, quia (ut Apollolus ait) huius vitæ labore finito, qui in sex diebus agit, relinquunt sabbatismus, & requies populo Dei. Multum igitur desiderare debemus, ut hi sex dies tranſeant, quatenus regem nostrum in suo decore, suæque maiestatis gloria videamus. Scimus enim (ait Ioannes) quia, quum appareret, similes ei erimus, quia videbimus eum, sicut est. *Et respiciens faciem eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba ut nix.* Nihil Euangelista sole splendidius, nihil niue candidius inuenire poterat, cui Christi faciem, & vestimenta assimilaret. Nos tamen splendidiorum esse non dabimur. Non enim creatura creatori ad plenum similis esse potest. *Et ecce apparuit Moyses, & Elias, cum eo loquentes.* Sed quare Moyses, & Elias? In Moysen nanque legem, in Elia prophetas videmus. Videtur igitur Apolloli Moysen, & Eliam cum Christo loquentes, vident legem, & prophetas ei testimonium dantes. Unde & Abachuc propheta ait, In medio duorum animalium cognosceris. In medio nanque vique hodie duorum animalium, in medio Moysi, & Eliæ, id est in lege & prophetis Christus cognoscitur & videtur, lege libros Moysi, lege prophetarum libros, ibi

Christum inuenies, ibi enim cognosces, & videbis, ibi enim transfiguratur, ibi suis si telibus eius maiestatis gloria reuelatur. Loquebatur autem isti duo viri, ut Lucas ait, simul cū Iesu de morte eius, quam in proximo passurus erat in Ierusalem. Et fortasse læti, quia videbant suæ redemptionis, totū que humani generis diem appropinquare. *Respondens autem Petrus dixit ab Iesu n. Domine, bonum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, vna, tibi vni, Moysi vnum, & Eliæ vnum.* Cognouit igitur Petrus & Moysen, & Eliam, quos nunquam amplius viderat, quauis (ut alij Euangelistæ dicunt) quid diceret ignoraret. Ignorabat quidem, quia non à seipſo loquebatur, alius enim erat qui loquebatur in eo. Plura tabernacula facere non est necesse, tria sufficient. De tribus enim tabernaculis Apollolus scribēs ait: Tabernaculum factum est primum, in quo erat candelabrum, & mensa, & propositio panum, quod dicitur sancta. De secundo vero sic ait: Post velamentum autem secundum tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorum, aureum habens thuribulum, & arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua vna aurea habens manna: & virga Aaron, quæ fronderat, & tabule testamenti. De tertio verò sic, Christus (inquit) assistens pontifex futurorum per amplius, & perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non hominis creationis: neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiit semel in sancta, æterna redemptionis inuenta. Primum igitur tabernaculum est synagoga, secundum Ecclesia, tertium cælum, & primum quidem fuit Moysi, qui illius populi princeps fuit: secundum autem est Elia, de quo dominus ait, Elia quidem venturus est, & restituet omnia: tertium vero, Christi, de quo Apollolus ait, Non enim in manufacta sancta introiit Iesus, sed in ipsum cælum, ut appareat vultui dei pro nobis. Primum in vmbra fuit & figura: secundum in figura est, & veritate: tertium in veritate sola. In primo ostenditur vita: In secundo daturum testis possidet. Non enim sacramenta Ecclesiæ, sicut sacramenta synagoge, medicinam docent, & ostendunt, sed ipsa potius sunt medicina, & remissio peccatorum. Et primum quidem tabernaculum habuit candelabrum, patriarchas videlicet, & prophetas, habuit & mensam, legem scilicet iuxta literam: in qua mensa erant panes, id est cibi spirituales, qui in illa continuabatur. Sed quid illud candelabrum, mensam & panes habuille profuit? Apollolus enim dicit, Cæcitas ex parte contigit in Israël, & propheta, Quis cæcus nisi populus meus? Hæcque, hæcæ cor populi huius. & Psalmista, Fiat (inquit) mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retibus, & in scandalum, paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Sic igitur Iudæi habentes non habuerunt, & legem tenentes nescierunt. Secundum autem tabernaculum thuribulum aureum habuit: ipsos videlicet Apollolos, qui odorem uocitæ Dei manifestant in omni loco, aliis erant odor vitæ ad vitam, aliis odor mortis ad mortem, & arcam: arca verò & Ecclesia idem significant: quæ bene auro circumtectæ dicitur, quia & interiorius per scientiam, & sanctitatem, & exteriorius per prædicationem, & operationem resurget. In hac autem est vna aurea, habens manna: Christus videlicet dominus noster, ut per vnam humanitatem, & per manna diuinitatem intelligamus. In

E V T H Y M I I Z I G A B O N I
superioris Euang. expositio.

hac est & virga Aaron quæ fronderat: per quam beatam Mariam virginem intelligimus, quæ contra naturam floruit, contra naturam concepit, & peperit, sicut & illa virga cum esset sicca cõtra naturam, & flores & frondes & nuce germinavit. Tabula verò testamẽti, quæ ibi erat, vtriusque testamenti scientiam, sanctam ecclesiam & habere & possidere significabant. De tertio verò tabernaculo nihil tale dicitur: non candelabrum, non mensa, non arca vel vna ibi ponitur: nihil est ibi in figura, omnia in veritate. Vnde Apostolo, ait Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum. Hæc sunt igitur tria tabernacula, quæ beatus Petrus in extasi positus facere voluisse narravit. Sequitur: *Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos, & ecce vox de nube dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit, ipsum audite.* In nube enim Deus apparuit, quia in sua maiestate ab hominibus videri nõ potest, sicut ipse ait, Non me videbit homo & viuet. Possumus autem per hanc nubem, diuinam scripturam significare, quæ aqua sapientiæ plena, intelligentibus lucida, non intelligentibus obscura apparet. In hac autem nube omnipotens Deus audiri quidem potest, videri autem & intelligi cuti est, omnino non potest. Vbi que enim loquentem audimus, nusquam autem nisi per speculum & in ænigmate, eum videmus. Ipse enim in prophetis, ipse in apostolis loquitur, Vnde ipse dominus ait: Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Nubem igitur videre possumus: ipsum autem qui in nube loquitur, videre non possumus. Nam & modò in hac nube sacri Euangelij eum loquentem audimus, eum tamen non videmus. Cuius enim nisi illius vox est, hoc quod istæ literæ sonant, *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit* Bene enim in filio suo sibi complacuit, qui in hominis creatione sibi displicuit. Vnde & ipse ait, Poenitet me fecisse hominem. Hunc autem audire, huic & credere & obedire nos admonet. Cui enim, nisi sapientiæ, iustitiæ, & veritati, credere debemus? Ipse enim est Dei virtus & Dei sapientiæ: ipse est via, veritas, & vita. *Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde.* Quid enim si speciem eius vidissent, qui eius vocem ferre non potuerunt? *Et accessit Iesus, & tenuit eos, dixitque eis, Surgite, & nolite timere.* Beati illi, quos tangit Iesus: beati illi, quos salus tangit, & vita, illi enim surgunt, illi sine timore & securi sunt. Rogemus igitur eum, vt & nos tangat, & à somno stuporis & insipientiæ excitet, atque ad se videndum oculos nobis aperiat. *Leuantes autem oculos suos neminem viderunt nisi solum Iesum.* Sufficit enim videre Iesum, sufficit videre illam lucem, quam qui sequitur, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ: *Et descenditibus illis de monte, præcepit Iesu dicens, Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis à mortuis resurgat.* Conueniens enim erat, vt hæc tanta eius gloria tunc primum prædicaretur, quando carnis mortalitate exutus, nouæ resurrectionis gloria & decore indueretur.

ET post sex dies assumit Iesus, &c. Lucas autem dixit post octo: nec tamen contrarius est. Siquidem annumerauit ille & duos dies alios, hunc videlicet, quo prædicta loquutus est Iesus discipulis, & eum quo illos assumpsit: Matthæus vero, vtroque prætermisso, medios tantum enumerauit. Quare autem solos hos tres assumpsit non modo tantum, sed aliàs frequentius, sicut in progressu inuenimus? Quia cæteris discipulis præstantiores erant: Petrus quidem eo quòd valde diligeret eum propter fidei feruorem, Ioannes vero, quia plurimum diligebatur ab illo, propter virtutum excellentiam Iacobus autem, quia grauis admodum erat Iudæis intantum vt Herodes, occiso illo, maximam præstitit gratiam Iudæis. Vide autem quo modo Matthæus non occultauit illos, qui sibi præpositi sunt. Hoc autem & Ioannes plerisque in locis facit, præcipua Petri encomia libenter describens: Apostolorum namque chorus expers erat inuidiæ. Ideo autem, quum dixisset Christus: Sunt quidam de hic stantibus, horum occultauit nomina, ne cæteros contristaret: nam indignos sese arbitrat, doluissent despicere. *Et subduxit illos in montem excelsum seorsum.* Lucas autem dicit, quod assumpsit illos, ascenditque in montem vt oraret. *Et transformatus est coram illis, &c.* Subduxit illos in montem excelsum, vt à nullo alio conspici possit: ideo etiam addit, *seorsum.* Nihil enim faciebat ad gloriam, sed omnia ad vilitatē. Præterea, vt discamus oportere à terrena subleuari humilitate eum, qui diuinam contemplatione dignus habendus est. *Et transformatus est, corpore quidem in propria figura manente, diuino vero splendore modicum quiddam in eo detegente, ac faciem eius illustrante, speciemque illius ad maiorem Dei similitudinem immutante.* Coram eis autem, ne transformatum ipsum intui, alterum esse suspicarentur: vt qui scirent eum facillime, quod velit, facere posse. *Splenduit vero facies eius sicut sol, quia ita illis apparuit: ille enim supra solem erat, diuinus quidam, & ineffabilis. Vestimenta autem eius facta sunt candida sicut lumen, diffusio etiam in illa splendore: Itaque, si nostrum quoque aliquis Iesum, vt Petrus, amauerit, & amatus ab eo fuerit vt Ioannes, ac inimicis illius grauis fuerit vt Iacobus: inimici vero illius præcipui sunt demones: subducetur ab eo in montem excelsum, siue in altitudinem cognitionis: & gloriam illius intuebitur, quantum homini permiffum est: dico sane mysteria, quæ multis occultata sunt, ac inuifa. Non erit autem præter intantum aut interpestium, vt dicamus faciem Iesu intellectum sermonum illius: vestimenta vero eius dictiones sermonum, quibus occultatus in eis intellectus tanquam vestimentis induitur: talisque eius facies apparebit, splendens, ac illuminans eos, qui in illam desigunt oculos: & rursum talia eius vestimenta candida sunt, nihilque tenebrosum, aut obscurum habentia. *Et ecce visi sunt Moyses, & Elias cum eo loquentes.* Propter multas causas secum affate fecit Moysen, & Eliam. Quia enim turbæ dicebatur; hi quidem Ioannem esse Baptistam, alij autem Eliam, alij vero Ieremiam, aut vnum veterum prophetarum: constituit coram se tanquam seruos, eos, qui in veteri testamento insigniores resulerant, vt describerent,*

scrimen, quod est inter se, & illo appareat, & quantum ipse ab illis differat. Hæc itaque vna fuit causa. Altera rursum: quia accusabant illum de legis transgressione dicentes: Non est hic à Deo, quia sabbatum non custodit: Rursusque blasphemiam eum accusabant, & quòd Dei gloriam sibi vendicarent dicentes: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, & quia, homo quum sis, facis teipsum Deum: affate fecit coram se Moysen, vt ostenderet, quòd si legis transgressor esset, nequaquam in modum serui legislator sibi attulisset: Eliam vero, vt appareat, quòd, si blasphemus esset, nequaquam is, qui semper Dei gloriam vehementer amauerat, ac tuitus fuerat, tanquam seruus illi attaret, qui Deo contrarius esset. Tertia quoque causa, vt mortis, vitæque dominus cognosceretur. Moyses enim mortuus erat, Elias autem viuus & vt videntes postmodum discipuli illum morientem, intelligerent quòd hæc voluntarie pateretur, & cogitaret, quod nequaquam moreretur inuitus, qui mortis, vitæque esset dominus. Potest & alia addi causa, quòd hos propter discipulos adduxit, vt ad eorum imitationem excitarentur. Siquidem Moyses lingue tardioris erat, Elias vero durior, ac asperior:ambo etiam inopes erant, & aduersus tyrannos magna loquendi libertate vsi sunt, Moyses quidem aduersus Pharaonem, Elias vero aduersus Achab: & à peruersis hominibus, qui à se magni effecti erant beneficiis, plurima passi sunt pericula, & nec se destiterunt eos ad bonum semper dirigere. Vtque vehementius imitarentur Moysi quidem clementiam, Elie vero zelum quem pro Deo gerebat: vtriusque autem administrationem, laborumque tolerantiam: milles namque, quod in se erat, pro Dei beneplacitis moriebantur, & pro populo sibi concredito, suaque perdendo animas, inuenerunt eas. Colloquebantur autem cum eo, ostendentes quòd lex, quæ per Moysen data erat, ac sermo, qui per prophetas de morte eius fuerat, conformiter cum illo præsignauerant: ille quidem in figuris victimarum, hic autem in diuersis victimis. Lucas vero dicit, quòd etiam hi in gloria, siue splendore apparuerunt: vt dicamus, quòd omnes, qui secundum Deum vixerunt, diuinum induunt splendorem. Quid autem colloquebantur cum eo? Rursus hoc docuit Lucas, dicens, quòd dicebant excessum eius, quem completurus erat Ierosolymis, excessum vocans ac hac vita exitum, siue transitum. Quædam autem exemplaria non *isodop*, id est, Excessum sed *isepop*, id est, gloriam habent: nam gloria quoque appellatur crux ipsa. Aliis siquidem omnibus probum erat, vt pote magnorum pena criminum: soli vero Christo gloria facta est, magni videlicet erga nos amoris præmium. Quis enim grati habens animum, audiens, quòd, qui omni dignus erat honore, huiusmodi pro nostra salute perpeffus est ignominiam, non glorificabit illum? Est & altera ratio, iuxta, quam dicitur, Crux gloria eius, quam suo referemus tempore. Intantum vero Moyses, & Elias dicebant excessum eius, & gloriam eius, hoc est, loquebantur de exitu, vel de gloria eius, siue de cruce eius, quomodo crucifigendus erat. Dignum est autem, vt inquiramus, vnde discipuli post tam multos annos Moysen, & Eliam agnouerunt. Neque enim apud Hebræos erant imaginum tabule. Dicimus ergo, quòd in libris quidam veterum Hebræorum species insignium vitorum posteris reliquerant, quas legentibus,

tes, inde eos agnoscebant. Verisimile quoque est, ex traditionibus vna voce traditis in memoria habitas fuisse illorum species, aut figuras. Fortassis autem & ex diuina reuelatione illos agnouerunt.

† *Aut etiam aliter: Iuxta Christum apparent Moyses, & Elias, significantes quod mysteria legalia, ac prophetalia in vnum intendunt Christum, & ea, quæ Christi sunt, præsignant.*

Domine, bonum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, † tibi vnum, & Moysi vnum, & Elie vnum. Quum Petrus vehementer præceptorem amaret, nec velle eum abire Ierosolyma, nec eo digressus pateretur, sicut prædixerat: palam quidem non audeo eum prohibere, ne rursum increparetur: viso autem, quòd mons magnam haberet securitatem, vt pote infidiatoribus incognitus: simul autem Moysen, & Eliam idoneos, qui vlciscerentur: Nam ille plurimas Gentes diuicerauit, hic vero ignem super quinquegonarios de cælo detraxerat: consulto illi dicens: *Bonum est nos hic esse.* Cognito autem, quòd male loquutus fuisset ex propria mente statuens, addidit: *Si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, & Moysi vnum, & Elie vnum.* Quid ais, ô Petre? Paulo ante naturalem hunc Dei filium confessus es, nunc autem eum seruis dominum connumerans, etiam ab ipsis seruandum eum speras: Vide quomodo ante passionem imperfecti admodum erant discipuli. Simul autem Petrus duplam tunc mentis commotionem sustinebat: hinc quidem trepidans pro magistro, illinc vero à supernaturari illo aspectu turbatus est & confusus, taliaque loquebatur neficiens quid diceret, sicut dixit Lucas, hoc est, quod inconsiderate loquebatur. Marcus autem ait: Neque enim sciebat, quid loquutus esset, id est, non nouerat quid aliud melius loquutus esset, vel loqui posset. Deinde addidit & causam dicens, quod erant exterriti. Lucas vero scripsit, quòd erat somno grauati: Exterriti quidem vita specie plusquam humana: Grauebantur autem somno præ sopore, qui à splendore procedebat: neque enim nox erat, sed dies, splendoris tamen excellentis obscurabat illorum oculos, ac mitem aggrauabat, donec perfecte experrecti, sicut dixit Lucas, siue ad se à tali sopore, & obtenebratione reuerti, viderunt, quantum possibile erat, gloriam eius. Petrus itaque confusam adhuc mentem habens, inconsiderata, & incongrua loquebatur.

† *Tria tabernacula intelligi possent tres ad salutem dispositiones, videlicet operationis, contemplationis & theologia. Operationis itaque typus fuit Elias sortis, ac temperatus. Contemplationis Moyses legislator, ac iuris dator. Theologia vero Christus vt pote omnimode perfectus. Hæc autem tabernacula sunt, comparatione futurarum quietum incomparabiliter meliorum.*

Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit illos, & c. Nubes, & vox, vt certiores redderentur Dei esse vocem: didicerant enim, quòd Deus in nube veheretur: Pones inquit nubes ascensum suum: multa que huiusmodi frequenter habet scriptura. Considera vero, quo pacto, dum minatur, obscuram ponit circa se nubem, vt super Sina: nunc autem filium ostendere volens, lucidam illam habet. *Dicis: Hic est filius meus dilectus, & c.* Hæc etiam, quam Saluator baptizaretur, dixit cælitus pater: sed ibi propter circumstantium multitudinem, hic autem maxime propter Petrum: ac si diceret vox patris; Quid

hanc 10.

Matth.

Ioan. 11.

Luc. 9. 18.

Luc. 9.

4. Reg. 1.

Matth. 9. Luca 9.

Psal. 103. Exod. 9.

Supra 1.

Quid timēs, o Petre, de Iesu: hic est filius meus: nec simpliciter filius, ut ij, qui per virtutem à me sunt adoptrati, sed dilectus, siue electus tanquam vnigenitus: nec id tantum, verum etiam, in quo mihi com- placitum est, hoc est, in quo requiesco, in quo oble- ctor, ut in vnamini, & æquali mihi: ergo ne illi ti- meas. Quantumcūque enim illū diligas, non adeo eum diligis, vt ego. Triplex est nanque apud me vis amoris erga illum. Siquidem tanquam filium illum diligo, & tanquam dilectum, & tāquam me recreantem, mihique placentem. Reliquum est igitur, vt, si huius non fidis potentiz, at meæ fidas. Nemo enim adeo dilectum irrationabili causa des- tituit. *Ipsū audite.* Huic obedite: huic credite, si quid aut dixerit, aut fecerit. Quod si etiam crucifi- gi voluerit, nemo illi obstitat: vos enim ignoratis dispensationis suæ mysterium. Nam quicquid ipse & dicit, & facit, mea voluntate & dicit, & facit, Ipsū itaque audite, lege Moisaica, propheticaque sacrorum initiationibus relictis: complementum siquidem legis, ac prophetarum est Christus: & iam omnia illa completa sunt, vt pote que

vsque adhuc solum protendebantur. *Ad audiam vocem, discipulis procedunt, &c.* Arqui prius etiam in Iordane vox facta est huiusmodi: & post hæc rur- sum, quando tonitru dicebant factum esse: & nul- lus quicquam tale passus est: quomodo ergo nunc hi prociiderunt in faciem suam? Quia altitudo ma- gna erat, profundaque solitudo, ac multum silen- tium. Præterea trāsformatio facta est horroris ple- na, & lux immortalis eluxit, ac subito desuper cir- cumposita nube, voceque super eos delapsa, meri- to percussi sunt, & exterriti. Potest quoque & ali- ter dici, quod prociiderunt in faciem suam, hoc est, ad- orauerunt. *Et accedens Iesus tetigit eos dicens. Surgite & nolite timere.* Miseratus est imbecillitatem eorum, & cito soluit timorem. *Elenas autem oculis suis ne- numen viderunt nisi Iesum solum.* Vt certiores redde- rentur, quod de ipso facta esset vox, solus iam illis videretur. *Et descendens illis de monte, &c.* Quanto enim maiora de eo dixissent, tanto difficilius cre- dibilia viderentur. Iubet ergo visionem hæc ab il- lis occultari, quia futurum erat, vt neque ipsi per- suadere possent, & Iudæi magis exasperarentur.

FERIA II. POST DOMINI- CAM II. QVADRAGESIMAE. IOAN. 8.



N illo tempore dixit Iesus turbis Iudæorum. Ego vado, & quaeritis me, & in peccato vestro moriemini: Quo ego vado, vos non potestis venire. Dicebant ergo Iudæi: Nunquid interficiet semetipsum, quia dixit: quo ego vado, vos non potestis venire? Et dicebat eis: Vos deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego non de hoc mundo. Dixi ergo vobis, quia in peccatis vestris moriemini. Si enim non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccato vestro. Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dixit eis Iesus: Principium, qui loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui & iudicare: sed qui me misit, verax est, & ego quæ au- diui ab eo, hæc loquor in mundo. Et non cognouerunt quia patrem eius dicebat Deum. Dixit ergo eis Iesus: Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum: & a meipso facio nihil: sed sicut docuit me pater, hæc loquor. Et qui me misit, mecum est: & non reliquit me solum, quia ego quæ placita sunt ei, facio semper.

ⁱ De futuro quasi de presenti loquitur. ^h Persequendo in apostolis. ^c Permanentes. ^d Vos inimici nunquam, sed amici mei: & si non modo, postea tamen poterunt: quibus alibi idem dicit quod istis. ^e peccato vestro moriemini: Quo ego vado, vos non potestis venire. ^o Dicebant ergo Iudæi: Nunquid interficiet semetipsum, quia dixit: quo ego vado, vos non potestis venire? Et dicebat eis: Vos deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego non de hoc mundo. ⁱ In quo nati. ^k Carnaliter sapientes, & terrenæ essentiz ignati. ^l Quod dixisti: Ego sum: & non addidisti quid? nunc ergo dic quis es, vt credamus. ^m Factus homo propter vos vt possitis me intellegere. ⁿ Idem est audire ab eo quod esse ab eo. ^o Id est, veritatem. ^p Quia prius est passio implenda per manus vestras, post ex vobis aliquis credens, ne quis ergo desperet de quanto canque sceleret, dicebat Deum. ^q Aliqui ex vobis. ^r Nota inter eos fuisse aliquos qui credituri erant. ^x Id est, scientem genuit. ^s cognoscetis, quia ego sum: & a meipso facio nihil: sed sicut docuit me pater, hæc loquor. ^t Idem iam dixerat, sed quia res magna, assidue commemorat. ^v Pater. ^x Filium. ^y Quare non reliquit. ^z Non tamen misit vt ego, quia non incarnatus, nec venit.

GLOSSA

GLOSSA ORDINARIA in superius Euang.



Ego vado. Quasi sponte: & ideo frustra laboratis. Vadit illo vnde venerat, & vnde non discesserat. Querereis. Ideo persequentes assumptum in celis non vt amici habere cupientes. Vnde eis penam prædicit: *In peccato vestro morietur. Nunquid inter.* Stulta verba: quasi si de morte diceret, non possent eum sequi ad mortem. Dicebat ergo non de morte, sed de gloria ad quam ibat per mortem. vnde illis carnalibus subdit: *Vos deorsum estis.* Et ideo terram sapitis: sicut serpens terram comeditis. *Dixi er.* Hic exponit quid sit esse de mundo, id est, esse peccatores infideles, terrena sapientes. Vnde hoc eis exponit. *Si enim n.* sed contrariū spem dat credituris. *Credideritis.* Credideritis dicit, non perceperitis, quia nemo nunc capit immutabilem essentiam. *Ego sum.* Nō dicit quid, vel Christus vel filius Dei, vel aliud huiusmodi: sed ad istos vitat verbo æternæ essentiz, sicut olim ad Moysen quem mittebat ad liberandum Israel. *Q. d. qui misit Moysen ad liberandum filios Israel:* ego per meipsum veni liberare perditos. Cætera verò omnia quæ mittuntur, non verè sunt. *Princi.* August. Credite me principium. Et est in Græco sceminini generis. ac si diceret: Credite me veritatem qui loquor vobis. Pater dicitur principium non de principio, filius dicitur principium à principio, id est, à patre, per quem omnia. Omnia enim per filium pater operatus est. Ipse manus dextera, fortitudo, sapientia, & verbum est patris. August. Ecce quid est esse, quia principium in se manet, innouat omnia, & mutari non potest. *Loquor.* Et habeo vobis multa loqui, docendo, si credideritis: accusando si non credideritis: & qui modo non iudico, sed saluo, habeo post iudicare. Habeo dico, sed totum ex patre, qui verax est ex se: ex quo ego sum veritas quam genuit ex se: & ideo vera dico, & iudico. Ecce quomodo dat gloriam patri cuius qualis est, vt doceat nos minores dare gloriam Deo. *Et non cognouit.* Cum dicit, qui misit me, verax est, non intellexerunt, quod de patre diceret: quia adhuc habebant clausos oculos. Et ideo subdit eis: Cum exaltate si vbi ostendit aliquos ibi esse, qui post passionē suam essent credituri & cognituri quis ipse esset. *Quia ego sum.* Esse est immutabile diuinæ substantiæ. Sed ne ipse qui loquitur intelligeretur esse pater. subdit: Et à meip. fa. ni. quia à meipso non sum, sed à patre. *Quia ego, &c. fa. sem.* Semper ipsa æqualitas est. Semper nō ex quodam initio & deinceps, sed sine initio & sine. Dei enim generatio non habet initium temporis, quia per vnigenitum facta sunt tempora.

CATENA AVREA in idem Euang.

Avgust. Quia supra dictum est quod nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius: modo de ipsa sua passione quæ posita erat, nō eius necessitate, sed potestate, locutus est Iudæis. vnde dicitur: Dixit er. ite. Ie. Ego vado. Christo enim domino mors, profectio fuit illuc vnde venerat & vnde discesserat. Hæc autem verbum connexio talis esse videtur, vt hæc vno tempore, vno quoque in loco, vel certè alio tempore

aliòque in loco geri potuissent: quoniam nihil interponi, & quædam vel multa poterunt. Ori. Sed obicit aliquis sic, Si his qui manebant in incredulitate ista dicebat: quomodo eis dicit, & quaeritis me? querere enim Iesum: est quaerere veritatem & sapientiam. Sed dices: quia & de persequentibus aliquando dicitur quod quaerant eum capere: differentiz enim sunt eorum qui quaerunt Iesum. Non omnes enim pro eorum salute & utilitate quaerunt eum, propter hoc solum hi qui rectè quaerunt eum, inveniunt pacem. Rectè autem quaerere dicuntur, qui verbum quod est in principio apud Deum quaerunt: vt illos patri adducat. Aug. *Queritis ergo* (inquit) me, non pio desiderio, sed odio. Nam illum, postea quam abcessit ab oculis hominum, inquisierunt & qui oderūt & qui amabant: illi persequendo, isti habere cupiendo. & ne putetis quia me bene quaeritis: In peccato vestro moriemini, hoc est Christum malè quaerere, in peccato suo mori: hoc est illum odisse, per quem solum posset salus esse: dixitque sententiam præscius quod in peccatis suis morietur. Bed. Sed nota quod peccato in singulari numero vitur, sed vestro, in plurali, vt idem omnium scelus ostenderet. Origen. Quæro autem propter quid infra dicitur: quod hoc ipso loquente multi crediderūt in eum? nunquid ad omnes præsentis dicit, in peccato vestro moriemini? sed illos dicebat quos sciebat non esse credituros, & propter hoc in eorum peccatis esse mortuos: & non valentes post ipsum sequi. nam sequitur: *Quo ego vado.* &c. Vbi, scilicet veritas & sapientia est: hoc est enim vbi est Iesus. Nō possunt aut, quia non volunt: si enim voluissent, & non potuissent, non rationabiliter eis diceretur: *In peccato vestro moriemini.* Aug. Hoc autem & discipulis alio loco dicit, nec tamen dixit eis: *In peccato vestro moriemini:* sed quod ego vado, vos non potestis venire: modò non abtulit spem, sed prædixit dilationem. Ori. Præsens autem verbum minatur Christi recessum, sed quoadiu seruamus ea qui animæ nostræ sunt iusta veritatis semina, nequaquam recedit à nobis verbum Dei. Si verò à lapsu in malitiam corruptamur, tunc dicitur nobis, ego vado: & cum quaeremus eum, nequaquam inueniemus, sed in peccatis nostris moriemur, ab ipsa morte occupati. Non oportet autem pertinere in exquirite, quod dicitur: *In peccatis vestris moriemini.* Si enim communiter accipiat, manifestum est quod peccatores in peccatis eorum moriuntur, iusti vero in iustitia: si verò dicitur, *Moriemini:* sicut qui ad mortem peccat, moritur. Manifestum est quod hi quibus talia dicebatur nequaquam mortui erant, sed vivebant in infirmitate animæ, sed infirmitas illa ad mortem erat, propter hoc medicus videns eos grauiter infirmantes, dicebat: *Et in peccatis vestris moriemini,* & sic manifestum erat illud, *Quo ego vado, vos non potestis venire.* Cum enim aliquis in suo peccato moritur, quo vadit Iesus non potest ire: nullus enim mortuus potest sequi Iesum. Nō enim mortui laudabunt te domine. Aug. His autem verbis auditis quomodo solent carnalia cogitates interrogauerunt. nam sequitur: *Dice er. Iudas Nunquid intersi semetipsum quia dixit ego va. vos non po. venire?* Stulta verba. Quod enim non poterant illi venire quo ipse perexiit, si interficeret semetipsum, nūquid ipsi non erant mortui? Ergo quo ego vado dixit, non quo itur ad mortem, sed quo ipse ibat post mortem. Theo. Per hoc enim manifestauit quod

quod resurget in gloria, & sedebit ad dexterā Dei. Orig. Queremus tamen si hoc ab eis de saluatore dicitur, alius aliquid cernētib. Multa etiam aut ex traditione, aut ex apocryphis ipsos cōtingebat videre prae multis. Fortē igitur in his quae tradita sunt de Christo, erat iuxta sanas traditiones propheticorum sermonū, sicut generari eum in Bethlehem: sic & de morte eius ut hoc modo transire deberet ab hac vita, quomodo ipse dicit: Nemo tollit animam meā à me, sed ego pono eam: quare quod hic dicitur, *Nunquid interficiet se*, non secundum simplicem sensum dicitur, sed secundum aliquam Iudaeorum de Christo traditionem: multum enim ex hoc quod dixerat, *Ego vado*, apparet potestas voluntariē morientis corpore derelicto. Aestimō autē quod ignominiosē proferentes hoc quod secundum traditiones suas de morte Christi ad ipsos deuenerat: & non gloriam dantes dixerunt, *Nunquid interficiet semetipsum?* Oportebat enim eos cum demonstratione gloriae sic dicere: Nunquid anima eius cum ipsi placuerit, egredietur relicto corpore? dominus autem ad eos, qui terrena sapiebant, tanquam ad terrenos loquitur. vnde subditur, *Et dicit eis: Vos de deo estis*. id est, terram sapitis: sursum cor non habetis. Chryf. q. d. Non est mirum vos talia cogitate, homines carnales & nihil intelligentes spirituales: ego de supernis sum. Aug. de quibus supernis? Ab ipso patre, quo nihil superius. Vos de hoc mundo estis: ego non sum de hoc mundo. quomodo enim erat de mundo, per quem factus est mundus? Bed. Et qui ante mundum fuit: illi autem de mundo erant, quia postquam mundus esse cepit, fuerant creati. Chryf. Vel propter mundanas & vanas cogitationes hoc dicit, Ego non sum de hoc mundo. The. Nihil mundanum siue terrenum affectans vnde nullatenus ad tantam insaniam deuenerim, vt meipsum occiderem. Sed Apollinarius malē suspiciens hunc sermōnem ait: quod corpus domini non fuit de hoc mundo, sed desursum cælitus descendit. Nunquid igitur & apostoli quibus à domino dictum est: Vos nō estis de mundo: omnia corpora sunt cælitus obtinentes? Sic igitur intelligendum est cum dicitur. Ego non sum de hoc mundo: hoc est, non sum de numero vestrum qui mundana curatis. Orig. Alius autem sensus est eorum quae sunt de sursum, & eorum quae sunt de hoc mundo. Deorsum enim sicut de loco aliquo intelligitur, sed mundus materialis, locis quidem diuersis continetur, qui omnes quantū ad immaterialia & inuisibilia deorsum sunt: quo ad mundū verō comparandum, mundi loca erunt vtiq; quaedam deorsum, & quaedam sursum. Vbi autem est thesaurus vniuscuiusque, ibi est & cor eius. Si itaq; aliquis thesaurizat in terra, deorsum efficitur. Si verō aliquis thesaurizat in cælis, sit desuper: sed & transcendens omnes cælos, in fine beatissimo inuenitur. Et iterum: Qui circa hunc mundum est amor, facit eum qui de hoc mundo est: qui autem non diligit mundum, nec ea quae sunt in hoc mundo, non est de mundo hoc. tamen est aliquis alius mundus praeter hunc sensibilem mundum, in quo sunt inuisibilia: cuius visum & decorem videbant hī qui mundo sunt corde. Sed & ipse primogenitus omnis creaturæ potest dici mundus, prout est summa sapientia: omnia enim in sapientia sunt facta: in ipso itaq; erat totus mundus, intantum differens à mundo materiali, in quantum differ ratio totius mundi ab omni materia denudata à mate-

riali mundo. Anima ergo Christi dicit, *Ego non sum de hoc mundo*, quia non conuerteratur in isto mundo. Aug. Exponit autem dominus quid intelligi voluerit, cum dixit: vos de hoc mundo estis: quia, scilicet peccatores erant: omnes autem cum peccato nati sumus, omnes viuendo ad id quod nati eramus, addimus. Tota ergo infidelitas Iudaeorum ipsa erat non peccatum habere, sed in peccatis mori. vnde subdit: *Dixit et. v. quia. &c.* Credo autem in illa multitudine quae dominum audiebat, & eos fuisse qui credituri erant: quasi in omnes autem processerat illa severissima sententia, in peccato vestro moriemini. Ac per hoc & illis qui credituri erant, spes erat ablata: reuocauit ergo eos ad spem, adiungens: *Si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro.* Ergo si credideritis, quia ego sum, non moriemini in peccato vestro. Chryf. Si enim propter hoc venit ut peccatum tollat, & aliter non contingit illud exuere nisi per laueris: nec contingit eum qui non credit ex hac vita abire, veterem hominem, id est, peccatum habentem: non solum quia non credit, sed etiam quia priora peccata habens, hinc recedit. Cum autem dixit, *Si non credideritis quia ego sum*: quia nihil addidit, multum est quod commendauit quia sic etiam & Deus Moysi dixerat, *Ego sum qui sum*: sed quomodo audio, *Ego sum qui sum*: & nisi credideritis: quia ego sum, quasi alia non sint? Sed prorsus qualiscunque excellentia si mutabilis est, verè non est. Non enim est ibi verum esse, vbi est & nō esse. Discute rerum mutationem, inuenies, fuit & erit. Cogita Deum, inuenies, est: vbi tempus praeteritum esse non potest. Vt ergo tu sis, transcendente tempus. Hæc itaque promittens, ne moriamur in peccatis nostris: nihil aliud mihi videtur his verbis dixisse, *Nisi credideritis quia ego sum*: quia nisi credideritis quia Deus sum. Deo gratias: quia dixit, *Nisi credideritis*: non dixit, nisi ceperitis, quis enim hoc capiat? Ori. Manifestum est autem quod qui moritur in peccatis suis quamuis dicat se Christo credere, tamen in veritate non credit: qui enim credit iustitiam, non iniustitiam faciet: & credens in sapientiam, nihil stultum dicit aut facit, & sic si scrutatus fueris ceteros intellectus Christi, inuenies quomodo qui non credit Christo, moritur in peccatis suis. Accedens autem ad contraria eorum quae considerantur in Christo, in peccatis suis moritur. Dicebant ergo ei: *Tu quis es?* Dixit eis Iesus: *Principium qui &c.* August. Quia dixerat supra dominus, *Nisi credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris.* Interrogant illi velut quærentes nosse in quem deberent credere: ne in suo peccato morentur, vnde dicitur: *Dico. et. ei. Tu quis es?* Non enim cū dixisti, *Nisi credideritis quia ego sum*: addidisti, quis esses, scilicet, sciebat autem ibi quod sanus esse crediturus, & ideo cum dixissent: *Tu quis es?* vt scirent quid illum credere deberent. *Di. et. Ies. Princ. qui, &c.* Non tanquam diceret principium sum: sed tanquam diceret, Principium me credite: quod in pronomine Graeco euidenter apparet, vbi principium feminini generis est. Principium ergo me credite, ne moriamini in peccatis vestris: principium enim mutari non potest, in se manet, & innouat omnia. Absurdum est autem vt filium dicamus principium, & patrem principium: non dicamus: non tamen duo principia, sicut nec duos deos. Spiritus autem sanctus patris & filij est spiritus, nec pater est, nec filius. Pater tamen & filius & spiritus sanctus sunt vnus Deus: vnū lumen, vnū princi-

principium. Addidit autem: *Qui loquor vobis*: quia humilis propter vos factus, ad ista verba descendit. Ergo credite me esse principium, quia vt hoc credatis, non solum sum principium, sed & loquor vobis. Nam si principium sicut est, ita maneret apud patrem, vt non acciperet formam serui, quomodo ei crederent, cum infirma corda intelligibile verbum sine voce sensibili audire non possent? Bed. Sanè in quibusdam exemplaribus inuenitur, *Qui & loquor vobis*, sed congruentius esse probatur si quia legatur: vt iste sit sensus, Principium me esse credite, quia propter vos ad hæc descendit, Chryso. Vel ali. Consideranda est amentia Iudaeorum, qui post tempus tantum & signa & doctrinam interrogant. *Tu quis es?* Quid igitur Christus à principio loquor vobis quasi dicat. Sermones meos indigni estis audire: non solum vt dicam vobis, quis ego sum: vos enim omnia tentantes loquimini, & hæc omnia possem arguere & vos punire. vnde sequitur: *Multa habeo de vobis, &c.* Aug. Suprà dixit: Ego non iudico quemquam, sed aliud est, Non iudico: & aliud, habeo iudicare, non iudico, dixit ad præfens. Quod autē dicit, *Multa habeo de vobis loqui & iudicare*: iudiciū futurum dicit. Ideo autē verus in iudicio ero, quia filius veracis, veritas sum, vnde sequitur: *Sed qui misit me, &c.* Verax est pater, nō participans, sed generans veritatem. Nāquid enim dixisti sumus, Plus veritas quæ verax? si hoc dixerimus, filij incipientes dicere patre maiorem. Chr. Dicit autem hoc vt non æmetem, quoniam tot audiens est imbecillitate non punit, aut quia eorum cogitationes & contumelias non nouit. The. Vel quia dixerat, *Multa habeo de vobis loqui & iudicare*: iudiciū futuro seculo referens subiungit: *sed qui me misit, verax est.* Quasi dicat. Et si vos infideles estis, pater meus verax est: qui diem stabilivit, in quo vobis retributio fiet. Chryso. Vel aliter: Si in hoc me misit pater, non vt iudicem mundum, sed vt sanem mundum: verax autem est pater. Conuenienter nullum ego nunc iudico, sed hæc loquor quæ sunt ad salutem: non quæ ad iudicium, vnde sequitur: *Et ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in munda.* Alc. Audisse autem à patre, idem est & esse à patre: quia ab illo habet audientiam à quo habet essentiam. Aug. Dat gloriam patri æqualis filius, tanquam dicat: Do gloriam ei cuius sum filius: quomodo tu sapientibus es aduersus eum cuius es seruus? Alciui. Cū autem audissent, Verax est qui misit me: non intellexerunt de quo diceret: vnde subditur, *Et non eo quia pater eius dicitur.* Nondum enim oculos cordis apertos habebant quibus patris & filij æqualitatem intellexerunt. *Dixit ergo eis Iesus, Cū exaltaueris filium hominis, &c.* August. Cum dixisset dominus, *Verax est qui misit me*: non intellexerunt Iudæi quod de patre illius diceret. videbat autem ibi aliquos quos ipse nouerat post passionem suam esse credituros, & ideo sequitur. *Di. et. Ies. &c.* Recolite illud, Ego sum qui sum: & cognoscetis quid sit dictum, Ego sum. Differo cognitionem vestram, vt impleam passionem meam: ordine vestro cognoscetis, qui sum, cum scilicet exaltaueris filium hominis. Exaltationem autem crucis dicit, quia & ibi exaltatus est quando pendit in ligno: hoc oportebat impleri per manus eorum qui postea fuerant credituri, quibus dicit hoc: quare? nisi vt nemo quoquam se celere, & malè sibi conscius desperaret, quando videat eis donari homicidium qui occiderant Christum. Chrysof. Vel ali.

continua: Quia multa signa faciens & docens eos, non conuerterat de cruce, de reliquo loquitur, dicens: *Cum exalta. &c.* Quasi dicat Vos æstimatis quod tunc maximè à me separati eritis, quādo me occideritis. Ego autem dico, quoniam tunc maximè scietis & gratia signorum & resurrectionis & captiuitatis vestrae, quoniam ego sum Christus filius Dei: & quod non contrarior illi, propter quod subdit, *Et à meipso f. n. &c.* Per hoc enim indifferentiam substantia manifestat, & quod nihil extra paternales intelligentias loquitur, si enim Deo cōtrarius essem, non tantam itam mouissem contra eos qui me non audierunt. August. Vel alit. Quia dixerat, *Tunc cog. quia ego sum*, & ad ipsum esse pertinet rota trinitas: ne fortè subintraret error Sabellianorum, continuò subiunxit: *Et à meipso f. n. Quasi dicat à meipso non sum, filius enim de patre est Deus. Quod ergo addidit, Sicut docuit me, &c.* Nemini vestrum obrepat cogitatio carnalis. Nolite vobis quasi duos homines ante oculos ponere: & loquentem patrem ad filium. Sicut facis tu quando aliqua verba dicis filio tuo. Quæ enim verba fierent, vnico verbo? Si autem Deus loquitur in cordibus vestris sine sono, quomodo loquitur filio suo? Incorporaliter pater locutus est filio, quia incorporaliter pater genuit filium, nec eum sic docuit, quasi in doctum genuerit, sed hoc est eum docuisse, quod est filij esse quod nosse. quemadmodum ergo pater illi gignendo dedit vt esset, sic gignendo dedit vt nosset. Chryso. Rursum ad humiliter sermonem reduxit. Sequitur, *Et qui me misit.* Ne autem hoc quod dicit, *Misit me*, minorationis esset, dicit, Mecum est, nam hoc quidem dispensationis, hoc autem deitatis est. August. Et cum ambo simul sint, vnus tamen est missus, alter misit, quoniam missio, incarnatio est, & ipsa incarnatio filij tantum est, non & patris: ergo inquit, *Qui me misit*, id est, cuius autoritate tanquam paterna incarnatus sum. Misit itaque pater filium, sed non recessit à filio: vnde sequitur: *Et non rel. me solum.* Non enim quod misit filium, non ibi erat pater qui dixit: Cælum & terram ego impleo. Sed quare cum non dereliquit, subdit: *Quia que pl. &c.* Non ex quodam initio, sed sine fine. Dei enim generatio non habet initium temporis. Chryso. Vel ali. Quia continuò dicebant, Quoniam non ex Deo est, & quia sabbatum non custodit, contra quod ait: *Quoniam quæ pl. &c.* Ostendens quoniam & soluere sabbatum placitum est ei. Multipliciter enim studet vt ostendat quod nihil facit patri contrarium.

ORIGENIS PRESBYT.

in idem Euang. Hom.

Dixit ergo verum eis Iesus, vado, & quaretiis me, & in peccato vestro moriemini. Quo ego vado, vos non potestis venire. Hæc etiam in Gazophylacio in templo ad superiora addidis, neque hæc solum, sed etiam plura ad hunc locum; Amen amen dico vobis, ante, quam Abraham fieret, ego sum. Post hæc verba, cū lapides accepissent, vt eum illis obruerēt, Iesus se abscondit, & exiit ex templo. Cū præteriens vidit cæcum à natiuitate, de quo cū ibi fuerimus Dei concessu ac munere differemus. Hæc autem dicit, vt id quod subiicitur, fiat: Cum enim hæc verba faceret, ei crediderit, quasi pauperes qui ad Gazophylacium veniebant vt illinc & quæ possent.

sent, acciperent, & quæ ipsi impertiebat. Ac multi quidem & crederent, sed non multi eum nouerant, quando quidem eorum, qui ei crederant, ij qui in illius sermone permanent, vere eius effecti discipuli veritatis notitiam habebant: non autem multi eorum qui crederent, in eius sermone perseuerant, nec multi verè eius discipuli sunt: itaque nec multi cognoscent veritatem: ac nisi veritas eos liberet, non sunt liberi; Pauci enim admodum libertatem capiunt. Qui nam verò eum cognituri sunt, nisi ij qui illum efferunt, & vt ita dicam exaltant: Quem admodum ipse docet his verbis. Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum. Nemo potest eum exaltare, qui lac bibit, præparans se ad solidi cibi perceptionem. Itaque tali hæc Paulus dicit, iudicauit me nihil scire, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum: cum quo etiam verbi minister infirmitatis sit particeps, vt ait Paulus talibus, Et ego in infirmitate, & timore & tremore multo fui apud vos. Ait ergo Dei verbum initium faciens secundæ doctrinæ quam in Gazophylacio in templo induxit, *Ego vado, & quaeritis me: & in peccato vestro moriemini.* Quæro quod eo dicente multi ei crederunt, an nō iis omnibus qui aderant, hæc dicat, *Ego vado, & vos quaeritis me: & in peccato vestro moriemini:* sed iis qui debebant non credere, ob eamque causam mori in peccato suo, nec eum sequi non poterant inquam, quod nollēt. Si enim volebant non poterant, non certè eis dicebat, *In peccato vestro moriemini.* Ad hæc autem dicit aliquis, Si iis qui pergebant non credere hæc dicebat, cur talibus ait, *Quaeritis me?* Multis enim locis in bonis est Iesum quaerere, quod idem est quodammodo, quod quaerere Verbum, veritatemque & sapientiam. Sed dices hoc verbum, *Quaerere*, de iis dicit, qui tunc ex insidiis agebant, sicuti hoc in loco, *Quaerebant eum apprehendere, & nemo misit in eum manum, quia nondum venerat hora eius:* & in illo, *Scio quia Abraham semen estis, sed quaeritis me interficere, quoniam Sermo meus nō capit in vobis:* In hoc autem quem nunc tractamus, *Quaeritis me interficere, virum qui veritatem vobis loquutus sum, quam audiui à Deo.* Itaque dicitur iis qui non rectè quaerunt, *Et quaeritis me, quod non pugnant cum illo, Omnis qui quaerit inuenit.* Semper autem dissimilitudines sunt eorum, qui Iesum quaerunt, quod non omnes verè & salutis suæ causa, & vt ab eo inuentur, eum quaerant. Sunt enim etiam mille discessus boni propositi, & voluntates eorum, qui dominum quaerunt. Quocirca soli ij, qui rectè eum quaerunt, pacem inueniunt: qui etiam propriè dicuntur ipsam verbum, quod erat in principio apud Deum verbum, quaerere, vt etiam se ad patrem adducat. Verbum autem præsens & quod apparet, cum minimè approbatur, se abiturum minatur, *Ego vado:* ac si cum abierit, ipsum quaeramus, illud non inueniemus, sed moriemur in peccato nostro. Sicut autem à quo discedat, & apud quem maneat, nondum inuentum, & quaeritum in tempore: atque iis quidem qui ita ipsum habent dicitur, *Ne dixeris in corde tuo, Quis ascendet in celum?* hoc est Christum deducere, aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum à mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura? *Prope te est verbum valde in ore tuo, & in corde tuo.* His verò comiter Seruator ea etiam ostendit & tradit, quæ ad Dei regnum pertinent, ne illud extra se quaerant, nec dicant, *Ecce hæc, & ecce illis.*

Eis enim dicit, *Regnum Dei intra vos est.* Et quando quidē femina veritatis que in animis nostris insita sunt, eiusque principia seruamus: nondum à nobis verbum discessit. Sin autem vitij confusione corrupti simus, tum denique nobis dicit, *Vado,* ita vt etiam si ipsum quaeramus, non inueniamus, sed in peccato nostro morituri simus, in eo deprehensum, & ab eo traditi iis qui illi negotio prepositi sunt, vt animum repetant, vt ait, *Stulte, hac nocte repetent à te animam tuam.* Nec verò illud etiam non exploratum prætereundum est, *In peccato vestro moriemini.* Si enim communis latiusque accipitur, perpicuum est & peccatores morituros esse in peccatis suis, & bonos in iustitia, atque virtuti consentaneis actionibus. Si verò illud, *Moriamini*, ex inimica Christi morte accipitur, quasi iis qui ad mortem peccauit, morituri: perpicuum est eos quibus hæc dicebantur, nondum mortuos fuisse. Quæres etiam, quomodo, nisi quod crederant se viuere, cum aliquando morituri essent. Occurrit autem nobis aliquis hoc etiam loco, dicitur illo tempore nondum credere, nondum peccatum ad mortem fuisse: eosque quibus hæc dicerentur, peccatum, aut scelus nondum admisisse, quod esset ad mortem: sed viuebant quidē in animi sui morbo, morbus autem ille erat ad mortem, & eam afecebat. Itaque medicus, qui eos perdit affectos, & malè habere cernebat, desperata eorum curatione dicebat, *Ego vado, & quaeritis me: & in peccato vestro moriemini.* Diximus quoque quidem, quod morbus ille eis ad mortem pertinere, qui à lesu differentiam morbi didicissent. Lazarus autem laborabat morbo, sed medicus morbum nō esse mortiferum intelligebat. Itaque ait, *Infirmitas hæc non est ad mortem.* Ob eamque causam si morbos nostros cum fumus in morbo reprehendamus, videamus ne fortè ad mortem laboremus, mutato morbo ab eo vt iis iam curari possit, eò, vt curari nequeat. Simul autem hoc etiam planius quodammodo erit, *Quid ego vado, vos non potestis venire,* quod post illud subiicitur, *In peccato vestro moriemini.* Cum enim aliquis in peccato suo moriturus, iis quo Iesus vadit, ite non potest: nemo enim mortuus Iesum sequi potest. Non enim mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descendunt in infernum: Sed nos qui viuimus benedicimus Dominum. Præterea in illud, *In peccato vestro moriemini*, hoc Ezechielis proferebat, *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur.* Mors enim animi, est peccatum. Sed non omnis, vt mihi quidem videtur, sed quod Ioanes ad mortem esse scribit. Simul autem etiam distinguit, quod peccatum quoddam mors est animi, & quoddam peccatum eius morbus, fortassis verò tertio etiam peccatum quoddam animi damnium esse & detrimentum, ex hoc loco perspicuum est, *Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animam verò suam perdat, aut detrimentum sui faciat?* & ex illo, *Si cuius opus aferit, detrimentum patietur.* Atque iis quidem, qui in peccato morituri sunt, ait, *Vado, & quaeritis me: & in peccato vestro moriemini.* *Quo ego vado, vos non potestis venire.* Petro autem, *Quo ego vado, non potes me modo sequi, sequeris autem postea.* Potest enim Iesu discipulus nunc quidem non esse paratus eum ad partem abeuntem sequi: postea autem diligentia & cura per eius vestigia incedens, sequi magistrum deique Verbum comitari. Quod si quis, iis adductus, quæ à nobis de sine intelliguntur, in his commorabitur,

Quo

Quo ego vado, vos non potestis venire, & contra illud dicitur. nunc quidem licere non posse, postea autem posse: ac si præsens est seculum quoddam, & aliud futurum, eos quibus dictum est, *Non potestis venire,* in hoc seculo, multum verò temporis ad eius finem restare & superesse, quod non possunt, quod Iesus, id est, quod veritas, sapientia & Verbum abiit, venit: hoc est, quod Iesus abiit: ac nonnullos noui, qui non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro in peccato suo constructi tenentur: vt eos de quibus hoc dicit, *Si quis blasphemiam dixerit in Spiritum sanctum, non remittetur ei, nec in hoc seculo, nec in futuro.* Non tamen si non in futuro seculo, iam neque in futuris seculis. Hæc acleon quidem verba quæ in Gazophylacio facta sunt, explanas, nullum verbum in ea fecit: in illud autem, *Quo ego vado, vos non potestis venire,* ait & exponit, quemadmodum ij qui in ignorantie, & incredulitate, peccatisque versantur, non possunt esse, vt ita dicam, in incorruptione: in quo etiam seipsum nō audiebat. Si enim ij, qui in ignorantie, incredulitate atque peccatis sunt, in incorruptione esse non possunt: quomodo Apostoli: qui in ignorantie aliquando, & incredulitate, ac peccatis versati sunt, incorruptionis facti sunt participes? postquam igitur ij, qui in ignorantie, perfidia, & peccatis fuerunt, esse in incorruptione, si mutentur, cum mutari possunt. Dicebant ergo Iudei, *Nunquid interficiet seipsum, quia dicit, Quo ego vado, vos non potestis venire?* Vt autem etiam dicitur, eos bona fide illud dixisse, *Nunquid interficiet seipsum?* quomodo ij qui semetipsos interficere poterant, etiam si mortem sibi non consciscant, neque sint vbi estis, qui se ipse necat, non tamen eò quod is qui se interimat, abeat, venire possunt? Dicendum est ergo ad ea quaeruntur, iis qui diligentius & altius ea, quæ à Iudæis dicta sunt in Euangelis audiant, perspicuum esse, eos mysteria quedam, quæ tradita acceptant, sequutos, dixisse, vt qui alia quam communia, & trita cognita haberent. Cum autem illa ex dictorum prolatione viderimus, tum quaeramus, num hoc etiam ab eis de Seruatore dicatur, quod altius quiddam, obscuriusque spectarent. Eos verò remota verba, & non trita dixisse, ex hoc loco perspicui licet. In Beelzebub principe demoniorum eicitur demonia. Planè enim aliquid de demonibus didicerant, eorumque principem, qui Beelzebub diceretur. Hæc autem in iis quidem libris, qui seruantur, posita non sunt: Seruatorisque de Beelzebub testimonium hoc non est falsum, Si ego in Beelzebub eicio demonia, filij vestri in quo eicio? Hæc enim ait, quod Beelzebub aliquem esse approbasset, & eum, qui eius nomine demonia eiceret, perficere, vt Satanæ, à se ipse quodammodo discreparet. Ac in errore quidem versati sunt, cum dicebant, in Beelzebub à Seruatore demonia expelli: sed comprehenderant, ac didicerant, esse Beelzebub quemdam demoniorum principem. Quin etiam, si dicunt, Iesum esse Ioannem Baptistam, qui à mortuis excitatus esset, aut prophetarum vnum, quod planè haberet dogma de animo, quem admodum in iis, quæ Ioannem attingebant, consyderauimus: talia de Seruatore suspicantur. Verisimile est autem eos, siue quod accepissent, siue ex mysterijs, sexcentorum aliorum præter periosos tenuisse scientiam. Videamus etiam hoc in loco, *Nunquid interficiet seipsum?* non etiam communis & simplicis poterint intelligere, quasi à vita se abduceret & præ-

uarerit aut securi, aut gladio, vel qualicumque alia ratione eorum qui semetipsos hinc liberant, præsertim cum eum cum se interfecisset, eò abiturum esse putarent, quod ipsi non possent venire: ac si non quod superstitiosius nomina obseruarent, sed quod animaduertentes res, quæ cum non inuenirentur aliis nominibus, vt in rebus fortassis vt dicam, diuini Iesus seipse inuenerit. quod hoc modo docemus, Omnium quidem animi, eorum qui ex corpore liberantur, cum eos quidam qui ei negotio præpositi sunt, repetant, accipiuntur, vt verisimile est, quod animis superiores sunt ij, qui ei muneri præfecti sunt. Illud enim, *Stulte hac nocte animam tuam à te repetent, aliquid tale declarat.* Quod si quis hoc in deterioribus quidem dici posse censcat, non autem etiam in melioribus, & qui rectè vixerint: sciat, an nō præcipuum quiddam præ omnibus, qui in corpore fuerint, dominus de se nunciatis, hæc dicat, *Nemo tollit à me animam meam, sed pono eam à me ipso: potestatem habeo ponendi eam, & iterum potestatem habeo sumendi eam.* Cogitemus enim aliquem cum vult relicto corpore exire sine via, quæ ferat ad mortem, sed aut violentis viis, aut morbis: & cum vult reuerti, & vti corpore, quod reliquerat. Ab hoc enim tali animam non repeti poterimus. Ac decet quidem in Iesu anima ita mortem fuisse dicere, cumque qui præcipuum rationem suæ ex hac vita migrationis discipulis ostendere vellet, hæc dixisse, *Nemo à me tollit animam meam, sed ego pono eam à me ipso.* Hoc enim nec Moyses, nec quilibet patriarcha, aut propheta, neque Apostolus Iesu dixit vnquam: quippe cum omnium hominum animam ab eis auferantur. Quo intellecto, perspicuum esse potest id quod in septimo & octogesimo psalmo scriptum est hoc modo, *Inter mortuos liber.* Si ea, quæ in euangelis de eius ex hac vita discessu scripta sunt, attentè consyderaueris, inuenies non esse explicatam de eius excessu scripturarum intelligentiam. Si enim cerneamus, vt ij, qui cum eo cruciifixi sunt, fractis à militibus cutibus eorum qui perpeffi sunt mortem, mortui sunt, nunquam eum à se animam possuisse dicere, sed aliquo genere eorum, qui à vita migrant. Nunc verò Iesus cum voce magna clamasset, spiritum edidit, & vt rex corpus reliquit, ac vi & potestate illud excitauit, quæ fieri consentaneum esse iudicabant: statim velum templi cuius sum est à summa parte ad infimam, & terræ motus factus est, saxaque discissa, & aperta sepulchra, multaque corpora sanctorum, qui dormierant, excitata sunt, qui cum ex sepulchris existent post eius resurrectionem, ingressi in sanctam urbem multis se ostenderunt: vt centurio, & qui cum eo Iesum custodiebant, viso terræ motu, iisque omnibus, quæ euenerant, magno metu percussi sint, dicentes, *Verè hic filius Dei erat.* Foris autem in iis, quæ de Christo tradita sunt, erat vt ortus eius in Bethlehem, & eiusdem ex tribu Iuda origo: ex veris prophetarum sermonum interpretationibus: sic etiam de eius morte, vt quasi eo modo quem diximus, ex vita excessurus esset. Verisimile est etiam, eos intellexisse eum qui ita abiturus esset, abiturum eò quod venire non possent: neque hæc ita intelligebant, vt non bona fide atque nudè, sed ex iis quæ de Christo tradita accepissent, hæc dixerint, *Nunquid interficiet seipsum? quia dicit, Quo ego vado, vos non potestis venire.* Quod si hæc

dicunt Iudæi, dubitanter tamen ea dicunt. Illud enim, *Nunquid interficiet semetipsum?* tale est: nec mirum est, si de Iesu dubitent, cum etiam paulò antè turbæ auditis ex Iesu sermonibus, dixerint, Hic est verè propheta: alij autem dixerint, Hic est Christus: alij verò dicebant, Nunquid ex Galilæa Christus venit? Nonne scriptura dicit, quòd ex semine Dauid & à Bethleem vico ubi erat Dauid Christus venit? Vnde etiam dissensio orta est in turba propter eum. Quinetià paulò post verba illa scriptum est, ministros respondisse, Nunquam sic loquutus est homo: ut etiam Pharisæi dixerint iis, qui eius sermonem admirabantur, Nunquid & vos seducti estis? Nunqui ex principibus crediderunt in eum, aut ex Pharisæis? sed turba hæc, quæ non cognoscit legem, maledicti sunt. Cùm etiam Nicodemus dicente, Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi audiat primùm ab eo, cognoscatur, quid facit? respondit, Nunquid & tu Galilæus es? Scrutare & vide quia à Galilæa propheta non venit, nec surgit. Quomodo autem simpliciter intelligere poterat, eum seipsum interfectorum esse, qui eum audierat, cùm audierat, cùm diceret, Ego sum lux mundi? Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vite: cui Pharisæi dixerunt, Tu de teipso testimonium dicis, testimonium tuum non est verum. Quibus Iesus respondit, Et si testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum est verum, quia scio vnde veni, & quòd vado. Vos secūdum faciem iudicatis: ego non iudico quæquam. Et si iudico ego, iudicium meum est verum, quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater. Et in lege vestra scriptum est, quòd duorum hominum testimonium verum est. Ego sum, qui testimonium perhibeo de meipso & testimonium perhibet de me qui misit me pater. Quid verò probabile est, ad hoc, *Interficiet semetipsum*, post verba quæ magna animi constantia facta sunt hoc modo, Neque me scitis, neque patrem meum: Si me sciretis, forsitan sciretis & patrem meum: Verisimile enim est, eos eodem modo quo hæc, illud etiam accepisse, *Ego vado & quaeritis me: & in peccato vestro moriemini: Quòd ego vado, vos non potestis venire:* cui etiam Iudæi responderunt, *Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit, Quòd ego vado, vos non potestis venire?* Valde autem eius etiam potestas declaratur liberè moriendi, cùm corpus reliquit, & in illo loco, *Ego vado*. Ac fortassis propter hæc verba, *Ego vado*, sit, id quòd subiicitur, *Et quaeritis me*. Verisimile est enim, illos, qui ita ei occurrebant, eum quævisse, cùm à vita migravit. Quoniam autem in peccatis suis morituri erant, ne his quidem omnibus adducti sint, ut ne dubitanter de eo dicerent, *Nunquid interficiet semetipsum*, quòd abiret, se venire non posse. Eos autem quòd malo animo ea quæ de Christi morte tradita acceperant, nominarent, non quòd eum ita à vita excessurum putarent, hæc dixisse existimo, Nunquid interficiet semetipsum? Licebat enim dubitanter cum patetione de eius morte opinionis dicere, hoc modo, Nunquid anima eius, cùm ipse vult, excedet, etiam relicto corpore, ob eamque causam ait, *Quòd ego vado, vos non potestis venire?* Observabis etiam eorum causam quæ diximus de illo, quomodo excessit à vita, proficiscentem Hierosolyma Iesum, sumptisse duodecim separatim, & in via eis dixisse, Ecce ascendimus Hierosolymam & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & Scribis, & con-

demnabunt eum morte: & tradetur Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum: & tertia die resurget. Quòd si quis còtra occurrat, & opponat, enim ex illo tempore cepisse discipulos suos docere, se Hierosolyma reverti oportere, & multa perpetrari à principibus sacerdotum, atque Pharisæis & Scribis, ac morte multari futurumque esse, ut ipse qui filius hominis esset, manibus hominum traderetur, & interficeretur, tertiæque die à mortuis excitaretur: respondebis illum ab eis interfectorum esse, qui simul dicerent, Crucifige, crucifige eum, atque ab eis, qui affines culpæ mortis eius fuerunt, etiam si præcurrerent & occupans milites, qui fractum crura sua venirent, clamans voce magna, ediderit spiritum. Ad hoc autem confirmandum illud proferes, Omnis qui inuenierit me, occidet me: atque hoc, Omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. Quomodo enim omnis qui inuenierit Cain, eum occidet, cùm vnus eum interfecerit qui occupauerat ubi omnis qui Cain interfecerit septuplum punietur, cùm non multi eum interfecerint? Nam ut de multis, illud, Omnis, dictum est. Fortassis autem etiam Petrus eum humanus accepisset & intellexisset, ea quæ à Seruatore dicta sunt, ait, Propitius sis tibi domine, non hoc tibi erit. Seruator verò eum obiturgans, quòd non rectè id quòd dixisset, acceperat, Vade, inquit, retro me Satana. Scandalum mihi es, quia non sapis quæ Dei sunt, sed quæ hominum. Quinetiam illud quòd apud Pauli dicitur, Semetipsum obtulit pro nobis hostiam Deo: vide an non tale sit. Hic enim solus cum in perpetuum seruire poterit, ordinis Melchisedec pontificem, & agnum qui peccatum mundi delet ac tollit, qui Deo oblatus est hostia, non ab impiis & peccatoribus, sed à pio pontifice: Atque hæc quidem non pro virili parte probantes & exquirentes consilium eorum, qui dicebant, *Nunquid interficiet semetipsum?* quia dicit, *Quòd ego vado, vos non potestis venire?* postea quàm tam multa verba quæ antè à Iesu prolata erant, audiissent: edidimus. Verisimile est autem nonnullos, qui interpretationi nostræ ut violenta occurrant, putare hoc ab eis bona fide, candidòque animo dictum esse, *Nunquid interficiet semetipsum?* quæsi Iesus se ipse interfectorum esset, ac futurus in loco eorum, qui sibi manus attulissent, & ob id punirentur: Iudæi autem hoc nomine illuc venire non possent, propterea quòd in eodè crimine non tenerentur. Sed sciant, ac videat ipsi, Iudæine suspicari poterint Iesum hæc dixisse se condemnantem, ut qui abiturus esset in supplicij locum, in quem venire non possent. Quòd ad hanc interpretationem attinet, quasi melior sit, consentaneum erit dicere, si hoc intelligens Iesus illa dicebat, eum qui seipse necare vellet, melius seipsum interficere existimasse. Heraclæon autem, quasi illud, *Nunquid interficiet semetipsum?* paulò simplicius dictum sit, ait Iudæos ea dixisse quòd & improbè cogitarent, & maiores se Seruatore esse censerent, & putarent, se quidem ad Deum in requiem æternam venturos esse, Seruatorem autem ad interitum, & mortem, cùm sibi ipse mortem consciuisset, quòd se venturos esse non existimarent. Atque ad verbum ait putasse Iudæos Seruatorem hæc dicere, Ego cùm ipse me interfecero, ad interitum, & ut ita dicam, corruptionem venturus sum, quòd vos venire non potestis. Sed nescio, quoniam modo eius ratione qui dixerat, *Quòd ego vado, vos non potestis venire*

venire, licuerit dicere, Ego cùm me ipse interfecero, ad interitum proficiscar. Quòd si quis non Seruatorem quidè hæc dixisse, sed Iudæos ipsum dixisse suspicatos esse dicat: perspicuum est eum dicturum esse Iudæos de eo sensisse, eos qui sibi ipsi mortem consciuissent, interite, ac nihilominus, quoniam hæc credebant, fore ut corrumperentur & penas lucretent, quòd quidem erat. *Es dicebat eis, Vos deorsum estis, ego de supernis sum: vos ex hoc mundo estis, ego non sum de hoc mundo.* Dicebat etiam in superioribus sermonibus, *Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur. Qui de cælo venit, super omnes est. Quòd vidit & audiuit, hoc testatur.* Si ergo qui de terra est, de terra loquitur: & qui à cælo venit, is quòd vidit & audiuit testatur: quæres idè mne efficitur ex terra esse, quòd ex loco inferiore esse, an aliud. Illud quoque notabis, eum illic non dixisse, *Qui est de cælo, de cælo est, & de cælo loquitur.* Fortassis enim Seruator, non ex cælo erat, præsertim quatenus primogenitus erat omnis creaturæ. Illud enim, *De cælo secundus homo, erat de cælo, ut etiam Paulus quodam loco ait, Primus homo de terra terrenus: secundus homo de cælo celestis.* Hic quoque scies, utrum idem dicat hoc loco, *Vos deorsum estis, & vos de hoc mundo estis:* an aliud sit, esse de terra, quàm esse ex hoc mundo. Simile etiam quæres hoc loco, *Ego de supernis sum, & ego non sum de hoc mundo.* Operæ precium est enim, quid sit de supernis esse, & quid, non esse de hoc mundo, videre. Vide ergo, an non is qui originem à materia & corporibus habuit, quòd meliorea reliquerit, sit de terra: qui quidem quandiè de terra est, de terra loquitur, cùm alius & sublimius quicquam videre non possit aut dicere. Idem quoque ex locis inferioribus est. Sed tamen alia est, esse ex iis, quæ deorsum sunt, & ex terra esse, intelligentia. Deorsum enim quasi ex loco quodam intelligitur, sic & decretis & mente. Atque omnis qui eiusmodi est, viturique decretis & mente quæ ad inferiora pertinet, est horum inferiorum locorum cuius, id est, ut ita dicam, deorsum. Quinetiam mundus hic, qui monstratur, cùm ex materia constiterit, eorum causa qui vita ac victus corporei indigerent, loca quidem dissimilia complectitur, quæ quidem omnia si cum iis quæ materia caret, & iis quæ sub aspectum non cadunt, & si sunt expertia corporis comparantur, infra sunt, nõ tam loco, quàm quòd cum iis quæ non videntur, conferantur: si verò in mundo loca mundi inter se conferantur, loca aliqua inferiora erunt, alia superiora. Terrena enim inferiora sunt, superiora celestia. Itaque hæc quidem ratione, is qui est ex inferioribus, huius est mundi: qui autem est huius mundi, non omni ex parte est in iis qui infra sunt. Qui enim in corpore versatur, vide sitne quodammodo quidem ex hoc mundo, non tamen in iis qui loca inferiora & humilia incolunt: quanquam in iis est qui loca inferiora incolunt, si cum rebus quæ ratione intelliguntur, comparentur. Omnis enim qui in rebus quæ videntur habitat & in iis, quæ prætereunt, & quæ ad tempus durant: in iis qui infra & deorsum sunt habitat, etiam si ex locorum collatione in iis sit, qui altissima loca incolunt. Fieri tamen potest, ut is, qui in iis est, qui infra sunt, & ex hoc mundo, atque ex terra, mutetur & euadat ad eorum dignitatem, qui superiora loca incolunt, nec iam sit ex hoc mundo: alius autem ex hoc quidem mundo sit, sed tamen ex cælo. Ait enim discipulis suis, Ex

hoc mundo eratis, & ego elegi vos de mundo, & iam non estis de mundo. Si enim venit Seruator quæsitum & seruatum id quòd perierat, venit, ut eos qui infra erant, inscriptique erant ciues & annumerati iis qui infra sunt, ad superiora transferret. Ipse enim est, qui in inferiores terræ partes descendit, eorum causa qui infima terræ loca incolabant: sed etiam ascendit supra omnes cælos, sternens viam iis qui volunt, & qui verè dicunt viam quæ ad summa cælorum loca fert, id est, ad ea quæ res corporeas superant. Quòd si ex scriptura, quis sit is qui infra est, & is qui ex supernis, cognoscere cupis, audi, Quoniam ubi est thesaurus vniuersusque, ibi etiam cor eius est. Si quis thesaurum congerat in terra, ex eo quòd in terra thesaurizat, ex iis qui infra sunt, efficitur. Si quis autem in cælis thesaurizauerit, denuo in cælo nascitur, cælestisque imaginem nascitur: quinetiam alio modo cælos omnes transiit, in beatissimo sine reperit. Vniuersumque etiam opera in eodem quòd dixi, genere esse possunt. Itaque dicam carnis opera eum facere, qui est ex inferioribus locis, fructum autem operis eum qui est ex superioribus: rursusque charitatem, quæ in hunc mundum habetur, eam quæ mundi huius est, esse præsertim cùm Ioannis sententia, *Qui charitatem Dei habet, non est de hoc mundo.* Ille autem non est ex hoc mundo, qui mundum non diligit, neque ea quæ mundus complexu suo continet. Sed dico, Mihi abit gloriari, nisi in cruce domini mei Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo, illud etiam capiens, Diligere dominum Deum suum ex toto corde suo, & ex tota anima sua, & ex tota mente sua, quòd talis charitas ab amore quo mundus & quæ in mundo sunt, diliguntur, non opprimatur. Fieri enim non potest, ut amor mundi, in Dei charitate insit: quem admodum lux & tenebræ aliud in alio inesse non possunt, aut Christus & Beliar: aut templum Dei esse cum Idolorum templo. Quoniam autem eorum qui sunt in locis inferioribus inter ipsos est distinctio, superlatiuo gradu illud dicitur. Posuerunt me in lacu infimo: itaque hoc, Et qui descendit in infimas partes terræ, hic est qui & ascendit. Itaque coram Christo cadent omnes, qui descendunt in inferiores partes terræ, id est, ad inferos. Illud enim verum est, Non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis constabit tibi? Quòd si quis illud opponat, eum ad inferiores partes terræ descendere, obseruabis in iis qui in terram descendunt, illud cadent, dictum esse. Eorum enim, qui sub Christum cadunt & genu fleant in Iesu nomine, nonnulli prius, nonnulli posterius coram eo cadent. Ac fortassis ij qui terram incolunt, priores cadent, & ante alios subiiciuntur. Deteriorum enim est postgrus subiici. Itaque nouissima inimica destruetur mors. Deinceps quæres, num quemadmodum eorum qui infra sunt, quòd dicatur aliquid infimum, sic etiam eorum, qui supra sunt, sit distinctio: præsertim cùm regnū cælorum hæreditas sit omnium eorum, ad quos venit hæreditas, cùm cæli sint in superis locis, non tamen eo modo habeant, quòd supra sint. Quin etiam si in animi spiritali ingressu propter vitium vitiosaque dogmata, & in eiusdem spiritali ascensu commoreris, & insistas, non simpliciter & omnino eorum, qui amplius spiritali modo descendunt: distinctiōnem notitias mentis esse inuenies. Simil

autem vide, num mysticè, non loci ratione de Iesu anima illud intelligas, Qui ascendit super omnes cælos. Spiritalis enim illius animi ascensus omnes etiam cælos transiit, atque ut licet dicere, iam ad Deum ipsum peruenit. Est tamen mundus quidam præter eum, qui monstratur, & sub sensum cadit, qui ex cælo, terræque constat, aut ex cælis, atque terra, in quo ea sunt, quæ non videntur: Atque hoc totum mundus est, qui aciem oculorū fugit, mundus qui non videtur, & mundus qui animo rationeq; cernitur, non aspectu & pulchritudine: quem mundo corde homines videbunt, qui præparantur quod eum intueantur, ut eo migrent: ita ut etiam Deum ipsum cernant, quomodo cerni natura potest. Verum quæres, aliquânè significatione primogenitus omnis creaturæ mundus esse possit, maximèque quatenus varia distinctaq; est sapientia. Quod enim vniuersi, non cuiusuis rationes habeat, ad quas facta sunt omnia, quæ Deus effecit, ut ait propheta, Omnia in sapientia fecisti: in eo etiam mundus in sit, qui eo ornator distinctiorque est hoc mundo quem cernimus, atque præstantior, quo præstat deserta ab omni totius mundi materia ratio & species, mundo qui ex materia constat, qui nõ materia ornati sunt, sed rationis sapientiaq; communiõne, quæ materiam ornant. Vide etiam possint is qui ait, Non sum de hoc mundo, anima esse Iesu, quæ totum mundum illum incolebat, eumque totum obibat, & ad illum eos qui docebantur, quasi manu ducebat. Nihil mandus ille in inferioribus habet, neq; hic in superis locis, si quis accuratè rem consideret. Quomodo enim mundo huic aliquid rei sit in superis locis cum eius affectio molico sit? Non enim temerè audiendum est illud, Ante constitutionem mundi, cum aptè hanc talem intelligentiam sanctorum nominum, verbo constitutionis finxerint. Atqui poterant dicere *in gò* *aliorum* id est, ante conditum orbem, ac non vti *καταβολῆς* id est, molitionis siue constitutionis nomine. Mundus ergo omnis & quæ complexu suo continet, in molitione est. Extra autem totius mundi molitionem collocati sunt veri Iesu discipuli quos elegit ex hoc mundo, ut iam ex mundo non sint, ferentes crucem suam, & eum sequentes. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccatis vestris. Quando dixit ipse, *Moriemini in peccatis vestris?* an cum dicebat, *Queritis me, & in peccato vestro moriemini?* Quæ portè causa est, cur in peccatis suis moriantur homines, nisi nõ est: dote, Iesum esse Christum? Ait enim ipse, *Nisi credideritis quod ego sum, moriemini in peccatis vestris.* Quod si is qui Iesum Christum esse non credit, in peccatis suis morietur: perspicuum est, eum qui in peccatis suis non moritur, Christo credidisse. Qui autem in peccatis suis moritur, etiam si Christo se dicat credere, verè tamen ei non credidit: Quod si fides quidem dicatur, sed eadem vacua sit ab operibus: mortua est eius generis fides, quemadmodum in ea quæ fertur *laco-bi epistola* legitur. Quisnam ergo est, qui credit, nisi is qui hoc accipit ex eo quod à Verbo affertus est, & cum eo coniunctus, ut ne cadat, quod quidem ad hæc verba attinet, in peccata, quæ esse ad mortem eamque afferre dicuntur: quod autem ad illa, Omnis qui credit quod Iesus est Christus, ex Deo natus est, non peccat? Atque etiam in his quæ quomodo eumq; præter rationem rectã eueniunt, multo etiam magis quid illud sit, intelliges, *Si enim*

non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccatis vestris, si qui sit primogenitus omnis creaturæ cogites: velut qui credit eum esse iustitiam, non faciet iniuriam siue iniquitatem: & qui vidit quæ sit sapientia, cum crediderit sapientiæ, nihil stultum dicet aut faciet: Quandoquidem qui Verbo quod in principio apud Deum erat, crediderit, quod ipsum considerauit & intellexit, nihil à ratione auersum geret. Præterea qui eum pacem nostram esse credit, nihil vnquam quod ad bellum seditionemque spectet, operabitur. Quinetiam quoniam est non solum Dei sapientia, sed etiam vis et virtus Dei, qui ei credit, quatenus vis est & virtus, nunquam erit infirmus & imbecillus in iis quæ honesta, & præclara sunt. Necessariò autem si eum patientiam, & robur esse consideremus ex loco illo, Et nunc quæ est patientia mea? nonne dominus? & fortitudo mea & substantia mea dominus? dicemus, nos si laboribus succumbamus, nõ credere ei, quatenus est patientia: & si imbecilles infirmique sumus, ei qua ex parte est fortitudo & robur, non credidisse. Si verò enumeres Christi intelligentias & significationes, facillè ex iis, quæ dicta erunt, inuenies quomodo is, qui Christo non credit, morieturus sit in peccatis suis. Cum enim sit in contrariis intelligentiæ ac significationi earum, quæ sunt Christi propriæ, in eis peccatis moritur. *Dicebant ergo ei, Tu quis es?* Erat taneum erat iis ea quæ dominus cum magna potestate profitebatur, & nunciabat, ab eo quis esset, qui hæc diceret, querere. Significabat enim Seruator maiorem se homine esse, diuinitorūque naturæ, cum dicebat, *Si non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccatis vestris.* Hoc igitur, *Tu quis es?* erat eorum quasi responsum hoc postulantium, Ego sum Christus, aut, Ego sum propheta: vel, Ego sum Elias, aut fortassis, Ego sum Dei angelus: ac nunquam nisi aliquid horum fuisset, similis eis cum esset, vera verba tā multa protulisset.

S. IO. CHRYSOSTOMI
Episcopi Constantin. in superius
Euang. Hom.

Iterum igitur, inquit, ad eos Iesus, Ego vado, & queritis me. Cur hoc frequenter repetit? Ut eorum animos comoueat, atque perterreat. Considera quantum hoc terroris incutiat, cum enim vellent eum interficere, querunt tamen quo vadat, tantum de eo opinionem conceperant. Aliud item docere eos intendit, non in eorum esse potestate, sed iam pridem præfiguratum dici, & resurrectionem iam his sermonibus descripsit. *Dixerunt ergo Iudæi; Nunquid interficiet semetipsum? Quam mox tollit suspicionem.* Vos (inquit) deorsum estis, ego desuperius sum. Hoc est, haud mirum, si vos carnales homines hæc, & nihil spiritale suspicemini, ego tamen talia non faciam. Vos deorsum estis, ego desuperius sum. Hoc est, haud mirum, si vos carnales eorum aperit sententias. Vnde constat illam particulam; *Ego non sum de mundo hoc*, Non ideo dictam, quod carnem non accepit, sed quod longè ab eorum abesse malitia. Etenim discipulos de mundo non esse dixit, habebant tamen carnem. Quemadmodum igitur Paulus, dicendo; Non estis in carne: non sine corpore esse intelligit: sic discipulos non esse de mundo, nihil aliud quam eorum sapientiam testatur. *Dixi ergo vobis, quia si non credideritis, quia ego sum, moriemini*

riemini in peccatis vestris. Si enim propterea venit, ut tolleret peccata mundi, neque aliter tolli poterat, nisi per laucrum: necessarium erat eum, qui non crederet, cum veteri homine esse moturum. Qui enim non vult seipsum mortificare per fidem, & sepe litere, mortificabitur in eo, & migrabit, priorum peccatorum penas daturus. Propterea dicebat; Qui non credit, iam iudicatus est: non solum quia non credit, sed quia in peccatis moritur. *Dicebant ergo ei; Tu quis es?* O dementiam, post tantum temporis, tot miracula, & tantam doctrinam, quis sit interrogant. Quibus Christus; *Principium qui & vobis loquor.* Hoc est, sane indigni estis, qui sermones meos audiat, & qui sim intelligatis. Vos, ut me tenetis, semper loquimini, mihi autem non attenditis, & in omnibus vos reprehendere nunc non possum: hoc enim significat; *Multa habeo de vobis loqui, & iudicare:* Non tantum reprehendere, sed punire. *Sed qui misit me:* Hoc est, pater, non vult hoc. Non enim veni iudicare mundum, sed saluum facere. Non enim misit Deus filium suum, ut iudicet mundum, inquit, sed ut saluum faciat. Si ergo ad hoc me misit, & ille verax est, meredò neminem ego im præsentiarum iudico: sed ad salutem loquor, non ad reprehensionem. Hæc autem dicit, ne metu desistere, & neque eorum mentes introspicere non putaretur, illi autem de patre sermonem haberi non intellexerunt. O dementiam! non desistit de eo verba facere, neque auerterunt. Præterea cum post multa signa, & doctrinas nihil eis persuasisset, iam de cruce sermonem aggreditur, *Cum exaltaueritis filium hominis, tunc maxime quia ego sum scietis.* Et per signa, & resurrectionem, & captiuitatem, & omnia sufficientia erant eius virtutem demonstrare. Cui videbitis, inquit, me nihil per mortem passurum, tunc scietis, quia ego sum, videlicet Christus, & filius Dei, & qui cuncta & sero, & aucto, & non sum contrarius illi iudicio addidit; *Et ad meipso non loquor.* Si quidem vtrunque cognoscetis, & virtutem meam, & cum patre consensum. Hæc enim particula; *Amepso non loquor:* indiscretam cum patre substantiam, & nihil contra paternam voluntatem se loqui ostendit. Cùm enim à cultu excideris, neque vobis solita sacrificia permittentur: tunc diuinam in vos indignationem vltionemque, quia me non auistis, intelligetis: quasi dicat; Si mihi alienus esset, & contrarius, adhuc contra vos indignaretur. Hoc & Esaias inquit; Dabit impios pro sepultura eius, & Dauid; Tunc loquetur ad eos in ira sua, & ipse; Ecce relinquetur domus vestra deserta: & parabola; Quid faciet agricolis dominus vineæ illius? Malos malè perdet. Vides vbi-que propter eorum incredulitatè sic loqui. Quod si ipse eos perdet, quemadmodum perdet? Auferte, inquit, qui me sic regnate nolūt, & interficite. Cur non suum id opus sed patris dicit? Quia tum ad eorum respicit imbecillitatem, tum patrem suum reueretur: propterea nõ dixit; Relinquam domum vestram desertam: sed relinquetur, non addita persona. Dicendo enim; Quoniam volui congregare filios vestros, & nolulistis: inde addendo, relinquetur, se desolaturum eam ostendit: hoc est, cum obsecratis, & beneficiis cognoscere me nolulistis, supplicis cognoscetis qui sum. *Et pater macum est.* Et ne hoc verbo, qui misit, minor patre existimaretur, secum esse dicit. Aliud enim dispensationis est, aliud diuinitatis. *Et non reliquit me solum, quia ego qua placita ei sunt, facio semper.* Rursus ad humiliora descen-

dit, ad illud frequenter instans quod dicebant ex Deo non esse, neque sabbatum seruare: ideo inquit, *Quæ placita ei sunt, facio.* Indicans sabbati solutionem præter eius non esse voluntatem. Ita ut in passione: An putas, quia non possum rogare patrem meum? Atqui dicendo solum; quem queritis, reiecit eos retrorsum. Quæ ergo gratia non dicit, non putatis quod possum eos perdere, cum id re ipsa ostenderit? Ad eorum descendit imbecillitatem: id enim maiorem in modum adnifus est, ut minime patri contrarium se ostenderet: ita hoc in loco humanus loquitur: Et ut dixit; *Non reliquit me solum: ita &, Quæ placita ei sunt, facio semper.*

S. AVGVST. EPISCOPI
Hipponensis in idem Euang. Hom. 1.

Lectio sancti Euangelij, quæ præcessit hodiernam, ita conclusa erat, quia locutus est manes in gazophylacio dominus quæ voluit, & quæ audistis, & nemo apprehendit eum, quia nõdum venerat hora eius. Hinc disputatum est dominico die, quod ipse donare dignatus est. Intimauius charitati vestræ quare dictum sit; Nondum venit hora eius: ne postquam Christum sub aliqua necessitate fatali vlla impietas auderet improbe suspicari: nondum enim venerat hora, qua ex ordine suo secundum ea, quæ prædicta sunt de illo, non mori cogere tur inuitis, sed occideretur paratus. Modo autem de ipsa passione sua, quæ posita erat, non in eius necessitate, sed potestate: *Locutus est Iudas dicens, Ego vado.* Christo enim domino mors profectio fuit illud, vnde venerat, & vnde non discesserat. Ego, inquit, vado & queritis me: non desiderio sed odio: nam illum postquam abscissit ab oculis hominum inquisierunt, & qui oderat, & qui amabant. Illi persequendo, illi habere cupiendo. In Psalmis ait ipse dominus per Prophetam, Perit fuga à me, & non est qui requirer animam meam: & iterum ait alio Psalmo: Confandantur & reuerantur requirerentes animam meam: culpauit qui non requirerent, damnauit requirerentes: bonum est enim querere animam Christi, sed quomodo eam quaerunt discipuli: & malum est querere animam Christi, sed quomodo eam Iudæi quaerunt. Illi enim ut haberent, isti ut perderent: denique isti quia sic quaerebant more malo, corde peruerso, quid secutus adiuuixit? *Queritis me, & ne putetis quia bene me quaeritis, in peccato vestro moriemini.* Hoc est Christum male quaerere, in peccato suo mori: hoc est, illum odisse, per quem posset solum saluus esse. Dum enim homines, quorū spes in Deo est, non debeant mala reddere nec pro malis, redderant illi mala pro bonis. Prænuñciat ergo illis dominus, dixitque sententiam præficius, quod in peccato morietur: deinde adiunxit; *Quod ego vado, vos non potestis venire.* Hoc & dominus discipulis suis alio loco dixit, nec tamen eis dixit, *in peccato vestro moriemini.* Quid autem dixit? *Quod & istis: quod ego vado, vos non potestis venire:* non abstulit spem, sed prædixit dilationem: quando enim hoc discipulis dominus loquebatur, tunc non poterat venire quod ille ipse, sed postea venturi erant: isti autem nunquam, quibus præficius dixit, in peccato vestro moriemini: His audis verbis, quomodo solent carnea cogitantes, & secundum carnem iudicantes, & totum carnaliter audientes atque fa-

Matth. 16. c. Infr. 8. h.

Tract. 38. 10. Ioan.

Psal. 39.

Ioan. 13.

piantes dixerunt, *Nunquid interficiet semetipsum, quia dixit, quod ego vado vos non potestis venire?* Stulta verba, & omnino insipientia plena. Quid enim? Non poterant illi venire quod ille perrexisset, si interficeret semetipsum: nunquid ipsi non erant morituri? Quid est ergo: *nunquid interficiet semetipsum, quia dixit, quod ego vado, vos non potestis venire?* Si de morte hominis diceret, quis homo non moritur? Ergo quod ego vado dixit, non cum itur ad mortem, sed quod ibat ipse post mortem. Illi itaque non intelligentes, ista responderunt: & dominus ad eos qui terram sapiebant quid ait? *Et dicebat eis, Vos de deorum sum estis: Ideo terram sapitis, quia sicut serpentes terram manducatis: quid est, terram manducatis? Terrenis pacimini, terrenis delectamini, terrenis inhatis, sursum corda non habetis. Vos de deorum sum estis: Ego de supernis sum: vos de mundo hoc estis, ego non sum de mundo. Quomodo enim erat de mundo, per quem factus est mundus? Omnes de mundo post mundum, quia prius mundus, & sic homo de mundo. Prius autem Christus, deinde mundus: quomodo ante mundum Christus, ante Christum nihil? Quia in principio erat verbum, omnia per ipsum facta sunt: si ergo erat ille de supernis: de quibus supernis? de aere? Absit, ibi & aures volitant: de caelo quod videmus? Et hoc absit, ibi & stelle, & sol, & luna circumvent: de angelis? neque hoc intelligatis: per illum & angeli facti sunt, per quem omnia facta: de quibus ergo supernis Christus? Ab ipso patre, nihil illo Deo superius, qui verbum genuit aequale sibi, coeternum sibi vniigentum, sine tempore, per quem conderet tempora: sic ergo accipe Christum de supernis, vt excedas cogitatione tua omne, quod factum est, vniuersam omnino creaturam, omne corpus, omnem conditum spiritum, omnem rem quoquo modo mutabilem. Totum excede, sicut excessit Ioannes, vt contingeret: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Ecce ergo, inquit, de supernis sum, vos de hoc mundo estis, ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris. Expofuit nobis, fratres, quid intelligi voluerit: vos de hoc mundo estis: Ideo qui ppe dixit, *Vos de hoc mundo estis*: quia peccatores erant, quia iniqui erant, quia infideles erant, quia terrena sapiebant: nam quid vobis videtur de sanctis Apostolicis? Quantum intererat inter Iudaeos, & Apostolos: quantum inter tenebras, & lucem, quantum inter fidem, & infidelitatem, quantum inter pietatem, & impietatem, quantum inter spem, & desperationem, quantum inter charitatem, & cupiditatem: multum intererat. Quid ergo quia tantum intererat, Apostoli de mundo non erant? Si cogites quomodo nati sunt, & vnde venerint, quia omnes ex Adam veniant, de hoc mundo erant, sed quid eis ait ipse dominus? Ego vos de hoc mundo elegi. Qui ergo de mundo erant, facti sunt non de mundo, & pertinere ceperunt ad eum, per quem factus est mundus. Isti autem remanserunt esse de mundo, quibus dictus est: *moriemini in peccatis vestris*. Netio ergo dicat, fratres, de hoc mundo non sum: quisquis es homo, de hoc mundo es: sed venit ad te qui fecit mundum, & liberauit te de hoc mundo: si delectat te mundus, semper vis esse immundus: si autem iam non te delectat hic mundus, iam tu es mundus: verum tamen si per aliquam infirmitatem adhuc te delectat mundus, habiet in te qui mundat & eris mundus: si autem*

Ioan. 1.

ibidem.

Ioan. 15.

fueris mundus, non manebis in mundo, nec audies quod audierunt Iudaei: *moriemini in peccatis vestris*. Omnes enim cum peccato nati sumus, omnes veniendo ad id, quod nati eramus, addidimus, magisque de mundo facti sumus, quam tunc quando de parentibus nostris nati fuimus. Et vbi effemus, si ille non veniret, qui non habere omnino peccatum, vt solueret omne peccatum? In quem Iudaei quia non credebant, merito audierunt, *moriemini in peccatis vestris*. Quia non habere peccatum nullo modo potuisti, qui cum peccato nati estis, sed tamen si in me, inquit, credideritis, cum peccato quidem nati estis, sed in peccato vestro morituri non estis. Tota ergo infelicitas Iudaeorum ipsa erat, non peccatum habere, sed in peccatis mori. Hoc est quod debet fugere omnis Christianus. Propter hoc ad baptismum curritur, propter hoc qui aegritudine, vel aliunde periclitantur, sibi desiderant subveniri, propter hoc etiam fuges parvulus a matre piis manibus ad Ecclesiam fertur, ne sine baptismo exeat, & in peccato, quo natus est, moriatur. Infelicitissima conditio, misera fors istorum, qui de ore veridico audierunt, in peccatis vestris moriemini. Vnde tamen hoc eis contingat, exponit: *Si enim non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccatis vestris*. Credo, fratres, in illa multitudine, quae dominum audiebat, & eos fuisse, qui credituri erant, quasi autem in omnes percelleret fenerissima illa sententia, in peccato vestro moriemini: ac per hoc & illis, qui credituri erant, spes erat ablata. Illi timebant, illi timebant: immo non timebant, sed etiam desperabant. Reuocauit eos in spem: adiunxit enim, *si non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccatis vestris*. Ergo si credideritis, quia ego sum, non moriemini in peccatis vestris. Reddita est spes desperantibus, excitatio facta est dormientibus: cordibus enervigauerunt inde plurimi, crediderunt, sicut Euangelij ipsius consequentia testatur. Erant enim illi membra Christi, quae nondum adhuc erant corpori Christi, & in illo populo a quo crucifixus est, a quo in ligno suspensus est, a quo pendens irrisus est, a quo lancea vulneratus est, a quo scilicet & aceto potatus est, etiam membra Christi pro quibus dixit: *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt*. Quid autem conuerso non ignoscitur, si fusus Christi sanguis agnoscerit? Quis homicida desperet, si in spem redditus est a quo etiam Christus occisus est? Crediderunt inde multi, donatus est eis sanguis Christi, vt magis eum biberent, quo liberarentur, quam rei de illo effuso tenerentur. Quis desperet, si in cruce latro saluatus est? ante paululum homicida, post paululum accusatus, conuictus, damnatus, suspensus, liberatus: noli mirari, vbi conuictus ibi damnatus, sed ibi liberatus vbi mutatus. In hoc ergo populo, cui dominus loquebatur, erant qui in peccato suo fuerant morituri, erant etiam, qui in ipsum, qui loquebatur, fuerant credituri, & ab omni peccato liberandi: tamen hoc attende, quod ait dominus Christus: *si non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccatis vestris*: quid est, si non credideritis, quia ego sum? Ego sum, quid? Nihil addidit, & quia nihil addidit, multum est quod commendauit: expectabatur enim vt diceret quid esset, nec tamen dixit: quid expectabatur vt diceret? Forte, nisi credideritis quia ego Christus, nisi credideritis, quia ego sum Dei filius, nisi credideritis, quia ego sum verbum patris, nisi credideritis, quia ego sum conditor mundi, nisi credideritis, quia ego

Exod. 3.

Psal. 101.

Mat. 28.

ego sum hominum formator, & reformator, creator, & recreator, factor, & refector, nisi hoc credideritis, quia ego sum, moriemini in peccatis vestris: multum est quod ait ipse, *ego sum*: quia sic dixerat dominus Moysi: *Ego sum, qui sum*. Quis digne eloquatur, quid sit, *sum*? Mittebat Deus per angelum suum, seruum suum Moysen ad liberandum ex Aegypto populum suum. Legistis quod audistis, & nostis, commemoro tamen mittebat tremementem, excusantem, sed obedientem. Cum ergo excusaret ait Deo, quem loqui in angelo intelligebat: si dixerit mihi populus, & quis est Deus, qui misit te, quid dicam eis? Er dominus ad eum, *Ego sum, qui sum*: & repetiuit, *Dices filius Israel: qui est, misit me ad vos: non ait ibi, ego sum Deus: aut, ego sum mundi fabricator: aut, ego sum omnium rerum creator: aut, ego sum ipsius populi liberandi propagator: sed hoc tantum, ego sum qui sum: & dices filius Israel, qui est: non addidit, qui est Deus vester, qui est Deus patrum vestrorum: sed tantum hoc dixit, qui est misit me ad vos. Forte multum erat & ad ipsum Moysen, sicut multum est & ad nos, & multo magis ad nos intelligere quid dictum sit, ego sum qui sum, & qui est, misit me ad vos. Et si forte caperet Moyses, illi ad quos mittebatur, quando caperent? Distulit ergo dominus quod capere homo non posset, & addidit quod capere posset: adiunxit enim & ait: *Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob*. Hoc potes capere: nam ego sum qui sum, quae mens potest capere? Quid ergo nos? Audebimus aliquid dicere ex hoc quod dictum est, ego sum qui sum? Vel potius ex hoc quod dominum dicere audistis, *nisi credideritis, quia ego sum, moriemini in peccatis vestris*? Itane his verbis tuis tantillis & pene nullis audebo disputare, quid sit quod ait dominus Christus, nisi credideritis quia ego sum? Audebo ipsum dominum interrogare audite me interrogantem potius quam disputantem, magis quaretem quam presumentem, potius discitentem quam docentem, & certe in me vel per me etiam vos interrogate. Praesto est etiam ipse dominus, qui vbique est, audiat interrogandi affectum, & intelligendi praestet affectum: nam & ego quibus verbis & si forte aliquid capio perducere possum quod capio ad corda vestra, quoniam sufficit sonus, quae suppetit eloquentia, quae vires intelligendi, quae facultas proferendi: Dicam ergo domino nostro Iesu Christo, dicam, & audiet me: credo praesentem, omnino non dubito: ipse enim dixit: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi*. O domine Deus noster, quid est quod aisti, *nisi credideritis, quia ego sum*? Quid enim non est eorum quae fecisti? nuquid aelum non est? nuquid terra non est? nuquid non sunt ea quae in terra, & in caelo sunt? nuquid homo ipse, cui loqueris, non est? nuquid angelus, quem mittis, non est? Si omnia sunt haec, quae per te facta sunt, quid est quod tibi proprium quiddam tenuisti ipsum esse, quod aliis non dedisti, vt tu solus esses? Nam quomodo audio, ego sum, qui sum: quasi alia non sint? Et quomodo audio, *nisi credideritis, quia ego sum*? Illi non erant, qui audiebant? Et si peccatores erant, homines erant: quid ergo facio? quid sit ipsum esse, dicat cordi, intus dicat, intus loquatur, homo interior audiat, mens capiat vere esse, est enim superior eodem modo esse. Res enim quaelibet (omnino quasi ceppi disputare, & destitit querere, forte quod audiri volo loqui, au-*

ditui meo det exultationem, & vestro cu loquor) res enim quaelibet profus qualicunque excellentia si mutabilis est, non vere est: non enim est ibi verum esse, vbi est, & non esse: quicquid enim mutari potest, mutatum non est quod erat: si non est quod erat, mors quaedam ibi facta est: peremptum est aliquid ibi quod erat, & non est. Nigredo mortua est in capite albescens senis, pulchritudo mortua est in corpore fessis, & incurui senis, mortuae sunt vires in corpore languentis, mortua est statio in corpore ambulantis, mortua est ambulatio in corpore stantis, mortua est ambulatio & statio in corpore iacentis, mortua est locutio in lingua tacentis. Quicquid mutatur & est quod non erat, video ibi quandam viram in eo quod est, & mortem in eo quod fuit: denique de mortuo cum dicitur, vbi est homo ille respondetur, fuit. O veritas, quae vere es: nam in omnibus actionibus, & motibus nostris, & in omni profus agitatione creaturae duo tempora inuenio, praeteritum & futurum: praesens quareo, nihil stat: quod dixi iam non est, quod dicturus sum, nondum est: quod vixi, iam non est: quod victurus sum, nondum est. Praeteritum & futurum inuenio in omni motu rerum: in veritate quae manet, praeteritum & futurum non inuenio, sed solum praesens, & hoc incorruptibiliter, quod in creatura non est. Discute rerum mutationes, inuenies fuit & erit: cogita Deum, inuenies esse, vbi fuit & erit, esse non possit. Vt ergo & tu sis, transeunte tempore: sed quis transcendet viresibus suis? Leuet illuc ille, qui patri dixit: *Volo vt vbi ego sum, & ipsi sint mecum*. Hoc itaque promittens ne moriamur in peccatis nostris, nihil aliud dominus Iesus Christus mihi videtur his verbis dixisse, *nisi credideritis, quia ego sum*, profus nihil aliud mihi videtur his verbis dixisse quam hoc, *nisi credideritis, quia Deus ego sum, moriemini in peccatis vestris*. Bene, deo gratias, quia dixit, *nisi credideritis, quia ego sum*, moriemini in peccatis vestris: non dixit, nisi ceperitis: quis enim hoc capiat? Aut vere quia ausus sum dicere, & nisi estis intelligere, aliquid de tanta ineffabilitate cepistis: si ergo non capis, fides te liberat: Ideo dominus non ait, nisi ceperitis, quia ego sum: sed quod poterant dixit, *nisi credideritis, quia ego sum, moriemini in peccatis vestris*. Et illi semper terrena sapientes, & semper secundum carnem audientes, & respondentem: *Quid ei dixerunt? Tu quis es?* Non enim cum dixisti, nisi credideritis quia ego sum, addidisti quid esses: quis es vt credamus? *Es ille principium*. Ecce quod est esse principium, mutari non potest, principium in se manet & innovat omnia: principium est cui dictum est, *Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficiunt*. Principium ait, *Qui & loquor vobis*. Principium me credite, ne moriamini in peccatis vestris: tanquam enim in eo quod dixerunt, tu quis es? Nihil aliud dixerunt, quam quid te esse credimus. Respondit, principium, id est, principium me credite. In Graeco nanque eloquio discernitur, quod non potest in Latino. Apud Graecos enim feminini generis est principium, sicut apud nos lex generis feminini est, quae apud illos est masculini: sicut sapientia & apud nos, & apud illos generis feminini est. Consuetudo locutionis idem per diuersas linguas variat genera vocabulorum, quia in ipsis rebus non inuenis sexum. Non enim sapientia vere femina est, cum Christus sit Dei sapientia, & Christus appelletur genere masculino, sapientia feminino, cui ergo dicerent Iudaei? Tu quis es? ille qui

Ioan. 17.

Psal. 101.

Mat. 28.

1. Cor. 1.

qui sciebat esse ibi quosdam credituros, & ideo dixisse, tu quis es? ut scirent quid illum credere deberent: respondit, principium: non tanquam diceret, principium sum: sed, tanquam diceret principium me credite. Quod in sermone Græco, ut dixi, euidenter apparet, ubi femini generis est principium: velut si vellet dicere te esse veritatem, & dicentibus: tu quis es? responderit, veritatem, cum videretur ad id quod dictum est: tu quis es? respondere debuisse, veritas, id est, veritas sum: sed alius respondit, cum videret eos ita dixisse tu quis es? ac si dicerent: quoniam abs te audiimus, nisi credideritis quia ego sum, quid te esse credemus? Ad hoc respondit, principium: tanquam diceret, principium me credite. Et addidit, qui & loquitur vobis, id est, quia humilis propter vos factus ad ista verba descendit: nam si principium sicuti est, ita maneret apud patrem, non acciperet formam serui, & homo loqueretur hominibus, quomodo ei crederent, cum infirma corda intelligibile verbum sine voce sensibili audire non possint? Ergo, inquit, credite me esse principium, quia ut credatis non solum sum, sed & loquitur vobis: sed de hac re iam multum est loqui vobis: placeat itaque charitati vestre, ut quod restat, illo adiuvante, seruemus castino reddituri.

EIVSDEM IN IDEM
Homil. 2.

Tract. 39. in
Ivan.

Verba domini nostri Iesu Christi quæ habuit cum Iudæis, ita moderans loquelam suam, ut carci non viderent, & fideles oculos aperirent, quæ hodie de sancto Evangelio recitata sunt, ista sunt: *Dixit ergo Iudæis, tu quis es?* Quia dixerat supra dominus, *nisi credideritis, quia ego sum, non veni in peccatis vestris.* Ad hoc ergo illi: *Tu quis es?* veluti quærentes nosse in quem deberent credere, non in suo peccato morentur. Respondit, dicentibus: tu quis es? *Et ait, Principium qui & loquitur vobis.* Si se dixit dominus esse principium, quærit potest verum & pater principium sit? Si enim filius principium est qui habet patrem, quanto facilius intelligendus est Deus pater esse principium, qui habet quidem filium, cui pater sit, sed non habet de quo sit: filius enim patris est filius, & pater utique filij pater est: sed Deus de Deo filius dicitur, lumen de lumine filius dicitur. Pater dicitur lumen, sed non de lumine: pater dicitur Deus, sed non de Deo: si ergo Deus de Deo, lumen de lumine principium est, quanto facilius intelligitur principium, lumen de quo lumen, & Deus de quo Deus? Videtur itaque absurdum charissimi, ut filium dicamus principium, & patrem principium non dicamus, sed quid agamus? Nunquid duo erunt principia? Cavendum est hoc dicere. Quid ergo? Et si pater principium, & filius principium, quomodo non duo principia? Quomodo dicimus patrem Deum, & filium Deum, nec tamen dicimus duos deos: nephas est enim dicere duos deos, nephas est dicere tres deos: & tamen qui pater est, non est filius: qui filius est, non est pater: spiritus autem sanctus patris & filij spiritus, nec pater est nec filius. Quamvis ergo, sicut aures catholicæ sunt erudite in gremio matris Ecclesiæ, nec ille, qui est pater, sit filius, nec ille, qui est filius, sit pater, nec spiritus sanctus patris, & filij sit, vel filius vel pater, tres deos tamen esse non dicimus,

quamvis de singulis si quaeratur, necesse est de quoocunque interrogati fuerimus, Deum esse fateamur. Et absurda ista videntur hominibus solita trahentibus ad insolita, visibilia ad invisibilia, creaturam comparantibus creatori. Interrogant enim nos aliquando infideles & dicunt: patrem quem dicitis? Deum dicitis? respondemus Deum: filium, quem dicitis, Deum dicitis? respondemus Deum: spiritum sanctum, quem dicitis, Deum dicitis? respondemus Deum: Ergo, inquit, pater & filius & spiritus sanctus tres sunt dii? respondemus, non. Turbantur, quia non illuminantur: cor clausum habent, quia clauem fidei non habent. Nos ergo, fratres, fide præcedente, quæ sanat oculum cordis nostri, quod intelligimus sine obscuritate capiamus, quod non intelligimus, sine dubitatione credamus. A fundamento fidei non recedamus, ut ad culmæ perfectionis veniamus: Deus est pater, Deus est filius, Deus est spiritus sanctus, & tamen pater non est qui filius: nec filius est qui pater: nec spiritus sanctus patris & filij spiritus, aut pater est aut filius. Trinitas vnus Deus, Trinitas vnus deus, vna potestas, vna maiestas, tres persone, sed non tres dii. Nunc mihi calumniator respondeat: quid ergo tres? Si enim tres ait, oportet dicat, quid tres? Respondeo, Pater, & filius, & spiritus sanctus. Ecce, inquit, tres dixisti: sed quid tres exprime, immo tu numeras? Nam ego compleo tres, cum dico pater, & filius, & spiritus sanctus. Id enim quod pater ad se est, Deus est, quod ad filium est, pater est: quod filius ad seipsum est, Deus est: quod ad patrem est, filius est. Ita quæ dico potestis de similitudinibus agnoscere quotidianis. Homo & alter homo, si ille sit pater, ille filius, quod homo est, ad seipsum est, quod pater est, ad filium est: & filius quod homo est, ad seipsum est, quod autem filius est, ad patrem est: pater enim nomen est dictum ad aliquid, & filius ad aliquid, sed isti duo homines sunt. At verò pater Deus ad aliquid est pater, id est, ad filium: & filius Deus ad aliquid est filius, id est, ad patrem, sed non quomodo illi duo homines sunt, sic isti duo dii. Quare hoc nõ ita est ibi? Quia illud aliud, hoc autem aliud est: quia illa diuinitas est, hæc humanitas. Est ibi aliquid ineffabile, quod verbis explicari non possit, ut & numerus sit, & numerus non sit: videte enim si non quasi apparet numerus, pater, & filius, & spiritus sanctus trinitas: si tres, quid tres? Deficit numerus: ita Deus nec recedit à numero, nec capitur numero: quia tres sunt, tanquam est numerus: si quaeris qui tres? Non est numerus: vnde dictum est: Magnus dominus Deus noster, & magna virtus eius, & sapientia eius non est numerus. Vbi cogitare cœperis, incipis numerare: vbi numeraueris, quid numeraueris non potes respondere. Pater, pater est: filius, filius est: spiritus sanctus, spiritus sanctus est. Quid sunt isti tres, pater, & filius, & spiritus sanctus, non tres dii non. Non tres omnipotentes: non. Nõ tres mundi creatores: non. Ergo omnipotens pater? omnipotens planè. Ergo & filius non omnipotens? & filius omnipotens planè. Ergo spiritus sanctus non omnipotens? & ipse omnipotens: tres ergo omnipotentes? Non, sed vnus omnipotens. Hoc solo numerum insinuant quoddam adiniceam sunt, non quod ad se sunt: quia enim Deus pater ad se est Deus simul cum filio & spiritu sancto, non sunt tres dii: quia ad se est omnipotens simul cum filio & spiritu sancto, non sunt tres omnipotentes. Quia verò non

non ad se est pater, sed ad filium, nec filius ad se est, sed ad patrem, nec spiritus sanctus ad se, in eo quod dicitur spiritus patris, & filij, non est: quid dicam tres, nisi patrem, & filium, & spiritum sanctum vnum Deum, vnum omnipotentem: ergo vnum principium. Accipe aliquid de scripturis sanctis, vnde hoc quod dicitur vt queque capiatis. Postquam dominus noster Iesus Christus resurrexit, & cum voluit ascendit in caelum, decem diebus illic impletis, misit inde spiritum sanctum: quo impleti qui aderant in conclui vnà omnium gentium linguis cœperunt loqui, miraculo exterriti domini interfectores, compuncti doluerunt, dolentes mutati sunt, mutati crediderunt, accesserunt corpori domini id est, numero fidelium tria milia hominum. Item alio facto quodam miraculo, accesserunt alia quinque milia, facta est plebs vna non pauca, in qua omnes accepto spiritu sancto, quo amor spiritualis accensus est charitate ipsa, & feruore spiritus in vnum redacti, cœperunt in ipsa societatis vnitate vendere omnia, quæ habebant, & precia ponere ad pedes Apostolorum, vt distribuere vt vicique prout cuique opus erat: Et hoc de illis scriptura dicit, quod erat eis anima vna, & cor vnū in Deum. At credite ergo, fratres, & hic agnoscite mysterium trinitatis, quomodo dicamus & pater est, & filius est, & spiritus sanctus est: & tamen vnus Deus est. Ecce illi tot milia erant, & cor vnum erant: ecce tot milia erant, & vna anima erant, sed vbi? In Deo: & quanto magis ipse Deus? Nunquid erro in verbo, quando dico duos homines duas animas, aut tres homines tres animas, aut multos homines multas animas? Recte vtique dico, accedentes ad Deum, & vna anima est omnium: si accedentes ad Deum, multæ animæ per charitatem vna anima est, & multa corda vnum cor quid agit ipse fons charitatis in patre, & filio? nõne ibi magis trinitas est vnus Deus? Inde enim nobis charitas venit de ipso spiritu sancto: sicut dicit Apostolus: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis: si ergo charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, & multas animas facit vna anima, & multa corda facit vnum cor, quanto magis pater & filius & spiritus sanctus, Deus vnus, lumen vnū, vnūque principium? Audiamus ergo principium, quod loquitur nobis: *Multa*, inquit, *habeo loqui de vobis & iudicare.* Meministis quod ait: *Ego non iudico quemquam:* ecce modo dicit, *Multa habeo de vobis loqui, & iudicare:* sed aliud est, nõ iudico: aliud, *habeo iudicare:* non iudico, dixit ad presens: venerat enim vt saluaret mundum non vt iudicaret mundum. Quod autem dicit, *Multa habeo de vobis loqui & iudicare:* iudicium futurum dicit. Ideo enim ascendit, vt veniat iudicare viuos & mortuos: nemo iustus iudicabit, quæ qui iniuste iudicatus est. *Multa*, inquit, *habeo de vobis loqui, & iudicare.* Sed quis misit me, verax est. Videte quemadmodum patri det gloriam æqualis filius. Exemplum enim nobis præbet, & tanquam in cordibus nostris loquitur. O homo fidelis, si Euangelium meum audis, dicit tibi dominus Deus tuus: vbi ego in principio verbum Deus apud Deum æqualis patri, coæternus gignenti, de gloriam ei, cuius sum filius, quomodo tu superbas es aduersus eum, cuius seruus es? *Multa habeo*, inquit, *de vobis loqui & iudicare, sed qui me misit, verax est:* tanquam diceret, ideo verum iudico: quia filius veracis veritas sum, Pater verax, filius veritas, quid pa-

ramus esse amplius? Cogitemus si possumus, quid est amplius, verax an veritas? De quibusdam quaeramus, pius homo, an pietas: sed plus est ista pietas: pius enim à pietate, non pietas à pio: potest enim esse pietas, etsi ille, qui pius erat, factus est impius, ipse perdidit pietatem, pietati nihil abstulit. Quid item pulcher, & pulchritudo? Plus est pulchritudo quam pulcher: pulchritudo enim facit pulchrum, non pulcher facit pulchritudinem. Castus, & castitas? Castitas planè plus est quàm castus: si enim castitas non esset, vnde esset iste castus, non haberet: si autem noluerit esse castus, castitas integra persecuerat. Si ergo plus pietas quàm pius, plus pulchritudo quàm pulcher, plus castitas quàm castus, nunquid dicitur sumus plus veritas quam verax? Si hoc dixerimus, filium incipimus dicere patre maiorem: ait enim aperitissime ipse dominus: *Ego sum via & veritas, & vita.* Ergo si filius veritas, pater quid, nisi quod ait ipsa veritas, qui me misit verax est. Filius veritas, pater verax, quid plus sit quero, sed æqualitatem inuenio: verax enim pater non ab ea veritate verax est, cuius partem cepit, sed quam totam genuit. Video planius esse dicendum, & certe ne vos diu teneã, hodie hucusque tractetur, cum finiero, quod volo dicere, adiuuante Deo, sermo claudatur. Hoc ideo dixi, vt intentos vos facerem. Omnis anima, quoniam res est mutabilis, & quantum magna creatura, tamen creatura est, quantum corpore melior, tamen facta: omnis ergo anima quoniam mutabilis est, hoc est, modo credit, modo non credit, modo vult, modo non vult, modo adultera est, modo casta, modo bona, modo mala, mutabilis est. Deus autem hoc est quod est, ideo proprium nomen sibi tenuit: *Ego sum*, qui sum: hoc & filius, dicendo; *Nisi exegeritis quia ego sum.* Ad hoc pertinet: *tu quis es? Principium.* Deus igitur incommutabilis est, anima mutabilis: quando capit anima ex Deo vnde fit bona, participando fit bona, quomodo tuus oculus participando videt: nam lumine substracto, non videt, cuius particeps factus videt, quia ergo anima participando fit bona, si mutata cepit esse mala, bonitas manet, cuius erat particeps bona: bonitatis enim cuiusdam particeps facta est, cum bona esset, quia mutata in peius, integra bonitas permanet. Si recedat anima, & mala fiat, non minuitur bonitas: si reuertatur, & bona fiat, non crescit bonitas. Factus est oculus tuus particeps lucis huius, & vides: clausus est, hanc lucem non minuit: appetus est, hanc lucem non auxiisti. Hac data similitudine, fratres, intelligite, quia si pia est anima, est pietas apud Deum, cuius sit particeps anima: si casta anima, est castitas apud Deum, cuius est particeps anima: si bona est anima, est bonitas apud Deum, cuius est particeps anima: si est verax anima, est veritas apud Deum, cuius est particeps anima: quibus particeps si non fuerit anima, omnis homo mendax: si omnis homo mendax, nullus homo de suo est verax. Pater autem verax de suo est verax, quia genuit veritatem. Aliud est, verax est homo iste, qui iam percepit veritatem: aliud est, verax Deus, qui genuit veritatem. Ecce quomodo verax est Deus, non participando, sed generando veritatem. Video vos intellexisse, & gaudeo: sufficiat vobis hodie, cetera, quando domino placuerit, sicut donauerit, exponemus.

Ivan. 14.

Eand.

Psal. 115.

nem iudicantes, & totum carnaliter audientes, & sapientes, dixerunt; *Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit. Stulta verba. & omnino insipientiæ plena. Quid enim? non poterant illo venire, quod ille periret, si interficeret semetipsum? nunquid ipsi non erant mortui? Quid est ergo? Nunquid interficiet semetipsum, quia dixit; Quid ego vado, vos non potestis venire? Si de morte hominis diceret, quis hominum non moritur? Ergo, quod ego vado, dixit, non cum itur ad mortem, sed quod ibat ipse post mortem. Illis itaque non intelligentibus ista, respondit eis dominus, qui terram sapiebant, quid ait? Dicebat eis? Vos deorsum estis: Ideo terram sapitis, quia sicut serpens terram manducatis. Quid est terram manducatis? terrenis pascimini, terrenis delectamini, terrenis inhiatis, sursum cor non habetis, vos deorsum estis. Vos de mundo estis, ego non sum de hoc mundo. Quomodo ergo non erat de hoc mundo, per quem factus est mundus, & semper ubi est, & omnes de mundo? Sed prius mundus, postea homo: & Christus ante mundum, ante Christum nihil, quia in principio erat verbum, & omnia per ipsum facta sunt, sic enim erat ille de supernis, de quibus supernis? Christus ab ipso patre. Nihil illo superioris, quia verbum genuit æquale sibi, coæternum sibi, vni genitum sibi, sine tempore, per quem conderet tempora. Ideo Christus ante omnes creaturas, & ante omnia tempora: quia de patre coæternus patri genitus est. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris. Exposuit nobis fratres, quid intelligi voluit, vos de hoc mundo estis. Ideo quippe dixit, Vos de hoc mundo estis, quia peccatores erant, quia iniqui erant, quia infideles erant, quia terrena sapiebant. Nunquid Apostoli & sancti Dei de hoc mundo non erant? Erant quidem, quia de Adam nati sunt: sed ipsa veritas de his ait; Ego elegi vos de mundo, id est, de carnali conuersatione, quæ mundi nomine hoc loco significari videtur. Qui ergo erant de mundo, facti sunt non de mundo, & pertinere coeperunt ad eum, per quem factus est mundus, isti autem remanserunt esse in mundo, quibus dictum est; Moriemini in peccatis vestris. Nemo dicat, de hoc mundo non sum. Quisquis es, ô homo, de hoc mundo es. Sed venit ad te, qui fecit mundum, & liberavit te de hoc mundo. Si delectat te mundus, semper vis esse immundus. Si autem iam non delectat te hic mundus, iam tu eris mundus, & non audies, quod Iudæi audierunt; Moriemini in peccatis vestris, & qui plus peccat, plus est in mundo, & plus immundus: & quanto quis se mundat à peccato, tanto declarat de mundo non esse. Merito audierunt Iudæi, Moriemini in peccatis vestris: quia non habere peccatum nullo modo potestis, qui cum peccato nati estis: sed tamen si in me, inquit, credideritis, cum peccato quidem nati estis, sed in peccato vestro morituri non estis. Totæ ergo infelicitas ipsa erat, non peccatum habere, sed in peccatis mori, hoc est, quod debet fugere omnis Christianus. Propter hoc ad baptismum curritur, propter hoc fit ægritudine, vel aliunde periclitantur, sibi quisque desiderat subveniri. Propter hoc etiam fugens perniculus à matre piis manibus ad Ecclesiam fertur, ne sine baptismo exeat, & in peccato, quo natus est, moriatur. Adiunxit enim dicens; si non credideritis, moriemini in peccatis vestris. Reddita spes est desperantibus, excitatio facta est dormientibus cordibus, euigilauerunt, inde plurimi crediderunt, sicut euangelij ipsius conse-*

Joan. 15.

quentia testatur. ubi ait; *Hac illo loquente, multi crediderunt in eum.* In hoc ergo populo, cui dominus loquebatur, erant qui in peccato suo fuerant morituri, & qui in ipsum, qui loquebatur, fuerant credituri, & ab omni peccato liberantur: Tamen hoc attende, quod ait dominus Christus; *si non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccato vestro.* Quid est, si non credideritis quia ego sum? Qui nihil addidit, multum est quod commendauit. Dixit, ego sum, & non addidit quid, sicut Christus, sicut filius Dei, sicut ille, quem prophetæ prædixerant, sicut saluator mundi, sive aliud aliquid, quod de eo in scripturis legitur. Multum est, quod ait ipsum, *Ego sum*: quia dixerat Deus Moysi, *Ego sum*: qui sum, & hic modo, *Nisi credideritis, quia ego sum*, eodem modo verbo essentia sempiternæ visus est ad populum Iudæorum, quo tunc ad Moysen per angelum in rubo flammæ ignis, quem missurus erat ad liberandum populum suum. Quid est quod hic dixit; *Ego sum*? nisi ille ipse, qui tunc veni in angelo mittere Moysen seruum meum ad liberandum populum meum, ego ipse modo per meipsum veni incarnatus homo factus liberare homines, quos creauit saluare, qui perdit fuerant. Quicquid enim aliquo modo mutari potest vel in melius, vel in deterius, quodammodo moritur ab eo, quod fuit ante, dum incipit aliud esse, vel aliter esse quam fuit. Solus vero Deus semper idem est, immutabilis veritas, immutabilis bonitas, immutabilis sempiternitas, immutabilis natura, immutabilis substantia, & quicquid de eo dici potest, semper id est, quod fuit, & erit. Propterea nihil aliud melius videtur intelligi in hoc verbo, quod ait dominus; *Ego sum, nisi, Ego sum Deus. Moriemini in peccato vestro.* Sed illi semper terrena sapientes, & semper secūditum carnem audientes, & respondentes. Quia ei dixerunt; *Tu quis es? Non enim cum dixisti; Nisi credideritis quia ego sum, addidisti, quis es? Quis est, ut credamus? Et ille; Principium. Ecce quod est. Esse principium, mutari non potest. Principium in se manet, & innouat omnia. Principium est, cui dictum est; Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Principium, ait, qui & loquor vobis. Principium me credite, ne moriamini in peccatis vestris. Tāquam enim in eo, quod dixerant; *Tu quis es? nihil aliud dixissent* quam quid te esse credamus? respondit Principium me esse credite. & addidit, quod & loquor vobis, id est, qui humilis propter vos factus, ad ista verba descendendi. Nam, si principium sicuti est, ita maneret apud patrem, ut non acciperet formam serui, & homo loqueretur hominibus, quomodo ei crederet, cum infirma corda intelligibile verbum sine voce, seu sensibilia, videre non possent? Ergo, inquit, credite me esse principium: quia ut credatis, non solum sum, sed & loquor vobis. Verba sunt domini nostri Iesu Christi, quæ habuit cum Iudæis, ita moderans loquelam suam, ut cæci non viderent, & fideles oculos aperirent. Dicebant ergo Iudæi, *Tu quis es? quia dixerat supra dominus, Nisi credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris.* Ad hoc ergo illi; *Tu quis es? veluti querentes nosse, in quem deberent credere, ne in suo peccato moterentur. Respondit dicentibus; Tu quis es? & ait, Principium, qui & loquor vobis. Quare se dicit dominus Iesus principium? Principium, quia omnia per ipsum facta sunt, sicut Psalmista dicit, Omnia in sapientia fecisti. Siquid omnia in sapientia fecit Deus, id est, in filio suo coæterno sibi, & consubstantiali, filius utique omnium**

Exol. 3.

Joan. 14.

Joan. 8.

Psalm. 101.

omnium principium est. Vtique recte dicitur & pater principium, & filius principium: non tamen duo principia: sicut pater Deus, & filius Deus, non tamen duo dii, sed vnus Deus dicendus est. Sic pater principium, non tamē duo principia, sed vnum principium fatendum est. Ergo & spiritus sanctus principium est: non tamen tria principia, pater, & filius, & spiritus sanctus, sed vnum principium: sicut pater Deus, filius Deus, & spiritus sanctus Deus, non tamen tres dii, sed vnus Deus. Pater omnipotens, filius omnipotens, spiritus sanctus omnipotens, non tamen tres omnipotentes, sed vnus omnipotens. Idē enim pater quod ad se est, Deus est: quod ad filium est, pater est. Quod filius ad seipsum est, Deus est: quod ad patrem est, filius est. Spiritus sanctus quod ad se est, Deus est: quod ad patrem, & filium, spiritus sanctus est, quia patris, & filij spiritus est, ex patre, & filio procedens, vnus substantia: potestatis, maiestatis cum patre, & filio. Audiamus ergo principium quid loquitur nobis; *Multa, inquit, habeo de vobis loqui, & iudicare.* In alio vero loco dixit; *Non iudico quemquam, præsentem suū ostendens aduentum, quo venit saluare, non iudicare: quia venerat, ut saluaret mundum, non ut iudicaret mundum.* Quod autem nunc dicit; *Multa habeo de vobis loqui, & iudicare*, iudicium futurum dicit. Ideo enim ascendit, ut veniat iudicare vivos, & mortuos. Nemo iustus indicabit, quam qui iniuste iudicatus est. *Multa habeo, inquit, loqui & iudicare de vobis: sed qui misit me, verax est.* Videte quem admodum patri dat gloriam æqualis filius patri. Exemplum enim nobis præbet gloriam dare Deo, gloriam Dei querere, non nostram: quasi diceret; O homo fidelis, si ego filius patris, æqualis patri, consubstantialis patri, coæternus patri, do gloriam ei, à quo sum: quomodo tu superbus es apud eum, cuius es seruus? *Multa, inquit, habeo de vobis loqui, & iudicare: sed qui misit me, verax est.* Tanquam diceret, ideo verum dico, quia filius veracis, veritas sum. pater veritas est, filius veritas. Ait enim aperitissime ipse dominus; *Ego sum via, veritas, & vita. Ergo, si filius veritas, pater quid, nisi quod ait, veritas: Qui me misit, verax est.* Filius veritas, pater verax est, sed non à veritate filius veritas, sed à patre, quia filius à patre, non à seipso. & ideo ait alio loco; *A meipso non veni. id est, à meipso non sum. Pater vtique verax est, non participando veritatem, sed generando veritatem, quia pater genuit filium, qui de seipso ait; Ego sum via, & veritas.* Cum autem dixisset dominus Iesus; *Verax est, qui me misit, non intellexerunt illi; quod de patre eis dicebat: nec dum habuerunt oculos cordis apertos, ut intelligere possent æqualitatem veracis, & veritatis. Dicebat eis; Cum exaltauerit filium hominis, &c.* Quid est hoc? Nihil enim aliud videtur dixisse, nisi eos post passionem suam cognituros quis esset. Proculdubio ergo videbat ibi aliquos, quos ipse nouerat, quos ipse cum cæteris sanctis suis ante mundi constitutionem præcitiendo elegerat, post passionem suam esse credituros. Ipsi sunt illi, quos asidue commendamus, & ad imitationem cum magna exhortatione proponimus. Nihil enim desuper spiritus sancto post domini passionem, & resurrectionem, & ascensionem, cum miracula fierent in eius nomine, quem tanquam mortuum persequentes Iudæi contempserunt, compuncti sunt corde: & qui seuentes occiderunt, mutati crediderunt: & quem sanguinem sumentes fuderunt,

credendo biberunt, illa tria millia, & illa quinque millia Iudæorum: quod sibi volebat quando dicebat; *Cum exaltauerit filium hominis, &c.* Tanquam dicens; Differo cognitionem vestram, ut impleam passionem meam, ordine vestro cognoscetis, qui sum. non quia omnes tunc erant credituri ex iis, qui audiebant, id est, post domini passionem. Nam paulo antè dixit; *Hæc eo loquente, multi crediderunt in eum, & nondum exaltatus erat filius hominis. Exaltationem quippe dicit passionis, non glorificationis: crucis, non cæli. Nam ibi exaltatus est, quando pependit in ligno, sed illa exaltatio, humiliatio fuit. Tunc enim factus est patri obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod exaltauit illum Deus. Altera exaltatio fuit, quando leuatus est in crucem, altera, dum ascendit in cælum. Illa humiliationis, ista glorificationis. Exaltationem vero crucis oportebat impleri per eorum manus, qui postea fuerant credituri, quibus dicit; *Cum exaltauerit filium hominis, tunc cognoscetis, qui ego sum.* Quare hoc? nisi vt nemo desperaret, in quocunque scelere male sibi cõfiscius, quando videbat eis donari homicidium, qui occiderant Christum. Addidit; *Tunc cognoscetis quia ego sum. Quid est, ego sum? nisi vnus substantia: cum patre, sicut ad Moysen superius diximus dictum esse, Ego sum, qui sum, & sic dices filius Isaac: Qui est, misit me ad vos. Verbo substantiali vitur de seipso dominus, ut intelligatur æternam esse substantiam, & vnā esse substantiam patris, & filij. Tamen ne ipse intelligeretur pater, continuo adiunxit; *Et à meipso facio nihil: sed sicut docuit me pater, hæc loquor.* Quod vero ait; *A meipso facio nihil, quid est, à meipso facio nihil? id est, à meipso non sum. Quod autem addidit, sicut docuit me pater, hæc loquor: sensus altissimus est, cor enim mundandum est (nec enim in maleuolam animam introibit sapientia, nec habitabit in corpore subditio peccatis) ut intelligatur quod ait; Sicut docuit me pater, sic loquor.* Non enim ita intelligendum est, quasi homo pater homini filio loqueretur, sed excellentius, & sacratius. Aliter vero intelligendum est, quod ait euangelista; In principio erat verbum: & aliter intelligendum; Verbum caro factum est. Aliter de diuinitate Christi, in qua æqualis est Deo patri: aliter de humanitate eius, in qua consimilis est nobis, cogitandum est. Non vno modo intelligendum est, quod ait dominus; *Ego, & pater vnus sumus, & illud quod dixit, Pater maior me est.* Ergo incorporaliter cogitate, pater locutus est ad filium, quia incorporaliter pater genuit filium. Nec enim sic docuit, quasi indoctum genuerit: sed hoc est eum docuisse, quod est scientem genuisse, & hoc est, docuit me pater, quod scientem me genuit pater. Si enim, quod pauci intelligunt, simplex est natura veritatis, hoc est filio esse, quod nosse: ab illo ergo habet quod nouerit, à quo habet, ut sit non vt prius ab illo esset, ab illo postea nosset: sed quemadmodum illi gignendo dedit, vt nosset, quia simplicis (vt dictum est) naturæ veritas est, esse, & nosse non est aliud, atque aliud, sed hoc ipsum. dixit ergo illa Iudæis, & addidit; *Et qui me misit, mecum est. Iam hoc & ante dixerat, sed rem magnam assidue commemorat. Misit me, & mecum est. Si ergo tecum est, ô domine, non vnus ab alio misus est, sed ambo venistis. & tamen cum ambo simul sunt, vnus missus est, alter misit: quoniam misso incarnatione est, ipsa incarnatio filij tantum est, non & patris. Misit***

Act. 2. & 4.

Philipp. 2.

Joan. 3.

Sapient. 1.

Joan. 16.

Joan. 4.

itaque pater filium, sed non recessit à filio. Ergo, inquit, qui me misit, non reliquit me solum. Cuius auctoritate tanquam paterna incarnatus sum, mecum est, non me reliquit. Quare me non reliquit? Non reliquit me, inquit, solum, quia ego qua placita sunt ei, facio semper. Ipsa est æqualitas semper, nõ ex quodam initio, & deinceps, sed sine initio, sine fine. Dei enim generatio non habet initium temporis, quia per vniuersum facta sunt tempora. Hac illo loquente, multi crediderunt in eum. Necdum in omnem terram exiit sonus eorum, necdum omnibus prædicatum est, necdum dictum est, hęc, doceat omnes gentes.

*Psal. 18.
Matt. 28.*

ERICI IN IDEM Euang. Hom.

Ioan. 8. **R**efert superius sanctus Euangelista Ioannes, quia cum doceret Dominus in gazophylacio templi & diuinitatis sue mysteria aperitissimè populis panderet, voluerunt eum Iudæi apprehendere: sed nemo misit in eo manus, quia nondum venerat hora eius. Nondum enim venerat voluntatis ipsius, & dispositionis hora: quia sicut voluntate natus, sic & voluntate passus est. Quia ergo illi dominum apprehendere voluerant, vt ostenderet inefficaciter illos conari, quando ipse nollet, ideo dominus dixit eis, quod modo audiuimus; *Ego vado & quaeritis me.* Ac si aliis verbis diceret; Frustrà me persequimini, in cassum mihi manus iniicere tentatis. Ego enim præfinitui tempus, quando pro humani generis salute pati debeã. *Ego, inquit, vado,* ego volens ad passionem pergo. Vos autem nec modò mihi aliquid mali facere potestis, quia ego nolo. *Et quaeritis me,* non amore, sed odio. Denique cum Christus de mundo discessit, postquam per passionem oculis se hominum absentauit, quaerunt eum Iudæi, persequendo illum in apostolis, & cæteris credentibus. Vnde & Saulo persecutori dictu est; Saulo, quid me persequeris? *Quaerunt etiam eum sancti apostoli amatores ipsius, illum præsentè haberecupientes, & desiderio visionis eius exæstantes.* Hoc ergo modo eum quaerere debemus, quo eum quaerunt apostoli, vt illum semper diligamus, edicãtque illi cor nostrum; *Exquisiui voltum tuum, vultum tuum, domine, requiram: ne auertas faciem tuam à me.* Hoc modo requiramus animam Christi, non illo, quo eum quaerunt Iudæi inimici Christi. Illi enim quaerant, vt haberent: isti, vt perderent. Vnde & ne putaretur benè illos eum quaerituros, adiunxit; *Et in peccato vestro moriemini.* Ille in peccato suo moritur, qui permanet in peccato vsque ad mortem. Et quia præuidebat illos in sua malitia perseveraturos, ideo dixit; *In peccato vestro moriemini.* Et quia videbat in illis omnibus vnã voluntatem, simillimamque malitiam, ideo singulari numero dixit; *In peccato:* plurali autè; *Vestro,* quia pari affectu omnes eum perdere volebant, qui ad saluandos eos venerat. *Quo ego vado, vos non potestis venire.* Non poterant venire quo ibat, quia in eum credere nolbãt, quia eum non diligebant. Atque ideo ad illam gloriam, ad quam ille per mortem festinabat, ipsi venire nõ poterant. Hoc ipsum alibi apostolis loquens, dixit; *Quo ego vado, vos non potestis venire modo.* Neque enim tunc, quo ipse ibat, venire poterant, quia necdum pro illo patidonei erant, sed post venturi

Ioan. 15.

erant. Non ergo abstulit eis spem, sed prædixit dilationem. Iudæi verò nunquam, quo ibat, venturi erant, quia in eum credere nolabant. Et idcirco audierunt; *In peccato vestro moriemini.* Sed audiamus, quid responderent verbo domini, carnaliter tantum audientes, & non intelligentes. *Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit, Quo ego vado, vos non potestis venire?* Quam caeca mens, & suis tenebris obsecrata. Nunquid enim si dominus se interficeret, sequi eum ad mortem non poterant? Aut nunquid mori ipsi non valebant? Ergo, *quo ego vado,* dixit, non de eo quo ibat ad mortem, sed de eo quo venturus erat post mortem, hoc est, de gloria, ad quam per passionem, & mortem properabat; & ad hanc illi peruenire nullo modo poterant. Sed iam videamus, quid his dominus responderit; *Vos de deo sum estis, ego de supernis sum.* De deo sum, inquit, estis: terrena sapitis, terrenis delectamini, terrenis inhiatis, sursum corda non leuatis. *Ego de supernis sum,* hoc est à patre, quo nihil est superius, quia pater de nullo est. De his supernis, id est, de patre Deo erat, quia verbum eius erat, & ab illo coæternus, & consubstantialis genitus fuerat ante omnem creaturam, ante tempus, vel quicquid in tempore cogitari potest. *Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo.* De hoc mundo erant, quia peccatores, quia iniqui, & infideles erant. Sed nunquid apostoli, & cæteri sancti de hoc mundo non erant? De mundo erant, quia de Adam nati fuerant: sed de mundo id est, de carnali conuersatione domino electi fuerant, iuxta quod alibi dicit; *Ego vos elegi de mundo.* De mundo ergo fuerant, sed iam non erant de mundo, quia electi de mundo erant, & ad eum pertinebant, per quem factus est mundus. Iudæi verò, quia perseverabant in peccato, permanebant in mundo. Propterea eis dictum est; *In peccato vestro moriemini.* Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccato vestro. Si enim non crederitis quia ego sum, moriemini in peccato vestro. Reddi illis spem, & ostendit quomodo possint non mori in peccato suo, videlicet, si in eum credant. Ergo inter eos, quibus dominus loquebatur, erant plurimi, qui nõ erant credituri: erant & alij, qui credituri erant: atque ideo illi in peccato suo morituri erant, isti verò à peccato liberandi erant. Notandum verò, quòd dicit; *Si non crederitis quia ego sum,* nec addit quid esset. Non dixit; *Si non crederitis,* quia ego sum Christus, vel, ego sum filius Dei, vel, ego sum, quem prophetæ prædixerunt: nihil horum dixit, sed tantum; *Ego sum.* Nimirum, vt ostenderet se illum esse, qui olim Moyse dixerat; *Ego sum, qui sum.* Eodem verbo essentia vsus est loquens populo Iudæorum, quo tunc vsus est ad Moysen, loquens per angelum, quem dirigebat ad liberandum populum suum. Ac si diceret, *Ego, qui tunc veni per angelum, vt mitterem Moysen ad liberandum populum meum, ego ipse per memetipsum veni liberare genus humanum.* Nisi ergo crederitis, quia ego sum Deus, moriemini in peccato vestro. Sed illi in sua stultitia perseverantes, & subtilitatem verborum domini non intelligentes, responderunt; *Tu qui es?* Sed dominus ad instruendos eos, qui in eum credituri erant, respondit; *Principium, & qui loquor vobis.* Principiū se dominus appellat, quia omnia per ipsum facta sunt. Ipse est enim Dei sapientia, de qua Psalmista Deo patri dicit; *Omnia in sapientia fecisti.* Si igitur omnia fecit in sapientia, id est, in filio suo, vique ipse est principium omnium rerum, quas per

per eum Deus pater creauit. Dicitur & pater principium, quia in principio erat verbum, id est, in patre erat filius. Vnum tamen est principium pater, & filius, quia vnus est Deus pater, & filius. *Principium, ait, qui & loquor vobis.* Ac si diceret; *Ego sum Deus, qui propter vos humilis factus, ad hoc descendendi, vt vobis loqui possem per susceptam serui formam.* Credite ergo me esse principium, quia vt hoc credatis, loquor vobis. *Multa habeo de vobis loqui, & iudicare.* In alio euangelij loco dixit; *Ego non iudico quemquam.* Quid est quod nunc dicit, *Multa habeo de vobis loqui, & iudicare?* Sed illud de primo suo aduentu dixit, quod non venit, vt iudicaret mundum, sed vt saluaret. Quòd autem nunc dicit; *Multa habeo de vobis loqui, & iudicare,* secundum aduentum suum insinuat, quando ad iudicandos viuos, & mortuos venturus est. *Sed qui me misit, verax est.* Ac si diceret; *Idcirco veritatem dico, quia filius sum veracis: pater enim verax est, filius veritas.* Et sicut est filius à patre, sic veritas à verace. Et attendendum, quòd omnem gloriam dat Deo patri vnice filius, vt nos tali instruat exemplo: quia si ipse, qui est coæternus filius, omnem gloriam dat ei, à quo est, multo magis nos Deum in suis operibus glorificare debemus, cuius serui sumus. *Et ego, quæ audiui apud eum, hæc loquor in mundo.* Quid audierat apud patrem, nisi veritatem? Veritatem ergo audierat, veritatem loquebatur. Audiuit autem apud patrem, quia est à patre. Nihil enim est illi aliud auditæ, nisi esse: quia ab illo habet audientiam, à quo habet essentiam. *Et non cognouerunt, quia de patre eis diceret.* Quare non cognouerunt? Quia adhuc carnalibus inhaerebant, necdum oculos cordis apertos habebant, quibus patris, & filij æqualitatem intelligere valerent. *Dixit ergo eis: Cùm exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum.* Exaltationem hoc loco passionem suam vocat, quia exaltatus est in cruce. Hęc nanque exaltatio humiliationis fuit, non glorificationis, secundum quam humiliauit semetipsum, factus obediens patri vsque ad mortem. Ait ergo; *Cùm exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum.* Præuidebat enim ibi quosdam, quos ante mundi constitutionem prædestinauerat, post suam passionem credituros. De quibus in Actibus apostolorum legitur, quia prædicante Petro, vna die crediderunt tria milia. *Tunc, inquit, cognoscetis, quia ego sum.* Ac si diceret; *Idcirco differo fidem vestram, vt impleam passionem meam.* Cùm verò me in cruce exaltaueritis, sicut quondam Moyses exaltauit serpentem in deserto, tunc cognoscetis me Deum vnus cum patre substantia. *Et à meipso facio nihil, quia nec sum à meipso.* Ab ipso est mihi operatio, à quo & generatio, *Et sicut docuit me pater, hæc loquor in mundo.* Non sic docuit pater filium, quasi indotum genuerit: sed docuit, hoc est, sciẽtem genuit. Simplex est enim natura veritatis, & hoc est illi esse, quod nosse: & ab illo habet scientiam, à quo habet essentiam. *Et qui me misit, mecum est.* Deus pater filium misit, quia eum incarnari constituit. Missio enim eius, ipsa incarnatio est. Deus ergo pater cum filio est, quia vnus sunt pater, & filius, vna est illis substantia, eadẽque deitas, in diuisa maiestas. Et tamen cum simul sint, solus filius missus est, hoc est, solus filius incarnatus est, sicut & solus filius passus est. Deus ergo pater semper cum filio fuit, & eum non reliquit, & tamen, vt dictum est, so-

lius filij persona carnem assumpsit, & passioni, ac morti subiicit. Dei autem patris persona, ab ista incarnationis, & passionis iniuria aliena fuit. Vt enim aliquo vtamur exemplo, sicut arbor aliqua radium solis in se suscipiens, ferro inciditur, cùm tamen radius solis nec incidi possit, nec ab arbore separari: ita Deus pater, & ipsa in Christo diuinitas pati nõ poruit, sed sola humanitas Christi passibilis fuit. *Quia qua placita sunt ei, semper facio.* Quæ Deo patri placita erant, semper faciebat: quia voluntatem eius salutem humani generis operando adimplebat, & peccati totius perpetuo expers, immuniisque perseverabat: quia peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. *Quapropter & nos si membra eius esse volumus, capitis nostri exempla imitari studeamus.* Agamus, quæ Deo placita sunt, castificemus animum ab omni concupiscentia, edomemus illicitos carnis appetitus, mala, quæ nos perpetrare meminimus, lachrymis penitentia diluamus, & bonis, in quantum possumus, operibus insistamus, quatenus Deum & inter seculi pressuras adiutorem, & protectorem habere, & in futuro ad illud summum bonum visionis eius mereamur feliciter peruenire, Amen.

THEOPHYL. EPISCOPI Bulgar. superioris Euang. expositio.

Ego vado, & quaeritis me, &c. Quia de causa crebro illis dicit, *Ego vado, & quaeritis me?* Vt ita concutiat, & terreat animos eorum. Et vide quàm statim inciderint in curas, & perplexi animo dicebant, *Nunquid interficiet seipsum?* Quamvis cupiebant se ab illo liberari, & illum à medio tolli optabant, atque etiam occidere moliebantur: attamẽ ita magnam quiddam de hac re imaginabantur, vt perplexo redderentur animo. Insuper sæpe dicebat, *Ego vado,* vt monstret, quòd præsciãt suam mortem, & quòd non illorum virtuosus opus crux sit, sed eiusdem voluntatis suæ. Vado enim, inquit, nõ vos me ducitis, ego sponte vado. Dicendo autem, *Vos non potestis venire, quòd ego vado:* ostendit, quòd resurrecturus sit ipse quidem in gloria, & confessus ad dexteram patris: ipsi autem in suis peccatis morituri sint. Illi igitur qui ad hæc dicunt; *Nunquid occidet seipsum?* Dominus autem tollens hanc illorum suspitionem, ostendit, quòd non careat condemnatione se occidere. *Vos ab infernis estis,* nihilque diuinum cogitare valentes, ita cogitatis. Ego autem, quum nõ sim ex hoc mundo, hoc est, nihil mundanum, & terrenum sapiam nunquàm in tantam perueniam infaniam, vt meipsum occidam. Hoc enim diabolicum est, & non diuinum. Hoc loco Apollinarius, occasione sumpta, Manichæos omnes sequens dicit, *Vides, quòd non erat ex mundo hoc corpus domini, sed de supernis, ac de celo: sicut & diuus Paulus dicit, quòd secundus homo dominus de celo: Quid igitur est dicendum? Interrogate oportet illum quomodo intelligat, quòd ad apostolos à domino dicitur, Vos non estis ex hoc mundo: nõ & illi corpus habuerunt cæleste, & nõ huius creationis: vel quòd non sapiant, quæ huius mudi sunt, dixit dominus hoc? Manifestum, quòd ideo, quia non sapiebant, quæ huius mundi. Ita & nunc intelligendum, Ego non sum de hoc mundo, hoc est, non sum vnus ex vobis, qui mundana sapitis: sicut & Paulus ad quosdam dicens, Non estis in carne:*

non incorporeos eos esse dicit, sed testatur quomodo virtutum studiosi sunt, & à carnalibus affectionibus liberi. Quid igitur ultra dicit eis dominus: *Si non crederitis, inquit, mihi, in peccatis vestris moriemini*. Quum enim propter hoc venerit, ut tollat peccata mundi, haud aliter remissionem peccatorum accipere possumus, quam per baptismum. Impossibile autem est baptizari eum, qui non credit. Omnino igitur necessarium postea in suo peccato mori infidelem. Non enim exiit veterem hominem, quia non baptizatus fuit. Idcirco & alio loco dicit dominus, *Qui non credit, iam iudicatus est non propter hoc tantum, quod non credidit, sed & quia priora peccata habens moritur*. Dicebat ergo ei, *Tu quis es? Et dicit eis Iesus, in primis, quod & loquor vobis, &c.* Post tantum tempus, post tantorum miraculorum ostensionem interrogant eum, *Tu quis es? Ita fuerunt insipientes, & irrisores*. At dominus inquit, *In primis, quod & loquor vobis*. vos, inquit, indigni estis ut audiat is me sermones, & dicitis qui sum. Omnia enim tentantes dicitis, & nihil ex his, quae loquor, auditis. Ego autem possem vos etiam arguere, & non solum arguere, sed & punire. Haec enim duo insinuat dicens, *Quia multa possem de vobis loqui, & iudicare*: per loqui, reprehensionem; per iudicare, condemnationem intelliges. *At qui me misit*, inquit, non ad hoc misit me, ut iudicem ac arguam. Non enim misit Deus filium suum, ut iudicet mundum, sed ut salvet mundum. Igitur, quia pater meus ad salvandum me misit, verax autem est, merito nullum iudico nunc, sed solum loquor, quae audiui de patre meo, ea, quae ad salutem scilicet spectant, non ad reprehensionem. Haec autem dicebat, ut ne putent, quod ut impotens non puniat eos, ostendens, quod non puniat eos tantquam impotens, sed non volens: quia non ad puniendum, sed salvandum venerit. Haec autem illo dicente, tam insipientes erant, ut non cognoscerent, inquit, quod patrem suum eis diceret, quavis tanta de patre eis dicta essent: atqui vere obtenebratum erat insipientis cor eorum. Quidam autem sic intelligunt. *Qui misit me, verax est*. Possem, inquit, & nunc iudicare vos, sed refero in futurum seculum. Non creditis autem, & retributionis tempus non suspicamini. Sed, quamvis vos non credatis, saltem vel pater meus est fidelis, qui statuit diem, quo retribuetur vobis, qui & misit me, ut praedicem illa, & manifestent mundo eius & iustitiam, & virtutem. Dixit ergo Iesus, *Quum exaltaveritis filium hominis, &c.* Postquam multa signa eis fecit, & non attraxit illos, nunc de cruce cum eis loquitur. Vos enim, inquit, tunc putabitis vos extra omnem solitudinem, & merum fore, & à me liberatos, quum me crucifixeritis: ego autem dico, quod tunc scietis, quod ego sum, hoc est, Christus filius Dei, qui omnia porto, & duco, & non sum contrarius patri, neque à memetipso facio, vel loquor. non enim habeo voluntatem propriam separatam à voluntate patris. Quomodo autem cognitari sunt ipsum in cruce? A signis, quae tunc fient, & à resurrectione, & captivitate: omnia enim haec poterant declarare eius fortitudinem. Vtrunque igitur scietis, & fortitudinem meam, quando crucifigeris me, & concordiam meam cum patre. Neque enim pater vultus esset me, data civitate vestra Romanis, vel signis in caelo factis, nisi filius eius essem, & eiusdem scientiae, & non contrarius. Tunc igitur scietis, quod quae doceo, & dico, ab illo sunt, divina

omnino, & verba Dei: ac non mea, sed eius, qui misit me. Deinde, ut ne putent, quod missum esse, subiectionem significet, dicit, *Pater meus mecum est*. Nam, quamvis miserit me ut hominem, non tamen separatus sum ab eo, sed mecum ille est, ut Deus cum Deo. Et iterum ad humiliora sermonem deducens, inquit, *Et non misit me solum, quia ego placita illi facio*. Propter Iudaeos autem tam humilia verba loquitur. Quia enim illi dicebant, quod non sit ex Deo, quia sabbatum non servat: dicit, quia quae beneplacita sunt illi, facio: & ita quavis sabbatum solvam, placitum hoc illi est. Ex his autem humilibus verbis ipse quidem nihil nocebat suae gloriae, auditoribus autem vitilitatem afferebat: immo & gloriam suam per haec constituerebat, nam audientes eum, quod omnia in patrem referret, adiciebantur, & credebant in illum, & ita familia magis exaltabant illum. Vides opera beate humilitationis.

INCERTI CVIVSDAM
sub nomine Eusebii Emissemi eiusdem Evangelij expositio.

EGO (inquit) vado, ego ad patrem redeo: vos autem quaeritis me, non ut in me credatis, sed ut me occidatis, & idcirco in peccato vestro moriemini. *Quid ego vado, vos non potestis venire*. quare? quia non creditis, quia me occidere quaeritis, quia ad vitam praedestinati non estis. *Nemo enim venit ad patrem, nisi per me*. Dicebant ergo Iudaei, *Nunquid interficiet semetipsum: quia dicit, quod ego vado, vos non potestis venire*. Non ipse interficiet semetipsum, sed vos, quia interficietis ipsum, interficietis etiam vosmet ipsos, & idcirco non venietis ad ipsum. *Et dicebat eis, Vos de deorsum estis, ego de supernis sum*. Vos, inquit, de deorsum estis, de terra estis, terram diligitis, & terrena sapitis. Ego vero de supernis sum, de caelo, de patre, qui cunctis superioribus superior est. *Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo*. Quantum enim ad humanitatem, sicut ceteri homines, ita & Christus de mundo est: quantum vero ad divinitatem, non ipse est de mundo, sed mundus de ipso, quia non ipse à mundo cepit, sed mundus ab ipso. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Unde & superius dicitur, *In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit*. Dixit ergo vobis, *moriemini in peccatis vestris*. Nunc autem audite rationem, quare in peccatis vestris moriemini. *Si enim non crederitis, ego sum? Nunquid enim cum Iudaei esse non credebant, quem & videbant & audiebant? Nunquid ipse solus est, & alia non sunt? quia dicit, Nisi quia crederitis quia ego sum*. Ille enim solus est, qui semper est, qui immutabilis est, qui idem ipse est, qui nunquam esse cepit, qui nunquam desinit esse, qui omnibus dat esse, qui de proprio esse non mutatur: in esse vel non esse, de quo per Moysen dicitur filius Israel, *Qui est, misit me ad vos*. Qui igitur sic cum esse non crederetis, morietur in peccato suo. *Dicebant ergo Tu quis es? Dicit eis Iesus, Principium, qui & loquor vobis*. Ego (inquit) sum principium, qui propter vos & secundum humanitatem, & factus, & creatus, & appareo vobis, & loquor vobis. Quidam autem codices habent, *quia & loquor vobis*, & tale est ac diceret,

diceret, *Ego sum principium: principium me esse credite, quia ut vos me credatis esse principium, homo factus sum, & loquor vobis, & loquendo viam veritatis & salutis ostendo vobis*. Sive etiam, principium me esse credite, quia ego, qui mentiri non possum, hoc loquor, atque restitutor. *Multa habeo de vobis dicere, & iudicare, sed qui misit me verax est*. Non enim (inquit) modò vos iudico etiam iudicio digni sitis. quare? quia nò venit modò filius hominis, ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum: iudicabit tamen quadoque, & vero iudicio iudicabit, quia veracis patris verax filius est. Et hoc est quod ait, *Qui me misit verax est, & ego quoque auditi loquor ab eo*. Nò sic est accipiendum, quasi alter alter loquatur: sed, *auditi*, hoc est cognovi. Ab eo enim habet filius cognitionem, à quo & esse habet. Sicut enim dicitur verbum & sapientia Dei, sic dicitur & cognitio Dei. *Cum exaltaveritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil, sed sicut docuit me pater hac loquor*. Non omnibus qui ibi aderant, sed quibusdam haec Iesus loquitur. Videbat enim aliquos ibi, qui post eius passionem credituri erant. Multi enim ex his qui eum crucifixerunt, postea corde compuncti, ad fidem conversi in eum crediderunt, & eum veraciter cognoscentes, sicut Dei filium coluerunt & adoraverunt. In eo verò quod ait, *sicut docuit me pater, hac loquor*, patris doctrinam se esse ostendit. *Quid est enim doctrina patris, nisi sapientia patris? Dicat ergo, sicut docuit me pater, hac loquor, & à meipso facio nihil, non secundum humanitatem loquor: hac doctrina non est hominis, haec doctrina divinitatis est, sicut docuit me pater hac loquor, id est, secundum scientiam & doctrinam divinitatis loquor*. Ipsum enim genuisse, docuisse fuit. *Et qui me misit, verum est, & non reliquit me solum, quia ego quae placita sunt ei facio semper*. Quavis enim filius, à patre missus est, quamvis incarnatus & homo factus est: hoc enim missio, quod incarnatio semper tamen in filio patris, & semper in patre filius est. Hic est ille filius dilectus, in quo ipse sibi bene complacuit. *Haec illo loquente multi crederunt in eum*.

EVTHYMII ZIGABONI
superioris Euang. expositio.

Dixit ergo eis Iesus: ego vado. Tráseo à terrena vita. Et quaeritis me. Etia superius hoc dixit. Et in peccato vestro moriemini. Ego veni ut vos liberarem ab omni peccato vestro: quia verò noluitis ià ab eo, & deinceps in omni peccato vestro moriemini, quia ab eo liberari nolueritis. Peccatū autē intellige etiam id quod aduersus ipsum erat, quia interficere ipsi fuerant erant, in quo mortui sunt, nempe propter illud iniquitatis à Romano Vespasiano, & Tito. *Quo ego vado, vos non potestis venire*. Haec frequenter dicit, animas illorum concutiens, & exterritens. *Nam interficiet seipsum: quia dicit quod ego vado non potestis venire*. Quod optabant hoc etiam suspicabantur. *Quid ergo Christus? Tollit iniquitatis suspicionem, ostenditque quod peccatum sit seipsum se interimit. Vos ab hisseris estis*. Ex terra nò quod corpus eorum terrenum esset, sed quia prudentia illorum esset terrena, & prava. Nam & Paulus dicens, *Non estis ex carne: carnem appellat prudentiam carnalem*. *Ego de supernis sum*. De caelo: non quod ipse de caelo venisset, sed quia prudentia

eius caelestis, ac divina esset. Deinde sermonem suum explanat: *Vos de hoc mundo estis, ego non sum de hoc mundo*. Mundum hinc dicit mundanum, pravam, ac terrenam prudentiam. Quemadmodum cum spiritus dicitur spiritualis sapientia, & carnis carnalis: ita & terra, ac mundus terrena ac mundanitas: ergo; Ego non sicut vos sapio, ut me ipsum interficiam. *Dixit ergo quod in peccatis vestris moriemini*. Adhuc eos exterrere, volens persuadere. *Si non crederitis, quod ego sum*, videlicet, Christus filius Dei, *moriemini in peccatis vestris*, detecti ab eis. Nā qui non crediderit, & per baptismum à forde peccati ablutus fuerit, omnino in illa morietur, & cum ei resurgens dabit poenam. *Dixerunt ergo ei, Tu qui es Substantans hoc diebat ac tentantes*. *In primis, quod etiam loquor vobis*. Defectus est sermo iuxta consuetum loquendi modum. Tale est autem ac si diceret, *Omnino superfluum est etiam, quod vobis loquar, nam omni sermone indigni estis, ut potest tentare vos*. *Multa possem de vobis loqui, & iudicare*. Multa de vobis in accusationem dicere possem, & iudicare ad puniendum, se Inunc nolo, quia nec pater meus vult. Praedixit enim, quod non miserit Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluet mundum per eum. *Sed qui misit me, verax est*. *Qui misit me*, non ut tunc iudicem, sed salutem. *Auc verax est*, quum me lucem mundi nominavit. *Eccce inquit, posui tē in lucem gentium, Ego, quae audiu ab eo, haec loquor in mundo*. *Audiu ab eo etiam hoc inter alia, quod ego sum lux gentium & inter alia etiam hoc dixi, quod ego sum lux mundi*. Quod ergo audiu, hoc dixi. *Non cognouerunt quod patrem eis dicebat*. *Non cognouerunt quod de patre eis dicebat, qui sibi natura pater esset*. Verissime enim est, quod dubitantes inter se rogabant *Quis est, qui misit illum? Atqui frequenter eis de illo disseruerat*. Vide quomodo sermonibus eius attendebant, imò potius, quo modo mente capere erant. Merito ergo dixit illis, *In primis quod etiam loquor vobis*. *Quum exaltaveritis filium hominis, tunc cognoscetis, quod ego sum*: Quum suspenderitis me quasi hominem in cruce, tunc cognoscetis, quod ego sum, videlicet filius Dei, & Deus. Nam tantum Deus dixit; Ego sum. Cognoscentes autem hoc à signis, quae tunc fient, quibus contradicere poterit, & à resurrectione mea à mortuis, in superetiam ab ira divina, quae tunc genus comprehendet Iudaeorum. Siquidem, postquam illum crucifixerunt, & stupenda illa signa facta sunt, scribi Lucas, quod omnes turbae, quae simul accesserant ad spectaculum istud, & videbant, quae fiebant, percurrentes peccata sua revertentur. Cognoscebant enim, quod vere divinus homo esset, & illi compereretur creatura: quum autem loqui non audent propter timorem principum, percutiebant peccata sua, significantes dolorem interiore. Suspicabantur namque futurum esse, ut malum aliquod irremediabile propter illum omne genus Iudaeorum concuteret. Nā & Centurio, & qui cū eo erant referentes Iesum, ut ait Matthaeus, quum viderent, quae fiebant, vehementer territi sunt, dicentes, Vere De filius erat iste. Sed & ipsi principes Iudaeorum cognoverunt tunc, quod Dei filius erat, & Deus, quam propria consuetudo tunc conscientiam, nimis invidia, ac insania. At enim rursus Matthaeus; *Bece quidam de cunctis dibus venerunt in civitatem, & renuntiaverunt principibus saeculorum iniquitatis quae delectant: & congregati cum senioribus ac*

cepto consilio, pecunias multas dederunt militibus dicentes: Dicit, Discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum, nobis dormientibus, &c. Præterea quoque Iosephus, qui & ipse Iudæus erat peritissimus, scribens calamitates Iudæorum, quæ ab eo tempore cœperunt, ac Ierosolymorum captivitatem, fatetur propter Christum effusam esse aduersus eos diuinam iram: & occisa esse à Romanis tam multa ipsorum milia. Quia enim eos quum curare vellent, agnoscere eum noluerunt, ideo affecti supplicio, quis esset, cognouerunt. Et à meipso facio nihil, sed ita ut docuit me pater meus, hæc loquor. Nā, si illud tunc cognoueritis, omnino etiam hoc scietis, quod à meipso facio nihil, sed omnia, quæ vult pater, quum enim æqualis illis sim, hæc volo, quæ ille vult: vna siquidem est voluntas, sicut & vna potentia: & quod ea, quæ docuit me, hæc loquor: nam ille mens est, ego autem verbum: de operibus nanque dixit etiam superius; Non possum ego facere à me quicquam. De sermonibus verò iterum dixit, Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me. Et qui misit me, mecum est. Ne putaremus, quod ma-

ior esset is, qui misit, curat huiusmodi suspicionem dicens. Et qui misit me, mecum est, tanquam inseparabilis, misisse siquidem dispensationis est, esse autem cum eo, qui misit, coherentia siue conglutinationis. Nam sancta Trinitas, quæ æqualiter omnem implet locum, à seipsa non fecernitur. Non reliquit me solum pater, &c. Si hoc vt homo ait, tantundem est, ac si dicat: Quod quum Deus vbique sit iuxta illud. Nonne caelum, & terram ego impleo: magis tamen in his esse dicitur, qui eo digni sunt. Si autem vt Deus: propter sanctæ Trinitatis inseparabilitatem hoc dicit, quæ propriis quidem distinguitur personis, vnitur autem diuinitatis, ac substantiæ identitate. Id vero, Quæ placita sunt ei, facio semper, aut tanquam illi obediens secundum humanitatem dicit, aut tanquam illi æqualis secundum diuinitatem ac voluntatem. Quod si ea, quæ placita sunt ei, facio semper, gratum illi vtique est, accedens etiam sabbatho curare. Intellige autem, quæ depressa sint verba tāquam dispensatoria propter imbecillitatem Iudæorum, nam huiusmodi magis vulgus attrahebant.

sup. 5.
sup. 7.

FERIA III. POST DOMINI
CAM II. QVADRAGESIMAE.
MATTH. 23.

In illo tempore locutus est Iesus ad turbas & ad discipulos suos, dicens: Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisei. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate & facite: secundum opera verò eorum nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt. Alligant enim, onera grauiā, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. Omnia vero opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria sua: & magnificant fimbrias. Amant autem primos recubitus in coenis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro & vocari ab hominibus, & rabbi. Vos autem autem nolite vocari rabbi. Vnus est enim magister vester: omnes autē vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim pater vester, qui in caelis est. Nec vocemini magistri: quia magister vester vnus est Christus. Qui maior est vestrum, erit minister vester. Qui autem se exaltauerit, humiliabitur, & qui se humiliauerit, exaltabitur.

¹ In consilio illorum istis sit discipulis, consuetudine malus vt corrigatur bonus: quidquid facit malus, propter bonos fit. ² In illo tempore locutus est Iesus ad turbas & ad discipulos suos, dicens: Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisei. ³ Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate & facite: secundum opera verò eorum nolite facere. ⁴ Dicunt enim, & non faciunt. ⁵ Alligant enim, onera grauiā, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. ⁶ Omnia vero opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus. ⁷ Dilatant enim phylacteria sua: & magnificant fimbrias. ⁸ Amant autem primos recubitus in coenis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro & vocari ab hominibus, & rabbi. ⁹ Vos autem autem nolite vocari rabbi. ¹⁰ Vnus est enim magister vester: omnes autē vos fratres estis. ¹¹ Et patrem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim pater vester, qui in caelis est. ¹² Nec vocemini magistri: quia magister vester vnus est Christus. ¹³ Qui maior est vestrum, erit minister vester. ¹⁴ Qui autem se exaltauerit, humiliabitur, & qui se humiliauerit, exaltabitur.

GLOSSA

GLOSSA ORDINARIA
in superius Euang.

Inc locus est. Illis confutatis, qui dolosi sunt, & idonei sunt, nihilominus hortans eos subit illis propter sacerdotium, & nominis dignitatem: non opera, sed doctrinam considerantes. Onera grauiā. Legis mandata permixtis suis traditionibus, secundum ea suadentes viuere: & non venire ad facilem & delectabilem gratiam Christi vnde supra. Venite ad me qui laboratis & onerati estis. Omnia verò. Dixit tales doctores audiendos esse, non imitandos, nunc ostendit causam propter quid non possunt credere Christo, id est, quia omnia faciunt vt videantur ab hominibus. Non potest enim Christo caelestia prædicanti credere, qui gloriam terrenam cupit. Dilatant. non vt faciendum sint iusti, sed vt dicendo appareant iusti. Dilatant enim phylacteria. Datis mandatis per Moysen intulit dominus: ligabis ea in manu tua, & erunt immota ante oculos tuos, id est, sint tibi in opere & meditatione. Et Pharisei male interpretantes scribebant decalogum in membranis, & ligabant in fronte, per quod religiosi viderentur populis. Insuper etiam Moyses, vt in quatuor angulis palliorum faceret fimbrias, vt per hoc essent discreti Israelitici populi. Illi verò faciebant grandes fimbrias, & in eis ligabant acutas spinas, vt eundo, & sedendo interdum pungerentur: quasi sic commoniti retaherentur ad officia Dei. Huiusmodi faciunt hodie zelo Dei, sed nõ secundum scientiam muliercule in parvis euangelicis, & ligno crucis, & in huiusmodi rebus: quod superstitio est. Phylacteria Hebraicum nomen est, & sonat seruatoria, phylaxe enim seruate, Thorax lex interpretatur. Vos aut. Duplici ratione ab his arcedere iubet, ne eorum simulatione seducamur, vel ne æmulatione inflammemur. Vnus est. qui illuminat hominem, quod non alius homo sed tantum exercet docendo, non intellectum prestat. Pater ver. Deus dicitur pater, & magister natura, homo indulgentia. Pater vt honor etati deferatur, non vt autor vitæ habeatur. Magister, ex consortio veri magistri tanquam eius nuncius, & pro reuerentia eius, à quo mittitur, honoratur. Qui maior. Certantibus de prioratu discipulis (vt Lucas ait) Christus non eos inter contentiones arguit, sed formam humilitatis ostendit. Qui maior est. Id est, maioris meriti, vel qui præferatur aliis, debet eos præuenire obsequendo, non superbe dominando. Bene agentibus, per humilitatem fit socius: contra delinquentes, zelo iusticiæ fit erectus. Nonnunquam grauius delinquitur, si inter peruersos plus æqualitas quam disciplina custoditur. Rectorem & matrem exhibeat pietas, & patris disciplina. Cauendumque est, ne aut districtio rigida, aut pietas sit remissa.

CATENA AVREA
in idem Euang.

Tunc Iesus locutus est ad turbas & ad discipulos suos, dicens, Super cathedram Moysi sederunt scribæ, &c. Chry. super Matth. Postquam dominus sacerdotum respõsionem profstrauit, & incorrigibilem eorum conditionem ostendit, sicut clerici, si malè se-

cerint, inemendabiles sunt: laici verò delinquentes facile emendantur: tunc conuertit sermones ad apostolos & ad populum. vnde dicitur, tunc locus est Iesus ad tur. &c. Infructuosum nanque est verbum in quo sic alter confunditur, vt alter non erudiatur. Orig. Sunt autem meliores discipuli Christi reliquis turbis, & inuenis in ecclesiis quosdam affectuosius accedentes ad verbum Dei esse discipulos Christi, cæteros autem populum esse ipsius. Et interdum quædam discipulis solis dicit, quædam verò turbis, alia verò turbis simul atque discipulis, sicut sunt hæc. vnde sequitur, Dicens super cathedram Moysi, &c. Qui legem Moysi profitentur & interpretari se gloriantur, hi sedent super cathedram Moysi. Qui ergo non recedunt à litera legis, scribæ dicuntur. Qui autem maius aliquid profitentur, diuidunt seiplos quasi meliores à multis, pharisei dicuntur, quod interpretatur diuisi. Qui autē Moysen secundum spiritualem virtutem intelligunt & exponunt, sedent quidem super cathedram Moysi, sed non sunt scribæ & pharisei, sed his meliores dilecti Christi discipuli. Post aduentum autem Christi sedent super cathedram ecclesiæ, quæ est cathedra Christi. Chry. super Matth. Videndum est tamen quomodo quis super cathedram sedeat, quia non cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram: non locus sanctificat hominem, sed homo locum. Ideoque malus sacerdos de sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatem. Chry. in ho. Ne autem aliquis dicat, quoniam propter hoc desudior factus sum ad agendum, quia malus est doctor: hanc destruit occasionem cum subdit, Omnia ergo quæcunque, &c. Non enim sua dicunt, sed quæ Dei sunt, quæ per Moysen Deus in legem deduxit. Et intueret quāto circa Moysen vitur honore, eam iterum quæ ad vetus est testamentum concordiam ostendens. Orig. Si autem scribæ & pharisei sedentes super cathedram Moysi, sunt Iudæorum doctores, secundum literam docentes legis mandata, quomodo iubet nos dominus secundum omnia quæ dicunt illi facere: cum apostoli in Act. veterent fideles viuere secundum literam legis. Sed illi docent secundum literam, legem spiritualiter non intelligentes. Quæcunque ergo dicunt nobis ex lege intelligentes sensum legis facimus & seruamus, nequaquam facientes secundum opera eorum. Non enim sicut lex docet, faciunt, nec intelligunt velamen esse super literam legis. Vel cum omnia audieris non omnia intelligas præcepta legis, puta multa quæ de eis sunt & quæ de hostiis & similia, sed ea quæ corrigunt mores. Sed quare non de lege gratiæ hoc mandauit, sed de doctrina Moysi: quia, scilicet nondum erat tempus præcepta nouæ legis ante tempus passionis manifestare. Mihi autem videtur quodd & aliquid aliud prædispensans hoc dicit: quia enim accusaturus erat scribæ & phariseos in sequentibus sermonibus, ne videretur apud stultos ex hoc eorum principatum cupere, vel propter inimicitiam hoc facere, primum à se hanc suspicionem remouet, & tunc eos inceperit reprehendere, vt turbæ non in eadem vitia incidant: & ideo ne existiment quodd quia debent eos audire, ideo eos debeant in operibus imitari. Subditur enim, secundum verò opera eorum nolite facere. Quid est autem doctore illo miserabilius, cuius vitam discipuli cum non sequuntur, saluantur: cum imitantur, perduntur? Chry. super Matth. Sicut autem aurum de terra eligitur, & terra relinquuntur: sic &

si & auditores doctrinam accipiant, & mores relinquant. Frequenter enim de homine malo, bona doctrina procedit: sicut autem & sacerdotes melius iudicant propter bonos, malos docere, quam propter malos, bonos negligere. sic & subditi, propter bonos sacerdotes etiam malos honorant, ne propter malos boni etiam contemnantur. melius est enim malis iniusta præstare, quam bonis iusta subtrahere. Chryl. in ho. Considera verò vnde incipit eos reprehendere. Nam sequitur, *Dicunt enim non faciunt*. Maxime enim accusatione dignus est, qui doctrinæ autoritatem habens, legem transgreditur. Primum quidem, quia prævaricatur qui alios corrigere debet, deinde, quia peccans maiore poena dignus est propter honorè. Tertio, quia plus corrumpit velut in ordine doctoris peccans. Rursus autem & aliam eorum reprehensionem ponit, quoniam graues sunt sibi subiectis: vnde sequitur, *Alligat enim onera, &c.* In quo duplicè eorum malitiam ostendit, vnâ quidem in hoc quòd sine venia expectant à subiectis summam diligentiam vitæ aliam verò in hoc quòd sibiipsis multam concedit licentiam. Oportet autem bonum principem eò contrario se habere. In his enim quæ secundum ipsum sunt, grauem iudicem esse, in subiectis autem malfactum. Intende autem qualiter & eorum reprehensionem aggrauat. Non enim dixit, Nò possunt, sed nolunt: neque dixit, Portare, sed, *digito mouere*, id est, neque propè fieri neque tangere. Chryl. super Matth. Et quidem quantum ad pharisæos & scribas de quibus loquitur, onera grania & importabilia dicit legis mandata, quibus Pet. in Act. dicit, Vt quid vultis imponere iugum super ceruices discipulorum quod neque nos, neque patres nostri portare posuimus? Onera enim legis quibusdam rationibus subtilis commendantes auditoribus, quasi vincula super humeros cordis eorum alligabant, vt velut rationis vinculo constricti non reuerent ea à se. Ipsi autem nec ex modica parte ea implebāt, id est, vt non dicam pleno opere, sed nec modico tactu, id est, digito. Glo. vel, *alligat onera*, id est, vndeunque traditiones colligunt, quæ conscientiam non leuant, sed grauant. Hic. Humeri autem & digiti, & onera, & vincula, quibus alligant onera, spiritualiter sunt intelligēda. Hic etiā generaliter dominus aduersus omnes magistros loquitur, qui grandia iubent & minora non faciunt. Chryl. super Matth. Tales autem sunt qui graue pondus venientibus ad penitentiam imponunt: & sic dum poena præsens fugitur, contēnitur poena futura. Si enim fascem super humeros adolecētis quem non potest baiulare, posueris, necesse habet, vt aut fascem reiciat, aut sub pondere cōstringatur: sic & homini, cui graue pondus penitentiae imponis, necesse est vt aut penitentiam reiciat, aut suscipiens dum sufficere non potest, scandalizatus amplius peccet: Deinde est erramus, modicam penitentiam imponentes, nōnne melius est propter misericordiam reddere rationem, quam propter crudelitatem? vbi paterfamilias largus est, dispensator non debet esse tenax. Si Deus benignus, vt quid sacerdos eius austerus? Vis parere sanctus? circa tuam vitam esto austerus, circa aliorum benignus: audiant te homines parua mandantem & grania facientem. Talis est autem sacerdos qui sibi indulget & alios extigit: quemadmodum malus descriptor tributi in ciuitate, qui se releuat & onerat tribuentes. Chryl. in ho. Suprà dominus

arguerat scribas & pharisæos crudelitatis & negligentie, consequenter autem arguit eos inanis gloria, quæ fecit eos à deo recedere: vnde dicit, *Omnia aut opera, &c.* Chryl. in ho. In omni re nascitur quod ipsam exterminat: sicut ex ligno vermis & ex vellimento tinea: vnde sacerdotum ministerium qui positi sunt qui ædificationem sanctitatis, corrumpere diabolus nititur: vt hoc ipsum bonum dum propter homines fit, fiat malum. Tolle hoc vitium de clero, & sine labore omnia refecabis: ex hoc enim fit vt difficilè clerici peccantes penitentiam agant. Vult autem dominus in hoc ostendere causam propter quam non poterant credere Christo, hoc est quia omnia faciunt vt videantur ab hominibus: impossibile enim est vt credat Christo caelestia prædicanti, qui gloriam hominum concupiscit terrenam. legi enim aliquem sic interpretantem hunc locum, *super cathedra*, id est, in honore & gradu quo fuerat Moyses, constituti sunt Scribæ & Pharisæi indigni, qui prophetantes de Christo venturo prædicabant aliis, ipsi autem non recipiebant præsentem: propter hoc hortatur populum audire legem, quam prædicabant, id est, credere in Christum prædicatum à lege: & non imitari Scribas & Pharisæos incredulos, & reddidit causam quare prædicabant ex lege Christum venturum, & non credebant in eum, quia scilicet omnia opera sua faciunt, vt ab hominibus videantur, id est, quia non prædicabant Christum venturum desiderio aduentus eius, sed vt doctores legis esse ab hominibus viderentur. Orig. *Ad hoc autem opera sua faciunt, vt ab hominibus videantur*, visibilem suscipientes circuncisionem, & visibiliter corporalia fermenta auferentes de domibus suis, & similiter his similia gerentes. Christi vero discipuli legem in oculis implent, quasi in occulto constituti Iudæi, vt Apost. dicit. Chryl. in ho. Vide autem hic quòd cum quadam intentione eos inculcat. Non enim simpliciter ait quòd faciant opera sua, vt videantur ab hominibus, sed addidit omnia. Deinde demonstrat quòd neque in magnis vanè gloriabantur, sed in quibusdam vilibus rebus. vnde subditur: *Dilatant enim phylacteria sua, & magnificant simbrias*. Hiero. dominus enim cum didisset mandata legis per Moysen, ad extremum intulit: ligabis ea in manu tua, & erunt semper ante oculos tuos. & est sensus: Præcepta mea sunt in manu tua, vt opere compleantur: sint ante oculos tuos, vt die ac nocte mediteris in eis. Hoc Pharisæi malè interpretantes, scribebant in membranis decalogum Moysi, id est, decem legis verba, complicantes ea & ligantes in fronte: & quasi coronam capitis facientes, vt semper ante oculos mouerentur. Iusserat quoque aliud Moyses, vt in quatuor angulis palliorum hyacinthinis simbras facerent, ad Israelis populum discernendum: vt quomodo in corporibus circuncisio signum Iudaicæ gentis daret, ita vestis haberet aliquam differentiam. Superstitiosi verò magistri captantes auram popularem, atque ex mulierculis captantes lucra faciebant grades simbras, & acutissimas in eis spinas ligabant: vt videlicet ambulantes & sedentes interdum pungerentur, & quasi hac commotione retraherentur ad ministeria seruitutis Dei. Pictatiola ergo illa decalogi phylacteria vocabant, id est, conseruatoria, eo quòd quicumque habuissent ea quasi ob custodiam & munitum sui haberent. Non intelligentibus Pharisæis, quòd hæc in corde portanda sunt, non

in corpore: alioquin & armata & arcæ habent libros, & notitiam Dei non habent. Chryl. in ho. Illorum autem exemplot, & nunc multi aliqua nomina Hebraica angelorum configunt, & scribunt, & alligant, quæ non intelligentibus metuenda videntur: quidam verò aliquam partem euangelij scriptam circa collum portant. Sed nonne quotidie Euangelium in ecclesia legitur, & auditur ab omnibus? Cui ergo in auribus posita euangelia nihil profunt, quomodo eum possunt circa collum suspensa saluare? Deinde vbi est virtus euangelij, in figuris literarum an in intellectu sensuum? si in figuris, bene circa collum suspendis: si in intellectu, ergo melius in corde posita profunt, quam circa collum suspensa. Alij verò sic exponunt hunc locum, quia dilatant verba sua de propriis obseruantis, quasi phylacteria, id est, conseruatoria salutis ea populo assidue prædicantes. Fimbrias autem vestimentorum magnificatas dicit supereminentias eorum dē mandatorum. Hiero. Cum autem superflè phylacteria dilatent, & magnas faciāt simbras, gloriam captantes ab hominibus: consequenter arguuntur in reliquis. vnde sequitur: *Amant enim primos accu. in ca. &c.* Raba. Notandum quòd non saluari in foro, non primò sedere vel discumbere vetat eos, in quibus loco officij ordine competit: sed eos qui hæc siue habita siue non habita, indubitè amant à fidelibus quasi improbos docet esse cauendos. Chryl. Nò enim vituperat eos, qui in primo loco recumbunt, sed eos qui amant primos discubitus: ad voluntatem vituperationem referens, non ad factum. Sine causa enim loco se humiliat, qui corde se præfert. Aliquis enim iactator audiens laudabile esse in vltimo loco discumbere, discumbit post omnes: & non solum iactantiam cordis non dimittit, sed adhuc aliam iactantiam humilitatis acquirit: vt qui vult videri iustus, & humilis videatur. Multi enim superbi corpore quidem in nouissimo recumbentes, cordis autem elatione videtur sibi in capite recumbere: & multi sunt humiles in capite recumbentes, & conscientia se in vltimo esse existimant. Chryl. in ho. Intende autem vbi in eis vana gloria dominabatur, in synagoga scilicet in quas intrabant alios directuri. In cœnis hoc pati qualitercunque tolerabile erat, quamuis doctorem in admirationem esse oporteat, non in ecclesia solum, sed vbique. Si autem diligere talia est inculatio, quam malum est studere, vt his aliquis potiationes? Chryl. super Matth. Primas etiam sollicitates amant, non solum in tempore, vt eos primum salutemus: sed etiam in voce, vt clamantes dicamus, *Aue rabbi*: & in corpore, vt flexis capitibus eis incurreremur: & in loco, vt in publico salutentur. vnde dicit, *Et salutationes in foro*. Raba. Quamuis hoc culpa non careat, si iidem in foro litibus interesse, qui in cathedra Moysi magistri synagoge cupiunt appellari, & vocari ab hominibus rabbi. Chryl. super Matth. id est, vocari volunt & non esse nomen appetunt, & officium negligunt. Orig. In ecclesia etiam Christi inueniuntur, mensarum suscipientes primatum, vt diacones fiant: consequenter autem primas cathedras eorum qui dicuntur presbyteri, præcipere ambiunt: quidam autem machinantur vt episcopi videntur ab hominibus, hoc est rabbi. Christi autem discipulus diligit quidem in spiritualibus cœnis recubitus primos, vt meliora spiritualium ciborum manducet. Diligit etiam, cum

apostolis sedentibus super duodecim thronos, primas cathedras actibus bonis dignum se præbere festinans cathedris huius. Sic autem & salutationes diligit, quæ sunt in mundinis cœlestibus, id est, cœlestibus primitiuorum congregationibus. Vocari autem rabbi neque ab hominibus, neque ab aliquo alio diligit iustus, quia vnus est magister omnium, vnde subdit, *Vos autem nolite vocari rabbi*. Chryl. in ho. Vel aliter. Præmissorum, de quibus Pharisæos inculauerat: alia quidè sicut parua & vilia prætermisit, quasi discipulis de his instrui non indigentibus: sed quod erat omnium malorum causa, id est, thronum appetere magistralem, hoc in medium ducit ad discipulos instruendum. vnde subdit: *Vos au. no. vo. r. a. &c.* Chryl. super Matth. quasi dicat. *Nolite vo. r. a.* ne quod Deo debetur, vobis præsumatis. Nolite alios vocare rabbi, ne diuinum honorè hominibus deferatis. Vnus est enim magister omnium, qui omnes homines naturaliter docet. Si enim homo hominem erudiret, omnes homines discerent qui habent doctores. Nunc autem quia non homo docet, sed Deus: multi quidem docentur, pauci autem discunt. Non enim homo intellectum præstat homini docendo, sed à Deo præthrum per admonitionem exercet. Hilar. Et vt meminerint discipuli se filios vite parentis, & per nouæ natiuitatis generatione terreni ortus excessisse primordia, subdit: *Omnes autem vos fratres estis*. Hiero. contra Helui. Omnes autem homines affectu fratres dici possunt, quod in duo diuiditur, in speciale, & commune. In speciale, quia omnes Christiani fratres vocantur. Porò in commune, quia omnes homines ex vno patre nati, pari inter nos germanitate coniungimur. Sequitur: *Et patrem nol. vo. &c.* Chryl. super Matth. In mundo enim, quamuis homo hominem generet, tamen vnus est pater, qui omnes creauit. Non enim initium vitæ habemus ex parentibus, sed transitum vitæ per eos accipimus. Orig. Sed quis non vocat patrem in tertis? qui per omnem actum secundum Deum impletum dicit: Pater noster qui es in cælis. Glof. Quia verò apparebat quis esset omnium pater, in hoc quod dixerat, *Qui es in cælis*: vult exponere quis sit omnium magister. Vnde præceptum de magistro iterum repetit, dicens: *Nec vocemini magistri, quia magister vester vnus est Christus*. Chryl. in ho. Non tamen dum dicitur Christus magister, excluditur pater: sicut neque ex hoc quòd Deus pater noster dicitur hominum pater, excluditur Christus. Hiero. Queritur autem quare aduersum hoc præceptum Apostolus doctorem Gentium se esse dixerit? aut quomodo in monasteriis vulgato sermone se inuicem patres vocant? Quod sic soluitur: Aliud est esse natura patrem, vel magistrum, aliud indulgentia. Nos, si hominem patrem vocamus, honorem ætati deserimus, non autorem nostræ ostendimus vitæ. Magister enim dicitur ex confortio veri magistri: & ne infinita replicet, quomodo vnus per naturam Deus, & vnus filius non præiudicat ceteris, ne per adoptionem dii videntur & filij: ita & vnus pater & magister non præiudicat aliis, vt abusiue videntur & patres & magistri. Chryl. in ho. Non solum autem dominus primatus cupere prohibet, sed ad contrarium audierum inducit. vnde subdit: *Qui maior est vestrum, &c.* Orig. Vel aliter, Et si ministrat quis verba diuina, sciens quia Christus in eo fructificat: nequaquam se magistrum, sed ministrum profectur.

tur. unde sequitur: *Qui maior vestrum. Quoniam & ipse Christus cum esset verè magister, ministrum se esse professus est, dicens: Ego sum in medio vestrum quasi qui ministrat: bene autem post omnia, quibus vana gloriæ vetavit concupiscentiam, addidit, dicens: Qui autem se exaltauerit, humiliabit. & qui se humiliat, exaltabitur. Remi. Quod sic intelligitur, Omnis qui se de suis meritis extollit, apud Deum humiliabitur: & qui se de beneficiis humiliat, apud Deum exaltabitur.*

ORIGENIS PRESBYT.

in idem Euang. Hom.

*Ex Hom. 14.
in Basil.*

Frequenter quidem, maxime autem apud Mattheum feruatur, quoniam meliores sunt discipuli Christi cæteris turbis. Et inuenis quidem in ecclesiis quosdam cum dilectione audientes diuinas doctrinas, & affectuosius accedentes ad verbum. Iuste ergo huiusmodi homines dicuntur esse discipuli Christi: cæteros autem multos qui non sunt tales, populum esse illius. Et quædam interdum quidem discipulis suis solis dicit, non eniam turbis, sicut beatitudines illas in euangelio scriptas, de quibus Mattheus quidem dicit ita: quod videns turbas ascendit in montem, & sedente eo accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum docebat eos, dicens, Beati pauperes spiritus, & cætera. Lucas autem, tollens (inquit) oculos super discipulos suos, dicebat, Beati pauperes, quia vestrum est regnum cælorum. Alia autem annunciat turbis, sicut parabola seminantis declarat. Mattheus autem ita scribit, Loquente autem eo ad turbas, ecce mater & fratres eius stabant foris querentes loqui cum eo. Turbis ergo loquebatur que scripta sunt ante hæc. Cum autem dixisset ei aliquis, Ecce mater tua, & fratres tui stant volentes te videre: respondens nunciandi sibi dixit. Que est mater mea & fratres mei? Non iam extendens manum suam super turbas, sed super discipulos suos, dixit, Ecce mater mea & fratres mei. Qui enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse est mihi & mater, & frater. Et præcedentes parabolas exponens Mattheus scribit. Egressus Iesus de domo, sedebat secus mare. Et congregatae sunt ad eum turbæ multæ, ut ingrediens in nauem sederet, & totus populus stabat in littore, & loquutus est eis multa in parabolis, dicens, Ecce exiit qui seminat seminare semen suum. Et ne putet euentu sic positam parabolæ narrationem seminantis, quia turbis eam Iesus loquebatur: considera Marci & Lucæ expositionem, qui similiter conscripserunt. Marcus quidem ita, Cœpit iterum docere ad mare, & congregatus est ad eum populus multus, ut intraret in nauem, & sederet in mari: & totus populus secus mare in terris erat, & docebat eos in parabolis multa: & dicebat eis, Exiit, qui seminat seminare. Lucas autem hoc modo, Conueniente autem populo multo, & per singulas ciuitates exeunte ad eum, dixit parabolam talem, Exiit qui seminat seminare semen suum. Manifeste autem differentiam populi & discipulorum scientes euangelistæ, post parabolam addiderunt, quod iam non turbis, sed discipulis exponebat causam propter quam turbis in parabolis loqueretur. Mattheus quidem dicit ita, Accedentes discipuli dixerunt ei. Quare in parabolis loqueris eis? Lucas au-

tem ita, Interrogabant autem discipuli eius, quæ esset hæc parabola. Marcus vero sic, Et cum facti fuissent secreti, interrogabant eum discipuli, quæ esset parabola hæc. Et vide si potes ex euangelio Ioannis audire, & dicere, quoniam qui tantummodo credunt: & in verbo ascendere non concupiscunt: Christi populus sunt. Qui autem æmulantes sunt dona meliora, & quod est primum omnium gratiarum, sapienter verbum student suscipientes: discipuli sunt ipsius. Dicit autem Ioannes ita, quod dicebat Iesus ad eos, qui crediderunt ei Iudæos. Sed si manseritis in verbo meo: cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Ergo quædam quidem discipulis suis dicit, quædam autem turbis, alia vero turbis simul, atque discipulis: sicut & sunt hæc ipsa præsentia, de quibus loquimur modo. Quid ergo dicit turbis & discipulis videmus. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisei. Quod arbitror huiusmodi esse. Qui legem Moysi profitentur se interpretari, & in hoc gloriantur, aut qui superascendere hæc se profitentur, hi sedent super cathedram Moysi. Qui ergo non recedant à litera legis, Scribæ dicuntur. Qui autem maius aliquid profitentes diuidunt seiplos quasi meliores à multis: secundum hoc Pharisei dicuntur, qui interpretantur diuini, & segregati. Phares enim diuino appellatur. Est ergo videre vsque nunc apud Iudæos, sedentes super cathedram Moysi, Scribas, & Phariseos. Non hoc dico, quia soli Scribæ, & Pharisei sederunt super cathedram Moysi, qui dicebant. & non faciebant, & alligabant onera graui, & importabilia super humeros hominum, ipsi autem nec digito volebant ea mouere. Arbitror enim, quo qui Moysen secundum spiritalem virtutem intelligunt, & exponunt, sedent quidem super cathedram Moysi, sed non sunt Scribæ, & Pharisei, sed his meliores. Tales sunt dilecti Christi discipuli, qui & verbum eius per gratiam Dei interpretantur, & inueniunt ea, quæ sunt aliud ex alio significantia. Ergo ante Christum quidem aduentum super cathedram Moysi sedebant bene, qui bene, & secundum rationem dicta Moysi interpretabantur. Post aduentum autem Christi sedent super cathedram ecclesiæ, quæ est cathedra Christi, & thronus. Sicut autem super cathedram Moysi male quidem sedebant Scribæ, & Pharisei: bene autem qui recte intelligebant legem, atque tradebant sic & super ecclesiasticam sedent quidam dicentes que facere oporteat vnumquemque, non autem facientes: & alligantes onera graui, imponunt super humeros hominum, ipsi nec digito volentes ea mouere. De quibus dicebat Saluator, Quienque soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit homines sic, minimus vocabitur in regno cælorum. Alij autem sedentium faciunt, antequam dicant, & dicunt sapienter moderantes differentias humorum, & onera eis parce imponunt: ipsi ea prius mouentes ad exhortationem audientium cæterorum: de quibus dominus ait, Qui autem fecerit, & docuerit sic, hic magnus vocabitur in regno Dei. Adhuc autem secundum simplicem traditionem dicti huius quo ait, secundum omnia quæcumque dixerint vobis facere, facite. secundum opera eorum ne faciatis: dicimus quod per hæc ostendere voluit quosdam in ecclesia esse, qui quantum ad verbum quidem potentes sunt docere mirabilia, & exponunt ea secundum rationem, non autem volunt secundum quod dicunt agere: quorum quidem doctrina est

na est audienda, non autem est & conuersatio imitanda. Reprehendit ergo huiusmodi præceptores, qui non solum, quæ docent, non faciunt, sed etiam crudeliter, & sine misericordia, & non secundum existimationem virum vniuersiuque audientis, sed maiora virtute ipsorum iniungunt: ut puta qui prohibent nubere, & ab eo quod expedit, ad immoderatam immunditiam compellunt. Qui docent etiam abstinere à cibis, & alia huiusmodi, ad quæ non omnino oportet cogere homines fideles, alligant per verbum expositionis suæ onera graui, citra voluntatem Christi dicentis. Iugum meum suauis est, & onus meum leue est: & imponunt ea quatum ad verbum suum super humeros hominum, curuant eos, & cadere facientes sub pondere grauium mandatorum eos, qui baiulare ea non sufferunt. Et frequenter videre est eos, qui talia docent, contraria agere sermonibus suis: & nec modica virtute animæ, quæ moraliter digitus appellatur, volunt ea mouere. Castitatem enim multi docentes, castitatem non seruauerunt. Abstinerere à cibis hortantur alios ipsi siue propter simulationem, siue propter hoc quod victi sunt à concupiscentiis suis, cibos huiusmodi susceperunt, quos abrenunciauerunt verbis: alia docentes in publico, & alia secrete & occulte agentes: omnia facientes propter personas hominum, & glorias vanas: sicut subsequens sermo demonstrat dicens, Omnia opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus. Et plerumque omnes illi sunt tales, qui diligunt primos discubitus in conuiujs, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus rabbi, aut aliquid quod simile est rabbi huic: ut puta qui volunt vocari episcopi, aut presbyteri, aut diaconi, cum deberet vnusquisque eorum etiam si vocaretur ab aliquo, vel conscientiam suam ostendere Deo, quoniam non vult hoc nomine nominari: cuius nec scientiam habet, nec actum. Et si habet, tamen non debet velle vocari eo nomine, quod proprie alterius est. Proprie enim episcopus dominus Iesus est. Et presbyteri Abraham, Isaac, & Iacob, sicut manifestum est his, qui in Genesi considerant, quæ de semine eorum sunt scripta, vel cæteri, qui hoc nomine digni habitus sunt, quales fuerunt Apostoli Christi, Diacones vero septem archægeli sunt Dei: ad quorum mysteria septem diaconi in Actibus sunt ordinati. Præcidit ergo dominus huiusmodi concupiscentias ab anima nostra per hæc verba, quæ posita sunt, & hortatur magis zelate humilitatem, quæ est prima exaltationis occasio apud Deum: sicut contrario humiliationis occasio est apud Deum, diligere primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in conuiujs, & primas salutationes in foro, & vocari rabbi. Et vide quod super hæc addit: & dicit. *Qui maior est inter vos fiat minister, & qui se exaltauerit humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.* Ita ex phylacterijs, & similibus ad offensionem eorum, qui vanas glorias concupiscunt, & ex iactationibus propter pompam, & ex vestimentis, & ex annulis, & calceamentis, manifestum est qui sunt, qui diligunt ab hominibus vocari rabbi. Si ergo secundum quod diximus Scribæ, & Pharisei sedentes super cathedram Moysi sunt Iudæorum doctores, secundum literam docentes legis mandata: quomodo iubet nos dominus præsentibus verbis, secundum ea omnia, quæ dicunt illi facere, cum omnes Apostoli vetent fideles viuere secundum literam legis, sicut testatur epistola Apostolorum in

Actibus, quam miserunt ad gentes, ut nihil seruetur ex legem nisi immolatum, & suffocatum, & fornicationem? Sed illi docent secundum literam legem, legis sensum spiritualiter non intelligentes: sicut de illis ait Apostolus. Finis autem legis est charitas de corde puro & fide non ficta: à quibus quidam aberrantes conuersi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Qui enim legem Moysi exponunt secundum literam, cadentes à dilectione quæ est ex corde puro, & à fide non ficta, in quibus posita est lex spiritualis: omnes vaniloqui sunt. Vaniloquium enim est, circuncisio, azyma, pascha, & de mundis, & immundis secundum literam legis. Hi ergo, qui conuersi sunt in vaniloquium, & volunt esse legis doctores, nec tamen sunt secundum veritatem legis dicunt quidem legis mandata, non autem intelligunt ea, quæ dicunt, nec quid significant legis dicta, de quibus affirmant. Ideo dicit de illis Saluator. *Dicunt enim, & non faciunt, ut puta dicunt de circuncisione, de pascha, de azymis, de elcis, de festiuitatibus, de neomenijs, de sabbatis, cæterisque legis mandatis: non autem faciunt secundum voluntatem legis.* Nec enim circunciduntur, sicut est legis voluntas. Vnde ait Apostolus, Nos enim sumus circuncisio, qui spiritu Deo seruimus, & non in carne confidimus. Nec immolant pascha, ignorantes quod pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus. Nec manducant azyma secundum legis propositum, quod interpretatur Apostolus dicens, Epulemur non in sermone veteri, neque in sermone malitiæ, & nequitia: sed in azymis sinceritatis, & veritatis. Sed nec corporaliter pascha celebrant, cum præcipiat lex in Hierusalem ciuitatem, quam elegit dominus Deus, oportere immolare agnum, & ter in anno apparere omnem masculum in conspectu domini Dei. Nos autem, qui discipuli sumus Iesu, intelligentes eos, qui sedent super cathedram Moysi, Scribas, & Phariseos seruantes circuncisiones, & cætera corporalia legis mandata: longe autem constitutos à spiritualibus legis mandatis, quæcumque dicant nobis ex lege, intelligentes sensum legis facimus, & seruamus, nequaquam facientes secundum opera eorum. Nam quæ loquuntur, ex lege quidem videntur dicere: tamen sicut lex docet, non faciunt. Nec enim suscipiunt charitatem in corde puro, nec fidem non fictam, in quibus sensus legis positus est: nec intelligunt velamen esse super literam legis, nec audiunt prophetam hæc intelligentem patiter, & petentem. Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Et sic alligant onera graui, & sicut Lucas ait, importabilia, & imponunt super humeros discipulorum audientium se. Nam corporalia legis mandata secundum literam onera sunt graui, & alligationes non leues, sicut Petrus testatur in Actibus Apostolorum dicens, Quid tentatis Deum, & vultis imponere iugum super ceruicem discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri potuimus portare, sed per gratiam Dei credimus salui fieri? Spirituale autem eius onus est leue: ideo & Dominus dicit ad eos qui legis mandatis corporalibus erant grauati, & alligati, Venite ad me, qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam. Suscipite iugum meum super vos, & videte quia iugum meum suauis est, & onus meum leue est. Onus autem leue Euangelium est, quod est lex spiritualis. Adhuc autem se-

dentes super cathedram Moysi Scribæ & Pharisei omnia opera sua faciunt ut ab hominibus videantur, visibilem suscipientes circumfessionem, & visibiliter corporalia fermenta auferentes de domibus suis, & pro eis similiter corporale azyma inducentes, & Hierusalem visibilem hominibus requirentes, & similia his agentes vniuersa. Aspiciunt enim ea, quæ videantur & temporalia sunt, & elemosynas facientes ut ab hominibus glorificentur, & stantes in plateis orant ut videatur esse religio. Christi autem veri discipuli qui aspiciunt quæ non videntur & sunt æterna, orant in occulto promptuario suo & elemosynas in occulto faciunt, & legem in occultis implent, quasi in occulto constituti Iudæi, secundum quod ait Paulus, Non enim qui in manifesto Iudæus, neque quæ palam in carne circumcisio: sed qui in occulto Iudæus est, & circumcisio cordis in spiritu, non in litera. In occultis enim & in azymis invisibilibus epulantur sinceritatis, & veritatis: manducant etiam pascha immolatum Christum pro nobis, qui dixit, Nisi manducaueritis carnem meam, non habebitis vitam manentem in vobis. Et per hoc quod bibunt sanguinem eius verum potum, vngunt superliminaria domorum animæ suæ, quæ verentes non sicut illi ab hominibus gloriam, sed à Deo occulta vident. Post hæc videmus quid est quod ait, *Dilatant phylacteria sua, & magnificant fimbrias vestimentorum suorum.* Sciendum est in istis, quia quod scriptum est in lege de verbis diuinis dicente, Alligate ea super manum vestram, & erunt mobiles coram oculis vestris. Qui ergo omnia faciunt ut ab hominibus videantur scribæ & pharisei, scribentes legis dicta in duobus præcisuris membranis alligant: & alteram quidem in domibus portant, quasi coronam ponentes in capitibus suis, quod scriptum est secundum frontem: alteram autem super brachium manus suæ, & vocant eas phylacteria. Similiter & de fimbria aliquid inuenientes in Deuteronomio, existimantur seruare legem fimbriam aliquam facientes in aliqua parte vestimentorum suorum, quæ portant. Etiam hæc ergo dominus reprehendens scribas, & phariseos in corporalibus, & visibilibus eorum observationibus dicit, *Omnia faciunt, ut ab hominibus videantur.* Dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias vestimentorum suorum. Discipuli autem Iesu omnia opera sua faciunt, ut à Deo videantur solo. Alligant enim legem Dei super manum suam spiritualiter super opus suum bonum: & per meditationem diuinarum disciplinarum semper ea mouentes, mobilia faciunt diuina præcepta coram oculis animarum suarum, & fimbriam virtutis Iesu plenam in eo quod imitantur magistrum. Quid autem oportet dicere de his, qui amant primos discubitus in conuiuio, & primas cathedras in synagogis, & primas salutationes in foro, & vocari ab hominibus rabbi? Manifeste huiusmodi delicta non tantum apud tunc scribas, & phariseos solos inueniebantur, vel inueniuntur apud ipsos, sed etiam in ecclesia Christi inueniuntur non solum conuiuia, & facientium ea, mensas suscipientes: sed etiam cathedras primas in eis amantes, & multa facientes: primum quidem ut diaconi fiant non tales quales dicit scriptura, sed quales sunt, qui comedunt viduarum domos: occasione longa orantes: & propterea accipient iudicium maius. Et qui tales diaconi fieri volunt, consequenter visibiles primas cathedras eorum, qui

dicantur presbyteri, præcipere ambiunt. Quidam autem nec istis contenti plurima machinantur, ut episcopi vocentur ab hominibus, quod est rabbit eum deberent intelligere episcopum fieri oportere irreprehensibilem, & cetera, quæ sequuntur: ut si nõ dicatur ab hominibus esse episcopus, tamen sit apud Deum. Qui enim habet in se, quæ Paulus enumerat de episcopo: et si non est coram hominibus episcopus, episcopus est apud Deum, et si non per ordinationem hominum ad eum gradum peruenit. Sicut & medicus est, qui medicalem didicit disciplinam, & potest medicare quasi medicus: et si ægotantes non ei credant corpora sua, medicus est: sed & gubernator est, qui didicit gubernatoriam artem, & potest ea, sicut conuenit, vti: et si non crediderit ei aliquis gubernacula nautis, tamen est gubernator. Inuenies autem noua gloriæ amatores zelantes ab hominibus gloriâ, & à Deo non desiderantes, quasi ante iudices, & præfides: sic quosdam adduci ante eos: & si dicere oportet, per hoc ipsum leuissimum Christi onus, inolerabile faciunt onus. Christi autem discipulus sustinet, & adhuc intercedit: omnia facit ut videatur à Deo, gloriam contemnens humanâ. Iste videns parabolarum euangelicarum cenam, & ecclesies primitiuorum ecclesias, & congregationes, & nundinas in quibus erat secundum canticum canticorum sponsa, diligit quidem in spiritualibus cœnis discubitus primos, ut meliora spiritualium ciborum, & primitias conuiuij spiritualis manducet, & non reliquias cæterorum. Diligit etiam cum apollolis sedentibus super thronos duodecim, primas cathedras, actibus bonis dignum se præbere festinas cathedris huiusmodi. Sic autem & salutationes, quæ sunt in nundinis, quas exposuimus supra. Vnus est magister omnium. Vocari autem rabbi, neque ab hominibus, neque ab alio aliquo diligit iustus, certus quia vnus est magister omnium. Omnes autem, qui sub eo sunt, alterutrum sunt fratres. Sed & qui superna natiuitate non solum ex aqua, sed etiam de spiritu natus est: spiritu natus est: spiritum adoptionis accepit, ut dicatur de eo, quod non ex carne, neque ex voluntate viri, sed ex Deo natus est: nullus eorum qui in terris habentur & deorsum filius adhuc existens: non vocat patrem in terris, quasi qui per omnem actum secundum deum impletum dicit, Pater noster, qui es in caelis. Et si ministrat quasi verba diuina, nequaquam se præbet ut magister, ministrum se esse professus est dicens, Ego autem sum in medio vestrum non qui tanquam recumbit, sed quasi qui ministrat. Bene autem post omnia quibus vanæ gloriæ vetuit concupiscentias, addidit dicens, Qui se exaltauerit, humiliabitur. Quod vtiâ omnes quidem audierunt: maximum autem Diaconi, & presbyteri, & episcopi, maxime qui arbitrantur sibi hæc non esse scripta. Qui se exaltauerit humiliabitur: propterea quod quasi neque illud scientes, qui se humiliat exaltabitur, non audiunt enim qui dicit, Discite ex me, quoniam mitis sum, & humilis corde. Inflati sunt autem, & per inflationem decidunt in iudicium diaboli, nec querunt per humilitatē ascendere à iudicio inflationis, cum deberent recordari sapientiæ verbum dicentis, Quantum magnus es, tantum humilia te & coram Deo inuenies gratiam. Quod primum dominus consummavit. Quatum enim fuerat magnus, tantum se humiliavit. Cum enim esset in forma Dei, nõ rapinam arbitratu est esse se parē Deo, sed

sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens in similitudine hominum factus, & in specie inuentus in homo, humiliavit se vsque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus illum super exaltauit, & donauit ei nomen, quod est super omne nomen. Qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

S. HILARII EPISCOPI

Picthæniensis superioris Euang. expositio.

Tunc Iesus locutus est turbis & discipulis suis, dicens: *Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisei, & reliquæ.* Legis de se testantis gloriam prætulit, quæ imaginem in se futuro veritatis expresserat: in omnibus enim Christi meditabatur aduentum. Quicquid enim in ea continebatur, in profectum manifestandæ eius cognitionis assumptum est. Iubet igitur præceptis phariseorum obtemperari, quia in Moysi cathedra sederunt, iubet legis mandatis omnibus obediri, sed à factis eorum, atque operibus abstineri, ut mores hominum atque infidelitas non legis doctrina vitetur. Ipsi enim subdito sibi populo grauissima legis onera imponunt, ne digitum quidem suum contingendis ipsis admomentes. Quinetiam præcipiunt Deum ex toto corde diligi, & proximum tanquam se amari: ipsi aduersum legis sibi late testimonium, Deum in Christi passionibus persequentes. Verborum quoque suorum gloriam tanquam phylacteria dilatantes, quibus vite æternæ autor Deus non sit intellectus in Christo: seque ex honore legis emissos tanquam fimbrias ex veste magnificent, qui totius legis ignati, neque opera, neque virtutem eius ipsius legis agnouerunt. Amantes primos acubitus in conuiuio, qui igni æterno (conuitantibus potius cum Abraham genibus) deputantur: Et primas cathedras in synagogis, ipsi doctorem suum secundum legis & prophetarum testimonium nescientes: sed & salutationes in foro, quibus humilitas cordis & ministerium in omnes est imperatum. Vocari etiam ab hominibus magistri volunt, doctrinæ legis ignati & magistrum salutis perpetuæ respuentes. Quæ quia omnia prophana, atque peruersa essent, factorum imitatione damnantur, legis autem audiendi & dictorum obedientia, quia Christum loquebantur, exigitur. Verum in contrarium discipulis iam se scientibus, totius humilitatis præcepta consummat: ut meminerint omnes fratres esse, id est, filios parentis vnus, & per nouæ natiuitatis generationem terreni ortus excessisse primordia, & vnum sibi esse omnibus celestis doctrinæ magistrum, & gloriam honoris æterni humilitatis conscientia capessendam: quia insolentiam Deus humilem effecturum sit, & humilitatem elaturus in gloriam.

S. HIERONYMI PRES-

byteri in idem Euang.

Tunc Iesus locutus est ad turbas, & discipulos suos, &c. Quid mansuetus, quid benignus domino tentatur à phariseis: confinguntur in sidere eorum, & secundum psalmistam: Sagitte parulorum factæ sunt plage eorum, nihilominus propter sacerdotij, & nominis dignitatem, hortatur populos, ut

subiciantur eis, non opera, sed doctrinâ considerantes. quod autem ait: super cathedram Moysi sederunt scribæ, & pharisei: per cathedram doctrinam legis ostendit. Ergo & illud quod dicitur in Psalmo: in cathedra pestilentiæ non sedit: & cathedras vendentium columbas euerit: doctrinam debemus accipere. *Alligant enim onera gratiæ, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, &c.* Hoc generaliter aduersus omnes magistros, qui graua iubent, & minora non faciunt. Notandum autem quod, & humeri, & digitus & onera, & vincula, quibus alligantur onera, spiritualiter intelligenda sunt. *Omnia verò opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus, &c.* Quicumque igitur ita facit quodlibet ut videatur ab hominibus, scribæ, & phariseus est. *Dilatant enim phylacteria, & magnificant fimbrias. Amant quoque primos recubitus in conuiuio, &c.* Væ vobis miseris, ad quos phariseorum vitia transeunt. Dominus cum dedisset mandata legis per Moysen, ad extremum intulit: ligabis ea in manu tua, & erunt immota ante oculos tuos, & est sensus. Præcepta mea sint in manu tua, ut opere compleantur: sint ante oculos tuos, ut die ac nocte meditetis in eis. Hoc pharisei male interpretantes, scribebant in membranis decalogum Moysi, id est, decem verba legis: complicantes ea, & ligantes in frons, & quasi coronam capiti facientes: ut semper ante oculos mouerentur: quod vsque hodie Indi & Persæ & Babylonij faciunt: & qui hoc habuerit, quasi religiosus in populis iudicatur. Insuper quoque aliud Moyses: ut in quatuor angulis palliorum liyacinthinas fimbrias faceret: ad Israhel's populum dinoscendum: ut quomodo in corporibus circumcisio signum Iudæicæ gentis daretur: ita & vestis haberet aliquam differentiam. Superstitiosi magistri captantes auram popularem, atque ex mulierculis sedentes lucra, faciebant grandes fimbrias: & acutissimas in eis spinas ligabant: ut velidelicet ambulantes & sedentes interdum pungerentur: & quasi hac admonitione retraherentur ad officia domini & ministeria seruitutis eius. Quia ergo dixerat dominus: omnia opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus: quod generaliter accusarat, nunc per partes diuidit: Pistariola illa decalogi: phylacteria vocabant: quod quicumque habuisset ea, quasi ob custodiam & monumentum sui haberet: non intelligentibus Phariseis quod hæc in corde portanda sint, non in corpore: alioquin & armaria & arce habent libros: & noticiam Dei non habent. Hoc apud nos superstitiosæ mulierculæ, in parulis euangelis & in crucis ligno, & istiusmodi rebus: quæ habent quidem zeli Dei, sed non iuxta scientiam, vsque hodie factitant: culicem liquantes & camelum glutientes. Istiusmodi erat fimbria parua & breuis ex lege præcepta, quam & mulier illa quæ sanguine fluebat, retigit in pallio domini: sed non est compuncta superstitiosis sentibus phariseorum, magisque sanata ad tactum eius. Cumque superflue dilatent phylacteria, & magnas faciant fimbrias, gloriam captantes ab hominibus: arguuntur in reliquis, cur querant primos acubitus in conuiuio, & primas cathedras in synagogis: & in publico gulam sedentur & gloriam: & vocentur ab hominibus rabbi, quod Latino sermone magister dicitur. Denique sequitur: *Vos autem nolite vocari Deo. Nec magister, nec pater vocandus est alius: nisi Deus pater, & dominus noster Iesus Christus. Pater, quia ex ipso sunt omnia. Magister: quia per ip-*

sum omnia: vel quoniam per dispensationem carnis eius omnes reconciliati sumus Deo. Quæritur quare aduersum hoc præceptum, doctorem gentium Apostolus se esse dixerit: aut quomodo vulgato sermone: maxime in Palæstina & Ægypti monasteriis se inuicem patres vocent. Quod sic soluitur: Aliud esse natura patrem vel magistrum: aliud indulgentia. Nos si hominem patrem vocamus, honorem ætati deferimus: non autorem nostræ ostendimus vitæ. Magister quoque dicitur ex confortio veri magistri. Et ne infinita replicem: quomodo vnus per naturam Deus & vnus filius non prædicat cæteris ne per adoptionem Dei vocentur & filij: ita & vnus pater & magister non prædicat alijs, vt abusu appellentur patres & magistri.

S. IO. CHRYSOSTOMI
Episcopi Constantin. in superius
Euang. Hom.

Hom. 77. in
Matth.

Tunc Iesus loquutus est curbis & discipulis suis dicens, Super cathedram Moysi Scribæ, &c. Tunc, quando significat? quando illorum ora obstruxit, quando ita iam consulti fuerunt, vt tentate ipsum amplius non auderent. Verum, quoniam domini, & domini mentionem fecit, iterum ad legem refugit. Nam, quamuis nihil tale in lege scriptum inueniatur; illud autem in primis; Dominus Deus tuus, dominus vnus est, legem tamen nouam, vniuersam veterem scripturam solet appellare. His omnibus ostendit eadem se patri velle. Nam, si contraria illi cuperet, contraria quoque in legem dixisset: nunc vero ad id legem veteri videtur, vt, et si legalis doctrinæ profellores corrupti sunt, auctoritate tamen hortatur, & de recta disciplina viuendi differit, quæ res maximè causa incredulitatis erat. Corruptis enim viuendi moribus, & inanis gloriæ cupiditate à credendo repellantur. Cùm igitur præcepta emendationis gratia tradere voluerit, quod præcipue ad salutem conducit, ne quis scilicet dogmata negligat, ne in sacerdotibus insurgat, id summopere iubet, nec iubet solum, verum etiam facit: non enim à docendi gradu corruptos deiecit, vt nullam audientibus occasionem inobedientiæ relinqueret, & maius illis iudicium præpararet. Sic, quamuis nequam essent principatum eis confirmauit, vt vel post increpationem edixerit; Facite quæcumque illi vobis esse faciendâ confirmant: non enim sua, sed quæ per Moysen Deus imperauit, prædicant. Tu autem considera quantum Moysi deferat honorem, & se veteribus conuenire ostendat, & illos propter legem Moysi venerandos autemet. *In Moysi enim, inquit, cathedra sederunt:* ita qui à moribus eorum fide non potuit ipsos dignos esse testari, à se de, ac eius doctrina id facit; *omnia* autem cum audis, non debes omnia, quæ sunt in lege, intelligere: vt de cibis, & sacrificijs cæterisque huiusmodi. Quomodo enim hoc confirmasset, quæ iam refutauit? Sed, *omnia*, inquit, quibus mores hominû corriguntur, quibus meliores efficiuntur, & quæ ita nobis congruant, vt non patiantur iugo amplius legis deprimi. Cur igitur non gratiè præceptis ista, sed auctoritate Moysi confirmant? Quoniam nulla temporis opportunitas erat ante crucis mysterium ad hæc manifestanda, quamuis ad hæc illud etiam mihi videatur dispensare. Nam, quoniam

Vides quantum sit sacerdotibus vel corruptis ad docendum cum il præcipue ad salutem conferat.

Nôta etiâ ob mores corruptos nō perdis sacerdotalem auctoritatē.

grauius eos accusaturus est, ne impetiri ex petitione principatus eorum laborare, aut odio ipsum moueri existimetur, hoc primò remouet, vt, omni suspicione ablata, liberius reprehendat. Sed cuius rei gratia ipsos tandem accusat, & longa in eo vitur oratione? Præmonere multitudinem voluit, ne opera eorû sequentes, miserias cadant. Nô enim simile est interdicere ne faciat, & eos, qui peccatit, ostendere: sicut nec simile est, cõsultere quæ oportet, & eos, qui rectè ipsa fecerunt, in medium producere propterea & præueniens ait; *Secundum autem opera eorum nolite facere:* nam, ne inducere animum possent, quoniam auscultantur, imitandos etiam esse, hac vitur correctione. Ita, qui sibi honor defexi videbatur, in reprehensionem conuertitur, quia mores eorum condemnat: quare in vituperationem conuertitur? cum talis eorum vita esse videatur: vt imitatores ipsorum corrumpan- tur. Hac ergo de causa ad accusationem ipsorum deuenit, & adhuc vt ostendat incredulitatem eorum, & crucis patibulum, quod sceleratè facturi sunt, nô ipsius crucifixi, culpa, sed illorum scelere accidisse. Tu verò considera vnde initium sumat, & vnde crimina eorum amplifcet. *Dicunt enim, inquit, & non faciunt.* Criminandi nange omnes sunt, inquit, qui legem transgrediuntur: sed maximè omnium, qui doctores fungitur auctoritate, dupliciter enim, atque tripliciter iure condemna- tur. Primum, quia transgreditur. Deinde, cùm in corrigendis alijs ipse claudicat: propter dignitatè, quam gerit, maiore dignus supplicio est. Tertiò, quia, cùm ceu doctor prædicat, nequitia sua facile cæteros corrumpt: his autem reprehensionem adiungit, quoniam auctores se nimium gerant aduersus reos, *Ligant enim onera gratia, & importabilis, &c.* Duplicem hic nequitiam eorum ostendit, tum quia sine venia exquisitissimè multitudinem viuere volunt: tum quia nimium subiisus indulgentes, magnam assumunt licentiam, quorum opposita in optimo principe requiruntur: vt scilicet aduersus seipsum nulla vratur venia, sed feruentur in se iudicem exhibeat, erga subiectos autem mitior, & ad dandam pronior veniam sit: quorum opposita isti faciebant. Tales quippe omnes sunt, qui verbis philosophiam terminant, austeri nimium, & non ignoſcentes ceu inexperiti eius doctrinæ, quæ opere, ac exemplo discipulis traditur: quæ nequitia cum parua non sit, superiora crimina in maius extollit. Tu autem expende, quomodo id etiam auget: non enim dixit; Non possunt, sed nolunt nec, portare, aut ferre, sed digito mouere: hoc est, nec prope accedere, nec tangere volunt, sed diligentes, atq; robusti in prohibitis sunt. *Omni enim opera sua faciunt, ait, vt ab hominibus videantur.* His verbis inanis gloriæ cupiditatem eis obiicit, qua perierunt. Ista superiora crudelitatis erant, atque desidia: hæc verò furoris, qui gloriæ inanis cupidine illos exagrabat: quæ res à Dei eos expulsi charitate, corrupti, ac effecit facile, vt in alieno certarent spectaculo. Nam quales spectatores quispiam sibi eligit, cum his placere studeat, consona illis certamina suscipiat necesse est. Ita, qui, fortibus viris spectantibus, luctatur, fortiter agere conatur: qui verò apud ignauos, & timidos, ipse quoque huiusmodi efficitur, vt verbi causa; Risi qui gaudentes habet spectatores, ridendi author licè efficitur, vt spectatoribus placeat. Alius à diligenti, atque philosopho spectari voluit, talis & ipse

videti

videri cærat, vt laudem à spectatore suo cõsequatur. Sed perspicie in hoc loco rursus quomodo crimen amplifcet. Non enim alia sic, alia non sic faciunt, sed vniuersa simpliciter sic. Cùm igitur inane gloriæ eis obiectisset, non magnarum, neque præclaratum rerum fama eos laborare demõstrat, nihil enim huiusmodi habebant: sed è paruis, & vilibus gloria mendicabatur, quibus ingens eorum nequitia significabatur. *Phylacteria eorum, inquit, dilatant, & magnificant simbriam vestium suarum.* Quænam sunt hæc phylacteria, & simbria? Quoniam facile beneficium Dei obliuiscantur, idcirco Deus signa sua in libellis breuissimè conficibi, & manibus eorum appendi iussit, vnde dictum est; Nec remouebuntur ob oculis tuis. Hæc Phylacteria, quasi quædam custodia Latine vocabant, sicuti multa mulierum modò faciunt, Euangelia ex collo suspendentes, & vt aliunde in memoriam reducantur, quod obliuioſi crebrò facere solent, filo digitû stricibus ligantur, id Dens ceu infantulis citò iussit facere. Hyacinthinum enim filum in extremitate vestis, quæ ad talos est, assui præcepit, vt attentiore cura mandatorum recordarentur, hæc simbriam appellant. In his igitur rebus diligentiores, ligacula, quibus libelli depõeabant, latiora, & simbrias maiores faciebant, quod ex inani gloria proficisci videbatur. Quam enim ob rem hæc ita facis? An quia virtutem id exitimam putes: vel quia aliquid vilitatis inde habeas? non enim vt illa dilates, & magnifica facias, Deus præcepit, sed vt signa, & miracula eius memoria teneas. Quod si elemosyna, atque ieiunio, quæ opera nostra efficiuntur, nullo pacto gloriari oportet, quam ob rem his plurimum te iactas. O Pharisæe, quibus maximè tua desidia declaratur? Illi verò non hinc solum, verum etiam ex alijs multò minoribus morbum cõtrahebant. *Diligunt enim, ait, primos in cunis accubitus, &c.* Hæc enim & minima esse videantur, magnorum tamen causa sunt malorum. Nam & ciuitates, & ecclesias sepe numero euerterunt, propterea nec à lachrymis abstinerere possum, cùm primos istos confessus, & salutationes audiam, ac in mentem veniat, quot, quantaque hinc mala in ecclesia Dei orta sunt, quæ modò periclenſi tempus non est, imò verò nec opus, cum seniores ea, quæ videntur, minoribus etiam enarrare queant. Tu autem considera ibi maximè illos inanis fomenta gloriæ quæ fuisse, vbi iubebantur humiliores esse, in synagoga videlicet, quo ad docendos alios veniebant: in conuiuijs enim huiusmodi aliquid committere, non ita grane videtur, quamuis non in ecclesia solum, sed vbi que doctorem cæteris prælatere oporteat. Nam, quemadmodum homo, vbiunque fuerit, cæteris animantibus præstat: ita doctorem decet, siue loquatur, siue sileat, siue in conuiuijs, siue alibi sit, cæteris hominibus excellere, adeò vt in cessu, & aspectu, habitu, omnibusque simpliciter alijs præstantior esse videatur. Illi verò in omni re derideri digni, vndiq; sibi dedecus contrahebant, quæ faciendâ erant, insequentes. *Diligunt enim, ait, quod si diligere crimen est, quid erit, re ipsa efficere? Sed cætera quidem tanquam parua, & vilia, & in quibus non erat opus discipulos suos corrigi, in accusatione, & reprehensione illorum terminat: principatus autem appetitio, quæ omnium malorum causa erat, & sedis docendi raptus in medium diligenter ad doctrinam discipulorum producit. Quid enim ait: Vos nolite vocari*

Rabbi. Cuius causa statim subiungitur: *Vnus enim vester est magister, omnes verò vos fratres estis.* Nec alter altero præstantior, quoniam nihil est, quod à seipso scierit: ideo Paulus quoque dicit; *Quid enim est Paulus? quid autem Apollo? quid porrò Cephas: nisi ministrum non dixit magistri, & rursus; Non vocetis patrem.* Non vt neminem patrem vocent, sed ne ignorent, quem principaliter patrem vocare oporteat. Nam, quemadmodum nemo principaliter magister est, sic nec pater præter illum, qui tam magistrorum, quam patrum omnium causa est. & rursus subiungit; *Neque vocemini magistri, quia magister vester vnus est Christus.* Nec dixit, ego: sed, quemadmodum in superioribus, quid vobis videtur de Christo, dixit, non, de me: sic in hoc loco. Quare libenter nunc aduersarios interrogarem, quid dicerent, cùm sapius patri soli ad contemptum vnigeniti, vnus Deus, & vnus dominus accommodent: doctõr tunc pater est? Nullus negare audebit: atqui vnus, inquit, doctõr noster est Christus. Quemadmodum igitur, cùm vnus esse Christus dicatur, non expellitur pater, nec doctõr sit: sic, cùm vnus dominus, & vnus Deus pater asseratur, non expellitur filius, quo minus vnâ cum patre dominus, & Dens sit. Vnus enim, atque vnus ad distinctionem hominum, aliarumque creaturarum dicitur. Cùm ergo fugiendum esse hunc grauem morbum edixerit, docet per humilitatem esse fugiendum, ac ideo adiecit; *Qui est maior vestrum, erit vester minister, &c.* Nihil enim humilitate præstantius, propterea crebrò de hac virtute commemorat. Nam & quando paruulos in medium adduxit, & cùm in monte doceret, hinc beatificationes illas incepit, & impræsentiarum radicibus superbiæ vitium euellit, dicens; *Qui seipsum humiliauerit, exaltabitur.* Vide quomodo rectè ad contrarium auditorem impellit. Non enim à cupiditate primatus prohibet solum, sed ad alterum extremum hortatur: sic enim desiderio potieris, inquit, tuo: propterea ordine vobis ista sequenda sunt. Qui enim seipsum humiliauerit, is exaltabitur. Sed vbi hanc inueniemus humilitatem, inquires? Vultis ad spectaculum huius virtutis rursus ascendamus? ad sanctorum dico tabernacula montes, atque conualles: ibi enim sublimitatem, ac humilitatem videbimus, ibi sunt homines, quorum alij dignitatibus præfulserit, alij diuitijs excelluerunt: qui omnes mirabiliter se vndique vestitu, domo, ministris, cæteris omnibus ad præcipuam humilitatem reduxerunt. Omnia igitur, quæ ad superbiam incedunt, amictus magnificentia, ædium splendor, ministrorum multitudo, quibus vel inuiti ad insolentiam omnes detruduntur, iacent ibi humili prostrata. Ipsi ergo ligna sciunt, ipsi accendunt ignem, ipsi coquunt, ipsi aduenis ministrant: nec cedentem ibi, nec lesum aliquem videbis, nec præcipientem, nec cui præcipiatur: sed omnes ministri sunt, & ab vno quoque conuenarum pedes lauatur. Et magna de hoc apud eos honesta contentio, quod faciunt non inquirentes, siue seruus sit, siue liber, qui aduenit, sed erga omnes simpliciter hoc ministerio vtuntur. Nullus enim ibi est magnus, aut paruus: ingens igitur confusio, inquires, imò verò præcipuus ordo. Nemo enim paruusne, an ignarus sit, respicit, sed omnes inferiores se cæteris dicunt, & hac ratione maiores efficiuntur. Vna mēsa omnibus, & ministrantibus & iis, quibus administratur, eadem epula, eadem domus, & idem viuendi

1. Cor. 3.

Monachorum institutum prædicat.

uendi ordo: magnus est apud eos, qui vilia opera rapit. Abest inde meum, ac tuum, eiectū inde omnino id verbum est, quod multorum causa est bellorum. Cur autem miraris, si vnus viuendi modus, vna mensa, vnus vestitus omnibus sit, cum omnia quoque vna sint vniuersis, non dico secundum substantiam (id enim similiter in omnibus est) sed secundum charitatem: quomodo igitur ibi superbiat? Non est ibi pauperies, non sunt diuitiae, non gloria, ignominia: magni, & parui virtute solummodo sunt, sed nemo id respicit. Non enim dolet paruus quasi contemptus: quippe cum, qui contemptat, nemo sit: quod si esset, per istud erudiuntur maximè, contemni scilicet, despui, ac vilipendi non verbis solum, verum etiam rebus: cum mancis, cum pauperibus libenter conuersantur, & his mensæ conuiuiis plenè quotidie sunt, propterea regno cælorum digni sunt: alius ibi vulnera permulcet leprosi, alius cæcum ducit, alius portat eū, qui curus fregit. Non sunt ibi parasiti, nec adulationum multitudo, imò verò, nec quid sit adulari, cognouerunt: vnde igitur insolentes fieri possunt, cū tanta sit apud eos æqualitas? propterea etiam magna eis ad virtutem facilitas atque mirabilis præbetur: his enim multò magis rudiores proficiunt, quam si cogentur primos aliis honores deferre. Sicut enim audacem, ac temerarium, non qui resistit, sed qui cedit, soler erudire: sic ambitiosum non qui de gloria contendit, sed qui gloriam aspernatur, corrigere videtur, quod illis diligenter factitatum est. Nam quanta contentio de primatu apud nos est, tantum apud eos certamen de contemnendo primatu est: student enim non vt honorentur, sed vt honorent; ipsa etiam opera ad humilitatem exhortantur, & superbire non sinunt, Quis enim vnquam fodiens, plantas rigans, sportas, & facculos texens, cæteraque similia faciens, multum sibi poterit arrogare? Quis præterea pauper in media seipsum domans hac ægitudine laborabit? Nemo profectò: propterea perfacilis ibi humilitas est. Nam quemadmodum apud nos propter plaudentium, atque admittantium multitudinem, difficile est humilitatem seruare: ita ibi facilitum, solitudinis enim solummodo ille attendit: Volucres volantes videt, arbores concussas aspicit, spirantem zephyrum sentit, fluvios per valles deferri spectat. Vnde igitur extolletur, qui in tanta solitudine viuit? Nō tamē idcirco excusabiles nos erimus, qui in media multitudine conuersantes nobis arrogamus. Nam & Abraham cum Chaldeis erat, & tamen dicebat: Ego verò sum terra, & cinis. Et Dauid in mediis aciebus, Ego, clamabat, vermis sum, & non homo. Et Paulus in medio terrarum orbe non verobatur dicere; Nō sum dignus vocari apostolus. Quæ igitur satisfactio habebimus, quum post tot, tantaque exempla nō respicimus? Nam, quemadmodum illi mille coronis rutilabunt, quoniam primi virtutis iter egerunt: sic nos, qui nec post illos, quorum res gestas lætitamus, neque post istos viuentes, quorum opera admirantes videmus, ad imitandum humilitatem eorum impellimur, in ille meremur supplicia. Quæ enim ratione satisfacies, cum non emederis? Literas forte nescis, & scripturam perlegere non potes, vt inde priscorum virtutes virorum perdiscas: culpa quidē etiam hæc est, cum ecclesiā semper tibi pateat, non venire ad degustanda hæc fluenta. Verum, si priscorum virtutes ignoras, hos viuentes aspicerere potes. Sed

nullus est, inquit, qui me ducat. Me igitur adeas, ego tibi horum diuerticula ostendam: veni, & aliquid vile ab istis disce: lucerna isti sunt vbique terrarum fulgentes: menia verbum isti sunt, propterea solitudinem perierunt, vt te quoque doceant, tumultus ciuitatis despiciere. Alij te fortiores in mediis fluctibus tranquillitate potuerunt: tibi verò, qui vndique exagitaris, quiete opus est, vt paululum à frequentibus procellis respirare possis. Crebro igitur ad illos proficiscaris, vt orationibus, & admonitionibus eorum, sordes peccatorum detergas, & tum hic iucundè viuas, tum futuram beatitudinem consequaris, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria, & imperium, &c.

AVTHORIS DICTI IMPERFECTI in Mattheum, eiusdem Euang. expositio.

POSTquam dominus impios sacerdotes, super se irruentes, quasi feroces bestias, quodam venabulo acutissimæ responsionis prostrauit, & incorrigibilem conditionem eorum ostendit. Nam laici delinquentes facile emendantur: clerici autem, si mali fuerint, inemendabiles sunt. Tunc conuertit sermonem suum ad Apostolos, & ad populum dicens. *Super cathedram Moysi sederunt Scribae, & Pharisei.* Vtiliorum confusio, istorum fieret disciplina. Infructuosum nanque est verbum, in quo sic alter confunditur, vt alter non erudiat. Nam & Deus non propter malos castigationem super terram transmittit, sed propter bonos. Sic enim, quia malos flagella non corrigunt. Sed malos castigat, vt corrigat bonos: quia bonus nisi admonitus fuerit, per negligentiam euascescit. Sic & Christus, nunquid non potuit eorum interrogationes contemneret? Sed voluit indignos indignè docere, & dignos dignè edificare. Sicut in secularibus in eo quod alter pauperescit, alter ditatur: & nisi alter descenderet, alter non ascenderet: sic & in spiritualibus, in eo quod alter confunditur, alius emendatur. Quid ergo dicit de sacerdotibus? *Super cathedram Moysi sederunt Scribae, & Pharisei,* id est, multi sacerdotes, & pauci sacerdotes. Multi nomine, pauci opere. Videte ergo, quomodo sedetis super eam: quia cathedra non facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram: nō locus sanctificat hominem, sed homo locum. Non omnis sacerdos sanctus est, sed omnis sanctus sacerdos. Qui bene sederit super cathedram, honorem accipit ab illa: qui malè sederit, iniuriam facit cathedræ. Ideoque malus sacerdos, de sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatem. In iudicio enim sedens, si quidem bene vixerit, & bene docuerit, omnium iudex esse autem bene docuerit, & malè viuendo, Deum instruis quomodo te debeat condemnare. Apud populum autem quid? *Omnia quæcumque dixerint vobis, seruate, & facite, secundum verò facta eorum nolite facere.* Id est, vos, qui sedetis in ecclesiis, quasi iudices sacerdotum, & non auditores: aliena discutientes, & propria non considerantes, ex vobis ipsi iudicate de sacerdotibus. Sicut vos omnes auditis, & non omnes facitis quod auditis, sic & sacerdotes omnes docent, sed non omnes faciunt, quod docent. Nam

Etiam dicit in Mattheo.

in hominibus dignitas quidem diuersa est, omnium autem natura est. Homines enim ab initio creati sunt propter se, postea autem ordinati sunt propter nos. Propterea ergo natura eorum ipsorum est: ordinatio autem eorum nostra. Si bene vixerint, eorum est lucrum: si bene docuerint, nostrum. Accipite ergo quod vestrum est, & nolite discutere quod alienum est. Sicut enim sacerdotes etiam infideles docent propter fideles, melius iudicantes propter bonos etiam malos fouere quam propter malos etiam bonos negligere: sic ergo & vos propter bonos sacerdotes etiam malos honorate, ne propter malos etiam bonos contemnatis. Melius est enim malis iusta præstare, quam bonis iusta subtrahere. Frequenter enim & de homine malo bona doctrina procedit. Ecce enim & vilis terra preciosum aurum producit. Nūquid propter terram vilem, preciosum aurum contemnitur? Nō: sed sicut aurum eligitur, & terra relinquitur, sic & vos doctrinam accipite, & mores relinquit. Nam vt apibus herbae necessariae non sunt, sed flores herbarum (Flores enim illæ colligunt, herbas vero relinquant) Sic & vos flores doctrine colligite & conuersionem relinquit, vt quasi inutilis herba arefcatur. Fidem prædicant, & infideliter agunt. Pacem aliis dant, & sibi non habent. Veritatem laudant, & mendacia diligunt. Auaritiam castigant, & avaritiam exercent. Quia ergo scire bonum & malum, in natura positum est, facere autem in voluntate, ideo bene dicere omnium est, bene autem facere, paucorum. Legi aliquem sic interpretantem hunc locum. Quoniam, inquit, super cathedram Moysi, id est, in honore & gradu in quo fuerat Moses, paulatim ad peius redacti, constituti sunt contra meritum suum Scribae, & Pharisei indigni, qui legem prophetantem de Christo venturo prædicabant quidem aliis: ipsi autem non recipiebant præsentem: propter hoc hortabantur populum audire legem, quam prædicabant, & facere, id est, credere in Christum prædicatum ab lege, & non imitari Scribas, & Phariseos incredulos prædicantes in lege de Christo, & non credentes in eum. Et reddit causam. Vt quid prædicabant quidem in lege Christum venturum, & non credebant in eum? quia omnia opera sua faciebant, vt ab hominibus viderentur. Id est, quia non verè prædicabāt Christum venturum desiderantes ipsius Christi aduentum, quem prædicabant: sed propter hoc solum, vt prædicatores & traditores esse legis ab hominibus viderentur. Simile propositum habent omnes, qui iustitiam Dei docent, & non faciunt, quia non docent verè ipsam iustitiam Dei, non amantes quam docent: sed propter hoc solum, vt doctores esse iustitiae Dei ab hominibus viderentur. Nunquam audistis aliquem de cōsummatione mundi, & de futuro Christi iudicio eleganter tradentem scripturas? Et si consideres vitam eius, intelliges, quia si cut latro non desiderat aspicerere faciem iudicis terreni, sic nec ille desiderat ad Christi venire iudicium. *Alligant autem onera grauius, & importabilia, & imponunt super humeros hominum, ipsi autem digito suo nolunt ea mouere.* Quantum ad Phariseos quidem, & Scribas, de quibus loquitur, onera grauius, & importabilia dicit legis mandata, maximè quæ dederat eis Deus propter peccatum vituli adorati, quæ Scribae, & Pharisei docebant, suadentes populo secundum mandata viuere legis, & non venire ad facilem & delectabilem gratiam Christi.

De quibus onerosis mandatis & dominus supra dicebat, exhortans populum Iudeorum: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego vobis requiem dabo. Et Petrus in Actibus Apostolorum, dicit: Et vos quid tentatis Deum, & vultis imponere iugum super cervicem discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? sed per gratiam Christi credimus salui fieri. Erant enim quidam, qui onera legis quibusdam rationibus fabulosis commendantes, auditoribus quasi vinculis super humeros cordis eorum alligabant, vt quasi rationis vinculo constrikti, non reicerent ea à se, ipsi autem nec ex modica parte ea implebant, id est, nō decam pleno opere suo, sed nec modico tactu, hoc est, digito. Secundum consequentiam autem tales sunt etiam nunc sacerdotes, qui omnem iustitiā populo mandant, & ipsi nec modicè seruant, videlicet non vt facientes sint iusti, sed vt docentes appareant iusti. Tales sunt & qui graue pondus venientibus ad penitentiam imponunt, qui dicunt & non faciunt: & sic dum poena penitentiae præsentis fugitur, contemnitur poena peccati futuri. Si enim faciem super humeros adolescentis, quam nō potest baiulare, posueris, necesse habet vt aut faciem reiciat, aut sub pondere confingatur. Sic & homini, cui graue pondus penitentiae imponitur, necesse est, vt aut penitentiam tuam reiciat: aut suscipiens, dum sustinere non potest, scilicet amplius peccet. Deinde est erramus, modicam penitentiam imponentes, nonne melius est propter misericordiam rationem dare, quam propter crudelitatem? Vbi enim paterfamilias largus est, dispensator non debet esse tenax. Si Deus benignus est, vt quid sacerdos eius austerus? Vis apparere sanctus? circa tuam vitam esto austerus, circa alienam autem benignus. Audiant te homines parua mandantem, & grandia videant facientem. Talis est autem sacerdos, qui sibi indulget, & ab aliis grauius exigit, quemadmodum malus descriptor tribus in ciuitate, qui se releuat, & onerat imponentes. *Omnia autem opera sua faciunt, vt ab hominibus videantur.* Postquam supra sacerdotum, & phariseorum, & Sadduceorum contentionibus vexatus est: in suis autem responsionibus non auditus, conuertens se, sicut audiuius, docuit tales doctores audiendos esse, non imitandos. Nunc autē vult ostendere causam propter quā non poterat credere Christo, hoc est, quia omnia faciebant, vt ab hominibus viderentur. Impossibile est enim, vt credant Christo caelestia prædicati, qui gloriam hominum concupiscunt terrenam, sicut alibi ipse dicit: *Quomodo potestis credere, gloriam querentes ab inuicem, & gloriam, quæ à solo Deo est, non queritis? In omni re ex ipsa re nascitur quod exterminet rem: vt puta in ligno ex ipso ligno nascitur vermis, qui exterminat lignum. Ex vestimento nascitur tineæ, quæ comedit vestimentum. Ex oleibus nascitur vermis, qui olera vniuersa corrumpit. Sic & in spiritualibus, ex ipso proposito eorum spirituali accipit occasionem inimicus, vnde eis retia textit: quia à seipso nihil capere potest, nisi occasionem à nobis acceperit. Ideo vnquamque hominem aggreditur secundum conditionem, & statum, quem inuenit circa eum. Vt puta inter bellatores nascitur de virtute contentio: in dignosis, de ambitione honoris surgit inuidia: inter diuites, de acquisitione fit zelus. Quid dicam inter ipsos thymel-*

Matth. 11.

Matth. 15.

Penitentiam imponenda nos vexatibus paruit estibus.

Ioan. 5.

cos, qui exercent vana ludibria, de ipsis ludibriis sibi inuicē aduersantur, vt qui peius deridetur, melior existimetur. Ideo & sacerdotes, qui positi sunt ad ornamentum populi, & ad ædificationem sanctitatis, ex ipso ministerio eorum accipit colorem diabolus, & corrumpit bonum ministerium eorum, vt hoc ipsum bonum, dum propter homines fit, fiat malum. Tolle ergo hoc vitium de clero, ne velint hominibus placere, & sine labore omnia vitia refecantur. Ex hoc vitio nascitur, vt ne velint inter se meliorem habere, sicut Iudæi Christum. Non enim nescientes eum Dei filium esse, occiderunt, sed habere eum talem non sustinentes, sicut & propheta de illis Salomon: Venite circumueniamus iustum, quia inutilis est nobis, & improprietat nobis peccata legis. Ex hoc vitio nascitur, vt clerici peccates difficile penitentiam agant. Erubescit enim aliquando reus videri, qui semper fuerat iudex. *Dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias vestimentorum suorum.* Puto quodd illorum tunc Scribarum, & Phariseorum exemplo, & nunc multi aliqua nomina Hebraica angelorum confingunt, & scribunt, & alligant sibi, quæ non intelligentibus linguam Hebraicam quasi metuenda videntur. Sic ergo & isti vani sunt, sicut illi fuerunt, quoniam personæ illorum de mundo recesserunt, non mores. De hominibus itaque nostri temporis exponentes, de illis videmus exponere. Ergo sacerdotes ex eo quod ab hominibus volunt videri iusti, phylacteria alligant circa collum, quidam vero partem aliquam euangelij scriptam. Dic, sacerdos insipiens, nonne quotidie euangelium in ecclesia legitur, & auditur ab omnibus? Cui ergo in auribus postea euangelia nihil profunt, quomodo eum poterunt circa collum suspensa saluare? Deinde vbi est virtus euangelij, in figuris literarum, aut in intellectu sensuum? Si in figuris, bene circa collum suspendis: si in intellectu, ergo melius in corde posita profunt, quam circa collum suspensa. Alij autem, qui sanctiores se ostendere volunt hominibus, partem fimbriæ, aut capillorum suorum alligant, & suspendunt. O impietas, maiorem sanctitatem in suis vestimentis volunt ostendere, quam in corpore Christi: vt qui corpus eius manducans factus non fuerit, fimbriæ eius sanctitate saluetur, vt desperans de misericordia Dei, confidat in veste hominis. Et quid Paulus? Non dabat sudaria sua, & semicinctia sua vt saluarentur infirmi? Etiam, antequam Dei notitia in hominibus esset, ratio erat vt per sanctitatem hominum, dei potentia cognosceretur: nunc autem infantia est. Nam, postquam dei potentiam cognouerimus, quid necessarium est, vt hominum potentiam cognoscamus? Nam qui necessarium non habet, vt deum ostendat per suam sanctitatem: & hoc facit, sine dubio se festinat ostendere, non deum. Alius autem sic interpretatur hunc locum: Quia per obseruationes, inquit, quorundam dierum dilatant verba sua, quasi phylacteria: & extendunt populo ea assidue predicantes, quasi conferuatoria legis & salutis eorum: quales erant de quibus Christus dicebat: Sine causa autem colunt me, docetes doctrinas, & mandata hominum. Fimbrias autem vestimentorum magnificatas, dicit supereminentias eorumdem mandatorum magnificatas. Quando enim minimas illas, & superfluas obseruationes iustitiarum suarum laudant quasi eximias, & valde deo placentes, fimbrias vestimentorum suorum

Cantic lege, nisi gestatione te dignaris fimbria respicere videtur.

Mat. 19.

Mat. 15.

magnificant. *Amant enim primos recubitus in conuiuio.* Hæc si spiritualiter intelligantur, ædificant: si verò corporaliter, non solum non ædificant, sed adhuc magis destruant. Quomodo? Pone aliquē esse corde iactantem, audientem laudabile esse in vltimo loco discumbere, discumbit post omnes: & non solum tunc iactantiam cordis nō dimittit, sed adhuc aliam iactantiam humilitatis acquirit: vt qui vult videri iustus, etiā humilis videatur ab alijs. Quanti enim sunt superbi, qui corpore quidem in nouissimo recumbunt, cordis autem elatione videntur sibi in cornu recumbere? Et quanti sunt humiles in cornu recumbentes, & conscientiam se existimant in vltimo esse? Quid ergo? Deus spiritus est: non ad carnem loquitur, sed ad spiritum. Caro enim spiritualis non intelligit, dicitur Apostolo: Si quis spiritualis est inter vos, cognoscat quæ scribo vobis, quia domini sunt mandata. Si ergo spiritus ad spiritum dicit, spiritualiter non carnaliter dicit. Non enim tantū curat deus, vbi corpus hominis iaceat, sed in qua parte mens conscientie sit collocata. Ergo quod iubet nobis in vltimo loco dominus recumbere, non solum sic iubet, vt corpore in nouissimo iaceamus, sed etiam animo, vt nouissimos nos esse omnium iudicemus. Nam sine causa loco se humiliat, qui corde se præfert. Vnde non vituperat eos, qui in primo loco recumbunt: sed eos qui amant primos discubitus ad voluntatem vituperationem referens, non ad factum, *Et salutationes in sero.* Primas salutationes non solum in tempore, sed etiam in voce: non solum in voce, sed etiam in corpore: non solum in corpore, sed etiam in loco: id est, non solum exigunt, vt prius illos saluemus, sed etiam cum voce clamantes, Aue rabbi: non solum hoc, sed etiam vt flexis capitibus, ac nudatis, & in publico ad genia eorum nos incuruemus. *Et vocari ab hominibus rabbi.* Id est vocari volunt, non esse: nomen appetunt, & officium negligunt. Quomodo enim potest esse magister, qui discipulum non habet? Da ergo operam, & inuenies fructum: acquirere discipulum, & esto magister. *Vos autem nolite vocari rabbi.* Ne: quod Deo debetur, vobis sumatis. Nollie & alios vocare rabbi, ne diuinum honorem hominibus deferatis. Vnus est enim magister omnium, qui omnes homines naturaliter docet. Si enim homo hominem erudit, omnes homines discerent qui habent doctores: nunc autem quia homo non docet, sed Deus: multi quidem docentur, pauci autem discunt. Homo enim non intellectum homini præstat docendo, sed à Deo præstitum per admonitionem exercet. Doctrina enim cordis habet officium. Sicut enim eos non facit ferum, sed acuit: & sicut sine causa ferum acutum acuitur, ita sine causa homo sensatus docetur. Maxime vos, qui spirituales estis, quomodo vocatis vobis terrenum magistrum? Nunquid carnalis doctrina disciplinam generat spiritualium? Scriptum est enim: Beatus homo, quem tu erudit, domine, & de lege tua docueris eum. Et patre nolite vocare vobis super terram, quia non estis filij terreni. Ex quo enim caelestem te esse professus es, ex quo patrem tibi vocasti de celo, dicens: Pater noster, qui es in caelis. ac ex quo te caelestem esse professus es, patrem vocando Deum: turpe est, vt iterum te profitearis, terrenum patrem tibi vocando super terram. Ecce enim in arbore, quanuis plurimos ramos producat, tamen omnium ramorum vna dicitur radix: sic & in mundo, quamuis

1. Cor.

1. Cor. 14.

1. Cor. 14.

Mat. 16.

HAYMONIS EPISCOPI Halberstat. superioris Euang. expositio.

Super cathedram Moysi sederunt Scribae & Pharisei. Hæc verba domini non debemus carnaliter intelligere, vt credamus Scribas & Phariseos sedisse super cathedras ligneas, sicut modo solent sedere episcopi, & presbyteri in ecclesia. Per cathedram Moysi debemus intelligere doctrinam legis, quam accepit Moses in monte Synai. Cathedra Græcè, Latine dicitur sella. Quod ergo per cathedram, designatur doctrina, siue bona, vt hic, siue mala, manifestat Psal. iniquus: In cathedra pestilentie non sedit, hoc est, malum non docuit. Sicut enim per cathedram pestilentie designatur doctrina mala: Ita & per cathedram Moysi bona. Scribas & Phariseis commissa erat doctrina legis, vt eam exponeret auditoribus suis, ideo dixit dominus: *Super cathedram Moysi.* Id est, super doctrinam legis, sederunt Scribae & Pharisei, quia ipsi docebant populum Iudæorum. Solum regum est, tribunal consulum, cathedra doctorum vel sacerdotum. De Simeon orti sunt Scribae & Pharisei. De Leui, sacerdotes & Leuitæ. Vnde scriptum est: Simeon & Leui vasa iniquitatis bellantia, qui sacerdotes dominum adiudicauerunt morit. Et ipsi sacerdotes aliquando in euangelio Pharisei appellantur, qui scientiam legis habebant. *Omnia quaecumque dixerint vobis, subauditur bona, ex ista cathedra, quæ ad fidem pertinent, seruate, in corde, & facite, opere, quia Scribae & Pharisei & multa dicebant, quæ contraria legi erant. Secundum verò opera eorum nolite facere. Quare? Quia dicunt & non faciunt.* Bene docebant, sed ea quæ docebant, malis operibus destruebant. Tales sunt modò in sancta ecclesia plerique episcopi & sacerdotes, qui bene docent, & malè viuunt, similisque efficiuntur illis, quibus dominus dicit: Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, id est, destruxerit illud malè viuendo, minimus vocabitur in regno caelorum, id est, in presenti ecclesia. Quia cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur, à malis videlicet, non à bonis. Omnis qui malè prædicat, & malè viuunt, non intrabit in regnum caelorum. Quicumque enim imitantur Scribas, Phariseos, cum illis damnabuntur in æterna damnatione. *Alligant autem onera graua, & importabilia.* Hic non debemus intelligere onera graua & importabilia, pondus perarum, aut lignorum, quæ in humeris portantur, sed per onera graua designantur maiora præcepta legis difficilia ad implendum. Quæ ideo importabilia dicuntur, quia neque à sacerdotibus Iudæorum, neque ab apostolis sine fide, & gratia Christi possunt impleri. Petrus apostolus manifestat hoc, cum dicit quibusdam Iudæis, qui iam Christiani erant, & suadebant gentibus baptizatis, vt circumciderentur more illorum dicentes: quia aliter salui esse non possent; Quid tentatis Deum, imponere iugis, &c. *Digito autem suo nolunt ea mouere.* Per manum intelligitur magna operatio, per digitum minima operatio. Scribae & Pharisei magna docebant in populo sibi subiecto, quæ designantur per onera graua, sed ipsi minima facere nolebant, quæ designantur per digitum. Hoc modo congruit episcopis, & prælati ecclesie, qui graue pondus penitentiae imponunt penitentibus, ipsi nec minimam penitentiam agunt de peccatis suis. Talis penitentia peccatorum

uis homo hominem generet, tamen vnus est pater, qui omnes creauit. Nam & nos filij fratres sumus patrum nostrorum, quia non ab ipsis nati sumus, sed per ipsos, id est, non initium vitæ ex eis habemus, sed transitum vitæ per eos accipimus. *Qui autem se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur.* In conuiuio enim hoc nuptiali, id est, in hac Dei vocatione primos discubitus sibi defendebant Iudæi: humiliati autem facti sunt post gentes nouissimi, & gentes, quæ contra meritum suum se vocatas intelligebant, factæ sunt ante Iudæos, qui illis quidem erant in tempore primitiua non prima vocatio esse consideranda, sed dignior. Illi enim ad prandium mediocre inuitati sunt, isti autem ad cœnam magnam. Illorum inuitatores propheta fuerit, istorum autem ipse filius qui erat causa conuiuij. Illorum dilectio apud Deum ex patribus erat, istorum autem ex fide ipsorum. Ideo alibi tangens Iudæos dicebat. Tu autem, quum vocatus fueris ad nuptias, (id est, ad nuptias Christi) noli recumbere in loco priorum.

BEDAE VENERABILIS presbyteri eiusdem Euang. expositio.

Tunc Iesus loquutus est ad turbas, &c. Per cathedram legis ostendit & propter sacerdotium nominantur dignitatem exhortatur populos vt subiiciantur eis, non opera fed doctrinam confiderantes. Horum in ecclesia nunc exempla imitantur, qui subiectos docent, quod ipsi implere diffimulant, vel peccatis pondus penitentiae ad grauantur: vt aut necesse est penitentiam reiiciat, aut suscipiens dum ferre non valet, scandalizatus amplius peccet, quasi non melius sit propter misericordiam dare rationem, quam propter crudelitatem. De talibus rectè subiuixit quod sarcinas ipsas vno suo digito non tangerent: hoc est, ne in minimis quidem ea perferent, quæ contra morem patrum sine fide & gratia Iesu Christi & seruare, & seruanda tradere præsumebant. *Dilatant enim phylacteria sua, &c.* Pictaciola Decalogi phylacteria vocabant: quæ in fronte quasi ob custodiam & munimentum sui portabant, non intelligentes quod hæc in corde assidua meditatione portanda sunt, non in corpore domini mandata. Erat etiam fimbria parua & breuis in quatuor pallij summitatibus propter differentiam vestium eorum posita sicut in carne circumcisio ex præcepto legis: quam mulier in pallio domini, quæ sanguine stuebat, tetigit, sed non est compuncta superstitiosis sentibus Phariseorum. *Vos autem nolite vocari rabbi, &c.* Hic multi de vocatione patrum & magistrorum mouent quæstiones sed facillè soluuntur, quod quomodo vnus per naturam Deus, & vnus filius, non prædicat cæteris, ne per adptionem dij vocentur & filij, ita & vnus pater & magister, non prædicat alijs vt abusiue appellantur patres & magistri: *Qui maior est vestrum, &c.* At si dicat, Quicumque vult statim præuenire regnando prius illum necesse est præueniat obsequendo: vnde apostolus ait, Honore inuicem præuenientes, vincat eum officii vt possit vincere sanctitate. *Qui autem exaltauerit se, humiliabitur, &c.* Omnis qui se incaute de meritis extollit, saltem in futuro si perseverat, humiliabitur à domino, & qui prouide se de benefactis humiliat, exaltabitur ab eo.

peccatoribus imponenda est, quam facere possint. Accipe exemplum: Si posueris fascem super humeros adulescentis, quē non possit portare, necesse est, aut fascem eiiciat, aut succumbat. Melius est autem, ut de misericordia arguatur sacerdos in die iudicii à domino quam exhibuit erga poenitentes, quam de nimia crudelitate. *Omnia ergo opera sua faciunt, ut videatur ab hominibus.* Pharisei ad hoc ieiunabant, ad hoc elemosinas faciebant, ut aut laudem, aut munera temporalia acciperent ab hominibus. Similes illis modo sunt in sancta ecclesia, qui ad hoc ieiunant, ut aut laudem verbis, aut munera temporalia accipiant ab hominibus. Quicumque ergo ad hoc aliquid agit, ut videatur ab hominibus, cum Scribis, & Phariseis condemnabitur. Et qui similis est in culpa, similis erit in pena. Talibus dicit dominus in die iudicii. *Receperitis mercedem vestra, id est, gloriam quam quaeristis.* Vē nobis (dicit B. Hieronymus) ad quos vita Pharisaeorum transierint, *dilatant enim phylacteria sua.* Phylacterium compositum nomē est, ex duobus corruptis, ex phylaxe & torath. Phylaxe Græcè, latine dicitur obseruare: torath hebraicè, latine dicitur lex, phylacterium dicitur obseruatio legis. Dominus cum dedit mandata, legis per Moysen famulum suum populo Israelitico, ad vltimum intulit. Ligabis ea in manu tua, & erunt immota ante oculos tuos. Quod casualiter intelligentes scribæ, & Pharisei scribebant decalogum legis, id est, decem præcepta, quæ continentur in lege in membranis, id est, in pitaciolis, hoc est, in pergamenis, compilantes ea, & ligantes in fronte, & quasi coronam facientes capiti suo, ut, quicumque videretur hoc habere, religiosus haberetur à populo quod vique hodie Iudæi, & Babylonij faciunt. Tales sunt modo in sancta ecclesia, qui portant crucces in pectore. Illa pitaciola decalogi phylacteria vocabantur, id est, custodiam legis, non intelligentes quod hæc in corde portantur sunt, non in corpore. Ligabis hæc in manu tua. Ac si diceret dominus: ligabis ea in manu tua, id est, opere perficies. Et erit immota ante oculos tuos, ut die & nocte mediteris in illis. *Et magnificant fimbrias.* Præcepit quoque dominus per Moysen, ut in quatuor angulis palliorum suorum facerent Iudæi hyacinthinas fimbrias, id est, bannas non prolixas, sed breues. Ut, sicut habebant signum circumcissionis in corpore, à quo discernerentur à gentibus, ita haberent aliquam differentiam in vestibus, quod cognosci possent in medio turbarum. Quas fimbrias facientes illi non breues, sicut lex præcipiebat, sed longissimas, ligabāt in cis acutissimas spinas, ut siue sederent, siue incederent, pungerentur ab illis, & recordarentur Dei. *Amant autem primos recubitus in canis.* Contra Scribas, & Phariseos loquitur hic dominus, qui amabant primos recubitus in cenis, hoc est, in conuiujs. Recumbere, est iacendo comedere, quia antiqui iacendo comedebat. Cerna dicitur à communi vescentium, quia cernon græcè, latine dicitur commune. Antiqui enim in die solummodo vna vice comedebant, videlicet hora diei nona, & primas cathedras in synagogis, subauditur amant, in synagogis, id est, in ecclesijs, ubi conueniebant diebus sabbatorum, primas cathedras quærebant, id est primas sedes, ut primi sederent, & salutationes in foro, id est, in publico amant, ut salutarerentur ab hominibus, & vocari ab hominibus rabbi, id est, magistri. Illum locum, quem tunc tenebant Scribæ, & Pha-

risei in populo Iudeorum, illi tenent modò episcopi, & sacerdotēs in ecclesia. Dicit B. Aug. quod si episcopus aut sacerdos dignitatē nominis, quam habet in officio, seruat in opere, dignum est ut hæc omnia à subditis suis recipiat, videlicet ut primus sedeat in conuiujs, & primum teneat in ecclesijs locum, & ab omnibus saluetur, ac rabbi, id est, magister vocetur. Qui verò dignitatem nominis derapat malè viuendo, & istum honorem exigit à suis subditis pro omnibus his, quæ indignè recipit, supplicium recepitur est in die iudicii. *Vos autem nolite vocari rabbi, quia magister vester vnus est Christus.* Quare agimus extra præceptum domini, appellantes homines magistros, & patres: Dominus dicit: Ne vocemini magistri, nec patres, nos vocamus magistros, & patres. Nunquid peccamus? Nos si hominem vocamus patrem, honorem grati deserimus, non autorem vitæ nostræ eum ostendimus: quia ipse proiecit semen in vtero matris nostræ, Deus omnipotēs formauit corpora, & dedit vitam. Et si hominem vocamus magistrum, honorem ei deserimus, per quem Deus omnipotēs nos docet, quia ipse fistula Dei: tamen non eum ostendimus autorē scientiæ nostræ: quia nisi Deus illustraret cor auditorum, in vacuum laborat lingua doctoris. Multi multa dicunt in hoc loco, sed nos abbreviamus, solum per pietatem docentes. Sicut ergo Deus, & dominus noster Iesus Christus cum sit proprius filius Dei, non præiudicat nobis, id est, non damnat nos, si per adoptionem dicamur filij, aut dij, sicut Psalm. dicit: Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Deus omnipotēs pater, & spiritus sanctus sancta trinitas cum sit pater creator omnium, quia ipse docet omnes, de quo per quemdam sapientem dicitur: Omnis sapientia à domino Deo est: non præiudicat hominibus, si abutitur vocentur patres, & magistri. *Qui maior est vestrum, erit minister vester.* De semetipso loquitur hic dominus. Ille, qui erat maior apostolis dignitate, minister illorum factus est, quando pedes illorum lauit. Vel certè tunc minister factus est, quando vitam suam ministravit pro nobis ad mortem, iuxta quod ipse dicit: Non venit filius hominis ministrari, sed ministrare. Quantum ad prælatos sanctæ ecclesiæ pertinet, videlicet ad episcopos, & presbyteros, & ceteros, qui alijs prælati sunt, tria debent ministrare subditis suis, doctrinam, exemplum religionis, & subsidia temporalia: sine quibus vita humana transiri non potest. Si ergo vis fratrem tuum præuenire in celo regnando, præueni illum modò in terra obsequendo, id est, humiliando, iuxta quod scriptum est: Quantum maior es, humilia te in omnibus, præueniens illum. Quod ergo hic præ cæteris humiliaberis, eò amplius in cælesti beatitudine glorificaberis.

ERICI IN IDEM

Evang. Hom.

Repudiatis dominus, ut dignum erat, tentatoribus, ad suos sermonem conuertit, ut illorum confusio, istorum severa disciplina. Instruendum nunc quæ est verbum, in quo sic alter confunditur, ut non alter etudiat. *Super cathedram, inquit, Moysi sederunt scribæ, & pharisei.* Non quidem materialis cathedra, cui federat Moyses, vique ad illud tempus seruabatur apud Iudæos: sed per cathedram Moysi

Moysi intelligitur doctrina, quam scribæ, & pharisei, licet non facerent, prædicabant. *Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate, & facite: secundum verò opera eorum facere nolite.* Tanquam diceret eis: Doctrinam, quam docuit Moyses legistatorem, prædicat, & annunciant scribæ pharisei: sed quia quod ore prædicant, opere destruant, quod vobis annunciant, seruate, quod verò faciunt, facere nolite. Et mira bonitate dominus à phariseis tenatus, eorum machinas dissipat, & nihilominus propter sacerdotij dignitatem, hortatur homines ut eis subiciantur, non opera illorum, sed doctrinam imitantes. Frequenter enim & de homine malo, bona doctrina procedit, & vilis terra preciosum aurum producit. *Alligat autem eorum gratia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere.* Onera gratia, & importabilia, legis dicit mandata, quæ Iudæis maxime propter peccatum vituli adorati constat fuisse imposta. Quæ quidem mandata scribæ, & pharisei, permixtis suis traditionibus, tanquam granissima onera simpliciori populo imponebant, quæ ipsi nec vno digito mouere, hoc est, nec in minimis quidem præceptis volebant perficere. Tales sunt modò in Ecclesia indiffereti sacerdotes, qui omnem iustitiam populo mandant, sed ipsi nec modica seruant: Si enim fascem lignorum super alicuius humeros, qui ferre non valet, posuerit, necesse habet, ut aut fascem à se rejiciat, aut sub pondere ruat. Sic & homini, cui graue pondus penitentiarum imponitur, necesse est ut aut penitentiam rejiciat, aut suscipiens, dum ferre non valet, scādālitatus amplius peccet. Nam, si erramus modicam penitentiam peccatis imponentes, melius est tamen de misericordia à Deo iudicari, quam de crudelitate condemnari. Qui enim vult apparere sanctus, circa vitam suam debet esse austerus, circa aliorum benignus. *Omnia enim opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus.* Scribæ, & pharisei omnia, quæ operantur, ad hoc faciunt, ut ab hominibus viderentur, hoc est, ut laudem, & fauorem populi exterius caperēt. Similiter & omnis homo, quicumque opera sua idē tantum facit, ut ab hominibus videatur, similis est scribis & phariseis. Ex proposito occasione vniuersum, quæ hominis accipit diabolus occasionem, ut eis reia texat: quia à semetipso nil agere potest, nisi occasionem ex nobis ipsis acceperit. Tollamus ergo hoc vitium à nobis, ne velimus ab hominibus videri, hoc est, laudari, & sine labore omnia vitia rescebimus. *Dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias.* Quia Græco sermone *φιλᾶτρη*, seruare dicitur, horum verò lex appellatur, phylacteria vocat illas membranas, vel pitaciola, quæ quali ex præcepto legis in frontibus portabāt, laudem captantes popularem ob custodiam, & monumentum diuinorum mandatorum, quæ inibi scribebantur: non intelligentes, quia lex diuina in corde sit meditanda, non in corpore ostendenda. Præcepto etiam legis iubebatur fieri fimbria parua, & breuis in quatuor pallij summitatibus, ut, sicut circumcissione legis à cæteris gentibus, sic etiam veste differant: qualis erat fimbria, quam mulier sanguine fluens, in domini pallio tetigit. Sed superstitiosi magistri, laudis popularis avidissimi, componebant sibi grandes fimbrias, acutissimas spinas in eis ligantes, ut ambulantes, vel sedentes crebro pungerentur, & quasi admoniti ad eloquia diuina meditanda recurrerēt. Ex qua re creditur in Ecclesia inoleuisse, quod

quidam aliquam partem euangelij scriptam, vel reliquias martyrum deferre conueuerunt. Sed sciendum, quod à cui in auribus euangelica posita non profunt verba, eum circa collum suspensa nō saluant: quia virtus euangelij non est in figuris literarum, sed in intellectu sensuum. Sequitur: *Amant enim primos recubitus in canis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro.* Non prohibet eos dominus salutari in foro, neque primos discumbere in prandijs, quibus iure hoc officium debetur: sed ab illis docet esse cauendum, qui, cum hæc habere digni non sint, ultra modum tamen ea sibi exhiberi desiderant. Hæc verba saluatoris si corporaliter intelligantur, non solum non ædificant, sed adhuc magis destruant auditorem. Audiens enim aliquis, laudabile esse vltimo loco discumbere, discumbit post omnes: & non solum iactantiam cordis non amittit, sed adhuc aliam iactantiam de sua humilitate acquirit: ut qui prius desiderabat ab alijs videri iustus, etiam humilis esse videatur. Multi enim superbi corpore quidem in vltimo loco discumbunt, cordis autem elatione videntur sibi maioris meriti esse. At contra multi sunt humiles in primo loco recumbentes, & tamen in conscientia se existimant in vltimo esse. Sed, quia Deus spiritus est, qui loquitur fidelibus suis, & non ad carnes loquitur Deus, sed potius ad spiritum (caro enim spiritum non intelligit, dicitur Apostolus: Qui spiritum Dei habet, intelligit quæ dico, quia domini sunt mandata:) quæcunque dominus loquitur, non carnaliter loquitur, sed spiritualiter. Vnde & hæc verba spiritualiter sunt intelligenda. Non enim curat Deus, ubi corpus hominis iaceat, sed in qua parte mens sit collocata. Vnde quod iubet nos Deus in vltimo loco recumbere, non præcepit ut corpore in vltimo loco iaceamus, sed ut animo nobilissimos omnium nos esse iudicemus. Sine causa enim loco se humiliat, qui corde se præfert. *Et salutationes in foro.* Non solum hoc exigebant scribæ, & pharisei à populo, ut prius eos salutarer, voce magna dicentes: Ave Rabbi, sed ut flexis capitibus ad gratia eorum incuruarentur. *Et vocari ab hominibus rabbi, subaudiendum, amant.* Desiderabant namque scribæ, & pharisei vocari rabbi, & nolebant esse magistri: nomen appetebant, sed officium negligebant. *Vos autem nolite vocari rabbi, vnus est enim magister vester, &c.* In his omnibus prohibetur, ne, quod Deo debetur, hominibus deferatur. Sed, cum omnia præcepta diuinæ scripturæ à Deo procedat, mouet multos, cur contra præceptum alterius scripturæ quæ dicit: Honora patrem, prohibeat vocari patres, vel magistros. Nam & Paulus magistrum gentium se esse testatur. Sed aliud est esse patrem, vel magistrum natura, aliud permittente indulgentia. Nos enim si hominem patrem, vel magistrum vocamus, honorem deferimus iis, à quibus incrementum, vel originem sumpsimus, non eos authores nostræ vitæ ostendimus. Tamen secundum quod à Deo conditi sumus, & gubernamur, nec pater, nec magister vocandus est alius, nisi Deus. Pater vocandus est, quia ex ipso sunt omnia: Magister, quia per ipsum sunt omnia, vel quia ipse est singularis magister, qui omnes interius naturaliter edocet. Homo enim non præstat homini intellectum docendo, sed illum tantummodò exercet admonendo. Doctrina nanque cotis officium tener, quæ ferrum non facit, sed acuit. *Qui maior est vestrum, erit minister vester.* Ac si dicat: Quicumque

1. Cor. 14.

Ergo. 2. Tim. 1.

Nomen 1.

Nomen 2.

vult fratrem præuenire regnando, prius illum necesse est præueniat obsequendo. Quod in ipso Christo veraciter impletum esse nouimus, qui cum maior sit omnibus fidelibus, tamen suis non solum exteriora ministravit, sed etiam animam suam pro illis in mortem tradidit: Hoc enim, quod dicit: *Qui maior est vestrum, erit minister vester*: congregationum prælati specialiter præcipitur, ut quibus spirituali regimine principantur, eorum indigentiam patitur releuare, atque supplementum familiaris pauperatis, studiola subministratio procurant. *Qui autem se exaltauerit, humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.* Videmus multos honoribus, & diuitiis huius seculi florere, & in his vsque ad finem perseuerare. Cernimus econtra nonnullos pauperate, & inopia laborare, & in eadem egestate vsque ad exitum vitæ permanere. Cum ergo isti in inchoata felicitate, & illi in pristina paupertate vsque ad terminum vitæ permaneant, quomodo verum esse constat, quod dominus dicit, omnem hominem exaltatū humiliari, atque humiliatum exaltari? Sed quoniam veritas falli non potest, quæ dicit, Omnis, qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur: sciendum quia, etsi in præsentia hoc non semper adimpleri videmus, in futuro tamen complendum non dubitamus. Omnis enim, qui in præsentia vita ita se exaltat, ut diuini præcepti se subdere contemnat, hic in die iudicij cum superbis, & impijs sociatus humiliati cogetur auditurus à domino. Ite maledicti in ignem æternum. Qui verò diuino amore hic se humiliare studuerit, imitans illum, qui dicit, *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde*: ipse in futuro iudicio à domino exaltabitur, cum optabilem vocem audire meruerit: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est à constitutione mundi,

Mat. 23.
Mat. 23.
Mat. 25.

CHRISTIANI DRVTH-
mari eiusdem Euang. expositio.

Tunc Iesus locutus est ad turbas, & ad discipulos suos: dicens. Super cathedram Moysi sederunt scribe & pharisæi. Cathedram hic magisterium & doctrinam appellat. Hoc est illum locū & illud magisterium sibi vendicant: quod Moyses quondam habuit super populum in deserto. Similiter possumus & ibi doctrinam accipere, ubi dicit, & in cathedra pestilentie. Et cathedras vendentium columbas euerit. *Omnia ergo, quæcumque dixerim vobis, facite & seruate.* Mira patientia Dei, quia illi agebat erga eum, vt nequius poterat, & tamen ille propter sacerdotij dignitatem hortabatur populum vt bona, quæ ab eis audiebant, tenerent: à malis verò eorum actibus se custodirent. *Omnia*, subauditur bona: quia cum legebantur scripture, non audebant aliud dicere, quam bona, propter populum: quia omnes litteris eruditi erant. Multis itaque profunt dicendo, quod non faciunt, sed multo melius professent, si facerent quæ dicunt. *Alligant autem onera graua, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autē suo nolunt ea mouere.* Onera, hic præcepta, & aduersitates eorum, quæ & doctrina sua extraherent dicitur. Ob hoc debemus illam subaudiuonem superius dictam seruare: omnia bona quæ dicunt, sicut & illo verbo apostoli. *Omnia probate, si inuenieritis bona esse, tenete.* Ecce hic

dicitur. *Alligant onera graua & importabilia*, quia importabilia, omnia facienda sunt, si ipsi alligantur. *Alligant*, dicitur. Alligare vnumquemque iubent. Per metaphoram, & allegoriam, & onera & alligatio, & humeri, & digiti dicuntur, more oneris. Quod sicut illud alligatur & imponitur in humero ad portandum, & solet is, qui onus imponit adiuuare imponenti, ita isti vt crudeles inueniunt ex sua inuentione præcepta, quæ ipsi nec hora, nec momento custodiunt, sed alijs præcipiunt obseruanda de oblationibus, & obseruationibus suis. Qui rector est in ecclesia: primum debet implere quæ implenda præcepit. *Omnia verò opera sua faciunt vt videantur ab hominibus.* Non querunt à Deo retributionem, sed ab hominibus laudationem. *Quicumque ita aliquid boni facit vt isti: totum perdit.* *Dilatant enim phylacteria sua.* Cum Deus legem per Moysen dedit, dixit ad patres eorum. Erunt hæc in manu tua, & ante oculos tuos, videlicet in memoria & operatione. Et illi hoc male intelligentes, fecerunt sibi in membranis decem verba legis, & circumdabant capita sua de eis, & vocabat ea græco nomine Phylacteria, id est, custodias: quia *quædam* græcè, latine custodie dicitur. Et tunc qui plus gestiebat laudari, maius faciebat ipsum phylacterium: vnde dicit. *Dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias.* Similiter iusserat dominus fieri fimbrias hyacinthinis in quatuor palliorum angulis, vt esset discretio inter populos Israel, & alienigenas, & in corporibus circumcisio, & in vestimentis fimbriæ, vt si quando in bellum venirent, videntes fimbrias, se cognoscerent: & scirent quem debellare deberent. Mortuos autem ex circumcisione scirent, quem spoliare deberent, quia in bello frequenter amittit caput mortuus, illud membrum nunquam. Fuerunt ergo ille fimbriæ conuenientes in bello: quia & leuiter homo eas inuenire poterat & non decidebant sicut ramusculi, quos solent portare in bello, quod ob signum quidam de nostris faciunt. Ergo Iudei adinuenerunt sibi in illis fimbrijs vt mitterent ibi spinas, quasi cum compungerentur, rememorarent custodiam legis Dei. Veruntamen mulier, quæ tetigit fimbrias domini, non inuenit ibi spinas. Similiter faciebant illas maiores, qui magis laudari cupiebant. *Amant autem primos recubitus in canis.* Recubitus fiebant apud antiquos principibus in cenis in tribus partibus dextera, & sinistra, & retro vt cum saturatus esset, accumberet in qua parte ipse vellet: & triclinium vocabatur. Redarguuntur quæ amant, & querunt per hypocrisim ipsas cathedras, & salutationes in foro. Id est in publico. Non dixit qui habent istos honores in iste, sed voluntas & hypocrisis condemnatur. *Vos autem nolite vocari rabbi.* Eo modo quo superiora prohibentur. Tamen debemus agnoscere, & summum magistrum omnium doctrinæ, & patrem nostræ autoritatis, per quem creati sumus illi, qui in cælis est: quia & ista tunc præcipiebant. Nō enim prohibuit isto modo patrem vocare: quo præcepit patrem & matrem honorare: sed volebat vt verum magistrum, & patrem auctorem generis humani vnusquisque agnosceret: & ad illū animū dirigeret. Nam si vocamus nos alium patrem, honorem ætati deferimus: non tamen auctorem vitæ nostræ deputamus, sed Deum. Similiter de magistro vel de filio appellantur abusive: Deus autem naturaliter. *Qui maior est vestrum, erit minister vester.* Vel ipse dominus qui maior erat: quia Deus non venerat

non sunt con-
uocati præ-
sentes
magis sunt
magis sunt

venerat ministrari, sed ministrare. Seu ipsius præcepto vt qui vult maior fieri, seruiat ceteris. *Qui autem se exaltauerit, in hoc seculo humiliabitur.* In futuro. Et qui se humiliauerit propter Deum in hoc seculo, exaltabitur in futuro. Quos Deus omnipotens amat: si videntur eos exaltari irrationabiliter per superbiam, humiliat eos per aliquam tribulationem, vt fecit David: quem de regno expelli permisit: & humiliato, in regno residere fecit. Et Ezechia quoque: cui elato regi Assyriorum dominari permisit: in tantum vt valus templi domini, & laminas argenteas, quas ipse affixerat, regi Assyriorum daret: & clausis in ciuitate nuntiis eius, dura respondere non auderet: & tamen ibi erat sanctus Ezechias propheta. Iterum humiliato centum octoginta quinque millia pro eo occidit de exercitu eius: & cum decem hominibus fugit de terra eius: & in sua terra occisus est a patribus suis. Sic multos alios dilectos Deus castigat. Quosdam videt ex toto terrena diligere, & præponere æternis: permittit exaltari, vt post sine fine crucientur: vt fuerunt multi reges, & Tyranni Assyriorum & græcorum, & Romanorum. Quosdam vero nimia superbia incendentes in hoc seculo humiliat & in futuro: vt Nabuchodonosor, Sennacherib, Valerianum imperatorem, quem Sapor rex Persarum ita humiliavit, vt quando cunque in equum suum ascendere vellet, ipse acclius fieret, & de dorso eius equum ascenderet. Herodes quoque quia permisit se dominum vocari à populis, comestus per quinque dies à vermibus expitauit. Quam superbiam timētes antiqui imperatores Romani: licet pagani essent, constituerunt vt imperator cum ornatus esset regalibus ornamentis, ad sinistram manum appenderent in folliculo puluerem mortui hominis: vt memoraret se cinerem post paululum futurū: & non super ceteros se extolleret. Eligat qui voluerit vnū ex istis tribus. Eligo ego humiliati cum mitibus modo, quam diuidere spolia cum superbis.

THEOPHYL. EPISCOPI
Bulgar. superioris Euang. expositio.

Tunc Iesus loquutus est ad turbas & ad discipulos suos dicens, in Cathedra Moysi, &c. Quando eos confutauit, & ostendit incurabiliter ægrotantes, tunc de ipsis dicit, & de vita, ac motibus loquitur, admonens auditores, ne contemnant doctores etiā si corruptæ vitæ sint. Ostendit præterea, quod legi non sit aduersarius, sed malit seruare ea, quæ legis sunt, quamuis eam docentes indigni sint. Quæcumque enim dicunt doctores, illa Moysen putate dicere, immo Deum. Faciendæ igitur omnia, quæ dicunt, etiā si mala fuerint: dicimus igitur primū quod docens, nullum vnquam audeat adhortari in malum. Deinde vt demus hoc, vt quis in malam vitam inhortetur, non tunc à Moyse cathedra, neque de lege loquitur. Dominus autem dicit de iis, qui in Cathedra Moysi sedent, hoc est iis, qui ea, quæ in lege habentur, docent. Eos igitur, qui docent diuinam legem, etiā si ipsi non faciunt, audire oportet. *Colligunt autem onera graua, difficiliaque portant, &c.* Onera graua imponunt pharisæi, cogentes homines, vt implerent mandata legis, quantum sint tenuis, & difficilia obseruatu. Vel etiā pura legis mandata aggrauant, traditiones quasdam vltra leges tradentes, quas ipsi digito suo non

mouent, nihil operantes. Quando enim qui docet, non solum docet, sed & operatur, videtur simul cum iis, qui docentur, laborare, & operari. Quam verò ille me onerat, ipse autem ociosus viuat, magis me grauat. Arguit igitur dominus pharisæos, eo quod nolūt simul gestare onera mandatorum, & cooperari. Non solum autem nihil boni faciunt, sed & simulant quasi faciant: & si quando quippiam faciunt, vt videantur, faciunt, & auferunt iam illorum merces. nunc autem quanta condemnatione digni, quando neque faciunt, & videri volunt quasi faciant? Quid autem faciunt? Dilatant phylacteria sua, & magnificant fimbrias vestium suarum. Hoc autem ita se habebat. In lege habebatur: Alligabitis ea in manu vestra, eruntque immota ante oculos vestros. Scribebant igitur in duabus chartulis decalogum legis, & ponebant vnā super frontem, & alteram super dextram suspendebant. Fimbrias autem faciebant in summis vestibus, violaceis, & coccineis clausis. Et hoc inuenerat in lege, vt videntes illa, non obliuiscerentur mandatorum Dei. At Deus hoc nolebat, sed iubendo ferre super manum phylacterium, significare volebat mandata operari eos oportere. Per coccineas autem fimbrias declarabat quod oporteat nos sanguine domini signari. Illi verò faciebant phylacteria magna, & fimbrias, vt videntibus illa apparent obseruatores esse legis. *Amantque primos accubitus in canis, &c.* Pape quid dicit? Idcirco condemnatur, quia amant: Quod si solum amans primos accubitus condemnatur, qui nihil non facit pro illis, quæ condemnatione dignus? Et primas cathedras in synagogis, ubi magis debebant docere & alios humilitatem, eo loco ipsi maiori fastu corrumpebantur. Omnia enim pro gloria faciebant, & hæc facientes non confundebantur, sed interim vocari volebant Rabbi, hoc est doctores. *Vos autem nolite vocari Rabbi, &c.* Non prohibet Christus vocari quempiam magistrum, sed tanta affectione velle vocari, & omnibus modis curare, vt vocetur. Docendi enim dignitas propriè solius est Dei. Patrem autem ne vocetis, dicens, non prohibet honorem parentibus debitum, quia vult nos venerari parentes, & maxime spirituales patres: sed inducit vt spirituales patrem agnoscamus. Deus enim propriè pater est. Carnales enim non sunt auctores natiuitatis, sed cooperarij, & ministri. Porro lucrum humilitatis indicans dicit, *Qui maior est vestrum, debet esse vester minister, & vltimus.* Qui enim exaltauerit semetipsum, aliquid se esse ratus, humiliabitur derelictus à Deo.

Dem. 6.

Mat. 23.
Luc. 14.

Magisterij
nomen nō pro-
hibetur, sed,
ne ambiatur.
Exod. 20.

INCERTI CUIVSDAM
sub nomine Eusebij Emissemi eius-
dem Euangelij expositio.

Quid est enim sedere super cathedram Moysi, nisi Moysi doctrinam, & legem prædicare, & populum regere, & admonere? Hoc erat autē officium Scribarum, & Pharisæorum: vnde & super cathedram Moysi sedere dicuntur. Sed quid est quod dominus alibi præcipit, dicens: *Cauete à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis.* Hic autem dicit, *Omnia quæcumque dixerim vobis, seruate & facite.* Pharisæorum enim doctrina fermentum dicitur, sed non illi, quam docent, quando sedent super cathedram Moysi. Sedent enim super cathedram

Bibl. Hom. tom. 2. E Moysi,

Moyſi, quando nihil aliud prædicant, niſi ea, quæ præcepit Moyſes. Hæc autem ſeruanda, & facienda ſunt. Quando verò per fraudem, & hypocrifiſm, non legis verba, ſed ſuas traditiones docent, tunc eis obedire, & credere non oportet, quoniam in Moyſi cathedra non ſedent. Qualiſcunq; igitur ſit prædicator, ſi tamen non ſua, ſed Dei verba annūtiat, populus ei & obedire, & credere debet. Sequatur eum in his, quæ dicit, non quæ agit. Quod enim dicit, Dei eſt: quod autem agit, ſuum eſt. *Alligant enim onera grauiâ, & importabiliâ, & imponunt in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea mouere.* His autem verbis clementiſſimus dominus nos admonere videtur, vt in peccatoribus ad poenitentiam conuerſis, pietatem, & miſericordiam habeamus, eorūque onera potius eum eis portemus, quam ſupra vires eos oneremus. Vnde & ſacerdotes in lege iniquitatem ſanctuarij portare iubentur. Vnde & per Moyſen dominus ait, *Qui percuſerit ſeruum ſuum vel ancillam virga, & mortui fuerint in manibus ſuis, criminis reus erit.* Fit enim multoties, vt paſtor Eccleſiæ peccantem ſeruum vel ancillam, id eſt, maſculum vel ſceminam ſibi ſubiectos, eorum facinora exaggerando, & tormenta futura minando, duramque canonum poenitentiam nuntiando, nimis aſperè virga correptionis percutiat. Qui ſi in eius manibus mortui fuerint, id eſt, ſi eos propter immanitatem ſceleris, & importabile onus poenitentia, veniam deſperare ſenſerit, eorūque verbis mitioribus & antidoto pietatis non confortauerit, quaſi qui malè medendo ægrum occiderit, reus erit. Habeat igitur poenitentia modum, & vnicuique rationabiliter onera imponantur. Magis enim ad cordis contritionem, quam ad ieiunium, & carnis macerationem reſpicit Deus. Magna enim miſericordia ei fieri poſteſt, qui iam ex corde poenitet & peccare ceſſat. Qui verò aliter agit, eſt multum ieiunet, tamen nihil agit. *Omnia verò opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus.* Ideo enim Scribæ & Phariſæi nullam de operibus ſuis mercedem ſuſcipiunt, quia omnia opera ſua faciunt non pro iuſtitia, vel animarum ſalute, ſed pro vana gloria, vt videantur & laudentur ab hominibus. *Dilatant enim phylacteria ſua, & magnificant ſimbrias.* Phylacteria, id eſt, chartulas quaſdam in manibus, vel circa collum appenſas ferebant, in quibus verba legis ſcripta erant, vt ſemper ad ea reſpicientes, à iuſtitia non declinarent. Hanc autem conſuetudinem ex eo loco ſumpliſſe videntur, vbi dicitur, *Erit igitur hoc quaſi ſignum in manu tua, & quaſi appenſam quid ob recordationem ante oculos tuos.* Quod quidem ſi bono & ſimplici animo feciſſent, non valde reprehendiſſe eſſe videbatur. De ſimbriarum quoque vſu Moyſi à domino dicitur, *Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos vt faciunt ſibi ſimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas, quas cum viderint, recordabuntur omniū mandatorum domini, nō ſequantur cogitationes ſuas, & oculos per res varias fornicantes, ſed magis memores præceptorum domini, faciunt ea.* Hoc autem quid ſignificet, non multa indiget expoſitione, ſiquidem ipſe qui ſcripſit, expoſuit. Ad hoc enim vittas hyacinthinas in ſimbriis ponere iuſſit, vt ſignum quoddam eis eſſet, quod caeleſtium mandatorum memores, vana, & inutilia non cogitent. Sunt igitur ſimbria, legis mandata. Vittæ verò hyacinthina, ſanctæ cogitationes, quæ ſi ſimul

iunctæ fuerint, ab omni vanitate oculos auertunt, & totam mentem ad caeleſtia dirigunt. Videntes enim hyacinthum, cælum recordantur, quoniam vnus coloris ſunt cælum, & hyacinthum. Hoc autem in Phariſæis dominus non reprehendiſſet, niſi quia omnia opera ſua faciebant vt viderentur ab hominibus. De quibus adhuc ſubditur, *Amant autem primos vocibus in cœnis, & primus cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.* His autem verbis Scribæ, & Phariſæi de vana gloria, ſuperbia, & ambitione notantur. His autem & nos admonemur, ne eos in talibus imitemur. Primæ nanque cathedræ ad abitionem, cætera verò ad ſuperbiam, & vanam gloriam ſpectant. *Vos autem nolite vocari Rabbi: vnus eſt enim magiſter veſter.* Quia enim omnis vana gloria peccatum eſt, peccat vique, qui pro vana gloria ſic vocari deſiderat. Diſcipulus quoque nō eſſigiet culpam, qui magiſtri nomen ſibi vſurpat. *Omnes autem vos fratres eſtis, & patrem nolite vocare vobis ſuper terram: vnus eſt enim pater veſter, qui in cælis eſt.* Ne vocemini magiſtri, quia magiſter veſter vnus eſt Chriſtus. Vnus eſt pater, vnus eſt magiſter. Vnde & Iacobus ait, *Nolite plures magiſtri fieri, fratres mei.* Vbi enim plures magiſtri, & ibi plures ſententia: vbi plures ſententia, ibi ſchiſma. Vnde Apoſtolus admonet, vt idipſum dicamus omnes. Bonum habemus magiſtrum, ipſum ſequamur: ipſa ſententia vna ſit. Patrem verò in terra quaerere non debemus, quia omnes fratres ſumus, & vnum in cælis patrem habemus illi credere, illi obedire oportet: cuius amore patres & matres, fratres & ſorores, & magiſtros & doctores, & quæcunq; in mundo ſunt, & in terra verſantur, abicere & abnegare debemus. *Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter.* Hoc enim de ſeipſo dominus ait, qui vſque ad lauandos pedes diſcipulorum ſe humiliare dignatus eſt, præbens nobis humilitatis exemplum. Vnde & ſubditur, *Qui autem ſe exaltauerit, humiliabitur: & qui ſe humiliauerit, exaltabitur.* Deus enim ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Deponit enim potentes de ſede, & exaltat humiles.

E V T H Y M I I Z I G A B O N I
ſuperioris Euang. expoſitio.

Tunc Ieſus loquitur eſt turbis, ac diſcipulis ſuis. Tunc, quando? Poſtquã tentatores reſrenauit: poſtquam effecti, vt amplius nō auderēt aillum interrogare: poſtquam demonſtrauit eos immedicabiliter ægrotare. Dicens: *in Cathedra Moſi ſedent ſcribæ, &c.* Moſaicæ, inquit, ſedis, quæ doctorum eſt, facti ſunt ſucceſſores: ideo quæcūque dixerint vobis, vt ſeruetis, ſeruate, & facite: Non enim, quæ ſua ſunt, dicunt, quando docent, ſed quæ Dei, & quæ per Moſen ſtatura ſunt. *Quum autem dicit omnia,* non omne intelligit ſtatutum, puta de ſacrificiis quoque, ac cibis, aliſque ſimilibus. Quo enim pacto id iuberet, quum in præcedentibus ſinem his impoſuerit: ſed omnia ſimpliciter, quæ mores corrigunt, ac meliores reddunt, nec euangeliſtis dogmatibus contraria ſunt. *Iuxta opera verò eorum ne feceritis.* Suis namq; doctriſis adnerſantur, eaque coarquant. Docuit ergo non oportere in præceptores inſurgere, etiam ſi prauam habeant conuerſationem, ſed doctriſis quidem eorum obedire, vitam autem eorum indignam non imitari. Docentes

Docentes nanque fide digni ſunt, ac non ſunt imitatione digni conuerſantes. Poſteſt autem & aliter dici, quòd, quia ad ſeruadum turbam, tandem manifeſte reprehenſurus erat malas illorum operationes: ne putarent quidam, quòd amore principatus eorum calumniaretur illos, huiusmodi primum curat ſuſpicionem, dicens: *Omnia, quæcunq; dixerint vobis, vt ſeruetis, ſeruate, & facite: & ſi non propter vitam illorum, ac propter dignitatem, ac doctriſis ſedem.* Ne tamen quidam adhaerentes doctriſis eorum, imitarentur quoque ipſorum vitam, addidit: *Iuxta opera verò eorum ne feceritis.* Et ita vbi ſe ſuſpitione liberant, incipit reprehentionem. *Dicunt enim, & non faciunt.* Vide vnde incipiat. Quicunq; certe legem tranſgreditur, condemnatione dignus eſt: præceptor tamen triplici dignus eſt: tum quia nocet etiam diſcipulis. *Alligant enim onera grauiâ, &c.* Onera grauiâ, portatūque diſſicilia, vocat aliſſima, & exquiſita præcepta circa conuerſationem. Humeros verò operationem hominum. Apparet autem, quòd præter legem quoque aliqua iubebant. *Digito autem ſuo nolunt ea mouere.* Non ſolum humeris ſuis portare nolunt, quæ aliorum humeris ferenda imponunt, vt ſuo exemplo promptiores illos reddant, ſed nec digito ſuo ea mouere volunt: hoc eſt, in parte, & ſummis, vt autem, digitis attingere. Dicit enim & Lucas: *Vno digitorum veſtrorum onera non attingitis.* Subditis ſiquidem iubent exactiſſima, ſibi ipſis autem omnem permittunt licentiam, quum contrarium fieri oporteret: vt ſeipſos potius attingerent, aliis verò multa ignoſcerent. *Omnia autem opera ſua faciunt, &c.* Omnia, quænam? Quæ ſibi bona videntur. Et obſerua, quòd prædicte accuſationes de crudelitate, & ſegnitie erant: hoc verò crimen eſt inſanientium ob vanæ gloriæ appetitum. Deinde oſtendit, quòd neque de magnis gloriarentur, vt pote egregiis operibus deſtituti, ſed de paruis quibuſdam, & vilibus, quos ipſum auget etiam accuſationem. *Dilatant phylacteria ſua, & magnificant ſimbrias palliorum ſuorum.* Hæc erant, de quibus tanquam de egregiis operibus vane gloriabantur. Oportet autem & de his dicere. Quia continue Dei beneficiorum obliuiſcebantur, iuſſit ea Deus libellis inſcribi, & Magiſtrorum appendi manibus: vt ſemper viderentur, & in memoria haberentur. Huiusmodi verò libelluli phylacteria dicebantur, eo quòd ab obliuione ſeruarent, ac protegerent *2nd 7 vol 270.* Rurſum, ne præceptorum Dei obliuiſcerentur, iuſſit Deus fragmentum hyacinthinum aſſui iuxta pedes oræ palliorū eorum: vt ſemper appareret, hos præceptorum Dei memores eſſiceret: & hæc vocabant *nephthela,* hoc eſt, ſimbrias. Scribæ itaque, & Phariſæi præcepta quidem negligebant, huiusmodi autem latis phylacteriis ſeſe ornabant, dictaque ſimbrias palliorum

ſuorum plurimum diſtendebant: his gloriantes, ac ſtulte ſeſe iactantes. Hæc autem Marcus ſtolas appellauit dicens: *Proſpiciate, ſiue cauete à Scribis, qui amant in ſtolis ambulare.* Similiter autem dixit & Lucas. Nec in his tantum amore gloriæ inſirmi erant. Audi itaque: *Amant, primos accubitus in cœnis, &c.* Primos accubitus dixit in cœnis, ac prima ſedilia in ſynagogis. Nam in cœnis accumbant, in ſynagogis verò ſedebant. *Ac ſalutationes in foro, &c.* Amant ſalutationes, ſiue corpore ſiant, ſiue appellatione. Amant & vocari ab hominibus magiſtri, quod Hebraicè dicitur Rabbi. *Vos autem ne vocemini Rabbi, &c.* Cætera quidem, vſque ad illorum duntaxat perduxit accuſationem tanquam vilia, nec ad ſui correptionem, longiorem requirerentia ſermonem. Principatus autem amorem, vt pote multorum cauſam malorum, in medium adducit, ac diligentius caſtigat. *Ne vocemini,* id eſt, ne vocari cupiatis. Nam, ſi vos ita vocent alij, non erit id ad veſtram condemnationem. *Et patrem ne vocetis vobis in terra, &c.* Hoc dixit, non prohibens vocari patres eos, qui iuxta carnem genuerunt, aut etiam iuxta ſpiritum, ſed vt ſciamus quis ſit præcipue, & tanquam prima cauſa pater noſter. Nam hic ſolus eſt nobis, qui in cælis eſt Deus: qui verò iuxta carnem, ac iuxta ſpiritum ſunt, cooperatores magis, aut miniſtri natiuitatis nobis ſunt. Dicit ergo: *Patrem vobis præcipuum, & tanquam primam cauſam ne vocetis vobis in terra.* Is enim eſt vnus, qui in cælis eſt, qui in trinitate perſonarum vnus eſt Deus. *Nec vocemini magiſtri, &c.* ſabbati, & vſuſynagogis (quod hic interpretatur magiſter) vnus ſunt. Repeit ergo priorem ſermonem ad augmentum deſtinationis huiusmodi mali. Sicut ergo, quanquam vnus magiſter dicatur Chriſtus, non excluditur pater, quin etiam dicatur magiſter: ita quoque, licet vnus pater noſter dicatur ipſe pater, non excluditur filius, quin etiam dicatur pater noſter. Nam vnus, & vnus ad oppoſitam diſtinctionem dicta ſunt hominum, & angelorum. *Qui autem maximus eſt veſtrum, erit veſter miniſter.* Aſſegata miſera ſeruitutem amoris principatus, docet etiam deinceps quo pacto id eſſugere poterimus, puta miniſtrando, ſiue deprimendo noſipſos. Deinde ponit etiam elationis præmium ſimiliter, & propriæ deiectionis, vt, illa abiecta, hanc aſſumant. *Quiſquis autem ſeſe exaltauerit, humiliabitur, &c.* Maxima poſſeſſio eſt animi moſteſtia: ideo frequenter de ea diſſerit, continua monitione hanc ædiſcans in animis diſcipulorum. Iubet autem non ſolum prima non amare ſedilia, ſed magis poſtrema proſequi, illud enim deprimat amantem, hoc autem exaltat proſequentem.



FERIA III. POST DOMINI- CAM II. QVADRAGESIMAE.

MATTH. 20.



Nillo tempore ^aascēdens Iesus Ierosolymam assumpsit duodecim discipulos suos secreto, & ait illis: Ecce ascendimus Ierosolymam

^b A Iuda.

& filius hominis ^b tradetur principibus sacerdotum, & scribis, & ^c Iudæi. ^d Pilato & ministris Romanorum. ^e Ait rex Iudæorum. ^f Utram cito resurrectio euacuet scandalum crucis.

condemnabunt eum morte & ^g tradent eum ^d gentibus ad ^e illudendum & flagellandum & crucifigendum: & ^f tertia die resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans, & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. ^h Quid vis? Ait illi: Dic ut sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam: & vnus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Iesus, dixit: Ne-

scitis quid ^h petatis? Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicitur ei: ⁱ Possumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dex-

teram meam vel sinistram, non est meum dare ^l vobis: sed quibus paratum est à patre meo. Et audientes decem indignati sunt ^m de ^m duobus fratribus: Iesus autem vocauit eos ad se, & ait: Scitis quia principes gentium dominantur co-

rum, & qui maiores sunt potestatem exercent in eos. Nō ita erit inter vos: ⁿ Sed quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit ^o vester minister: & qui voluerit inter vos primus esse, erit ^p vester seruus. Scut ^q filius hominis non venit ^r ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro ^s multis.

GLOSSA ORDINARIA in superius Euang.



Cetero ascendimus, &c. Hier. Hoc sepe eis dixerat, sed quia multis interpositis poterat labi de memoria, iturus Hierusalem & apostolos secum ducturus, ad tentationem eos parat: ne de ignominia crucis scandalizentur, & passionis poenam & resurrectionis gloriam prædicat ut cum morientem viderint, resurrecturum non dubitent. Ad illu. &c. Ideo dominus in mundo noluit prosperari sed graua pati vt ostenderet nos qui per delectationem cecidimus, cum quæ amaritudine redire debeamus. Tunc accessit ad. Audita resurrectione putauit eum ilico (immemor secundadiuentus) regnaturum, & auditate feminea presentia cupit, immemor futurorum. Dic vt. Bonum desiderium, sed inconsiderata petitio. Et ideo non voluntas non propositum cul-

patur, sed ignorantia: & si impetrare non debet simplicitas, non meretur confundi. Nescentia. Qui sedem gloriæ petitis, vel queritis, quam nondum meruistis, delectat culmen honoris, quos nondum exercuit via laboris. Potestis. Et hoc sciebat, quod eius passionem poterant imitari. Sed hoc dicit, vt eo interrogante, & illis respondētibz, omnes audiamus: quia nemo potest cū Christo regnare, nisi passionem eius sit imitatus. Calicem quidem. Vt Iacobus ab Herode truncatus, & Ioannes in feruentis olei dolium missus, & in Pathmos relegatus, animo non defuit martyrium. Non est meum. Hoc est regnum cælorum non est dantis, sed accipientis. Non enim personarū acceptio est apud Deum: Sed quicumque dignus est, accipit, quod non paratum personæ est, sed vitæ. Si itaque tales estis, qui conseqvamini, quod videtibus pater parauit accipientis. Vel, non est meum dare superbis, quod adhuc estis, sed aliis, quibus paratum est. Ergo & vos nolite esse quod estis, sed estote alij, id est, humili-

hamini qui iam vultis exaltari, & est paratum vobis. Et audientes de. Vt illi carnaliter petierunt esse super omnes, & isti carnaliter constanti sunt esse aliquem ante se. Scitis. Ac si dicat: Vos morē secularium petitis, per plegationem venire vultis ad requiem, vel regni possessionem. Scitis quia prim. gen. Humilis, & mitis magister nec immodicæ cupiditatis duos arguit, nec decem indignationis & li- noris: sed conuenienti exemplo docet eos frustra immoderata quæsisse, aut istos super eorum desiderio doluisse, cum ad summa non potentia sed humilitate veniatur. Egre diētibz. Mysticè. Christo æie presentis vitæ defectu ad carlos redeunte, & omnibus electis iam cælum cum eo ingredientibus cepit vterque populus diu perfidia cæcus spem salutis & illuminationis habere visum, & desideranter querere. Nisi ab Hierusalem descendisset in Ierico, populus vsque hodie in tenebris sederet. sed ideo descendit, vt multos secū traheret.

CATENA AVREA in idem Euang.

Et ascendens Iesus Ierosolymam assumpsit duodecim discipulos secreto, &c. Chryso. in ho. Dominus à Galilæa veniens non repente Hierosolymam ascēdit, sed prius miracula fecit, phariseos confutauit, & discipulos de vitæ perfectione & remuneratione instruxit: nunciam ascensurus Hierusalem rursus eis de passione loquitur. vnde dicitur, Et ascen- Iesus, &c. Orig. In duodecimo adhuc erat & Iudas, adhuc enim forsitan dignus erat cum aliis seorsum audire quæ passurus erat magister. Chryso. super Matth. Omnis autem filius hominum in Christi morte posita est: nec est aliquid propter quod magis Deo gratias agere debeamus, quam propter mortem ipsius. Ideo duodecim Apostolis in secreto mortis sue annūtiat mysterium, quia semper pretiosior thesaurus in melioribus vasis includitur. Si autem alij audissent passionem Christi futuram, viti forsitan turbarent propter infirmitatem fidei: & mulieres propter molliem suæ naturæ ex qua in tali negotio ad lachrymas excitantur. Chryso. in ho. Dicitur est quidem & ad multos, tamen occultè, sicut ibi: Soluite templum hoc, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophete. Discipulis autem manifestè exposuit, dicens, Ecce ascen. Hieros. Chryso. super Matth. Quod dicit. Ecce, constantiæ sermo est, vt memoriam presentie huiusmodi in cordibus recōdant. Dicit autem, Ascendimus, acti d. Videte quia voluntariè vado ad mortem. Cum ergo videritis me in cruce pendentem, ne æstimetis me hominem esse tantum. nam et si posse mori hominis est, velle tamen mori hominis non est. Orig. Hoc igitur considerantes scire debemus, quoniam & tentationes aliquas subitari sumus, nos ipsos offerre debemus. Sed supra dictum est, Si quis vos persecutus fuerit in vna ciuitate, fugite in aliam: sapientis in Christo est, vt cognoscat quale tempus exigit declinationem, quale autem obuiationem periculorum. Hiero. Crebrò autem de passione sua discipulis dixerat, sed quia multis in medio disputans poterat labi de memoria quod audierant: iturus Hierosolymam, & secum ducturus apostolos, ad tentationem eos parat, ne cum venerit persecutio, & crucis igno-

mintæ, scandalizentur. Chryso. super Matr. Tribulatio enim cum superuenit expectantibus nobis, lenior inuenitur quam esset futura, si repentina venisset: Chryso. in ho. Prædicat etiam eis vt discant, quoniam præsciens ad passionem venit & volens. Sed à principio quidem mortem prædixit eis solam: quando autem exercitati sunt, adducit alia, scilicet quoniam tradent eum gentibus. Rab. Tradidit enim Iudas dominum Iudæis, & ipsi tradiderunt eum gentibus, id est, Pilato, & potestati Romanorum. Ideo autem dominus in mundo noluit prosperari, sed grania pati, vt ostenderet nobis, qui per delectationem cecidimus, cum qua amaritudine redire debeamus. vnde sequitur, Ad illu. &c. Ita & crucifigendum. Augu. r. 8. de ciui. Dei. Passione ostendit quid sustinere pro veritate: resurrectione quid sperare in trinitate debeamus. vnde dicit, Et ter. die re. Chryso. in ho. Quæ quidem huius gratia dixit, vt cum tristitia viderint, resurrectionem expectarent. vnde subdit. Et ter. die resur. Augu. 4. de ciui. Dei. Vna enim mors scilicet saluatoris, secundum corpus, duabus mortibus nostris saluti fuit, scilicet animæ & corporis, & vna eius resurrectio, duas nobis resurrectiones præstitit. Hæc autem ratio simplicis ad duplum oritur quidem à ternario numero: vnus quippe & duo, tria sunt. Orig. Hic autem non referuntur discipuli dixisse aut fecisse aliquid, cum audissent tristitia hæc Christo futura, recordantes quæ dominus dixit ad Petrum, ne audiant talia, vel peiora. & nunc quidem qui diuinas literas scire se arbitrantur, scribæ, condemnant Iesum morte, & in linguis suis flagellant, & crucifigunt eum per hoc quod tollere volunt doctrinam ipsius. Ille autem paululum deficiens, surgit apprensus his qui acceperunt posse videre. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans, &c. Hiero. Quia post omnia dixerat dominus, et tertia die resurget, putauit mulier post resurrectionem eum regnaturum, & auditate feminea præsentia cupit: immemor futurorum. vnde dicitur, Tunc accessit ad eum. &c. Chryso. super Matth. Hæc mater filiorum Zebedæi, est Salome, cuius apud alteru euangeliæ ponitur nomen, verè pacifica: quæ vtrè filios genuit pacis. Magna laus mulieris ex hoc loco colligitur, quia non solum filij reliquerunt patrem: sed ipsa reliquerat virum suum, & secuta fuerat Christum, quia ille sine illa viuere poterat, ista autem sine Christo salua esse non poterat, nisi forte quis dicat: quia infra tempus vocationis apostolorum & passionis Christi mortuus est Zebedæus, & sic illa sexu fragilis, ætate defecta, Christi vestigia sequebatur. quia fides nunquam senescit, & religio fatigationem non sentit. Audacem autem fecerat eam ad petendum naturæ affectus. vnde dicitur, Adorans & pe. ali. ab ea. Id est, reuerentia exhibita petit, vt quod petierit sibi detur. Sequitur, Qui dixit ei, quid vis? Non interrogat quasi nesciens, sed vt illa exponente manifestum fecerat irrationabilem esse petitionem. vnde subditur, Ait illi, Dic vt sedeant hi duo filij. Augu. de con. euange. Quod autem hic per matrem esse Mattheum expressit, Marcus ipsos filios Zebedæi perhibet dixisse, cum illa eorum voluntatem attulit ad dominum, vnde magis ipsos quam illam dixisse quod dictum est, Marcus breuiter intimaui. Chryso. in ho. Videbant enim se ipsos honoratos præ aliis, & audierant, quod super duodecim thronos sedebitis, vnde primatum ipsius cathedræ petebant accipere. Bibl. Hom. tom. 2. E 3 pere

petere. Et quod quidem plus aliis honoris apud Christum habebant, nouerant, timebant uero Petrum sibi præferri. unde & alius euangelista dicit, quod quia prope erant Hierusalem, putabatur quod regnum Dei esset in ianuis, id est, aliquid sensibile. Unde manifestum est, quod nihil spirituale petebant, nec intelligentiam superioris regni habebant. Orige. Sicut enim in regno mundiali in honore esse uidentur qui sedent cum rege, non sicut mirum si mulier muliebri simplicitate uel imperitia, talia se debere petere existimauit: & ipsi fratres adhuc imperfecti, & nihil aliud cogitantes de regno Christi, talia arbitrati sunt de his qui sedebant cum Iesu. Chryl. super Matth. uel aliter: Non dicimus quod recte peteret hæc mulier, sed hoc dicimus, quia non terrena sed cælestia filiis suis optabat. nõ enim sentit sicut cæteræ matres quæ corpora natorum suorum amant, animas autem contemnunt: desiderant illos ualere in seculo isto, & non curant, quid sint passuri in illo: ut ostendat quia corporum sunt parentes, non animarum. Existimo autem quod hi fratres eum audissent dominum de passione ac resurrectione sua prophetantem, & cepissent dicere intra se, cum essent fideles, Ecce rex cælestis descendit ad regna terrena, ut regem mortis destruat. Cum autem uictoria fuerit cõsummata quid aliud restat, nisi ut regni gloria subsequatur? Orige. Destitudo enim peccato quod regnabat in corporibus mortalibus hominum, & omni principatu malignantium uirtutum eminentiam Christi in hominibus Christum recepit: quod est ipsum sedere in sede gloriæ suæ. quod autem omnia Deus facit ad dexteram & sinistram, hoc est ut iam nullum malum sit ante eum, & qui quidem præcellunt præ cæteris appropinquantibus Christo, sunt à dextris eius, qui autem inferiores sunt, à sinistris sunt eius. Dexteram autem Christi, uide si potes intelligere inuisibilem creaturam: sinistram autem, uisibilem & corporalem. Appropinquantium enim Christo quidam dexteram fortiuntur, ut intelligibilia: alij sinistram, ut sensibilia. Chryl. super Matth. Qui autem seipsum donauit hominibus, quomodo regni sui societatem non donabit? Petentis negligentia reprehenditur, ubi de dantis misericordia non dubitatur. Si nos rogamus magistrum, forsitan cæterorum fratrum corda concutimus. Et si enim uinci à carne non possunt quasi iam spirituales, tamen percussu possunt quasi adhuc carnales. ergo submitamus matrem nostram, ut suo nomine deprecetur pro nobis. Si enim reprehensibilis inuenta fuerit, facile merebitur veniam: ipse enim sexus excusat errorem. Si autem nõ fuerit impotuna, facilius impetrabit mater, pro filiis suis rogans. Ipse enim dominus, qui maternos animos filiorum miseratione impleuit, facilius audiet maternum affectum. Tunc dominus oculorum cognitor non ad uerba intercedentis mulieris respondit, sed ad consilia suggerentium filiorum. Bonum quidem erat eorum desiderium, sed inconsiderata petitio: Ideo etsi impetrare non debebant, simplicitas tamen petitionis eorum confundi non merebatur, quia de amore domini talis petitio nascebatur, propterea solum ignorantiam in eis dominus reprehendit. unde sequitur: Respondens autem Iesus dixit, *Nescitis quid petatis.* Hiero. Nec mirum si ista arguatur imperitiæ, cum & de Petro dicatur, *Nesciens quid diceret.* Chryl. super Matth. Nam frequenter dominus patitur discipulos suos aliqui

non recte aut dicere aut agere aut cogitare, ut ex illorum culpa occasione inueniat exponendi regulam pietatis: sciens quia error eorum non nocet præsentem magistrum. & non solum in præsentia, sed etiam in futuro doctrina eius edificat. Chryl. in ho. Hoc autem dicit, ostendens quod uel nihil spirituale petebant: uel si nouissent quæ petebant, non ausi fuissent tantum quid petere, quod super excedit superiores uirtutes. Hil. Nesciunt etiam quid petant, quia uihil de gloria apostolorum ambigendum erat. Iudicatos enim eos sermo superior exponit. Chryl. super Matth. uel *Nescitis quid petatis,* quasi dicat, Ego uos uocauit ad patrem dexteram de sinistra, & uos uestro consilio curritis ad sinistram. Ideo forsitan & per mulierem res agebatur. Conuulit enim se diabolus ad consueta arma mulierum, ut sicut Adam per mulierem spoliatus, ita & istos separaret per matrem: sed iam non poterat per mulierem perditio introire in sanctos, ex quo de muliere salus cunctorum processit. Vel ideo dicit, *Nescitis quid petatis.* Non enim solum debemus cogitare qualem gloriam consequamur, sed quomodo enadamus ruinam peccati. quia & in seculari bello, qui semper de præda uictoriæ cogitat, difficile vincit. Ideo petendum erat, Da nobis auxilium gratiæ tuæ, ut omne malum vincamus. Rabba. Nesciebant etiam quid peterent, quia sedem gloriæ à domino, quam nondum merebantur, inquirunt. Delectebat eos culmen honoris, sed prius habebant exercere uiam laboris. unde subdit: *Po. bibere ea. &c.* Hier. Calicem in scripturis diuinis passionem intelligimus: ut in Psal. Calicem salutaris accipiam: statimque insert, quis iste sit calix, Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Chryl. super Matth. Sciebat autem dominus, quia passionem ipsius poterant imitari: sed ideo interrogat, ut omnes audiamus quia nemo potest cum Christo regnare, nisi passionem Christi fuerit imitatus. Res enim pretiosa, non nisi pretioso pretio comparatur. Passionem autem domini dicimus non solum persecutionem gentilium, sed omnem uolentiam, quam patimur contra peccata certantes. Chryl. in ho. Dicit ergo, *Potestis bibere, &c.* Ac si dicat, Vos mihi de honore & coronis loquimini, ego autem de agnibus uobis & sudoribus: non enim hoc est primorum tempus. Ex modo autem interrogationis eos attrahit: enim dixit, Potestis sanguine uestrum effundere: sed, *potestis bibere calicem.* Deinde addit, *Quem ego bibiturus sum.* Remi. Ut ex communiõne ad ipsum audiores fiant. At illi qui iam martyrij libertatem constantiamque retinebant, bibituros se pollicentur. unde sequitur: *Di. ei. Possimus.* Chryl. super Matth. Vel dicunt hoc non tam ex fiducia suæ fortitudinis, quam ex ignorantia. In expertis enim lenis uidetur esse tentatio passionis & mortis. Chryl. in hom. Vel hoc ex desiderio promittunt. Neque enim hoc disissent, nisi expectassent audire quod petebant. Dominus autem eis propheta magna bona, id est, martyrio dignos efficiendos. Sequitur, *Aut il. Calicem qui. me. bibetis.* Orig. Non ita respondit Christus, Calicem meum bibere potestis: sed ad futuram eorum perfectionem respiciens, dixit, *Calicem quidem meum bibetis.* Hiero. Queritur autem quomodo calicem martyrij, filij Zebedæi, Iacobus uidelicet & Ioannes, biberint, cum scriptura narret Iacobum tantum apostolum ab Herode capite truncatum, Ioannes autem

autem propria morte uiam finierit? Sed si legimus in ecclesiastica historia, quod ipse Ioannes propter martyrium sit missus in insulam olei dolium, & relegatus in Pathmos insulam sit, uidebimus martyrio animo non defuisse, & bibisse Ioannem calicem confessionis, quem & tres pueri in camino ignis biberunt, licet persecutor non fuderit sanguinem. Hil. dominus ergo collaudans eorum fidem, ait, martyrio quidem eos secum cõpati posse, sed lætæ eius, ac dextræ assidere alijs à Deo patre fuisse dispositum. unde sequitur: *Sedere, autem, &c.* Et quidem quantum arbitramur, ita honor iste alijs est seruatus, quod tamen nec apostoli ab eo erunt alieni: qui in 12. patriarcharum sede consistunt, Isaacem iudicant: & quantum sentire ex ipsis euangelis, in regno cælorum Moyses & Elias assidebunt, quibus comitantibus cum gloriæ suæ habitu, in monte apparuit. Hier. Sed mihi hoc nequaquam uidetur, sed ideo sedetium in regno cælorum uocabula non dicantur, ne paucis nominatis cæteri putarētur exclusi: regnum enim cælorum non est tantum dantis, sed accipientis. Non enim est personarum acceptio apud Deum: sed quicumque talem se præbuerit ut regno cælorum dignus fiat, hic accipiet quod non personæ, sed uitæ paratum est. Si itaque tales estis qui consequamini regnum cælorum, quod pater meus uictoribus præparauit, uos quoque accipietis illud. Ideo tamen non dixit: Neque non sedebitis, ne duos confunderet: neque sedebitis, ne cæteros irritaret. Chryl. in hom. Vel aliter, Videtur inuis omnibus esse locus ille, nõ solum hominibus, sed etiam angelis. sic enim præcipuum uignemiti ponit id Paulus, dicens: Ad quem autem angelorum dixit vnquam: Sede à dextris meis? Dominus ergo non quasi existentibus quibusdam qui affectui sunt, sed condescendens interrogantiũ suspicioni respondit, hoc enim vnum solum quærebant præ alijs, stare apud ipsum. Sed dominus respondet: Moriemini quidem propter me, non tamen hoc iulicet, uos facere primum ordinem obtinere. Si enim aliquis alius uenit cum martyrio ampliore uirtutem possidens: non quia uos amo, illum expellam, & uobis dabo primatum. Propter hoc autem ut non infirmus esse ostendatur, non dixit simpliciter, *Non est meum dare: sed non est meum uobis dare, sed quibus parauit est,* his scilicet, qui ab operibus possunt fieri clari. Remig. Vel aliter: *Non est meum dare uobis,* id est, superbis talibus, quales uos estis: sed humilibus corde, quibus paratum est à patre meo. Aug. 1. de tri. Vel aliter: Secundum formam serui discipulis dominus respondet: *Sedere autem ad dexteram, &c.* Quod autem paratum est à patre eius, & ab ipso filio est paratum, quia & ipse & pater vnus sunt. Et addit: *decem indignati sunt de duobus fratribus &c.* Chryl. in hom. Donec Christi sententia incerta erat, non tristabantur alij discipuli, sed tunc tristati sunt quando eos increpauit. unde dicitur: Et audientes, &c. Hiero. Non ad mulieris audaciam referunt postulantis, sed ad filios: quod ignorantes mensuram suam, non modica cupiditate exarserunt. Chryl. in hom. Intellexerunt enim, quia hæc petitio discipulorum fuit, quando eos dominus increpauit. Quando autem eos à domino præhonoratos uiderunt in transfiguratione, & secundum mentem uolebant in medium efferre, non audebant uenerantes doctorem. Chryl. super Matth. Sicut autem duo carnaliter

petierunt, ita & decem carnaliter contristati sunt, nam uelle quidem esse super omnes, uirtuperabile est: sustinere autem alium super se, minus est gloriosum. Hier. Humilis autem magister & mitis nec cupiditatis duos arguit postulantes, nec decem reliquos indignationis increpat & liuoris, unde sequitur: *Iesu autem uocauit eos.* Chryl. in ho. Quia enim turbati erant, uocatione eos consolatur, de propinquo eis loquendo. etenim duo à societate decem seiplos separantes propius stabant, seorsum domino loquentes: non tamen sicut prius pueros in medium ducens, eos consolatur, sed à contratio inseruit, dicens, *Scitis quia principes Gentium dominantur eorum.* Orige. id est. Non contenti tantum regere suos subditos, sed uolenter eis dominari nituntur: inter uos autem qui estis mei, non erunt hæc: quoniam sicut omnia carnalia in necessitate sunt posita, spiritalia autem in uoluntate: sic & qui principes sunt spirituales, principatus eorum in dilectione subditorum debet esse positus, non in timore corporali: Chryl. in ho. Ostendit autem in hoc, quod gentilium est primatus cupere: & sic gentium comparatione, eorum animam æstuatem conuertit. Chryl. super Matth. Et corpus quidem desiderare bonum, bonum est: quia nostræ uoluntatis est, & nostra est merces: primatum autem honoris concupiscere, uanitas est. Hoc enim consequi iudicium Dei est: propter quod ex primatu honoris nescimus si mercedem iustitiæ mereamur. Neque enim Apostolus laudem habebit apud Deum quia Apostolus fuit, sed si opus apostolatus sui bene impleuit: nec Apostolus pro merito suo antecedenti honoratus est ut esset Apostolus, sed ad hoc ministerium aptus est iudicatus secundum motum animæ suæ. Primatus etiam fugientem se desiderat, & desiderantem se horret. conuersatio ergo melior desideranda est, non dignior gradus. Volens ergo dominus & duorum fratrum Zebedæi, & aliorum indignationem extinguere, introducit differentiam inter principes mundiales & ecclesiasticos: ostendens quia primatus in Christo, nec ab aliquo appetendus est non habente, nec alteri inuidendus est habenti: quia principes mundi ideo sunt ut dominentur minoribus suis, & eo seruituti subiciant & expolient, & usque ad mortem eis utantur ad suam uilitatem & gloriam. Principes autem ecclesiæ sunt, ut seruiant minoribus suis, & ministrent eis quæcumque acceperunt à Christo, ut suas uilitates negligant, & illorum procurent: & mori non reculent pro salute inferiorum. Primatum ergo ecclesiæ concupiscere, neque iustum est, neque uale. Nullus sapiens uult ultra se subiciere seruituti & periculo tali, ut det rationem pro omni ecclesiæ, nisi forte qui non timet Dei iudicium, abutens primatu suo ecclesiastico seculariter, ita ut conuertat illum in secularatem. Hiero. Denique sui proponit exemplum, ut, si dicta paruipenderent, erubescerent ad opera. Unde subdit: *Sicut filius hominis, &c.* Orige. Nam & si angeli & Martha ministrauerunt ei, tamen non ideo uenit ut ministraret, sed ut ministraret: & tantum creuit ministrans, ut impleretur quod sequitur: *Et daret animam suam redemptionem pro multis.* Scilicet, qui crediderunt in eum, daret inquam in mortem. Sed quoniam solus erat inter mortuos liber, & fortior omni potestate mortis, omnes sequi se uolentes liberauit à morte. Ecclesiæ uero ego principes imitari debent Christum accessibilem, & mulieri

mulieribus loquentem, & pueris manus imponentem, & discipulis pedes lavantem, ut ipsi similiter faciant fratribus. Nos autem tales sumus, ut etiam principum mundi excedere videamur superbiam, ut non intelligentes, & contemntes mandatum Christi: & querimus sicut reges acies præcedentes, & terribiles nos & accessus difficiles (maximè pauperibus) exhibemus nullam affabilitatem habentes, vel habere nos permittentes. Chrysol. in hom. Quotocumque ergo te humiliaveris, non poteris tantum descendere, quantum dominus tuus.

ORIGENIS PRESBYT.

in idem Euang. Hom.

Ep. Hom. 11.
in Math.

Paulus qui hortatur nos fieri sui imitatores, sicut ipse imitatus est Christum, sciens Christum per hæc ad manifesta pericula promptissime ascendisse, scientem quod tradendus fuerat principibus sacerdotum & scribis, & condemnandus fuerat morte, & gentibus erat tradendus ad deludendum & flagellandum, & crucifigendum, simile aliquid fecit. Cum enim Agabus accepisset zonam eius, & alligasset ipsi manus, & pedes dicens, Hæc dicit spiritus sanctus, virum cuius zona hæc est, sic eum alligabunt Iudæi in Hierusalem, & tradent in manus gentium, audiens ista Paulus, imitatus suum magistrum in Hierusalem promptissime ascendebat. Et cum aliquid humanum passus fuisset ab his, qui propter dilectionem eius cœperat flere, & prohibere ne ascenderet in Hierosolimam, dixit, Quid facitis flentes, & cōstringentes cor meum? Ego enim non solum alligari, sed & mori paratus sum pro nomine domini nostri Iesu Christi. Hæc ergo considerantes & cognoscētes, scire debemus quod frequenter quando tentationes aliquas subituri sumus, dolori nos ipsos secundum quod iustum est ad obviandas tentationes offerre debemus, accipientes exemplum huiusmodi, primum quidem à Salvatore, deinde autem ab Apostolo Paulo. Et ne arbitreris hæc contraria esse eis, quæ superius diximus, & frequenter, quoniam si quis vos persecutus fuerit in civitate ista, fugite in alteram: & quod audiens dominus, quod Ioannes traditus erat in carcerem, secessit inde. Sed sciendum, quod nec semper convenit declinare pericula, nec semper obviare periculis. Tamen sapientis est alicuius in Christo, ut cognoscat quale quidem tempus exigit declinationem, quale autem obviacionem periculorum. Et hæc quidem diximus secundum voluntatem scripturæ præsentis, hortantes homines aliquando spernere pericula mortis. Post hoc observandum est, quoniam ascendens in Hierosolimam, duodecim accepit seorsum. In duodecim autem adhuc erat & Iudas, ergo & Iudam accepit seorsum. Adhuc enim forsitan dignus erat cum cæteris seorsum accipi, & audire quæ passurus erat magister: & non reprobo, quoniam adhuc nesciebat Iudas quid esset facturus, sed nec aliquis nostrum. Nam & omnibus nobis est dictum, Noli gloriarì in crastinum, nec enim scis quid pariet superuenturus dies. Necdum enim, arbitror, immiserat in cor Iudæ Satanas ut traderet Iesum. Et videat qui potest, quod ab initio euangelij vique nunc Martians nūquam accusavit Iudam, nisi in Catalogo duodecim Apostolorum dixit, Et Iudas

Simon Scariothes, qui & tradidit eum. Multa autem de hoc, quod & Iudam similem fecit cæteris, traditum ubi diximus, Hos duodecim misit Iesus præcipiens eis, & dicens, quæ dicta sunt ibi. Conferamus itaque hæc eis, quæ supra sunt dicta similia, quoniam illic his ipsi verbis domino prophæante quæ erat passurus, accepit eum Petrus, & cepit increpare dicens, Propitius esto tibi domine, & hoc tibi non erit. Hic autem non referuntur discipuli dixisse, aut fecisse, cum audissent tristitia hæc Christo futura. Et puto quoniam ideo nunc tacuerunt, quoniam superius quando Petrus accepit Iesum, & increpans dixit quæ dixit, conuersus Iesus dixit Petro, Vade post me Satana. Scandalum mihi es, quoniam non sapius quæ Dei sunt, sed quæ hominum. Consequens ergo erat, ut recordantes quæ dominus dixit ad Petrum obseruarent discipuli, ne audiant talia vel peiora à suo magistro. Non est autem absurdum reuocare in memoriam ea quæ similiter istis sunt dicta superioribus. Tunc præcepit discipulis suis ut nemini dicerent, quia ipse erat Christus. Exinde cœpit ostendere Iesum discipulis suis, quod oportet eum in Hierosolimam ire, & multa pati à senioribus, & principibus sacerdotum, & scribis populi, & occidi, & tertia die resurgere. Et in illis dicitur, quod accipiens eum Petrus, & cætera. Adhuc autem illic dicitur occidendum Salutorem, hic autem & species ipsa occisionis est scripta, id est, ad crucifigendum. Quid est ergo quod dixit oportet? Quando quidem Iesus non tradebatur in Hierosolimam principibus sacerdotum & scribis, nec condemnabatur ad mortem, nec deludebatur, nec flagellabatur, nec crucifigebatur, stabat Hierusalem, & quod vocabatur sanctuarium, non deponebatur. Postquam autem hæc in Iesum ausi sunt, tunc qui traderunt eum, derelicti sunt, & sacerdotibus, qui condemnauerunt eum morte, & scribæ qui execrati mente, & alienati sensu non viderunt voluntatem scripturarum sanctarum, traditi sunt morti inimicæ Christi: & qui deluserunt Iesum, in delusione sunt facti, Hierusalem exercitu circumdante, quando venit & desolatio eius: & qui flagellauerunt Iesum, flagellati sunt, & flagellati, donec intret gentium plenitudo, quoniam qui lapidem mittit in altum, super caput suum mittit. Et hæc omnia facta sunt, ut ab illis quidem recedat speculatio Dei, transeat autem ad gentes, saluatis videlicet cum gentibus, & reliquiis Iudæorum secundum electionem: quoniam nisi dominus Sabaoth reliquisset illis semen, sicut Sodoma facti fuissent. Ego autem arbitror, quod sicut exemplum, & vmbra cultura, quod antea implebatur, propter cælestia solutum est, & veniente vero principe sacerdotum, figuralis sacerdos cessauit, & veris sacrificiis pro peccato in usum venientibus, figuralia sacrificia sunt destructa: sic quoniam vera Hierusalem suscepit Iesum ascendentem super subigaleum corporis sui, in quo & gauderet valde filia Sion, & prædicauit filia Hierusalem, quæ sursum est, tunc destructa est Hierusalem, quæ fuerat vmbra, & cecidit templum, quod de lapidibus mortuis erat constructum, propter templum, quod de lapidibus viuis fuerat erigendum. Effosum est autem & altare, quod fuit deorsum, quoniam apparuerat quod erat cælestis, cuius Encenia in destructione vera fecit Iesus. Si autem secundum quandam significationem homines ciuitas sunt, & nunc in Hierosolymis, sic enim

enim eos voco, qui spem suam habent in locum illius Hierusalem, quæ aliquando fuit in terris, & nunc ergo traditur Iesus eis, qui profitentur esse se Dei seruos Iudæis, & quasi principes sacerdotum constituti, & qui diuinas literas seire se arbitrantur scribæ, condemnant Iesum morte per ea, quæ maledicunt de eo, & non est quædam non tradunt gentibus Iesum deludetes eum & doctrinam eius apud se, & semper linguis suis flagellant eum, & culturam Dei, quæ per Iesum introducta est. Et ipsi quidem crucifigunt eum per hoc quod anathematizant & tollere volunt eum Iesum ipsius. Ille autem melior illis omnibus constitutus, paululum deficiens surgit, & viuens gentibus, quæ acceperunt posse videre, apparet.

EIVSDEM DE EADEM

lectione. Hom. 2.

Dignum est in præsentì loco querere sensum non contemptibilem, sed vere dignum euangelio Christi. Hoc autem præmissi, quoniam textus simplicibus quidem, & alitudines Dei, & scripturarum eius nescientibus querere, simplicitatem postulationis alicuius ostendit, & responsum simplicem Christi ad eam. His autem qui vel aliqua parte scripturarum propositiones discutere possunt profundior & spiritalis ostendit intellectus. Qui ergo hinc ostenditur sensus, breuis, & contemptibilis est, & nihil habens magnum. Sic enim in regno mundiali in honore esse videntur qui sedent cum rege sedenti in veste regali, & aliquid regalium negociorum agentis: sic mater filiorum Zebedæi secundum simplicem (dico) textum videntur postulare à Salvatore, ut vnus filiorum suorum sedeat ad dexteram eius, alter ad sinistram in regno ipsius. Et nihil fuit mirum, si mater ex muliebri simplicitate, vel imperitia talia debere se petere existimauit. Pone autem quod, & ipsi fratres, secundum quod Marcus exponit, quasi homines constituti, & adhuc imperfecti, & nihil altum intelligentes de regno Christi talia arbitrati sunt de his, qui sedebunt cum Iesu. Quid dicemus de Iesu, qui ostendens magnum esse sedere aliquem ad dexteram, vel ad sinistram suam, tollit postulationem, & dicit, Nescitis quid petatis, & non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo? Quæret autem, qui sapiens est auditor scripturæ, quid sit sedere ad dexteram Iesu, & ad sinistram in regno eius. Et conueniebat quidem congregare quæ sunt scripta de sessionibus Dei, vel Christi, ut ex tractatu eorum, & ex collatione eorum adiucem clarificare posset aliqua dogmata magnitudo. Sed prolixitatis declinandæ gratia proponimus vnum quod dicit Michæas, Vidi Deum Israel sedentem in sede sua, & omnis militia caeli stabat in circuitu eius ad dexteram eius, & sinistram. Omnis ergo, qui est spiritalis, & cum iudicio vult cuncta discutere, dicit quoniam spiritalis est sessio Dei super spiritali sede, similiter etiam Christi. Nihil enim in omnibus sessionibus huiusmodi Dei, vel Christi de corporali sessione significat sermo. Ridiculum enim est propter hæc corporales sessiones appellatas, existimare sedes aliquas corporaliter esse edificatas de materia nescio quâ, in quibus sedeat Deus, vel Christus eius, vel qui ad dexteram eius sessuri sunt, vel ad sinistram, in quibus hoc à patre

paratum est: & nescio, si sit corporale, quod dicitur, militiam caeli stare ad Dei dexteram, vel sinistram: & iterum existimare, quoniam qui saluantur quidem, & laudabiles sunt, à dextris corporalibus sunt regis nostri Iesu, mali autem, & perditissimi similiter in sinistris corporalibus. Sed vide ne forte quod dicitur Christum restitui in regno suo, recipientem proprium principatum, sic intelligere debeamus, ut destructo peccato, quod in corporibus mortalibus hominum est, & omni principatu alienarum virtutum, & potestate destructa, hoc sit sedere Christum in sede gloriæ suæ. Quia autem Deus omnia facit ad dexteram, & ad sinistram, hoc est, ut iam nullum malum sit ante eum. Intellegat ergo qui potest eminentiam quidem regni in hominibus Christum recepisse, & glorificatum esse ad gloriam, quam habuit, priusquam esset mundus, priusquam peccarent qui peccauerunt: & habebat gloriam apud patrem, eorum autem, qui appropriate in primo, vel secundo, vel in tertio loco, quasi homines constituti secundum mensuram suam habentes sedere ad dexteram, vel sinistram Christi in regno eius, quos restituit Deus cooperans eis, & parans eis ut appropient eminentiæ Christi. Qui quidem præcellunt præ cæteris appropinquantibus Christo, sunt à dextris Christi, videlicet qui tangunt eum, coniuncti sunt dextris ipsius verbis: qui autem inferiores sunt, à sinistris eius sunt. Dexteram autem vide si potes intelligere Christi inuisibilem creaturam: sinistram autem, visibilem, & corporalem. Et Christus quidem omnibus regnat, appropinquantium autem ei quidam dexteram foruunt, & intelligibilia: alij autem sinistram, & sensibilia. Et ne forte vera mater filiorum Zebedæi, quos appellauit filios Tonitru Christi, magniloquentia ipsa indicans magna de filiis suis Iacobo, & Ioanne (nam & vere magni erant) & existimans eos prima habere posse super omnem naturam humanam, quasi qui potuerunt capere magniloquium eius, accedens Deum precabatur, ut confirmaret vnum quidem à dextris, alterum à sinistris. Saluator autem reprehendens etiam huiusmodi magniloquentiam, matrem Iacobi, & Ioannis quasi ignorantem qui essent eminentiores, & quod huiusmodi donum solius Dei est, qui super omnia est conspirantis, & cooperantis, & confirmantis in huiusmodi eminentia, quos viderit aptos: & ideo dixit, Nescitis quid petatis. Sedere autem mecum non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo. Arbitror autem quod volens ostendere matri filiorum Zebedæi, & ipsis, quoniam adhuc minus habebant de perfectione, quam homines possunt habere non mediocres, ideo respondit postquam dixerat, Nescitis quid petatis, Potestis calicem bibere, quem ego bibiturus sum? Aus baptismo baptizari, quo ego baptizor? Denique cum dixissent, Possumus: non ita respondit Christus, Calicem quidem meum bibere potestis: sed ad futuram eorum perfectionem respiciens dicit, Calicem quidem meum bibetis, & baptismo baptizabimini. Adhuc autem querere oportet in loco, quid est calix, & quid est baptisimus. Quasi dissent enim ab inuicem, sic vtrumque est nominatum. Multi enim vtrumque dicunt ad passionem martyrij pertinere, non attendentes quoniam nisi duos, & diuersos intellectus ostenderent calix, & baptisimus, nunquam vtrumque nominarentur. Nos autem & istam quidem traditionem non reprobamus, alteram autem statimus, quoniam

niam calix quidem ipsa passio intelligitur esse dolorum. Quod confirmatur non solum eo exemplo quod dicit, Pater, si possibile est, transfer calicem hunc a me, qui cum doloribus bibitur ab eo, qui suscepit ceramen martyrij, donec biberit eum, sustinens in tentatione martyrij vniuersa, quæ inferuntur, sed etiam eo quod in alio loco dicitur. Quid retribuam domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutatis accipiam, & nomen domini inuocabo. Vota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius. Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Nihil enim dignum reddere possumus Deo pro omnibus bonis, quæ fecit in nobis, nisi ut calicem salutarem prompte accipiamus, & nomen domini inuocemus, ut possimus magnanimiter bibere eum, in quo bibendo vota nostra reddimus, domino in conspectu omnis populi eius. Manifeste autem ostendit in his quod calix martyrium est, ex eo quod statim propter bibitum calicem addidit, sic, Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Intellectu autem omnem martyrium duplex est, quorum vnum vocatur calix salutatis, reliquum autem baptisma. Et hoc quidem quod quis perferat dolores, calix est, quem biberit omnis, qui sustinet omnia sibi illata, nec reicit, nec euomit aliquid eorum: quod autem quis in passione remissionem accipit peccatorum, baptisma est. Si enim baptisma indulgentiam peccatorum promittit, sicut accepimus de baptismo aquæ, & spiritus remissionem autem accipit peccatorum, & qui martyrij suscipit baptismum, sine dubio ipsum martyrium rationabiliter baptismus appellatur. Quoniam autem remissio sit peccatorum omni martyrium sustinenti, manifestum est ex eo quod ait, Omnis, qui confessus fuerit in me coram hominibus, & ego cōfitebor in illo coram patre meo, qui est in cælis. Confitebitur ergo coram patre suo Saluator omnem hominem, qui confessus fuerit coram hominibus, etsi fuit ante confessionem aliqua habens peccata. Si enim eos, qui aliqua habentes peccata confessi sunt, non confitetur & Christus coram patre suo, iam non erit verum, quod dixit, Omnis, qui me confessus fuerit, & cetera. Alias autem peccatorem nescio si confitetur Christus coram patre suo. Confessio enim filij gloriantis est in conspectu paterno super eo, quem confitetur, quasi digno Christi confessione ad patrem. Secundum hæc videntur & calicem bibisse, & baptismo baptizari filij Zebedæi, quoniam Herodes quidem interfecit Iacobum fratrem Ioannis gladio. Imperator autem Romanorum, sicut docet traditio, condemnauit Ioannem dantem testimonium verbo Dei, in insulam Patmos, sicut ipse de suo martyrio docet, non dicens quis eum condemnauit, sed vbi fuit condemnatus. Dicit autem in reuelatione sua hoc modo, Ioannes frater vester, & socius in tribulatione, & in regno, & in patientia Iesu, fui in insula, quæ vocatur Patmos, propter verbum Dei, & propter testimonium Iesu Christi. Et fui in spiritu in die dominico, & audiuī post me vocem magnam quasi tubam, & cetera. Et ex hoc intelligitur quod reuelationem hanc in insula constitutus vidit. Adhuc autem addimus iuxta ea quæ diximus, sicut est aliqua esca Christi, de qua dicit, Mea est esca ut faciam voluntatem eius, qui me misit, & perficiam opus ipsius: sic secundum estimationem escæ illius, est etiam potus. Quod temeritatis quidem est abdicere,

& rebus ipsis ostendere. Tamen qui potest intelligat, ne forte quod est in actu, esca sit: quod autem in consideratione, potus. Māducare est enim Christi, facere voluntatem eius qui misit eum, & perficere opus eius, Bibere autem, sapere secundum voluntatem eius qui misit eum, & perficere notitiam eius. Secundum hanc differentiam intelligitur & quod ait, Caro mea vera est esca, & sanguis meus verus est potus. Esca enim animarum vera, est actus: verus autem potus, est agnitio veritatis. Ideo & primum dat panem benedicens, & frangens discipulis suis, quoniam in primo loco est actus. Et post hoc accipiens calicem, & gratias agens, dixit, Bibite ex hoc omnes: Quoniam conuenit primum quæ sunt actus implere, & opus bonum delectare, & sic ad scientiam rerum venire, & secundum prophetam qui dicit, Seminate vobis ad iustitiam, & vindemiate fructum vite: ut primum bona opera faciamus, post hoc autem quod dicit, illuminate vobis lumen scientiæ, quasi per viam quandam postquam emēdauerit quis mores suos, proficitur ad scientiam, & illuminetur. Et in Psalmo vigesimo secundo dictum est primū, Preparaui in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulāt me, impingūasti in oleo caput meum. Et post hoc, Poculum tuum inebrians quam preclarum est! Non autem reprehendat nos, qui legit hæc verba, quoniam oportuit interpretari quodammodo quæ de sessionibus dicta sunt Dei, vel Christi. Respondeamus enim quod placere tantummodo de scripturis propositum fuit de sessionibus, & legentem auertere ab humili illa traditione. Alterius autem temporis est, principalem expositionem facere de sedere Dei, & stare, & ambulare, quod non exigit expositio præfens. Et audiētes decem, contristati sunt de duobus fratribus, quoniam rogauerunt ceteris præponi. Et vide quodd & Iudas erat inter indignantes. Et si inter indignantes ceteros erat, ne forte necdum immiserat diabolus in cor eius, ut traderet dominum: sed erat in ipso proposito, quo & ceteri apostoli erant, Iesus autem conuocans eos dixit, *Sic ut qui principes gentium dominantur eorum, &c.* Quoniam duo fratres super ceteros Apostolos sibi gloriam præripere voluerunt, indignantibus ceteris: inde occasione accipiens Iesus, regulam iustitiæ fidelibus ponit, quomodo quis apud Deum potest obtinere primatum. Principes gentium non contenti tantum regere suos subiectos, violenter eis dominari nituntur. Inter vos autem, qui estis mei, non erunt hæc. Ne forte qui videntur habere aliquem in ecclesia principatum, dominantur fratribus propriis, vel potestatem in eos exercent. Quoniam sicut omnia carnalia in necessitate sunt posita, non in voluntate: spiritalia autem in voluntate, non in necessitate: sic & qui principes spirituales, principatus eorum in dilectione subiectorum debet esse positus, non in timore corporali. Sed & qui volent apud patrem meum maior esse comparatione fratrum suorum ceterorum, efficiat minister eorum, in quibus vult esse maior. Et qui principatus desiderat ecclesiæ, debet fieri omnium seruus in humilitate serui, ut obsequatur omnibus in his, quæ pertinent ad salutem. Et hæc docet nos sermo diuinus. Nos autem siue nō intelligentes voluntatem diuinam positam in scripturis, siue contempnentes talem commendationem Christi, tales sumus, ut etiam malorum principum excedere

excedere superbiam videamur: & non solum quærimus sicut reges acies præcedentes, & terribiles nos, & accessu difficiles maxime pauperibus exhibemus: & tales sumus ad eos, qui nos interpellant, ut propter aliquid deprecetur, sicut nec tyranni, & crudeliores principibus mundalibus ad subiectos. Et est videte in quibusdam ecclesiis præcipue ciuitatum maximarum principes populi Christiani nullam affabilitatem habentes, vel habere ad se permittentes, ut Apostolus quidem etiam dominus dat mandatum de fertis dicens, Domini quod iustum est, & æquum seruis præstare, scientes quoniam & vos habetis dominum in cælis. Docet autem & remittere minas. Episcopi autem quidam crudeliter comminantur, aliquando quidem occasione peccati, aliquando autem contemnentes pauperum curam: cum sit scriptum, Quærum magnus es, tantum humilia te, & inuenies gratiam coram domino. Item in Proverbiis, ante contritionem extollitur cor viri, & ante gloriam humiliatur. Principes ergo gentium dominantur eorum, principes autem ecclesiarum seruiant subditis. Sed & maiores gentium potestatem exercent fidelium: audiant autem eum, qui dicit, Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Non ista dicimus, ut inclinemus ecclesiasticum principatum. Est enim interdum quando secundum vocem apostolicam peccantes coram omnibus arguant, ut & ceteri metum habeant. Est aliquando, ut viens potestate sua tradat peccantem Satanæ in interitum carnis, ut spiritus saluetur in die domini nostri Iesu Christi. Tamen raro hoc fieri debet. Corripendi enim sunt iniqui, consolandi autem pusillanimes, sustinendi infirmi, & ad omnes magnanimitas est habenda. Nulli malum pro malo reddendum, ut non existimetur inimicus, qui peccat, sed corripatur ut frater. Hæc autem diximus volentes ostendere, quod ecclesiarum principes, principum mundalium imitatores esse non debent, sed imitari debent Christum accessibilem, & mulieribus loquentem, & pueris manus imponentem, & discipulis suis pedes lauante, atque tergentem, exemplum eis dantem, ut & ipsi similiter faciāt fratribus suis. Forsitan autem & quoniam dominus constitutus seruiebat pro salute hominum generi nostro, propterea dicitur formam serui suscepisse, & humiliasse se vsque ad mortem, propter quod & dominus eum super exaltauit. Qui vult ergo exaltari, similia faciat, exaltetur per ea: sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Nam etsi angeli ministrauerunt ei, quando accesserit, & ministrabant ei, etsi Martha ministravit ei, tamen non ideo venit ut ministraret, sed ut ministraret: & tantum creuit ministrans, ut animam suam daret redemptionem pro multis, qui crediderunt in eum. Cui dedit animam suam redemptionem pro multis? Nec enim cōuenit dicere, Deo. Ne forte ergo maligno? Ille enim dominabatur in nobis, donec daretur ei pro nobis redemptio anima Iesu, decepto videlicet & existimanti, quia possit dominari eius, & non videnti quod non poterit sustinere in tenendo eam tormento. Propter quod & mors putans se dominari eius dominata non est quoniam erat solus inter mortuos liber, & fortior omni potestate mortis, & vique adeo fortior, ut & omnes sequi se volentes, qui tenebantur a morte, liberaret a morte, nihil valente in eis postmodum morte. Omnis enim, qui sequitur Iesum, incomprehensibilis est a mor-

te. Data autem anima eius in redemptionem pro multis, non mansit apud eum, cui fuerat data. Propter hoc dicit propheta, Quoniam non derelinques animam meam in inferno.

S. HILARII EPISCOPI

Pictauiens. superioris Euang. expositio.

ET ascendens Iesus Hierosolimam assumpsit duodecim discipulos, & ait illis: Ecce ascendimus Hierosolimam, & reliqua. Iam sine scandalo auditis apostolis, sacramentum crucis dominus exponit. Denique nulla hunc sermonem mœstitia consequitur. Confirmatis scilicet superiore sermone, per fidem crucis nouissimos primos futuros: diuitibus autem, id est, confidentibus legi, in eandem crucem scandalizantibus inuim iter ad regnum cælorum futurum. Tunc accipit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filijs suis, & reliqua. Non sine aliquo momento rerum ita effectum fuisse existimandum est, ut mater filiorum Zebedæi dominum deprecaretur. Numquid & filiis petendi familiaritas non erat? Sed erat gestorum effectibus prophetandum. Apostoli quidam iam ex lege crediderant, quæ eos in fidem Euangelicam nutruerat. Itaque in matre filiorum Zebedæi lex intelligitur: quæ confidentia priuilegij sui pro credentibus ex se populis deprecatur. Quæ quia superius audierat primos nouissimos, & nouissimos primos futuros: deferri filiis suis orat, ut in domini regno vnus ad dexteram eius sedeat, alter ad sinistram. Cui dominus respondit, nescire eam quid oret. Nihil quidem de gloria apostolorum ambebat, & iudicatos eos sermo superior exposuit: denique in medio sermone an calicem suum possent bibere interrogat. Non utique de communis poculi genere loquebatur. Neque enim labor est bibere de calice: sed ille de calice sacramenti passionis interrogat. At illi qui iam martyrij libertatem constantiamque retinebant, bibituros se pollicentur. Dominus collaudans eorum fidem ait, martyrio quidem eos secum compati posse: sed lætæ eius ac dextere affidere, aliis a Deo patre fuisse depositum. Et quidem, quantum arbitramur, ita honor iste aliis est referuatus, quod tamen nec apostoli ab eo erunt alieni: qui in duodecim patriarcharum sede confidentes, Isaacem iudicabunt. Et quantum sentire ex ipsis Euangelis licet, in regno cælorum Moyses & Helias affidebunt. Nam cum respondisset dominus, visuros quosdam de Apostolis antequam mortem gustarent, filium hominis venientem in regno suo: assumpsit Petro & Iacobo & Ioanne, apparuit cum gloria suæ habitus, Moyses & Helias in monte comitantibus. Et hos quidem eosdem prophetas duos præuenientes aduentum eius intelligimus, quos Apocalypsis Ioannis ab antichristo perimendos esse dicit: licet variè vel de Enoch, vel de Hieremia, plurimorum extiterint opinioniones, quod alterum eorum sicut Heliam mori oporteat. Sed non possimus veritatis fidem, quam dominus tribus superioribus testibus reuelauit, sensus nostri opinione corrumpere: neque alios venturos existimare, quam qui ad sponsonem fidei venisse conspecti sunt. Et quamquam ultra Euangelicam veritatem non necesse sit opinari, tamē si quis conditionem & mortis & sepulchri Moysi diligenter aduerterit, & secretarum scripturarum, secundum Apostoli auto-

*In Theologia
quæ præ
sentem hæc
sententiam
est
tribus esse
non diabolus.*

titicant

ritatem, cognitionem adeptus sit intelligit omnia ita esse tractata, ut Moyses poterit iam videri. Et hæc quidem instruendi causa sunt dicta. Cæterum ut ratio spiritualis intelligentiæ plena esset, pro duobus dominum mater oravit. Dux enim sunt vocationes ex Israel: una discipulorum Ioannis altera Apostolorum & phariseorum. Nam post passionem Ioannis superius legimus discipulos eius ad dominum transisse. Ideo igitur pro duobus oratur, quia Evangelio Christi hæc vocationes gemine crediderunt. Post hæc igitur decem discipuli contristati sunt de fratribus duobus: veram ipsorum duum discipulorum nulla mœstitia est. Hoc ratio non patitur ut alterius contumelia alius fiat mœstus. Certè etiam pro se decem mœsti esse potuissent (sub duorum enim nominibus negatum hoc omnibus videbatur) sed typicus ordo servatus est. Apostoli de se certi erant, ideo solum mœsti sunt de duobus: quia etiam his duabus vocationibus quæ ex lege sunt, consortium gloriæ huius optabant. Ita enim rationem futuri & præsentis sermo moderatur, ut non de se, neque decem neque duo solliciti scriberentur: & in decem solitudine de duobus, præsentis negotij efficientiæ obtemperarent. Volens igitur dominus proprietatem istius præfigurationis ostendere, atque hanc præsumptionem eos qui erant ex lege venturi, de prærogativa Israelitici nominis velle præsumere: docet principatum ab his, non modo gentium capessendum, sed ministros & servientes, & non eos quibus ministratum sit ad gloriam honoris maximi aduocandos: exemplo scilicet patriarcharum & prophetarum qui serui erant, exemplo etiam Apostolorum qui ministraverunt, exemplo etiam domini qui animam suam pro redemptione nostræ salutis impenderit. Ad gloriam autem humilitatis istius cenæ eos & coniuuij modo instruit, mœstus in locis eminentioribus accubari non oportere: forte eo adueniente qui clarior est, per dominum cenæ occupato loco concedendi contumelia admonitus deo dat. Porro autem si in humilibus accubuerint, aduenientibus humilibus, ad gloriam loci celsioris accederent: atque ita non præsumere aliquid honoris decet, sed humilitatis operibus promereri.

S. HIERONYMI PRESBYTERI in idem Euang.

Et ascendens Iesus Hierosolimam, &c. Crebro hoc ipsum discipulis dixerat: sed quia multis in medio disputatis poterat labi de memoria quod audierant: Iesus Hierosolimam, & secum ducturus Apostolos, ad tentationem eos parat: ne cum venerit persecutio & crucis ignominia, scandalizentur. *Tunc accessit, &c.* Vnde opinionem regni habet mater filiorum Zebedæi: ut cum dominus dixerit: filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis: & condemnabunt eum morte, & tradent genibus ad illudendum & flagellandum & crucifigendum: & ignominiam passionis timentibus discipulis nunciaret: illa gloria postulet triumphantis: hac ut reor ex causa: quia post omnia dixerat dominus: & tertia die resurget: putavit eum mulier post resurrectionem ilico regnaturum: & hoc quod in secundo aduentu promittitur, in primo esse complendum: & audiret feminea præ-

sentia cupit, immemor futurorum. Quod autem interrogat dominus, & illa perente respondit, quid vis, non venit de ignorantia: sed ex eius persona dicitur qui flagellandus & crucifigendus erat: quomodo & in hæmorrhoida: Quis me tetigit? Et de Lazaro: Vbi posuisti eum? in veteri quoque testamento: Adam vbi es? Et descendens videbo si iuxta clamorem qui venit ad me perficiant: sin autem non est, ut sciam. Postulat autem mater filiorum Zebedæi errorem muliebri & pietatis affectu, nesciens quid peteret. Nec mirum si ista arguatur imperitiæ, cum de Petro dicitur: quando tria vult facere tabernacula: Nesciens quid diceret. *Respondens autem Iesus dixit: Nescitis quid petatis.* Mater postulat, & dominus discipulis loquitur: intelligens preces eius ex filiorum descendere voluntate. *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* Calicem in scripturis diuinis, passionem intelligimus: iuxta illud: Pater, si possibile est, transeat a me calix iste. Et in Psalmo: Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Statimque infer quis iste sit calix. Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. *Ait illi: calicem quidem meum bibite, &c.* Quæritur quomodo calicem martyrij filij Zebedæi, Iacobus videlicet & Ioannes biberint: cum scriptura narret Iacobum tantum apostolum ab Herode capite tractatum: Ioannes autem propria morte vitam finierit? Sed si legamus ecclesiasticas historias, in quibus fertur, quod & ipse propter martyrium sit missus in seruentis olei dolium, & inde ad suscipiendam coronam Christi athleta processerit: statimque relegatus in Pathmos insulam sit: videbimus martyrio animum non desuisse: & bibisse Ioannem calicem confessionis, quem & tres pueri in camino ignis biberunt: licet persecutor non fuderit sanguinem. Quod autem dicit: sedere ad dexteram meam & sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo: sic intelligendum est: Regnum caelorum non est dantis, sed accipientis. Non est enim acceptio personarum, apud Deum: sed quisque talcm se præbuerit ut regno caelorum dignus fiat: hic accipiet, quod non personæ sed vitæ paratum est. Si itaque tales estis qui consequamini regnum caelorum, quod pater meus triumphatibus & victoriis præparauit: vos quoque accipietis illud. Alij de Moysè & Elia dictum volunt, quos paulo ante in monte cum eo viderant loquentes: sed mihi nequaquam videtur. Ideo enim sedentium in regno caelorum vocabula non dicuntur: ne paucis nominatis, cæteri putentur exclusi. *Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus.* Decem apostoli non indignantur matri filiorum Zebedæi, nec ad mulieris audaciam referunt postulantis, sed ad filios, quod ignorantes mensurâ suâ, immodica cupiditate exarserint: quibus & dominus dixerat: Nescitis quod petatis. Subintelligitur autem vel ex responsione domini vel ex indignatione apostolorum, quod filij matrem immiserint ad grandia postulanda. *Iesus autem vocauit eos ad se & ait: Scitis quis, &c.* Humilis magister & mitis: nec cupiditatis immodicæ duos arguit postulantes: nec decem reliquos indignationis increpat & liuoris, sed tale ponit exemplum, quod doceat eum maiorem esse qui minor fuerit: illo dominum fieri, qui omnium seruus sit. Frustra igitur aut illi immoderata quæsierant: isti dolent super maiorum desiderio: cum

cum ad summam virtutum non potentia sed humilitate veniatur. Denique sui proponit exemplum, ut si dicta parvipenderit, erubesceret ad opera, & dicit: *Sicut filius hominis non venit ministrari sed ministrare.* Nota, quod crebro diximus, eum qui ministrat, appellari filium hominis. *Et dare animam suam redemptionem pro multis.* Quando formam serui accepit: ut pro mudo sanguinem funderet. Non dixit animam suam redemptionem dare pro omnibus: sed pro multis, id est, pro his qui credere voluerint.

S. IO. CHRYSOSTOMI Episcopi Constantin. in Superius Euang. Rom.

Et ascendens Iesus in Hierosolimam, assumpsit duodecim discipulos secreto, &c. Non ilico, quum à Galilæa redierit, in Hierosolimam ascendit, sed signatus non pauca fecit, & phariseorum obstravit ora, & discipulis de paupertate loquutus est. Vende nanque, inquit, substantiam tuam, si vis esse perfectus. Et de virginis similitur castimonia. Qui enim, inquit, capere potest, capiat. De humilitate etiam, Nisi enim conuersi fueritis ad conditionem horum paruulorum, non intrabitis in regnum caelorum. De retributione quoque in hac vita. Nam, qui domos, fratres, sorores reliquerit, ait, centuplum in hoc seculo accipiet. Et de remuneratione futura. Et vitam, inquit, æternam possidebit. His igitur omnibus prius factis, atque dispositis, ad urbem accessit. Quumque ascenderet, de passione rursus disserit sua. Nam, quoniam facile, quod nolebant, obliuisci poterant, crebritate referendi memoria id eos tenere facit, & mœsticia audiendi consuetudinem succendit. Prigatim autem eos necessario alloquitur, non enim hæc efferenda erant, ex quibus nihil utilitatis sequeretur. Nam, si discipuli audientes turbabantur, quid non fecisset multitudo? an igitur vnquam id vulgo dictum est, inquit, imò publicè quoque, sed non ita aperte predicatum. Soluite enim, inquit, templum hoc, & in tribus diebus excitabo ipsum. Et; Signum quærit hæc generatio, nec dabitur ei, nisi signum Ionæ prophete. Et alibi; Adhuc paruò tempore vobiscum sum, & queretis me, & non inuenietis. Discipulis verò non sic, sed quemadmodum alia, ita etiam hoc modò clarius dictum. Sed cuius rei gratia, quispiam opponet, si non intelligatur, multitudo errat: hæc enim eis dicebantur, ut postea recordati credant illum volentem non ignorantem, neque coactum passionem subiisse. Discipulis autem non hac de causa solum, verum etiam, ut diximus, ut expectatione exercitati, facilius passionis dolorem perferant. Nam si præmeditati non fuissent, vehementi turbatione quassati iacuisent: hac de causa de morte solum primò faciebat mentionem. Quum autem corroborati fuissent, cætera quoque adiecit, quod scilicet tradent eum genibus ad illudendum, & flagellandum. Hæc autem prædicat, ut, quum tristitia venisse viderint, certiore spe resurrectionem expectent: nam, si mœstia non tacuit, & quæ opprobrij plena esse videbantur, non occultauit eis, non iniuria prospera quoque erant credenda. Tu verò considera, quomodo etiam opportunitate commoda, vniuersa patefecit. Nec enim statim prædicationem incipiens, nec in ipso passionis

hæc dixit tempore, ne audientes turbarentur, sed, postquam virtutes eius miraculis cognouerunt, & æternæ vitæ pollicitationibus fuerunt confirmati: tunc passionis meminisse, non semel, aut bis, sed sæpius hunc sermonem signis, & doctrina iuxta. Alius autem Euangelista Prophetas quodq; in testimonium citatos afferit. Alius non intellexisse ipsos affirmat, sed occultatum id verbum ab eis fuisse, & quia tumultuabantur sequentes. Sed, si non intellexerunt, inquit, nulla præmeditatione poterant exerceri: quare prædictionis huius utilitas omnino euanescit. Ego autem, ut hanc ambiguitatem in maius extollam, illud addere non dubitabo, quia, si non intellexerunt, quo pacto mœstebant? Alius enim Euangelista dicit, quia tristabantur. Quomodo igitur, si non percipiebant, aut quomodo Petrus, propitius tibi esto, dicebat? Quid igitur dicemus? Quia scilicet, quod de morte audierint, & si non clarè dispensationis huius mysterium sciebant, intellexerunt tamen. Resurrectionem verò non intelligebant, nec quæcumque per eam mystificè acturus erat. Nam alios quidem ab alijs excitatos à morte viderunt. Quod verò quicumque seipsum excitauerit, & sic excitauerit, ut nunquam in posterum moteretur, minimè vquam fuit auditum. Hoc igitur erat quod absconditum erat ab eis, sed qualis futura esset ipsa mors, & quomodo ipsum aggressura foret sciebant: ideo igitur sequentes turbabantur. Mihi autem etiam videtur magno stupore illos torpescere, de passione sua dissonem, audientes: nec, quia resurrexerunt se illis inculcabat, ideo confidebant: sed, cum ad mortem, illusionem atque flagella accessurum audirent, maxime turbabantur. Nam, quum iam mente versarentur miracula, demoniacos scilicet liberatos, mortuos excitatos, aliisque huiusmodi signa non poterant, his auditis, non obstupescere, ac in magnam ambiguitatem incidere. Ita modò, hæc credentes, modò discredentes capere non poterat, adeoque procul à recta intelligentia erant, ut Zebedæi filij ad eum accedentes de primo confessi eum alloquerentur: Volumus enim, inquit, ut vnus ad dexteram, & vnus ad sinistram sedeat. Quomodo igitur alius Euangelista matrem ad hoc accessisse ait? Verumque fuisse credendum, matremque ab eis assumptam, ut autoritate supplicantis Christum facilius exorarent. Quod autem id verum sit, quodque ab ipsi excoitata peticio fuerit, sed pudore victi, matris patrocinium assumpserunt: iam aduertente quomodo Christus ad ipsos verba sua dixerit: sed prius quid, & qua mente petant, & vnde ad hoc impulsus sint, consideremus. Cum viderent se ante alios à Christo honorari, crediderunt hanc ab eo petitionem se impetrare. Quid porro est, quod petunt? Alius te docebit Euangelista. Nam quoniam, inquit, prope Hierosolimam erant, credébantque regnum Dei iamam enenturum, quod huius vitæ, ac seculare opinabantur: hæc postulabant ut ob honorem facilius etiam omnia pericula possent evitare. Propterea Christus ab his eos cogitationibus abducens, pericula, sanguinem, necemque ipsam expectandam esse iubet. *Potestis, inquit, bibere calicem, quem ipse bibo?* Nec turbetur quisquam, si adeo imperfectos dicimus apostolos fuisse. Nondum enim mysterium crucis erat consummatum, nondum gratia spiritus in corda ipsorum infusa. Quare, si studia virtutis ipsorum discere cupis, quales post datam gratiam spiritus fuerint,

runt, considera: & videbis omnem ab illis turbationem animi fuisse superatam. Hac enim de causa, eorum modo imperfectio reuelatur, vt aperte percipere possis, quales subito per gratiam effecti fuerint. Quod igitur nihil spirituale querebant, nec de caelestiregno quicquam cogitabant, perspicuum est. Sed verba quoque petitionis ipsorum audiamus. Volumus, inquit, vt quodcumque petierimus, facias nobis. Ad quod Christus; Quid vultis, respondit, non ignorans certe, sed vt respondere compulsi, vlcus subaperiant, quod sanare Christus intendebat. Illi vero, quoniam humano more id faciebant coram omnibus erubescerent dicere, seorsum ab aliis discipulis Christum accipientes interrogauerant. Praeesserunt enim, inquit, vt, remotis arbitris, tutius loquerentur. Volebant autem, vt ego conicio, quoniam super duodecim sedes seorsum discipulos audierunt, primum huius confessus impetrare, & praeponi quidem se ceteris praeterquam Petro sciebant, quem formidantes, dicere ausi sunt; Die, vt vnus à dextris, alter à sinistris sedeat. Ita urgebant dicentes, die. Quid igitur ipse vt significaret, nihil eos petere spirituale, sed nec scire quidem, quid postulant: non enim petere audirent, si scirent. Nescitis, ait, quid petatis. Nescitis quam magnum, quam mirabile, ac ipsas superiores excedens virtutes, & adiecit. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? & baptismo, quo ego baptizor baptizari. Pependis quomodo statim ab hac cupiditate ipsos remouit, contraria eis differens. Nam vos, inquit, de honoribus, & coronis cogitatis: ego vero de luctamine, atque sudore disiero. Non praeriuor hoc tempus est, nec illa gloria mea modò apparebit, sed bella, pericula, & necem praesens continet vita. Perspice autem qualiter ipso interrogacionis modo & hortatur, & alliciat: non enim dixit, potestis ne vestrum esse audere sanguinem? Sed quoniam pacto: potestis bibere calicem: deinde alliciens, inquit, quem ego bibiturus sum, vt communicatione laborum cum ipso promptiores redderentur. Baptismum, deinde id ipsum appellauit, vt magnam orbi futuram expiationem hinc significaret. Illi autem desiderio quodam animi confestim promittunt, dicentes, Possumus. Nec id ipsum intelligentes, quod se posse affirmabat, sed sperantes se habituros postulata. Ad quae Christus, Calicem, inquit, meum bibetis, & baptismum, quo ego baptizor, baptizabimini. Magna vobis certe bona praedico: martyrij enim corona potiemini, & violenta morte, sicuti & ego, à vita decedetis. Sedere autem ad dextram & ad sinistram, non est meum, dare, sed etc. Cum animos eorum in sublimius extulisset, & omni mactore superiores calicis, & baptismi communicatione fecisset, tunc postulata eorum emendat. Sed quidnam sibi vult, quo modò dicitur? duo enim hic à multis quaeruntur. Primum, si à dextris eius sedere quibuldam paratum sit; alterum, si dominus omnium non possit illis praebere, quibus paratum est. Ex quibus, primo soluto, alterum itam patebit. Quid igitur est, quod dicitur? Nullus profecto à dextris, nullus à sinistris eius sedebit, inaccessibilis quippe sedes est illa, non hominibus dico solum, sed angelis, sed archangelis, ceterisque virtutibus, quod quasi praecipuum vniuersi privilegij Paulus posuit, dicens: Ad quem autem angelorum dixit vnquam, Sede à dextris meis: Et ad angelos quidem inquit, Qui facit angelos suos spiritus. Ad filium autem. Thronus tuus Deus in seculi seculi,

De iohanne non est exprobratum eum violenta morte occubuisse: cum crederetur potius vel adhuc vivere, vel post eadem morte obdormisse.

Exabr. 1. Psal. 109. Psal. 103.

Quomodo igitur, dicit, sedere à dextris, atque sinistris meis, non est meum dare? an quia concessuri alij sunt? Minime minime, inquam: ad mentem enim interrogantium condescendens respondet. Non enim de sublimi sede illa, quae ad dexteram patris est, aliquid sciebant, qui vel multò inferiora, quae quotidie auribus eorum inculcabantur, non percipiebant: vnum solummodo querebant, praefectura potiri, & omnium se primos apud eum constitui. Quodque iam diximus, cum duodecim sedes audissent, ignorantes, quod dicebatur, primum confessus postularunt. Quid igitur ait Christus? Propter me quidem, ac praedicationis meae gratia mortemini, & meae passionis participes eritis: sed non est id satis ad primum locum, atque ordinem obtinendum. Nam, siquis postea veniet martyrio, & aliorum omnium numero virtutum ita decoratus, vt non parum excedere vos videatur: nolite credere, quia vos amo, ceterisque antepono, idcirco, eo, qui maioribus nitet operibus, expulso, vobis primum me locum daturum: non dixit autem aperte hoc ne turbarentur, enigmatica verò id ipsum significauit, dicens; Calicem quidem meum bibetis, etc. Quibus porro praeparatum est illis videlicet, qui fulgentissimi operibus euaferunt: idcirco verò dixit; Non est meum dare, sed patris me: nequis inistum, atque impotentem ad hanc ipsum fore retributionem opinetur. Sed quoniam modò? Non est meum, inquit, sed quibus paratum est. Verum, vt clarior fiat, quod dicimus, exemplo id ante oculos ponamus. Ad editorem igitur munerum, atque certaminis, quo multi, atque praclarum athletae confluant, duos quosdam ipsi praecipua familiaritate coniunctos accessisse fingamus, qui amicitia principis facti, postulare audeant, vt victores ipsi praerogatio declarati coronentur: quibus ille respondet; Non est meum id dare, sed quibus laborat, atque sudore praeparatum est. Num igitur quasi non poterit illum id facere eodem nabis? Nequaquam, sed iustitia eius admirabimur. Et, quoniam non personam, sed re respicit, laudabimus. Quem admodum igitur editionis munerum, atque certaminis principem, non quia non potest, sed quia non vult, luctationis transgredi leges, & iustitiae ordinem conturbare: sic vti que Christum id dixisse affirmamus. Ita vndique illos compellebat, in gratia Dei primum, deinde in laboribus propriis omnem salutem, & gloriae spem reponere, ideo dixit, quibus paratum est. Nam, etsi alij praestantiores videbuntur, si excellentiora quam vos opera facturi sunt quomodo, illis expulsi, locum eorum vos occupabit: an quia mei discipuli estis? Idcirco, etià si non digni primatu eritis, praemia tamen quoque conferentur vos arbitremini. Nam, quod totius rei huius ipse dominus est, inde patet, quia vniuersum ei iudicium tribuitur: ita enim Petro dixit; Ego tibi clauas regni caelorum dabo. Et Paulus significauit hoc ipsum, dicens; Reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dominus illa die: non solum autem mihi, sed omnibus, qui dilexerunt apparitionem suam. Apparitio verò Christi iam facta est. Quod verò nullus Paulum antecedit, nemo omnium dabitur. Si autem obsecutus haec à domino dicta tibi videretur, noli mirari: singulari namque dispensatione vsus, ita eos dimittit, vt sua sisse videatur, ne morte, ac passione hominū frustra de praefectura sollicitentur. Praererea nulla eos afflicere molestia voluit, quae vti que sermonis obsecritate

Pidestis... Non enim est meum dare, sed quibus laborat, atque sudore praeparatum est.

secritate allocutus est. Tunc indignati sunt decem de duobus fratribus. Tunc, illud quòd significat: quando scilicet illos duos contempit. Ita donec Christi sententia praefertri eos videbant, non indignabantur: sed reuerentia magistrī, etiam si secum mouerentur, atque dolerent, amabant, atque honorabant, nec indignationem suam palam facere audebant. Similiter autem ad Petrum commoti, quando ab eo data fuerat didrachma, non parefecerunt molestiam suam, sed solum quis maior esset interrogarunt. Postquam verò ipsos discipulos supplicando petere viderunt, indignantur, neque tunc statim quando ad petendum illi accesserunt, sed quando inceptos à Christo, primumque locum, nisi seipsos dignos eo praebant, negatum sibi cognouerunt. Perspicis quomodo imperfectiores adhuc erant, & duo aduersus decem primum eripere concessum nitentur, & decem duobus inuidentes indignabatur. Verum, vt dixi, post aduentum spiritus eos considerat, & videbis omnibus his passionibus superioribus. Audias igitur quomodo ipse ille Ioannes, qui modò haec à Christo petebat, primis honoribus Petro cedat, tum concionanti, tum mirabilia facienti: vt Actus apostolorum testantur: nec latere paratur Petri virtutes, sed & cōfessionem praedicat, quam, insipientibus ceteris, magna epistit voce Ioannes, & ingressum eius in monumentum non tacet, ceterisque in omnibus sibi eum anteponi. Nam quomodo quando patiebatur, ambo affuerunt suas laudes Ioannes succidens, ait; Quia notus erat discipulus ille sacerdoti. Iacobus verò non longo tempore postea vixit. Nam statim ab initio rerum tanto ardore concaluit: vt, humanis omnino rebus neglectis, ad tantam sublimitatem ascenderet, vt à persecutoribus confestim occisus sit. Et sic quidem postea summi omnes facti sunt. Tunc verò indignabantur. Quid igitur Christus? Cum aduocasset eos, ait; Nostis, quia principes gentium dominantur eorum, etc. Ita gentium moris esse ostendit, prima quoque appetere. Tyrannica enim haec passio est, & nonnunquam eximios etiam viros perturbat: quapropter etiam vehementiore castigatione indiget, acrius etiam ipse insurgit, comparatione gentium egrotantem ipsorum animum retinens. Ita horum quidem inuidiam, illorum verò arrogantiam succidit: quasi magna voce dicens; Nolite tanquam contempri commoueri. Nam, qui primatum querunt, sibi ipsi dedecori sunt, ignorant hoc se pacto in infima detrudere. Non enim externis similia nostra sunt: nam apud gentes, qui principes sunt, ipsi dominantur: apud me autem, qui vltimus est, is summa tenet. Haec ne sine causa dicta putetis, ex factis, didicique meis facile comprobantur. Plus enim factum esse à

me, quam dictum videtis: qui cum superiorum dominus sum virtutum, homo fieri volui, & sperni, atque dehonestari dignatus sum. Et quod maximum est, ad mortem ipsam sponte festino. Filius enim hominis, ait, non venit vt ei ministraret, etc. Ita ipse, inquit, animam meam in redemptionem inimicorum etiam meorum trado: tu verò, humiliatus si fueris, pro teipso id facies: quod ego non mei, sed tui causa suscepi. Noli ergo timere quasi honorem tuum humilitate amittens: nunquam enim poteris tantam humilitatis ostendere, quantum pro te dominus susceperat, cuius descensus & alios crexit, & gloria eius manifestauit. Nam, antequam homo factus esset, ab angelis solum cognoscatur, postquam autem hominem assumpsit, & crucis patibulo pendit, non solum gloriam illam non amisit, verum etiam hanc acquisiuit, quae à cognitione orbis resultat. Quare nullo pacto metuas, quasi tollatur honor tuus, si te ipsum humiliaueris: hinc enim vel ad caelos usque gloria tua pertranst, hinc amplior, atque praestantior redditur, hinc regni aeterna tibi aperitur. Cauemus igitur, ne contrariam facientes viam, aduersus nos ipsos acerrima bella geramus. Si enim voluerimus magni, ac mirabiles videri, non modò tales non erimus, verum etiam ceteris omnibus abiectiones futuri sumus. Pependis, quomodo vbique ita eos hortatur, vt quod petunt ex contrariis quem arbitrantur inuenturos ostendat: sic in superioribus de auaris, & inanis gloriae cupidis factum declarauimus. Cuius enim rei gratia corā hominibus tua erogas pauperibus, inquit? Nonne vt magna gloria fruaris? Noli ergo ita id facere, & permanentem gloriam consequeris. Quam autem ob rem pecuniam ac cumulas? Nonne vt locuples euadas? Noli ergo pecuniam conseruare, & veris diuitiis potieris. Similis quoque modo in hoc loco, cuius rei gratia, inquit, primatus, & praefecturas desideras? vt ceteris scilicet praestes. Vltimum igitur ordinem eligito, & tunc primum obtinebis locum. Quare, si magnus vis fore, haec ipsa contemne, & eis profecto magnus. Illud enim, quod tu maximum putas, minimū omnium est. Vides quomodo huius aegritudinis superiores efficit, hinc omnino affecuturos, quod querebant, demonstrans, si hoc sperant, illud admittentur. Gentium autem idcirco mentionem fecit, vt e ratione opprobrij plenam, & detestabilem hanc rem esse ostendat. Qui enim sibi arrogat, is verò humilis est, is ad vere sublimitatis cacumen volauit: quae non appellatione solum, ac nomine, sed re ipsa sublimitas est. Et externa quidem celsitudo, necessitatis, atque timoris est: haec verò interior atque nostra, celsitudini diuinae similis esse cognoscitur. Quare, qui apud nos magnus est, etià si nemo ipsum huiusmodi esse dicat, verè tamen magnus est: sicut e contra superbus, quem omnes admittunt, & colunt, omnium verò humilissimus: reperitur: & ille quidem honor, cum à coactis tribuatur, facile disperit: hic verò, quoniam ex honorantium animo proficitur, stabilis permanet. Hac ratione sanctos viros maximè admiratur, qui, quod ceteris erant excellentiores, etiam humiliores seipso ducebant: qui ad hunc vsque diem in sublimitate sua perseuerant, cum nec mors quidem ipsa magnitudinem eorum deprimeret poterit. Et, si vultis, ratiocinatio etiam illud inuestigamus. Sicut

blimis quidem homo esse dicitur, aut proceritate corporis huius, aut quia in editiore loco sit collocatus: humilis autem, qui huic contrarius est. Attende igitur, & videbis nihil humilitate altius, nihil arrogantia depressius. Nam arrogans quidem, atque superbus maiorem se ceteris arbitrat, & neminem se esse dignum affirmat. Necita magno quisquam poterit honore ipsam afficere, quin cupiditate maiori agitur, parum sibi collarum arbitretur. Cumque laudem ab hominibus quaerat, spernit eos, atque contemnit: quae res ad expertis rationis est, ut enigmati similis sit: quos enim despiciat, ab his hominibus gloriam quasi debitam flagitat. Perspicias quomodo, qui se altius recipit, is humi affixus iacet. Nam quod abiectos ceteros homines esse puit, idque in seipso cogit, à vocabulo ipso manifestum est: hoc enim arrogantiam, atque insolentiam dicimus. Si ergo ita ceteros spernis, cur adulationibus laudem ab illis aucuparis? cur tantam tecum turbam hominum circumducis? Vidisti re ipsa humilem homunculum, atque supinum caducis omnino rebus subnixum: agere iam è contrario qualis verè sublimis sit, cōsideremus. Hic certè non ignorat quantum, & quid homo sit, hic rectè intellexit magnam cum esse hominem, qui cum omnium minimus sit, minimum quoque se putat. Quocirca, quantumcumque sibi honoris tribuens, maximum arbitrat. Constantans igitur est, atque sibi ipsi conueniens, nec modò hoc, modò illud sequitur: sed, quos excelsos putat, ab iis etiam si parum honoris nanciscatur, summo opere propter celsitudinem illorū honorari se putat. Insolens autem passillos eos arbitrat, qui eum honorant, sed laudari se ab illis, singularem omnino rem arbitrat. Humilis rursus à nulla agitudine capitur, non perturbatur, ita nulla cupiditate gloriae vexatur, non vincitur inuore. Quid igitur sublimis animo harum perturbationum experti? At verò arrogans, atque insolens ceu vermis in stercore, sic in his passionibus semper involuitur. Nam & inuidia, & ira, & inanis gloria, vehementer animum illius exagitant. Vter igitur excelsus atque sublimis est: qui his passionibus feruenter prellus, quasi ei dominantur, expauescit: an qui sic superior est, ut nullo modo ab his capi posse videatur? Quamnam autem altius tu volare opinaris? Vtrum eam, quae, cum per aëra feratur, arundines aucupis, atque retia non formidat: an eam, quae vel sine arundine, ac visco, quoniam humi serpat, potius quam volat, manibus facile capitur? Huiusmodi certè insolens animus est, qui, cum humi serpat, in omnem laqueum incidit: quod etiam à nequissimo illo demone colligere possumus, qui propter arrogantiam in profundum depulsus est: homo autem, quavis corporeus sit, tamen, si humilitate polleat, ita illum excedit, ut sub calce hominis ille iaceat. Calcate nanque, inquit, super serpentes, & scorpiones: ita homo cum angelis in caelis seipsum potest locare. Hoc ipsum etiam ab hominibus superbis intelligere possumus. Veniat enim illius Barbari tibi in mentem, qui tantum duxit exercitum, qui nec ea quidem, quae à sensu cognoscimus, nouerat: nesciebat enim, vtrum lapides essent, simulacraque: & idola vtrum essent simulacra. ignorabat, quae de causa inferiorem se istis omnibus faciebat. Fi-

deles verò, piisque homines ultra Solem ferunt: neque his sublimis quicquam inuenitur, cum vel ipsa caeli conexa transgrediantur, & angelis praetermissis, apud regiam sedem assistant. Praeterea quemnam deiectum, atque infimum putabimus: vtrum eum, cui Deus patrociniatur, an eum, quem Deus impugnat? Hunc vltimum videlicet. Audias ergo quid de vtroque scriptura clamit: Superbis, inquit, atque arrogantibus Deus resistit, humilibus autem gratiam praebet. Illud etiam abs te libenter quaeram, quemnam arbitraris sublimiorem: sacrumne virum, à quo grata Deo quotidie sacrificia offeruntur, an eum, qui nullā apud Deum fiduciam habet? Et quas, inquires, hostias humilis offert? Dauid illū de hoc audias: Sacrificium, inquit, Deo, spiritus contribulatus, cor cōstritum, & humiliatum, Deus, non despicias. Vidisti quam mundus humilis sit, videas & insolentis impurissimas sordes. Impurus, inquit, apud Deum est omnis immundus corde. Ad haec in altero Deus ipse requirit. Super quē enim respiciam, ait, quam super mitem, & quietum, & trementem sermones meos? Alter autem cum diabolo humi traditur: inflatus enim diaboli supplicia sustinet. Ne fortè inflatus, Paulus inquit, in iudicium incidat diaboli. Quodque mirabile est, cōstrarium semper, quam optat, eum persequitur. Nam, cum ceteros contemnat, ut maiori dignus honore videatur, maxime omnium ipse despiciatur. Ridiculi enim, & omnium inimici sunt, qui ira, & inuidia facile capiuntur, quae eius maxime comites sunt: quare nescio, si quid peius excogitari possit: extremas enim malorum certè haec est. Hamilibus verò quid incundius: quid beatius: qui, quum Deo gratissimi sint, non parum etiam ab hominibus quā non quaerunt, gloriam reperire solent. Nempè ab hominibus, quasi parentes colitur, quasi fratres amantur, quasi propria membra fouentur. Amplectamur igitur humilitatem, si sublimes fieri desideramus, praesertim cum videamus ab insolentia deiici homines. Haec enim ad humilitatis barathrum Pharaonem detruisit: nescire nanque dominum dicebat, & fornicibus, & ranis, ac muscis deterior factus est: postremo cum ipsis armis, & equis submersus fuit. Abraham verò è contrario: Ego sum terra, & cinis, praedicabat: propterea & multa Barbarorum milia vicit, & cum in medium Aegyptiorum incidisset, maiori cum triumpho euasit, cui virtuti semper inherēs, sublimior indies reddebatur: imò verò sublimior quotidie fit, cum eius laudes vbique decantantur, Pharaon autem, & terra, & cinis, & si quid humilior excogitari potest, factus cognoscitur. Nihil certè magis Deus, quam arrogantiam auerfat. Quid enim non fecit, ut hanc passionem destruat? Haec enim de causa mortales facti, in dolore, ac luctu viuimus. Ideo in continuo labore, atque sudore & assilenti operatione constituti sumus. Arrogantia quippe primus homo, cui aequalitatem Dei sperasset, deliquit: & ita non solum quò optauerat, non ascendit, verum etiam à sublimitate propria decidit. Hoc nempè superbiae opus est, ut non modò nihil bonis afferat, sed etiam, quae habemus, corrumpat: è contra verò humilitas facit. Nam & ea, quae nobis assunt, bona conseruat, & quae non habemus, facile adiicit. Hanc igitur admitemur, hanc sequamur, ut & in

hac

haec vita honorifice conuersemur, & futura gloria potiamur, gratia, & misericordia domini nostri Iesu Christi, Amen.

AVTHORIS DICTI IMPERFECTI in Matthaeum, eiusdem Ewang. expositio.

Omnis gloria Dei, & omnis salus hominum in Christi morte posita est. Nulla enim est res, quae amplius ad salutem hominum pertineat, quam mors ipsius. Nec est aliquid aliud, propter quod magis Deo gratias agere debeamus, quam propter mortem ipsius. Ideo quum turba plurima fidelium eum sequeretur in via, duodecim Apostolos solus tulit in secreto, & illis tantummodo mortis suae annuntiavit mysterium, quia semper preciosior thesaurus in melioribus vasis includitur. Multi quidem viri erant cum eo, sed propter modicitatem fidei suae infirmi. Multae mulieres, etsi in fide fortes, infirmae tamē in sexu: si audissent quia ideo Christus ascendebat Hierosolymam, ut interficeretur, & viri forsitan turbarentur propter infirmitatem fidei, & mulieres propter molliem suae naturae. Nam proprie animus mulieris mollis est, & in tali negotio citius excitatur in lachrymas. Non recordamur, quod superius, quum de morte Christi Petrus audisset, dolore commotus, non timuit ipsum dominum increpare, dicens: Propicis esto tibi, & hoc tibi non erit. Si ergo Petrus in morte Christi turbatus est, cuius alterius fides posset sustinere tanti mali dolorem? Si petra immobilis penè commota est, quomodo terra suffretur impetum tempestatis? Ecce ascendimus Hierosolymam. Ecce contestantis est sermo, ut memoriam praesentiae huius in cordibus suis recondat. Tanquam si dicat: Ecce nunc iam tertia vice praedico vobis mysterium passionis meae futurae, ut altius insidat mentibus vestris, frequentius repetitur. Et quare illis praedicit passionis suae mysterium? Quia omnis aduersitas, quae subito euenit hominibus extra spem, nimium grauis est, quam verò antè cognoscimus, & praeparamus nos contra eam, quum superuenit expectatiui nobis leuior inuenitur, quam esset futura, si repentina venisset. Ideo ergo nunciat illis de sua morte futura, ut quum dies ille passionis aduenerit, non illos turbet cognoscetes, quia omnino erant ventura. Si enim toties praemoniti A postoli de morte eius futura, tamen quando comprehensus est, scandalizati sunt omnes, & reliquerunt eum: quanto magis scandalizandi fuerunt, si praemoniti non fuissent? Nunquid non se praeparauerunt, non statuerunt in animo suo, ut non expauescerent? Si enim se non praeparassent, non promississent vna cum Petro, dicentes: Parati sumus tecum ite vsque ad mortem. Sed in illa hora fides eorum defecit, & praeparationem animae absorbit timor carnalis. Vel ideo praedicit eis futurum, ut ab exitu cognoscatur praesentia eius. Ex praesentia autem eius intelligatur diuinitas eius: consideratio autem diuinitatis eius confortet fidem ipsorum in tempore passionis eius, ut totum illud quod patiebatur, dispensationi voluntatis eius applicarent, non necessitati naturae. Ecce ascendimus. Ac si dicat: Videte quia voluntariè vado ad mortem. Nemo me

vocat Hierosolymam, nemo me admonet, nullius potestatis praecipuum timeo, nullius violentiae necessitate compellor. Quum ergo venerit tenebrarum potestas, quum videritis me in cruce pendentem, ne aestimetis me hominem esse tantum. Nam, etsi posse mori hominis est: tamen velle mori, hominis non est. Ut quid putas, ab itinere declinauit seorsum? Nunquid non poterat in itinere cōstitutus haec eadem eis loqui, quum sint paucissima verba? Sed declinauit seorsum ab itinere, forsitan sciens quod ventura erat mater filiorum Zebedaei cum filiis suis, ut peterent ea, quae peterunt, & audirent ea, quae audierunt, ut praepararet eis locum ad eundem, ad petendum, & ad audiendum. Forsitan enim & applicauerunt ibi, donec mulieres retro venientes occurrerent. Nec enim credibile est, mixtas cum ipso ambulasse mulieres, sed longo intervallo de longè mulieres sequentes, & longo intervallo separatae inter se ambulabant. Christus enim & discipuli sui primi, sequentes autem de longè mulieres. Sine dubio ergo nulla alia causa felix seorsum secessit, nisi ut illa adeundi licentiam inueniret. Sciebat enim cogitationes eorum, & consilia eorum, quae facere cupiebant: & non solum praedicens discipulis suis de sua passione futura, sed etiam aptans periturae mulieri locum praesentia sua diuinitatem ostendit. Aliter. Ecce ascendimus Hierosolymam: & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis, & condemnabitur eum morte, & tradentur eum Genibus ad deludendum, & crucifigendum, & tertia die resurget. Ne putes, quod tunc tantummodo Christus traditus est sacerdotibus & scribis, & condemnauerit eum morte, & tradiderunt eum Genibus ad deludendum & crucifigendum: sed & nunc traditur, & morte damnatur. Et traditur Genibus ad deludendum & crucifigendum: Christus enim verbum est veritatis. Sicut enim tunc tradidit Deus Christum sacerdotibus & scribis, ad manifestandam fidem sanctorum, & perfidiam iniquorum. Fidem quidem sanctorum, si forte fideles videntes eum quasi hominem pati, non recedunt, neque scandalizantur à fide diuinitatis ipsius. Ad manifestandam autem perfidiam iniquorum, si intelligentes eum esse Dei filium secundum testimonia scripturarum, non timent, sed ausi sunt eum interficere quasi hominem: sic & modò tradit Deus verbum veritatis sacerdotibus, & scribis, id est, sapientibus scripturarum: ad manifestandam fidem sanctorum, & perfidiam iniquorum. Fidem quidem sanctorum, si forte videntes verbum veritatis à mendacio opprimi, quasi mendacium, non cadunt, neque scandalizantur à fide veritatis ipsius. Ad manifestandam autem perfidiam iniquorum, si forte intelligentes verbum veritatis, quia verè verbum est veritatis secundum testimonia scripturarum, ausi sunt interficere eum cruce verbis mendacibus. Quando enim vides scripturas prophetarum, & Evangelij, & Apostolorum traditas esse in manus sanctorum sacerdotum, & scribarum, non intelligis, quia verbum veritatis traditum est principibus iniquis, & scribis? Et sicut tunc sacerdotes, vel propter vanam gloriam, vel propter auaritiam condemnauerunt Christum morte, cogitantes, quoniam si tenuerint Christum, ipsi sacerdotes esse non poterunt secundum legem, nec solennia illa luera percipere: ita nunc impij sacerdotum.

BEDAE VENERABILIS presbyteri eiusdem Euang. expositio.

1. Cor. 9.

est creatus. Propterea vnumquodque membrum nil minus se habere intelligens, secundum ministerium, ad quod est creatum, nec amplius: nec inuideri alteri membro, quasi plus habenti, nec spernari alterum membrum, quasi minus habens. Sic est inter & sanctos, vnusquisque sancti honor, non est honor eius, sed actus ipsius. Vt puta Apostoli, apostolatus putatur a nobis honor esse ipsius apostoli, verè autem non est honor eius: sed ministerium eius. Vnde Paulus de apostolatu suo dicebat: Nam si euangelizem, non est mihi gloria, necessitas enim mihi incumbit. Vnde enim mihi, si non euangelizauero. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Similiter & diaconatus. Diaconi contemptibilitas videtur a nobis: verè autem non est contemptibilitas eius, sed actus ipsius. Propter quod Deus nec apostolum amplius diligit, quàm diaconum, quia apostolus est: nec diaconum minus quàm apostolum, quia diaconus est: quia nec apostolus pro merito suo antecedenti honoratus est, vt esset apostolus: sed ad hoc ministerium aptus est iudicatus secundum motum animæ suæ. Propter quod neque apostolus laudem habebat apud Deum, quia apostolus fuit, sed si opus apostolatus sui bene impleuit: neque diaconus exprobandus est, quia diaconus fuit, sed si opus suum neglexit. In nullo ergo hominis est honor, nisi in quo bene impleuit opus suum: & nulla contemptio eius est, nisi in quo neglexit proprium opus. Vnde sicut pes libenter seruit oculo quasi sibi seruenti, sciens quia nisi oculus suo ministerio fuerit vsus, nec ipse suo poterit vti: & oculus libenter seruit pedi, quasi sibi seruenti, sciens quia nisi pes suo officio fuerit vsus, nec ipse suo poterit vti: sic & sancti inuicem sibi debent esse subiecti, vt minori maior non inuideat, quasi maiori: sed libenter ei obsequatur, quasi sibi seruenti in eo ipso, quod maior est: & maior non contemnat minorem, quia maior est, sed libenter ei obsequatur quasi sibi seruenti. Hec omnia tractauimus propter duos fratres, qui petierunt sibi primatum, quum non debuissent: & decem apostoli indignati sunt contra eos, quum non debuissent. Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam in redemptionem pro multis. Ad hoc enim ad imaginem Christi facti sumus, vt imitatores efficiamur voluntatis eius, & conuersationis. Nūquid ad similitudinem maiestatis eius sumus creati? Nam ille quidem nostram carnem imitari potuit, nos autem illius diuinitatem imitari non possumus, sed in hoc sumus imago eius, vt quod ei bonum videtur, & apud nos sit bonum, & quod ei malum videtur, & apud nos sit malum. Quicumque autem domino humilitati studente, iam tantis student, non est imago Christi. Et qui domino paupertatem amante, diuitiarum amator est in hoc seculo, repellit a se Christi similitudinem. Non est verus discipulus, qui non imitatur magistrum: nec est vera imago, quæ similis non est auctori.

EIVSDEM IN IDEM Euang. Rom.

Dominus Iesus Christus conditor ac redemptor noster, vulnera superbiae nostrae sanare desiderans, & ipse cum in forma Dei esset, forma hominis assumpta, humiliavit semetipsum factus obediens vsque ad mortem: nos quoque si culmen veræ sublimitatis conscendere volumus, iter humilitatis arripere præmonet: nos si veram vitam videre cupimus, & aduersa quaque præsentis seculi, & ipsam quoque mortem patienter ferre præcepit. Promisit nobis dona gloriae, sed præmisit certamina pugnae. Dixit promittens, Erit merces vestra magna, & eritis filij altissimi: sed prædixit iubens, Diligite inimicos vestros, benefacite, mutuum date, nihil inde sperantes. Ita igitur præmia pollicetur electis, vt & digna præmiis

Luc. 13.

Mat. 14.

Mat. 10.

Mat. 19.

Mat. 17.

Mat. 21.

miis merita præmonstret: sic vitam donat æternam, vt per angustam portam, & arctam viam ad hanc perueniendâ esse decernat. Vnde ait: Contendite intrare per angustam portam. Contentione etenim non parua opus est, si quis ad alta velit ascendere. Nam cum tanto sudore vertices montium subeamus, quantum necesse est conari, vt conuersationem in cælis habere & in monte sancto domini de quo canit Psalmista, mereamur quiescere. Vnde etiam in hodierna euangelij sancti lectione cum filij Zebedæi ab eo sedes regni peterent, confestim illos ad bibendum calicem suum, hoc est, ad imitandum passionis suæ agonem renouat: vt meminissent quia celestium summa petere non nisi per abiecta & aspera terrestrium deberent. Accersit, inquit, ad eum mater filiarum Zebedæi cum filijs suis adorans, & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei, Quid vis, ait illa. Die vt sedent hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. Nemo autem æstimet matrem hæc pro filiis absque illorum consensu, ac voto petisse, sed potius intelligat vnanimit omnium consilio eorum fuisse dispositum, vt per matrem, quam maxime dilectam domino nouerat, suum illi desiderium discipuli patefaceret. Vnde hæc referens euangelista Marcus, tacito matris interuentu, discipulorum vero solummodo, quorû appetitum sciebat, facit mentionem. Et accedunt, inquit, ad eum Iacobus & Ioannes, filij Zebedæi, dicentes: Magister, volumus vt quodcumque petierimus, facias nobis. At ille dixit eis: Quid vultis vt faciam vobis? Et dixerunt: Da nobis vt vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram sedeamus in gloria tua. Illos ergo tantum accedere ad dominum & eum rogare auserit, quorum voluntatem in rogando potius conspicit, & quorum horratu matrem ad rogandum nouit esse communitam. Creandum est autem, quod illa maxime causa, vel muliebrem matris affectum, vel carnales adhuc discipulorum animos ad hæc postulanda concitauerit, quia meminissent sermonis domini cum ait: Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel, nossetque se inter discipulos specialius a domino diligi, se specialius cum beato Petro consocios sæpe factos arcanorum, quæ ignorarent ceteri, quod frequens sancti euangelij textus indicat. Hinc est enim quoddam ipsi quoque quo modo Petro, nouum ab illo nomen imponitur, vt sicut ille qui prius Simon dicebatur, per fortitudinem ac stabilitatem fidei impugnabilis vocabalum Petri meruit, ita & isti Boanerges, hoc est, filij tonitruj vocarentur: quia videlicet & vocem patris super dominum in monte clarificatum, vnâ cum Petro audiret, & plura alijs discipulis mysteriorum secreta cognoscerent: quod quæ ad rem plurimum pertinebat, se integro corde domino adherere, & maxima illi dilectione sentiebant amplecti. Ideoque nõ discredebant fieri posse, vt circa eum vicinus ipsi in regno sederet: præsertim cum videret Ioannem pro singulari puritate mentis & corporis tanto amore habitum, vt in coena in sinu ipsius recumberet. Sed quid eis dignitatem sedium querentibus ipse cognitor mentorum ac sedium distributor responderit, audiamus. Respondens autem Iesus, dixit: Nescitis quid petatis. Nesciebant etenim quid peterent, qui in re-

gno celestis patriæ quenquam ad sinistram Christi sessurum esse putabant: cum in illa discretionem nouissimi examinis omnes electi ad dexteram summi regis ac iudicis legatur esse statuenti. Nil quippe sinistram vita illa, nil habet felicitatis æterna reprobum, nil pax sempiterna recipit caducum. Sinistra autem Christi cum in bono accipitur, præsens sanctæ ecclesiæ vita intelligitur. Vnde scriptum est: Longitudo dierum in dextera eius, in sinistra eius diuitiæ & gloria. Longitudo quippe dierum in dextera, sapientia videlicet nostri redemptoris est: quia in illa superne habitationis patria electis & angelis & hominibus lux indefectiua donatur. In sinistra illius diuitiæ & gloria, quia & in huius exilio peregrinationis diuitiis virtutum & gloria fidei, donec ad æterna perueniamus, reficimur. De qua videlicet gloria dicit Apostolus, Et gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei: non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus. De quibus item diuitiis: Quia in omnibus, inquit, diuites facti estis in illo, in omni verbo & in omni scientia. Nesciebant quid peterent, quia autumabant humano arbitrio præligi posse, quibus quisque sedibus in futuro, qua retributione donetur. Et potius dominum precabantur, vt fiduciam & gloriam spei quam habebant, vsque ad finem firmum bene merendo perducerent: scientes quia quicquid boni agerent, ipse inæstimabili mercede remuneraret. Et quidem laude digna est pia simplicitas eorum, qui fiducia deuotæ mentis federe in regno circa dominum poscebant: sed multo dignius laudabitur prudens humilitas eius, qui conscientia propria fragilitatis aiebat, Elegi abiectus esse in domo Dei mei magis, quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Nesciebant quid peterent, qui sublimitatem potius prætorium a domino, quàm operum perfectionem quærebant. Sed celestis eos magister quid primo quærendum esset insinuans, renouat ad viam laboris qua ad brauium perungere possint retributionis. Potestis, inquit, bibere calicem quem ego bibiturus sum? Calicem suum dicit amaritudinem passionis, quæ infidelium acerbitate crebro iustis offertur. Nam hanc quisquis humiliter, patienter, gaudenter pro Christo suscipit, merito cum illo sublimiter regnabit. Quia ergo filij Zebedæi cum illo sedere desiderabant, admonet eos primo passionis suæ sequi exempla, & ita demum apte maiestatis culmen apperere. Quem viuendi ordinem cunctis fidelibus sequendum docet Apostolus, dicens: Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul etiam & resurrectionis eius erimus. Dicunt illi: Possumus. Mentem quidem deuotionemque suam, qualis in presenti erat, simpliciter domino pandebant, dum se calicem eius bibere posse testabantur: qui tamen quantæ infirmitatis adhuc essent, postmodum parenter ostendebant, dum adueniente tempore quo ipse dominus eundem calicem biberet, etiam illi cum cæteris discipulis eo relicto fugerunt. Sed non diu metus idem bibendi calicis eorum corda premebat, quin potius qui passuro domino fugerunt, eo resurgente ocyus redierunt: & quia passionis turbine terrente trepidauerunt, fulgentis resurrectionis eius triumpho confirmati sunt: atque accepta sancti spiritus gratia firmum de relicto pectus ad bibendum domini calicem tenebant.

Mat. 25.

Proverb. 5.

Rom. 5.

1. Cor. 1.

Rom. 6.

Mat. 26.

Matth. 11.

Joan. 5.

bant, quia ad patiendum moriendumque pro illo iam inuincibiles esse cœperunt impleta eius promissione qua dixit, eos calicem suum esse bibituros. Nam sequitur. *Ait illis: Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam & sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo.* Seder ad dexteram saluatoris, qui in superna beatitudine de presenti eius visione letatur: sedet ad sinistram, qui in hac peregrinatione sanctæ eius ecclesiæ sacerdotali regimine præsidet. Sed in tuendum solertius quomodo se petentibus discipulis dicat verax magister, Non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo, cum alibi dixerit ipse, Omnia mihi tradita sunt à patre meo, ideòque constet, quia quæcunque pater de derit, vel parauerit dona fidelibus, hæc eadem vna cum eo filium parare sive dare. Nam & rursum dicit de patre dominus, Quæcunque enim ille fecerit, hæc filius similiter facit. Si ergo omnia quæcunque pater fecerit, hæc & filius similiter facit, quomodo dicit filius, Non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo, nisi quia idem filius & Deus, & homo est: Ideòque per euangelium suum aliquando ex voce diuinæ maiestatis, quæ æqualis est patri, aliquando ex voce loquitur humanæ assumptionis, quæ æqualis factus est nobis. In hac autem lectione quia humilitatis formam erat præbiturus hominibus, cuncta maxime ex assumpti hominis natura loquitur. Nam & in principijs, vt mater ad eum cum filiis petitura aduenit, quæsiuit ab ea quid vellet, interrogas quasi homo, quasi nescius occultorum, quasi ignarus futurorum, qui in æternitate diuinæ potentie omnia nouit antequam fiant. Et quia illa in precibus humanitatis eius, potius quam diuinitatis memoriam prætulit, postulans sedem filijs à dextris eius & sinistris, qui in habitu corporeo dexteram habuit & sinistram, sed in diuina maiestate nulla membrorum est compositione formatus, consequenter & ipse tacita impassibilis gloria deitatis memoriam passionis quam humanitas erat suscepturus, in medium protulit, atque hanc discipulis imitandam proposuit, cum de uocant eorum sponsonem sua etiam attestacione confirmasset, dicens: *Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam & sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo.* Ac si aperte diceret: Passionem quidem quam secundum carnem subeo, vos patiendo estis secuturi, sed non est meum secundum ipsam in qua patior humanæ fragilitatis substantiam, donorum cælestium vobis munera dare, quæ dignis quibusque ad percipiendum sunt à patre parata, me patietur cum illo in diuinitate cum illo parante ac dante: quia omnia quæcunque ille fecerit, hæc & ipse per diuinitatem potentie similiter facio. Quia verò idem filij Zebedæi promptum gerebant animum ad bibendum calicem domini, constat eos cum cæteris apostolis dignitatem sedium quam querebant accepisse: non tamen ea distinctione qua petebant, vt vnus à dextris in regno eius, alter sederet à sinistris, sed iuxta quod supra exposuimus, ambo prius ad sinistram eius ad tempus, ambo nunc ad dexteram eius sedere perpetuo meruerunt. A sinistris quippe Christi sedebant, cum regendis in hac vita fidelium populis apostolico iure præsidere, illo nimirum in regno, de quo ipse ait: Regnum Dei intra vos

est. Seder à dextris nunc in illa qua mortem neficit vita, iudices mundi cum illo, vtrunque hanc sedem illis ipse filio, cum patre parante. Neque enim largitio donorum in eis separari potest, in quibus vnitas nature semper inseparabilis manet, eodem filio attestante qui ait: Ego & pater vnus sumus. Neque enim hoc sine consideratione transcendendum, quomodo dixerit dominus indifferenter filios, Zebedæi calicem suum bibituros, cum nouerimus vnum ex his, Iacobum scilicet, per effusionem sanguinis vitam finistralium verò, id est Ioannem, in pace ecclesiæ quiescisse. Nam de Iacobi martyrio Lucas aperte testatur, quia misit Herodes rex manus vt affligeret quosdam de ecclesiâ, occidit Iacobum Ioannis fratrem gladio. De cuius passione etiam historia ecclesiastica rem quandam dignam memoria refert. Quandoquidem, inquit, & ci qui obtulerat eum iudici ad martyriû, Iacobum scilicet, motus etiam ipse confessus est se esse Christianum, ducti sunt, inquit, ambo pariter ad supplicium. Et dum ducebantur in via, rogauit Iacobum dare sibi remissionem. At ille parumper deliberans, pax tibi inquit, & osculatus est eum. Et ita ambo simul capite plexi sunt. Porro de Ioanne narrat historia fideles, quia cum sciret sibi superuenisse diem recessus sui, conuocatis discipulis suis in Epheso, per multa signorum experimeta promens Christum, descendit in desolatum sepulcræ suæ locum, & facta oratione postens sit ad patres suos, tam extraneus à dolore mortis, quam à corruptione carnis inuenitur alienus. Quomodo ergo calicem domini bibere dictus est, de quo constat, quia nequaquam per mortem passionis de corpore exiuit, nisi quia duobus modis idem calix bibituri, vno videlicet cum à persecutore illata mors patienter suscipitur, alio, cum mens ad passionem prompta habetur, cum vita martyrio digna geritur? Nam & Ioannes ipse quoniam sit paratus ad potandum pro domino mortis calicem docuit, quando cum cæteris apostolis, sicut in actibus eorum legitur, carcerem & verbera gaudenti animo tolerabat, quando propter verbum Dei & testimonium Iesu in Pathmos insulam exilio relegatus est, quando sicut historia ecclesiastica narrat, à Domitiano principe missus est in feruentis olei dolium, de quo tamen propitio domino tam sospes & mûdus exiit, quam fuerat mente & vita castissimus: & in exilium ab eodem missus, quo magis humano solatio destitutus esse videbatur, eo ampliori supernorum ciuium meruit frequentia consolari. Vnde ipse quoque veraciter calicem domini cum fratre Iacobo qui occisus est gladio, bibisse intelligitur, quia qui tanta pro veritate sustinuit, quam promptus etiam ipsam mortem si offerretur exciperet ostendit. Sed & nos, fratres charissimi, etiam si nil tale persequamur, si non vincula, non verbera, non carceres, non supplicia corporis alia, non vllam hominû persecutionem, propter iusticiam toleremus, calicem tamen salutatis accipere, & martyrij palmam obtinere valeamus, si castigare corpus nostrum & seruituti subiacere curamus, si in spiritu humilitatis & animo contrito domino supplicare assuescimus, si illatas à proximo contumelias placida mente suscipere satagimus, si & eos qui nos odio habent, qui iniurias nobis inferunt diligere, his bene facere, pro horum vita & sospitate

Luce. 17.

Joan. 10.

Act. 12.

Euangelij. c. 9. h. 17. c. 10. h. 17.

Act. 14.

Act. 16. c. 21.

Act. 14.

Rom. 12.

Phil. 15.

Luce. 6.

Luce. 12.

Rom. 8.

Matth. 26.

Matth. 27.

sospitate studeamus exorare, si cum virtute patientiæ bonorum quoque operum fructibus adornari contendimus. Taliter enim conseruantibus nobis, & corpora nostra, iuxta Apostoli vocem, hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem exhibentibus, domino largiente dabitur, vt communi cum eis qui membra sua in mortem pro Christo dederunt gloria remuneremur: quia sicut mors illorum, sic & vita nostra preciosa fit in conspectu domini, diuinitate vinculis carnis, & ipsi actia supernæ ciuitatis intrate, atque inter choros beatorum martyrum vota gratiarum redemptori nostro reddere merebimur, qui viuuit & regnat cum patre in vnitate spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum, Amen.

ERICI IN IDEM
Euang. Hom.

Domini, ac redemptor noster, prauideus discipulorum animos de sua passione turbandos, longè antè eis & poenam eiusdem passionis, & gloriam suæ resurrectionis prædicere voluit: vt, cum eum morientem cernerent, resurrectionem quoque, sicut eis prædixerat, minimè dubitarent. Et crebro quippe hoc ipsum eis prænuuciauerat: sed, quia temporis accessu, quod audierant, labi à memoria poterat, idcirco iterum ad passionem, & secundum eos ducturus, iteratò eis futura prædicit, quatenus eos contra venientem tentationem præpararet, ne veniente crucis persecutione, & passionis ignominia, terrentur. Minus enim afficiunt mala, quæ præsciuntur. Nâ subiti casus, etiam fortissimos quosque obruere solent. Assumpsit, inquit, duodecim discipulos suos. Initio suæ prædicationis plures dominus voluit habere discipulos, & quibus duodecim elegit, quos & Apostolos nominauit, quibus Euangelij sacramenta committeret, & per quos totum mundum ad suam fidem conuocaret. Quibus & alibi dicit: Vos estis, qui permanistis mecum in tentationibus meis. His ergo assumptis secreto, ait illis: Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis, & condemnabitur eum morte. Attendendum quòd dominus filium hominis tradendum, & morte condemnandum dicit: qui cum sit idem filius Dei, & filius hominis dominus Iesus Christus, solus tamen filius hominis, id est, humanitas assumpta, tradi, & comprehendi, ac passioni & morti subiaceret potuit. Simul & illud considerandum, quia penè in omnibus sancti euangelij locis potius se dominus filium hominis, quam filium Dei appellat: vt videlicet nobis ad memoriam reducat, quid pro nobis factus sit. Nam qui erat Deus excelsus supra omnia, factus est homo humilis inter omnia. Sed quantò magis ille humanitatis suæ infima commendat, tantò magis nos sublimi diuinitatis eius venerari, ac glorificare oportet. Tradetur, ait, principibus sacerdotum. Primum enim ad Annan sacerdotem, deinde ad Caiphæ domum adductus est, qui erat pontifex anni illius. Et condemnabitur eum morte. Morte eum condemnauerunt, quando clamauerunt dicentes; Reus est mortis: Et, Tolle, tolle, crucifige eum. Et tradit eum gentibus ad illudendum. Traditus est gentibus: quia sicut textus passionis eius aperte loquitur,

vincum adduxerunt eum, & tradiderunt eum Pontio Pilato præfidi, qui vtiq; gentilis erat, non Iudæus. Ipse verò flagellatum eum tradidit militibus Romanis ad crucifigendum. Sciendum autem, à multis dominum fuisse traditum. Tradidit nanque eum Deus pater, iuxta quod Apostolus ait: Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Tradidit se ipse filius, eodem Apostolo dicente: Qui dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. Tradidit eum Iudas Iudæus, Iudæi nihilominus tradiderunt eum Pilato, Pilatus, vt dictum est, tradidit eum militibus. Si ergo eum Deus pater tradidit, & si ipse tradidit, quid Iudas, & Iudæi peccauerunt? quid tantum sceleris admiserunt, vt sic executioni, & horrore sint omnibus in Christum creditibus? Sed in re vna dispar fuit affectus. Quod enim Deus pater cum cœterno sibi filio fecit, amore, & dilectione humani generis: hoc fecit Iudas, hoc Iudæi fecerunt odio, & inuidia. Ideòque Deus pater dignissime cum Christo filio suo benedixit, & continuis laudibus prædicatur: illi verò æterna maledictione, & supplicio condemnantur. Tradetur, inquit, gentibus, ad illudendum, & flagellandum. Illus est dominus, quando (sicut euangelium refert) suscipientes eum milites, velauerunt faciem eius, & induerunt eum purpura, & plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius, & venientes dixerunt: Aue rex Iudæorum, & dabat ei alapas. Flagellatus est, ad columnam religatus, in qua hodieque fusi cruoris indicia feruntur apparere. Quòd verò prius flagellatus, deinde crucifixus est, ex Romano more factum est, qui reos, & morti adiudicatos, primum flagellis verberabant, deinde securi cadebant. Et die tertia resurgit. Solet scriptura diuina tribus lera subiungere. Vnde & dominus prædictam suæ passionis ignominiam, resurrectionis è vestigio futuræ gloria euacuauit, subdens; Tertia die resurgit. Et iure, die tertia, quia author vite, diu à morte teneri non potuit. De quo Psalmista dicit: De torrente in via bibet: quia videlicet mortem nostram in transitu gustauit, & caro illius corruptionem non vidit. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, aduersans &c. Mater filiorum Zebedæi, ipsa est Maria mater Iacobi, & Ioannis, cuius & in resurrectione domini mentio agitur. Sed cum dominus suam superius legatur prædixisse passionem, quòd videlicet tradendus, & illudendus, & flagellandus esset, querendum, vnde mater filiorum Zebedæi ad hanc regni opinionem inducta sit, vt filiis à domino regnandi cum eo gloriam quereret. Ea enim, quæ dominus in se implenda prædixerat, contraria videbantur gloriæ regni. Sed quia dominus subiunxerat se die tertio resurrectionem, putauit hæc mulier post resurrectionem illic eum in mundo regnaturum, arbitris in primo aduentu domini implendum, quod in secundum promittitur. Ideòque immemor futurorum, audire feciminea præsentem gloriam concupiscit. Sed & vsque hodie Iudæorum opinio est, Christum suum, cum venerit, per mille annos feliciter in mundo regnaturum; omnibusque gentibus imperaturum, ipsosque Iudæos omni pace, & prosperitate gauisuros, atque ab omnibus populis esse venerandos. Hac opinione correpta fuit hæc mulier, ideòque errore muliebri, & affectu

Rom. 8. Ephes. 5.

Matth. 27.

Et sic Iudei Romæ visitur

Psal. 109. Psal. 11.

ctu materno, filiis volbat regnum impetrare. Quod verò dominus interrogat quid illa vellet, non de ignorantia facit, sed ex dispensatione: ut videlicet illius petitio nota omnibus fieret, sicque & dominus aptè responderet. Respondens Iesus, dixit: Nescitis quid petatis. Matre postulante, non matri dominus, sed filiis respondit: quia non erat alibi dominus dicit; Baptismate habeo baptizari, & quàm coartor, vsque dum perficiatur? In passione quoque patrem orat: Si vis, transfer calicem istum à me. Interrogat ergo illos, si possent bibere calicem, quem ipse erat bibiturus, per hoc se & illos per passionem insinuans consummandos. Quod illi intelligentes, responderunt; Possimus. Et dominus; Calicem inquit, meum bibetis. Quæri solet, quomodo ambo hi fratres, Ioannes videlicet, & Iacobus, calicem domini biberint, cum solum Iacobum legamus pro Christo ab Herode capite castrum, Ioannem verò in pace quicquid, & propria morte vitam finisse. Sed legimus in historiis, ipsum quoque causa nominis Christi multa sustinuisse. Nam & cum cæteris Apostolis cæsus in Actibus apostolorum inuenitur, & deinceps à Domitiano Cæsare in feruentis olei dolium missus, itémque ab eodem principe propter inuictam euangelizandi constantiam, in Patmos insulam exilio narratur fuisse relegatus. Videmus ergo non defuisse animam martyrio, & ipsum quoque bibisse calicem passionis, quamvis persecutor non fuderit eius sanguinem. Sedere autem ad dexteram meam, & sinistram, non est meum, dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo. Quod dicit; Non est meum, dare vobis, ita sentiri potest: non est meum, sed vestrum. Non est meum dare, quia regnum caelorum in accipientis est potestate. Quicumque enim talem se exhibuerit, ut dignus sit regno caelorum, hictalis illud accipiet, quia regnum caelorum, non persona, sed vita consequitur. Si itaque & vos tales fueritis, ut digni sitis accipere illud regnum, quod Deus pater solis victoribus, & vsque in finem in bono perseverantibus preparauit, vos quoque illud absque dubio accipietis. Siue etiam alio sensu; Non est meum, dare vobis, hoc est, non est meum dare illud regnum superbis, & elatis, quod adhuc erant. Si ergo illud vultis accipere, nolite esse, quod estis, id est, nolite esse elati, quia tales indigni sunt accipere regnum caelorum. Ergo prius humiliamini, & tunc vobis quoque preparabitur regnum caelorum. Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus. Non contra matrem indignantur, sed ad filios referunt præsumptionem huiusce postulationis,

2. Tim. 2.

Luc. 11. Luc. 22.

Act. 12.

Act. 17.

FFabatur huius in casibus historia uide.

Non excludit proprietas diuina gratia, sed in cooperatione consistit.

quod quasi ignorantes mensuram sui, immodica cupiditate ad petendum regnum exarserint. Iuxta quod dominus quoque supra non petenti matri, sed tacentibus filiis respondit, Nescitis quid petatis. Ex qua domini responsione, simul & decem apostolorum indignatione, datur intelligi, quod filij matrem intinguerint ad grandia petenda. Iesus autem vocauit eos ad se, & ait: Scitis quia principes gentium dominantur eorum, &c. Humilis, ac benignus magister, formaque omnium magistrorum, nec illos duos de immodica, & irrationabili petitione, nec hos decem de indignatione, & liuore, quem contra illos habebant, redarguit: sed tale ponit exemplum, quo manifestè doceat illum verè esse maiorem, qui minorem se exhibuerit: illumque existere primum, qui fuerit secus omnium. Qui ergo vult fratrem præuenire regnando, præueniat eum se humiliando. Vincatur obsequio, quem vult vincere dignitate. Frustrà igitur illi grandia quærebant, frustra & isti de illorum insolenti desiderio indignantur, cum à domino doceantur, ad summam dignitatis culmen, non potentia, sed humilitate conscendere. Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis. Proponit illis ex seipso formam discendæ humilitatis, ut, si docentis verba paripenderent, inuitarentur exemplo. Non venit, inquit, filius hominis ministrari, id est, ut ministraretur ei, sed ministrare. Si ego, inquit, qui cum sim Dei filius, & Deus, propter vos homo factus, non ad hoc in mundum veni, ut hominum obsequia, vel ministeria mihi requirerem, sed ut ipse potius vobis obsequerem, vobisque ministrarem: quare vos homines ab hominibus, mortales à mortalibus superba seruitia requiritis, non ut natura, cui satis parua sufficiunt, necessitatibus subueniatis, sed ut maiores, & celsiores cæteris appareatis? Attendant hoc ecclesiarum præpositi, & cæteri: audiant à domino, quia gentilis, & non ecclesiastica consuetudinis est, subiectis dominari, & super eos, quibus prelati sunt, potestatis domini exercere. Discant igitur boni magistri exemplo, non se factu superbiæ super minores extollere, sed potius illis se contemperare, atque æquales in omnibus se exhibere studeant, quatenus ab illo, qui non venit ministrari, sed ministrare, caelestem mereantur consequi magistratum. Ministravit autem dominus, quando in cæna linteo se præcinxit, & omnium discipulorum pedes lauit. Ministravit etiam, cum in crucis altari seipsum pro nostra redemptione Deo patri hostiam obtulit. Vnde sequitur; Et dare animam suam redemptionem pro multis. Commendandum memoria; quod non, pro omnibus, sed, pro multis se dicit animam suam dare: pro iis videlicet, qui credere voluerint: pro iis, qui sunt de numero saluandorum, & ad vitam æternam prædestinatorum.

CHRISTIANI DRVTH-
mari eiusdem Euang. expositio.

ET ascendens Iesus Hierosolymam. Quia præuidebat dominus discipulorum animos de sua passione perturbandos, ideo frequentius eis prædixit, ut & memoria retinerent, & tunc constantiores essent. Assumpsit duodecim discipulos suos

Non potestatem in se habet, sed potestatem in nomine.

Ioan. 13.

secretor.

secretor: & ait illis. De turba segregauit eos: quia non erat in populis prædicandum mysterium crucis, donec perfectum esset. Ecce ascendimus Hierosolymam. Ecce, aduerbium est demonstrantis: quia in via erat, cum ascendebat ad passionem. Ascendere autem dicitur de Hiericho ad Hierusalem: de oriente ad meridiem: quia Hierusalem quasi altior cæteris ciuitatibus erat: quia caput regni illius erat in vmbilico terræ illius. Diues variarum opum, frugibus fertilis, aquis illustis. Quam sem filius Noë, qui dicitur est Melchisedech edificauit, & in ea regnauit. Sed eam postea Iehusæi tenuerunt, & Iebus vocauerunt, quæ vsque tunc Salem vocata fuerat. Ex quibus duobus nominibus Hierusalem dicta est: quæ à Dauid postea comprehensa, à Salomone reparata, Hierosolyma quasi Iebus Salomonis dicta est. Ab Helio Adriano, vltime Heli dicta est. Et filius hominis traditur. Filius hominis: quia secundum quod filius sanctæ Mariæ fuit, ista sustinuit. Principibus sacerdotum. Ab Iuda, qui cum illo tunc erat. Et contemnunt eum morte. Id est ad iudicium eum dignum morti: quamuis falsè. Et tradunt eum gentibus. Pilato & militibus, qui Romani erant. Ad deludendum. Quod fecerunt quando velauerunt caput eius: & percutiebant eum, & dicebant. Prophetiza. Et flagellandum. Quia flagellatus est ad columnam. Et crucis fixum, extra portam. Et tertia die resurget. Hoc ad consolationem discipulorum adiungit. Sed sicut Lucas dicit, nihil intellexerunt Apostoli: quia non potuerunt credere quod ipse qui sic erat exaltatus in populis, potuisset ad tantum improprium peruenire. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæ. Sicut sequentia ostendunt, matrem istam filij hortati sunt ad hæc petenda. Audierant dominum dicentem: quia resurgeret tertia die, & putabant statim regnum domini futurum, quod erit post diem iudicij: & ideo ista per matrem petebant: Ioannes & Iacobus. Qui dixit ei, quid vis. Non ideo interrogat quod nesciat, sed ut ad dicta eius congruentius respondeat: & dat etiam puris hominibus exemplum, ne ante respondeant, quam audiant: quomodo Salomon dicit. Qui ante respondet quam audiat: stultum se esse demonstrat: & consilio dignum. Ait illi. Die ut sedeat hi duo filij mei: vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram tuam in regno tuo. De sessione quoque super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Et volebant ipse esse primi de ipsa sessione: quia non erat adhuc perfecti. Respondit dominus. Nescitis quid petatis. In hoc quod dominus mulieri petenti filius dicit, nescitis quid petatis, ostendit petitionem matris ex filiorum suggestionem descendere. Et sicut alius euangelista dicit, antequam causam discerent petierunt, ut concederet quodcunque postularent. Sed dominus ut daret exemplum hominibus, nec conceffit, nec negauit donec audiret. Quis enim debeat concedere, antequam sciat quid cõcedat? Nam si malum fuerit, aut erit reus mali si concefferit, aut mendax. Qui enim sine vita & opere locum superiorum quærebant, adhuc insipientes secundum Deum erant: & in vitam æternam, non per viam nec per ostium, sed aliunde volebant ascendere. Sed tales custodes non habet illa dignitas, ut possit aliquis malo ingenio adipisci: ut fit in isto seculo. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum. Per ca-

licem passio intelligitur: vnde & dominus vicinus passioni orabat, pater si possibile est transfer calicem istum à me. Et psalmista dicit. Calicem salutaris. Dicunt ei, possimus. Et in responsione dicant considerent: sicut dixerat Petrus. Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Ait illis. Calicem quidem bibetis: hoc est passiones meas sustinebitis. Quaritur quomodo calicem domini isti duo biberint. Nam de Iacobo certum est, quomodo per martyrij palmam vitam finierit: ab Herode nepote decollatus. Ioannes autem sub Traiano principe in pace vitam finiuit. Sed si recolamus scripturas, inueniemus multum passum illum pro Christo. In synagoga enim Iudeorum cum reliquis apostolis flagellatus est, ac post voluntarie pro domino in Græcia exulauit: & deinde etiam longe in Pachtos relegatus: & ad vltimum in feruentis olei dolium demissus: talia multa pro Christo sustinuit, in quibus reuertitur domino quod ab ipso primum acceperat, bibendo calicem eius. Sedere autem ad dexteram meam, & sinistram, non est meum dare vobis. Hoc est non est personarum acceptio apud Deum: non est dantis, sed accipientis: illius qui se talem preparat, ut dignus sit acceptioem. Nec qui dicit, sed qui facit, accipit ipsum locum. Non est meum dare superbis, quales vos estis: sed humilibus. Si vultis habere, mutare mentem. Estote humiliores omnibus: & certare ut vincatis diabolum, & tunc dabitur vobis à patre meo & à me. Non solum ab isto homine, quem putatis flectere iniuste per mulieris supplicationem: siue, non est meum dare vobis, tali modo quo vos petitis, sed victoribus paratum est à patre meo ab initio seculi. Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus. Non mulieri indignati sunt, sed filiis: quia intellexerunt quod illa præmonita à filiis hæc petierit, qui ignorabant adhuc mensuram suam: & ideo exarserat in immodicam cupiditatem. Iesus autem vocauit ad se & ait. Ad se vocauit, de turbis propinquare fecit: volens eos omnes secrete castigare: illos de ea petitione non sibi conuenienti: istos de indignatione contra fratres. Fecit ut pius magister: mansuete reuult quomodo deberent se omnes humiliari, & seruire fratribus: non principari in potestatibus, aut cum malo ingenio potestatem acquirere: sicut multi faciunt Christiani. Scitis quia principes gentium dominantur eis: & qui maiores sunt, potestatem exercet in eos. Dat exemplum per contrarium: scilicet cauendum non imitandum, ut illud scientes, aliter studeant facere. Qui maiores sunt in isto seculo, per tyrannidem sunt, & per potestatem sunt super eos maiores: quia omnis diues aut iniquus, aut iniqui hæres. Hæc figura apud seculares à contrariis dicitur: veluti cum quis alicui viam vult monstrare rectam: dicit. Ad sinistram est fouea: non ut in illam incidat, sed ut caueat dicit. Simili modo dominus inquit. Non ita erit inter vos. Scilicet quia sapientia huius seculi, stultitia est apud Deum. Sed quicquid voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister. Hoc est quod alibi dixit. Qui se humiliat in hoc seculo, exaltabitur à Deo in alio. Nec illi appetant per vana verba: nec vos indignemini si alij voluerit habere: sed & vos & illi qui voluerint inter vos primi esse, sint vestri serui. Vnus est sensus, & in ministro & in seruo. Et ut arctius eorum in corde figuratur, sum adhuc exemplum dicens. Sicut filius

Non excludit Dei gratiam, hæc intellegendum.

Bibl. Hom. tom. 2. G 2

hominis non venit ministrari, sed ministrare. Omnia acta domini, quae in primo adueto egit, in exemplum nobis ostensa sunt humilitatis. Ipsi enim, cum esset conditor orbis terrarum, non placuit principari in hoc seculo, sed pauper fieri, pedibus ad praedicandum pergere, infirmos visitare, turbas satiare, discipulorum pedes lauare, & reliqua pietatis officia per semetipsum agere, & ad ultimum dare animam suam pro multis: non dicitur, pro omnibus, sed multis, iis, qui credere voluerint. Similiter & in canone Missae canitur de sanguine domini, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

THEOPHYL. EPISCOPI
Bulgar. superioris Euang. expositio.

Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedae cum filiis suis, adorans &c. Opinabantur filii Zebedae, quod vadens Hierosolyma dominus regnatura esset regno quodam temporalis. Audierant enim eum saepe dicentem, Conscendimus Hierosolyma. Passi autem sunt humanum quid, & accedentes ad matrem persuadent, ipsi reuerenti in manifesto accedere: clanculo enim accedebat & ipsi, vt Marcus dicit. Accesserunt enim, inquit, ad eum Iacobus, & Ioannes. Hoc est, priuatum, & seorsum accesserunt ad eum. Respondens autem Iesus dixit, Nescitis quid petitis. Matre praeterita, filiis loquitur: vt ostendat, quod non ignorauerit ab ipsis praemissam matrem, & dicit ad illos; Nescitis quid petitis. Magnum est, & angelicas virtutes concutiens. Deinde abducens illos ab huiusmodi cogitationibus, ad pericula magis hortatur. Interrogat autem, non ignorans, sed vt cogar manifestare vltis per responsum, & studcant implere promissionem. Hoc enim dicit; Quia non potest quis fieri particeps regni mei, nisi & meorum passionum particeps fiat, dicite mihi, num possitis familia pati? Poculum enim dicit martirium, & suam mortem: simul ostendens, quod leue sit, & quod oporteat nos tam facile illud aggredi, quam si bibendum esset poculum: & delectans quod ipse suauiter accedat ad mortem. Sicut enim bibens poculum, statim dormit grauat: sic & qui martirij poculum bibit, in mortis somno defertur. Baptisma quoque mortem suam nominat, quod nos omnes purificet. Hi vero nescientes quid promitterent, sed solum spectantes ad id, quod cupiebant, omnia facile pollicebantur. *Ait illis, Poculum quidem meum bibetis, &c.* Scio quidem vos testificaturos, & euentem haec omnino. Iacobum enim Herodes occidit, Ioanne autem Traianus condemnauit praedicantem verbum veritatis. Porro sedere, non est meum dare, sed quibus praeparatum est: sic intellige. Si inuenis fuerit quis cum veritatis testificatione, omni alia virtute praeditus, ille accipiet donum. Illi enim praeparatum est, qui laborauerit, sicut & certantibus corona sunt praeparata. Quasi dicat illis, Nescitis meum dare ad gratiam coronam, sed quibus praeparatum est, hoc est illis qui cucurrerint, & vicerint. Sic autem & hoc loco dicit Christus, Ego non possum ad gratiam dare vobis sedem a dextris: aliorum enim est, qui laborauerint, & illis praeparata est. Rogabis igitur consequenter, Quienam sessuri sunt? Dices autem, quod nullus ibi

Mar. 10.

Vita aeterna quomodo fit donum &c. meum simul.

sessurus est: hoc enim solius diuinae naturae est. Ad quera enim angelorum dicit, Sede a dextris meis! Verum hoc dominus dixit iuxta illorum opinionem. querebant enim hanc sedem, non intelligentes quod sedere super duodecim sedes, sit glorificari propter virtutem. *Et quum audissent decem, indignati sunt de duobus fratribus, &c.* Vbi viderunt duodecim illos a Christo increpatos, tunc & ipsi indignati sunt, & doluerunt illos sibi praefatos in honore. Adhuc enim erant imperfecti. Nam illi aduersus decem insurgunt, hi duobus inuidebant. Postquam igitur decem his auditis turbati fuerunt, accersit illos, vocatione antea sermonem demulcens. Etenim filij Zebedae auulsi ab aliis conuersabantur cum ipso. Praesens igitur omnibus sit. Sciens enim quam sit tyrannica, & graui indigeat reprehensionis plaga ambitio, acrius eos perstringit, & abicit eos in infidelium, & gentilium portionem, si inani gloriae studere voluerint: & sic eos inhortatur dicens; Alij quidem homines, qui regunt, clari sunt: & amare primas, gentilium portioem est affectio. Meos autem discipulos humilitas commendat, & honorabiles facit: atque adeo qui maior esse voluerit, debet iis, qui opus habet, ministrare, id quod praecipue humilitatis est, & ego in meipso ostendo. Cum enim sum princeps, & rex caelorum, humiliavi meipsum, ita vt vobis ministrem ad salutem, & in tantum ministrem vobis, vt & animam meam ponam redemptionem pro multis, hoc est, omnibus: Omnes enim multi.

pp. 100.

EVTHYMI ZIGABONI
superioris Euang. expositio.

Et quum ascenderet Iesus Hierosolyma, assumpsit duodecim discipulos suos seorsum in via, & ait illis, &c. Ascendens iam ad passionem rursum praedicat discipulis, quae futurum est, vt ipsi contendant, vt, crebro illis praedicando, auferat vehementem eorum tristitiam. Seorsum autem de his disserit illis. Siquidem non multos haec scire oportebat, ne offenderentur. Nam, si haec audientes discipuli turbabantur, multo magis turba: Cur ergo non dictum est de his & ad turbas? Dicitur est quidem, sed non manifeste: Sic erit, inquit, filius hominis in corde terrae tribus diebus, & tribus noctibus: & alibi similia illis obscure dicebat, sicut in sequentibus inueniemus. Verum, quum haec non intelligerent, quare omnino ea dicebat illis? Vt, quum postmodum ea cognoscerent, scirent, quod passurus erat, praecognoerat, & voluntarie ad passionem venerat. Sed neque discipulis principio particulariter de his loquutus est, sed primum quidem obscure, deinde manifestus. Nunc veto, quum tandem passionis opinione exercitati sunt, etiam alia particularis addit: quod tradent eum gentibus, siue militibus Romanis, praesidem agente Hierosolymis Pilato, quodque hi illudent eum, & flagellabunt, ac crucifigent. *Et tertio die resurget.* Vbi tristitia dixisset, addit etiam quod consolationem adferat: vt, quum illa viderint, etiam hoc expectent. Lucas vero Christum quoque eis dixisset ait; Et consummabuntur omnia, quae dicta sunt per prophetas de filio hominis, & quod ipsi nihil horum intellexerunt. Prophetarum quidem particulariter de omnibus, quae passurus

sup. 10.

Luc. 18.

passurus erat, praedixerunt: & nisi in longum protrahendus esset sermo, omnes de his afferrem in medium prophetas: discipuli vero tunc nihil horum intellexerunt, quae videlicet per prophetas scripta erant, sed erat, sicut idem scripsit Lucas, verbum hoc absconditum ab eis, siue ignoratum: hoc inquam; *Tertio die resurget:* nec intellegebant, quae dicebantur de illo. Addit quoque & aliam huius ignorantiae causam Chrysothomus: quia de alio quidem, qui ab alio excitatus esset, & audierant, & viderant: de mortuo vero, qui seipsum excitasset, neque audierant, neque viderant. Praeterea & de eo, quod occidendus esset Christus, vbi ad humanas respiciebant operationes, credebant hoc & contristabantur: vbi vero diuinas in mentem assumebant, increduli permanebant, nec intelligebant, quae dicebantur de hoc, id est, non suscipiebant tales de hac re sermones, suspicantes & hos aliquam esse parabola. *Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedae, &c.* Quum supra dixisset saluator discipulis; Quum sederit filius hominis in sede gloriae suae, sedebitis & vos super duodecim sedes, audissentque filij Zebedae Iacobus, & Ioannes, arbitrati sunt sedem gloriae dici thronum regni, quo Hierosolymis regnatura esset. Quumque paulo ante rursum dixisset: Ecce ascendam vs Hierosolyma, & sequar meum: non ea de afflictionibus intellexerunt, vt superius significauimus, sed sperabat insitare iam regnum eius. Siquidem prophetas quoque audiebant appellantes Christum regem Israel. Statim ergo praecminentiae amore capti sunt: nam se praeter caeteris honorari sciebant: sed Petrum timebant. Ideo primum quidem, vt ait Marcus, ipsi soli ad eum accedunt dicentes; Magister volumus, vt, quicquid petierimus, facias nobis. Ille autem dixit eis; Quid me vultis facere vobis? At illi dixerunt ei; Da nobis, vt vnus a dextris tuis, & alter a sinistris tuis sedeamus in gloria tua. Verum non cognoscentes ideo se passos esse repulsam, quod indigna peterent; ad supplicationem assumunt & matrem. Interrogat autem Christus primum quidem illos, deinde & matrem illorum tanquam homo: simul etiam vt eorum responso fieret quodammodo affectus sui confessio. Respondens autem Iesus dixit, Nescitis, quid petitis. Sedere enim a dextris, & a sinistris in regno meo, magnum est, & supra dignitatem non hominum tantum, verum etiam supernarum virtutum. Siquidem regnum meum non est ex hoc mundo, prout vos putatis. Quia vero opinabantur tempus illud non regni solum esse, sed etiam quietis: hoc quoque, quod in se est, corrigat: demonstrans hoc potius esse tempus afflictionis, & caedis. Ait enim; *Poculum bibere poculum quod ego bibiturus sum, &c.* Poculum dicit mortis, & baptismum qui fit per sanguinem. Nam & poculum, & baptismum vocat eodem poculum quidem, vt pote leto animo pro hominibus susceptum, baptismum vero, tanquam purificationem ipsorum. Addens autem; *Quod ego bibiturus sum, &c.* Quo ego baptizor, subindicat, quod qui afflictionibus eius non communicat, neque regno suo communicabit. Dicitur ei, *Postulamus.* Omnia promittunt, petitionem consequi cupientes. Chylost. autem dicit, quod, neque poculo, & baptismum intellectis, a sola animi prom-

sup. 10.

sup. 10.

sup. 10.

ptitudine gratiam querebant. Quid ergo Christus? *Et ait illis, Poculum quidem meum bibetis, &c.* Prophetabat eis, quod ipsi quoque occidendi essent, ac martyrij morte honorandi. Et de Iacobo quidem nouerunt omnes, quod ab Herode Tetrarcha sit interemptus. De Ioanne vero questio est apud multos. Aiunt enim, quod, quia infallibile est Christi vaticinium, & ille nondum martyrij mortem sustinuit, nondum mortuus est, sed adhuc viuit: & cum Enoch, & Elia circa seculi consummationem occidendus est. Chrysothomus autem manifeste docet, quod mortuus est, & interemptus. Nam interpretando eius euangelium, ait de illo secunda homilia; Euangelio totum comprehendit orbem, corpore vero mediam obtinuit Asiam dico sane Ephesum: anima autem ad illum secessit locum, qui sanctis congruus est. In prima vero dicit, quod etiam Christi bibit poculum, & baptismum eius baptizatus est: voluntate enim & hic interemptus est, plaga martyrij susceptis, & passus innumera propter Christum pericula. Nam athleta, ac martyr dicitur non solum qui violente mortuus est propter Christum, verum etiam qui flagellatus est, aliaque multa passus propter eum. Inuenimus siquidem & post hunc plerisque certasse quidem, verum animam in pace Deo commendasse: nec propter hoc dicit quisquam eos a martyrij excelsae dignitate. Quod autem mortuus sit, ipse idem ait; in Euangelio quidem dicens; Non dixit ei Iesus; Non moritur. In libro autem Apocalypsis sub persona Saluatoris: Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt tot diebus amici facis. Hi autem sunt Enoch, & Elias. *Sedere autem a dextris meis aut a sinistris, &c.* In praecedentibus diximus, quod sedere a dextris eius, aut sinistris, excelsae dignitatem, non hominum solum, verum etiam supernarum virtutum; nullus itaque sedebit. Et quomodo hic dicit; *Non est meum dare: sed is coninger, quibus paratum est a patre meo?* Ostendit enim quosdam sessuros. Dicimus ergo, quod, quum praecminentiam inter discipulos peterent, nunc Christus cathedram a dextris, & sinistris, dicit primam inter ipsos sedem, qua Petrus, & Paulus digni habitus sunt principes discipulorum, vt qui plus caeteris laborauerunt. Et quomodo, qui omnipotens est, ad hanc dandam reditur impotens? Quod dixit; *Non est, non impotentiae est, sed iustitiae.* Nam, quia gratis sibi dari primatum petebant: Non est, inquit, meum dare gratis primatum, siue primam sedem: id siquidem significat. *Dare:* iustus enim sum, non personarum acceptor: sed hoc (ait) est illorum, quibus paratum est a patre meo. Paratum est autem iis, qui digni sunt, vt hoc consequantur. Non enim sola mihi caede communicare, primam conciliat sedem: sed primas omnium ferre etiam in caeteris virtutibus. Inde autem maxime traduxit illos. *A patre meo,* autem dixit, tum vt patrem honoraret, tum vt seipsum demonstraret tanquam idem cum patre potentem. Ego inquit, & pater vnum sumus. *Et quum audissent decem indignati sunt de duobus fratribus.* Duo quidem supra decem discipulos elati fuerant: decem vero de duobus inuidebat, eo quod primas sedes desiderauerant: & ita omnes imperfecti erant. Nondum enim spiritus sanctus descenderat: sed postmodum ipsos perfecte cognoscito, & videbis omni affectu liberos, ac

act. 11.

apoc. 11.

ergo Deum non tribuit bonis aeterna, nisi dignis, qui saluetur diuinae gratiae conoperantur.

Ioan. 10.

inuicem extollentes, & mutuo primatus concedentes. Tunc itaque indignati sunt, siue grauitertulerunt. Siquidem quando frequenter Christus illos præ cæteris honorauerat, non ægre tulerat, ipsum scilicet veriti. Quando autem per se primatum petierunt, indignati sunt: & maxime cognito, quod exauditi non essent: ex præceptoris enim responsione intellexerunt quid petissent. *Iesus autem, advocatis illis, dixit.* Quia duo ab aliis diuini ad eum accesserant, & astantes colloquebantur, aduocat & alios: ac primum quidem turbatos placat, per coadunationem, quæ inter se & illos erat. Deinde ait, *Scitis, quod principes Gentium dominantur eis, &c.* Cognito, quod hoc sine duo illi petierant primatum, ut cæterorum haberent principatum: hoc intentum carpit quasi à Gentibus sumptum. Principes, inquit, Gentium, & qui magni sunt inter illas, dominantur, & potestatem exercent in alios. Non ita autem erit inter vos, qui mei estis. Deinde docet etiam quo pacto oporteat parare primatum. Audi ergo quid dicat. *Sed quisquis voluerit inter vos magnus fieri, &c.* Sicut superius eosdem dixit principes, & Magnos: ita & nunc eundem vocat Magnum, & primum. Hæc autem omnia ad subiectionem dixit, ut quæ singulis vtilis est. Dicit ergo: Potestatem in alios exercere, Gentium est: ego verò legem vobis statuo parandi principatus, à ministrando aliis, eiusque seruando. Qui enim hoc facit, illum ego magnum, ac primū declaro, & hic apud me primatum habebit. Deinde seipsum quoque ponit in exemplum, qui nō solum omnibus ministrat, sed etiam pro omnibus moriatur. *Sicut filius hominis non venit ut sibi ministraret, &c.* Sit, inquit, hic aliorum minister & seruus, quemadmodum ego non veni in mundum, ut aliqui mihi ministraret. Quamquam enim socius Petri, & Martha soror Lazari, aliæque mulieres ministrabant ei, non ta-

mēn quasi ipse harum ministeria cuperet. Non ergo veni, ut ministraret mihi ab aliquibus, sed potius ut ipse aliis ministrarem, curans, ac sanans quorundam animas, quorundam corpora, quorundam & animas, & corpora: quodque ministerio, ac seruitio maius est, ut tradam animam meam redemptionem pro multis, qui serui facti erant diaboli. *Multis*, autem, dicit nunc, pro omnibus. Frequenter enim scriptura multos dicit pro omnibus tradidit animam suam, omnesque redemit: quamquam multi sua sponte in seruitute manserunt. Quodam etiam modo animam suam tradidit patri. Exclamauit enim moriens, Pater, in manus commendabo spiritum meum. Atqui non à patre, sed à diabolo detinebamur. Aduertendum autē ad difficultatis solutionem, omnem redemptionem, siue precium liberationis in aliis sitam esse, aut venire in potestatem eius, qui alios retinet, eosque, qui detinentur, per illius manum liberari. *Paterium* vero, quod à Christo datum est, vt pote differenti modo, & omni alio pretio supernaturalius, liberauit sanctos, qui detinebantur: ipsum vero non venit in potestatem eius, qui illos retinebat, quum illud non posset accipere. Patri autem hæc tradidit, tanquam animam filij sui: ideo etiam quasi dato iam pretio, quamquam nō potuerit illud tyrannus accipere, liberati sunt, qui detinebantur. Et quomodo tradidit animam suam redemptionem pro multis? Quia voluntarie seipsum in mortem obrulit pro libertate hominum: moriens enim apta occasione tyrannum perdidit, tanquam occidentem illum qui peccato carebat. Peccati siquidem multa est mors: solus autem Christus peccatum non fecit. Scire autem oportet, quod non sola Christi anima vocatur redemptio nostra, verum etiam sanguis ipsius. Itaque, que nunc de anima eius dicta sunt, de sanguine eius quoque dicuntur.

FERIA V. POST DOMINICAM II. QVADRAGESIMAE.

L V C. 16.



Nillo tempore dixit Iesus discipulis suis, ^a Homo quidam erat diues qui ^b induebatur purpura & bysso, & ^c epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine ^d Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius vlcibus plenus cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & ^e canes veniebant, & linguebant vlcera eius. Factum est autem, ut moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abraham: Mortuus est autē & diues, & sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu eius: & ipse clamans dixit: Pater Abraham miserere mei, & mitte Laz-

^a Quasi ignotus apud Deum, nomine non designatur

^b Hic nisi ad ianam gloriam.

^c Ecce voracitas.

^d Pauper humilis per approbationem ex nomine scitur.

^e Hic nec à sermone potest, nec visitator erat qui remoueret

rum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham: Fili recordare, quia recepti boni in vita tua, & Lazarus similiter mala, Nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris, Et in his omnibus, inter nos & vos estis magnum firmatum est, ut hi qui volunt hinc transire ad vos, non possunt: neque inde huc transire. Et ait: Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraham: Habent Moysen & prophetas, audiant illos. At ille dixit: Non pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, poenitentiam agent. Ait autem illi: Si Moysen & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

GLOSSA ORDINARIA in superius Euang.



Quidam. Contra derisores auros quod proposuit, exemplo astruit, scilicet quod diues apud inferos torquetur, qui Lazarum non fecit sibi amicum, à quo posset recipi in aeterna tabernacula, & magis videtur narratio quam parabola. *Qui induit.* Grego. Purpura color regij habitus est conchis marinis ferro circumcisus emissa. Bysso genus lini candidissimi, & mollissimi. Si cultus preciosarum vestium culpa non esset, sermo Dei non tam euidenter exprimeret, quod diues purpura & bysso indutus apud inferos irremediabiliter torqueretur. Nec reprehenditur diues, quod aliena rapuerit, sed quod sua non erogauerit. Quid ergo illi erit, qui aliena rapit? Hoc etiam hunc inferno tradidit: quia in sua felicitate timidus non fuit, quia percepta dona ad vsum arrogantiae inflexit, quia viscera pietatis ignorauit, quia peccata precio redimere noluit. *Et erat quidam.* Si qua reprehensibilia in pauperibus videmus, despiciere non debemus: quia fortasse quos morum infirmitas vulnerat, medicina paupertatis curat. *Vlcibus plenus.* Huius vlcera diues fastidiosus exhorret, ne inter preciosas epulas, vnguentosque conuiuias, fetorem vlcum lambentibus canibus sustineat. *Cupiens.* In vna re duo iudicia Dei expleatur. Ex visione pauperis diuiti non miserenti cumulus damnationis inferitur & rursum ex visione diuitis, tentatus quotidie pauper probatur: quem ad maiorem ipsius probationem, paupertas simul & aegritudo, & vicia diuitis copia, & nulla sibi adhibita consolatio afficiunt. *Canes.* Potest in lingua canum, lingua significari adulantium: qui vulnera lingunt, dum mala, quæ in nobis reprehendimus, improbo favore laudat. *Alle.* Diues qui induebatur purpura & bysso, & comedebat quotidie splendide, Iudaicum populum significat, qui cultum vitæ exterius habuit, & acceptæ legis delictis vsus est ad nitorem, non ad vtilitatem. Lazarus vlcibus plenus gentilem populum significat, qui conuersus ad Deum, dum peccata cõfiteretur, virus, quod intus larebat, quasi rupta cute foras emitit. Et cupiebat saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo il-

li dabat: quia gentilem quenquam ad cognitionem legis admittere superbus ille despiciat. Quia enim non ad charitatem, sed ad elationem doctrinam legis habuit, quasi de acceptis opibus tumuit. Et quia ei verba desinebant de scientia, quasi micæ cadebant de mensa. Sed econtra pauperis vlcera canes lambunt, quia dum prædicatores loquendo à peccatis eripiunt, quasi tangendo vulnera ad famitatem reducunt, sicut canis curat vulnera, dum lingit. Vnde Lazarus adiutus, bene interpretatur: quia ipsi hunc ad creptionem iuuant, qui eius vulnera per linguam correctionem curant. *In sinu Abraham.* Sinus Abraham, est requies beatorum pauperum, quorum est regnum celorum, in quo post hanc vitam recipiuntur. Sepultura inferni, poenarum profunditas est, quæ superbas & immisericores post hanc vitam vorat. Sinus Abraham, requies est patris: in qua recumbunt venientes ab oriente & occidente cum Abraham, Isaac & Iacob: sed filij regni purpura & bysso induti, foras eiciuntur. *Et sepul.* in lege non tenacia, sed rapina damnatur. In euangelio diues quod sita non dedit torquetur. *Eleuans autem.* A longè videt infideles, dum in imo positi ante diem iudicij, infideles super se in requie attendunt: quorum gaudia post contemplari non possunt. Læge est quod conspiciunt, quia illuc per meritum non attingunt. *Refrigeret linguam meam.* Infidelis populus verba legis in ore tenuit, quæ in opere seruare contempsit. Ibi ergo amplius ardebat, vbi se ostendit scire quod facere noluit. Ab extremo digito se tangi desiderat: qui aeternis suppliciis datus, opæ operatione iustorum vltima participare. *Fili recordare, quia recepti boni in vita tua:* quia omne tuum gaudium felicitatem transitoriam putasti. Habent & iusti in mundo bona, sed quia in recompensatione non recipiunt: sed ad aeterna sanctis desiderijs æstuant, quæ assunt minime bona videntur. *Memento sili.* Ecce Abraham filium vocat, quem tamen à tormento non liberat: quia præcedentes patres huius populi multos à sua fide deuialle cõsiderant: nec vlla compassione à tormentis eripiunt, quos tamen filios per carnem recognoscunt. *Habeo enim quinque fratres.* Iudaicus populus iam ex magna parte damnatus, sequaces quos in terra reliquit, quinque libris Moysi carnaliter intellectis, vel quinque corporis sensibus deditos nouit. Quinque sunt ergo fratres, quos ad spiritualē

intelligentiam non assurgere gemit. *Si Moysen & prophetas non audimus, neque si quis ex mortuis resur. cre. ei.* Ex mortuis dominus resurrexit, sed quia Iudaeus populus Moysi credere noluit, ei qui resurrexit credere contempsit. Et cum Moysi verba spiritaliter intelligere noluit, ad eum quem Moyses praedixerat, non peruenit. Vnde veritas: Si crederetis Moysi, crederetis vtiq; & mihi. *Vidit Ios. 5. Abra.* Grego. in home. Credendum est, quod ante retributionem extremi iudicii iniusti in requie quosdam iustos conspiciant, vt eos videntes & conspicientes in gaudio, non solum de suo supplicio, sed etiam de illorum bono cruciuntur. Iusti vero in tormentis semper iniustos intuentur: Vt hinc eorum gaudium crescat: quia malum conspiciunt quod misericorditer euaserunt: Vt etiam peccatores in iudicio amplius puniantur, & eorum vident gloriam quos contempserunt: & de illorum poena torquentur, quos inutiliter amauerunt. *Vt iningat.* Qui micas cadentes de mensa, Lazaro non dedit, de extremo eius digito aquam distillari in ore suo cupit: & qui minima in vita non dedit, in inferno minima quaerit. *Quia reco.* Augu. Nota quod diues iste aliquid boni habuit. Ex quo bonum transitorium in hac vita recepit: & Lazarus aliquid mali habuit, sed ignis inopiae purgavit. *Et in his omnibus.* Sicut reprobi a poenis ad gloriam sanctorum transire volunt, ita iusti per misericordiam mente ire volunt ad positos in tormentis, vt eos liberent, sed non possunt quia iustorum animae & si in naturae suae bonitate misericordiam haberent tamen auctoris sui iustitiae coniunctae, tanta rectitudine constriunguntur, vt nulla ad reprobos compassione moueantur. Nota quod apud animam iustorum non sulcat beatitudinem aspecta poena reproborum, quia vbi iam compassio misericordiae non erit, minuire bonorum letitiam non valebit. Et licet iusti sua gaudia sufficiat, ad maiorem tamen gloriam vident poenas malorum, quas per gratiam euaserunt: quia qui claritatem Dei vident. Nihil in creatura agitur, quod videre non possint. *Rogo ergo.* Postquam ardenti de se spes tollitur, animus ad propinquos recurrit: quia reproborum mentem poena sua quandoque inutiliter erudit ad charitatem, vt iam tunc etiam suos spiritaliter diligant: qui hic dum peccata diligere, nec se amabant. Seruatur ergo diuiti ad poenam, & cognitio pauperis quem despexit, & memoria fratrum quos reliquit, vt de visa despecti gloria, & de poena inutiliter amatorum amplius torqueatur. *Vt mittas.* Serius diues iste magister incipit esse, cum iam nec discendi tempus habeat, nec docendi. *Si Moysen.* Qui verba legis despicunt, redemptoris praeccepta qui ex mortuis surrexit, quanto subtiliora sunt, tanto haec difficultius implebunt: & cuius dicta implere renuunt, ei proculdubio credere reculant. Nota quod in villicis illius superiore, & istius diuitis praesentis comparatione, incensum fit misericordiae: & sibi fortasse sanctis, quos amicos dicit, quibus tabernacula tribuit, hic vero docet pauperibus conseruandum.

CATENA AVREA

in idem Euang.

BEda. Admonerat supra dominus facere amicos de mammona iniquitatis, quod audientes

pharisaei deridebant: deinde illa quae proposuerat, exemplis astruit, dicens: *Homo quidam erat diues.* Chryso. Erat, non est, quia praeterit quasi umbra fugiens. Non autem omnis sancta paupertas aut diuitiae criminosa, sed vt luxuria infamat diuitias, ita paupertatem commendat sanctitas. Sequitur: *Et induit pur. & bysso.* Ambr. Purpura color regij habitus est, & conchis marinis ferro circuncilis emissa. byssus vero genus lini candidi & mollissimi. Grego. in ho. Si autem subtilium preciosarumque vestium cultus culpa non esset, nequaquam sermo Dei hoc tam vigilanter exprimeret. Nemo quippe vestimenta pretiosa nisi ad inanem gloriam quaerit, vt honoratior ceteris esse videatur. nemo enim vult ibi pretiosis vestibus indui, vbi ab aliis non possit videri. Chryso. Cinerem & puluerem & terram purpurae & serico protegebat: secundum vestimenta eius, ita & epulae: & nos quales epulae, talia & vestimenta. vnde sequitur: *Et epulabatur quo. splen.* Greg. 1. mor. Vbi solerter inruendum est, quia celebrati sine culpa conuiuia vix possunt, penes semper epulas concomitatur voluptas. Nam cum corpus in refectiois delectatione resoluatur, cor ad inane gaudium relaxatur. Sequitur: *Et erat quidam mend. no. 1. lazarus.* Ambr. Narratio magis quam parabola videtur, quando etiam nomen exprimitur. Chry. Parabola vero illa est, vbi exemplum ponitur, & tacentur nomina. Interpretatur autem Lazarus qui adiuuus est: pauper enim erat, & illum dominus adiuuabat. Cyril. Vel aliter: Praesens sermo de diuite & Lazaro similitudinariè scriptus est in parabola, vt innotescat quod qui terrenis affluunt opibus, nisi velint optulari necessitatibus pauperum, grauem incurrent sententiam. Refert autem traditio Iudeorum Lazarum quendam fuisse tunc temporis Hierosolymis extrema pressum inopia & infirmitate, cuius meminuit dominus introducens eum in exemplum ad maiorem sermonis manifestationem. Grego. in ho. Notandum etiam est, quia in populo plus solent nomina diuitum quam pauperum sciri. Dominus autem nomen pauperis dicit, & nomen diuitis non dicit: quia Deus humiles nouit atque approbat, superbos ignorat. Vt autem amplius probaretur pauper simul hunc & paupertas & aegritudo tangebant. Sequitur enim: *Qui iacebat ad ianuam eius vlcibus plenus.* Chryso. Ideo iacebat ad ianuam, ne diues diceret: Non vidi, nemo mihi nuntiavit. videbat eum exiens, & reuertens: ideo vlcibus plenus, vt crudelitatem diuitis suo corpore demonstraret. mortem corporis tui vides iacere ante ianuam, & non misereris. si Dei praeccepta non consideras, saltem conditionis tuae miserere, & time ne ipse talis efficiaris, & rogatio autem habet aliquod solatium, si opus habet. Quanta ergo in isto poena est, in quo inter tanta vulnera non meminit dolores plagatum, sed famem? Sequitur enim: *Cupit saturari de micis &c.* quasi dicat. Quod prolicis de mensa, hoc praebere in elemosynam, fac damna lucrum. Ambr. Insolentia autem & tumor diuitum in diuitis competentibus subinfertur. sequitur enim: *Et ne illi da.* Ita enim sunt conditionis humanae immemores, vt tanquam supra naturam siti, de miseris pauperum incentiua sua capiant voluptatum, rideant in opem insultent egredi: & quorum misereri deceat, his auferant. Aug. de ver. do. Inexplicabilis enim auaritia diuitum,

diuitum, nec timet Deum, nec hominem veteratur: non patitur patri, amico fidem non seruat, viduali opprimere, rem pupilli inuadit. Grego. in ho. Insuper pauper videbat procedentem diuitem ab obsequentiis circumflecti, se infirmitate & inopia, à nullo visitari: nam quia nemo ei ad visitandum aderat, restantur canes qui licenter vulnera eius lingeant. Sequitur enim. *sed & canes, &c.* Chry. Vlcerata quae nullis hominum lauare dignabatur & contereare, ferae mites lambunt. Grego. in ho. Ex vna ergo re omnipotens Deus duo iudicia exhibuit, dum Lazarum pauperem ante ianuam diuitis iacere permittit, vt & diues impius damnationis sibi augetur vltionem, & tentatur pauper cresceret ad remunerationem: quia conspiciebat ille quotidie qui miseretur, videbat iste de quo probaretur. *Fatum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinu Abrahae. &c.* Chryso. Audiuimus quid vtriq; in terra passi sunt, videamus quid vtrique patiantur apud inferos. Quod temporale fuit praeterit: quod sequitur, aeternum est. Vterque mortuus est: illum angeli, hunc poena suscepit. Dicitur enim. *Fatum est autem vt moreretur.* Tanta poena repente deliciis commutatur. Portatur post tantos labores, quia defecerat, ne saltem ambulans laboraret: & portabatur ab angelis. Non suffecerat ad portandum pauperem vnus angelus, sed propterea plures veniunt vt chorum laetitiae faciant. gaudet vnusquisque angelus tantum onus tangere, & libenter talibus oneribus praegauantur, vt ducant homines ad regna caelorum. Portatur est autem in sinu Abrahae, vt illum palparet, & recollaret. Sinus Abrahae paradisi est. Ideo autem angeli ministrantes tulerunt pauperem, & locauerunt eum in sinu Abrahae, quia licet despectus iaceret, non tamen desperauit, nec blasphemauit, dicens: Hic diues in nequitia viuens gaudet, & tribulationem non patitur, ego vero nec obtinere valeo necessariam escam. Augu. de orig. anime. Quod autem Abrahae sinum existimas esse corporeum, veretur ne in re tanta ioculiter non serio agere crederis. Neque enim vique adeo deciperis vtrabitris corporum sinum hominis vnus ferretor animas: imò vt secundum te loquar tot corpora, quot illum angeli sicut Lazarum perferunt, nisi opineris fortasse illam animam solum ad eundem sinum peruenisse meruisse. Si errare pueriliter non vis, sinum Aarabae intelligere remota sedem quietis atque secretam, vbi est Abraham & ideo Abrahae dictam, non quod ipse tantum sit, sed quod ipse multarum gentium pater sit, qui ad imitandum fidei principatum praepositus est. Grego. in hom. Cum autem duo essent inferius corda, pauperis scilicet & diuitis, vnus desuper erat inspector qui & pauperem tentando exercebat, ad gloriam & diuitem tolerando expectabat ad poenam, vnde sequitur. *Mortuus est autem & diues.* Chryso. Mortuus quidem est nunc corpore, sed erant illi ante omnia mortua, nihil enim agebat ex operibus anime: nam totus feruor eius qui provenit ex dilectione proximi exspirauit, & erat corpore defuncto, defunctior. Nullus autem est qui speliendo diuiti ministrasse dicitur vt Lazaro: eo nanque quod in lato itinere delectatus multos habuit obsequentes, adulatores, vt perueniat ad finem priuatus est omnibus. Simpliciter enim sequitur: *Et sepultus est in inferno.*

Sed etiam anima eius dum viueret, sepeliebatur obruta corpore quasi sepulchro. Augu. de qua, euan. Sepultura autem inferni poenarum profunditas est, quae superbos & immisericos post hanc vitam vorat. Basil. Est autem infernus quidam locus communis in intimo terra obumbratus vndique, & opacus, cuius est quoddam ostium in profundum tendens: per quod patet descensus animabus ad mala damnatis. Chryso. Vel sicut regum carceres extra manent, sic & extra mundum foris alicubi est infernus: vnde & exteriores tenebrae dicte sunt. Theoph. Quidam vero dicunt infernum esse transitum ab apparenti ad disparens & deformitatem animae. Quoad diu animam peccatrix in corpore est, apparet per proprias operationes: vt autem euolat de corpore, fit deformis. Chryso. Sicut autem pauperi dum viueret grauiorem poenam reddebat iacere ante ianuam diuitis, & aliena bona prospicere: sic diuiti mortuo agebat exitium accubitus in gehenna, & prospectus delectationis Lazari, ne solum tormentorum natura, sed & collatione honoris illius intolerabilis sentiret supplicium. vnde sequitur: *Et euans autem oculos suos, &c.* Eluauit quidem oculos, vt illum inspiceret non vt despiceret: Lazarus enim sursum erat, ille deorsum: illum plures angeli portabant, istum infinita multitudo possidebant. vnde nō dicit: Cum esset in tormento, sed, in tormentis: totus enim in tormentis erat, oculos solos liberos habebat, vt alterius letitiam possit aspicere, vt magis torqueatur, quia non habet quod alius habet: aliorum diuitiae eorum, qui in paupertate sunt tormenta sunt. Grego. Si autem Abraham adhuc in imis non esset, hunc diues in tormentis positus non videret. Eos enim, qui caelestis patriae vias secuti sunt, post egressum carnis inferni claustra tenuerunt, non vt poena quali peccatores plecteretur, sed vt illos in locis remotioribus quietes, quia necdum intercessio mediatoris aduenerat, ab ingressu regni recatus primae culpae retineret. Chryso. Multi autem erant pauperes iusti, sed quia iacuit ad limina eius, aspectui occurrit ad eius tristitiam. Sequitur: *Et Laz. in sinu.* Hinc innotescit quod omnes qui a nobis offenduntur, obiciuntur nostro conspectui. Diues autem Lazarum nō penes alium iustum, sed in sinu Abrahae videt. erat enim Abraham charitativus, hic autē crudelitatis arguitur. Ille sedens ante fores venabatur transeuntes, & in domum propriam ingerebat, hic vero & manentes intrus auerteat. Grego. in ho. Qui nimirum diues eum cuius in hac vita misereri non voluit, in suo iam supplicio positus patronum quaerit. The. Non tamen dirigit sermonem ad Lazarum, sed ad Abraham, quia forsitan crubescere & putabat Lazarum reminisci malorum ex propriis iudicans de illo. vnde sequitur: *Et ipse elatus.* Chryso. Magna enim poenae magnam vocem reddebat. *Pater Abraham.* quasi dicat. Patrem te voco natura quomodo filius qui perdidit suam substantiam, licet meo vitio te patrem perdidit. *Miserere mei.* Frustra agis poenitentiam, vbi non est poenitentiae locus. Tormenta te cogunt, non mentis affectus. Quicumque in regno caelorum est, nescio an eius qui in inferno est valeat misereri. Creator creaturae miseretur suae. Vnus venit medicus qui sanaret morbos, alij sanare non poterant. *Miserere Lazarum:* erras miser, Abraham mittere non potest, sed ut scipere

scipere potest: vt intingat extremam digiti sui in aquam Lazarum videre non dignaberis, & nunc digitum eius desideras. Hoc quod petis, tu ei debebas facere cū adhuc viueret. Aquam desideras, qui delicatos cibos ante fastidiebas. Vide conscientiam peccatoris, non totum audet poscere digitum. Instruimur autem quā sit vtile in diuitiis non cōsidere. ecce diues indiget paupere, qui quandoque esuriebat. Monstratur & notificatur omnibus, quis esset diues, quis esset pauper: sicut enim in theatris cū aduerserit, & allates recedunt exeuntes & amicum deponentes, qui reges & prætore vis fuerant, omnibus vlcibus pleni videntur vt sunt: sic & adueniente morte, & soluto spectaculo, vniuersi laruis egestatis & diuitiarum depositis, ex solis operibus diuidicatur, qui nam verē sint diuites, qui pauperes: qui gloriosi, quive inglorij. Greg. in hom. Diues enim iste qui vlcero pauperi mensae suae vel minuta dare noluit, in inferno positus vsque ad minima quaerenda peruenit. Nam guttam aquae petiuit, qui micās panis negauit. Basi. Condignum autem praemium redditur diuiti illi, ignis & infernalis poena, lingua arefacta, vice litae sonantis gemitus, vice potus desiderium stillae, vice speculatorum enormium caligo profunda, vice ambur incesstantis peruigil vermīs. vnde sequitur: *Pr refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Chryso. Non autem quia diues fuerat, torquebatur, sed quia miserus non fuit. Greg. in hom. Hinc colligendum est quia poena mulctandus sit qui aliena diripit, si inferni damnatione percucitur qui propria non largitur. Ambr. Cruciatu etiam, quia luxurioso carere deliciis poena est, aqua autem est refectio animae in doloribus constituta. Greg. in ho. Quid autē est quod in tormentis positus linguam suam refrigerari postulat, nisi quod is qui conuiuando de loquacitate peccauerat, per retributionis iustitiam in lingua atrocis ardebat: Abūdere enim in conuiuio loquacitas solet. Chryso. Multa etiam lingua eius superba locuta est: vbi peccatum, ibi & poena: & quia plurimum lingua peccauit, amplius torquetur. August. de euang. Vel quod linguam suam vult refrigerari cum in flama totus arderet, significat quod scriptum est, Mos & vita in manibus linguae: & quia ore confessio sit ad salutem, quod per superbiam ille non fecit. Extremum autem digiti, vel minimam operationem significat, qua per spiritum sanctum subuenitur. Aug. de Orig. anima, Dicis quod membra hic animae describuntur: & vis per oculus totum caput intelligi, quia dictus est lenare oculos suos: per linguam fauces, per digitum manum. Quid autem causae est vt nomina ista membrorum in Deo tibi corpus non faciant, in anima faciant? An verō quando de creatura dicuntur, proprie accipienda sunt: quando autem de creatore, tropicē atque transituē? Pennas itaque corporeas daturus es nobis, quoniam non creator, sed creatura, id est, homo dicit: Si assumptero pennas meas diluculo. Porro si propterea linguam habuit diues ille corpoream, quoniam dicitur refrigeret linguam meam: in nobis quoque adhuc in carne viuētibz manus habet ista lingua corporea, quia scriptum est, Mors & vita in manibus linguae. Greg. Nis. Sicut autem praestatissima speculorum tales representant facierum imagines, quales & ipse obiectae facies extant, laetas

quidem latantium, tristium verō tristes, & sic iustum Dei iudicium simile sit dispositionibus nostris: vnde quia diues non fuit miserus pauper iacentis ad ianuam, cum misericordia egeat, non exauditur. Sequitur: *Et dicit illi Abraham, &c.* Chryso. Aspice patriarchae bonitatem: vocat illum filium, quod mansuetudinem eius potest exprime, nullum tum praebet auxilium ei qui se remedio priuaretur. vnde dicit: *Recordare*, id est, animaduertas peccata, ne obliuiscaris quod fueris oblectatus diuitiis, recepisti bona in vita tua, id est, illa quae vera bona esse putabas, non potes & in terra regnasse, & hic regnare: diuitiae non possunt esse verae & in terra & in infernis. Sequitur: *Et Lazarus similiter mala.* Non quod Lazarus ea mala patuerit, sed ex celsura diuitis hoc dicebat qui inopia & sanem & duram aegritudinem aestimabat mala. Quando igitur infirmitatis & aegrotationis magnitudo premit Lazarum, cogitemus & lætenter accipiamus mala in vita nostra. August. de quae. euang. Hæc igitur ei dicuntur quia felicitatem dilexit seculi, nec aliam vitam præter illam in qua superbus tumebat, adamauit. Lazarum autem dicit mala recepisse, quia intellexit huius seculi mortalitatem, labores & dolores, & ærumnas poenam esse peccati, quia omnes in Adam morimur, quia factus est transgressione mortalis. Chryso. Dicit etiam: *Recepisti bona in vita tua*, quasi debita, quasi dicat: Si quid boni fecisti vnde praemium daretur, omnia recepisti in illo mundo, epulās, ditatus, oblectatus, successibus prosperis: hic autem si quid mali commisit, vniuersa recepisti paupertate, fame, & extremis oppressus miseris: & vterque vestrum huc nudus accessit: hic quidem a peccatis, propter quod & consolationem fortitur: tu verō a iustitia, propter quod & immitigabilem perferes poenam. vnde sequitur: *Nunc autem hic consolatur, &c.* Greg. in ho. Quaeunque ergo in hoc seculo bene habetis cū vos bona egisse recollitis, valde de vobis ipsis pertimescite, ne cōcessa vobis prosperitas eorundē remuneratio sit bonorum: & cū quoslibet pauperes nonnulla reprehensibilia perpetrare cōspicitis, quia fortasse quos superfluitas tenuissima prauitatis coinquinat, caminus paupertatis purgat. Chryso. Sed dices: Nonne est aliquis qui & hic & illic venia perfruatur: hoc quidem difficile est, & de numero impossibilium. Nam & si paupertas non vigeat, vrget tamen ambitio. Si aegritudo non stimulet, ita inflammatur: si tentationes non impetunt, saepius cogitationes iniquae. Non est autem paruus labor iracundiam refrænare, compescere illicita desideria, ostentationes sedare, desperationem remittere, vitam asperam ducere. Talia verō non agentem, impossibile est saluari. Grego. in ho. Respondenti etiam potest, quod mali in hac vita bona recipiunt, quia omne suum gaudium felicitatem transitoriam putant. Iusti autem habere hęc quidem possunt bona, nec tamen in compensatione recipere: quia dum meliora, id est, aeterna appetunt, eorum iudicio quilibet bona affuerint, minimē videntur. Chryso. Post misericordiam autem Dei, in propriis studiis sperandum est de salute, non numerando patres, aut proximos, vel amicos. Frater enim non liberat. & ideo subditur: *Et in his omnibus, &c.* Theo. Chaos magnum significat iustorum a peccatoribus tales representant facierum imagines, quales & ipse mansiones nō modicum

cum differunt. Chryso. Quod firmatum dicitur, quia non potest dissolui, agitari vel conuerti. Amb. Inter diuitem igitur & pauperē chaos magnum est, quia post mortem nequeunt merita mutari. vnde sequitur: *Pr hi qui volunt hinc, &c.* Chryso. Quasi dicat. Videre postumus, transire nō possumus, & nos videmus quid fugerimus, & vos videtis quid perdidistis: & nostra gaudia cumulant vestra tormenta, & vestra tormenta cumulant nostra gaudia. Grego. in ho. Sicut enim transire reprobis ad electos cupiunt, id est a suppliciorum suorum afflictione migrare, ita ad afflictos atque in tormentis positos transire iustorum est mente ire per misericordiam, cōsque velle liberare. Sed iustorum animae quantum in sua natura bonitate misericordiam habeant, iam tamen auctoris sui iustitiae coniunctae, tanta rectitudine cōstringuntur, vt nulla ad reprobos compassione moqueantur: nec iniusti ergo ad beatorum sortem transeunt, quia damnatione perpetua cōstringuntur: nec iusti ad reprobos transire possunt, quia erecti iam per iustitiam iudicij, eis nullo modo ex aliqua cōpassione miserentur. Theo. Hinc elicit argumentum contra Orig. sequaces qui dicant: Cum terminus sit imponendus supplicij, erit tempus quo aggregabuntur peccatores iustis & Deo. Aug. de quae. euang. Ostenditur enim per incommutabilitatem diuinæ sententiæ nullum auxilium misericordiae posse praebere peccatoribus a iustis, etiam si velint praebere: quo admonet vt in hac vita homines subueniant, quibus possunt, ne si postea etiam optimē recepti fuerint, eis quos diligunt, opitulati non valeant. Illud enim quod scriptum est, vt & ipsi recipiant vos in aeterna tabernacula, non de superbis & immisericordibus scriptum est, sed de his qui sibi eos amicos de operibus misericordiae fecerunt: quos iusti non velut propria potestate quasi gratificando recipiunt, sed permissioe diuina. *Et ait: Rogo ergo vt pater, vt mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres, &c.* Gre. in ho. Postquam ardenti diuiti de se spes tollitur eius animus ad propinquos quos reliquerat incurrit. vnde dicitur: *Et ait, rogo te pater, &c.* August. de quae. euang. Lazarum petit mitti, quia sensit se indignum qui testimonium perhibeat veritari. Et quia non imperauerat, paululū refrigerari, multo minus credit se relaxari posse ab inferis ad predicationem veritatis. Chryso. Vide autem peruersitatem, nec in ipsis poenis continere veritatem. Si pater est Abraham quomodo dicit: Mittere eum in domum patris mei? Sed non es oblitus patris tui, quia ille te perdidit. Grego. in ho. Reproborum autem mentem poena sua quandoque inutiliter erudit ad charitatem, vt iam tunc etiam suos specialiter diligant, qui hęc dum peccata diligenter, nec se amabant. vnde sequitur: *Habeo enim quinque, &c.* Amb. Serius autem diues iste magister esse incipit, cum iam nec discendi tempus habeatur vel docendi. Grego. in ho. Qua in re notandum est ardenti diuiti quanta supplicia cumulantur: ad poenam namque suam ei cognitio seruatur & memoria: cognouit enim Lazarum quem desepxit, & fratrum suorum meminit quos reliquit, vt enim peccatores in supplicio amplius puniantur, & eorum vident gloriam quos contempserunt, & de illorum poena torquetur quos inutiliter amauerunt. Petenti autem diuiti vt Lazarum mitteretur ad Abraham protinus responderetur. vnde se-

quitur: *Et ait illi Abraham, &c.* Chryso. Quasi dicat. Non sint tibi magis cura fratres tui, quam Deo qui eos creauit, statuitque eis doctores qui eos cōmomerent & sollicitarent. Vocat aut hęc Moysen & prophetas scripta Moisaica & prophetica. Amb. Quo loco euidentissimē declarat dominus vetus testamentum esse fidei firmitatem, retundēs perfidiam Iudaeorum, & excludens nequitias haereticorum. Grego. in ho. Sed qui Dei verba despexerat, hæc audire non posse suos sequaces aestimabat. vnde sequitur. *At ille dixit: Non pater Abraham, &c.* Chryso. Quia enim audiendo scripturas contemnebat, & fabulas esse putabat, ex his quae passus fuerat ipse quoque diudicabat de fratribus. Greg. Nis. Sed & aliud quodam dogma docemur, quod Lazarus quidem anima non est erga praesentia sollicita, nec retorquet se ad aliquod relictorum. At diues quasi quodam visco etiam post mortem ad vita detinetur carnali. Nam si quis omnino carnalis secundum mentem fiat, nec postquam corpus exuerit, remouetur a passionibus eius. Greg. in ho. Sed mox diuiti veraci sententia responderetur. Sequitur enim: *Ait autem illi, Si Moyses & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent ei.* Quia qui verba legis despiciunt, redemptoris praeccepta qui ex mortuis resurrexit, quantum subtiliora sunt, tantō hic difficilius implebit. Chryso. Quod autem verum sit quod qui non auscultat scripturas, nec mortuis rediuius auscultat, ostenderunt Iudei, qui nunc quidem volebant occidere Lazarum, nunc verō inuadebant apostolos, cū tamen a mortuis nonnulli resurrexerint hora crucis. Sed & illud considera, quod quisque mortuus seruus est, quaeunque verō dicunt scripturae, dicit dominus: vnde & si resurgat mortuus, & si cælitus descendere angelus, omnibus magis sunt dignae fidei scripturae: nam angelorum dominus viuorum, & mortuorum eas instituit. Si autem sciret hoc Deus quod mortui resurgentes prodessent viuētibz, non hoc omisisset, qui pro vtilitate nostra singula quaeque tractat. Sed & si crebro resurgerent mortui, hoc iterum tempore cōtemneretur, sed & diabolus facillē introduceret peruersa dogmata, id quoque per organa sua fingens: non quidem suscitans verē defunctos, sed quibuldam fallacis spectantium frustrans intuitum vel ingenias quosdam mortem simulare. August. de curis pro mortuo habendis. Diceret autem aliquis: si nulla est mortuis cura de viuīs, quomodo diues rogauit Abraham vt mitteret Lazarum ad quinque fratres suos? Sed nunquid quia hoc diues ille dixit, ideo quid fratres agerent, vel quid paterentur in illo tempore sciuit? Ita illi cura fuit de viuīs, quantum quid agerēt omnino nesciret: sicut nobis est cura de mortuis, quantum quid agant omnino nesciamus. Sed rursus occurrit quaestio, quomodo hic Abraham esse sciebat Moysen & prophetas, id est libros eorum, vbi etiam nouerat diuitem illum in deliciis, Lazarum verō in doloribus vixisse? Verum non cum hæc agerentur in viuīs, sed eis mortuis potuit Lazaro indicante cognoscere, ne fallum sit quod ait propheta. Abraham nesciuit nos. Possunt & ab angelis qui rebus quae aguntur hęc praesto sunt, audire aliquid mortui: possunt etiam aliqua quae necessarium est eos nosse, non solum praereticia, verum etiam futura. Spiritus Dei rene lan te, cognoscere. Aug. de quae. euang. Per alle goriam

goriam autem hæc sic accipi possunt, vt in diuite intelligantur superbi Iudæorum ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes constituere. Purpura & byssus dignitas regni est. Et auferetur (inquit) à vobis regnum Dei, & palatio splendida iactantia legis est, in qua gloriabantur plus ad p̄pam elationis abutentes ea, quam ad necessitatem salutis videntes. Médicus autem nomine Lazarus, qui interpretatur adiutus, significat indigentem veluti gentiliū aliquem aut publicanum, qui tantò magis adiuuatur, quantò minus de suarum copia facultatum præsumit. Grego. in ho. Lazarus igitur vlcibus plenus genitrem populū figuratiter exprimit, qui dum ad Deum cōuersus peccata sua confiteri non erubuit, huic vulnus in cute fuit. Quid enim est peccatorum confessio, nisi quædam vulnere ruptio? Sed Lazarus vulneratus cupiebat saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Quia gentilem quemque ad cognitionem legis admittere superbi illi: populus despiciebat. Et quia ea verba defluebant de sciētia, quasi micæ cadebant de mensa. August. de quæ. euang. Canes autem qui vlcera pauperis linge bāt, nequissimi homines sunt amātes peccata, qui læta lingua etiam laudare non cessant opera mala, quæ in se alius gemens & confitens detestatur. Grego. in ho. Nonnunquam etiam solent in sacro eloquio per canes prædicatores intelligi, secundum illud: Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Canum etenim lingua vulnus dū lingit, curat: quia doctores sancti dum in confessione peccati nostri nos instruunt, quasi vulnus mentis per linguam tangunt. Diues autem sepultus est in inferno, in sinum verò Abraham, Isaac & Iacob in regno calorū: filij autem regni eiciuntur in tenebras exteriores. De longinquo autem ad videndum Lazarum oculos diues leuat, quia dum per damnationis suæ supplicia infideles in imo sunt, fideles quosque ante diē extremi iudicij super se in requie attendunt, quorum post gaudia contemplari nullatenus possunt. Longe verò est quod conspiciunt, quia illuc per meritum non artingunt. In lingua autem amplius ardere ostenditur, quia infidelis populus verba legis in ore tenuit, quæ opere seruire contempit. Ibi ergo amplius ardebit, vbi se amplius ostendit scire quod facere noluit. Abraham autem filium eum vocat, quem tamen à tormento non liberat, quoniam huius infidelis populi patres, quia multos à sua fide deuiaſſe considerant, eos nulla compassione à tormentis eripiunt, quos tamen per carnem filios recognoscunt. Augu. de quæ. st. Euang. Quinque autem fratres quos habere dicit in domo patris sui, Iudæos significat, qui appellati sunt quinque, quia sub lege detinebantur quæ per Moysen data est, qui quinque libros conscripſit. Chryſ. Vel habuit quinque fratres, id est quinque sensus quibus ante seruiat, & ideo Lazarum amare non poterat, quia illi fratres non amant paupertatem. Illi te fratres in hæc tormenta miserunt, saluari non possunt nisi moriantur, alioquin necesse est vt fratres habitent cum fratre suo. Sed quod queris, vt mittam Lazarum? Habet Moysen & prophetas, Moysen, Lazarus pauper fuit, maiores diuitias esse arbitratu paupertatem

Christi, quam diuitias Pharaonis. Hieremias in lacum missus pane tribulationis vescitur, & omnes propheta istos fratres docent: sed isti fratres saluari non possunt, nisi aliquis ab inferis resurrexerit. Isti enim fratres antequam Christus resurgeret, me ducebant in mortem, ille mortuus est, sed isti fratres resurrexerunt: nunc oculus meus Christum videt, auris eum audit, tactus amplectitur. Et hoc autem quod diximus, locum determinamus Martioni & Manichæo qui destrunt veteris testamentum. Vide ergo quid dicat Abraham, si Moysen & prophetas non audiunt. Quasi dicat. Bene facis eum qui resurrexerit est expectando, sed in illis Christus loquitur: si illos audies, & illum audieris es. Grego. in ho. Iudæicus autem populus, quia Moysi verba spiritaliter intelligere contempit, ad eum de quo Moyses locutus fuerat non peruenit. Amb. Vel aliter: Lazarus est pauper in seculo, sed Deo diues: neque enim omnis sancta paupertas aut diuitia criminosa: sed sicut luxuria infamat diuitias, ita paupertatem commendat sanctitas: sicut apostolicus aliquis pauper in verbo, locuples in fide, qui veram teneat fidem verborum infusus non requirit. Cui similem illum puto, qui casus sæpius à Iudæis vlcera sui corporis lambenda quibusdam, velut canibus offerebat. Beati canes, in quos vlcera tallium distillat humor, vt impleat cor quo custodire domum, seruare gregem, cauere afflicta lupos, & quia panis verbum est, fides autem verbi est, micæ velut quædam dogmata fidei sunt mysteria, scilicet scripturarum. Arriani autem qui societatem potentia regalis affectant, vt impugnet ecclesiam veritatem, nonne tibi videntur in quadam purpura & byſſo iacere? qui cum pro veris fucata defendant, diuitibus abundant sermonibus: Diues hæresis euangelia multa composuit, & pauper fides hoc solum euangelium tenuit quod accepit. Diues philosophia plures sibi deos fecit, pauper ecclesia vnum Deum nouit. Inter huc igitur diuitem, & pauperem chaos magnum est: quia post mortem nequeunt merita immutari: eo quod in inferno diues inducitur, cupiens aliquid de pauperis spiritu refrigerantis haurire. Aqua enim refectio est animæ in doloribus constituta: de qua dicit Esaias: Et saliet aqua cum delectatione de fontibus saluatoris. Cur autem cruciatur ante iudicium? Quia luxurioso carere delictis; pena est. Nam & dominus dicit: Ibi erit fletus, & stridor dentium; cum videritis Abraham, & Isaac, & Iacob, & omnes prophetas in regno calorū. Seruus autem diues iste magister esse incipit: cum iam nec discendi tempus habeat, nec docendi. Quo loco euidentissime declarat dominus, vetus testamentum esse fidei firmamentum, retundens perfidiam Iudæorum, & excludens nequitias hereticorum, à quibus mens supplantatur infirmior. Ipsi enim pusilli sunt, qui adhuc nesciunt incrementa virtutis. Licet autem advertere, quod in villici illius superiore, & istius diuitis præsentis comparatione incientium, misericordia est. Et ibi fortasse sanctis, quos amicos dicit, & quibus tabernacula tribuit, hic verò docet pauperibus conferendum.

si hinc non
si hinc non
si hinc non
si hinc non
si hinc non
si hinc non
si hinc non
si hinc non
si hinc non
si hinc non

Homo autem quidam diues, &c. Narratio magis quam parabola videtur, quando etiam nomen exprimitur. Non ociose autem hic diuitem dominus perfunctum delictis secularibus significat famis apud inferos constitutum significat: Cui non immerito quinque fratres, id est, quinque sensus corporis, naturali quadam germanitate videntur fuisse sociati, qui inmodicis, atque innumeris cupiditatibus æstuant: Lazarum verò in Abrahamæ gremio quasi in quadam sinu quietis, & sanctitatis recessu locauit: ne illecti præsentium voluptate, ad luxuriam in quodam modo redio victi, laborum dura fugiamus. Siue itaque Lazarus pauper in seculo, sed Deo diues, siue apostolicus aliquis pauper in verbo, locuples fide. Neque enim omnis sancta paupertas, aut diuitia criminosa: sed vt luxuria infamat diuitias, ita paupertatem commendat sanctitas. Siue ergo apostolicus, qui veram teneat fidem, verborum infusus, fucum argumentorum, ambitiosa sententiarum velamina non requirit; feneratam mercedem accipit, impugnans hæreticos, Manichæum, Marcionem, Sabellium, Arium, Photinum: Isti enim non aliud quam fratres sunt Iudæorum; quibus perfidia germanitate necuntur. Reprimens quoque carnis cupiditates, quæ illis (vt dixi) quinque sensibus vaporantur, feneratam inquam mercedem accipit, cui compensatio exuberantium copiarum, & perperuitatis vstura est. Nec alienum putamus, vt de fide quoque opinemur hunc esse tractatum, quia Lazarus abiectam de mensa diuitis colligit: cuius vtique vlcera secundum litteram diues fastidiosus horret; nec inter preciosas epulas, vnguentatolque conuiuii festorem vlcera lambentibus canibus sustineret, cui odor acris, & tumor diuitum inditio: quanquam insolentia, & tumor diuitum inditiois inmemores humanae sunt, vt tanquam supra naturam sui, de miseris pauperum incenitiam suarum capiant voluptatum. Rideant inopem; insultet egenti; & quorum misereri deceat, iis auferant. Vtrumque ergo qui volet, tanquam Lazarus colligat. Cui similem illum puto, qui cæsus sæpius à Iudæis, ad patientiam credentium, & vocationem gentium, vlcera sui corporis lambenda quibusdam velut canibus offerēbat: quia scriptum est; Conuertentur ad vesperam, & fame patientur vt canes. Quod agnoscit Chananitis illa mysterium: cui dicitur; Nemo tollit panem filiorum, & mittit canibus. Agnoscit huc panem, non panem esse, qui videtur; sed illum, qui intelligitur: & ideo respondit; Vtique, domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Micæ istæ de illo pane sunt. Et quia panis verbum est; & fides verbi est; micæ velut quædam dogmata fidei sunt. Vnde respondit dominus, vt ostenderet fideliter dictum; O mulier, magna est fides tua. O sancticia vlcera, quæ perpetuum excludunt dolorem! O vberes micæ, quæ repellitis ieiunium sempiternum! que colligentem pauperem æternis explicis alimentis! Abieciat vos de mensa sua archisynagogus, cum

S. AMBROSII EPISCOPI Mediolan. Superioris Euang. expositio.

prophetarum scripturarū, & legis interna mysteria refutaret. Micæ enim sermones sunt scripturarum; de quibus dicitur; Et proiecti sermones meos post te. Abieciat vos scriba, sed Paulus diligentissime colligebat, iniuriis suis colligens plebem. Lambebant vlcera eius, qui morsu serpentis inrepidum, excusso serpente, viderunt, & crediderunt. Lambebat ille catervis cunctis, qui vulnera Pauli lauit, & credidit. Beati canes, in quos vlcera tallium distillat humor, vt adimpleat cor, & impingnet fauces eorum, qui cultodire domum, seruare gregem, cauere afflicta lupos. Pone nunc ante conspectum secularibus Arianos studijs intentos, qui societatem potentia regalis affectant, vt armis militaribus impugnent ecclesiam veritatem. Nonne tibi videntur in quadam purpura, & byſſo stratis iacentes thotis, qui pro veris fucata defendant, ditibus abundare sermonibus; cum iactant dominico terram tremuisse sub corpore: cæſu tenebris obductum, excitata verbo maria, vel sedata: veruntamen Dei filium denegantes? Cōſtitue & illum pauperem, qui sciens non in sermone, sed in virtute regnum Dei esse paucis, quid sentiret, expressit dicens; Tu es filius Dei vixi. Nonne tibi vix videntur egerere diuitia, hæc redundare paupertas? Diues hæresis euangelia multa composuit: pauper fidelis hoc solum euangelium tenuit, quod accepit. Diues philosophia plures sibi deos fecit, pauper ecclesia vnum Deum nouit. Inter huc igitur diuitem, & pauperem chaos magnum est: quia post mortem nequeunt merita immutari: eo quod in inferno diues inducitur, cupiens aliquid de pauperis spiritu refrigerantis haurire. Aqua enim refectio est animæ in doloribus constituta: de qua dicit Esaias: Et saliet aqua cum delectatione de fontibus saluatoris. Cur autem cruciatur ante iudicium? Quia luxurioso carere delictis; pena est. Nam & dominus dicit: Ibi erit fletus, & stridor dentium; cum videritis Abraham, & Isaac, & Iacob, & omnes prophetas in regno calorū. Seruus autem diues iste magister esse incipit: cum iam nec discendi tempus habeat, nec docendi. Quo loco euidentissime declarat dominus, vetus testamentum esse fidei firmamentum, retundens perfidiam Iudæorum, & excludens nequitias hereticorum, à quibus mens supplantatur infirmior. Ipsi enim pusilli sunt, qui adhuc nesciunt incrementa virtutis. Licet autem advertere, quod in villici illius superiore, & istius diuitis præsentis comparatione incientium, misericordia est. Et ibi fortasse sanctis, quos amicos dicit, & quibus tabernacula tribuit, hic verò docet pauperibus conferendum.

S. IO. CHRYSOSTOMI de diuite, & Lazaro Homil. 1.

Homo quidam erat diues. Quoniam dixerat; Ne homo seruus potest duobus dominis seruire; Non potestis Deo seruire & mammonæ. Et reprehensus fuerat à Phariseis, qui avari erant, propterea ponit exemplum; imò in exemplum parabola veritatem. Neque enim in parabola dicenda nomina sunt. Parabola illæ sunt, vbi exemplum ponitur, & tacentur nomina. Vbi autem Bibl. Hom. tom. 2. H tem

tem dicitur Abraham, & propheta, & Lazarus, & Moses, hic verus Lazarus. Si verus est Abraham, verus est Lazarus: Abraham, qui fuerit, legimus: Lazarum autem non legimus. Sed qui fecit Lazarum, ipse fecit & Abraham: si verum dicit Abraham, verum intelligimus & Lazarum. Neque enim vmbra corporis, & mendacium potest congruere veritati. *Homo quidam erat diues.* Vide misericordiam Dei. Lazarus pauper, quoniam sanctus erat, nominatur: iste vero diues, & superbus nec nomine quidem dignus habitus est, *Homo quidam erat diues.* Propterea dicit, *Quidam*, quia quasi vmbra preterit, *Homo quidam erat diues, & induebatur purpura & bysso.* Cinis, & puluis, & terra purpuram & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Secundum vestimenta ita & epulae. Ergo & nobis quales epulae, & vestimenta. *Et erat mendicus nomine Lazarus.* Lazarus interpretatur, qui adiutus est: non est adiutor, sed adiutus. Pauper enim erat, & in paupertate illum dominus adiuuabat. *Qui iacebat ad ianuam eius vlcibus plenus.* Diues iste purpuratus, & splendidus non accusatur, quod auarus fuerit, non quia res alienas tulerit, non quia adulter fuerit, non quia aliquid male fecerit: sola in illo condemnatur superbia. Infelicissime hominum, mortem corporis tui vides iacere ante ianuam, & non miseris? Si Dei precepta non consideras, saltem miserere conditioni tuae, & time, ne & ipse talis efficiaris. Quid seruas in delictis tuis, quod superfluum est: quod iactas, tribue in elemosynam: non dico vt auferas de diuitiis tuis, quod iactas foras, micas mensae tuae praebere in elemosynam membro tuo. *Qui iacebat ad ianuam eius.* Ideo iacebat ad ianuam, vt crudelitatem diuitis in suo corpore demonstraret: ideo iacebat ad ianuam, ne diues diceret, non vidi: in angulo fuit, aspiciere non potui, nemo mihi nuntiabat: iacebat ante ianuam, videbat illum, & exiens & reuerens. Eo tempore, quando te greges feruorum, & clientum prosequuntur, ille iacebat in vlcibus. Si oculi tui putridas carnes aspiciere non dignantur, saltem aures vocem audiant. *Qui iacebat ad ianuam eius vlcibus plenus.* Non habebat vnum vlcus, totum corpus vlcera erant, vt magnitudo poenarum faceret magnitudinem misericordiae. *Qui iacebat ad ianuam eius vlcibus plenus cupiens saturari de micis, quae cadunt de mensa diuitis.* Aegrotatio habet aliquod solatium, si opes habet: sin autem ad infirmitatis magnitudinem est paupertas, duplex infirmitas. Aegrotatio semper delicata est, & in delicatas res accipere non potest, quas fastidit. Quanta vero in ista poena est, & inter tanta vulnera non meminit dolores plagarum, sed famis, cupiens saturari de micis, quae cadunt de mensa diuitis, quodammodo dicens ad diuitem: Sufficiunt mihi micae mensae: Quod proiciis de mensa, praebere elemosynam: fac de damno lucrum. *Sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius:* quae nullus hominum lauare dignabatur, & tractare, ferae mices lambunt. *Tactum est autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in signum abrahae.* Mortuus est autem & diues, & sepultus est in infernum eleuans oculos. Audimus quid vtrique in terra passi sunt, videamus quid vtrique eorum patiantur apud inferos. Quod temporale fuit, praeteriit: quod sequitur, aeternum est. Vtrique mortui sunt, illum ageli, istum poenae susci-

piunt: ille portabatur in humeris angelorum, iste ferretur ad poenas: illum Abraham laeto sinu excepit, istum tartarus vorat. *Et portaretur ab angelis.* Tanta poenae repente deliciis commutantur. Et portaretur ab angelis, & adduceretur, ne saltem ambulans laboraret. Portabatur post tantos labores, quia defecerat: & portabatur ab angelis. Non succederat ad portandum pauperi vnus angelus, sed propterea plures veniunt, vt chorum laetitiae faciant. *Et portaretur ab angelis.* Gaudet vnusquisque angelorum tantum omnis tangere libenter: talibus oneribus praegrantantur, vt adducant homines ad regna caelorum. Et ductus est, & portatus est in sinum Abrahae: non iuxta Abraham, sed in sinum Abrahae, vt illum palparet, vt illum refocillaret, vt illum quasi clementissimum patrem teneret in sinu suo, & refocillaret. *Mortuus est autem diues, & sepultus est.* Reuerfa est terra in terram suam, et inferno eleuans oculos. Lazarus enim sursum erat, ille deorsum. Eleuauit oculos, vt illum suscipere, non vt despiceret. *Eleuans oculos suos, quum esset in tormentis.* In tormentis erat, oculos suos liberos habebat, vt alterius laetitiam possit aspiciere. Propterea dimittuntur oculi liberi, vt magis torqueatur: quia non habebat, quod alius habuit. Aliorum diuitiae, eorum, qui in paupertate sunt, tormenta sunt. *Eleuans oculos suos, quum esset in tormentis.* Illum plures angeli portant, istum tormenta possident. *Quum esset in tormentis.* Non dixit in tormento, sed in tormentis. Diuitiae, & auaritia talia premia suscipiunt. *Videbat Abraham a longe,* & respiciebat vt tantummodo torqueatur. *Et Lazarum in sinu eius.* Paradisus pauperis sinus erat Abrahae. Abraham a longe, & Lazarum in sinu eius. Dicit mihi aliquis, In inferno est paradisi? Ego hoc dico, quia sinus Abrahae paradisi veritas est: sed & sancti sinum paradisi fatetur. *Et ipse clamans dixit: Magnae enim poenae magnam vocem respicebat.* Pater Abraham, miserere mei. Pater Abraham, licet me tormenta possideant, tamen patrem voco. Quomodo ille filius, qui perdidit vniuersam substantiam patrem vocat: sic & ego, licet in poenis sim, te patrem voco. Patrem te voco natura, licet meo vicio te patrem perdididerim. *Miserere mei.* In inferno autem quis confitebitur tibi? Frustra agis poenitentiam in loco, vbi non est poenitentiae locus. Tormenta te cogit agere poenitentiam, non mentis affectus. *Miserere mei.* Sanctus quidem est Abraham, sanctus est, & beatus est, & omnes in illius sinum ire festinamus: verum, quicumque in inferno est, & in regno caelorum est, nescio an valeat misereri. Creator creaturae miseretur suae: vnus venit medicus, qui sanaret mortuos: nam alij sanare non poterunt. *Mitte Lazarum, & vt intingat extremum digiti sui in aquam.* *Mitte Lazarum.* Erras miser, Abraham mittere non potest, sed suscipere potest. *Vt intingat extremum digiti sui in aquam.* Recordare, diues, vite tuae: Lazarum videre no dignabaris, & nunc digitum eius distendas. *Mitte Lazarum.* Hoc tu ei debueras facere, dum adhuc viveret: *Vt intingat extremum digiti sui in aquam.* Vide conscientiam peccatoris: non totum audeo poscere digitum. *Vt refrigeret linguam meam,* multa enim superba locuta est. Vbi peccatorum, ibi & poena. *Vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Quanta mala lingua habet, Iacobus in epistola sua loquitur: Modicum quidem

multitudo de
habitu qui
linguae abun-
dant.

dem membrum est, sed magna exaltat. Quae plurimum peccauit, amplius torqueatur. Aquam desideras, qui delicatos cibos ante fastidiebas: *Et dixit illi Abraham: Vni, recordare, quia receperisti bonam tuam in vita tua.* Vide quid dicat, bona tua: caetera bona non fuerunt. Quae putabas bona receperisti: non potes & in terra regnasse, & hic regnare. Diuitiae non possunt esse in terra, & in inferno. *Et Lazarus similitur mala.* Si quando aegrotas, si pauperes sumus, si negotiatione conficimur, si frigore, si hospitium non habemus, laetemur, gaudemus, accipiamus mala in vita nostra. Quando nos infirmas, & negotiationis magnitudo premit, Lazarum cogitemus. *Et in his omnibus inter nos, & vas, chaos magnum firmatum est.* Dissolui non potest, non potest agitari, & concuti. Videre possumus, transire non possumus: Et nos videmus quid fugerimus, & vos videtis quid perdidistis. Et nostra gaudia cumulant vestra tormenta, vestra tormenta cumulant nostra gaudia. Et ait illi. *Rogo ergo te, pater: Adhuc, miserabilis, patrem vocat. Rogo ergo te, pater.* Ante rogasses eum, qui verus erat pater noster. Noueras patrem, qui despiciebas fratrem: *Vt mittas eum in domum patris mei.* Vide peruersitatem, nec in ipsis poenis continet veritatem. *Vides enim quid dicat? Rogo te pater.* Ergo pater est Abraham, & quomodo dicit: *Mitte eum in domum patris mei?* Non oblitus es patris tui? Non es oblitus, quia pater ille te perdidit? Quomodo illum habuisti patrem, propterea habes quinque fratres. Quinque fratres habes, visum habes, odoratum habes, laporem, habes, auditum habes, tactum habes. His fratribus tu ante seruisti: istos habebas fratres: quando illos amabas fratres, Lazarum fratrem amare non poteras. Recte non amasti Lazarum fratrem, quia illos amabas fratres, illi fratres, non amant paupertatem. Frater tuus erat oculus, frater tuus erat auris, frater tuus erat odoratus, frater tuus erat sapor, frater tuus erat tactus. Hi fratres tui amabant diuitias, non poterant videre paupertatem. *Habeo enim quinque fratres, vt restetur illis.* Illi te fratres in haec tormenta miserunt, illi fratres saluari non possunt, nisi moriantur. *Ne & ipsi veniant in locum hunc tormentorum: Quid saluare vis illos fratres, qui non amant paupertatem? Necessit est vt fratres habitent cum fratre suo.* *Et ait illi, Habent Moysen, & prophetas, audiant illos.* Quid quaeris vt vadat Lazarus. *Habent Moysen, & prophetas.* Et Moyses, & prophetae abierunt in sepelulis suis, & in antris, & in captiuis pellibus: & illi erant pauperes sicut Lazarus: & illi erant in calamitatibus, & illi sustinebant famem. Quid quaeris, vt mittam Lazarum? habent ibi Moysen Lazarum, habent ibi prophetas Lazarum. Nam & Moyses Lazarus fuit, pauper fuit, nudus fuit. Meliores diuitias esse arbitratus est paupertatem Christi, quam diuitias Pharaonis. Habent & prophetas, habent Hieremiam, qui in locum luti mittitur, & pane tribulationis vescitur. *Habent omnes prophetas, illos audiant.* Illi quotidie, hoc est, Moyses, & prophetae contra quinque fratres tuos praedicant, illi eos doceant, illi eos discunt: *Ut mittant illi, & vocent oculum.* Et quid ei dicunt? ne videas carnaliter, sed vt spiritualiter. Quod vidimus, inquit, quod audiuimus quod manus nostra palparet de sermone Dei. Ille docet etiam aures, ille docet etiam odoratum, ille docet etiam saporem: omnes prophetae, omnes san-

cti istos fratres docent. *Et dixit illi, non, pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, poenitentiam agat.* Dum nescimus, hic dogma monstratur: aliquid dicitur, sed significatur aliud. Sic fratres istos non posse saluari, nisi aliquis ab inferis resurrexerit. Denique Iudaei, qui tantum Moysen audiant, & prophetas, & nemo eis resurrexit ab inferis: propterea fratres istos saluator noster habet. *Sed si quis ab inferis ierit ad eos, poenitentiam agat: Siquis ierit ab inferis, nescio quis iurus sit.* Non enim mereor in poenis constitutus cum nolles, qui resurrecturus est: sed hoc scio, quia, quicumque resurrexerit a mortuis, & praedicauerit, ille poterit istos fratres saluos facere. Ille saluauit aures, ille enim dicit: Qui habet aures audiendi, audiat. Ille saluauit oculos, ille enim dicit: Lacrima corporis tui est oculus tuus. Ex illius ore Apocryphus loquitur: Christi bonus odor sumus Deo. Ex illius ore loquitur & Psalmista, dicens, Gustate & videte, quoniam suauis est dominus. Ille saluauit & tactum. Quodammodo de istis omnibus fratribus Ioannes loquitur: *Quod vidimus, inquit, quod audiuimus, quod manus nostrae palparet: istos fratres resurrectio saluauit domini.* Denique isti fratres & in nobis erant, antequam Christus nobis resurgeret. Oculus meus videbat male, dicebat me post vestigia metreticis. Simpliciter videre no poterant aeternis pulchritudinem, erant enim flamma mea mihi. Aures antea poenae erant. Delectabar enim canticis, & turpia verba libenter audiebam. Oculis delectabar, non quidem bonis, sed malis: quia interficiebant animam meam, Gulae mea non poterant, nec terra, nec maria sufficere. Gulae meae omnia seruorum ministeria parebant. Tactus meus me ducebat in captiuitatem, mulierum complexibus delectabar. *Videtur quomodo isti fratres, antequam Christus resurgeret, me ducebant in mortem: ille mortuus est, & ego vixi: ille mortuus est, & isti fratres resurrexerunt: imo propterea mortui sunt, vt viuerent: mortui sunt carne, vt viuerent spiritu. Nunc oculus meus Christum videt, nunc aures mea Christum solum audit, nunc sapor illum gustat, adoratus illum adoratur, tactus meus illum amplectitur. Ait autem illi: Si Moysen & prophetas non audiant.* Videtur quomodo sermo domini animam erudiat dogmata. Nec ex eo quod dixeramus non posse saluari fratres istos, nisi aliquis a mortuis resurrexerit, locum dederamus Marcioni, & Manichaeo, qui destrunt vetus testamentum. Illi enim cum dicunt, non posse saluari animam, nisi tantum per Evangelium, vetus destrunt testamentum. Abraham vero nuquid eum destruit, qui resurrecturus est. Non enim dicit: audiant Moysen, & prophetas. Quid spectas eum, qui resurrecturus est? Si enim hoc dixisset, destruxisset, & destruxisset Evangelium. Sed quid dicit? *Si Moysen & prophetas non audiant: neque, si quis ex mortuis resurrexerit, erudient.* *Et ait illi, Si quis ex mortuis resurrexerit, erudient.* Illi enim de me scripsit. Vide ergo quid dicat Abraham. Bene quidem facis eum expectare, qui resurrecturus est. Sed & Moyses, & prophetae hoc ipsum praedicant, quod ille quidem resurrecturus est. Sed in illis Christus loquitur, si illos audias, & illum audieris es, Multa sunt quae dicuntur, & psalmus mysticus fuit, qui lectus est, hoc est centesimus tertius, & maxime illud: *Draco*

Luc. 8. b
Apoc. 2. b
Matt. 6. c
2. Cor. 2. d
Psal. 33. b
1. Ioan. 4.

2. Ioan. 3. g

Psal. 103. a

Iacob. 3. a

eo iste, quem formasti ad illudendum ei. Et illud quod scriptum est; Herodij domus dux est eorum. Omnia plena sunt sacramentis, & non dico vna hora, sed dies vix sufficiat ad interpretationem. Quoniam autem iam ingreditur quadragesima, si illud tempus fuerit, & dominus dederit occasionem, & illius loci conabimur sacramenta differere. Nunc sufficit vobis audire de Lazaro, imò Lazarū fuisse & diuitem; & diuitis non tormenta deterreat, sed pauperis exempla prouocent. Anima Christiana, anima monachi, anima eius, qui nudus nudum Christum sequitur: quando aliquem diuitem viderit, quando sibi applaudit in diuitiis, & in pompa illum diuitem cogitat; considerat vocem, & clamorem diuitis, & Lazari digitum postulantem; Similique considerate, quod penè obliuiscimus dicere. Dicat enim aliquis, & dogma peruersum inferat. Hoc quod videtur, ante iudiciū videtur, an post iudiciū? Dicat aliquis, post iudiciū. Nā id eo & in pena est alius; alius in refrigerio. Et quomodo dicitur, habet Moses, & prophetas? Si autem ipse Christus docet, & qui loquitur ipse est, & ante resurrectionē docet, & secundum interpretationē nostram, resurrectio Christi postulat: ergo ante resurrectionem est, & dicat aliquis, ergo & ante iudiciū? Do vobis aliquod exemplum, vt exemplis possimus cognoscere veritatem. Finge aliquem in latrocinio deprehensum esse, hunc missum esse in carcerē tenebroso, hunc missum esse in neruo, & tormētis expectantem quidem sententiam, sed & non esse ibi sine pœna. Nam ex ipso loco intelligit quid passurus sit: licet enim necdum suscepit pœnam capitalem, licet necdum venerit dies iudicij, tamen de carcere, de tenebris, de squalore, de fame, de stridoribus catenarum, de gemitu compeditorum, de lacrymis eorum, qui cum eo sunt, intelligit in quali pœna sit futurus. Si enim tanta pœnarum prœmia sunt, quid futurum erit inter ipsa supplicia? Si necdum venit ad iudiciū, & necdum pœna perfecta est, & desiderat aquam frigidam, quid in iudicio passurus est? Similique considerandum, quod Abraham apud inferos erat: necdum enim Christus resurrexerat, qui illū in paradysum duceret. Antequam Christus moreretur, nemo in paradysum conscenderat, nisi latro. Romphæa illa flamma, & verrigo illa clauderat paradysum. Non poterat aliquis intrare in paradysum, quem Christus clauserat: latro primus cum Christo intrauit. Magnitudo enim fidei, meruit magnitudinem prœmiorum. Non enim credidit, in regno videns Christum, non illum vidit fulgentem, non illum vidit de celo respicientem, non vidit ei ministrantes angelos. Certè, vt liberè dicam, non vidit liberè ambulantem, sed vidit eum in cruce, vidit illum bibentem acrum, vidit eum sentibus coronatum, vidit eum confixum ad crucem, vidit eum precantem auxilium; Deus, Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti? & sic credidit. O conditio varia, & casus hominum! Apostoli secuti fuerant & fugiunt: iste in cruce dominum confitebatur. O Petre, o Ioannes, qui dixeratis: Et si me necesse est mori, nunquam te negabo. Promittis, & non facis. Ecce alius damnatus in homicidium, quod non promiserat, facit. Exclusus de loco es tuo, exclusit te latro. Ipse primus ingreditur cum Christo in paradysum. Ex la-

Certe, nam non vult torquere animas damnatorum ante vnuer sale iudicium, cuius contrarium statuit concilium Florentinum.

Matth. 23.

Matth. 26.

tere diximus de latrone, neque enim oblitus sumus propositi: propositum enim de paradiso dicere, quod ante aduentum Christi nemo fuerit in paradiso. Reuertamur ergo ad propositum. Latronis coronam non nos errare faciat, sed prouocet ad coronam. Abraham necdum erat in paradiso, quia necdum Christus intrauerat eum latrone. Venit Christus, & passus est, & multa corpora sanctorum resurrexerunt, & visa sunt in sancta ciuitate. Crux Christi clauis paradisi est. Crux Christi aperuit paradysum: Nonne nobis dixit, quod regnum celorum vim patitur, & violenti diripiunt illud? Qui in cruce est, non vim facit, nihil medium est. Et crux, & statim paradysus, sed magnitudo pœnarum facit magnitudinem prœmiorum. Hæc interim diximus: deprecemur dominum, vt latronem, & istum Lazarū pauperem imitari possimus: Si persecutio venerit, imitemur latronem, si martyrium fecerimus, statim intrabimus paradysum: pauperitatis pœnam sustinuerimus, statim in sinum Abrahæ. Habet & sanguis, habet & pax loca sua, habet & paupertas martyrium suum, & egestas bene tolerata facit martyrium, sed egestas propter Christum, non propter necessitatem: ceterum quanti pauperes sunt, & diuites esse desiderant, & scelera faciunt? Non ergo paupertas simplex beatum facit, sed paupertas propter Christum: si fides hanc non timet. Qui Christum amat, non timet famem: qui Christum habet, omnes secum diuitias habet. Negotiator quidam sapientissimus vendidit vniuersam substantiam suam, & cæteras margaritas, & emit sibi vnam preciosissimam margaritam: habuerat quidem margaritas, & pulcherrime erant, & preciosæ, Moses habebat, Esaiam habebat, Hieremiam habebat, & sanctos prophetas, sed hæc ad comparationem Christi duxit pro stercore: Vnde & dicit Apostolus; Quæ, inquit, erant mihi pro lucro hæc astimauit pro stercore, vt Christum lucrifacerem, hoc est, vt margaritam vnam emerem. Vnde & in alio Propheta: Stare in viis, & querite viam, Non dixit, dimitte vias: sed stare in illis viis, & querite viam Christum, cui sit gloria in secula seculorum, Amen.

Matth. 23.

Matth. 23.

Philipp.

Elm. 64.

EIVSDEM IN IDEM
Euang. Homil. 2.

Heri quidem Paulum illis exhibuimus dicentem; Siue editis, siue bibitis omnia in gloriam Dei facite, Hodie verò ipsum Pauli dominum illis proferemus, non modo consulentem, aut monentem à deliciis abstinere, vt meretriciam insulantem ad puniendum eum, qui in delictis vixerat. Nam historia de diuite ac Lazaro, de que iis, quæ cæteris horum similibus acciderunt, nihil aliud quam hoc declarat. Quin potius, ne leuiter hoc, aut obiter agamus, ordine nobis istas parabolas recitabimus; Homo quidam erat diues & induebat in purpura ac bysso, &c. Quæ gratia dominus per parabolas locutus sit, & quam tandem ob causam ex parabolis, alia quidem explicauerit, alias non item: & quidnam sit parabola, & si qua sunt huius generis alia, in aliud tempus referuabimus, ne ab oratione, quæ nunc festinat, digrediamur. Cæterum illud modo vobis dicemus in præsen-

Eu. Hom. 2. in Lucam.

præsentia, quisquis Euangelistarum scripserit hanc parabolam à Christo fuisse propositam. Quis igitur est? Nimirum Lucas solus, quando quidem & hoc scire refert, quod inter ea, quæ referuntur ab euangelistis, alia dicuntur à quatuor communiter, alia speciatim à singulis. Quam ob causam? vt simul & nobis esset necessaria reliquorum sacra lectio, & euidenter perspicua fieret illorum inter ipso consonantia. Etenim, si omnes omnia dixissent ita certa, & explorata, vt nullam desideraret inquisitionem, nequaquam apparuissent illorum insignis concordia. Quapropter & omnes communiter multa scripserunt, & sibi quisque proprie sumpsit nonnulla. Quid igitur dicit Christus? Homo quidam erat diues, cuius vita variis vitis erat inquinata, necipse tamen vllam sentiebat calamitatem, verum illi cuncta velut è fontibus affluebant. Quod enim illi nihil acciderit subitum, aut inopinatum, nec vlla doloris materia, nec vlla aegritudo oborta rerum mundanarum prosperitatem interruperit, hoc ipsum aperuit Lucas dicens; & pulcherrime & gaudebat quotidie. Ceterum quod vitiosam egerit vitam, perspicuum est ex ipso vite exitu, quem sortitus est, & item ante vite exitum, ex eo quod sic fastidiuit pauperem. Nam ista res declarat, quod non huius solum, qui iacebat in vestibulo, verum nec alterius cuiusquam ille miserum fuerit. Etenim, si illum perpetuò in vestibulo prostratum, quem quotidie semel atque iterum ac sapius videre cogebatur, foras prodiens ad domum rediens. (Non enim in biuio, nec in angiporcu, occultòve loco decumberet, sed qua frequenter exibat, intrabatque diues, sic vt vel nolens aspiciere videretur.) Ergo si illum non est commiseratus, erga quem casu obuiorum flexus est vnquam misericordia? Etenim vt primum diem neglexerit, certè consentaneum erat, vt altero die sentiret aliquid affectus. Quod si hoc quoque die distulauit, certè tertio die, certè quarto, certè quinto, aut huic proximo die proflus animo flecti debebat, licet feris quoque fuisset immittor. Verum nihil istiusmodi sensit, sed illo quoque iudice, qui neque Deum metuebat, nec hominem reuerabatur, & impudentior erat, & inexorabilior. Nam illum quidem viduae instantiam, quamvis crudellem, & asperum, tamen flexit ad gratificandum, vicitque mulieris supplicatio. Hunc verò ne ista quidem res flectere potuit, ad subueniendum pauperi: quanquam non erat similis postulatio, sed huius nempe Lazari multo fuit tum facilior, tum iustior. Nam vidua quidem illum implorabat aduersus hostes suos: hic nihil aliud petebat, quam sedare famem: ille tamen contempsit percuntem, iacentemque. Illa flagitabat obstrepens, hic autem, quum sapius vno die stimularetur accessu famis, silens apparebat diuiti, iacensque. Hoc certè satis erat, vel ad laxum cor emolliendum. Etenim qui obrundunt, in hos frequenter etiam prouocamur ira. Ceterum, quoties videmus egenos multo eum silentio astantes, neque vocem vllam edentes, imò, etiam si semper frustentur, non tamen molestè ferentis, sed tantum offerentes sese nostro conspectui, quamuis simus ipsis lapidibus duriores; tamen admirabilem illam pauperum modestiam reueriti, flectimur. Iam & aliud accedebat iis, quæ dixi, non minus, videlicet quod ipsa quoque facies pauperis erat misere-

rabilis, vt pòte fame, diutinaque valetudine confecta. Attamen nec harum rerum quicquam inplacabilem illum emolliit. Hæc igitur prima vitiosa crudelitas erat inhumanitasque, cui nihil poterat accedere. Nec enim simile est, si cui res sunt tenues, non succurrat egenis, etiam tantis affluens deliciis fame tabescentes despiciat. Rursum simile non est, si pauperes semel, atque iterum còspèctum prætercurras, & quæ quotidie videas ne sic quidem ex assiduo còspèctu sensum humanum excitari ad misericordiam. Rursum aliud est, si qui calamitatibus, & angustiis premitur, maleque affectus est animo, nò optuletur proximo: aliud, si, qui tanta fruitur voluptate, perpetuèque felicitate, alios fame tabescentes negligat, oculi dard; viscera, nec vel ab ipsa letitia reddatur humanior. Nam illud profecto nostis, quod, licet simus omnium immittissimi, tamen successu rerum mitiores, benigniores; reddi consueuimus. At illi ne copia quidem rerum redderet meliorem, sed perseuerabat versus in feram, imò potius omnium ferarum crudelitatem, & inhumanitatem moribus præstitit. Et tamen hanc scelerosam, & inhumanam vitam agens, omni rerum prosperitate fruebatur. Alter verò iustus, ac virtutis studiosus in extremis erat malis. Nam Lazarū fuisse iustum, duobus argumentis declaratum est, tum exitu vite, tum & ante vite finem, ipsa hominis in paupertate tolerantia. Quæso, nonne videmini hæc oculis intueri? Diuiti nauis erat plena mercium, ac secundo nauigabat vento. Verum, ne quid mireris, ad naufragium festinabat, eo quod onus nolebat circumspèctè ponere. Vis tibi commorem, & aliud illius vitium? Quotidie vacabat deliciis. Nam & hoc erat vitium, non modo hoc tempore, quum tanta à nobis exigitur philosophia, verum etiam in initio sub veteri testamentò, quum nondum nobis esset ostensa tam exacta philosophia. Audi igitur quid dicat propheta; Ve vobis, qui venturi estis in diem malum, qui appropinquatis, & tangitis sabbata mædacia. Iudæi putant sibi sabbatum ocij gratia fuisse datum, verum non est ista causa: sed potius, vt abducti à curis rerum temporalium, ocium omne conferrent in spiritualibus. Quod enim sabbatum nò ocij, sed spiritualis actionis materia sit, dilucidum est ex ipsis rebus. Nam sacerdos eo die duplum facit operis, qui quotidie nò nisi vnicam hostiam offerre solitus, sabbato iubetur offerre geminam. Quod si proflus esset ocij dies, oportebat sacerdotem omnium maxime ocium agere. Quoniam igitur Iudæi, corporaliū rerum curis liberati, non vacabant spiritualibus, vtputa sobrietati, modestiæ, & audiendis diuinis sermonibus, sed contrarium potius faciebant, seruientes ventri, indulgentes ebrietati, distenti cibus, deliciasque, audi quomodo illos reprehendat propheta. Quum enim dixisset tangentes sabbata mædacia, subiunxit: Qui dormitis in lectis eburneis, ac lasciuitis in stratis vestris. Qui comeditis hæc deos de caulis, & vitulos è bubilibus lactentes, qui bibitis vinum defecatum, ac prunis vnguentis vngimini. Accepisti sabbatum, vt adiuuanti tuam libertates à vitis, tu verò tum magis illa committis. Quid enim esse possit ista mollitie nequius, quàm indormire lectis eburneis? Nam cetera quidem peccata delectationem habent, vltima in temulentia, & adulterio cetera in lectis eburneis dormi-

Matth. 6.

mire, quam adfert voluptatem? quod solatium? Num lecti pulchritudo reddit nobis somnū suaviorem, dolcioremque? Imo grauiſſimum est illud, molestiſſimūque, si modo sapiamus. Etenim si, dum tu dormis in eburneo lecto, tecum repures, quod alius ne panem condemnabit conscientia, & insurget in accusationem istius inæqualitatis? Quod si crimen est, eburneis indormire lectis, quum vndique etiam argēto fuerint conuicti, quam adferemus excusationem? Vis lecti videre pulchritudinem? Ego tibi nunc commonstrabo, non plebeij, neque militaris, sed regalis ornatum. Etenim, quāvis fueris omnium ambitioſiſſimus, scio, uon optabis tibi lectum pulchriorem quā regis, & quod maius est regis non cuiuslibet, sed primarij, regūque omnium regaliſſimi, quique in hodiernum vsque diem celebratur, toto terrarum orbe. En, ostendo tibi lectum beati Dauid. Qualis igitur erat ille? Non argento, & auro, sed vndique lachrymis, & confessione erat exornatus. Hæc ipse fatetur ita loquens; Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Itaque vice margaritarum vndique lachrymis erat distinctus. Hic mihi considera mentem amore Dei flagrantem. Nam, quoniam interdum variæ solitudines, curæque principum, ducum, gentium, populorum, militum, bellorum, pacis, ciuiliū, ac domesticorum negotiorum, eorum, quæ procul eorum, quæ propè, distrahebant, & auocabant hominem, quod ocij ceteri consumunt somno, ille in confessione, lachrymis, ac precibus impendebat. Neque id ita faciebat per vnam noctem, ut altera desisteret, neque sic per duas, tresve, ut in terim deficeret, verū singulis noctibus id faciebat. Lauabo enim, inquit, per singulas noctes lectum meū, & lachrymis meis stratum meū rigabo; videlicet lachrymarum vbertatem exprimes, simul & perpetuitatem. Quum omnes quietē, & ocium agerent, solus ille tunc Deum interpellabat, & aderat sopiri nescius oculus ploranti, lamentantique, suaque profertenti mala. Talem tu quoque tibi parato lectum. Nam lectus argento obiectus cum inuidiam hominum accersit, tum iram supremi numinis inflamat. Cæterum tales lachrymæ, quales erant Dauidis, ipsum etiam gehennæ incendium norunt extinguere. Vis tibi alium commonstrare lectum Iacob? Solum habebat substratum, & lapidem capiti suppositum, eoque vidit illum intelligibilem lapidem, eaque scalas, per quas ascendebant, ac descendebant angeli. Huiusmodi lectos excogitemus, ut eiusmodi videamus infomnia. Quod si lecto argenteo indormiemus, non modò nullam capiemus voluptatem, verumetiam animi molestiam perferemus. Quā enim tibi succurrit, quod in summo rigore, mediæque nocte, dum tu lecto indormis, pauper in balnearum vestibulis, paleis distensa culcitra incubat, culmis circumiectus, tremens, ac rigore concretus, fame cruciatus, etiam si maximè lapideus, scio condemnabis te ipsum, quod tibi permittas supra quā opus est, tui rebus, ac deliciis indulgere, quum illi nec ad vnum suppetat. Nullus, inquit, militans implicatur temporis negotiis. Miles es spiritualis: Talis autem miles non dormit in lecto eburneo, sed humi. Non obliuiscitur vnguentis. Nam ista cura est

Psal. 6.7

Gene. 28.6

1. Tim. 2.10

meretriciis amoribus implicatur, ac perditorum, scenicorum, mentisque deploratæ hominum. Te verò non oportet olere vnguentum, sed spirare virtutem. Nihil immundus anima, quoties corpus talem habet fragrantiam; corporis enim, ac vestium fragrantia, arguit intus latere animum graueolentem, & immundum. Quum enim diabolus aggressus, deliciis euirauerit animam, omnique virtutū genere complenerit, tum & in corpore suæ corruptionis lectum oblinat vnguentis. Nec secus atque ij, qui pituita nasi, catarrhōque, perpetuo laborant, & vestes, & manus, & faciem contaminant, eò quòd subinde narium profluuium abstergant, anima quoque istius prauū profluuiū malitiam in corpus abstergit. Quis enim præclarum aliquid, aut bonæ frugis opinabitur de eo, qui spirat vnguentū, qui muliebribus gaudet; qui salticularum elegit vitam? Spiret anima tua fragrantiam spiritualem, qui cum tibi ipsi, tum aliis tecū viuencibus maximam adferas vtilitatem. Nihil est enim, nihil est, inquam, deliciis perniciosius. Audi rursum quid de illis dicat Moyses; Impingnatus est, incassatus est, dilatatus est, & recalcitrauit dilectus. Nec ait, recessit, sed recalcitrauit dilectus, illius intractabilitatem nobis significans. Atque alio rursum loco: Vbi comederis ac biberis, caue tibi ne quādo obliuiscaris domini Dei tui. Ad eòdē deliciæ solent ad numinis obliuionem adducere. Proinde tu quoque, cum sederis ad mensam, memento quod post conuiuium orandum est tibi. Ita moderatè ventrem exple, ne grauatius non queas genua flectere, ac Deum inuocare. An non vides, quòd iam iumēta ingum ferentia, posteaquam ad prælepe pasta sunt, iter agunt, onera gestant, suūque explent ministerium? Tu verò, qui, sublata mensa, ad omne opus inutilis es, & inidoneus, nunc vitare poteris, quominus videaris asinus deterior? Quam ob rem? Quia tum maximè conuenit esse sobrium, ac vigilantem. Nam tempus post mensam, agendi gratias tempus est. Non decet autem agentem gratias ebrium esse, sed sobrium, ac vigilantem. A mensa non ad lectum, sed ad deprecationem vertamur, ne brutis animantibus simus magis bruti. Noui fore multos, qui damnant ea, quæ nunc dicuntur, veluti, qui nouam quandam, & miram consuetudinem inuehant concionandi. At eorum magis damnable prauam consuetudinem, quæ nunc obtinuit. Etenim, quòd post cibum, & mensam non ad somnum oporteat ire, nec ad cubile, sed oporteat cibo precibus, ac diuinarum scripturarum lectionem succedere, manifestus declarauit ipse Christus, qui, quum immensam multitudinem accepisset conuiuii in deserto, non remisit illos ad lectum, aut somnum, sed ad audiendos sermones diuinos inuitauit. Non enim distenderat illorum ventres, neque ad ebrietatem impulerat, verum, vbi rasser illos, quantum exigebat necessitas, ad spiritalem adduxit alimoniam. Itidem nos quoque faciamus, eoque modo conuiescamus, capere cibum, ut ad vitam tuendam duntaxat sufficiat, nō ut nos valeat grauari. Non enim in hoc nati sumus, ac viuimus, ut edamus, ac bibamus, sed ideo edimus, ac bibimus, ut viuamus. Ab initio non erat tibi causa data; sed vita causa data est tibi. Nos verò, perinde de quasi ob hoc ipsum viuemus, ita cuncta in hoc insumimus. Cæterum,

Dm. 11

Dm. 61

Expositio in eum Ap. phlegma

vbi

vbi vehementior etiam fiat deliciarum redargutio, acriusque pungat in his vitam agentes, agere rursus ad Lazarum referamus sermonem. Hoc enim pacto fiet, ut vobis sit efficiator admonitio, consiliūque nostrum, quum videatis non verbis, sed factis corripi, puniri que eos, qui indulgēt ingluuici. Dies igitur ille cum tanta viuebat improbitate, quotidie deliciis vacans, lautisque patinis fruebatur, grauius sibi ipsi supplicium accersens, maiusque parans incendium, ac vindictam Dei reddens implacabilem, vltionem exasperans, sic ut veniz locus non esset. Pauper autem proiectus erat in vestibulo, nec tamen erat mortuus, nec dicebat conuicia, nec indignabatur. Non dicebat apud se, quod dicit complures. Quid tadem est hoc? Ille, qui improbam, crudelēque vitam agit, & inhumanam, omnibus modis, supra quā opus est, fruuit rebus, nec vllam animi molestiam patitur, nec aliud quicquam inopinatum, qualia multa solent in rebus humanis accidere; sed pura, nullaque ægritudine contaminata voluptate fruuit. Mihi verò ne tantum quidem impartitur alimonie, quantum postular necessitas. Verum isti, qui in parastos, & adulatores, ac remtentiam, quicquid habet, cōsumit, non aliter quā e fonte cuncta affluūt. Ego porò hic iaceo, exemplum iis, qui me conspiciunt, probum, ac ludibrium, fame contabescens. An hæc sunt prouidentia? An vlla iustitia despiciat res hominum? Nihil horum neque dixit, neque cogitauit. Vnde hoc liquet? Ex eo quòd angeli statim illum deduxerunt, inque snum Abrahæ declaratum deposuerunt. Quod si blasphemus fuisset, nequaquam illi tantum contigisset honoris. Ita ceteri quidem ob hoc demum tanto pere miratur hominem, quòd in paupertate vixerit. Ego verò doceo illum nouem supplicia pertulisse, nō quòd puniretur, sed quòd clarior redderetur. Quod quidem etiam euenit. Nam paupertas quidem res est verè molesta, id quod noxiū, quicunque sunt experti. Nec enim vlla oratio possit assequi cruciatum, quem sustinent ij, quibus cum paupertate res est, si nesciunt vti philosophia. In Lazaro verò non ista tantum erat calamitas, verum etiam aduersa valetudo erat affixa, eaque supra modum grauis. Vide si quidem quemadmodum declarat vtranque calamitatem ad summum peruenisse. Nam, quòd omnem paupertatem Lazari paupertas tum superauerit, declarauit dicens, quòd ne micis quidem potiri liceret, quæ cadebant de mensa diuitis. Porò quòd valetudo quoque ad eandem mensuram perueniret, ad quam paupertas, vltra quam non posset amplius profecti, & id quoque rursus declarauit, dicens, quòd canes lingebant vlcera eius: ad eòdē erat fractis viribus, ut ne canes quidem posset abigere, sed viuum cadaueri iacebat, videns quidem eos accurrentes, nequaquam tamen valens depellere, vsque adeò illi membra erant soluta, vsque adeò erant arsefacta morbo, vsque adeò consumpta erant afflictione. Vides vehementer, supraque modum & paupertatem, & valetudinem oppugnantem corpus illius. Quòd si horum vnum quodque per se intolerabile est, & acerbum, quum simul conglomerata fuerint, an non Adamas quispiam fuerit, qui hæc perferat? Multi frequenter laborant aduersa valetudine: cæterum non egent iis, quæ ad victum sunt ne-

cessaria. Alij paupertati extreme sunt obnoxij, verum potiantur bona valetudine, sic vt altera res alterius sit solatium, huic verò ambo concurrere mala. Age, posses mihi nominare quempiam, simul & aduersa valetudini, & paupertati obnoxium, sed non vsque adeo desolatum, ac destitutum? Nam ille quidem quantum non ex sese, neque à domesticis, ac familiaribus, tamen ab iis, qui videbant, misericordia flexis subleuati poterat, in publicum proiectus. Huic verò molestias eas, quas antea diximus, molestiores redderebat, quod ab iis, qui assistere debebant, erat desertus, & hanc ipsam solitudinem rursum molestiorem videri faciebat, quod in vestibulo diuitis iacebat. Etenim, si in terra deserta, nullis que habitata iacens, hæc passus fuisset, neglectūque iacuisset, hardquaquam tantumdem habuisset cruciatus. Nam, si nullus adit, hoc ipsum etiam nolenti persuadet, vt ferat, quæ accidit. Cæterum quod in medio tam multorum iacēs, ebrietati indulgentium, suauiter viuencium, nemine vel vulgarem curam nasceretur, id reddebat sensum dolorum actiorem, magisque incēdebat animi ægritudinem. Nō enim perinde, si abint, qui succurrat, atque, si adint quidem, sed nolint porrigere manum, mordere solet animum in calamitatibus, quod quidem tū huic accidit. Nullus erat, qui dicitis cōsolaretur, nullus erat qui factis adferret solatium, non amicus, non vicinus, non cognatus, non videntium quisquam, ad eòdē erat tota diuitis deliciis corrupta familia. Ad hæc aliam doloris accessionem adiungebat, quod alterum illum in felicitate conspiciebat, nō quod inuidus esset, ac prauus, sed quòd omnes solent in aliorum prosperitate exactius suas perferre calamitates. Non enim iam solum suam ipsius calamitatem cum illius prosperitate conferens, grauiorem reddidit suorum malorum sensum: verumetiam perpendens, quòd ille vitam ducēs crudelem, & inhumanam in omnibus prosperaretur, ipse verò virtutem, ac modestiam amplexus, extrema pateretur mala, in cōsolabilem animi molestiam & hinc sustinuit. Nam, si vir iustus fuisset diues, si modestus, si suscipiendus, si omni virtute præditus, nequaquam illi perinde doluisset. Nunc verò, quum diues esset, & vitam ducēs improbam, & ad extremum vsque malitie prouectus, & tantam inhumanitatem ostendens, & hostilem animū gerens, nec secus atque lapidem ipsum prætereuntes, sine vrecundia, sine misericordiamque super hæc omnia, tāta portiens rerum copia, cogita: quā probabilis sit, quod velut æternis fluctibus merse sit ille pauperis animam: cogita qualiter affectū fuisse Lazarum, contentaneum est, quum videret parastos, adiutores, famulos ascendentes, descendentes, egredientes, ingredientes, circumstantes, tumulantres, ebrios, salētes, omne lasciuie genus exhibentes: sic enim, quasi propter hoc venisset, vt esset alienorum bonorum testis, in hoc vestibulo proiectus erat, solum vix tantum habens, vt sua mala sentire posset, in portu facies naufragium, iuxta fontem molestiſſima sit diſcruciatu animo. Dicam & aliud quoddam propter hæc malum. Non poterat alterum videre Lazarum. Nam nos, etiam si innumera patientia mala, habemus tamen ad alium spectantes, vnde sufficientem accipiamus consolationem. Ma-

honor, adoratio, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM IN IDEM

Homil. 3.

Hom. 7. in Lucam.

Admiratus sum charitatem vestram, quum hesternum die de Lazaro verba faceret, quod & pauperis illius tolerantiam comprobastis, & diuitis immanitatem, inhumanitatemque suis detestati. Nam ista non vulgaria sunt bonae mentis argumenta. Etenim quamvis non alloquamur virtutem, laudemus tamen virtutem; omnino poterimus ad illam pertinere. Similiter autem, si non effugerimus malitiam, tamen vituperemus malitiam, sine dubio poterimus illam effugere. Quoniam igitur multa eum animi benevolentia sermones illos accepistis, age, quae restant etiam, vobis persoluemus. Vidistis illum in vestibulo diuitis, videte eundem hodie in sinu Abraham; vidistis illum; quum a canibus circumligeretur, videte eundem ab angelis stipatum: vidistis illum tum in paupertate, videte nunc eundem in deliciis: vidistis illum in fame, videte in multarum affluentiarum; vidistis illum certantem, videte coronatum: vidistis labores; videte praemium, quotquot estis vel diuites, vel pauperes. Diuites quidem, ne putetis diuitias aliquid esse magni, si desit virtus. Pauperes vero, ne iudicetis paupertatem vllum esse malum; viriusque verò communiter fiat hic praceptor, ac magister. Etenim, si hic in paupertate non detecit animus, quae venia merentur, qui id faciunt in diuitiis: Si hic in fame tantis malis degens, gratias egit, quid excusationis adferent, qui rebus affluentibus, nolunt ad eandem pervenire virtutem? Rursus pauperes, qui indigne, molestique ferunt egestatem: quam impetrabant veniam, quum hic in fame, peritiamque, solitudine, & adversa valetudine vitam assidue trahens in adibus diuitis, & ab omnibus despectus, ad haec non habens alium, ad quem eadem perperum respiceret, sic appareat philosophatus? Ab hoc discamus non pro beatis habere diuites, neque pro miseris habere pauperes. Imò, si verum sciri licet, ne diues quidem ille est, qui multis opibus circumvallatus est, sed qui non eget multis. Nec is pauper est, qui nihil possidet, sed qui multa concupiscit. Ab hoc discite hunc esse finem paupertatis, & opulentiam, si quem videris multa concupiscentem, existimate illum omnium esse pauperissimum, etiam si possideat omnium opes. Rursum, si quem videris non multis egentem, illum omnibus opulentiozem esse ducite, etiam si nihil possideat: Nam mentis affectu, non facultatum modo paupertatem, & opulentiam aestimare consuevimus. Quemadmodum igitur eum, qui perpetuo sitit, non dixerimus recte valere, etiam si copia rerum affluat, etiam si iuxta fluvios, ac fontes accumbat. Quid enim prodest illa aquarum copia, quum affectio maneat insedabilis? Iridem & in diuitibus faciamus eos, qui perpetuo concupiscunt, sicut inque aliena: ne putemus nunquam esse sanos, nec vlla fructuum copia. Etenim, qui suam ipsius concupiscentiam non potest sistere, etiam si eunctorum opibus vallatus sit, quomodo futurus est in vna in prosperitate? Eos vero, qui, quod habent suum,

boni consilium: quique sua sorte contenti sunt, nec alienas circumspiciunt facultates: etiam si fuerint omnium egenatissimi, omnium opulentissimi, mos ducere oportet. Non enim, qui indiget aliis, sed qui putat sibi satis esse, quod habet, omnium est opulentissimus. Sed agendum, ad propositam materiam revertamur. Accidit, inquit, ut moreretur. Lazarus, ac deportaretur ab angelis. Hic malum quendam morbum cupio vestris animis eximere. Sunt enim plerique simplices, qui putant animas violente morte decedentium fieri demones. Hoc autem non fit, non fit, inquam, istud. Non enim animae violenta morte decedentium fiunt demones; sed animae potius in peccatis viagentium. Non quod materiarum substantia, sed quod voluntas demonum prauitatem imitetur. Hoc & Christus dixit Iudeis. Vos filij diaboli estis: non quod in illius naturam essent transmutati, sed quamobrem? Quoniam, inquit, desideria patris vestri vultis facere. Rursus Ioannes Progenies viperarum, quis commonstravit vobis, ut fugeritis ab ira ventura? Facite, igitur fructum dignum poenitentiae, ac ne velitis dicere; Patrem habemus Abraham. Etenim lex propinquitatis, non qui natura coniuncti sunt, sed qui virtute, malitiae propinqui sunt, eos scriptura solet appellare cognatos. Et cuiuscunque mores aliqui expreferit, huius & filium, & fratrem illum esse dicit scriptura. At cuius rei gratia diabolus istam peruersam opinionem inuexit? Conatus est martyrum defodere, & obruere gloria. Etenim quum illi morte violente decederent, cupiens prauam de illis gignere suspicionem, hoc fecit: verum quod voluit, non potuit. Perseuerant enim martyres proprium obrinentes splendorem. Quin aliud multo crudelius perpetravit, maleficus ipsique inferuentibus, per has opiniones persuasis, ut tenera multorum adolescentum corpora trucidarent, sperantes futurum, ut sicut demones, ac rursus ipsi infererent. Verum non sunt ista vera, non sunt, inquam. Quid igitur est, quod demones dicunt; Monachi illius sum anima? Sanè propter hoc ipsum non credo, quia demones dicunt: Decipiunt enim auditores. Quapropter & Paulus ipsis, tamen si vera dicentibus, imposuit silentium, ne ex veris nacti occasionem, post admitterent mendacia, fidemque sibi conciliarent. Quum enim dixissent; isti homines serui Dei altissimi sunt, annunciantes vobis viam salutis, indignatus Apostolus, silentium imposuit spiritui pythonico, atque exire iussit. Et tamen quid mali dicebant isti homines serui Dei altissimi sunt; sed, quoniam plerique simplices, non norunt semper diiudicare, quae a demonibus dicuntur, semel eos exclusit a fide. Ex infamium numero es, inquit, non est tuum liberè loqui, tace, obmutescet: non est tuum praedicare, Apostolorum ista est auctoritas. Quid visurpas, quod tuum non est? Silo, infamis esto. Sic & Christus dicentes ipsi demones; Nouimus te, quis sis: increpauit multa cum acrimonia: nobis legem praescribens, ne quo pacto demoni fidamus, etiam si nobis, quod verum est, dixerit. His igitur cognitis, ne proflus credamus demonibus: etiam si quid veri loquatur, fugiamus ab illis, & auersemur. Nam sana dogmata, salutiferaque non a demonibus, sed ex diuina scriptura licet exacte discere. Ut igitur cognoscatis non posse fieri, ut anima corpore egressa veniat

20m. 6.

Signum non quidem ad peccatum, ut dicitur in libro...

Librum arborum in ho...

20m. 2.

Matth. 1.

20m. 3.

Luc. 12.

Plurimae sunt...

Matth. 10.

Matth. 10.

Et in pluri...

nat sub tyrannidem demonum, audi quid dicit Paulus; Qui enim moritur, iustificatus est a peccato, hoc est, non amplius peccat. Nam, si anima in corpore manenti diabolus non potest inferre vim, per spiculum est, quod nec egressa. Quomodo igitur, inquit, peccant, si vim non patiuntur? Volentes, sponteque se ipsas iniuria afficientes peccant, non coactae, neque tyrannide oppressae, idque declarant omnes, qui superauerunt illius machinationem. Veluti beatus Iob, quum innumeris impetisset fraudibus, omniaque miscuisset, non potuit tamen persuadere, ut aliquid verbum blasphemum proferret. Vnde perspicuum est quidd in nobis situm est, ut vel obtemperemus, vel non obtemperemus illius insidiis, nec vllam necessitatem, neque tyrannidem patiamur ab illo. Non solum ex iis, quae dicta sunt, verum etiam ex proposita parabola liquet, quod animae corpus egressa, non amplius hic commorantur, sed protinus abducuntur. Accidit enim, inquit, ut moreretur, ac deduceretur ab angelis. Non solum autem iustorum animae, sed & eorum, qui male vixerunt, illic deducuntur: atque id rursus ex alio diuine perspicuum est. Postquam enim vberem proventum produxissent agri ipsius, dixit sibi ipsi; Quid faciam? Demoliar horrea mea, ac maiora edificabo. Nihil isthac mente infeliciter, verè demolitus est sua ipsius horrea. Nam horrea, quae depradari non possunt, non sunt muri, sed pauperum ventres: quibus ille neglectis sollicitus erat de parietibus. Quid igitur dicit Deus? Stulte, hac nocte repetit animam tuam ab te. Hic, inquit, deductam fuisse ab angelis, illic autem reperit: & hunc quidem ceu vincum educunt, illum verò de coronam gestantem stipabant. Et quemadmodum eum, qui prius in cauea multa vulnere accepit, ac sanguine confusus est, post, diademate capiti addito, ij, qui ante caueam stant, susceptum, multa cum laude domum deducunt, applaudentes, bene omniantes, admirantes: Sic & angeli Lazarum tum deducebant illius verò animam reperebant, metuende quaedam virtutes fortassis ad hoc misse: neque enim sua sponte anima ad illam secedit vitam: propterea quod hoc ne fieri quidem possit. Nam si ciuitatem ciuitate vertentes egemus deductoribus; multo magis anima a carne diuisa, & ad futuram transiens vitam, opus habebit vitae ducibus. Quapropter frequenter nunc emicat, nunc in profundum demergitur, metuisque, & horret, quum est a corpore discessura. Nam quum semper nos stimulat peccatorum conscientia, tum verò maxime illa hora, quum hinc sumus abducendi ad illa tribunalia, metuendumque iudicium: tum enim siue rapuit, siue fraudauit, siue contumelia affecit, siue cuiquam praeter causam inimicus factus est, siue aliud quodcumque facinus perpetravit: vniuersus illic peccatorum cumulus renouatur, & oculis exhibetur, mentemque stimulat. Et, quemadmodum qui tenentur in carcere, semper quidem deiecti, merentisque sunt, maxime tamen sub illum diem, quo sunt educendi, ad ipsas iudicis fores pertrahendi, & priusquam periclitantur, ac iudicis vocem intus audiunt, exanimantur metu, nihilque melius afficiuntur, quam mortui. Sic & anima, maxime quidem in ipso peccati tempore cruciatur, & angitur, multo tamen magis, quum hinc auulsa, abducenda est. Tacete, qui haec auditis, multo maiorem vobis

habeo gratiam pro silentio quam pro plausibus: propterea quod plausus quidem, ac laudes me faciunt gloriosiores, silentium verò hoc vos reddit cōpositiores. Noui quod haec, quae dicuntur, molestae sunt, verum multum lucri, & inenarrabilem fructum adferunt. Dives ille si quae habuisset, qui ipsi talia monita, taliaque consilia admouisset, ac non potius adulatores omnia ad gratiam consulentes, atque ad delicias trahentes, nequaquam venisset ad illam gehennam, nequaquam supplicia tolerasset intolerabilia, nequaquam in consolabiliter de his poenituisset. Verum, quoniam omnes ad gratiam loquebatur, tradiderunt illum incendio. Vtinam liceret haec semper perpetuoque; philosophari, ac de gehenna loqui. In omnibus, inquit, dictis tuis memento nouissima tua, & non peccabis. At rursus; Pata ad exitum opera tua, & appara te ad viam. Si quid cui rapuisti, redde, & dicitur iuxta Zachariam; Do quadruplum, si quid rapui. Si cui factus es inimicus, reconciliare, priusquam veniatur ad iudicium. Omnia hic distolue, ut citra molestiam illud videas tribunal. Donec hic fuerimus, spes habemus praeclearas: simul atque verò discederimus illuc, non est postea in nobis situm poenitere, neque commissum diluere. Quapropter oportet nos assidue praeparari ad egressum hinc faciendum. Quid enim si domino visum fuerit hoc vespere vocare nos? Quid si cras? Incertum enim quid futurum sit, ut perpetuo simus in certamine, & ad illam profectionem instructi, quemadmodum hic Lazarus semper erat in tolerantia, patientiaque: quapropter tanto cum honore deductus est. Mortuus est autem dices & sepultus est, nimitum anima illius in corpore tanquam in monumento defossa ac sepulchrum circumferente, nempe carnem. Non secus enim ille quam si carena quadam remulencia, ac ventris ingluuie vincus esset, sic ociofam illam, ac mortuum reddiderat. Ne leuiter praetercurras illud, sepultus est. Hic mihi considera mensas argenteo circumtectas, lectos, tapetia, ornamenta, quae tota in domo sunt omnia, vnguenta, aromata, vini meti copiam, eduliorum varietates ciborum delicias, coquos, adulatores, stipatores, famulos, ac reliquam vniuersam pompam, strepitumque, extinctum, marcidumque factum. Vbi que cinis, vbi que fauilla, & puluis, lanæta, & lectus, nemine succurrente, neque semel egressam animam postea reuocante. Tunc declaratur, quid possit aurum, quid possint copiose diuitiae. Siquidem ex tam frequenti famulatio nudus abductus est, & solus, nihil ex tanta beneficentia secum ferre valens, sed desertus, indefensus, ac neglectus: nullus eorum, qui prius auxiliabantur aderat, crepturus a poena, ac supplicio. sed ab illis omnibus diuisus, solus in se recepit, ut illa non ferenda supplicia sustineret. Verè omnis caro foenum, & omnis gloria hominis tanquam flos graminiis exaruit, gramen, & flos decidit, sed verbum domini manet in aeternum. Venit mors, & extincta sunt illa omnia. Nec aliter quam captiuum arreptum, sic illum abduxit demissis oculis, pudore plenum, non audentem hincere, timentem, pauidum, perinde quasi in somnis vniuersis illis deliciis fruius fuisset. Ac post haec super dices factus est pauper, atque nunc illius eget mensa, illius, qui dudum suriebat, illius, qui canum rotis obiectus iacebat. Breuiter res commutatae sunt;

plausus signi...

Eccl. 7.

Luc. 19.

Et in 4. 0. 5

sunt, vniuersi cognouerunt vter fuerit diues, vter pauper, quodque Lazarus quidem omnium fuerit opulentissimus, ille contra omnium pauperissimus. Quemadmodum enim actores in scena, ac ducum personas, item medicorum, ac rhetorum, sophistarum, ac militum assumentes ingrediuntur, quum ipsi nihil horum sint: sic sanè & in presenti vita, paupertas, ac diuitiæ nihil aliud sunt quam personæ. Sicut igitur in theatro sedens, si quem videris, ex iis, qui in extra scenam pedibus ingrediuntur, personam gestantem regis, non iudicas eum beatum, neque regem esse credis, imò nec ipse optaueris esse talis: sed, quum scias quod sit quispiam ex iis, qui versantur in foro, funium opifex, aut faber ararius, aut aliud quicquam tale, nò iudicas illum beatum ob personam, aut ob vestem ad talos demissam, neque ex hisce rebus æstimas illorum vitam, sed desquis pedibus illum ob aliam vilitatem. Sic sanè & hic, velut in theatro, videlicet in mundo sedens, & in scena lucete, spectans, vbi videris còplures diuites, ne putes verè diuites esse, sed diuitum obreptos personas. Nam, quemadmodum ille, qui in scena regem, aut belli ducem agit, frequenter est famulus eorum, qui ficus, aut borros vendunt in foro: itidem & hic diues crebro pauperior est omnibus. Quòd si detraxeris illi personam, si conscientiam explices, & ingrediaris animum, multam illic offendes virtutis inopiam, compèrensque omnium hominum abiectionissimum. Quemadmodum enim, instante vespera, digressi sique, qui confederant, vbi fuerint è theatro egressi, habitumque fabulæ deposuerint: qui prius reges, ac duces esse videbantur, post apparent hoc, quod sunt: ita sanè & nunc, postquam mors aduenit, theatrumque dimissum fuerit, quum diuitiarum, paupertatisque personas deposuerint, omnes illic profecti, atque ex solis operibus iudicati, declarant qui verè sint diuites, qui verè pauperes: qui honorati, & qui humiles. Itaque frequenter fit, vt, qui hic in diuitum numero fuerit, illic reperiat omnium pauperissimus, id quod accidit huic diuiti. Nam simul atque incuberat vespera, hoc est, mors, eque presentis vitæ theatro egressus est, personamque deposuit, visus est illic omnium esse pauperissimus: adeò verò pauper, vt ne guttam quidem aquæ haberet in sua potestate, sed pro hac rogaret: neque quod petebat, còsequi poterit. Quid hac paupertate pauperius esse posset? *Subleuatis enim oculis suis, ait ad Abraham, Pater misere mei, & mitte Lazarum, vt iningat summum digiti tui in aquam, & in sillet ori meo.* Vides quanta sit afflictio? Quum proximus esset Lazarus, præteribat: nunc, quum procul abisset, inuocat: quem frequenter ingrediens, & egrediens non videbat, hunc procul leuotum diligenter aspicit. Sed quam ob causam illum inuenitur? Frequenter dixerat diues iste: Quorsum mihi opus pietate, ac virtute cuncta mihi velut è fonte affluunt, multa fruor prosperitate, nihil sustineo rerum inopinatarum, quam ob rem expezo virtutem? Hic pauper, qui iuste, piæque viuuit, innumera patitur mala. Hæc nunc quoque frequenter dicunt. Vt igitur radicibus has reuellet, ret opiniones, demonstrat illi, quod malitiæ reposita sit vitio: contra, honor, & corona laboribus pro pietate susceptis. Non propter hoc solum autem vidit illum, sed, vt, quæ passus fuisset

Et non, & c. vna reposita laboribus pro pietate susceptis.

pauper, hæc nunc & diues pateretur multo grauius. Quemadmodum enim illi molestiorè reddidit cruciarum, quòd in vestibulo diuitis iacebat, quòd videret aliena commoda: sic & huic grauiorem reddidit cruciarum, quòd in gehenna iaceret, quòd Lazari videret delicias, quò nò solum natura suppliciorum, verum etiam comparatione honoris illius, intolerabiliorem haberet cruciarum. Et, quemadmodum Adam à paradiso eiectum è regione paradisi habitare iussit Deus, vt assiduus conspectus renouans molestiam, exactiorem illi præberet sensum expulsionis è bonis: ita sanè & hunc è regione Lazari constituit, quò videret quibus bonis seipsum priuauerat: Misi tibi, inquit, in vestibulo Lazarum, vt tibi ad virtutem doctor esset, doctrinæque materia: contempseris lucrum, noluisti, ad quod oportuit, vt saluti occasione, vtere posthac illa ad maioris cruciatus, suppliciique materiam. Ex his discimus, quòd omnes, qui à nobis sunt contumeliosi, & iniuriis affecti, tunc ante faciem nostram stantur: Quamquam hic nihil à diuite accepit iniuriæ: neque enim illius pecunias vsurparat diues, sed suas non impartiuit. Quòd si is, qui sua non impartiuit, accusatorem habet eum, cui negauit misericordiam, qui aliena quoque rapuerit, quam veniam consequetur, vndique ipsum circumstantibus, quos affectit iniuria? Non enim illic opus erit testibus, neque accusatoribus, neque probationibus, neque signis, verum ipsæ per se res tales, quales eas gessimus, ante oculos nostros apparebunt. Ecce enim, inquit, homo, & opera eius. Si quidem & hoc rapina est, non impartiuit de tuis facultatibus. Ac fortassis vobis mirum videtur esse, quod dico, verum ne miremini, testimonium enim vobis è diuini scripturis proferam, dicens quòd non solum capere aliena, verum etiam tua non impartire cæteris, & rapina sit, & fraudatio, & spoliatio. Itaque dominus Iudæos accusans per Prophetam dicit: Produxit terra prouentum suum, & non intulit decimas, sed rapina pauperis est in domibus vestris: Quoniam, inquit, oblationes solitas nò dedidisti, rapuisti ea, quæ sunt pauperis. Hoc autem dicit, declarans diuitibus, quòd res pauperum possident, etiam si paterna hereditate obuenerint, etiam si vndeunque aliunde collegerint pecunias. Ac rursus alibi dicit: Ne spoliés vitam pauperis: qui verò spoliatur, aliena tollit. Nam spoliatio quædam dicitur, quum aliena accepta detinemus. Propter hoc igitur discamus, quòd, quoties eleemosynam non præstiterimus, pari cum iis, qui spoliatur, supplicio afficiemur. Heriles enim pecunie sunt, vndeunque eas collegerimus, & ideo tibi plura possidere concessit Deus, non vt in seortationes, tumultum, in gluiem, in vestes sumptuosas, aliamque nollitiam consumeres, sed vt ea distribueres egentibus. Quemadmodum enim receptor quispiam, qui regias pecunias accepit, si neglexerit iis, quibus iustus est distribuere, inque proprias consumpserit delicias, pœnas dat, perditur: ita sanè, & diues receptor quispiam est pecuniarum, quæ pauperibus distribu debebant. Itaque, quum in mandatis habeat, eas distribuere suis conferuis egentibus, si quid amplius quam postule necessitas, in seipsum infumpserit, grauissimas illic daturus est pœnas. Non enim sunt ipsius, quæ possidet, sed conferuorum illius. Parca mus

De malitia dicitur, & c.

Non mediocriter de agnitione paritiam iudicij ve, sed quod ambo dicitur.

Sic illa dicitur, non ita hinc le admittit à Schola Thomæ logorum.

camus igitur iis tanquam alienis, vt fiant nostra. Quomodo autem illis parcemus tanquam alienis? Si illa non in vltis superuacuos infumpserimus, sed pauperum manibus impartiuerimus. Etiam si fueris opulentus, sed plus quam opus est infumpseris, rationem reddes pecuniarum tibi creditarum. Hoc idem fit in magnatum ædibus: multi suas ipsorum apothecas famulis suis commiserunt: verum illi, quibus commisse sunt, seruant, quæ tradita sunt, nec abutuntur commissis: verum, vbi iusserit dominus, distribunt. Hoc tu quoque facito. Etenim accepisti plura cæteris, non vt ea sola consumas, sed vt eorum cæteris bonus fias dispensator. Opere precium autem fuerit, & illud considerare. Quid tandem? Non apud alium iustum Lazarum, sed in sinu vidit Abraham. Hospitalis erat Abraham. Vt igitur redarguatur diuitis in hospitalitas, propterea Lazarum cum illo videt. Ille etiam prætereuntes venabatur, & in domum petrahebat suam: hic verò etiam intra domum iacentem despexit, quumque talem thesaurum haberet, salutis paradæ materiam, præteribat quotidie, nec, in quo oportebat, vltis est pauperis propinquitate. At non ita patriarcha, sed omnia contra. Pro foribus sedens introducebat prætereuntes omnes, & quemadmodum piscatorum iactio in mari rete, piscem quidem attrahit, attrahit autem frequenter & aurum, & margaritas: itidem & hic rete captans homines, piscatus est tandem & angelos, quòdque mireris etiam insciens. Id quod & Paulus in huius laudibus dixit, Sectare hospitalitatem: per hanc enim quidam inscientes hospitio exceperunt angelos: ac rectè dixit, inscientes. Nam, si sciens illos exceperisset tanta cum humanitate, nihil magni, miræ fecisset. Sed hæc tota laus, quod ignorans quinam essent, qui præteribant, nò aliud esse credens quam homines viatores, cum alacritate vocant intro. Tu quidem igitur, si quem nobilem, ac splendidum exceperis, multamque præstiteris alacritatem, nil mirum est. Nam virtus eius, qui excipitur, etiam inhospitalem frequenter adigit, vt omnem exhibeat humanitatem: cæterum illud maximum, & admiratione dignum, quoties & vulgares, & ignotos, ac viles multa cum benevolentia excipimus. Propterea dicit: *Matth. 23. Quicquid feceritis vni ex his minimis, qui credunt in me, mihi feceritis.* Ac rursus; ita non est voluntas coram patre vestro, vt pereat vnus ex pusillis istis: ac iterum; Quicumque offenderit vnum ex pusillis istis, expedit ei, vt appendatur mola asinaria circa ceruicem illius, & abiciatur in mare. Denique multus vbique est Christus de pusillis, & minimis sermo: quandoquidem & Abraham sciens non excutiebat, quales essent prætereuntes, nec vnde venirent, quemadmodum nos nunc facimus, sed sine delectu prætereuntes excipiebat omnes. Nam eum, qui præstat humanitatem, non oportet exposcere vitæ rationem, sed inopiæ mederi, necessitarique suppeditare. Vnicum habet patrocinium pauper, quòd eget, quòdque in necessitate constitutus est, ne quid ab illo postules amplius: Sed etiam si fuerit omnium improbitissimus, & egerit necessario videtur, sedemus illius famem. Ita & Christus præcepit; Estote, inquit, similes patris vestri, qui est in cælis, qui solem suum orti facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Porrus est

in necessitate constitutorum homo misericors: Porrus autem omnes, qui in naufragium incidunt, excipit, liberatque, siue mali fuerint, siue boni: denique quicumque fuerint, qui periclitantur, in sinu ille suos excipit. Tu proinde, si videris hominem, qui in egestatis naufragium incidit, ne iudica, ne vitæ gesta examina, sed medere miserere. Quid ipse tibi negotium accersis? Libera te Deus omni tali sollicitudine, & curiositate. Quam multa pericula fuerant dicturi, quàmque difficiles erant futuri, si Deus præcepisset, vt prius accuratè vitam, factaque singulorum disquireremus, ac tum demum conferremus eleemosynam? Nunc hac omni curiositate nos liberauit. Cur ergo curas superuacuas nobis accersimus? Aliud est iudex, aliud eleemosynæ largitor. Ideo vocatur eleemosyna, quod eam & indignis damus. Vnde & Paulus dixit; Quod bonum est, facite erga omnes, sed maxime erga domesticos fidei. Quòd si indignis curiosè discutiamus disquiramusque, ne digni quidem facili in nos incident. Quòd si indignus quoque præstiterimus beneficium, nimirum & digni, qui que omnium illorum malitiam virtute pensent, venient in manus nostras: sicut euenit beato Abraham, cui minimè curioso quales essent, qui præteribant, contigit tandem, vt & angelos exciperet hospitio. Hanc igitur nos imitemur, simulque cum hoc nepotem illius Iob. Quandoquidem & hic progenitoris sui magnanimitatem cum diligentia est imitatus, Eoque dicebat, ostium meum iugiter patebat cuius aduenienti. Non sic huic patebat, vt alteri esset occlusum, sed indifferenter apertum erat omnibus. Hoc exemplum & nos imitemur, nihil exquirentes vltra quam oporteat. Nam ad hoc, vt pauper dignus habeatur eleemosyna, satis est egestas. Quòd si quis cum hac commendatione nos adierit, ne quid amplius curiosè scrutemur: nec enim moribus demus, sed homini: nec illius ob virtutem nos eius misereat, sed ob calamitatem, quòd nimirum & ipsi copiosam à domino misericordiam nobis concilietur, ipsique digni simus, in quos ille sua conferat benignitatem. Nam, si in còseruis nostris cæperimus exquirere dignitatem, morosèque vestigare, idem & Deus facturus est in nobis, dumque studemus à conferuis respicere vitæ causas, ipsi superni numinis benignitatem amittimus. In quo enim, inquit, iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Sed ad rem redeamus. Itaque, quum videret illum in sinu Abraham, ait; *Pater Abraham, misere mei, & mitte Lazarum.* Quamobrem non ad ipsum Lazarum direxit sermonem? Pudet obstabat, ac verecundia. Ex iis enim, quæ in illum fecerat, arbitrabatur illum omnino meminisse malorum præteritorum. Quoniam, si ego, inquit, tanta rerum affluens copia, nihil ab illo Iesus adeò despexit hominem, vt ne micas quidem impartierim, quanto magis ille sic contemptus, non annuet perenti beneficium? Hæc, non, vt Lazarum accusemus, dicimus. Neque enim hoc animo fuit Lazarus, abijt: sed causam indicamus, quid hic veritus non imploraret ipsum Lazarum, sed potius Abraham inelamarit, quem existimabat nescire, quæ fuerant acta. Atque illius digitem nunc implorat, quem crebrò passus fuerat exponi canum linguis. Quid igitur ille? *Fili, recepisti bona tua.* Vide philosophiam, vide humanitatem iusti. Non dixit, inhumane, crude-

Galat. 6.

Iob. 31.

Matth. 19.

declara vehemens studium. Er, si viderit te Deus tantam animi promptitudinem adhibere, nō despiciet tuam vigilantiam, ac sollicitudinem. *Act. 8. d.* rum, etiā si nullus homo te docuerit, quod quæris, ipse sine dubio referabit: Memento Eunuchi reginæ Æthiopum, qui, quum esset homo barbarus, innumerisque distentis sollicitudinibus, & vndique circumseptus negociis, nec intelligeret, quæ legebat (legebat tamē in curru sedens) quod si in via tantam præstitit diligentiam, cogita qualis fuerit domi versans. Si tempore perfectionis non sustinuit absque lectione manere, multo minus domi sedens. Si nihil intelligens legebat, nec desitit a lectione, multo minus, postquam didicerat. Nam, vt scias, quod non intellexerit, quæ legebat, audi quid dicit Philippus, *I. Cor. 10. c.* Num intelligis, quæ legis? Atque ille, his auditis; non pudefactus est, nec erubuit, sed infirmitatem suam confessus est, aitque; Quinam possum, nisi quis mihi viæ dux fuerit? Quum nondum haberet, qui viam commōstraret, tamen legebat, eoq; cito consecutus est ductorem. Nouit propensum illius animum Deus, studiumque amplexus est, misit illi doctorem illico. Verum non adest Philippus, sed spiritus, qui mouerat Philippū adest. Ne neglexerimus nostram salutem, dilecti, hæc omnia scripta sunt propter nos, ad correctionem nostram, in quos fines seculorum inciderunt. Magna aduersus peccatū munitio est scripturarum lectio; magnum præcipitium, profundum barathrum, scripturarū ignorantio; magna salutis perditio, nihil scire ex diuinis legibus: ea res & hæreses peperit, ea vitam corruptam inuexit, hoc sursum deorsum miscuit omnia. Nam fieri non potest, non potest, inquam, fieri, vt quis sine fructu discat, qui assidua, attentq; scripturarum lectione fruatur. Ecce vna parabola, quam multiplicem nobis attulit vtilitatem, quomodo animam nostram meliorem reddidit: Nam complures, fat scio, sunt, qui ex his sermonibus copiosam vtilitatem ferentes, abierunt. Quod si qui sunt, qui non perinde magnum fructum reportarunt, attamen eo die quo nobis audiendis vocarunt, omnino meliores fuerunt. Non autem exiguum est vel istud, vnum diem in peccatorum contritione transigere, & ad celestem philopiam respicere, animæque permittere, vt vel paulisper à mundanis respiciat curis. Etenim, si singulis diebus tales fuerimus, nec defecerimus, assiduitas audiendi magnū quoddam, præclarūque bonum nobis pariet. Agite igitur, & ea, quæ sequuntur, vobis persoluamus. Quæ sunt autem, quæ sequuntur? Quum dixisset diues; *mitte Lazarum vt insillat summo digito, ac refrigeret linguā meā.* Auscultemus quid dicat Abraham. *Fili, inuenio quod recepisti tua bona in vita, & Lazarus similiter mala, & nunc iste solatium accipit, tu vero cruciarius, &c.* Grata sunt, quæ dicuntur, plurimumque nobis offundunt dolorem. Hoc & ipse nocui: sed, quemadmodum mordent conscientiam, ita non parum adferunt vtilitatis animis eorum, qui mordentur. Etenim, si hæc nobis illic dicerentur, quemadmodum dicta sunt diuiti, vere vera plorandum esset, dolendum, ac lugendum, quod nos penitentia tempus defecisset. Ceterum, quoniam hæc agentes hæc audimus, vbi & respicere licet, & commissa dilueret; denique multam conscientia parare fiduciam, atque ex alienis malis concepto timore, mutari,

agamus gratias bonitati diuinæ, quæ per aliorum supplicia nostram expurgat fecunditatem, nobisq; dormitantibus somnum excurit. Siquidem ob hoc hæc ante dicta sunt, ne talia patiamur. Etenim, si voluisset punire Deus, non ista prædixisset: verum, quoniam noluit nos adigere ad supplicium, ideo prædicit supplicium, vt prædictione castigati, vitemus rerum experimenta. At cuius tandem gratia dixit, *recepisti bona tua*, potius quam cepisti? Meministis enim, fat scio, quod dicebam hinc nobis mare considerationū immensum aperiri. Nam hæc vox, *recepisti*, debiti cuiusdā significationem habet, eo quod recepisti aliquid, quæ debebantur. Proinde, si diues iste scelestus, ac scelerosus, & inhumans fuit, quam obrem nō dicit illi, cepisti: sed *recepisti bona tua*, quasi iure illi competierint, quasi que debebantur. Quid igitur? Videlicet hinc discimus, quod, etiā si quis sit scelerosus, ad extremam improbitatis lineā deuecti, tamen frequenter vnum aliquid, duode, aut tria beneficia sunt operati. Quod autem hæc nō loquor è coniecturis, hinc perspicuum est. Quid enim fuit illo iniquitatis iudice sceleratius, quid inhumanius, quid magis impiū? Is neque Deū metuebat, neque homines reuerabatur, attamē, quum tam improbis esset moribus, fecit boni quiddam, miseratus viduam, ipsi sunt sine negocium facessentem, annuens postulanti officium, præstansque quod petebatur, cohibitis qui illam afficiebant iniuria. Ita frequenter accidit, vt aliquis vitæ sit intemperans, & tamen idem sit misericors: aut vt quis sit inhumans, pudicus tamen. Quod si intemperans fuerit, & idem crudelis, tamen vnum aliquod idem bonum opus fecit in vita. Rursus hæc idem arbitrandum est de bonis: quemadmodum enim, qui pessimi sunt, faciunt frequenter boni quiddam: sic & boni, virtutēque præditi, sepe vnum peccat. Quis enim, inquit, gloriabitur se castum habere cor? Aut quis confidet se purum esse à peccato? Quoniam igitur verisimile est, diuitem illum, licet ad extremam malitiæ procecti, aliquid fecisse boni: contra Lazarum, tamen si summam virtutem præstitisset, aliquid tamen leue deliquisse: vide quomodo declarauit vtrumque Patriarcha, dicens; *Recepisti bona tua. & Lazarus mala.* Et tu, inquit, etiam si quid boni fecisti, si quæ merces tibi debebatur, hæc omnia in illo mundo recepisti, deliciis fructus, diuitiis affluens, rebus prosperis vtēs, multoque rerum successu gaudens. Et hic, si quid mali fecit, omnia recepit: cum fame, inopia, extremis malis affligeretur. Itaque vestrum vterque nudus huc peruenit: ille peccatis, tu iustitiā: quam obrem & hic merum habet solatium, tu inconsolabilem sustines cruciatum. Etenim, quum exigua sunt, leuiāque beneficia nobis, ingens autem, & immensum peccatorum onus; deinde hic præspicitur fructus, neque quicquam patimur acerbius profusus nudi, destituti que benefactorum præmissis hinc discedimus, vt qui hic receperimus omnia. Rursus, quum multa, magna que fuerunt nobis beneficia, sed exigua, pauca que delicta, & post hæc patimur aliquod acerbius; hic, depositis lenioribus illis delictis, puram illic, & perfectam bonorum operum remunerationem accipimus. Vbi quem igitur videris, improbam agentem vitam, nec quicquam hic acerbi patientem; ne putaris illum beatum, sed desce potius, ac deplora, velut illic

Videat, si quis diuitem male iustitiam se operi peccatis

Lazarus

Prophetia

Quoniam

Vides, si fieri vt bono habeat plura merita bonorum operum, quod demeritis malorum.

illic omnia tristitia perpessurū, quemadmodum diues ille fecit. Rursus, vbi quem videris virtutis studiosum, & eundem innumeris affligi molestiis, beatum existima, felicem iudica; vt qui & hic omnia sua peccata diluerit, & illic multam habeat paratā mercedem, quemadmodum huic euenit Lazaro. Nam ex hominibus alij quidem hic duntaxat puniuntur, alij rursus nihil hic tale patiuntur, sed omnem vindictam illic recipiunt: alij verò cum hic, tum illic puniuntur. Horum igitur quos tandem iudicatis beatos? Non dubito, quin primos illos, qui puniuntur, acque ita peccata deponunt. Verum post illos, quos proximo felicitatis loco ponitis? Vos fortassis eos, qui nihil hic triste patiuntur, sed illic omne luunt pœnā. At ego non istos, sed hos potius, qui hic simul, & illic puniuntur. Nam hic qui pœnas dederit, sentit illic pœnam leniorem: ceterum qui cogitur illic totam pœnam sustinere, inexcitabilem vindictam patietur, velut ille diues. Quoniam enim hic nullam peccatorum partem abluuit, adeo seuerè punitus est, vt ne minimam quidem partem impetrauerit. Verum istis quoque, qui hic cum peccant, nihil tamen graue patiuntur: illos longe in secliores iudico, qui, quum hic puniantur, simul tamen delicias, ac securitatem fruuntur: Quemadmodum enim hic non dare pœnas pro commissis, illic cruciatū reddit atrociorē: ita dum peccant, securitatis, delicias, multaque affluentia indulget, maioris pœnæ viaticum, ac materiam illic colligit. Nam, cum peccantes nos Deus afficit honoribus: ea res potissimum nos in grauius incendium iniicere poterit. Etenim, si quis Dei lenitate fruatur tantum, non etiam ad quod oportuit vtatur, atrocis supplicium sibi parat. Vbi præter Dei lenitatem, etiam honoribus potitur maximis, nihilo seclius tamen persistit in *locordia*: quis illum eripiet ab illo supplicio? Etenim vt intelligas, quod, qui Dei lenitatem experiuntur, malum vniuersum illic sibi coaceruat, ni resipuerint, audi quid dicat Paulus; Existimas autem, o homo, qui condēnas eos, qui talia faciunt, & facis eadem, quod tu effugis iudicium Dei? An diuitias bonitatis illius, ac patientiæ, lenitatisque contemnis, ignorans, quod bonitas Dei ad penitentiam te inuitat? Sed iuxta duritiam tuam, & cor impenitentis, recondis tibi ipsi iram in die ire, ac reuelationis iusti iudicij Dei. Ergo, quum viderimus, opibus affluētes, deliciis fruētes, vnguenta olentes, in temulentia perseverantes, in magistralu, & honore, in multa pompa, & claritudine peccātes, neque quicquam triste patientes, hæc ipsa de causa, maxime desiteamus, ac deploremus illos, quod, dū peccant, non puniuntur. Veluti si quem videris hydropi, aut vicio splenis obnoxii, aut tabo quopiam marcescentem, innumeris vndique plenum vlceribus, nihilo seclius tamen cum his omnibus, temulentie, ac deliciis indulgentem, reddere morbum acritorem, adeo non miraris, aut beatum iudicas eum ob delicias, vt ob hoc ipsum etiam maxime miserum existimes. Similiter & de anima cogitato, vt videris hominem peruersè viuētem, multaque fruētem prosperitate, neque triste quicquam patientem, ob hoc ipsum magis deplora, quod, quum morbo, grauissimoque tabo sit obnoxius, tamen deterior sit, morbum delicias, vitæque dissoluta exasperans. Non enim puniri malum est, sed pec-

care malum est. Nam hoc quidem à Deo separari: illud verò nos ad Deum recolligit, iramque dissoluit. Vnde hoc liquet? Audi prophetam dicentem; *Consolamini, consolamini populum meum* *Eccl. 4. o. m.* facerdoes, loquimini ad cor Hierusalem, quoniam accepit de manu domini dupla, pro peccatis suis. Ac rursus; *Domine, pacem da nobis: nam omnia reddidisti nobis.* Vt autem intelligas alios hic, alios illic puniri, alios tum hic, tum illic, audi quid dicit Paulus, reprehendens eos, qui indignè communicabant mysteriis. *Quum enim dixisset; Qui edit, ac bibit indignè domino, reus erit corporis, & sanguinis domini, sibi et illico;* Propter hoc inter vos multi infirmi, ac valetudinarij, & dormiunt multi. Etenim, si nos ipsos diiudicauerimus, non vtique iudicauerimur. Nunc autem, quum iudicamur à domino, corripimur, ne cum mundo condemnemur. Vides quomodo hic iniuncta pœna, liberat à pœna, quæ illic est? Et de eo, qui stuprum commiserat, inquit; *Tradite eum satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat in die domini nostri Iesu Christi.* Quin & ex ipso Lazaro hoc perspicuum est, quod etiam si quid mali commiserat, hic abiigerit, itaque illic purus abiicit. Idem verò & ex illo paralytico manifestū est, qui triginta octo annos laborans per morbum diuturnū peccata deposuit. Ceterum, vt scias illud ob peccata sic afflictum fuisse, audi quid dicit Christus; *Ecce sanus factus es, ne posthac pecces, ne quid contingat tibi deterius.* Ex his igitur clarum est, esse quosdā, qui hic puniuntur, ac peccata deponunt. Quod autem aliqui tum hic, tum illic puniuntur, si minus pro peccatorum magnitudine hic luant pœnas, audi quid de Sodomitis dicat Christus; *Etenim quā dixisset; Quoniam que non receperint vos, etiam puluerem pedum vestrorum in eos excutite, sibi iunxit; Tolerabilis erit terra Sodomorum, & Gomorthæ, quā in ciuitati illi.* Quod autem dixit, tolerabilis, huic habet sensum, quod illi tum quoque forent puniendi. Nam & ante puniri fuerant, quando quidem in hac vita dederunt pœnas. Porro non nullos esse, qui hic quidem nihil molesti patiuntur, sed illic totam expectant vltionem, declarant nobis hic diues, inconsolabilem perferens cruciatū, ac ne minimum quidem refrigerij consequens, eō quod illic illi tota vindicta fuerit referuata. Quemadmodum igitur in iis, qui peccant, beator erit ille, qui plus sustinerit, quando vnicuique reddet iuxta opera sua. Quid igitur? non est quicquam, inquit, qui & hic, & illic regni fruetur? Istud impossibile est, o homo, atque ex corū numero, quæ frustra speres. Fieri non potest, non potest fieri, inquit, vt, qui hic in locordia, securitateque vixerit, qui in deliciis omnibus assidue consumpserit, qui temere, neglecteq; trasegerit arietē, illic honorem consequatur. Nā, et si paupertas non sit molesta, cupiditas tamen molesta est, atque huic obnoxius est, nec hinc medicis labor. Quod si morbus non infestat, sed inflammat iram, *Bibl. Hom. tom. 2. I 3 o. nē*

Eccl. 4. o. m.

I. Cor. 11. g.

I. Cor. 5. b.

Mat. 5. b.

Mat. 6. b.

Mat. 16. a.

in pariete pictum diuitem, ac pauperem, nec illi inuidemus, nec pauperem despiciamus, eo quod, quae videmus, umbra rerum est, non veritas: sic & diuitiarum, & paupertatis: gloriae, & ignominiae, aliarumque rerum omnium siue tristium, siue letarum, naturam si perouerimus, liberabimur à turbatione, quae ex harum vnaquaque in nobis gigni solet. Haec enim omnia quavis umbra fallaciora sunt, nec quicquam habent sublime, neque praeclarum, nec splendida, gloriosaque arrollere nec humilia, contemptaque contrahere poterunt. Verum iam tempus nobis est, ut diuitis verba audiamus. *Oro te, inquit, pater, hoc est, obsecro, rogoque, ut mittas Lazarum in domum patris mei. Sunt enim mihi quinque fratres, ut testificetur illi, ne veniant in hunc locum tormentorum.* Postquam pro se non impetrauerat, pro aliis facit supplicationem. Vide quam humanum, quam mansuetum poena reddiderit eum. Qui Lazarum praesentem despicebat, aliorum absentium nunc curam habet: qui ante oculos iacentem praeteribat, meminit eorum, quos non videbat, multoque studio postulat, ut aliquo modo illis prospiciatur aduersus imminetia mala: obsecratque, ut Lazarus in domum patris mittatur, ubi ipsi fuerat cauea, stadiamque virtutis apertum. Illi videant illum coronari, qui viderunt certamen, qui testes fuerunt illi paupertatis, ac famis, aliorumque malorum innumerabilium, fiant testes honoris & ignominiae in omnem gloriam commutate, ut vtriuque castigati, doctique, quod res nostrae nequaquam praesentis vitae termino finiuntur, tandem praeparant sese, ut hanc poenam, cruciatumque possint effugere. Quid igitur Abraham? *Habent, inquit, Moyses, habent prophetas.* Non aequè tu curas fratres tuos, atque Deus, qui illos condidit, innumeros illis adhibuit magistros, admonitores, consultores, adhortatores. Quid igitur ille respondit? *Non, inquit, se si quis ex mortuis redierit, illi credent.* Haec sanè sunt vulgi verba. Vbi nunc sunt, qui dicunt, quis illinc rediit? Quis ex mortuis surrexit? Quis narrauit, quae sunt apud inferos? Quam multa talia, tantaque dicebat apud seipsum diues ille, quum versaretur in deliciis: neque enim temere postulabat, ut aliquis surgeret ex mortuis. Verum, quoniam ipse audiens scripturas, contempserat, deriserat, fabulas esse, quae dicebantur, crediderat: erga haec sicut ipse fuerat affectus, ita habebat opinionem, & de fratribus suis. Illi, inquit, sic opinantur, quod, si quis ex mortuis redierit, non diffident illi, neque deridebunt, sed potius auscultabunt iis, quae dicentur. Quid igitur Abraham? *Moses, & prophetas non audierunt, nec si quis ex mortuis resurrexerit, credent.* Idque verum esse, quod, qui non audit scripturas, neque ex mortuis excitatos auditurus sit, declarantur Iudaei: qui, quoniam Moyses, ac prophetas non audierant, neque, quum mortuos vidissent excitatos, crediderunt. Verum nunc quidem Lazarus occidere conabantur, nunc rursus in Apostolos impetum faciebant, quo tempore crux praedicabatur. Ut verò & aliunde cognoscas, quod grauior sit scripturarum, ac prophetarum doctrina, quam si qui à mortuis resuscitati renunciant: illud considera, quod quisquis mortuus est, seruus est: quae verò scripturae loquuntur, locutus est dominus. Proinde,

etiam si mortuus reuiuiscat, etiam si angelus de caelo descendat, maxime omnium credendum est scripturis. Nam angelorum herus, mortuorum pariter, ac viuientium dominus, ipse eas condidit. Ad haec, quod superuacanea quaerunt, qui desiderant, ut mortui illinc redeant, praeter haec, quae dicta sunt, etiam ab huius mundi curis demonstrare licet. Gehenna non videtur incredulis. Nam credentibus est perspicua, manifesta que. Curiae videntur, quotidieque audimus, quod ille supplicio affectus est, illius proscripta bona, alius operatur in fodinis, alius exustus est igni, alius alio poenae, vindictaeque genere perit: & tamen haec quum audiunt mali, ac facinorosi, maleficiaque, non emendantur. Multi frequenter in his deprehensi, posteaquam effugerunt poenam, perfolloque carcere elapsi sunt, rursus eadem aggrediuntur, multo his sceleratiora perpetrant. Ne igitur queramus haec audire à mortuis, quae multo clarius quotidie nos docet sacra litera. Nam, si nouisset hoc Deus, quod mortui excitati viuenticibus essent profuturi, nequaquam omisisset, neque tantum lucrum praeterisset, qui cuncta nobis vitia procurat. Ad haec, si assidue erant excitandi mortui, nobisque, quae illic geruntur, renunciaturi, & hoc ipsum progressu temporis fuisset contemptum: praeterea peruersa etiam dogmata diabolus inuexisset, idque admodum facile. Potuisset enim frequenter ostendere simulachra, aut subornare, qui simularent mortem, ac sepulturam, mox rursus sese ostenderent, quasi à mortuis excitatos, ac per illos, quaecumque vellet, perfundere delusis. Etenim, si nunc, quum tale nihil sit, infomnia frequenter dormientibus visa veluti eorum, qui hinc decesserunt, multos decepturum, perdidit, subtereruntque multo magis id accidisset, si hoc factum fuisset, atque in mentibus hominum obtinuisset, videlicet si multi defunctorum rediissent in vitam, innumerabiles sceleratus ille damo dolos texuisset, multamque fraudem in vitam hominum induxisset. Eoque Deus oclulit fores, nec permitit aliquem defunctorum huc reuersum narrare, quid illic fiat, ne ille, accepta occasione, tetras suas omnis inuehat. Nam, quum essent prophetae, pseudo-prophetas excitabat: quum essent Apostoli, pseudo-apostolos; quum Christus appareret, pseudo-christos; quum dogmata sana inducta fuissent, corrupta inducebat, ubique disseminans zizaniam. Itaque etiam, si illud enuiscet, hoc quoque conatus fuisset fingere per sua organa, non verè excitatis mortuis, sed maleficiis quibusdam, ac fraudibus contentiui oculis deceptis, aut quosdam etiam subornans, quemadmodum dicere ceperam, qui mortem simularent, sursum deorsum miscuisset, confundissetque omnia: sed Deus, quem nihil lateat, praeculit illi viam ad has infidias, nobisque parces non permisit, ut quisquam vnquam illinc huc reuersus de iis, quae ibi sunt, narraret viuenticibus hominibus: docens nos, ut scripturis potius credendum existimerimus quam ceteris omnibus, propterea quod Deus resurrectionis negotium multo dilucidius nobis commisit. Obrem vnuersum conuertit, errorem abegit, veritatem induxit, per homines piscatores, ac viles haec omnia peregit: denique abunde magna suae prouidentiae documenta nobis vndique praebuit. Ne itaque putemus res nostras

Sed tamen si per legem ista, etiam sanctus in se minus, aut de modo velle esse.

stras huius vitae termino circumscribi, sed credamus fore iudicium, ac remunerationem omnium, quaecumque hic à nobis geruntur. Nam id est, adeo manifestum, conspicuumque cunctis, ut & Iudaei, & Graeci, & haeretici, breuiter omnis quisquis est homo, super his consentiat. Quanquam enim non, quemadmodum decet, de resurrectione philosophantur omnes, atram de iudicio, deque poenis, deque tribulationibus, quae illic sunt, omnes consentiunt, illic esse aliquam eorum, quae hic geruntur, remunerationem: quod nisi esset, qua de causa Deus caelum tam amplum extendisset, mare dilatasset: aërem diffudisset, tantam prouidentiam declarasset, nisi ad finem usque nostri curam habiturus esset? Nonne vides multos, qui cum virtute vixerint, innumerataque mala passi sunt, decessisse, nulla te bona percipere? Alios contra, quum multam prauitatem commiserint, alienas facultates rapuerint, viduas, & orphanos spoliauerint oppresserintque, opibus, deliciisque & innumeris bonis fruii fuerint, decessisse, ne tantulum quidem mali passos? Quae igitur vel illi priores virtutis praemia recipere, vel isti prauitatis ferret supplicia, hic nostrae res ultra vitam hanc non proferuntur? Nam, si Deus est, sicuti reuera est, eum iustum esse, non fatetur. At qui si iustus est, & his, & illis reddet pro meritis. Et hoc in confesso est. Quod si & his, & illis rependet pro meritis, hic verò nullus eorum recepit, neque ille improbitatis poenam, neque hic virtutis praemia, perspicuum est, restare tempus aliquod, in quo congruens praemium horum vterque feret. Sed quare nobis iudicium in animo sic perpetuo vigilansem, & attentum Deus constituit? Conscientiam loquor. Nec enim est vllus inter homines adeo vigilans, ut est nostra conscientia. Nam externi iudices & pecunias corumpuntur, & afectionibus delinuntur, & meru simulant, denique multa sunt alia, quae rectum illorum iudicium deprauant: at conscientia tribunal nulli hominum nouit cedere: sed, quannus dederis pecunias, quannus mereris, quannus aliud quidlibet feceris, iustam ferentiam aduersus peccatorum cogitationes: adeo ut ipse quoque, qui peccatum admisit, seipsum condemnet, etiam si alius nullus accuset. Neque id semel, atque iterum, sed saepius, imò per omnem vitam hoc facere non desinit, & licet ingens temporis interuallum intercesserit, nunquam tamen obliuiscetur eorum, quae facta sunt. Quin & quum perpetratur peccatum, & priusquam perpetratur, & postquam est perpetratum, acerbus nobis imminet accusator, maxime verò, posteaquam perpetratum fuerit. Nam in perpetrando scelere, quoniam voluptate sumus ebrj, non perinde sentimus: ceterum, simulatque commissum est, ceperitque finem, tum demum, extincta voluptate, amarus poenitentiae stimulus succedit, contra quam accidere solet mulieribus parturientibus. Nam illis ante partum labor est ingens, graueque nixus, dissecantes eas doloribus: post partum verò relaxatio, dolore simul cum infante egrediente: verum hic non item; sed, dum parturimus, concipimusque corruptos affectus, delectamur, gaudemusque: ceterum, ubi fuerimus enixi malum illum puerum, nempè peccatum, tum, conspecta sceditate parus, discruciamur grauius quam mulieres parturientes. Quapropter abhorret pri-

um, quod est optimum, ne vnquam omnino concepiamus in animo corruptam cupiditatem. Quod si aliquando conceperimus, tamen sacrum intus praefocemus. Rursus, si huc usque fuerimus negligentes, iniquitatem in opus progressam mox occidamus per confessionem, per lachrymas, per propriorum commissorum accusationem. Nihil enim tam exitiale peccato, quam peccati accusatio, condemnatioque, cum poenitudine, lachrymisque coniuncta. Condemnasti tamen peccatum? deposuisti sarcinam. Quis haec dicit? Ipse index Deus. Dic tu peccata tua prior, ut iustificeris. Quis igitur, te quaeque, pudescis, & erubescis dicere peccata tua? Caue enim homini dixeris, ne tibi epprobrer. Neque enim confesso confiteris, ut in publicum proferat, sed ei, qui Dominus est, ei, qui tui curam gerit, ei, qui humanus est, ei, qui medicus est, offendis vulnera. Neque enim ignorat, etiam si tu non dixeris, qui sciebat, etiam antequam perpetrare. Quid igitur est causa, quominus dicas? Non enim ex accusatione fit grauius peccatum: imò mitius magis, ac leuius. Et ob hoc ipsum Deus vult te dicere: non ut puniaris, sed ut relaxeris: non ut ipse sciat peccatum. Quis enim id postules, quum iam sciat? Sed, ut tu scias, quantum tibi debitum remittatur. Ideo verò vult te scire beneficij magnitudinem, ut perpetuo gratias agas, ut segnior fias ad peccatum, ut ad virtutem promptior. Nisi dixeris debiti magnitudinem, non agnosces donationis eminentiam. Non, inquit, cogo te in medium prodire theatrum, ac multos adhibere testes. Misi soli dic peccatum priuatum, ut sanem vlcus: teque dolore liberabo. Ideo nobis insunt conscientiam, idque quouis patre amantius. Nam pater vbi semel, iterum, ac tertio, deciesve filium increpauerit, si viderit incorrigibile manere, desperans abdicat, expellit è familia, à cognatione secedat. At non eodem modo conscientia, sed licet semel, licet iterum, licet ter, licet millies admonuerit, tunc non obtemperes, monebit iterum, nec desistet usque ad supremum halitum, siue domi, siue in biuiis, siue in mensa, siue in foro, siue in itinere, frequenter & in formis peccatorum nobis simulachra, spectraque representat. Vide autem Dei sapientiam. Non fecit perpetuam conscientiae accusationem, neque enim hoc onus perferre poteramus, si iugiter accusasset: neque rursus adeo leuem, & imbecilem, ut post vnam, aut alteram admonitionem desperet. Etenim, si singulis diebus fuisset nos stimulaturo, an non despondentes animum encaremur? Rursus, si post vnam, atque alteram increpationem desisteret, haud multum fructus nobis adferret. Eoque fecit obiurgationem frequentem, at non perpetuam: frequentem quidem, ne in scordiam incidere mus, sed ut subinde relaxatione, solatioque quopiam accepto, respiraremus. Quemadmodum omnino non dolere de peccatis, exitiale est, quodque malorum extremum est, etiam mali sensum nobis admittit: sic & iugiter, supraque modum id facere, noxiu est. Solum enim & doloris immodica magnitudo frequenter hominem à naturalibus excutiens sensibus, animum demergere, & ad honesta omnia inuilem reddere. Ea propter & illud propidit, ut ex interuallis nobis immineret conscientiae redargutio: propterea quod est admodum tenera, & quouis stimulo acius pungere consuevit peccatorem.

Per confessionem, & lachrymas peccata deletur.

Ep. 43.

torem. Non enim tunc solum, quom ipsi peccamus, verumetiam, cum alij committunt eadem, vehementer in surgit, magnaque contentione nobis exclamat. Nam scortator, adulter, aut far non modo, quom accusatur ipse, verumetiam quom audit alios eadem ausos accusari, ipse sibi videtur flagris cædi, dum increpantur alij, suorum admisorum reminiscens: & alius quidem vocatur in ius: hic verò flagellatur, cui nullum crimen intenditur, si fuerit eadem ausus. Quemadmodum in aliorum rectè factis dum laudantur, & coronantur, qui eadem cum ipsis rectè facta gesserunt, gaudent, exultantque, quasi non tam illi, quàm ipsi laudarentur. Quid igitur esse possit homine peccatore miserius, qui, quoties accusantur alij, ipse exanimatur? Contra quid eo beatus, qui cum virtute vivit, qui, quom laudantur alij, ipse gaudet, lætitiæque distulit, ex aliorum laudibus suorum rectè factorum memoriam recipiens? Hæc sunt diuinæ sapientiæ opera, hæc maxima illius providentiæ sunt argumenta, conscientia increpato, sacra est anchora, non sinens nos tandem in peccatorum demergi profundum. Neque enim per id tempus tantum, quo peccata committimus, verumetiam post multos annorum circuitus, novit nos veteris admonere commissi. Idque ex ipsis evidenter comprobato scripturis. Vendiderunt olim fratres Iosephum; nihil quidem habentes, quod inculerent: sed, quoniam viderat somnia, ipsi gloriæ venturam portendentia. Videbam, inquit, manipulos vestros adorantes manipulum meum. Quamquam ob hæc decuit illum servare potius, quod totius familie corona, totiusque generis decus erat futurus. Sed eiusmodi res est invidia: pugnat adversus domestica decora, manulque lividus innumera perpeti mala, quom videre proximum in precio habitum, etiam si gloriæ pars ad ipsum sit permanatura. Quo sanè quid esse possit miserius? Quod & illis vsu venit. Quom enim vidissent illum procul venientem, ipsi que cibum adferentem, inter se dicebant: Venite, interficiamus eum, ac videamus, quid sint illius somnia. Ut fratrem non revereatis, neque naturam agnoscas, certè mensam ipsam conueniebat reuereri, ipsi que ministerij officium, quandoquidem aliturus te, veniebat. Sed vide quomodo & imprudenter vaticinantur; Venite, inquit, occidamus eum, & videamus quid sint illius somnia. Etenim nisi struxissent insidias, nisi dolos texuissent, & impudens illud consiliu concinnassent, nequaquam cognouissent vim illorum somniorum. Non enim perinde magnum erat, Ioseph, si nihil acerbi passus esset, conscendere thronum Aegypti, & tot obstaculis discussis, hunc eundem assequi splendorem. Nisi enim illi struxissent insidias, non vendidissent eum in Aegyptum. Nisi in Aegyptum vendidissent, non ad amarus fuisset ab hera. Si non fuisset ad amarus ab hera, non fuisset coniectus in carcerem, non interpretatus fuisset insomnia, non regnum illud fuisset affecturus. Si non fuisset regnum consecutus, non venissent illi commercaturi frumentum, nec adorassent. Itaque, quoniam occiderunt illum, ob hoc maxime intellexerunt illius somnia. Quid igitur? Ipsi ne bonorum omnium, que post euenerunt, illiusque gloriæ fuerunt illi conciliatores? Nequaquam. Verum ipsi quidem moriebantur illum morti, desperationi, seruituti, bre-

Gene. 37.

Gene. 37.

Gene. 39.

uiter extremis malis tradere: sed Deus melior artifex, insidiantium malitiam in venditi, insidias que petiti gloriæ abusus est: ne putares rerum euentus, vel casus esse fortuitos, vel ab humanarum actionum magnificentia pendere. Per eos, qui aduerfantur, per eos, qui obstant procurat Deus, ut res, que vetantur, conficiantur, inimicis suis ad suam gloriam abutens ministris: ut intelligas, quod Deus vult, à nemine dissipari posse, nec manum illam excelsum à quoquam auersum iri: quod si quando ab aliquo petaris insidias, ne confertaris animo, neve moleste feras, sed scire possis insidias in bonum finem exituras, tantum si fortiter feras, que accidunt. Ecce hinc quoque liuor regnum peperit, inuidia conciliauit diadema, ad thronum perduxit, atque illi ipsi, qui struebant insidias, auxiliantes promouerunt ad illius imperij magnitudinem. Et is quidem, cui structæ fuerant insidias, regnum adeptus est: ij verò, qui struxerant, seruiunt. Adorabatur ille, hi adorantur. Itaque quom tibi acciderint acerba, continuaque mala, ne turberis, neque moleste feras, sed expecta finem. Omnino contingerit aliquis, munifico Deo dignus, tantum vt cum gratiarum actione feras, que accidunt: quom quidem nec iste, quom illa somniasset somnia, quom in extremum discrimen venisset, quom venditus à fratribus, quom ab hera in insidiis appetitus, denique quom in carcerem esset coniectus, dicebat apud sese; Quid tandem hoc est reifefellerunt me illa somnia, per que exulo à patria, spoliatus sum libertate propter Deum, non cessi heræ ad adulterium inuitanti, propter pudicitiam, ac virtutem do pœnas, ac nec sic quidem vitus est vice meam Deus, aut manum porrexit, sed passus est me tradi vinculis, super alias alix calamitates incidere: post cisternam, seruitus: post seruitutem, insidias: post insidias, calumnia: post calumniam, carcer. Verum horum nihil illum perturbabat, sed perseuerabat in spe cum bona fiducia, sciens quod que dicta sunt à Deo, nunquam exident. Poterat quidem Deus eodem etiam die ista perficere, sed vt simul & suam declararet potentiam, & fidem famulorum suorum, permittit multum temporis intercedere, multaque incidere impedimenta, vt simul & ipsius robur cognoscas, tum explentis promissa, posteaquam in desperationem adducta res est, & seruatorum perspicias tolerantiam ac fidem, quos nihil eorum, que interter accidunt, à bona spe depellit. Sed, quod dicere cœperam, reuersi sunt isti, fame illos veluti carnificè præcipites agitante, & principi Ioseph exhibente. Volebant emere frumentum, hanc autem ait ad eos; exploratores estis. Illi verò quidnam hoc esset apud sese reputabant, inquit; Frumentum empturi venimus, & de vita periclitamur. Meritò: quandoquidem & ille vobis alimoniam adferebat, & de que vita periclitatus est. Cæterum ille quidem verè passus est; vos autem hoc per simulationem patimini. Non enim inimicus erat, sed inimici personam adsumperat, vt quid in paterna familia ageretur, ad plenum cognosceret: Quoniam enim circa ipsum improbi, ingrati que fuerant: Benjamin autem, quem cum ipsis non viderat, veritus de puero, ne quem & ille eadem, que frater, passus fuisset, inuber vnum ex illis vincum illic decerneret, dein de illos, sumpto omni frumento, discedere, mortem illis comminatus,

Gene. 37.

Gene. 44.

Gene. 44.

1 Cor. 11.

1 Cor. 11.

uatus, nisi fratrem suum adducerent. Hæc igitur vbi facta sunt, dixit illis; Relinquit aliquem hic, & fratrem vestrum adducite: sin minus, moriemini. Quid tum inter se loquebantur illi? Profectò hæc ture nobis accidit: nam in peccatis sumus, de fratre nostro quom rogare nos. Vides? post tantum temporis peccati illius recordabantur, & ad patrem quidem dixerant; Fera pessima deuorauit Ioseph. Cæterum, ipse Ioseph presentem, audientemque, peccatum suum, prodebat. Quid hæc re mirabilis accideret possit? Iudiciu abique redargutionibus peragitur, & exculatio sine accusatione, probatio sine testibus, dum ipsi, qui facinus peregerant, seipfos redarguunt: quodque clam factum fuerat, esset. Quis cedo, quis ad egit in publicum esset, que ante tantum temporis patra sunt? An non perspicuum est, huc ad egisse conscientiam iudicis, cui verba dari non possunt? Assidue concutiebatur mitem, animuque turbabat, & ille occisus tunc sedebat tacite iudicans illos: quomque nulla sententia in ipsos esset pronuntiata, ipsi cõdemnationis calculum aduersus sese forabant. Et isti quidem hæc dicebant. Alius verò respondebat, dicens; Nonne dixi ad vos ita loques? Ne lædatis puerum, neve quicquam mali illi faciatis: quoniam frater noster est, & ecce nunc sanguis ipsius exquiritur, inquit, de manibus nostris. Atamen is, qui hæc dicebat, nihil de cæde, aut interfectione illa dixerat: veru ne ipse quidem, sedens quicquam tale que rebat, sed alium fratrem requirebat: ipsorum tamen conscientia per oblatam occasionem insurrexit, in morditate illorum animos, efficiens vt, nemi ne compellente, sua consisterentur facinora. Eadem & nobis accidit peccatis præteritis. Quu enim malis non circumstantibus exanimamur, priorum peccatorum reminiscimur. Hæc igitur omnia quom sciamus, vbi quid prau gesserimus, ne expectemus calamitates, malorumque incursum, neque pericula, neque vincula, sed singulis & horis, & diebus reuoluemus apud nos ipsos hoc iudiciu, sententiam aduersus nos ipsos feramus, omni que modo conemur confiteri Deo, ac neque ipsi de refurtione, deq; iudicio dubitemus, neque alios ita loquentes feramus, sed modis omnibus per ea que dicta sunt, illis obturemus os. Nam si illic non essemus daturi pœnas admisorum, Deus nequaquam in nobis cõstituisset tale iudiciu. Quamquam hoc ipsum illius, declarat humanitatem. Quoniam enim tunc exacturus est à nobis rationem delictorum, instituit in nobis huc iudicem incorruptibilem, vt is hic de commissis nobis iudiciu reddens, emendatior que faciens, ex illo eripiat iudicio, quod & Paulus ait; Nam, si nos met ipsos iudicemus, non vtique iudicemur à domino. Vt igitur neque puniamur, neque pœnas demus, in suam quisque conscientiam ingrediat, vitam que explicet, cunctis que commissis diligenter excussis, condemnent animam, que hæc patrauit, puniat que cogitationem, affligat crucietq; suant ipsi mentis supplicium à seipso exigat pro peccatis per condemnationem, per diligenter actam penitentiam, per confessionem, per ieiunium, per elemosinam, per continentiam, ac charitatem, vt possimus omnes, omnimodo hæc depositis peccatis, multa cum fiducia illuc proficisci: quod nobis omnibus contingat assequi, gratia,

& benignitate domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & sancto spiritu, gloria, honor, imperium in secula seculorum, Amen.

TITI BOSTRORVM
Episcopi eiusdem Euang. expositio.

Homo quidam erat diues. Hanc de diuie epulone & Lazaro parabolam, ad rem presentem appositè admodum effectam efformatamq; Christus Dominus noster hoc animo in medium adducit, quod ad beneficentiæ studium nos acuat & excitet. Vult enim nos in mutuum amorem esse propensos, communicationi deditos, liberales item & studiosos egenorum curatores, & in hoc studiorum genere præcelso animo præditos. *Homo quidam erat diues.* Hunc tanquam durum, & in pauperes inhumanum, dominus anonymum nominisve expertem inducit: nempe vt exemplo id confirmet, quod per Prophetam de is aliquando prænunderat, qui Deum non metuit: Non, inquit, memor ero nominum illorum per labia mea, At pauperem verò proprio nomine designat, si quidem tales in Dei lingua & ore obuerfantur. Ferrur autem vulgi sermone, cui Hebræorum traditio quoque allipulatur, Lazarum hunc fuisse quendam extremè egenum, & ægrum. Hierosolymis per id tempus notum, dominum autem hunc præ cæteris in exemplum assumpsisse, quod ea, que de epulonis inhumanitate dicere instituerat, apertiora euaderent. Nemo autem hæc, aliæve similia audiens, existimet, pro bonorum, vel malorum operu ratione, plenam iam retributionem, quibusdam obligasse, Quod hic enim proponitur, parabola est, maioris lucis, & explicationis causa, à Christo Deo nostro effecta, cõmonde que inducta; nimirum vt illi, qui terrenarum opum copia affluunt, hinc discant, nisi ita comparati sint, vt in egenos velint esse benigni, & liberales, & benefici, & ad viuendam illorum egestatem prompti, expeditique, fore, vt ineluctabile dationis barathrum, diraque supplicia certò olim incidant. At nunc orisum, vanumque diuitis huius factum & supercilium contemplerur. *Videbatur purpura & bysso; & epulabatur quotidie splendide.* Hoc est, cultui, luxulque corporis, ex instituto operam dabat. Nam & vestitu vtebatur sumptuosissimo, & in deliciis volutabatur assiduus; hoc enim denotatur per voces illas: *Et epulabatur quotidie splendide,* hoc est, perditè, & prodigè; & ille quidem ita. Lazarus autem morbo grauatus, inediaque exhaustus, ad domus illius vestibulum iacebat abiectus, neglectus, prostratus, pro nihilo habitus, omni cura, omni que humano præsidio profusus destitutus, ad placandum inedia alid nihil expectens, quam micas, que de diuitis mensa temere cadebant, & nemo illi dabat. Grauisimam autem inedia tormento, accedebat morbus longè molestissimus. *Sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius.* Istuc canes non faciebant, quasi ea re voluerint illum lacerare, aut villa omnino iniuria afficere. Faciebant autem eo, quo poterant sensu, vicem illius dolentes, curamque illius, qui ab omnibus desertus erat, amice suscipientes; nec non vulnera eiusdem beneuolè, medicorum more, fouentes, & circumlingentes; quod per hoc

Cõmunis est, vni est, hanc esse iustitiam non parabolam.

Psal. 15.

quoque diues epulo feris bestiis immanior; imò vero omni misericordia, omnique humanitatis sensu profus exutus ostendatur. Eri verò pauper Lazarus in tanta illa miseria & calamitate constitutus esset, nequaquam tamen veluti fastidio victus, animum despondit, aut conuicia dixit, aut stomachosè succensuit, aut murmur aliquid contra diuitem edidit. Et vnde hoc tibi cõperrum est, inquis? Ex eo, quòd Angeli illum susceperunt, honorificòque comitatu deductum, in sinum Abrahamæ deposuerunt. *Mortuus est autem & diues, & sepultus est.* Non temerè adiectum putemus, diuitem, posteaquam mortuus fuerat, in sepulchrum illatum esse. Quandoquidem cum in viuis adhuc ageret, anima illius in abdomine, perinde atque in quodam monumento, obruta, defossaque iacebat; carnemque veluti sepulchrū circumgebat. Propter hoc ego adiunctum videtur, & sepultus est. *In inferno autem eleuatis oculis suis.* Diues à corpore iam absolutus, è carnis illecebris, mundique voluptatibus, rectà migrat ad inferos. Quò autem isthic constitutus, acris excrucietur, cernit Lazarum in Abrahamæ sinu collocatum. Quemadmodum enim Deus Adamo è Paradiso eiecto, ex aduerso Paradisi sedes assignauit; quò creber eiusdem conspectus, conceptum dolorem subinde instauraret, eaque ratione bonorum, è quibus exciderat, iacturā exactius sentiret: ita Lazarum quoque in cruciatu illius augmentum, diuitis huius aspectui obiecit. At cur, quòso, Lazarum in sinu Abrahamæ potius vidit, quam apud quemcūque alium iustum? Quia Abraham hospitalitati cum primis deditus fuerat: Vt huius ergo hospitalitas, illius inhospitalitatem redargueret, propterea æquus iudex hunc cum illo collocare voluit. Abraham enim, vel obiter tantum prætereuntes venabatur; & ad domum suam pertrahebat, diues verò etiam intra domus vestibulum abiectos aspernabatur. Cur diues orationem ad Abrahamum dirigebat, ad Lazarum autem non item; aiebat enim: *Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum &c.* Quia rubore & verecundia impediabatur. Persuasum habebat enim Lazarum veteris iniuriæ memoriam adhuc retinere. Ego, apud se inquebat, tantis opibus circumquaque affluens, nullaque vniquam iniuria affectus, hominem in tanta miseria & calamitate constitutum despexi; neque vel panis micam fame percuntii impertini: Quomodo is ergo vique aded durè à me habitus, mer huic petitioni annuet? Hæc autem dicimus, non vt Lazarum inculemus; (neque enim ille ita affectus erat,) sed quòd diues cuiusmodi quippiam metuës, animòque versans, Abraham potius, quam illius opem implorandam existimaret. Credebat enim Abrahamum, quæ acciderant, ignorare. Ecquid autem ille? *Recordare, quia receperisti bona in vita tua.* Hic tu mihi singularem iusti huius viri prudentiam expende: Non dixit inhumane, erudelis, perditissime; tot mala homini huic irrogasti, & adhuc amicitiam, adhuc misericordiam, adhuc veniam, adhuc commiserationem ambis? Nò erubescis, non verecundaris, dum isthæc petis quid autem dicit: *Fili, receperisti bona tua;* nòrat enim scriptum esse: Cor exacerbatum ne perturbes magis. Sat suum est illi supplicium. Caue calamitati illius insultes. Fili nò ego Dominus, sed tuæ conditionis homo sum: quare hinc illuc transire,

Eccl. 4.

aut alium transmittere, in nostra potestate non est positum. *Fili receperisti.* Cur Patriarcha non potius dicit: Fili accepisti bona in vita tua, quàm receperisti: & recipere enim insinuat, & denotat debitum: Recipiuntur enim, quæ iusto aliquo titulo debentur. Ecquid hinc ergo discimus: Illud inter cætera, nempe eos etiam, qui alioqui sceleratissimi sunt, & in vltimum quodammodo malorum deuenierunt, vnum aliquod interdum, aut alterum, aut plura quoque bona opera facere: id quod huic quoque diuiti vñ venerat. Quia ergo per molles fortunatòque dies, quos Deus in hac vita illi indulserat, bona omnia, quæ vnquam fecerat, iusta mercede pensata fuerant, propterea audivit: *Fili, receperisti bona tua in vita tua; & Lazarus similiter mala.* Forlan Lazarus quoque in vnum, aut alterum, aut plura quoque errata inciderat, quæ per dolores, & miseras, quas patienter in hac vita tolerauerat, Deus eum eleuare voluit; quare ait: *Nunc autem hic consolatur, tu verò cruciarius:* Iudicium enim sine misericordia illi, qui non facit misericordiam. *Inter nos & vos chaos magnum firmatum est.* Quid sibi vult, quòd Abraham magnum inter vtrumque chaos firmatum asserit? Indicat discrimen, quod inter iustos & peccatores intercedit: vt enim opposita illorum sunt voluntates & studia: ita impermutabilis quoque eorūdem est status. Nam vt hi perpetua quiete potiuntur; ita illi perpetua dependunt supplicia. *Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum patris mei.* Diues epulo eorum spe frustratus, quæ sui causa petierat, quod reliquum erat, pro aliis precatorem agit: vique aded benignus, & humanus euaserat in tormētis. Qui paulò antè enim Lazarum præsentem superbe despiciebat, is aliorum absentium cura frustra nunc æstuat. Efflagitat autem, non vt quibus promiscuè ex mortuis exuscitatus in domum patris eius mittatur; verum vt Lazarus provincia hæc demandetur. Cur Lazarum, præ cæteris, expetit nempe vt illum ipsum gloria & honore videant cumulatum, quem paulò antè innumeris malis & incommodis oppressum viderant, hoc est, vt illi ipsi, qui summæ illius inedia, paupertatis, & miserie testes fuerant, illius quoque mutationis & gloriæ testes existant: adeoque res humanas vitæ huius limitibus non concludi, ex vtraque forte edocti, vitam in posterum ita instituunt, vt supplicia sceleratis apud inferos constituta, euadere queant. Quid autem ad hoc Abraham? *Habent Moysen, & prophetas, audiant illos.* Quasi dicat: non eam tu de fratribus curam habes, quam Deus, qui condidit illos. Adhibuit enim mille doctores, & magistros, illis credant, si velint. *Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad illos, panem etiam agent.* Cur diues isthæc dicit? Quia ipse prophetas nullo profus fructu audierat. Quæ enim ab illis prodita extabant, ea propalam cõtempserat, fabularumque loco habuerat. Ex qua re coniecturam faciebat, suos quoque fratres ita comparatiocinatur, vt quondam ego: nempe quis inde aliquando rediit? quis ex mortuis vnquam resurrexit? Quis ea, quæ apud inferos sunt, enarravit? Ea propter si quis ex mortuorum grege ad illos accederet, non denegaret illi fidem, verum dicit illis studiosè intenderent. *Ait autem illi: si Moysen & prophetas non audiant, neque si quis ex mortuis resurrexerit credent.* Rem ita habere puta, illos, qui scripturis

Eccl. 4.

de verbis. de-

scribitur

Luc. 16.

scripturis non credunt, illorum quoque dicta floccifacere, qui ex mortuis resurrexerunt, id Apostolorum ætate Iudæi clarè ostenderunt. Nàm cum hi Moysen, & Prophetas audire semel detrectassent; neque mortuos exuscitatos cernentes, crediderunt. An non Lazarum perimere conati sunt? Nonne Apostolus, esto, permulsi tempore quo Christus in crucem actus est, ex mortuis surrexissent, hostiliter insultarunt? Porro autem per sinum Abrahamæ, Isaac, & Iacob, sanctus Dionysius Ateopagita, diuinissimas illas, fortunatæque sedes designatas asserit, quæ omnes iustos post felicissimam consummationem intra se se recipiunt.

S. AVGVST. EPISCOPI
Hipponenfis in idem Euang. Hom. 1.

Dominus noster Iesus Christus quod discipulis suis loquebatur illo tempore scribebatur, & nobis audiendum parabatur. Audiuius ergo verba eius. Quid enim nobis prodesset si videretur & nò audiretur? Nec modo aliquid obest, quia non videtur & tamen auditur. Dicit ergo, Quis vos spernit me spernit. Si solis Apostolis dixit, Qui vos spernit, me spernit spernare nos. Si autè sermo eius peruenit ad nos & vocauit nos, & in eorum loco constituit nos, videte ne spernatis nos, ne ad illum perueniat iniuria quæ nobis feceritis. Si enim nos non timeatis, illum timeate qui dixit, Qui vos spernit, me spernit. Quid autem nos loquimur vobis qui sperni nolumus à vobis, nisi vt de vestris bonis moribus gaudeamus? Periculorum nostrorum sint solatia, vestra bona opera. Viuite bene, ne moriamini male. Nec in his verbis quæ dixi, Viuite bene, ne moriamini male, attendatis eos qui forte male vixerunt, & in lectulis suis mortui sunt, & acta est pompa funeris eorum, & positi sunt in preciosis sarcophagis, in sepulchris pulcherrime & operosissime fabricatis. Et quia forte dicit sibi vnusquisque vestrum, sic vellem mori, puteris me rem vanam dicere voluisse, quoniam dixi velle me vt bene viuatis, ne male moriamini? Contra forte occurrit aliquis, qui & bene vixit, & secundum opinionem hominum male est mortuus. Porro à ruina est mortuus, à naufragio mortuus est. à bestiis mortuus est. Et dicit vnusquisque carnalis in corde suo, Quid est bene viuere? Ecce ille sic vixit, & sic est mortuus. Redite ergo ad cor, & si fideles estis, inuenietis ibi Christum. Ipse vobis loquitur ibi, Ego enim clamo, ille verò in silentio plus docet. Ego loquor per sonum sermonis: ille intus loquitur per timorem cogitationis. Ergo ipse asserat in corde vestro verbum meum, quoniam dicere ausus sum, bene viuite ne male moriamini. Ecce quomodo fides est in cordibus vestris, & ibi est Christus, & ipse habet docere quod ego cupio personare. Recordamini in Euangelio diuitem illum, & pauperem illum. Diuitem indutum purpura & bysso, & quotidianis epulis saginatum, pauperem verò illum iacentem ante ianuam diuitis esurientem, & de mensa eius micas requirentem, & vlcibus plenum, & canibus linguam. Recordamini ergo. Vnde recordamini, nisi quia Christus ibi est in cordibus vestris? Dicite mihi quid ipsum intus interrogaueritis, & responderit vobis. Sequitur enim & dicit, Conti-

Luc. 16.

git mori inopem illum, & auferri ab angelis in sinum Abrahamæ. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in infernum. Cum autem in tormentis esset, leuauit oculos & vidit Lazarum requiescentem in sinu Abrahamæ. Tunc clamauit dicens, Pater Abraham, miserere mei, mitte Lazarum vt intingat digitem suum in aqua vt stillet in linguam meam, quia crucior in hac flama. Superbus temporis, mendicis inferni. Pauper enim ille perueniebat ad micam, ille verò non perueniebat ad guttam. De duobus ergo istis dicite mihi, quis est bene mortuus, & quis est male mortuus? Nolite oculos interrogare, ad cor redite. Si enim oculos interrogaueritis, falsa vobis respondet. Multum enim splendida sunt & seculariter fucata, quæ illi diuiti morienti exhiberi poterunt. Quæ poterunt agmina plangentium esse seruorum & ancillarum, quæ postea clientum, qui splendor fueris, quod preclini sepulchre? Credo eum aromaticis obrutum. Quid ergo dicturi sumus fratres, bene istum mortuum an male mortuum? Si oculos interrogatis, optime mortuus est, si magistrum vestrum interiorum requiritis pessime mortuus est. Si ergo sic moriuntur superbi rerum suarum conseruatores, & nihil inde pauperibus largientes, quomodo moriuntur qui rapiunt res alienas? Verum ergo dixi, viuite bene ne male moriamini, ne quomodo diues ille moriamini. Non probat malam mortem, nisi tempus post mortem. E contra attendite illum pauperem, sed non oculis: nam errabitis. Fides attendat, cor videat. Constituite illum ante oculos vestros iacentem in terra vlcerosum, venientes canes lingentes vlcera eius. Sed cum talem illum reuocatis ante oculos vestros, continuo expulitis, aueritis, nares obruratis. Cordis oculis videte. Mortuus est & ablatiis est ab angelis in sinum Abrahamæ. Familia diuitis videbatur plangens, angeli non videbantur gaudentes. Quid ergo respondit diuiti Abraham? Memento sili, quia receperisti bona in vita tua. Nihil bonum putasti nisi quod in ista vita habuisti. Accepisti bona, sed transierunt dies, & totum perdidisti, & tot quondam in inferis remanisti. Opportunum ergo est fratres, vt hæc vobis dicantur. Attendite pauperes, siue iacentes, siue ambulantes. Attendite pauperes, facite bona opera. Qui soletis facite, & qui nò soletis facite. Crescat numerus bene operantium, quoniam & crefecit fidelium numerus. Quod facitis quantum bonum sit, nondum videris, quia & rusticanus quando seminat segetem non videt, sed terræ credit. Tu Deo quare non credis? Veniet messis nostra. Puto quia modo laborantes agimus, laborantes operamur, recepturi sicut scriptum est, Euntes ibant & flebant iactantes semina sua, venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.

Psal. 155.

EIVSDEM IN IDEM
Euang. Homil. 2.

Aduertit sanctitas vestra, fratres charissimi, & mecum, vt arbitror, tota mentis intentione perspexit opulentia diuitis, & indigentiam mendicantis: vnum eibis astantem, & alium fame deficientem. Ambo quidem homines, ambo carnales, ambo mortales, sed nò ambo æquales. Nàm

Sermo. 2. de verb. domini.

Psal. 155.

pus inclusum: pauperis caro naturali quiescit in limo, & materiali sita vermium. morsus nescit, preuenit putredines & fetores. Sed requiritur, fratres, que diuiti culpa, quod crimen, quod scelus cum suppliciis addidit inferni: & ante iudicium damnationis eius elogium tot seculis fecit, ipso iudice referente, cantari dicente domino; *Homo quidam erat diues, & induebatur purpura, &c.* Nunquid per se tantum diuitie criminose sunt aut sola, & per se penes Deum damnanda sunt vestes? & tantum per se puniende sunt epula, vt non solum careant premio bonorum, sed omnium malorum ferant, & mereantur exitium? Aut ita per se probata est, & sanctificata mendicitas, vlcera tam sacrata, vt Angelorum manibus Abrahę sancti rapiantur ad gremium? Et mirum, fratres, quod Abraham quondam diues nunc diuites spernit, dicente scriptura; Erat autē Abraham diues valde, & cum, quem habuit in bonis presentibus patrem, nunc reprobat, & pariter esse poenalem: praefertim cum neque pauperis huius bona, neque mala diuitis istius prodiderit sermo diuinus. Cur ergo nunc Abraham ambit pauperem, diuitem refugit, & refutat? Aut quemadmodum Abraham innocentem habuere diuitie, hunc fecere diuitie criminofum? Illum promouere ad omnium requiem beatorum, hunc in omnium malorum barathrum deputarunt? Verū, ne propositus sermo vestrum diu fatiget animum, suspendat auditum, acceleranda nobis est huius solutio quaestionis. Abraham, fratres, non sibi, sed pauperi diues fuit, & opes non habere, sed prorogare gestiuo magis, magisque in sinum pauperis, quam in horreis recondere suas studuit facultates, sicut toto vitæ eius ordine perdoceat. Nam peregrinus ipse iugiter laborauit, si que ne peregrinus peregrinum se esse sentiret: sub tectorio manes ipse, sine tecto aduenā manere non passus est: & hospitem hospes semper ipse suscepit, extoris patria, domicilij nescius, ipse, & domus omnium fuit, & patria, scilicet se non incubatoris, sed dispensatorem diuinę posticum largitatis, vt vindicaret oppressos, abfolueret captiuos, eriperet iam, iamque morituros, ipsum se morti nouus bellator addidit, apud quem pietas in alterum vita sua chavior fuit. Abraham suscepit pro hospiti allitit, non affedit: & fuit iste non conuiuia hospitis, sed minister: Abraham, viso peregrino, dominum se esse nesciuit, ipse allator praedij, ad coquinam faris delicatam, sollicitus addixit vxorem: & qui se, suaque omnia famulis suis credit, ac committit, committere vix audeat hospitem coniugi quam probate. Et quid plura, fratres? Huius denique humanitas sic sancta sanctis est semper manibus preparata, vt inuitaret apud se ipsum Deum, & compelleret hospitari. Ille ad Abraham, ille ad requiem pauperum, ille ad hospitem receptaculum venit, qui se in hospite, & paupere receptum fatebitur in futuro, cum dices; Esuriui, & dedistis mihi manducare; sitiui, & dedistis mihi bibere; hospes fui, & suscepistis me. *Factum est autem, vt moreretur pauper, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahę.* Non immerito, fratres, sua vult omnes sanctos suscipit in requie, & in ipsa celesti beatitudine fungitur dispensatoris officio: quia, dum semper hic suscepit peregrinos, & pauperes, ipsum cum Angelis suscipere Deum, ipsum sub tectorio suo videre hospitem

Gen. 10.

Gen. 14.

Gen. 18.

Mat. 23.

meruit, quem semper habuit largiorem. Et res uera, fratres, parum se beatum credidit, si in ipsa superna gloria ab hospitalitatis pio. cessaret officio, & solus donis fruere diuinis, qui hic humana bona, crudeliter se credidit, cuiquam si negaret. Abraham, fratres, venientibus longē semper occurrit: praeterites etiam prece vocat; nolentes magna cum supplicatione suam compellit ad mensam; prima, & saginata de gregibus hospitibus semper apponit; iuis, & coniugis suae manibus factos calentes semper offert panes, quos frigidus, & hesternos esse, vtique iugis humanitas nō sinebat. At iste alter diues, imō diuitiarum captiuus, seruus opum, & ipsi censibus compedibus, tantum pompe immobile sepulchrum, in quo pietatis totus vtique & visus defecerat, & audis, non iam personam, non pauperem, sed ipsam misericordiam despicit, ad ianuam suam Lazaro sic iacente. Purpura, bysso, delicatis vestibus, epulis blandis ferrea viscera crudelis anima nutrebat: quem Deus humana salutis audis inquisitor emollire cupiens, non tam Lazarum, quam ipsum pietatis constatorum eius proiecit ad ianuam: constatorum fidi, propter ferrea viscera. Impiis ergo oculis mendicis Lazarus ingeritur, admonetur, & vt diues dare possit, magis magisque diuitis census cumulatur: sed diues adamante durior, quicquid Deus pauperis propter alimoniam diuitis conferebat ad censum, ille aut effundebat rursiter, vt crudeliter reponeret. Item Deus vt non taceret, vt clamaret, vt admoneret diuitem, vt panem se quere re tantum icinnus pauper ostendat, vt vel ad minima largienda abundantis impellat animum, augeatur pauperi fames. *Upebat, inquit, de micis surari, que cadebam de me. si dicitur.* At diues variis crapulatus ferulis, indigierim suam tudebat ad caelum, ne vocem pauperis humi, & taliter iacētis, audiret. Itemque Deus, quia obduratus auribus vnus oris nil erat vox clamantis, ad aperendum cor diuitis totum corpus pauperis, vulneribus aperit, vt in admonendo diuite tot essent pauperis ora, quot vulnera; soluit viscera, vlcera producentur, hiatus vulnerum dilatat, sanies effunditur, & tota pauperis caro componitur in scenam pietatis: vt, quem vox esurientis non mouerat, vel suspicia, vel dolores, gemitus, & tota arumnarum congeries commoueret: sed diues superbo oculo, & insatiabili corde haec omnia & audire, & videre, & sentire contemnit. Quarit adhuc Deum, quemadmodum diues à sua obtinatione soluitur. Soluit pauperi manus à suis artibus, vt nec abigeret canes diuitis, quos vulneribus suis diuitis erat pasturus in vultus; & nouo modo, fratres, humanitatis ordo mutatur: sit humana mendicitas, vt cupiditas prodatur inhumana. Dines pauperem nec cadentibus de mensa micis pascit & Lazarus pauper, quia aliud nō habebat, etiam de carnis suis canibus humanum exitit. Miser diues, si panem non dedisti, quare vel canes abigere noluit? Sed mitiores te canes tui, imō tu laeuor canibus tuis; nam, te se uentem, illi parciuit, qui non ad morsum dentes, sed linguas ad obsequium sic producent, vt in modum spongie non vexent vulnera, sed detergant. Diues, in canibus tuis famem pietas vicit: in te impietatem satuitas non euicit. Nam, quod canes hoc studio fecere curantur, vsus ipse, qui semper est in oculis, probat.

EIVSDEM DE EODEM

Sermo 3.

Mat. 23.

DEberet, fratres, sermo noster hodie sancti Andreae, in quantum sufficit, referre virtutes: sed, quia de diuite illo, & Lazaro Euangelico paupere, quod superest, nos diximus reddituros, & D. Andreae Apostolorum, & Martyrij sui praerogatiua sufficit, & abaudat ad gloriam, si placet, nos que promissimus, que debemus, ipso domino reddente, soluamus. Scientes nanque, quod & decenti, & audienti semper generet lassitudo fastidium, superiore tractatu maximam partem proposita distulimus lectionis; vt, reparatis animorum viribus, salutaris verbi sequentia toto vigore, & debito caperemus audire. Post illa enim, quae diximus, haec sequuntur, *Et eleuauit oculos, cum esset in tormentis, Abraham vidit à longe, & Lazarum in sinu eius. Et eleuauit oculos suos: sero diues sursum leuauit oculos suos, quos semper depreffit in terram.* Diues, quos oculos leuas, ipsi sunt accusatores tui, quos oculos leuas, ipsi non placant iudicem, sed inflammant; non reportant veniam, sed reatum, & exigunt poenarum cumulum, non solamen. Quod oculos leuas? quid clamas adhuc, diues? quod respicis, diues, ibi est Lazarus, ibi est impietatis tuae proditor, testis criminis, crudelitatis auctor. *Et clamauit, inquit, pater Abraham, miserere mei.* Modò cognoscis patrem? & modò tibi patrem se esse nescit, quem in Lazaro patrem sic spreuisti: modò tibi iustus occurrit, qui tūc, vt tibi pins esset, diu Lazarum passus est cruciari. Infelix, quem sic ipsa origo arguit, quem sic ipse lucis auctor addicit: infelix, cui in iudicio pro magnitudine criminis non misereri genitor, non pater ignoscere, nō affectio potuit subuenire. Quid clamas, adhuc diues? Adhuc diues, sed crimine, non sensu, non substantia, sed reatu. Quid clamas? quid postulas? Hoc loco iam non geritur postulatio, sed controuersia, vbi est diuerso consistit ipse, qui passus est: fide agenticum diuersus est locus: hic agit de proximo, ille de longē, hic de sinu suggerit, clamat ille de tartaro, exorat ille de requie, queritur hic de poena. Sed quid dicit diues? *Pater Abraham, miserere mei.* Bene dices, si Lazarus in sinu residens ipsum pedus iudicis non teneat: bene dices, si Lazarus iustissimi cognitoris tota non possideret arcana. Gratis rogat iudicem, quem sic innocens confessor accusat, & frustra sibi credit iudicem posse subuenire, quando ore iudicis pronunciat ipse tanta, qui pertulit. *Miserere mei, & mitte Lazarum.* Adhuc tu in Lazarum sic crudelis? *Lazarum mitte.* Quò? Ad infernum obsequium sic producent, vt in modum spongie non vexent vulnera, sed detergant. Diues, in canibus tuis famem pietas vicit: in te impietatem satuitas non euicit. Nam, quod canes hoc studio fecere curantur, vsus ipse, qui semper est in oculis, probat.

gehenna. Est graue illis malum, est illis incendium non ferendum, quos aliquando habere contempit, videre felices. Adhuc diuitem malitia non deserit, quem iam possidet poena: qui non se ad Lazarum duci postulat, sed ad se Lazarum vult deduci. Ad cruciatus tui stratum, diues, pius Abraham Lazarum mittere non potest, quem tu ad mensam tuam non es dignatus admittere. Tam vobis verba sunt vices: vides eius gloriam, cuius supplicium sic spreuisti; videri ille cruciatus tuos, qui te tūc tua mirabatur in gloria. Sed videamus, fratres, quare sibi miri Lazarum sic deplorat. *Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aqua, & refrigeret linguam meam.* Erras diues, haec flamma non tam linguae, quam mentis est, non tam lingua, quam cordis est; & adhuc iste conscientiae calor est, non illud extremum, quod te manet, & expectat incendium. Nam, si te iam nouissimi iudicij totus ignis ambiret, & illius desperata damnationis sententia iam teneret, nunquam leuares oculos, nunquam partem colloqui, nunquam pro te rogare, nunquam praesumeres interuenire pro fratribus. Certè, si te iam possidet totus ignis inferni, si te gehenna flamma cōplectitur, quare solius linguae actibus desideras subueniri? Nisi quia, cum peccatus tuum anhelat flamma sui criminis, & reatus, magis lingua vritur, adter, & fluat, quae insulauit pauperi, quae misericordiam denegauit: haec praecedat ad iudicium: haec antea degulbat, & patitur cruciatus, haec de toto corpore prima sentit ardorem, quae, cum prima hic varios deliciarum cibos, & odorata degustaret pocula, mandare pietatem noluit, fieri misericordiam non praecipit; sed & ipsa, cum alij facerent, derogabat. Ipse est, qui induebatur purpura, & bysso. Quid est, diues, ab istu bysso, quid est, diues, qui non resistit inferno? Remanserunt ista, deseruerunt ista, & ipse nunc nudus iudas, & vltimas, qui aliquando insultabas astibus; arthifiosa nuditate veititis. *Et mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aqua, & refrigeret linguam meam.* Quid est, diues? vbi sunt torretes torcularium tuorum? vbi sunt horrea ad fument pauperis non minus cupiditatibus dilatata, quam copiis vbi vina ad inopia pauperis annositate, & ipsa temporum obliuione seruata? vbi sunt estufiones, lapsus, flumina ministeriorum tuorum? Ista omnia tibi perire, non criminis, qui tuis extremi digiti guttam, quam si vel solam dedisses pauperi, non litres. Immercordem te gutta, & mica reddidit inhumanum, in quibus torus pauperis & victus consistit, & vita. Velim scire, diues, si vel ipse tibi in poena postus ignoscis: quia ad haec mala non venisses, si de tantis horreis micam, guttam de tantis torcularibus tunc dedisses. Parū est, quod caro eget, quod natura exigit, quod sufficit vita: auaritia causa est, quod homo magna, & multa recondit nō sibi, sed aliis, ad suum plane praesentem, vel posterum cruciatum. Sed dices, diues, Ego, & si vinum negaui, quam peto; quam communem cunctis animantibus auctor ipse omnium praestitit, & natura. Puto, diues, quod & aquam pauperi tu negasti: cui, ne ingrederentur ianuam tuam, ne ad tuum puteum perueniret, canes quam plurimos obiecisti. Quid est autem, quod dices? *Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti in aqua.* Et non deferat aquam? ergo iuxta te est aqua: & si iuxta est, quare de proximo

Se In illo floribus declarationem desolatorum animas non sibi conspiciat poena torqueri, sed eia temporalis gehenna.

Lib. 39. Insa. lxx.

non fumis : quare ? quia vincite sunt manus tuae merito, diues, quia solutis debilitate Lazari manibus subuenire temptasti. Debet homo, debet debilibus sua membra partiri: quae cum Iob non daret, sed redderet, sic dicebat; Ego fui oculus cecorum, pes autem claudorum : ego eram pater inualidorum. Homo, si non habes nummum, da pauperi manum, quia maiorem misericordiam facit, qui ad mensam suam manu pauperem debile ducit. Ipsum se pauperi dedit, qui se aprauit in obsequium pauperis, aprauit in pauperis seruitutem. Iterum, fratres, praesentis verbi plenitudinem differamus, vt tertia audicione quam sententiam ab Abraham beatissimo pertulerit diues, proloquamur.

EIVSDEM DE EODEM

Sermo 4.

Serm. 11.

Inuerecundi debitoris est, aut differre credita, aut promissa denegare; honesti sine mora, & mox vtraque dissolueret. Promissimus vt omne, quod restat de illo diuite reddere mus, qui, cum in Lazarum visus sit immitis, in se magis fauus exitit, & crudelis. Haecenus quid diues ad Abraham locutus fuerit, & sanctus Euangelista, & noster sermo, in quatum potuit, declarauit. Dicitur est; *Es eleuans oculos suos cum esset in tormentis, &c.* Omnia pietas, adhuc vocat filium, quem degenerasse propria crudelitate sic respicit ! O singularis bonitas, adhuc vocat filium, quem vidit inferni vernulam, poenarum fobolem, extremum mancipium iam gehennae ! Sed vocat filium, vt magis, magisque filij prodatur impietas : quando cum tali etiam paterni sermonis pietas persecuetur. Tu vocas patrem, ego voco filium vt te grauius doleas perdidisse, quod natus es. Adhuc voco filium, vt amarius doleas perdidisse te, quod tibi gratia dederat, & natura: quia non habuisset, doloris no est tanti, quati, habita moeroris est perdidisse: voco filium, vt intelligas iudicij esse, quod pareris, no furoris: voco filium, vt in me mea patientia, & in te tua maneat poena. Sed iste, fratres, intelligit se no esse filium, qui faceretur, & pensat de suo merito, quod ta pij patris perdidit de natura. Qui tunc vti que respodisset generi, si pius, si hospitalis, si misericors, in pauperis si fuisset humanus. Qui genitoris opera non facit, negat genus, domino sic dicente; Si filij Abraham essetis, opera Abraham faceretur. Ille fidem generis probat, cui tantus paterni operis assertor assistit. Sed quid dicit Abraham? *Fili, receperis bona in vita tua. Si tantum diuitis huius istud est crimen, quia recepit bona: quatum reus, qui inuadit indebita ? Si tantum criminofus, qui sua claudit, qui non largitur accepta, quam poenalis est, qui & suis incubat, & aliena peruadit ? Fratres, demus nostra, si tamen nostra, demus tamen, quae putamus nostra, vitemus aliena, declinemus extranea, certe, si cui aliquid tulimus, tota celeritate reddamus : ne hic relinquentes omnia, illuc censu pauperes, crimine diuites, ad istum diuitem perducamur. Dicitur tamen diues, quia recepit bona, non accepit: Videtis, fratres, quia Abraham sancti verbo, istius diuitis animus proditur, sensus arguitur, intellectus punitur, qui non sibi data, sed reddita cre-*

Joan. 8.

didit, quae cunque, domino largiente, possedit. Intelligite quo * censu incesse, quo corde ambulauerit, qui Deum sibi creditit debitorem, & dominum suum male diues vsuris suis addidit obnoxium, ignotans quia dominus, est pauper incesse in terra, diues tamen ascendit in caelum: & dedit ille, no accepit in faenore, qui dedit vni quinq; talenta, alij duo, alij vnum : vnde & promittit se exactu, non redditarum vsuram, cum dicit ad seruum; Serue nequam, & piger, dedisses pecuniam meam, & ego venissem, & exegissem eam vti que cum vsuris. Hinc autem plus impius diues iste, quia non in alium pius extitit: qui & si recepit bona, non pro bonis mala, sed pro malis bona recepit indignus. Sed transeamus ad Lazarum, & quaeramus quid est, quod dicit. *Et Lazarus similiter recepit mala.* Et id sufficiat ad meritum, abunder ad gloriam, si non fecit bona, sed recepit mala. Plane beatus est, fratres, qui se a Deo accipere bona, mala recipere fideliter credit. Beatus, qui Deo semper reddit debita : certe si non potest, vel dimitti sibi debita, tota humilitate deposcet, ipso domino sic docente. Dicitur; Dimitte nobis debita nostra. Beatus, qui Deo debita, & cum non intelligit se contaxisse, perloquitur, altius Propheta instruitur, cum dicit; *Quae non rapui, tunc exolebam.* Beatus, qui se apud Deum semper vt excuset, accusat, scriptura taliter admonente; Iustus in primordio sermonis sui accusator existit. Et, si iustus, quare se iustus accusat? quia : Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Homo coram homine de iustitia, de innocentia, de merito forsitan gloriatur ? coram Deo, qui se de innocentia iactat, de sua iustitia gloriatur, homo no est. Hinc est, quod ille Pharisaeus, cum non orat, sed iustitias suas computat, imputat, ructat, iniustus, & Publicano deterior abscedit. Sed accedamus ad reliqua. *Nunc autem hic consolatur, ait, tu vero cruciaris.* Videtis, fratres, intelligitis, fratres, quia iustus ex iis, quae dicta sunt, & est discretio locorum, vna tamen, & inferni adhuc regio continebatur: quae eos estis chaos iam magnum, nondum tamen caelestis habitatio separabat : et si diuidebat illos hiatus tristis, nondum tamen deputata superius angelis altitudo. Flammea romphaea (sicut Legislator refert) Paradisi volebatur in ianna, ne illuc homini pareret accessus: arctis ianuis, & ferreis vectibus portae inferi obseratae clauderentur, ne animabus, quae illic iactate fuerat de supernis, vllus pateret egressus. Nam & chirographum paterni debiti, quod morti singulos ad dicebat, stylo culpae, & reatus ipsius atramento tenebatur ascriptum, & ad sololis noxam multa temporum currebat vsura: nec erat idoneus, qui Paradisum introiret, flammam exingueret diuinitus institutam, aut aperiret ianuam inferni caelitus obseratas, aut solueret chirographum, quod in arca legali Dei praepro tenebatur inclusum. Hinc est, quod ipse dominus primi hominis, id est, contumacis serui, * exultator aduenit : ipse dominus, qui obserauit Paradisum, qui clausit infernum, ad terras, & inferos tota potestate descendit, vt accensa exingueret, clausa protinus aperiret, protoplasti facinus aboleret. Hinc est, quod arictem fuge crucis portat aggressurus infernum, vt conterat, & confingat ipsas tartari ianuas ere munitas, & fetras. De latere fundit aquam, vt Paradisi viam temperet, ignem

* forte, fustis

Matth. 18.

Matth. 6. P. sal. 68. Pro. 18. Iustitiae. P. sal. 144.

Luc. 11.

Gen. 11.

* forte, exultator

ex parte sanctorum extinguat inferni, totum chirographum debiti diluat, & soluat antiquum : & patiendo hoc remittat ipse, quod ipse intulit imperando. Agnoscite, fratres, letamini, fratres, post triumphum Christi sanctorum custodiam dissolutam, & in sanctos vltra inferno nil deberi: quando Christus vt iustus, non iniustus absolueret, ad inferos vsq; penetravit. Intelligamus, fratres, quantum Christus profuerit, imo quam sine Christo in nullo fuerit salus, cum praeter istam corporum solutionem, sanctorum quoque animae apud inferos tenebantur astrictae. Beatus ergo Lazarus, qui totum Deo debuit, vt crimini nil deberet. Beatus, qui hic recepit tot mala, vt ibi bona omnia possideret. Et adiecit Abraham, dicens; *Nequa hinc ad vos transire, neque huc transire quis potest.* Terret, fratres, terret nimis huius vocis auditus, quae ostendit post mortem, & semel apud inferos poenali custodiq; deputatos ad sanctorum quietem non posse transferri, nisi Christi gratia iam redempti, ab hac desperatione sanctae Ecclesiae intercessione soluantur: vt, quod sententia negat, Ecclesia mereatur, praestet gratia. Hic tamen diues rogat adhuc, & dicit; *Pater Abraham.* Adhuc vocat patrem, qui meritis suis & patrem, & patriam sic amittit. *Pater Abraham.* Hic miser & in poena mentitur. *Pater Abraham, mitte eum in domum patris mei.* Si verè hunc patrem vocat, cur domum patris alterius nunc requirit? nisi forte eum se in absentia habere patrem credit, quem in presenti se taliter cospicit perdidisse: & sic sibi credit eius patris domum eius gratia custodiri, cuius ibi negari sibi sinum videt, videt requiem pernegari. *Pater Abraham, mitte eum.* Quem? Nempe Lazarum. *Vbi in domum patris mei.* Modò, & tardè, diues Lazarum ad domum patris non miserit, sed miserandus inuitat, quem toto tempore substantiae miseratione suis incumbetem ianuam non recepit: & sub specie pietatis ad pristina vulnera, ad praeritis gemitus Lazarum vult redire, quem prima petitione ad suos deuocare no potuit cruciatus. Antè dixit; *Mitte ad me.* Modò dicit; *Mitte ad fratres meos.* Dolet, agit in felix, ne videat felicem, quem aliquando putauerat infelicem. *Mitte ad fratres meos.* Vbi in domum patris mei. Vt quid? *Habeo enim, inquit, quinque fratres, vt restetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* Cui pius, qui sibi sic impius? Impudenter praesumit alii impetrare poenitentiam, qui sibi tam crudeliter ad veniam nil protulit. *Mitte Lazarum in domum patris mei, habeo enim quinque fratres.* Et putas quod quinque fratribus tuis sufficit Lazarus, qui tibi tato tempore, tot vulneribus suis, toto clamans corpore nil profecit? Merito ei respondit Abraham; *Habebit Moysen, & Prophetas: audiat illos.* Sine Lazarum tantos requiescere post labores, & tu desse tuas, quas tuo merito sustines poenas. Deus autem fratribus tuis, & omnibus, no pro tuo consilio, sed pro suo munere olim prospexit ad salutem, dedit per Moysen legem, Prophetiam largitus est per Eliam: audiant ergo illos, ne tuo sentiant cruciatus. *Respondit diues; Non, pater Abraham, sed si quis ex mortuis resurrexerit, credenti ei:* Cui respondit Abraham; *Si Moysi, & Eliae non credant, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credenti ei.* Nihil tam verum, fratres: qui de caelo loquenti per legem, de caelo venienti Christo credere noluit, iam non merebitur credere ab inferis reuerenti. Ipse Christus, fratres, Deus, &

dominus noster ad Moysen est locutus de caelo, ipse in terra terreno est locutus in corpore, ipse cu terreno corpore ab inferis est reuersus : & tamen referenti, quae bona in caelis, quae sint apud inferos mala, fratres diuitis illius, qui Iudaicis intelliguntur in populis, credere tota obstinatione noluerunt. Verum, fratres, quia non, qui sit diues, aut quis Lazarus pauper, & qui sint quinque diuitis fratres, dicere nunc tempus excludit; nec, quid in hac historia spiritualis intelligentia lateat, aperire permittit; edocti per Christum, quid apud ipsum iustus maneat, quid apud inferos expectet iniustus, agamus, curemus verbo, opere, misericordia, vt & superna bona apprehendere, & mala perterriti vitare, & declinare possimus.

EIVSDEM DE EODEM

Sermo 5.

Serm. 124.

Quoties nobis a Deo diues ingeritur purpura, quoties vulneratus pauper apponitur, toties nobis misericordiae ope panditur, toties nobis stadium pietatis apperitur: vt de spectaculo caelesti possimus attendere, quam breui quantumuis pauper ad palmam, diues peruenit ad ruinam. *Homo, inquit, erat diues, &c.* Induebatur diues purpura, pauper liuore; diues bysso, pauper squallore; anto diues, pauper fetore; diues plumeo decumbebat in * sigmate, iacebat durissima pauper in terra; diues ructabat epulas, sanie pauper anhelabat; fundebat vina diues, pauper lachrymas : exariatus diues proiciebat panes, micas pauper esuriens non habebat; pascēbar oblatrantes pauperem, diues ferulis suis, pauper vulneribus suis saturabat. Ac, ne plurimis, ad diuitem bona omnia, ad pauperem mala omnia perlegimus peruenisse, neque tamen pauperem fregerunt aduersa, aut diuiti omnia secunda profuerunt; imò pauperem proxieta ad Philosophiam paupertas, ad virtutem dolor, contemptus ad patientiam, necessitas ad voluntatem, fames ad ieiunium, sitis ad tolerantiam, ad vitam mors, ad praemium poena, ad caelum terra, egestas ad regnum, & diuitem sic exultit purpura ad superbiam, byssus ad luxum, ad inhumanitatem copia, abundantia ad impietatem, vnguenta ad marcorem, ad caecitatem splendor, sublimitas ad ruinam. Ergo neque prospera ignaues erigunt, neque fortes aduersa prosternunt; quia neque diuitiae, neque paupertas, sed animus aut ducit gratos ad praemium, aut ad poenam deducit ingratos. Ianuè diuitis pauper * apponit vlcenibus plenus : ac sic hoc non humano casu, iudicio fit diuino, vt diuitis, & pauperis consilius esset in terra, spectaculum maneret in caelo. Diues totus indutus diuitiarum stabat armis; & contra pauper iacebat ipsa vestitus in carne: nisi forte lotica erat illi vnū totius corporis vulnus. Diues * morabatur sermorum choris, pauper exutus cuncte, dolorum stimulus agebatur. Iaciebat impietatis tela diues, clypeum miserationis Lazarus opponebat : crudelitatem suam diues pauperis vibrabat in vulnus, frustrabatur * diuiti fontè animam totus corpore deferente, migravit, & calcata carne, in spiritum totus armiger supernis ascendit, ne, vbi possit forire diuitis crudelitas, inueniret.

Id est, causa ludorum, metaphorice pro materia pietatis exortenda iuniorum.

* Id est, in trivulio, quod multissimas habet accubitus.

* forte, applicat.

* forte, vitiū, diluatur.

* forte, diuitia istius pauperis, & in infero.

Ob hoc enim egerat Deus, ut diues pauperis, pauper diuitis in oculis semper essent, quatenus vicissim sibi ambo curam de vario languore praestarent. Egrotabat pauper corpore, mente diues. Hinc est, quod differebatur cura pauperis, diues sumeret de vulnere medicinam, de gemitu compunctionem, de lachrymis poenitentiam, de patientia exemplum, de fame misericordiam, de siti sensum. Ad summam, caeleste de terrena compassione consortium, certe ut tantis diues bonis fultus Deo gratus esset, quando gratus Deo pauper in malis omnibus, vidente diuite, permanebat. Merito ergo portabatur ab Angelis, qui iacebat, qui iugebat, Abrahamae consolabatur in gremio: & viuere Deo semper, qui se sibi viuere nec sciebat in mundo. *Factum est, inquit, ut moreretur pauper, & portaretur ab Angelis in sinu Abrahamae. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno. Miser accepit ante animam, quam corporis sepulturam: nec ante quieti corporis, quam poenali traditus est sepulchro: ut viuere poenae semper, cum sit semel mortuus vita. Et sepultus est in inferno, & vidit Abrahamae de longe, & Lazarum in sinu eius.* Immutatio quanta rerum: quo descendit diues, quod pauper ascendit? Respicit ibi iussum, quem despexerat hic deorsum: & videt eum de inferno in sinu Abrahamae, quem iacentem se cotam superbo de signa non videbat. *Pater Abraham, miserere mei.* Stultè petit à patre misericordiam, quam negauerat fratri. *Miserere mei.* Quid illi cum misericordia, cui iam totum in poenam? Aut quae illi supplicatio apud patrem poterit subuenire, cui in sinu patris residerat accusator? Pectus patris Lazarus tenet, & totam sancti cordis pulsant æquitatem, quatenus se filij patrem boni, mali iudicem seruet. *Pater Abraham, miserere mei: & mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aqua: & refrigeret linguam meam, quia cruciatus in hac flamma.* Mitte Lazarum: ut ipse, qui cruciatus mei causa est, iam refrigerij minister extremum digiti sui solamen modò ipse porrigat, cui ego iacenti manus meæ totius solatium tunc negavi. *Et misit Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aqua, & refrigeret linguam meam.* Sicut itaque guttam, qui vini lacus, cum pauper sitiret, effudit; & stilla digiti extremi credit gehennae flammam extinguere, qui melsuris per totam diem ebrietatis non extinxit incendia. Sed hanc sibi guttam ad refrigerium dari petit, ad ardorem pauperis quam negat. Ista gutta est, diues, quae te facit crudelem, ista gutta est, quae os Lazari à te negata secant: quia ad refrigerium pauperis & gutta sufficit, & mica. *Cupiens, inquit, saturari de micis, quae cadebant de mensa.* Spargebatur panis, fundebatur vinum, & quod ad extremam vitam pauperis negabatur, hoc totam diuiti peribat ad pompam. *Et misit Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aqua, & refrigeret linguam meam.* Lingua in capite, caput mali, ipsa derogat egeno, insultat pauperi, pietatem latrat, misericordiam carpit. & merito prima est in gehenna, in cruciatu praeterea, dux poenarum, quia ipsa interdixit misericordiam, cui darum fuerat ut iuberet. Et quam uicem lectionis & me compellat dicere, & vos in inferno audire, qui sit Lazarus pauper, qui sint qui iacentes diuitis, quomodo ante diem iudicij diues cruciatus sentiat gehennae, sed dolor renouat ad dicendum. Et, si est sub terra tartari carcer, si est, non ardens, si est, inferus sine fine

7d est, ombro
8ta.

crucians, si est apparitor illic, qui nos ad ista rapiat post seculi labores: quid stupemus? ubi sumus? quis est iste, qui nos eludit somnus? quae est ista, quae nos tenet, obliuio lethalis? quare non, omnibus contemptis, euadendi à malis talibus nobis sola sit cura, ne uiuentis mundo, ne * alius currentes, ad tantas, tales, tam crudeles subito rapiamur poenas? Et, si est ascendendi possibilitas ad superna, si est facultas viuendi in caelestibus, si est Abrahamae sinus bonis omnibus ad requiem praeparatus, si est Lazarus in sinu patris tanti, imò quia dubium non est, ubi & loca, & persona, & nomina describuntur, quare non caelo mutamus terram? quare non caducis emimus aeternae quare non perituris manentia comparamus? ut & supplicia deuitemus inferni; & haec, quae audire desideramus, angustè, latè videre, habere, & tenere possimus.

S. GREGORII PAPAE in superius Euang. Homil.

IN uerbis sacri eloquij, fratres charissimi, prius seruanda est ueritas historiae, & postmodum requirenda spiritalis intelligentia allegoriae. Tunc nanque allegoriae fructus sanauit carpitur, cum prius per historiam in ueritatis radice solidatur. Sed, quia non nunquam allegoria fidem aedificat, & historia moralitatem, nos, qui auctore Deo iam fidelibus loquimur, non ab re credimus, si ipsum loquendi ordinem postponamus, quatenus qui fidem iam firmam tenent, prius de allegoria aliquid breuiter audire debeant, & quod uobis de moralitate historiae ualde est necessarium, hoc in expositionis nostrae ordine seruetur postremum: quia ea plerumque solent melius recoli, quae contingit postmodum audiri. Sensus ergo allegoricos sub breuitate transeurimus, ut ad moralitatis latitudinem citius uenire ualeamus. *Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidie splendide.* Quem stantes charissimi, quem diues iste, qui induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidie splendide, nisi Iudaicum populum signat, qui cultum uitae exterius habuit, qui acceptae legis delicias ad nitorem usus est, non ad uilitatem? Quem uero Lazarus uicibus plenus, nisi gentilem populum figurat exptimit, qui, dum conuersus ad Deum, peccata sua confiteri non erubuit, huic uulnus in cute fuit? In cute quippe uulnere uirus à uisceribus trahitur, & foras crumpit. Quid est ergo peccatorum confessio, nisi quaedam uulnere ruptio? quia peccati uirtus salubriter aperitur in confessione, quod pestiferè latebat in mente. Uulnera etenim cutis, in superficie trahunt humorem putredinis. Et confitendo peccata, quid aliud agimus, nisi malum, quod in nobis latebat, aperimus? Sed Lazarus uulneratus cupiebat saturari de micis, quae cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat: quia gentilem quemque ad cognitionem legis admittit, superbus iste populus despiciebat, qui, dum doctrinam legis non ad charitatem habuit, sed ad elationem, quasi de acceptis opibus tenuit: & quia ei uerba defluebant de scientia, quasi micæ cadebat de mensa. At contra iacentis pauperis uulnera lingebant canes, Nonnunquam solent in sacro eloquio per canes

canes praedicatorum intelligi. Canem etenim lingua uulnus dum lingit, curat, quia doctores sancti, dum in confessione peccati nostri nos instruunt, quasi uulnus mentis per linguam tangunt: & quia nos loquendo à peccatis eripiunt, quasi tangendo uulnera ad salutem reduciunt. Quia enim canum nomine praedicatorum lingua signatur, à domino per Psalmistam dicitur; Linguae canum tuorum ex inimicis ab ipso. Ex Iudaeis quippe infidelibus sancti praedicatorum electi sunt, qui in assertionem ueritatis contra fures latronisque uenientes, magnos pro domino (ut ita dicam) latratus dederunt. Quo contra de quorundam reprobatione dicitur; Canes muti non ualentes latrare. Quia ergo praedicatorum sancti peccata damnant, confessionem uero peccatorum approbant, dicentes; Constemini alterutrum peccata uestra, & orate pro inuicem, ut saluemini: uulnera Lazari canes lingunt. Sancti etenim doctores, dum gentilium confessiones accipiunt, mentum uulnera salutis resitiunt. Unde & bene Lazarus interpretatur adiuuus, quia ipsi hunc ad ereptionem iuuant, qui eius uulnera per linguam correptionem curant. Potest etiam per linctio-nem canum, lata adulantijs lingua signari. Adulantijs etenim uulnera nostra lingere est, quod plerumque solent etiam ipsa mala, quae nos in nobis reprehendimus, improbo fauore laudare. Contigit uero, ut uterque moreretur: & diues qui induebatur purpura, & bysso, sepultus est in inferno, in sinu uero Abrahamae Lazarus ab angelis ductus est. Quid Abrahamae sinus, nisi secretam requiem significat patrum? de qua ueritas dicit; Multi ueniunt, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Jacob in regno caelorum; filij autem regni iei-cientur in tenebras exteriores. Qui enim purpura, & bysso indutus dicitur, rectè regni filius uocatur. Qui de longinquo ad uidentium Lazarum oculos leuat, quia, dum per damnationis suae supplicia infideles in imo sunt, fideles quosque ante diem extremi iudicij super se in requie attendunt, quorum post gaudia contemplari nullatenus possunt. Longè uero est, quod conspiciunt, quia illud per meritum non attingunt. In lingua autem amplius ardere ostenditur, cum dicit, *Mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia cruciatus in hac flamma.* Infidelis populus uerba legis in ore tenuit, quae opere seruare contempsit. Ibi ergo amplius ardebit, ubi se ostendit scire, quod facere noluit. Quapropter bene de doctis, & negligentibus per Salomonem dicitur; Omnis labor hominis in ore eius, sed anima eius non implebitur: quia quisquis hoc solum modò laborat, ut sciat quid loqui debeat, ab ipsa refectione scientiae suae mente uacua ieiunat. Ab extremo digiti se tangi desiderat, quia aeternis suppliciis datus, operat operatione iustorum uel uictima participari. Cui respondetur, quod in hac uita bona receperit, quia omne suum gaudium felicitatem transitoriam putauit. Habete hic etenim possunt & iusti bona, nec tamen haec in recompensatione recipere: quia dum meliora, id est, aeterna appetunt, eorum iudicio qualibet bona aduerunt, quum sanctis desiderijs astant, bona minime uidentur. Unde Dauid propheta, qui regni diuitijs, multisque obsequijs fulciebatur, quannis & haec ad necessitatem bona esse conficeret, uini tamen

singulariter bono inhiante aestuabat, dicens; Mihi autem adhaerere Deo, bonum est. Inter haec uero notandum est, quod ei dicitur; *Memento, fili.* Ecce enim Abraham filium uocat, quem tamen à tormento non liberat: quoniam huius infidelis populi praecedentes patres fideles, quia multos à sua fide deuiantes considerant, eos nulla compassione à tormentis eripiunt, quos tamen per carnem filios recognoscunt. In tormentis autem diues positus, quinque fratres habere se perhibet, quia superbus idem Iudaicus populus, qui ex magna iam parte damnatus est, sequaces suos, quos super terram reliquit, quinque libris Moysi carnaliter intellectis, uel quinque sensibus corporis deditos nouit. Quinario ergo numero fratres, quos reliquerat, exprimit: & quia eos ad spiritualem intelligentiam non assurgere in inferno positus gemit, petit ut ad eos Lazarus mittatur. Cui quia Moysen, & prophetas habeant dicitur: sed ait, quia non credent, nisi quis ex mortuis resurrexerit. Cui protinus respondetur; Si Moysen, & prophetas non audiunt, neque, si quis ex mortuis resurrexerit, credent. Certè de Moysen ueritas dicit; Si crederetis Moysi, crederetis utique & mihi: de me enim ille scripsit. Impleur ergo, quod per Abrahamae responsum dicitur. Ex mortuis enim dominus resurrexit. Sed Iudaicus ille populus quia Moysi credere noluit, etiam, qui resurrexit à mortuis, credere contempsit. Cùmque Moysi uerba spiritualiter intelligere contempsit, ad eum, de quo Moyses locutus fuerat, non peruenit. Haec nos, fratres charissimi, pro indagandis allegoriae mysterijs, succinctè traſcurrite sufficiat: nunc ad intendendam latius rei gestae moralitatem animus recurat; *Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura, &c.* Nonnulli putant, praeccepta ueteris testamenti districtiora esse, quam noui: sed hi nimicium improvida cõsideratione saluntur. In illo enim non tenacia, sed rapina multatur. Ibi res iniuste sublata, restitutione quadrupla puniuntur: hic autem diues iste non abstulisse aliena reprehenditur, sed propria non dedisse. Nec dicitur, quia vi quempiam oppressit, sed quia in acceptis rebus se extulit. Hinc ergo, hinc summo perè colligendum est, quia poena multatundus sit, qui aliena dicitur, si inferni damnatione percutitur, qui propria non largitur. Nemo itaque securum se astimet, dicens; Ecce aliena non rapio, sed concessis licitè rebus fruor: quia diues iste non idcirco punitur est, quoniam aliena abstulit, sed quia accepit rebus semetipsum male dereliquit. Hoc quoque fuit, quod hunc inferno tradidit, quia in sua felicitate tumidus fuit, quia percepta dona ad usum arrogantiae inflexit, quia uisera pietatis ignotauit, quia peccata sua redimere, etiam cum sibi abundaret precium, noluit. Et sunt nonnulli, qui cultum subtilium, preciosarumque uestium non putant esse peccatum. Quod si uidelicet culpa non esset, nequaquam sermo Dei tam uigilanter exprimeret, quod diues, qui torquetur apud inferos, bysso, & purpura indutus fuisset. Nemo quippe uestimenta preciosa nisi ad inanem gloriam quaerit, uidelicet ut honorabilior ceteris esse uideatur. Nam, quia pro sola inani gloria uestimenta preciosa induitur, res ipsa testatur, quod nemo uultibi preciosis uestibus indui, ubi ab aliis non possit uideri. Quis culpam possumus melius etiam ex diuerso colligere;

gere, quia si abiectio vilis indumenti virtus non esset, euangelista vigilanter de Ioanne non diceret; Erat indutus pilis camelorum. Sed notandum magnopere est, in ore veritatis de superbo diuite, & humili paupere, quantus sit ordo narrationis. Ecce enim dicitur; *Homo quidam erat diues, & protinus subinfertur; Et erat quidam mendicus nomine Lazarus.* Certè in populo solent magis nomina diuitum quam pauperum sciri. Quid est ergo, quod dominus de paupere, & diuite verbū faciens, nomen pauperis dicit, & nomen diuitis non dicit, nisi quod dominus humiles nouit, atque improbat, & superbos ignorat? Vnde quibusdam de miraculorum virtute superbientibus in fine dicitur est; *Nescio vos, vnde sitis; discite à me omnes operarij iniquitatis.* At contra Moyſi dicitur: *Noui te ex nomine.* At ergo de diuite; *Homo quidam: ait de paupere, Egeus nomine Lazarus:* ac si aperte dicat; *Pauperem humilem scio, superbum diuitem nescio.* Illum cognitum per approbationem habeo, hunc per iudicium reprobationis ignoro. Pensandum est etiam nobis, conditor nolter quanta omnia consideratione dispenset. Vna etenim res non pro vna re agitur. Nam ecce vlcibus plenus mendicus Lazarus ante ianuam diuitis iacet: qua de re vna dominus duo iudicia expleuit. Habuisset enim fortasse aliquam excusationem diues, si Lazarus pauper, & vlcerosus ante eius ianuam nō iacuisset, si remotus fuisset, si eius inopia non esset oculis importuna. Rursum si longè esset diues ab oculis vlcerosi pauperis, minorem tolerasset in animo tentationem pauper. Sed dum egeum, & vlceratam ante ianuam diuitis & delictis affluētis posuit, in vna eademque re, & ex visione pauperis non miserenti diuiti cumulum damnationis intulit, & rursum ex visione diuitis tentationem quotidianè pauperem probauit. Quantas nanque hunc egeum & vlcibus oblectum tentationes creditis in sua cogitatione tolerasse, cum ipse egeret pane, & non haberet etiam salutem; atque ante se diuitem cernebat salutem & delicias habere cum voluptate sine dolore, & frigore affici, illum gaudere conspiceret, & bysso, & purpura vestiri; se deprimi vlcibus, illum distulere acceptis rebuſ; se egere, illum nolle largiri? Quantus putamus, fratres charissimi, tunc in corde pauperis tumulus tentationis fuit, cui certè ad penam sufficeret paupertas, etiam si sanus fuisset; & rursum sufficisset aegritudo, etiam si subsidium adesset; Sed, vt probaretur amplius pauper, simul hunc & paupertas, & aegritudo tabefecit: atque insuper videbat procedentem diuitem obsequiis cuneis circumfulcitur, & se in infirmitate, & inopia à nullo visitari. Nam, quia nemo ei ad visitandum aderat, restantur canes, qui licèter eius vulnera lingeant. Ex vna ergo re omnipotens Deus duo iudicia exhibuit, dum Lazarum pauperem ante ianuam diuitis iacere permisit, vt & diues impius dānationis sibi augeret vlcionem, & tētatū pauper cresceret ad remunerationem. *Conspectus* erat illi quotidie cui nō miseretur: videbat iste, de quo probaretur. Duo inferius corda, sed vnus desuper inspector, qui & hunc tentando exercebat, ad gloriā, & illum tolerando expectabat ad penam, nam sequitur; *Radum est autem, vt Lazarus moreretur, & portaretur ab angelis in sinum Abrahae. Mortuus est autem & diues, & sepultus*

est in inferno. Qui nimirum diues eum, cui in hac vita misereri noluit, in suo iam supplicio positus, patronum querit. Nam ecce subiungitur; *Qui eleuans oculos cum esset in tormentis, vidit Abraham à longe, &c.* O quanta est subtilitas iudiciorum Dei! ò quam districte agitur bonorum actum, malorumque retributio! Certè superius dictum est, quia Lazarus in hac vita cadentes micas de mensa diuitis quaerebat, & nemo ei dabat: nunc de supplicio diuitis dicitur, quia de extremo, digito Lazari destillari aquam in ore suo concupiscit. Hinc ergo, hinc, fratres, colligite, quanta sit districcio seueritatis Dei. Diues enim iste, qui vulnerato pauperi mense suae vel minima dare noluit, in inferno positus, vsque ad minima querenda peruenit. Nam & guttam aquae petiit, qui micas panis negauit. Sed notandum dicto aliud innuat. Superius autem hunc superbum diuitem dominus non loquacitatem vacantem dixerat, sed superflue coniuuantem; neque hunc de loquacitate notauit, sed cum elatione & tenacia de edacitate peccasse. Sed, quia abundare in conuiuio loquacitas solet, is qui hic malè conuinatus dicitur, apud infernum grauius in lingua ardere perhibetur. Primum nanque malè coniuuantibus famulatur culpa loquacitatis, post loquacitatem ludendi etiam leuitas sequitur. Nam, quia edacitatem lusus sequatur, testatur sacra scriptura, quae ait; *Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.* Sed priusquam ad lulum moueatur corpus, ad iocos, & verba inania mouetur lingua. Quid ergo est, quod innuitur, quia in tormentis positus diues linguam suam refrigerari postulat, nisi quod is, qui conuiuando magis de loquacitate peccauerat, per retributionis iustitiā in lingua atrocius ardebat? Sed cum graui valde est paupere pensandum hoc, quod ei per Abraham responsum dicitur; *Fili, recordare, quia receperisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris.* Ista, charissimi fratres, sententia paupere potius indiget, quam expositione. Nam, si qui estis, qui in hoc mundo exterioris boni aliquid accepistis, ipsam (vt ita dicam) donum exterius pertimescere debetis, ne vobis pro quorūdam vestrorum actuum recompensatione sit datum, ne iudex, qui hic bona exteriora restituit, à retributione boni intimi repellat, ne honor hic vel diuitiae non adiumentum virtutis, sed remuneratio sint laboris. Ecce enim dum dicitur; *Receperisti bona in vita tua,* indicatur & diues iste aliquid boni habuisse, ex quo in hac vita bona receperit. Rursumque dum de Lazaro dicitur, quia receperit mala, profectò monstratur, & Lazarus habuisse malum aliquod, quod purgaretur. Sed mala Lazari purgauit ignis inopiae; & bona diuitis remunerantur felicitas transiuntis vitae. Illum paupertas afflixit, & tenuit, istum abundantia remunerant, & repulit. Quicquidque ergo bona in hoc seculo habetis, cum vos bona egisse recolitis, valde de ipsis pertimescite, ne concessa vobis prosperitas eorundem remuneratio sit bonorum; & cum quoslibet pauperes nonnulla reprehensibilia perpetrare conspiciatis, nolite despicere, nolite desperare: quia forsalsè quos superfluitas tenuissimè prauitatis inquinat, caminus

nus paupertatis purgat. De vobis omnino pertimescite, quia nonnulla etiam male acta prospera vita secuta est: de illis verò sollicitè pensate, quia eorum vitam etiam magistra paupertas cruciat, quousque ad vitæ reuertendum perducatur. Sequitur; *Et in his omnibus inter nos & vos cibos magnum firmatum est, vt ij, qui volunt hinc ad vos transire non possunt, neque inde hinc transire.* Qua in re valde quaerendum est, quomodo dicitur; *Ij qui volunt hinc ad vos transire, non possunt.* Quia enim hi qui in inferno sunt, ad beatorum sortem transire cupiunt, dubium non est: qui verò in beatitudinis sorte suscepti sunt, quo pacto dicitur, quia transire ad eos, qui in inferno cruciantur, volunt? Sed sicut transire reprobis ad electos cupiunt, id est, à suppliciorum suorum afflictione migrare: ita ad afflictos atque in tormentis positos transire iustorum est, mente ire per misericordiam, eosque velle liberare. Sed qui volunt de beatorum sede ad afflictos atque in tormentis positos transire, non possunt: quia iustorum anima quamvis in suae naturae bonitate misericordiam habeant, iam tunc authoris sui iustitiae coniunctae, tanta reuerentia constringuntur, vt nulla ad reprobos compassione moueantur. Ipsae quippe iudici concordant, cui inhaerent, & eis, quos eripere non possunt, nec ex misericordia condescendunt: quia tantum illos tunc à se videbunt extraneos, quantum & ab eo, quem diligunt auctore suo conspiciunt repullos. Nec iniusti ergo ad beatorum sortem transeunt, quia damnatione perpetua constringuntur: nec iusti ad reprobos transire possunt, quia electi iam per iustitiam iudicis, eis nullo modo ex aliqua compassione miserentur. Sed, postquam ardenti diuiti de se spes tollitur, eius animus ad propinquos, quos reliquerat, recurrit: quia reproborum mentem poena sua quandoque inuulter erudit ad charitatem, vt iam tunc etiam suos spiritualiter diligant, qui hic, dum peccata diligenter, nec se amabant. Vnde nunc subditur; *Rogete te, pauper, vt mittas eum in domum patris mei: habeo enim quinque fratres, vt tellerit illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* Qua in re notandum est, ardenti diuiti quanta ad supplicium cumulantur. Ad poenam nanque suam ei & cognitio seruatur, & memoria: cognoscit enim Lazarum quem despexit, fratrum quoque suorum meminit, quos reliquit. Perfecta quippe ei vltio de paupere non esset, si hunc in retributione non recognosceret & perfecta poena in igne nō esset, si non hoc quod ipse patitur, etiam suis timeret. Vt ergo peccatores in supplicio amplius puniantur, & eorum vident gloriam, quos contempserunt, & de illorum etiam poena torquentur, quos inutiliter amauerunt. Credendum verò est, quod ante retributionem extremi iudicii iniusti in requie quosdam iustos conspiciunt, vt eos videntes in gaudio, non solum de suo supplicio, sed etiam de illorum bono crucientur. Iusti verò in tormentis semper inuentur iniustos, vt hinc eorum gaudium crescat: quia malum conspiciunt, quod misericorditer cauerunt: tantoque maiores creatori suo gratias referant, quanto vident in aliis, quod ipsi perpeti, si essent derelicti, potuerunt. Nec illam tantè beatitudinis claritatem apud iustorum animos fuscet aspecta poena reproborum, quia vbi iam compassio miseris non erit, minueret proculdu-

bio beatorum letitiam non valebit. Quid autem mirum, si, dum iusti iniustorum tormenta conspiciunt, hoc illis veniat in obsequium gaudiorum, quando & in pictura niger color subternitur, vt albus, vel rubeus clarior videatur? Sicut dictum est, tanto bonis gaudia sua excreſcunt, quanto eorum oculis damnatorum mala subteriacent, quae euaserunt. Et quamvis eis sua gaudia ad perfrendum plenè sufficiant, mala tamen reproborum absque dubio semper aspiciunt: quia, qui creatoris sui claritatem vident, nihil in creatura agitur, quod videre non possint. Perenti autem diuiti, vt Lazarus mittatur, ab Abraham protinus respondetur; *Habent Moyses, & prophetae, audiunt illos.* Sed qui Dei verba despexerat, hac audire non posse suos sequaces aestimabat. Vnde & respondit, dicens; *Non, pater miſi, sed, si quis ex mortuis iterat ad eos, penitentiam agent.* Cui mox veraci sententia dicitur; *Si Moyses, & prophetae non audiuissent, neque si qua ex mortuis resurrexerit, credent ei: quia nimirum qui verba legis despiciunt, redemptoris praecipia, qui ex mortuis resurrexerit, quanto subtiliora sunt, tanto haec difficilius implebunt. Minus est enim quicquid per legem dicitur, quam hoc quod per dominum iubetur. Illa enim dari decimas praecipit: redemptor verò nolter ab iis, qui perfectionem sequuntur, omnia dimitti iubet. Illa peccata carnis releuat, redemptor verò nolter cogitationes etiam illicitas damnat. Si ergo Moyses, & prophetae non audiuissent, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent ei: quia ij, qui viliora legis praecipia implere negligunt, saluatoris nostri mandatis altioribus obedire quando conualescunt? Et nimirum constat, quia cuius implere dicta renuunt, ei proculdubio credere reculant. Haec nos de ipsa rei gestae consideratione dixisse sufficiat. Sed vos, fratres charissimi, & requiem Lazari, & poenam diuitis cognoscentes, solerter agite, culparum vestrarum intercessores querite, atque aduocatos vobis in die iudicii pauperes procurate. Multos enim nunc Lazaros habetis, ante iannas vestras iacent, atque iis indigent, quae vobis iam fatiatis quotidie de mensa cadunt. Verba sacrae lectionis debent nos instruere ad implenda mandata pietatis. Quotidie Lazarum, si quaerimus, inuenimus: quotidie Lazarum, si non quaerimus, cernimus. Ecce importunè se pauperes offerunt: rogant nos, qui tunc pro nobis intercessores venient. Certè nos omnino rogare debemus, & tamen rogamur. Videte si negare debemus quod petitur, quando patroni sunt, qui petunt. Nolite ergo misericordiae tempora perdere, nolite accepta remedia dissimulare. Ante supplicium cogitate de supplicio. Cum quoslibet in hoc mundo abiectos aspiciatis, etiam si qua reprehensibilia eorum esse videantur, nolite despiciere: quia forsalsè quos morum infirmitas vulnerat, medicina paupertatis curat. Quorum si qua sunt talia, quae debeant iure reprehendi, haec si vultis, ad vsum vestrae mercedis inflectetis, vt ex ipsis eorum viciis cumulerent vobis incrementa pietatis, quatenus panem pariter detis, & verbum, panem refectionis cum verbo correptionis, & duo à vobis alimenta percipiat, qui vnum quaerebat: dum exterius cibo, & intenus satiatur eloquio. Pauper ergo cum reprehensibilis cernitur, moneri debet, & despicii non debet. Si verò reprehensionis nil habet, venerit*

rari summopere sicut intercessor debet. Sed ecce multos cernimus, quis cuius sit meriti, nescimus. Omnes ergo venerandi sunt, tantòque necesse est ut omnibus te humiliare debeas, quanto quis sit Christus, ignoras. Rem, fratres, refero, quàm benè is, qui praxto est, frater, & compresbyter meus Speciosus novit. Eodem tempore quo monasterium petij, anus quædam Redempta nomine, in sanctimoniali habitu constituta, in vrbe hac, iuxta Mariæ semper virginis ecclesiam manebat. Hæc illius Herundinis discipula fuerat, quæ magnis virtutibus pollens, super Prænepinos montes vitam eremiticam duxisse ferebatur. Huic duæ in eodem habitu discipule adhærebant, vna nomine Romula, & altera, quæ nunc adhuc superest, quam quidem facie scio, sed nomine nescio. Tres itaque hæ in vno habitaculo commorantes, motum quidem diuitiis plenam, sed tamen rebus pauperem vitam ducebant. Hæc autem quam præfatus sum Romula, aliam quam prædixi condiscipulam suam, magnis vitæ meritis antebat. Erat quippe micæ patientiæ, summæ obedientiæ, custos oris sui, ad silentium studiosa valde, & ad continuam orationis usum. Sed plerumque ij, quos iam perfectos homines æstimant, adhuc in oculis summi opificis aliquid imperfectionis habet, sicut sæpe imperiti homines necdum perfecte sculpta hgilla conspiciamus, & iam quasi perfecta laudamus, quæ adhuc artifex considerat, & limat: laudari iam audit, & tamen ea tandem meliorando nõ definit. Hæc quam prædiximus Romula ea, quam græco vocabulo paralytum medicum vocat, molestia corporali percussa est, multisq; annis in lectulo decumbens, penè omnium iacebat membrorum officio destituta, nec tamen hæc eadem eius mentem ad impatitionem flagella perduxerat. Nam ipsa ei detrimenta membrorum facta fuerant incrementa virtutum: quia tanto sollicitius ad usum orationis excreuerat, quanto & aliud quodlibet agere nequaquam valebat. Nocte igitur quadam eandem Redemptam, quam præfatus sum (quæ vitæque discipulas suas filiarum loco nutrierat) vocavit, dicens: Mater veni, mater veni. Quæ mox cum alia eius condiscipula surrexit, sicut virisque referentibus, & multis res eadem claruit, & ego quoque eodem tempore audivi. Cùmque noctis medio lectulo iacentis assisterent, subito exiit lux emissa, omne illius cellula spatium implevit, & splendor tantæ claritatis emicuit, ut corda assistentium inæstimabili pauore perstringeret, atque, ut post ipse referant, omne in eis corpus obrigesceret, & in stupore subito remaneret. Cæpit nanque quasi cuiusdam magnæ multitudinis ingredientis sonitus audiri, ostiũ cellulae concuti, ac si ingredientium turba premeretur: atque ut dicebant, intrantium multitudinem sentiebant, sed nimietate timoris & luminis nil videre poterant: quia earum oculos & pauor depresserat, & ipsa tanti luminis claritas reuerberabat. Quam lucem protinus miri odoris est fragrantia subsecuta, ita ut earum animi, quia lux emissa terruerat, odoris suauitas resoueret. Sed cùm vim claritatis illius ferre non possent, cæpit eadem Romula assistentem, & tremantem Redemptam, suorum morum magistram, blanda voce consolari, dicens: Noli timere mater, non morior modo. Cùmque hoc crebro diceret, paulatim lux, quæ fuerat emissa, subtrahita

est, sed is, qui subsecutus est odor remansit, sicque dies secundus, & tertius transit, ut aspersa fragrantia odoris remaneret. Nocte igitur quarta eandem magistram fam vocavit, qua veniente viaticum petiit, & accepit. Necdum verò eadem Redempta vel alia eius discipula à lectulo iacentis discesserat, & ecce subito in platea ante cellula eiusdem ostium duo chori psallentium constituerunt, & sicut se dicebant sexus ex vocibus discernisse, psalmodiæ cantus dicebant viri, & feminae respondebant. Cùmque ante fores cellulae exhiberentur cælestes exequiæ, sancta illa anima carne soluta est. Quæ ad cælum ducta, quanto chori psallentium altius ascendebant, tanto cepit psalmodia lenius audiri, quousque & eiusdem psalmodiæ sonitus, & odoris suauitas elongata finiretur. Hæc igitur quandiu vixerat in corpore, quis illam haberet in honore? Indigna cunctis, omnibus despecta videbatur. Quis enim ad illam accedere, quis ad illam venire dignaretur? Sed latebat in sterquilino margarita Dei. Sterquilinum, fratres, hæc ipsam corruptibilitatem corporis appello, sterquilinum abiectiorem pauperatis nomino. Assumpta est ergo margarita, quæ iacebat in sterquilino, & posita est in celestis regis ornamento. Iam inter supernos ciues emicat, iam inter ignitos illos lapides æterni diadematis coruscet. O vos, qui in hoc mundo vos diuites aut esse creditis vestis, conferte, si potestis, falsas diuitias vestras veris diuitiis Romulæ. Vos in huius mundi via omnia amissuri possidetis, illa nil quaerit in itinere, & omnia inuenit in peruentione. Vos lætam vitam dicitis, tristem mortem timetis: illa tristem vitam perulit, ad lætam mortem peruenit. Vos ad tempus quietis obsequia hominum, illa despecta ab hominibus, inuenit socios charos angelorum. Discite ergo, fratres, temporalia cuncta despiciere, discite honorem temporalem cõtemnere, æternam gloriam amare. Honorate quos pauperes cernitis, & quos foris conspicitis despectos seculi, intus arbitramini amicos Dei. Cum his participamini quod habetis, ut quandoque dignentur vobiscum participare, quod habent. Pensate quod ore magistris gentium dicitur: In hoc tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut & illorum abundantia vestra inopia sit supplementum. Pensate quod ipsa per se veritas dicit: Quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Ad tribuendũ ergo pigri cur estis, quando hoc quod iacenti in terra potrigitis, sedeti in cælo datis? Sed hæc omnipotens Deus, qui per me in vestris auribus loquitur, per se in vestris mentibus loquatur: qui vivit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti Deus, per omnia secula &c.

B E D Æ V E N E R A B I L I S
presbyteri eiusdem Euang. expositio.

Homo quidam erat diues, & induebatur, &c. Purpuram regij habitus esse colorem matris in cõchyliis tinctam, nemo forte, qui dubitet. Nam conchyliis ferro circumcisã lachrymas purpurei coloris, quibus lana tinguntur, emittunt. Byssum vero, genus est quoddam lini, nimium candidi, & mollissimi, quod Græci *σάβυρον* vocant. Ammonuerat ergo dominus supra facere amicos

Ex comment. in Lucam.
dc

de mamona iniquitatis, qui cum ab hac vita defecerimus, recipiant nos in æterna tabernacula, quod audientes Pharisæi deridebant. Verum ille quæ præpositæ exemplis adstruens, ostendit ideo diuitem purpuratũ, inremediabiliter apud inferos tortum, quia pauperem Lazarum, à quo in vita tabernacula recipi posset, amicum sibi facere neglexerat. Nonnulli autem putant præcepta veteris testamenti, districtiora esse quam noui, sed hi nimirum improvida consideratione saluntur. In illo enim non tenacia, sed rapina multratur, ibi res iniuste sublata restitutione quadrupli punitur, hic autem diues iste non abstulisse aliena reprehenditur, sed propria nõ dedisse, nec dicitur, quòd vi quempiam obpressit, sed quia in acceptis rebus se extulit. Hinc ergo, hinc summopere colligendum est, quia pena multandus sit, qui aliena discipit, si inferni damnatione percussus, qui propria non largitur. Et sunt nonnulli, qui cultum subtilium, preciosarumque vestium, non putant esse peccatum, quòd si videlicet culpa non esset, nequaquam sermo Dei tam vigilanter exprimeret, quòd diues, qui torquetur apud inferos, bysso, & purpura indutus fuisset. Nemo quippe vestimenta præcipua, nisi ad inanem gloriam quaerit videlicet ut honorabilior cæteris esse videatur. Quæ culpam postulum melius etiam ex diuerso colligere, quia hi abiectio vilis indumentis virtus non esset, Euangelista vigilanter de Ioanne non diceret: Erat indutus pilis camelorum. Sed notandum nobis magnopere est, in ore veritatis de superbo diuite, & de humili paupere, quantus sit ordo narrationis. Ecce enim dicitur: *Homo quidam erat diues.* Et protinus subiungitur: *Et erat quidam mendicus nomine Lazarus.* Certe in populo plus solent nomina diuitum, quam pauperum sciri. Quid est ergo, quòd dominus de paupere, & diuite verbum faciens, nomen pauperis dicit, & nomen diuitis non dicit, nisi quòd Deus humiles nouit, atque adprobat, & superbos ignorat? Vnde & quibusdam de miraculorum virtute superbiens, in sine dicitur est: Nescio vos vnde sitis. Discedite à me omnes operarij iniquitatis. At contra Mosi dicitur: Noui te ore nomine tuo. Ait ergo de diuite, *Homo quidam.* Ait de paupere, *Regius nomine Lazarus.* Ac si aperte dicat: Pauperem humilem scio, superbum diuitem nescio. Illum cognitum per adprobationem habeo, hunc per iudicium reprobationis ignoro. *Qui iacebat ad ianuam eius huleribus plenus, &c.* Plenus huleribus mendicus Lazarus, ante ianuam diuitis iacet. Quæ de re vna, dominus duo iudicia expleuit. Habuisset enim forrasse aliquam exultationem diues, si Lazarus pauper, & hulerosus, ante eius ianuam non iacuisset, si remotus fuisset, si eius inopia non esset oculis importuna. Rursus si longe esset diues ab oculis vlcerosi pauperis, minorem tolerasset tentationem pauper in animo. Sed, dum egenum, & vlceratam ante ianuam diuitis, & delictis affluens posuit, in vna eademque re, & ex visione pauperis non miserenti diuiti cumulum damnationis intulit, & rursus ex visione diuitis, tentatum cotidie pauperem probauit. Cui certe poterat ad penam sufficere paupertas, etiam si sanus fuisset. Rursus sufficiens agritudo, etiam si subsidium adesset. Sed ut probaretur amplius pauper, simul hunc & paupertas, & agritudo tabescit, atque insuper videbat

procedentem diuitem, obsequentibus cuneis fulciri, & se in infirmitate, & inopia à nullo visitari. Nam quia nemo ei ad visitandum aderat, restantur canes, qui licenter vulnera lungebant. Ex vna ergo re, omnipotens Deus iudicia exhibuit, dum Lazarum pauperem ante ianuam diuiti iacere permisit, ut & diues impius & damnationis sibi augeter vltionem, & tentatus pauper, crederet ad remunerationem. *Factũ est autem ut moreretur mendicus, &c.* Sinus Abraham, requies est beatorum pauperum, quorum est regnum cælorum, quo post hanc vitam recipiuntur. Sepultura inferni, pecuniarum profunditas, quæ superbos, & immisericordes, post hanc vitam vorat. *Et tuans autem oculos suos cum esset in tormentis, &c.* O quanta est subtilitas iudiciorum Dei! & quàm districte agitur, bonorum actuum, malorumque retributio! Certe superius dictum est, quia in hac vita Lazarus cadentes micas de mensa diuitis quaerebat, & nemo illi dabat: nunc de supplicio diuitis dicitur, quia de extremo digiti Lazari, destillari aquam in os suum concupiscit. Qui ergo mensa sua vel minima dare noluit, in inferno postus, usque ad minima quaerenda pertinet. Sed notandum valde est, quid sit, quòd diues in igne positus, linguam suam refrigerari petat. Mos quippe est sacri eloquij, ut aliquando aliud dicat, sed ex eodem dicto aliud innuat. Superius autem hunc superbum diuitem dominus non loquacitati vacantem dixerat, sed superflue conuiuantem. Neque hunc de loquacitate narrauit, sed cum clarione, & tenacia, de edacitate peccasse. Sed quia abundare in conuiuiis loquacitas solet, is, qui hic male conuiuatus dicitur, apud inferos grauius in lingua ardere perhibetur. Sed cum graui valde panore pensandum est hoc quòd sequitur: *Et dixit illi Abraham, Fili, recordare.* Ecce enim dum dicitur: *Recepisti bona in vita tua,* indicatur & diues iste boni aliquid habuisse, ex quo in hac vita bona receperet. Rursusque, dum de Lazaro dicitur, quia recepit mala, profecto monstratur & Lazarum habuisse malum aliquod, quòd purgaretur. Sed mala Lazari purgavit ignis inopia, & bona diuitis, remunerauit felicitas transeuntis vitæ. *Et in his omnibus inter vos & nos chaos magnum, &c.* Qua in re valde querendum est, quomodo dicatur: *Ij, qui volunt ad vos transire, non possunt.* Quod enim ij, qui in inferno sunt, ad beatorum sortem transire cupiunt, dubium nõ est. Qui vero iam in beatitudinis sortem suscepti sunt, quo pacto dicitur, quia transire ad eos, qui in inferno cruciantur, volunt? Sed, sicut transire reprobi ad electos cupiunt, id est, à suppliciorum suorum afflictione migrare, ita ad afflictos, atque in tormentis positos transire iustorum est, mente ire per misericordiam, eosque velle liberare. Sed qui volunt de beatorum sede ad afflictos, atque in tormentis positos transire non possunt, quia iustorum animæ, quamuis in suæ nature bonitate misericordiam habeant, iam tunc auctoris sui iustitiæ coniunctæ, tanta rectitudine constringuntur, ut nulla ad reprobos cõpassione moueantur. Sed, postquam ardenti diuiti de se spes tollitur, eius animus ad propinquos, quos reliquerat recurrit, quia reproborum mentem pena sua quandoque inutiliter erudit. ad charitatem, ut iam tunc etiam suos spiritualiter diligant hic, dum peccata diligenter, nec se amabant. Vnde nunc sequitur: *Bibl. Hom. tom. 2. L 2. Et*

Et ait. Rogo te ergo pater, ut mittas eum in domum patris mei, &c. Quia in te notandum est ardenti diuiti quanta ad supplicium cumulantur. Ad pœnam namque suam, ei & cognitio seruatur, & memoria. Cognoscit enim Lazarum, quæ dispexit, fratrum quoque suorum meminit, quos reliquit. Perfecta quippe ei vltio de paupere non esset, si hunc in retributione non cognosceret. Et perfecta pœna in igne non esset, si non hoc, quod ipse patitur etiam suis timeret. Ut ergo peccatores amplius in supplicio puniantur, & eorum vident gloriam, quos contempserunt, & de illorum etiam pœna torquentur, quos inutiliter amauerunt. Credendum vero est, quod ante retributionem extremi iudicii, iniusti in requie quosdam iustos conspiciunt, ut eos vidētes in gaudio non solum de suo supplicio, sed etiam de illorum bono crucientur. Iusti vero in tormentis semper intuentur iniustos, ut hinc eorum gaudium crescat, quia malum conspiciunt, quod misericorditer euaserunt, tantoque maiores ereptori sui gratias referant, quanto euidētius vident in aliis quid ipsi perpeti, si essent neglecti potuerunt. Quia qui creatoris sui claritatem vident, nihil in creatura agitur quod videre non possint. *Et ait illi Abraham. Habent Moyses, &c.* Sed qui verba Dei despexerat, hæc audire non posse suos sequaces, æstimabat. Vnde & respondit diues. *Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis, &c.* Cui mox veraci sententia dicitur, *Si Moyses & prophetae non audiunt, &c.* Quia nimirum qui verba legis despiciunt, redemptoris præcepta, qui ex mortuis surrexit, quanto subtiliora sunt, tanto hæc difficiliora implebunt. Et nimirum constat, quia cuius implere dicta renuit, ei proculdubio credere reculant. Quæ vero iuxta allegoriam, diues iste, qui induebatur purpura, & bysso, & epulabatur cotidie splendide, nisi Iudaicum populum significat? qui cultum vite exterioris habuit, qui acceptæ legis delicias ad nitorem vsus est, nō ad vtilitatem. Quem autem Lazarus huleceribus plenus, nisi gentilem populum figuratiter exprimit? qui dū conuersus ad Deum, peccata sua confiteri non erubuit, vulnus in cute fuit. In cutis quippe vulnere, virus à visceribus trahitur, & foras erumpit. Quid est ergo peccatorum confessio, nisi quædam vulnerum ruptio? quia peccati virus salubriter aperitur in confessione, quod persistere latebat in mente. Sed Lazarus vulneratus, cupiebat saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat, quia gentilem quemque ad cognitionem legis admittere superbus ille populus despicebat, qui dum doctrinam legis non ad charitatem habuit, sed ad elationem, quasi de acceptis opibus ruit, & quia ei verba defluebant de scientia, quasi micæ cadebant de mensa. At contra iacentis pauperis vulnera lingeant canes. Nonnunquam solent in sacro eloquio per canes prædicatores intelligi. Canum & enim lingua, vulnus, dum lingit, curat, quia & doctores sancti, dum in confessione peccati nostri nos instruant, quasi vulnus mentis per linguam tangunt. Et quia nō loquendo à peccatis eripiunt, quasi tangendo vulnera ad salutem reducunt. Vnde & bene Lazarus adiutus interpretatur, quia ipsi hunc ad ereptionem iuuant, qui eius vulnera, per linguæ correctionem curant. Contigit vero, vt vterque moreretur: diues qui induebatur purpura, & bys-

so, sepultus in inferno, in sinu vero Abr. hæc Lazarus ab angelis ductus est. Quid Abraham finis, nisi secretam requiem significat patris: de qua veritas; Mulci (inquit) venient ab oriente, & occidente, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Jacob in regno celorum. Filij autem regni huius, eiciantur in tenebras exteriores. Qui enim purpura indutus dicitur, recte filius regni vocatur. Qui de longinquo ad videndum Lazarum oculos leuat, quia dum per damnationis suæ supplicia infideles in imo sunt, fideles quoque ante diem extremi iudicii, super se in requie adtendunt, quorum post gaudia contemplari nullatenus possunt. Longe vero est, quod conspiciunt, quia illuc per meritum non attingunt. In lingua autē amplius ardere ostenditur, cum dicit; *Mitte Lazarum vt minguat extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Infidelis populus verba legis in ore tenuit, quæ opere seruare contempsit. Ibi ergo amplius ardebit, vbi se ostendit scire, quod facere noluit. Ab extremo digiti se tangi desiderat, quia æternis suppliciis datus optat operatione iustorum vel vltima participari. Cui respondetur, quod in hac vita bona receperit, quia omne suum gaudium, felicitatem transitoriam putauit. Habere hic etenim possunt & iusti bona, nec tamen hæc in recompensatione recipere, quia, dum meliora, id est, æterna appetunt, eorum iudicio quælibet bona adferunt, cum sanctis desiderijs æstant, bona minime vidēt. Inter hæc vero notandum est, quod ei dicitur; *Memento filij.* Ecce enim Abraham filium vocat, quem tamen à tormento non liberat, quoniam huius infidelis populi præcedentes patres fideles, quia multos à sua fide deuiasse considerant, eos nulla compassione à tormentis eripiunt, quos tamen per carnem filios recognoscunt. In tormentis autem diues positus, quinque fratres habere se perhibet, quia superbus idem Iudaicus populus, qui ex magna iam parte damnatus est, sequaces suos, quos super terram reliquit, quinque sensibus corporis deditos nouit. Quinario ergo numero fratres, quos reliquet, exprimit, quia eos ad spiritalem intelligentiam non adfurgere, in inferno positus gemit. Petit vt ad eos Lazarus mittatur, cui quod Moyses, & prophetae habeant, dicitur. Sed ait, quod non credent, nisi quis ex mortuis resurrexerit. Cui protinus respondetur; *Si Moyses & prophetae non audiunt, neque si quis à mortuis resurrexerit credent ei.* Certe de Mose veritas dicit; *Si crederetis Mose, crederetis vti que & mihi.* De me enim ille scripsit. Impletur ergo quod per Abraham responsum dicitur. Ex mortuis enim dominus resurrexit, sed Iudaicus populus, quia Mose credere noluit, ei etiā, qui resurrexit ex mortuis, credere contempsit, cum que Mose verba spiritaliter intelligere renuit, ad eum, de quo Moyses locutus fuerat, non peruenit.

HAYMONIS EPISCOPI

Halberstat. superioris Euang. expositio.

Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura, &c. Sensus istius lectionis à superioribus pendet. Narrat superius Lucas euangelista, quod admonuit dominus scribas, & phariseos, vt facerent sibi amicos pauperes, à quibus reciperentur in æterna

æterna tabernacula, dicit illis: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, id est, de temporalibus diuitiis, vt quæ de feceritis à præsentī vita, recipientur in æterna tabernacula. Quod illi audientes deridebant eum, quasi non vilia loqueretur. Verum quod ille proposuerat verbis, consumauit exemplis, ostendens ideo purpura diuitem irremediabiliter post mortem apud inferos tortum, quia noluit in vita amicum sibi facere pauperem Lazarum, à quo recipi mereretur in æterna beatitudine, dicens: *Homo quidam erat diues. Magnas diuitias habebat, & induebatur purpura, & bysso, vt rex, & epulabatur quotidie splendide, id est, gloriose: varijs, & delicatis cibi illi parabantur. Purpura, regius habitus est. Consuetudo fuit apud antiquos, vt nullus indueretur purpura, nisi rex, aut cui rex potestatem dedisset. Sic habemus scriptum in Daniele: Si quis hanc scripturam legerit, & interpretationem dixerit, purpura vestietur, & torquem auream habebit circa collum, & tertius in regno meo erit. His verbis possumus discere, quia iste diues rex erat, qui purpura, & bysso induebatur. Purpura est sericæ sit, & ex tinctura marina. Sunt pisciculi parui in mari, qui circumcisi ex omni parte emittit lachrymas purpureæ coloris, vnde tingitur lana, ex qua conficitur purpura. Bysso genus lini candidissimi, & mollissimi est. Exterius induebatur iste diues purpura in fago, & vestitu suo. Intrinsecus iuxta carnem induebatur bysso. Sunt multi homines, qui putant subtilitate vestium preciosarum peccatorum non esse, sed non est ita, vt putant. Culpa est nimirum preciosæ vestimenta querere: si enim culpa nō esset, nequaquam dominus sermonem faciens de diuite, diceret diuitem, dum adhuc viveret, purpura, & bysso indutum fuisse. Et, si virtus non esset vilia vestimenta induere ei, qui potest habere preciosas, nunquā dominus de Ioanne Baptista diceret turbis. Quid existis desertum? videre hominem mollibus vestitum? Quæ verba dominus non affirmando, sed negando loquutus est, quia beatus Ioannes non erat mollibus vestibus indutus, sed asperis, de pills camelorum habebat vestimentum. Et beatus Petrus non solum vitis, sed etiam mulieribus præcipit, dicens: Non in auro, & argento, non in veste preciosa, nec in torto erine. Nemo enim preciosa vestimenta nisi ad inanem gloriam querit, vt honorabilior cæteris videatur. Sunt etiam, qui putant præcepta veteris testamenti districtiora esse, quàm noui, sed falluntur, quia in veteri lege non punitur auarus, qui propria retinet, sed qui furtum facit, in quadruplum iubetur reddere. Verbi gratia: Si furtus fuerit vnum bouem, quatuor pro eo restituet. In nouo autem testamento non solum ille damnatur in pœnis inferni, qui furtum facit, sed etiam qui propria nō largitur indigentibus. Ecce non legimus istum diuitem aliena abstulisse, nec aliquem oppressisse, sed tantummodo quia propria non distribuit pauperibus, ideo æternaliter in inferno inferiore damnatus est. Si tali pœna damnatus est ille, quia propria non dedit, quanta pœna mulcandus est ille, qui alienā substantiam diripit iniuste? Certe multo maiori. Attendere debemus, quod dominus in hac parabola, nomē diuitis tacet, & nomen pauperis dicit. Ait enim de diuite: Homo quidam. Ait de paupere: Erat quidam mendicus nomine Lazarus. Certe in po-*

pulo plus solēt nomina diuitem sciri quàm pauperum. Quid est ergo quod dominus nomen huius diuitis non dicit, & nomē pauperis dicit, nisi quia humiles nouit, & superbos ignorat? Vnde quibusdam in iudicio dicit: Amen dico vobis: Nescio vos. Et contra Moli dicit: Noui te ex nomine. Ait ergo de diuite: *homo quidam*: ait de paupere: *quidam mendicus nomine Lazarus*, ac si diceret: Pauperem humilem scio, superbum diuitem non agnosco. Illū approbando agnosco, istum reprobando ignoro. *Homo quidam erat diues, & induebatur purpura, & bysso.* Allegoricè iste diues populus Iudaicum figant; qui diues fuit, & diuitias spirituales, & terrenas à domino recepit, audiens ab eo per prophetam: Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis, & dabo vobis terram fluentem lac, & mel. Per purpura intelligitur regnum, per bysso dignitas sacerdotalis. Populus Israeliticus & reges habuit secundum Dei præceptum, & sacerdotes, reges Saulem, Dauid Salomonem, & cæteros vsque ad vltimum Sedechiam, qui cæcatus ductus est in Babylonem. *Et epulabatur quotidie splendide. Quæ sunt epulæ, in quibus populus gloriabatur? Doctrina legis, & cætera eloquia veteris testamenti, in quibus meditabatur dicta prophetarum, & modulationes Psalmorum.* Sed has diuitias non habuit interius ad custodiam animi, sed potius exterius ad laudem humanam, ideo superbiendo amisit eas. *Et erat quidam mendicus Lazarus nomine.* Iste mendicus signat populum gentilem, qui medicus fuit, quia non habuit dicta legis, & prophetarum. Lazarus interpretatur adiutus, populus gentilis designatur, qui adiutus est à Deo omnipotente. Deus pater præbuit illi auxilium, mittēdo filium suum ad eum, vel etiam apostolos suos, quibus dictum est ab eodem filio de ascensionis suæ: Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium omni creature. *Qui iacebat ad ianuam diuitis.* Qui populus Israeliticus ex omni parte circumseptus erat populo gentili. *Placibus plenus.* Hoc distat inter vltius, & vlcus: quia vlcus exterius fit cum gladio, aut cum fuste, aut cum lapide: vlcus verò infirmitas est, quæ ab interiori humore procedit foras in cute, sicut lepra, & scabies. Per vlcera intelliguntur peccata. Populus gentilis vlceribus plenus erat, peccatis originalibus, & actualibus grauatus est. *Cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis.* Per mensam intelligitur sacra scriptura, de qua Psalmista dicit: Parasti in conspectu meo mensam, id est, sacram scripturam. Per micas intelliguntur minora præcepta legis, quæ superfluebant Iudæis. Populus gentilis cupiebat saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, id est, minora præcepta, quæ superfluebant Iudæis, id est, quæ pro nihilo ab illis deputabantur, volebant assumere ad salutem suā. *Sed nemo illi dabat.* Quia, si aliquis gentilis circumciscus esset more illorum, & legem obseruaret sicut & illi, nolabant eum credere sibi æqualem in merito. *Sed & canes veniebant, & lungebant vlcera eius.* Per canes intelliguntur Apostoli, & cæteri doctores sanctæ ecclesiæ, de quibus Psalmista dicit: Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Ex inimicis, id est, ex Iudæis electi sunt sancti Apostoli à domino. Quid faciunt canes? Larratu suo recta dominorum suorum custodiunt, ne latrones dominis suis, dormientibus, aliquid furentur. Simi-

liter & sancti doctores latratu suo, id est, prædicatione sua repellunt latrones, id est, hæreticos, & infideles ad oculi Christi, id est, à societate sanctæ ecclesiæ, ne ouibus Christi nocere possint. *sed & canes veniebant, & lungebant vlcera eius.* Canum etenim lingua dum lingit, curat. Ita & sancti doctores lingunt peccata nostra, & curant, dum ad pœnitentiam nos prouocant, dicentes: Pœnitentiam agite, appropinquabit regnum cælorum. Et, confitemini alterutrum peccata vestra. *Falsum est autem, vt moreretur mendicus: & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ.* Per sinum Abrahæ designatur requies sanctorum, vbi sancti per mortem carnis transeunt. De hac requie dicit dominus alibi: Multi venient ab oriente, & occidente, & recumbent cum Abraham, &c. *Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno.* Infernus locus pœnarum est, vbi superbi, & immiseri cordes post hanc vitam cruciatur. Hunc versiculum ita distinguit beatus Augustinus. *Mortuus est autem & diues, & sepultus est. In inferno autem cum esset eteius oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius.* Sed beatus Gregorius non sequitur eum. Claudianus * Lugdunensis episcopus dicit, quòd vterque in inferno erant, Abraham, scilicet, & diues, id è quòd mutò se alloqui poterunt, tamen Abraham fuit in superioribus locis inferni, id est, requie. Diues verò in profundo inferni positus erat. Per hoc quòd diues mortuus sepultus est in inferno, designatur, quòd Iudei propter infidelitatem transeunt ad pœnas inferni. Per hæc verò quòd Lazarus portatus est in sinum Abrahæ, signatur, quòd gentiles ad fidem Abrahæ conuersi ad patriam cælestem quotidie ascendunt. Infernus locus est pœnarum, & cruciatuum, vbi superbi, & immiseri cordes cruciantur propter peccata sua. *Et ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei.* Legimus superius istum diuitem superflue conuiuasse, non tamen in loquacitate peccasse, quare plus cruciatur in lingua quam in reliquo corpore? Sciendum est, quia solet in conuiuio loquacitas abundare. Et quia iste diues splendide epulabatur quotidie, superflua ideo verba, & inania loquebatur. Vbiunque enim plus peccauit, ibi plus cruciatur. Sic intelligendum est de peccatoribus: in quocunque membro peccator plus peccauerit, ibi plus cruciabitur. Verbi gratia Si peccauerit in lingua vana verba profereudo, plus ibi cruciabitur. Et si in manibus homicidium perpetrando, plus ibi cruciabitur. Possumus & hoc referre ad populum Iudaicum, qui legem habuit in lingua, sed hoc quòd ibi inueniebat, opere perficere nolebat. De quibus dominus dicit per Esa. prophetam. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. Sicut enim nullus potest dicere qualis beatitudo, qualis læticia, qualis charitas, quale gaudium est bonis in cælo, sic similiter nullus potest dicere qualis pœna, qualis luctus, quanta sint tormenta malis in inferno, vbi vermes non moriuntur, nec ignis extinguetur. *Que tormenta per infinita secula seculorum permanebunt.* Sicut læticia, & beatitudo sanctorum non habebit finem, ita & tormenta malorum, & pœna nequaquam habebit finem. Vnde dominus in iudicio erit dicturus malis: Æte in ignem æternum, &c. *Quia propter laboremus, in quatum possumus, in Dei seruitio, ne cum diuite purpu-*

* videtur in fessis Pionis sic episcopus habere id in libro de statu anis maris qui liber octi.

rato post hanc vitam in inferno habeamus confortium. Modò laboremus, dum tēpus habemus, quia in hac vita tantum licitum est bene operari. Hæc vita malis hominibus longa est: & amabilis, in oculis verò iustorum breuis, & amara. Sicut enim tela per singulos filios crescit, & filus confumitur: ita vita hominum singulis diebus expletur. Quia igitur quotidie ad terminum nostrum appropinquamus, curemus quòd negligenter fecimus, per pœnitentiam, & lachrymas lauare. Non simus superbi, quia initium omnis peccati superbia est. Non simus ebriosi, quia ebriosi regnum Dei non possidebunt. Non simus detractores, quia omnes detractores eradicabuntur. Non simus mumeratores, non inuidi, sed simus humiles, casti, benigni, misericordes, dilectione pleni. Modò dum possumus, dum sani sumus, bona opera faciamus, quia citò veniet, quòd nihil operari poterimus, & tunc habebimus pœnitentiam, quare in Dei seruitio magis non laborauerimus. Ilte diues serò, id est, tardè oculos aperit, cum Lazarum pauperem in requie vidit, quem iacentem ad ianuam suam videre despexit. Non solum qui esuriens, & sitiens, & nudo: vel alij indigenti aliquid donat, elemosynam facit: sed qui erga inimicum compassionem habet, elemosynam sine dubio facit. Duæ sunt elemosynæ, vna corporalis, alia spiritualis. Corporalem tunc elemosynam facimus, quando quicquid possumus indigenti ministramus. Et tunc spirituale elemosynam facimus, quando dimittimus illis, qui peccant in nos. Si verò aurum, & argentum, & cetera transitoria nò habemus, vnde elemosynam faciamus, studeamus inimicos nostros amare, & diligere, & omnia mala, quæ nobis faciunt, ipsis ex toto corde dimittamus: vt talem elemosynam faciendo creatori, ac redemptori placere possimus, & cum ipsis adiutorio mereamur pœnas inferni vitare, ad quas iste diues immiseri cordes descendit, & ad illam requiem, ad quam Lazarus portatus est ab angelis, mereamur deportari, & regnare cum Christo. *Et misit Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aqua, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Ilte dum adhuc vixit, noluit minima mensæ suæ, id est, micas dare pauperi Lazaro, ideo in inferno positus ad minima postulanda peruenit. Completum est in illo, quòd Iacob. Aposto. dicit: Iudicium sine misericordia illi fiet, qui nò facit misericordiam; *Et ait illi Abraham: Fili, record. quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala.* Falsum cum vocat, quem à pœna nò liberat. Sancti Dei in cælo collocati licet videant filios suos in inferno damnatos, tamè nulla compassione mouentur erga eos, quos sciunt à fide sua deuialle. *Recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala.* In hoc datur nobis intellegi, quia iste diues aliquid bonum operatus est, pro quo dignus erat remuneratio domini: pauper verò aliquid malum, pro quo dignus erat flagellis. Sed bona diuitis remunerantur felicitas transeuntis vitæ, mala verò pauperis purgantur ignis inopie. Sunt reprobi in presenti seculo, qui accipiunt à domino diuitias, & faciunt bonum pro quo digni sunt remunerari, isti in recompensatione accipiunt, quia hæc remunerantur. Talibus dicit dominus in die iudicii: Amen dico vobis, recepistis mercedem vestram. E contra sunt boni homines, qui hæc habent diuitias in præsen-

ti seculo,

ti seculo, & sunt iusti, non tamen in recompensatione sicut Dauid, Iob, & ceteri, qui expleta necessitate sua, vel suorum, quòd superest in vsus pauperum expendunt, aut in cultum omnipotentis Dei, sicut fecit Dauid, & Salomon. *Hic autem nunc consolatur.* Id est, consolationem accipit à domino, quia in requie est positus: Tu verò cruciaris, in pœnis inferni: *Et in his omnibus inter nos, & vos chaos magnum firmatum est.* Chaos Græcè, Latine dicitur causa. Et dicitur chaos confusio rerum, quæ fuit in initio mundi, quando dominus fecit cælum, & terram, quia omnia corporalia mixta erant, terra videlicet, aqua, ignis, & ær, siquidem sapiens dicit Deo: Tu quidem de informi materia mundum fecisti, id est, de confusione rerum. Sed hic non ponitur chaos pro confusione rerum, sed pro distantia meritorum. *Et in his omnibus inter nos & vos.* Id est, inter nos iustos, & vos peccatores *chaos magnum firmatum est.* Id est magna distàtia meritorum, quia nos sumus in gloria pro bonis operibus nostris, vos estis in pœna pro peccatis vestris, *vt hi qui volunt hinc, id est, requie transire ad vos, non possunt neque inde, id est, de pœna huc transire.* Quòd illi qui in pœnis sunt velint transire ad eos, qui in requie sunt, non est mirum: quomodo autem illi, qui in requie sunt, velint transire ad pœnas inferni, hoc est querendum. Sciendum est, quòd sicut illi, qui in inferno sunt, vellent transire, si fieri posset, ad electos: ita & electi, si fieri posset, mente vellent transire ad reprobos, quia per naturam misericordes existunt, & vellent eos liberare à pœnis inferni, & ad suam societatem pertrahere: sed, quia coniuncti sunt suo creatori, non possunt aliter velle, nisi quòd eorum creator velit. *Et ait: Rogo te, pater, vt mittas eum in domum patris mei, id est, familiam.* *Habeo enim quinque fratres, vt restetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* Consideranda est, quanta ad cumulum damnationis referuata sunt huic diuiti duo, Cognitio videlicet, & memoria. Cognitio, quia cognouit Lazarum in sinu Abrahæ positum. Memoria, quia recordatus statur suorum. Vt enim magis cruciaretur in inferno positus, cognouit Lazarum pauperem, quem despexerat in vita. Et, vt nullum remedium omnino haberet, recordatus est fratrum suorum, quos reliquerat in vita, timens ne forte sicut illi acciderat, ita & aliis accidisset, id est, euenisset. Reprobi in inferno damnati, non solum pro sua nequitia damnantur, sed etiam pro illorum, quos inuulter in presenti seculo amauerunt. Credendū est, quòd iniusti vsque in diem iudicii quosdam videant iustos, vt non solum de suo malo, sed etiam de illorum bono crucientur. Boni verò semper videbunt malos, vt maiores gratias redemptori suo referant. Illi enim, qui suo creatori iuncti sunt, omnia, quæ in creaturis sūt, possunt videre. Allegorice autem, per hoc quòd diues quinque fratres se habere perhibet, designatur, quòd populus Iudaicus, qui iam ex magna parte damnatus est, sequaces suos, quos super terram viuentes reliquit, quinque sensibus corporis scit esse ditatos, id est, honoratos, de quibus in inferno positus timet, ne & ipsi, qui adhuc viuunt, spiritualiter legem intelligere non velint, sicut & ipse noluit, & descendant post hanc vitam ad ipsius consortium in tormentis. *Et ait illi Abraham: Habent Moyses, & prophetas, audiant illas.* Sed quia Dei verba despexerat, hæc audire suos se-

quaces non posse aestimabat. Vnde & respondit: *Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis ueris ad eos, pœnitentiam agent.* Cui statim Abraham veraciter respondit. *Si Moyses, & prophetas non audiam, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.* Qui enim verba legis despiciunt, præcepta Christi, qui à mortuis resurrexit, quòd sunt maiora, tantò ea minus implebunt. Qui verò eius præcepta non custodit, in illum non credit. Allegorice verò impletam videmus prophetiam Abrahæ, quia Iudaicus populus noluit Moysi, & prophetis credere, ideo nec Christo credere designatur. Ipse namque dominus ipsis Iudeis dixit: Si crederetis Moysi, forsitan crederetis & mihi, de me enim ille scripsit. Nisi enim verba legis, & prophetarum intelligant spiritualiter, ad Christum, quem illi prophetauerunt, venire non poterunt. Requit eorum salubre consilium, vt illis credat, & Christum inueniant, & à damnatione partum suorum liberari valeant. Audiuius pœnas diuitis. Audiuius requiem pauperis, timeamus pœnas inferni, custodiamus nos à malis operibus, vt nò cum isto diuite purpurato sepeliatur in inferno: sed cum paupere Lazaro in sinu Abrahæ recipi mereamur, adiutante domino Iesu Christo, qui viuuit, &c.

THEOPHYL. EPISCOPI
Bulgar. superioris Euang. expositio.

Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & bysso, &c. Bene sequuntur hæc ad superiora. Quia enim prius docuerat, vt nos redè circa diuitias gereremus: merito coniungit & hanc parabolum in eadem serentem sententiã per exemplum diuitis. Parabola enim est hæc, & non (vt quidam opinati sunt) historia. Nondum enim separata erant iusti bona, & peccatoribus contraria: sed figurauit sermonem dominus, vt immiseri cordes doceat, qualia eis euentura sint, & iterū doceat eos, qui affliguntur, quam bene habituri sint pro iis, quæ hic sustinent. Diuitem igitur hoc loco absque nomine in parabola assumptis, vt pote qui neque dignus sit, qui à Deo nominetur: sicut & per prophetam dicit, Non memor ero nominum illorum per labia mea. Nomen autem pauperis memorat. Iustorum enim nomina in libro vitæ scripta sunt. Ferr enim Hebræorum traditio, Lazarum quandam per illud tempus extremam inopia, & infirmitate laborasse, cuius memor fuerit dominus in parabola hac, vt pote notum, & manifestum. Diues igitur omnino dissolutus erat. Nam purpura, & bysso induebatur, & præterea omnibus aliis deliciis vacabat. Epulabatur enim dicit, & non nunc tantum, & postea non, sed quotidie: & non medioeriter, sed splendide, hoc est, sumptuose, & prodigaliter. Lazarus verò pauper erat, & infirmus: grauiter. Vlcerosus enim, inquit, erat. *Agrotant alij sed vlcibus carent: hic autem grauiore malo affligebatur & ad vestibulum diuitis facebat.* Ecce alius dolor, videre alios in deliciis, se vero fame premi. *Desiderabat enim, inquit, satiare, nò sumptuosius ferulis, sed de micis eius, & illis, quibus satiabatur canes.* Insuper destitutus erat omni cura, & canes lungebant vlcera eius, quòd nemo esset, qui ab illo istos abigeret. Num igitur Lazarus in tantis malis

Immo multis de causis historia est, non parabola, & ita communi sententia est receptum. Immo supposita peccatoribus suis post mortem, etiam ante Christum aduertum, præsto erant.

L. 4 blasphem

blasphemabat: num conuiciabatur: num incessabat luxum diuitis: num inhumanitatem eodem nauit: num providentiam Dei reprehēdebat. Nihil horum, sed fortis erat, & magnæ philosophiæ. Vnde manifestū ex his, quod angeli ipsum mortuum susceperint. Nā si obmurmuratur fuisse, & blasphemus, ne utriusque tantum honorem fuisset consecutus, & angelorum comitatu stipatus. Mortuus est autem & diues, ac sepultus est. Nam profecto etiam quum viueret, sepulta erat eius anima, carnem quasi sepulchrum circumferens. Et ideo, quum moreretur, non ab angelis assumptus est, sed ad infernū deductus. Nam, qui nihil sublime, nihilque cælestē cognouit vnquā, infimo loco dignus. Dicendo enim, quod & anima eius locum infimum, & caliginosum sortita fuerit. *Atque in cæteris, sublati oculis, quum esset in tormentis vidit Abraham eminus, &c. Quemadmodum dominus electum Adam regione paradisi collocavit, ut cōtinuo aspectans, clarius sentiret à quantis bonis excidisset: sic & illum condemnauit in conspectu Lazari, ut vidēs illum, in quibus esset, sentiret vnde per inhumanitatem excidisset. Et propterea non apud alium quendam iudicium, sed in sinu Abrahæ vidit Lazarum, quoniam hospitalis fuerat Abraham. Vt igitur reprehenderetur illius hospitalitas, propterea illum apud Abraham vidit. Ille etiam eos, qui præteribant, in domum suam trahebat, hic autem etiam intra domum iacentes despicebat. At cur non venit sermonem ad Lazarum, sed ad Abraham? Confundebatur fortassis, existimans fortitan Lazarum vindictæ audum, & ex suis causis iudicabat illum. Si enim ego tanta felicitate fruens contempsi illum tantis malis coangustatum, & neque micæ ei communicavi: multo magis ipse contempsum vindicabit, & non annuit ut mihi beneficium concedatur, propterea ad Abraham facit sermonem. Putabat enim ignorare patriarcham, quæ contigissent. Quid igitur ille? non dixit, inhumane, & crudelis, non erubescis? immisericordias non recordaris? sed quomodo? *Fili. Vide compatiētem, & sanctum. Dicit enim & sapiens quidam; Animam humilitatem ne turbaueris. Et propterea etiam ipse dicit, fili: in sinuās per hoc eatenus sibi licere, quatenus tam benigne alloquitur, sed vterius nihil licere ei. Quod possum, hoc tibi communico, compatiētem scilicet vocem. At illinc transire non est nostrum. conclusa enim sunt omnia. Et tu quidem recepisti bona tua, ille autem mala. Et quare non dixit accepisti, sed, *recipisti? Recipere enim de iis dicere solemus, qui suscipiunt, quod eis debebatur. Dicitur igitur, quod, licet quidam facinorosi sint, & in extremam peruenierint malitiam, non nunquam tamen vnum quoddam, vel duo bona opera faciunt, vnde & ipsi habentes bona quædam, in præsentis vitæ prosperitate capiunt, recipere dicuntur. Similiter autem & Lazarus mala. Fortassis autem & ille vnum, vel duo mala commiserat, & propterea dolore illum sustinens, dignam factis mercedem accepit. Vnde consolationem habet ille, tu verò cruciaris. Porro hiatu significat distantiam, & differentiam iustorum, & peccatorum. Nam sicut voluntates eorum diuersæ fuerunt, ita & præmia multum inter se distant, vnoquoque recipiente ea, quæ vitæ, & voluntati suæ congruunt. Obserua autem hoc loco contra***

Eccle. 4.

Origenistas dicentes, quod tempus erit, quo finientur impiorum supplicia, & peccatores cum iustis cōiungentur, & sic omnia in omnibus erit Deus. Ecce enim audimus Abraham dicentem, quod ij, qui volunt hinc ad vos, vel illinc ad nos transire, non possint. Sicut igitur impossibile est ex consortio iustorum quempiam transire in locum peccatorum: ita impossibile est, ut nos docet Abraham, transire à loco poenæ in locum iustorum. Abraham sane fide dignior est, quàm Origenes. Quid autem est in infernus? Quidam dicunt esse locum subterraneanum tenebrosū. Alij autem transitum animæ à lucido in obscurum: & immundum dicunt infernum. Quandiu enim in corpore est anima, apparer propter operationes suas: postquam autem à corpore emigraverit, inuisibilis fit. Hoc igitur dixerunt esse infernum. Sinus autem Abrahæ vocant continentiam bonorum, quæ reposita sunt iustis, qui à tempestate huius maris ingrediuntur in portus cælestes: quoniam & in mari sinus appellamus loca portuum, & quieti apta. Attendē hic, quod in die illo, qui alium iniuria affecit, videbit iniuria affectum in quali gloria sit, & hic iterum illum in quâta condemnatione: sicut in hoc loco diues Lazarum, & Lazarus diuitem, *Ait autem, rogo ergo te pater, remittas eum in domum patris mei, &c. De rebus suis desperas propheta, pro aliis supplicat. Vide autem quomodo in supplicis sensum aliena infelicitas capis. Et prius Lazarum despicebat ante pedes iacentem, nunc aliorum absentium curam gerit, & obsecrat, ut Lazarus ex mortuis in domū patris sui mittatur. Et non simpliciter ex mortuis quispiam, sed Lazarus: ut videat eum coronatum gloria, & incolumitate, qui viderant ante infimum, & cōtemptum: sicutque testes tanti miraculi, ac tantæ gloriæ spectatores. Nam perspicuum, quod si dignum fide præconem habuerint, & ipsos in gloria olim fuluros. Quid igitur Abrahæ? *Habens Moysen. Non sicut tu, inquit, curam geris fratrum, ita & Deus, qui illos fecit, innumeros autem illis præfecit doctores. At diues inquit, Pater. Nam quemadmodum ipse scripturas audiēs non crederet, & fabulas esse putaret eas, quæ dicuntur: similiter etiam fratres suos se habere suspicatus est, & ex se iudicans dicebat, quod non audituri sint scripturas, sicut neque ipse, sed, si quis ex mortuis resurrexerit esset, credituri sint. Tales etiam nunc sunt, qui dicunt, Quis vidit ea, quæ in inferno? Quis venit illinc, & annunciauit nobis? Sed audiant Abraham. Quoniam, si scripturas non audimus, neque iis, qui ex inferno veniunt, credemus: Et hoc manifestarūt Iudæi, qui, quia scripturas non audierunt, neque cum resurrexissent mortui, crederūt: sed & Lazarum occidere tentauerunt, & cum mortui resurrexissent, crucifixo Iesū, magis tamen sciantes Iudæi inuaserunt Apostolos: quia, si quidem illud profuisset nobis ad fidem, etiam hoc sepe fecisset dominus. Nunc nihil tam vile est, ut scripturarum diligens scrutatio. Mortuorum suscitationem falsè, & apparenter facere potest etiam diabolus, ut seducat imprudentes, seminans doctrinas de inferno dignas sua malitia: at eis, qui scripturas probè scrutantur, nihil potest illudere. Illæ enim sunt lucerna, & lumen, quo lucente sur deprehenditur, & manifestatur. Illis igitur credendum, & de mortuorum suscitatione non curandum.**

INCERTI CUIVS DAM

sub nomine Eusebij Emissemi eiusdem Evangelij expositio.

HÆC enim verba & diuitibus, & pauperibus valde necessaria sunt, quia & illis dant timorem, & istis consolationem. Audiunt hic diuites poenas suas, audiunt & pauperes gaudia sua. *Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlcibus plenus, cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat.* Sanctorum enim nomina scripta sunt in cælis, malorum verò nomina scripta non sunt in libro vitæ. Vnde & hoc loco diuitis nomen non dicitur, mendici verò dicitur. Hic Lazarus vocatur, ille quomodo vocetur nescimus. Talibus enim dicitur est dominus, Amen dico vobis, nescio vos. Quid igitur mirum, si illum nescimus, quem ille nescit, qui omnia scit? Se vicissim uterque videt, ut illius impietas manifestetur, & huius patientia crescat. Videt iste diuitem delitiis affluentem, videt ille pauperem inopia tabescentem, ille epulatur, iste cruciatur. Neque ille tantum peccaret, si hunc non vidisset: neque ille tantum cruciaretur, si illius delicias non aspexisset. Uterque igitur erat alteri materia malitiae temporalis, iste æterni. Habebat tamen pauper hanc vnam consolationem, quod canes veniebant, & lingebant vlcera eius. Canum enim lingua medicamentum quoddam est, & lingendo vulnera curat. *Factum est autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ, mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno.* Nam & Abraham sicut & cæteri patriarchæ & prophete, in inferno erat, inferni tamen poenas non patiebatur. Sinus igitur Abrahæ ille locus intelligitur, in quo simul collecti sancti quiescebant. Infernus autem poenarum locus est, in quo iniquorum animæ cruciantur. *Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu eius.* Hoc est enim quod dominus ait, Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis. Maiora tamen sunt tormenta diuitis, quàm fuissent vlcera Lazari. Contra diues iam videre incipit Lazarum superiorem, & tam superiorem, ut nisi oculis eleuatis eum videre non possit. Videt Abraham, videt & Lazarum in sinu Abrahæ: & quamuis longè positus, videt tamē omnes delicias illi antepositas. Videt, & concupiscit: cruciatur, & nō est, qui eius miseretur. Et tanto quidem amplius cruciatur, quanto maiores delicias contemplantur. Visus enim multo ties appetitum parit: & ea, quæ non videmus, minus appetere solemus. Vnde & ait, *Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aqua, & refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma.* Micæ panis de mensa diuitis Lazarus concupiuit: guttam aquæ de digito Lazari diues quæsiuit. Sed quare de digito Lazari? Fortasse quia timebat, ne eum accusaret, & ut eum, quem offenderat, vel talibus verbis ad misericordiam inclinaret. Aut quia non alium videre ei concedebatur, nisi eundem ipsum, pro quo cruciabatur. Non enim licet malis videre quod volunt: quamuis liceat bonis videre, & audire & habere quæcunque volunt. Frustrā autem misericordiam impetit, qui misericordiam non fecit. Vnde & subdi

curandum. Possit autem parabola hæc per allegoriam exponi, & ita dici, quod per diuitem populus Iudeorum significetur. Diues enim ille fuit olim, locupletatus omni cognitione, & sapientia, & sermonibus Dei, qui super aurum, & lapidem preciosum, sed & purpura, & bysso indutus erat, regnum habens, & sacerdotium, & regale erat sacerdotium Deo. Significat autem purpura quidam regnum, bysso verò sacerdotium. Nam Leuita bysso sacerdotibus vestimētis induebatur. Epulabatur autem quotidie, & vivebat splendide. Quotidie enim offerebant sacrificium matutinum, & vesperinum, quæ & ἑσπερινοί, hoc est, iuge sacrificium nominabant. Lazarus verò populus gentilium fuit, pauper diuina gratia, & sapientia, & ante fores iacens. non enim licebat gentilibus intrare in domum. pollutio enim videbatur, sicut in Actis Apostolorum clamant in

Act. 17.

Paulum, quod Gentiles introduxerat in templum, & communem fecisset sanctum illum locum. Insuper & vlcibus peccatorum fortentium plenus erat ille populus, & impudentes canes diabolo pascebat suis vlcibus. Voluptati enim illis sunt nostra vlcera. Desiderabat item & micæ decedentes à mensa diuitis. Omnino enim carebat pane, qui confirmat cor hominis, & minimo, tenuique cibo egebat sicut & Chananaea mulier, quum ethnica esset, de micis saturari cupiebat. Quid multis? Mortuus est Hebraicus populus Deo, & mortua sunt illorum ossa, quæ ad bonum faciendum non mouentur. Mortuus est autem & Lazarus peccato, Gentilis inquam populus. Et Iudæi quidem, qui in peccatis suis mortui sunt, in flamma inuidiæ exurunt zelantes, ut dicit Apostolus, quod gentiles assumpti sint ad fidem: qui autem prius pauper, & ignobilis populus Gentilis, in sinibus Abrahæ patris gentium versetur. Merito. Etenim & Abraham, quum gentilis esset, credidit Deo, & ex idolorum cultu ad Dei agnitionem transit. Proinde, qui participes sunt translationis eius, & fidei, iure & in sinibus eius quiescunt, eundem finem, & habitationes, & susceptionem bonorum sortiti. Et cupit Iudeorum populus vnam guttam de aspersioibus, & purgationibus præcis legalibus, ut refrigeretur eius lingua, & possit confidenter loqui nobis, quod lex sit efficax, & operetur, sed non est. Lex enim vsque ad Ioannem: & sacrificium (inquit) & oblationem non iustitiam, ac cætera. & Daniel, Exterminabitur vltio. Et signari prophetas, hoc est, cessaturos esse, & concludendos prædixit. Tu autem & moraliter parabolam expone, & ne, quum sis diues, in malo mentem tuam famelicam prætereas, neque despicias in humum proiectam, & quum facta sit, ut sursum tendat, ante fores iacentem, sed introduce eam intro, & non stet fortis, nec vagetur, nec iaceat, sed operetur. Et sic ea, quæ mentis operari, & non solum in carne deliciarum poteris. Facile fuerit etiam alia, quæ in hac parabola sunt, ad morum

Math. 22.

Phil. 39.

Matth. 9.

Ierem. 17.

vilitatem exponere,

& subditur: Et dixit illi Abraham, Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Hinc est enim, quod dominus ait, Vae vobis, diuites, qui habetis consolationem vestram: & Beati pauperum spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum. Diuitiis igitur ad miseriam, pauperas ad beatitudinem perducit: pauperibus caelum, diuitibus infernus aperitur, diuitibus utique, qui his diuitiis male vtuntur. Et in his omnibus, inter nos & vos chaos magnum firmatum, vt hi, qui volunt transire ad vos, non possint, neque inde hic transire, Magnam enim chaos, Dei dispositio est, quae tam firma, & stabilis est, vt contra Dei voluntatem penitus immutari non possit. Igitur neque boni miserando possunt transire ad malos, neque mali ad bonos transire valent. Volunt tamen boni compatiendo transire ad eos, si Deus velit, sed quia hoc Deus non vult, ipsa talis compassio desinit in eis, quoniam omnis eorum voluntas in Dei voluntate consistit. Et ait, Rogo ergo te, pater, vt mittas illum in domum fratris mei. Habeo enim quinque fratres, vt testatur illi, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Haec autem colloquutio Abraham, & diuitis, non sono vocis, sed sola mentis cogitatione facta est. Et boni quidem omnia cognoscunt: malis vero ea tantummodo scire datur, in quibus eorum poena magis crescat, & augeatur. Vnde & diues iste pro fratribus sollicitus magis torquetur, timens ne ipsi quoque similia patiantur. Si enim illorum penitus oblitus fuisset, minus aliquid tormenti habuisset. Et ait illi Abraham, Habent Moyses, & prophetae: audiunt illos. Sufficit enim hos audire, si his credere voluerint. Omnibus enim ad salutem sufficiunt soli Moyses & prophetarum libri, si tamen bene intelligantur. Et ille dixit, Non, pater Abraham, sed si quis ex mortuis inuenit ad illos, penitentiam agent. Ait autem illi, Si Moyses, & prophetae non audiunt, neque si quis ex mortuis surrexerit, credent ei. Ideo enim Christo domino resurgenti, vsque hodie Iudaei credere nolunt, quia Moyses, & prophetae non audiunt. Vnde ipse dominus, Si crederetis, inquit, Moysi, crederetis utique & mihi: de me enim ipse scripsit. Haec autem si allegoricè intelligatur, diues iste Iudaicum populum significat. Solus enim Iudeorum populus legis & prophetarum diuitiis & delictis locupletatus, omnes alios despicebat, multisque in cibis spiritualibus, quibus abundabat, communicare volebat. Hoc enim vitio vsque nunc populus ille laborat: & sic omnia calat, ac si reuelado perdere debuisset. Qui purpura quidem in regibus, in sacerdotibus autem bysso induebatur. Cuius quinque fratres, quinque populi partes intelliguntur, reges scilicet, sacerdotes, Scribae & Pharisaei, & caetera populi multitudo. Mendicus vero, id est, Lazarus qui adiutus interpretatur, quem dominus adiuit, & à mortis periculo liberauit, gentilis populus est: qui prius quidem caelestium bonorum egenus, & pauper, veritatè cognoscere & Deum intelligere cupiebat, sed nemo illi dabat, nemo illi veritatis arcana reuelabat: sed tandem canes, tandem Christi apostoli venientes eius vlcera linterunt, & lingendo curauerunt. Sicut enim canes, ita & apostoli & doctores medicamentum lingua ferunt, quia predicando sanant. Videamus quod sequitur. *Incipit autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abraham. Mortuus est*

autem & diues, & sepultus est in inferno. Quotidie namque & Iudaei & Gentiles moriuntur: quotidie Christiani in caelum feruntur, quotidie Iudaei in inferno sepeliuntur: ubique sua tormenta sentientes, dum secum recogitant in quibus peccauerint, intelligunt quam stulti & increduli fuerint, quantum à fide & iustitia patris tui Abraham denauerint. Et dum à Gentili populo, si fieri possit, adiuuari concupiscunt, dumque Abraham eorum vana, & inutilia desideria, & seram penitentiam considerat, quo dammodo Abraham loquitur cum eis, rogatur ab eis, & respondet eis. Sola enim cogitatio sufficit eis ad colloquendum quacunque volunt. Quoniam autem de sua salute desperat, pro fratribus timet, & orat, ne & ipsi decipiantur, & similia patiantur.

EVTHYMI ZIGABONI
superioris Euang. expositio.

Homo quidam erat diues. Quum multa frequenter de paupertate amore docuerit, nuic per parabolam etiam timorem duris corde, ac tenacibus diuitibus incurit de iis, quae adhuc futura sunt, tanquam de praeteritis narrans: nondum enim eorum, quae in vita sunt peracta, datur retributio, quum nondum adit iudicium, aperte manifestans, quae nam vltiones excipiant diuites, qui nullo compassionis affectu mouentur: & quae refrigeria suscipiant pauperes, qui labores tolerauerunt. Alia etiam vitia per hanc discimus parabolam. Qui induebatur purpura, & bysso. Preciosissimis, ac speciosissimis vestibus corpus ornabat. Et epulabatur quotidie splendide. Preciosè. Erat autem quidam mendicus nomine Lazarus. Diuitis quidem nomen non edidit, vt pote odio digni. Scriptum est enim: Nec memor sum nominum eorum per labia mea: mendici vero nomen addidit tanquam amore digni. Aiunt enim quidam ex traditione Hebraeorum, quòd iuxta ea tempora diues ille fuerat Nineuis appellatus, & mendicus iste Lazarus: postquam autem vterque mortuus est, formauit Christus parabolam de rebus ab illis gestis, & futuras ipsorum retributiones quasi iam factas narrauit, timorem iis, qui diuiti illi adhaeserant, inmittens, vt diximus: eis vero, qui ad pauperem hunc atinebant, consolationem: & his autem, & illis vtilitatem. Sed & canes veniebant, ac lungebant huiusmodi eius. Adeo debili erat corpore, vt neque canes possent abigere. O crudelitatem, ac praestuporem indolentiam, per quam in tantis constitutus bonis, in tot malis, ac calamitatibus positum despiceret, idque ad ianuam suam iactem! Et rursum o egregiam fortitudinem, ac tolerantiam, quòd, quum ille ita se haberet, hic ita affectus non malediceret, neque murmuraret! *Accidit autem vt moreretur mendicus, & deportaretur ab angelis in sinum Abraham.* Vt hospitem Lazarum apud hospitem Abraham intitus diues, olor hospitem, haberet hoc ad consolationem suam inhospitalitatis. Obserua etiam, quòd peccatorum animae violente, ac dure repetuntur: Stulte, inquit, hac nocte repetunt animam tuam à te: iustorum vero pie, ac reuerenter ab angelis tanquam satellitibus abducuntur. *Mortuus est autem & diues, ac sepultus est.* De mendico non dixit, quòd sepultus sit eo, quòd vile esset pauperis sepulchrum, de di

Inuenit si mortuus, fuerit enim illi. Cuius non creditur legem de peccatoribus, & peruenit ad vitam. Quod est nomen illi. Hic est Lazarus.

Psalmi.

Supra.

de diuite vero maxime, propter preciositatem sepulchri diuitis. *Atque in inferno sublati oculis, quum esset in tormentis, &c.* Infernum dicit locum supplicij. Ex hac autem parabola discimus, quòd in futuro saeculo non solum peccatores vident iustos, & iusti peccatores, sed & agnoscunt: & peccatores quidem iustorum vident fructiones, quo magis doleant videntes, quibus sint priuati bonis: iusti vero peccatorum vident supplicia, quo amplius gaudeant intuentes, quanta effugerunt tormenta. Agnoscant autem se inuicem, vt sciant, inter quos sunt ij, de quibus ante mortem ignorabant. Tunc autem Deum non obsecrant iusti pro peccatoribus, scientes quòd cum diabolo, & angelis eius eodemnati sunt. Et quemadmodum pro demonibus supplicare vanum esset, & inutile, ita quoque & pro his, sicut dixit Gregorius Dialogus: Non dolent autem, quanquam compatiens sint: tunc enim fugit ab eis dolor, moeror, ac gemitus, vt pure latentur. Haec quidem dicit Gregorius Dialogus. Alij vero patres dicunt, neque à peccatoribus videri iustos, neque à iustis peccatores: illi siquidem in luce degunt, hi autem in tenebris: longe autem distant à se inuicem lux, & tenebrae. Praeterea, quum illi sint omnino lux, nequaquam cupiunt ad tenebras propicere: hi vero, quum omnino sint tenebrae, non possunt lucem aspiciere. Nam & peccatoribus doloris esset consolatio lux ipsa, & iustis immutationem voluptatis adferret tenebrae. Dicunt itaque in hac parabola proponi hoc lege parabolica, & vt terribilior, ac magis persuadibilis feret sermo. Oportet autem & haec, & illa scire: sanctorum enim sunt, & nihil pietatem laedunt. *† Gregorium primum Romanum pontificem Graeci cognominat Dialogum, vt manifestum est ex concione quadam de orando pro defunctis, quae Damasceni operibus inseritur. Opinor autem id cognominis ipsos illi tribuisse, quo hunc à Theologo vel Nysseno distinguerem, habentes forsatis huius libellum Dialogorum in Graecam linguam versum.* *Et ipse clamans dixit, Pater Abraham miserere mei, &c.* Vide quantum cum sapere fecit cruciatus: quem enim prope iacentem despexerat, hunc cernens acute videt. Nec tamen Lazarum deprecabatur: suspicabantur namque, quòd malorum ipsi inflictorum, aduersus se memor esset: sed Abraham obsecrat opinatus, quòd hunc lateret, quae circa eum contigerant. Quem admodum autem Lazaro, quum in tot malis positus esset, calamitatum erat augmentum intueri diuitem in tot bonis: ita nunc

diuiti in tantis degenti miseris, additio suppliciorum est, videre Lazarum in tantis bonis. *Dixit autem Abraham, Fili, recordare, &c.* Inhumanitatem huic non improperat, sed mansuete responderet. Scriptum est enim: Animam humiliatam ne turbaueris. Et hunc nominat filium, vt pote patriarcha, seu progenitor ipsius, & tanquam senex. Non dixit autem: Accepisti bona tua, sed, *Recepisti.* Nam recipere ob ea ponitur, quae debentur: & hinc omnino significatur, quod & diues quanquam peccator erat, aliquam tamen habebat virtutem, pro qua bona debita adhuc viuens receperat: & Lazarus quanquam iustus erat, aliquid tamen vitium habebat, propter quod adhuc viuens debita mala receperat. Siquidem nullus hominum expers est virtutis, aut omnino malus: nullusque expers est vitij, aut omnino bonus: idcirco iam morientes discesserunt, ille quidem metam habens malitiam, hic autem puram habens virtutem. *Et super hac omnia inter nos & vos hiatus ingens firmatus est, &c.* Hiatus magnum dicit firmissimum Dei praecceptum, tanquam ad modum hiatus prohibens horum, & illorum commixtionem. *Ait autem: Rogo ergo te, pater.* Etiam hic ponitur ipse pro obsecro. *Vt mittas ipsum in domum patris mei, &c.* Repulsam passus in eo, quod pro se orabat, pro fratribus supplicat infirmans, quòd, sicut ipse ante mortem, ita & illi pro fabulis ducunt minas, quae in scripturis habent de futuri saeculi supplicij: & propterea solam voluptuosam vitam insequuntur. *Dixit illi Abraham; Habent Moysen, & prophetas.* Moysaicos libros, ac prophetias: neque enim ita tibi curae sunt fratres, vt Deo, qui fecit illos, & sexcentos eis adhibuit praecceptores. *Audiam illos.* Quum vitam suadeant virtuti conformem. *At ille ait, non pater Abraham.* Non audiunt illos. *Sed, si quis ex mortuis ierit ad eos, respiciant.* Libris quidem non habent fidem, vt pote scriptis ab iis, qui viuebant, & necdum ea viderant, quae in futuro sunt saeculo: si quis autem ex mortuis ierit ad illos, credent, tanquam ei, qui viderit viuente. *Ait autem illi: Si Moysen, & prophetas non audiunt, &c.* Siquidem Iudaei, quia Moysen, & prophetas non audiebant, neque iis, qui à mortuis surrexerant, credebant: quin & Lazarum Marthae, & Mariae fratrem, qui à mortuis surrexerat, & de rebus, quae in inferno erant, loquebatur, potius occidere volebant.

Eccl. 4.

1. Cor. 12.

FERIA VI. POST DOMINI- CAM II. QVADRAGESIMAE.

MATTH. 21.



In illo tempore dixit Iesus discipulis suis, & turbis Iudæorum parabolam hanc, Homo erat ^a paterfamilias, qui plantavit ^b vineam & sepem circumdedit ei, & fodit in ea ^d torcular, & ædificavit ^e turrim, & locavit eam ^f agricolis, & ^g peregrè profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquaret, misit ^h seruos ⁱ suos ad ^j agricolas, vt ^k acciperent fructus eius. Et agricola apprehensis ^l seruis eius, alium ^m ceciderunt, alium ⁿ occiderunt, alium verò ^o lapidauerunt. Iterum misit alios seruos ^p plures prioribus, & fecerunt illis similit. ^q Nouissimè autem misit ad eos filium suum dicens: Verebuntur ^r forsitan filium meum. Agricola autem videntes filium, dixerunt intra se. Hic est hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Et apprehensum eum ^s eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Cum ergo ^t venerit dominus vineæ, ^v quid faciet agricolis illis? A iunt illi: Malos malè perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis qui reddant ei ^y fructum temporibus suis. Dicit illis Iesus: Nunquam legistis in scripturis: Lapidem quem ^z reprobauerunt ædificantes, hic factus est in ^a caput anguli? à ^b domino factum est istud & est mirabile in oculis nostris. ^d Ideo dico vobis, quia auferetur à ^e vobis ^f regnum Dei, & dabitur ^g Genti facienti ^h fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istum confringetur: super quem verò ceciderit, conteret eum. Et cum audissent principes sacerdotum, & Pharisei parabolas eius, cognouerunt, quòd de ipsis ⁱ diceret: & quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam sicut prophetam eum habebant.

GLOSSA ORDINARIA in superius Euang.



VINEAM. de qua Iſa. Vineam domini saba, &c. *Fodit.* In fossione timor notatur, quia præcepta illa legalia non amore sed timore seruabant, *Tempus fructus.* Bene tempus fructuum, non fructus: quia nullus fuit in illo contumaci populo. *Nouissimè, &c.* Vide patrisfamilias patientiam qui expectat ad penitentiam, *Verebuntur.* Quasi faciam

quod meum est. ipsi videant quod suum est. *Hic est heres.* Patet principes sacerdotum nõ per ignorantiam, sed per inuidiam occidisse Iesum, cum scirent eum esse, cui dicitur: Postula à me, & dabo tibi gen. hære. tu. vnde & consulentes sibi aiebãt: Si dimittimus eum sic, &c. *Habebimus hære.* Hereditas Christi quam resurgens possedit, ecclesia est, quam moliebantur præripere Iudæi: dum fide eius extincta iusticia quæ ex lege est, Gentibus persuadere conabantur. *Eiecerunt extra vi.* Marcus mutat hunc ordinem, dicens: Occiderunt, & eiecerunt extra vineam, quasi vile cadauer. In quo notat

notat pertinaciam, quia occiso domino & refuscitato, à suis fructibus eum excluderunt, Gentibus miserunt. *Quid faci. agri.* Hiero. Alij videntes contra se dictum, dixerunt secundum Lucam, Absit, cum etiam secundum Marcum dominus à se dixisset: Malos malè per. & vi. suam lo. agri. alie. q. r. e. f. suis. *Mythicè.* Cuique vinea locatur colèda: cum mysterium baptismi datur: quod operando exerceat. Mittitur seruis vnus, & alter: cum lex, psalmus, propheta legitur, quorum monitu bene operetur. Sed missus cæditur, eicitur: cum sermo contemnitur, vel (quod peius est) blasphematur. Hæredem quantum ad se occidit, qui filium Dei conculcauerit, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit. Perdito malo, vinea alijs datur, cū donum gratiæ quod superbus perdit, humilis accipit. *Lapidem quem.* Quod vinea alijs locabitur, assumat propheticò exemplo. *Lapidem,* id est, Christum, cuius fidem & iusticiam contempserunt. *Ædificantes.* Qui de subdita plebe quasi Deo domum statuere videbantur. *Et qui ca. &c.* Qui credit: & tamen peccat: cedit super illum lapidem & non conteritur: sed constringitur, quia per paciẽtiam ad salutem reseruat, sed cui lapis irruit, id est, qui negat, penitus conteritur, vt nec testa remaneat. Vel cedit super eum qui modo contemnit & iniurijs afficit, necdum penitus interit, sed qualifatur vt non ambulet reclus. Cedit super illum lapis, quando veniens in iudicio opprimit, eum dicit: Ite in ignem æternum. *Et quæren.* Quasi mentem interficere quærent, in quo vera probantur, quæ dixerat: Ipse est enim hæres: illi prauis coloni, qui solo humano terrore retardantur, donec veniret hora eius. *Mythicè.* Principes, & Scribæ quærent manum mittere in Iesum, nec audent timore, eum quilibet solo nomine frater, fidei & pacis veritatem (quam non diligit) propter bonos cohabitantes velerabescit, vel timet impugnare: qui tamè (sicut de stultissima auium struthione dominus ait) eum tempus venerit, in altum alas erigit, quia persequendo ecclesiam, quasi Deum cruci addicere & ostentui gaudebit habere.

CATENA AVREA in idem Euang.

ALIAM parabolam audite: Homo erat paterfamilias qui plantauit vineam, &c. Chryl. in homil. Post priorem parabolam, aliam ponit: vt ostendat eorum accusationem esse inuicem, & venia indignam. vnde dicitur, *Aliam parabolam audite. Homo erat, &c.* Orig. Homo paterfamilias Deus est, qui dicitur homo in quibusdam parabolis, sicut si pater cum paruulo filio suo loquatur infantilia, vt descendat ad verba filij sui, & instruat eum. Chryl. super Matth. Homo autem dicitur nomine, non natura: similitudine, non veritate. præcius enim filius, quia propter appellationem humani nominis quasi homo purus fuerit blasphemandus, etiam Deum patrem inuisibilem hominem appellauit, qui angelorum & hominum natura donatus est, beneuolentia pater. Hiero. Plantauit autem vineam, de qua Esaias loquitur, Vineam domini Sabaoth, domus Israel est. Sequitur, Et sepem circumdedit ei, vel murum vrbis vel angelorum auxilia. Chryl. super Matth. Vel per sepem

intellige custodiam patrum iustorum, qui tanquam murus facti sunt populo Israel. Orig. Vel custodia Dei fuit sepes ipsius, torcular autem locus libationum. de quo sequitur: *Et fodit in ea torcular.* Hierony. Altare scilicet aut torcularia illa quorum titulo tres psalmi prænotantur, octauus, octogelimus, octogelimus tertius, scilicet martyres. Hila. Vel prophetas quasi quadam torcularia aptauit, in quos multi modo quadam vbertas spiritus sancti fermentis influerit. Chryl. super Matth. Vel torcular est verbum Dei, quod cruciat hominem contradicente carnis natura. Sequitur, *Et ædificauit turrim.* Hiero. id est templum de quo dicitur per Michæam: Et tu turris nebulosa filia Sion. Hila. Vel in turre eminentiam legis extruxit, quæ & in calum ex solo egressa procheret, & ex qua speculati posset Christi aduentus. Sequitur, *Et locavit eam agricolis.* Chryl. super Matth. Quando scilicet per legem constituti sunt sacerdotes & leuitæ, & procuratorem regendi populum susceperunt. Sicut autem colonus, quamuis de suo munere obtulerit domino, non sic eum placat, sicut si de vinea eius redditus ei obrulerit: sic & sacerdos non tantum propter suam iusticiam placat Deo, quomodo si populina Dei in sanctitate docuerit, quoniam ipsius iusticia vna est, populi autem multiplex. Sequitur, *Et peregrè profectus.* Hiero. Non loci inuentione, nec enim Deus alicubi abesse potest quo complentur omnia, sed abire videtur à vinea, vt vinitoribus liberum operandi arbitrium derelinquat. Chryl. in ho. Vel peregrè profectus est, eum longanimitatem habuit, non semper eorum peccatis pœnas inducens. Origen. Vel quia dominus qui fuerat cum illis in nube dici, & in columna ignis per noctem, nequaquam postea similiter apparuit illis. In Esaiâ ergo Iudæus populus vinea nominatur: & comminatio patrisfamilias contra vineam fit. In euangelio autem vinea non culpatur, sed eius coloni. Sed fortè in euangelio vinea est regnum Dei, id est doctrina quæ scripturis inserta est scientiæ: vita autem irreprehensibilis hominum, est vinea fructus. Litera autem scripturæ est vinea sepes circumposita, vt non videantur ab his, qui foris sunt fructus qui sunt in abscondito: profunditas autem eloquiorum Dei, est vinea torcular: quod qui profecerunt de eloquijs Dei, infundunt studia sua quasi fructus. Turris autem ædificata, est verbum de ipso Deo, & de dispensationibus Christi. Hæc vineam tradidit colonis, id est, populo ante nos, tam sacerdotibus quam laicis. Et peregrè profectus est ad suam profectio-nem, dans occasionem colonis. Appropinquat autem tempus fructuum: & secundum vnum-queque, & generaliter populo vniuerso. Primum enim vitæ tempus est secundum infantiam: & tunc nihil vinea ostendit, nisi tantum habens in se vitalem virtutem: eum autem ceperit posse loqui, tempus est generationis. Quantum autem proficit anima pueri, & tantum vinea, id est, verbum Dei: & post profectum, vinea operatur fructum maturum charitatis & gaudij & pacis & huiusmodi. Sed & populo qui acceperunt legem per Moysen tempus fructuum appropinquat aliquando, vnde sequitur: *Cum autem tempus fructus, appropinquat.* Rabba. Vnde tempus fructuum posuit non prouentium: nullus enim est fructus populi contumacis. Chryl. in ho. Seruos dicit prophetas, qui

offerunt quasi sacerdotes domini populi fructus, & obedientia ostensionem per opera. Hi autem non solum malitia potiri in non dando fructum, sed etiam in indignando ad eos qui venerunt, & sanguine manus implerunt. vnde sequitur, *Et agri. app. ser. eius. &c.* Hiero. Ceciderunt quidem, vt Hieremiam: occiderunt, vt Etiam: lapidauerunt, vt Nabot, & Zachariam, quem interfecerunt inter templum & altare. Chry. super Matth. Per singulos autem gradus malitie Dei misericordia addebat, & per singulos gradus diuine misericordie malitia Iudeorum crescebant: & sic contra Dei clementiam, malignitas humana certabat. vnde sequitur: *Iterum misit alios seruos, &c.* Hilat. Misit autem plures prioribus illud tempus designat, quo post singulorum prophetarum predicationem, plurimus simul numerus prophetantium emissus est. Raba. Vel primi serui qui misit sunt, ipse legifer Moyses intelligitur, & Aaron primus sacerdos Dei: quos casus flagello linguarum vacuos emisit: alios autem seruos, prophetarum choros intellige. Hila. In filio autem ad vltimum misso domini nostri aduentum significatur. Sequitur enim: *No. autem mi. ad eos si. suum.* Chry. in homi. Quare autem non confestim misit vt ex his quae ad alios fecerat, seipsum accusarent, & furorē dimitterent, verecundarentur propter filium aduenientem. vnde sequitur, *Verb. for. si. meum.* Chryso. Hunc autem misit non quasi ad obnoxios poenae sententiam baiulantem, sed poenitentiam veniam: misit eos confundere, non punire. Hiero. Quod autem dicit, *Verb. for. si. meum.* non de ignorantia venit. Quid enim nesciat patrifamilias, qui hoc loco Deus intelligitur: sed semper ambigere Deus dicitur, vt libera voluntas homini referretur. Chry. in homi. Vel hoc dicit annuntians quid fieri debebat, quoniam oportebat eos recundari. per hoc enim vult ostendere peccatum eorum magnum, & omni excusatione priuatum. Origen. Vel illud quod ait: *Verberunt forte filium meum.* videtur impletum in illis Iudeis qui intelligentes Christum crediderunt in eum. Hoc autem quod sequitur, *Agricola autem videntes filium, dixerunt intra se: Hic est haeres, venite occidamus eum:* in illis impletum est, qui videntes Christum, & cognoscentes filium Dei, nihilominus crucifixerunt eum. Hierony. Interrogemus Arrium & Eunomium. Ecce, pater dicitur ignorare, quicquid pro patre responderint, hoc intelligant de filio, qui se dicit ignorare consummationis diem. Chry. super Matth. Dicunt autem quidam, quia post incarnationem dictus est Christus filius ex baptismo sicut ceteri sancti: quos ex hoc loco conuincit dominus, vbi dicitur: *Mittam filium meum.* Quando ergo adhuc cogitabat ad transfundendum filium post prophetas iam filius erat. deinde si in eo modo dicitur filius sicut omnes sancti ad quos factum est verbum Dei, debuit & prophetas dicere filios sicut & Christus: aut & Christum seruum dicere, sicut & ceteros prophetas. Hiero. Per hoc autem quod dicunt, *Hic est haeres:* manifeste dominus probat Iudeorum principes, non per ignorantiam, sed per inuidiam Dei filium crucifixe. Intellexerunt enim eum esse illum, cui pater per prophetam dicit: *Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam.* Hereditas quippe filio sancta ecclesia data est: quam non moriens pater illi reliquit, sed ipse sua morte mi-

rabiliter acquisiuit. Chry. super Matth. Tamen postquam introiit in templum, & videntes animalia, quae ad sacrificium pertinebant, foras eiecunt: tunc praecipue cogitauerunt eum occidere. vnde dicunt: *venite occidamus eum.* Dicebant enim intra se, Necessesse est vt populus per istum dimitrat consuetudinem hostiarum, quae ad nostrum pertinent lucrum: & acquiescat offerre sacrificium iustitiae, quod ad gloriam pertinet Dei: & sic iam non erit populus iste possessio nostra, sed Dei. Si autem occiderimus eum, dum non est qui iustitiae fructum a populo querat, semper durabit consuetudo offerendarum hostiarum: & sic populus iste erit nostra possessio. & hoc est quod sequitur: *Et nostra erit hereditas.* haec est cogitatio communis omnium sacerdotum carnalium, qui non sunt solliciti quomodo viuat populus sine peccato, sed aspiciunt quid in ecclesia offeratur: & hoc aestimant sacerdotij sui lucrum. Rab. Vel hereditatem occiso eo praeripere moliebantur Iudaei, cum fidem, quae per eum est, extinguere, & suam magis, quae ex lege est iustitiam praerere, ac gentibus imbucendum conabantur inferere. Sequitur: *Et apprehensum eum eiecunt extra vineam, & occiderunt.* Hila. Christus enim extra Hierusalē tanquam extra vineam in sententiam damnationis abiectus est. Orige. Vel quod dicit, *eiecunt extra vineam:* tale mihi videtur: Quantum ad se, alienum eum esse iudicauerunt a vinea & colonis. Sequitur, *Cum ergo uenit domi. vinea, quid faciet agricola illi:* Hiero. Interrogat quidem eos dominus, non quod ignoret quid responderi sint, sed vt propria responsione damnetur. Sequitur, *Attente illi, Malos male perdet, &c.* Chry. super Matth. Quod autem verum responderunt, non est illorum, qui iuste iudicauerunt, sed ipsius cause: veritas enim ipsis violentiam fecit. Orig. Sicut enim Caiphas, sic & isti non ex se prophetauerunt contra se, quoniam tollenda ab eis erant eloquia Dei, & danda gentibus, fructum in tempore daturis: vel dominus, quē occiderunt, statim venit resurgens a mortuis: & malos quidē colonos male perdit, alios autem colonos, id est, apostolicos vineae suae consignauit: id est, eis qui ex Iudaico populo crediderunt. Aug. de con. Euan. Marcus autem hoc non ab ipsis responsum esse commemorat, sed dominum consequenter locutum, post interrogationem suam ipsum sibi quodammodo respondiisse. Sed facile potest intelligi, vel illorum vocē ita subiectam, vt non interponeretur: illi responderunt, sed tamen intelligeretur, aut ideo responsionem istam domino potius attributam, quia cum verum dixerunt, etiam de illis hoc ipse respondit qui veritas est. Chryso. in ho. Vel non est contraditionis, etenim vtraque facta sunt: quia scilicet & ipsi primò hoc responderunt, & postea dominus intravit. August. de con. euan. Sed illud magis mouet quod Lucas non solum eos hoc respondiisse non dicit, verum etiam contrariam responsionem. Ita enim narrat, *Quo. audito scilicet hac sententia ex ore domini prolata dixerunt:* Absit. Restat ergo vt intelligamus in plebe, quae audiebat, quosdam respondiisse quod Marthaeus commemorat, quosdam verò illud quod Lucas dicit, scilicet absit. Nec moueat quod Marthaeus principes sacerdotum & seniores populi dixit accessisse ad dominum, & sic sine interpositione alicuius personae sermo, contextur, vsque ad hoc quod

quod de locata agricolis vinea commemoratur. Potest enim putari omnia haec cum principibus sacerdotum locutum fuisse, sed Marthaeus breuiter causa tacuit, quod Lucas non tacuit: parabolam scilicet istam non ad eos solos dictam, qui de potestate interrogauerant, sed ad plebem: in qua erant, qui dicerent, perdet illos, & vineam suam dabit aliis: quae vox recte etiam ipsius domini fuisse intelligitur, siue propter veritatem, siue propter mebrorum eius cum suo capite vnitatem. Erant etiam qui talia respondentibus dicerent: Absit. quia intelligebant contra seipsum parabolam esse dictam. Chryso. super Matth. Vel aliter: Lucas quidem secundum responsionem oris eorum narrat, Marthaeus secundum responsionem cordis. Nam verò visibiliter quidem in facie contradixerunt, dicentes: Absit. In conscientia autem susceperunt, dicentes, *Malos male perdet.* Sicut cum homo deprehensus fuerit in malo, verbis quidem excusat, intus autē eius conscientia recognoscit. Chryso. in homi. Vel aliter, dominus propter hoc eis parabolam proposuit, vt ipsi non intelligentes contra se sententiam proferrent: sicut & ad David factum est per Nathan: rursus autem intelligentes quae dicta sunt contra se esse, dixerunt: Absit. Rab. Moraliter autem cuique vinea locatur colenda, cum baptisimi ministerium datur, quod operando exercet. Mittitur seruus vnus, alter, & tertius: eam lex, psalmus, propheta legitur: ad eorum monita bene operetur. Sed nullus cadit, & efficitur, cum sermo contemnitur, vel quod peius est, blasphematur. Heredem quantum se occidit, qui filium Dei conculcauerit, & spiritui gratia contumeliam fecerit. Perdito malo cultore, vinea alij datur, eam donum gratia, quod superbus spreuerit, humilis accipit. Chryso. super Matth. Deinde quasi non acquiscentibus illis, testimonium scripturae inducit. Sequitur enim: dicit illis Iesus. *Nunquam legis in scripturis: Lapidem quem reprobauerunt.* id est, si parabolam meam non intelligatis, vel istam scripturam cognoscatis. Hiero. Variis autem parabolis res eadem contextur. quos enim supra operarios & agricolas appellarat, nunc edificatores, id est, cementarios vocat. Chryso. in homi. Lapidem autem, Christum vocat. Aedificatores autem doctores Iudeorum, qui Christum reprobaerunt, dicentes. Hic non est a Deo. Raba. Sed illis nolentibus ideo lapis caput anguli firmavit, quia de vtroque populo quotquot ipse voluit, sua fide conuincit. vnde sequitur: *Hic scilicet est in caput anguli.* Hila. Est enima caput anguli factus: quia est inter legem, & gentes lateris vtriusque coniunctio. Chryso. in homi. Deinde vt discant, quoniam nihil eorum quae fiebant, Deo contrarium erat, subdit: ad dominum factum est. Orige. Id est, iste lapis, donum est donatum a Deo edificio vniuerso: & admirabile caput in oculis nostris, qui possumus eum videre oculis mentis. Chryso. super Matth. Quasi diceret, Quare non intelligitis in cuius aedificij angulo ponendus est ille lapis, non in vestro, quando reprobatum est, sed in alio: Si autem aliud aedificium est futurum, ergo vestra aedificatio est contemnenda. vnde subdit, Ideo dico vobis, &c. Origen. Regnum Dei dicit mysteria regni Dei, id est, diuinas scripturas, quas tradidit dominus. Primò quidem populo illi priori, cui tradita sunt eloquia Dei: Secundò au-

tem gentibus facientibus fructum. Nemini enim datur verbum verbum Dei, nisi facienti fructum de eo: & nemini in quo peccatum regnat, datur regnum Dei. quomodo ergo illi datum est, a quo & ablatum est? Sed considera quomodo quod datur, intelligitur gratis datum. Quibus ergo locauit, non omnino quasi electis & fidelibus dedit: quibus autem donauit, cum iudicio electionis donauit. Chryso. super Matth. Lapis autem dicitur Christus, non solum propter firmitatem: sed etiam quia est inimicorum magna coëctio. vnde sequitur: *Et qui ceciderit super lapidem istum, &c.* Hierony. Qui peccator est & tamen in illum credit, cadit quidem super lapidem, & confringitur: sed non omnino conteritur, reseratur enim patientiam ad salutem. *Super quem verò ille ceciderit,* hoc est, cui lapis ille irruerit, & qui Christum penitus negauerit, sic conteret eum, vt nec tella quidem remaneat, in qua hauriantur aquae pulisum. Chry. super Matth. Aliud est enim confringi, & aliud comminui. De eo enim quod confringitur, aliquid remanet: quod autem comminuitur, quasi in puluere conuertitur. Quod autem cadit ad lapidem, non frangitur secundum quod est lapidis virtus, sed in quantum fortiter cadit, aut propter pondus suum, aut propter altitudinem casus: sic & Christianus peccans, non tantum perit, quantum potest perdere Christus, sed quantum ipse se perdit per opera sua, aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis. Infideles autem pereunt ceterum, quantum potest eos perdere Christus. Chryso. in ho. Vel hic duas perditiones eorum ostendit: vnam ab eo quod offenderunt, & scandalizati sunt: quam designat, dicens: *Qui ceciderit super lapide, &c.* aliam à captiuitate eis superuentura: quam manifestat, dicens: *Super quem verò ceciderit, &c.* Aug. de quaest. euang. Vel de his dicit qui cadent super eum, qui illum modo contemnuerunt vel iniuriis afficiunt. Ideo nondum penitus intereunt, sed tamen confringuntur, vt non recti ambulent, super quos cadet, dum venit desuper in iudicio cum poena perditionis. Ideo dicit: *Conteret eos:* vt sint impij tanquam puluis, quem proiecit ventus à facie terra. *Et cum audisset principes sacerdotum & Phariseas per ablas eius, &c.* Hierony. Quamuis duto corde Iudaei propter incredulitatem essent: tamen intelligebant contra se omnes domini sententias dirigi. vnde dicitur: *Et cum audissent principes, &c.* Chryso. super Matth. Haec est autem differentia bonorum hominum & malorum. Bonus enim comprehensus in peccato gemit, quia peccauit: malus autem fremit, non quia peccauit, sed quia comprehensus est in peccato: & non solum poenitentiam non agit, sed magis aduersus corripientem irascitur. vnde & isti comprehensi magis ad malitiam sunt excitati. Sequitur enim. *Et querentes tenere eum, circumierunt turbas, quoniam sicut prophetam eum habebant.* Origen. Sapiunt quidem aliquid de eo quod verum est, prophetam eum aestimantes: non autem magnitudinem eius intelligunt, secundum quod erat filius Dei. Turbas autem sic sapientes de eo, & paratas pro eo pugnare timent principales: neque enim ad eorum scientiam pertinere possunt, nihil dignum sentientes de eo. Deinde sciendum est, quoniam volentium Iesum tenere differentia est: Alter enim principes & Pharisaei querebant eum tenere: alii

ter sponsa quæ dicit, Tenui eum, nec dimittam, adhuc eum tenuit melius, sic dicit, Ascendam in palmam, & tenebo altitudinem eius. Omnes enim non rectè sapientes de diuinitate, tenere volunt Iesum & perdere eum. Et alia quidem verba præter verbum Christi possibile est comprehendere & tenere. Verbum autem veritatis nemo potest comprehendere, id est, intelligere, neque tenere, id est, convincere, ne separare à sensu credentium, neque mortificare, id est, destruere. Chrysostr. super Matth. Omnis etiam homo malus, quantum ad voluntatem suam & manus mittit in Deum, & occidit eum. Qui enim præcepta Dei conculcat, qui murmurat contra Deum, & turbato vultu aspicit caelum, nonne si fieri potuisset, manus mitteret in Deum & occideret eum, & iam licèter peccaret Rab. Sed tamen quòd timent mittere manum in Iesum propter turbam, quotidie in ecclesia geritur: cum quilibet solo nomine frater, fidei & pacis unitatem quam non diligit, propter bonos cohabitantes vel erubescit impugnare, vel timet.

ORIGENIS PRESBYT. in idem Euang. Hom.

It. Hom. 79.
in Matth.

Quæ non abundantius discutiant parabolas hanc, neque singula verba scrutantur, satis manifesta videtur, si hoc modo intelligatur. Populus, qui fuit ante nos, cum esset pars Dei, qui plantatus est à Deo, vinea fuit Dei. Custodia autem Dei, quæ exiit circa eam, fuit sepes ipsius. Turris autem templum. Torcular autem locus libationum. Coloni autem, sacerdotes, & sapientes populi. Peregrinatio verò domini, quando dominus qui fuerat cum illis in nube diei, & in columna ignis per noctem, donec plantaret eos introducens in montem sanctum suum, & in tabernacula sua: nequaquam postea similiter apparuit eis. Tempus autem approprians fructuum petendorum, tempus exiit prophetarum existentium à colonis, & à vinea ipsa, vt ostendant qui acceperunt legem, si secundum eam vixerunt. Serui autem missi ad colonos ad fructus accipiendos, propheta qui prius fuerunt, quos principes, & sapientes populi iniuriauerunt, cædentes quosdam, & occidentes, & lapidantes. Alij autem serui plures post eos tempore prophetarum multorum, quorum nomina in secundo Paralipomenon sunt conscripta, & in Hieremia, & in duodecim, & in Daniele. Dicit autem aliquis, & Ananiam, & Azariam, & Misael prophetas fuisse tēpotis eius. Et his ergo & plurimis similiter sunt abusi cædentes, & occidentes, & lapidantes. Nouissime autem mittit paterfamilias filium suum Iesum Christum, qui poterat reuerentiam eis incurere. Sed principes sacerdotum, & seniores populi, & prudentes, videntes filium, non omnino insensati existentes, eminecia suæ hæredem eum esse intellexerunt. Ausi sunt autem interficere eum, vt ipsi efficerentur domini super vineam illam, & efficietes eum extra res Israelitarum, foris eum iudicantes esse, interfecerunt. Dominus autem, qui statim rediit, quem occiderunt, venit resurgens à mortuis, & malos quidem colonos male perdidit, alijs autē colonis, id est Apostolis, vineam suam consignauit, id est eos, qui ex Iu-

daico populo reliqui crediderunt, qui darent in tempore suo fructus domino suo. Item docet eos ex prophetia, quoniam ab istis quidem edificatoribus reprobatus est, à Deo autem electus, & caput totius ædificationis, & caput mirabile factus in oculis eorum, qui possunt eum videre. Ita prophetans gentium fidem dicit, non credentibus sibi doctoribus Iudæorum. *Tolleur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus suos.* Ad quam multa quibus spiritualis constitutus, & ad discutienda omnia paratus poterit dicere, pulsans obscuritatem eius, id est obtium clausum, & querens inueniet, & nos secundum mediocritatem nostram talia suspicamur in loco, quoniam paterfamilias homo Deus est, de quo scriptum est. Morigeratus est dominus Deus tuus, quemadmodum si homo morigeraretur filium suum. Sic enim eo quòd morigeraret homines, vt hominū proficeret mores, in quibusdam parabolis dicitur homo, quemadmodum si pater eū paruulo filio suo colloquatur infantilia, vt defendat ad verba filij sui, & morigeretur eum. Propterea puto, quòd omnes iustitiæ, quas tradidit Deus hominibus, quasi pueriles sunt quantum ad proprias iustitias Dei. Quæ est ergo vinea alia præter colonos priores & secundos, quam plantauit paterfamilias? Quæ ista vinea quæ primum quidem tradita est iniuriosis colonis, postea autem alijs colonis facientibus fructum eius in tempore suo, secundum quod dominus ait, *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius.* Puto ergo id ipsum debemus dicere regnum Dei, & vineam quæ colitur à colonis prioribus, & carici autem genti aut aliud quidem debemus existimare vineam, aliud autem regnum Dei? Videmus ergo primum probates de scripturis, quòd vinea appellatur populus, vt omnia eius secundum huiusmodi expositionem valeant conuenire. Dicit enim Esaias, Cantabo nunc dilecto canticum, dilecta vinea mea. Vineam facta est dilecto in cornu, in loco vberis, & sepe circumdedit, & carici autem eam, & plantauit vineam Soreth, & edificauit turrim in medio eius, & torcular fodi in ea, & expectauit vt faceret vnam, fecit autem spinas. Et post aliqua sic, Vineam domini Sabaoth domus Israel est, & homo Iuda, nouellum dilectum. Protuli itaque canticum Esaiæ, volens considerare secundum parabolam hanc, si secundum illam vineam, & hæc vinea intelligi possit. Et vide quoniam quadam quidem similia habent, alia autem dissimilia, vt videns differentias similitum ad similia, discas sensum scripturæ. Simile est ergo quòd ait, *Plantauit vineam, & sepe circumdedit eam, & fodi in ea torcular, & edificauit turrim.* Dissimile autem, quoniam in Esaiam quidem ipsam vineam acular plantator, dicens, Expectauit vt faceret vnam, fecit autem spinas. In Euangelio autem manifeste non vinea acular, quasi quæ non dederit fructus in tempore suo, sed coloni qui susceperunt, & patrisfamilias seruos contumelios affecterunt diuersis, nouissime & ipsum filium patrisfamilias occiderunt. Iterum in Esaiam ipse vineam minatur dicens, Auferam sepe eius, & erit in rapinam, & destrum maceriem eius & erit in conculcationem, & cetera. Sed & nubibus promittit se mandaturum, vt ne super vineam pluant illam quæ fuit secundum prophetam dominus Israel, & homo Iuda, qui nullum fructum fecerunt.

fecerunt. In euangelio autem vineam non inuenimus aliquid patientem, sed adhuc & prouisionem Dei consecutam, vt possit fructus suos patrisfamilias dare. Ablata est enim à colonis impijs, & data genti meliori. Coloni autem omnem suscipiunt iram. Dicentes enim, cum venerit paterfamilias, malos male perdet, siue ratione verbi coacti, & consequentia parabole, siue nolentes prophetauerunt de se, quoniam cum venerit, malos male perdet: & vineam prouisionem faciens, & alijs eam dabit colonis. Item consequenter & Hieremias dicit ad populum, Ego plantavi te vineam fructiferam omnem veram, quomodo conuersa es in amaritudinem vineæ alienæ? Vides ergo quoniam in prophetis populus Iudaicus vineam appellatur, & cōminatio, patrisfamilias contra vineam fit in euangelio autem omnino vinea non culpatur, sed eius coloni. Sed qui vult euangelica verba caute considerare, nequaquam poterit clariter approbare, quoniam vinea populus est. Sed ne forte secundum euangelium vinea regnum Dei, id est doctrina quæ prouidentiam habet Dei, scripturis incerta est sanctis. Quod enim dicit, *tolleur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius,* manifeste sicut arbitror demonstrat mysteria regni Dei vineam esse, id est legem, & prophetas, & omnes diuinas scripturas, quas tradidit dominus vineæ primum quidem colonis populo illi priori, quoniam & primis credita sunt eloquia Dei, secundis autem gentibus facientibus fructum: cuius vineæ sepes nihil tale patitur, quale scriptum est in propheta dicente, Auferam sepe eius, & erit in rapinam. Vide ergo, ne forte naturali ratione, vineam possimus dicere eloquia Dei. Cōsequenter autem secundum eandem naturam rationem vitam irreprehensibilem hominum, & mores, & speciosissimos fructus ipsius vineæ: ipsas autem scripturas, & literas scripturarum esse vineæ sepe extrinsecus circumpositam, vt non videatur vinea ab eis, qui foris sunt, maxime fructus eius, qui sunt in abscondito. Profunditas autem eloquiorum Dei, torcular esse vineæ eius: in quam qui profecerunt de eloquijs Dei, & facti sunt perfecte fructus eorum, infundunt studia sua quasi fructus quos de ipsis eloquijs colligunt. Turrim autem edificatam in ea, ascensum habentem, & eminentiam, & altitudinem super vineam ipsam, & sepe & torcular, existimo verbum esse de ipso Deo, & de dispensationibus Christi. Et templum diuini sensus qui habentur in eo. Et de tali turri puto dicere saluatorem in aliquo loco euangelij, Quis vestrum volens turrim edificare, non prius computat si potest prius ponere fundamentum, & consummare, ne forte incipiant videntes deridere eum qui non consummauit? quoniam qui vult dicere de Deo, debet considerare si potest incipiens omnia, quæ quaruntur circa Dei expositionem consummare: ne forte incipiens dogmata pietatis, imperfectam relinquat turrim verbi de Deo, & coronam non superedificet ei. Si enim non edificauerit ei coronam, cadet aliquis ab intellectu Dei scandalizatus, & morietur. Hanc vineam tradidit colonis, id est populo ante nos, tñ sacerdotibus, quam laicis, & profectus est ad suam profectioem, dans occasiones colonis, ex eo quòd ipse plantauit, & circumposuit sepe, & fodi torcular, & edificauit turrim, profereudi fructus. Cum appro-

pinquasset tempus fructuum. Appropinquant enim & secundum vnumquemque quidem tempora fructuum: puto autem & generaliter populo vniuerso. Appropinquationem autem temporis fructuum exponere vere sicut est, super nostrum ingenium est, & cordis est mundioris. Tamen secundum virtutem nostram incipimus hoc modo, incipientes secundum vnumquemque hominum. Ergo intellige mihi in vnaquaque anima, quasi vineam verbum Dei plantatum. Vineam enim occasiones sunt omnium propositionum, quæ necessariae sunt ad salutem. Sicut ergo in vineis est aliquod tempus quando principium fructus demonstrant, & aliud quando florent, quæ sunt demonstrata, & aliud quando acerbescunt fructus, & aliud quando variant, & aliud quando vindemiandi est tempus fructus perfectos, & paratos ad præbendum vinum. In omnibus itaque primum vitæ tempus est infantia, & est tunc vinea nihil ostendens nisi tatum habens in se vitalem virtutem. Cum autem cœperit posse loqui, tempus est generationis. Quantum autē proficit anima pueri operata, tatum & vinea, quæ operatur in eo, id est, verbum Dei naturaliter implantatarum proficit, & producit indicia bonorum futurorum, florētium quidem adhuc, & odorem suauitatis futuræ virtutis in primis dantium. Postea autem & acerbescunt, quando malitia quidem est in iuuentute, non autem permanet, sed necessarie superueniens est propter etatem, sed vt ita dicam semper ad virtutem pergens. Quam si quis manducauerit, secundum prophetam obstupescere facit dentes: si autem non ea fuerit visus, sed semper quasi per per aliquam viam adducat eam ad virtutem, ex parte incipit variare, non autem & vnam habet perfectam. Est autem & post profectum status aliquis studiosus, quando vinea operata fructum profert maturum, & studiosos botriones, diuersos, atque perfectos charitatis, & gaudij, & pacis, & longanimitatis, caritatisque virtutum, quas apostolus refert, & multæ scripturæ. Est enim aliqua botrus secundum quod scriptum est, Beati pauperes spiritu: & alia, Beati qui lugent: & alia, Beati mansueti: & alia, Beati pacifici: & alia, Beati mundo corde. Et quid necessarium est dinumerare singulas beatitudinum causas, quasi diuersos botriones? Hæc autem diximus volentes ostendere quid sit quòd ait, *Cum autem appropriasset tempus fructuum.* Patrisfamilias autem solius est cognoscere vere quando vniuscuiusque hominis tempus appropriat, vel quando adhuc lōge est fructuum tempus. Et nos si abundanter consideremus, comparationem facientes temporum ex quo sumus vocati, ad omne tempus fidei nostræ: poterimus videre quomodo quidam cum deberet esse magistri secundum tempus, iterum opus habent doceri, qualia sunt elemēta principij eloquiorum Dei. Sic cum deberent quidam quantum ad tempus dispensationis Dei, & secundum vocationem omnium, iam fructus afferre, aut omnino non habent extra tempus florētes, & in tempore non suo cætos. Si autem intellexisti in singulis quibusque hominibus quomodo oporteat intelligere quòd dicitur, *Cum autem appropriasset tempus fructuum:* ita ad populum illum, qui tunc acceperunt legem per Moysen, quoniam & illis tempus fructuum appropriauerat aliquando. Et misit seruos ad priores

res colonis, quibus credita fuerant eloquia Dei, ut acciperent fructus vniuersiusque vitis. Facile quidem est dicere, quod seruos dicit prophetas: sed quærare conuenit, quomodo mittuntur ad colonos accipere fructus vineæ. Dicit enim aliquis, quoniam non ad accipiendos fructus mittuntur prophete, sed operari magis. Vnde ergo si possumus dicere, quia spirituales fructus, & diuinae oblationes dantur ab his, qui colerant vineam prophetis transmissis, ut offerant quasi sacerdotes Deo populi fructus. Sed accipientes coloni ex populo illo, alium quidem occiderunt, sicut Michæam percussit in maxillam Sedecias filius Chanaan, quando & dixit ei prophetanti pseudo propheta: qualis spiritus Dei, qui locutus est in te? alium autem occiderunt, sicut Zachariam inter templum & altare. alium lapidauerunt, sicut Azariam filium Ioiadae sacerdotum, sicut in secundo libro Paralipomenon positum est. Cum spiritus Dei induisset Azariam filium Ioiadae sacerdotem, surrexit super populum, & dixit. Hæc dicit dominus, Quare præteris mandata domini, & non prosperabimini? Dereliquisti dominum, & derelinquet vos. Et superpositi sunt ei, & lapidauerunt eum per mandatū Ios regis in agro domus domini: & non est recordatus Ios misericordiam, quæ fecerat eum Ioiada pater ipsius, & mortificauit filium eius: Et cum moreretur dixit, Videat dominus, & iudicet. *Et misit plures priores, & fecerunt eis similes.* Plena est omnis scriptura eorum, quæ occiderunt prophetas, quos misit ad populum ut fructus eorum, quæ acciderunt prophetas, quos misit ad populum ut fructus eorum offerant per orationes suas Deo quasi sanctissimi sacerdotes. *Nouissime autem misit filium suum, dicens, Reuerentur filium meum.* Quares autem quomodo Deus quidem mittens filium suum, dicit, Reuerentur filium meum, quasi qui non præciebat quod ei fuerat euenturum. Nec enim videntur secundum textum præsentem Iudæi reueriti eum, & inuenitur in hoc Deus nescisse futurum. Sed dicere aliud esse factum, impium est: iterum dicere quoniam reueriti sunt eum coloni, falsum est. Coloni enim videntes filium dixerunt apud se, *Hic est heres, venite occidamus ipsum, & nostra erit hæreditas.* Nisi forte hoc modo soluamus. Sicut enim quasi de omnibus Iudæis occisaris Christum sic dicit generaliter. Coloni autem dixerunt, *Hic est heres, venite occidamus eum.* Et tamen non omnes Iudæi occiderunt Christum, sed qui secundum carnem fuerunt Iudæi. Secundum spiritum autem Iudæi non occiderunt Christum, sed crediderunt in ipsum. Sic generaliter quasi de omnibus colonis dicit, *Reuerentur filium meum:* & tamen non omnes illum reueriti sunt, sed illi tantummodo, qui secundum spiritum fuerunt Iudæi, qui crediderunt in eum: ut illud quidem quod ait, *Reuerentur filium meum,* videatur impletum in illis Iudæis qui intelligentes Christum crediderunt in eum. Hoc autem quod dictum est, *Hic est heres, venite occidamus eum,* in illis impletum sit qui videntes Christum, & cognoscentes filium Dei, nihilominus occiderunt eum. Simul autem quæret aliquis, qui sint illi coloni, qui dixerunt, *Hic est heres, venite occidamus eum.* Nec enim videntur Iudæi occidisse eum quasi filium patrisfamilias Dei. E contrario hoc aliquis dicit, quando loquebantur ad alterutrum quis esset, quidam dixerunt, Hic est Christi-

stus. Ad quos alij responderunt. Christus cum venerit, nemo scit unde sit: hunc autem scimus unde est. Ita quoniam per signa & prodigia conpuncti, intellexerunt quidem eum esse Christum, non autem & confessi sunt. Recognoscentes autem aliquis & quæ scripta sunt de Herode, cum didicisset à Magis natum esse regem Iudæorum, videbit quod qui occiderunt Christum cognoscentes quod filius Dei erat, nihilominus autem filium contra eum. Nam & Herodes condiscens à scribis quoniam in Bethleem nascitur Christus, & consentiens quoniam Christus erat qui nascebatur, promittit quidem, dicens, *Ita & requirite eum de puero, ut & ego veniam, & adorem eum.* Nihilominus autem ausus est contra puerum, credens quia Christus erat. Nec enim si non credidisset, omnes occidit infantes in Bethleem à biennio, & infra secundum tempus, quod didicisset à Magis. Sic & ceteri Iudæi cognouerunt quidem eum secundum quæ diximus cognoscentes autem non diuulgauerunt ut sermo eorum etiam ad alios pertineret: sed quasi qui non cognoscerent, eiecerunt extra vineam filium, & occiderunt eum. Quod autem dicit, *Reuerentur eum extra vineam,* tale mihi videtur, quantum ad se, alienum eum esse iudicauerunt à vinea, & colonis, quando sententiam mortis contra eum tenderunt. *Et dixit eis Iesus, cum venisset paterfamilias, quid faciet colonis illis?* Responderunt ore proprio iudicanti, quod *malis malis perdet, & vineam dabit alij agricolis.* Aut enim prophetant quemadmodum Caiphas sacerdos, qui non ex se dixit verum, sed quia sacerdos fuit anni illius prophetavit: sic & isti non ex se prophetauerunt contra se, quoniam tollenda eis erant eloquia Dei, & gentibus danda fructum in tempore suo daturis. *Dicit illis Iesus, Nunquam legis in scripturis, Lapidem quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli: A domino factus est istud, & est mirabile in oculis nostris?* Quoniam ergo putabant se esse edificatores populi fabricatores illi, eum non essent edificatores probabiles: nec enim si fuissent probabiles, lapidem huiusmodi reprobaissent: tamen dicit illis de scripturis quod lapidem se constitutum & reprobatum ab eis pater collocauit in tectus a difesei caput, ut comprehenderat duos angulos veteris testamenti, & noui, & duorum populorum ædificationem. Hoc est enim quod ait, *Lapidem, quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli.* Et iste lapis donum est donatum à Deo ædificio vniuerso, & admirabile caput in oculis nostris qui possumus eum videre oculis nostris. Si ergo verum est quod ait, *Auferatur à vobis regnum Dei, & dabitur alij colonis, qui reddent ei fructum temporibus suis:* sine dubio nemini datur regnum Dei, id est verbum domini, nisi facientibus fructum de eo: & nemini, qui à peccato regnatur, datur regnum Dei. Sed dicit aliquis, Si nemini datur regnum Dei, fructus eius non facient, quomodo illi populo datur est? à quo & ablatum est? Considera si possumus dare idoneam rationem in tanta difficultate questionis huiusmodi. Considera quia cum vinea illi populo tradiderit, non est dictum, & dedit eam colonis: sed ita locauit, aut sicut in præco habetur, *inferrent a vobis regnum, & dabitur alijs colonis.* Indistinctibilis enim erat questio, si quemadmodum dixit illi, locauit, aut tradidit, similiter & hic distulit, locauit, aut, tradidit eam alijs colonis: aut quemadmodum

dum dixit hic, *Dabit eam alijs colonis, & illic ita dixisset, dedit eam colonis.* Quoniam quod datur, intelligitur quod gratis datur: quod locatur autem & traditur, non omnino gratis datur. Quibus ergo tradidit, aut locauit, non omnino quasi electis & fidelibus tradidit, aut locauit: quibus autem donauit, eum iudicio electionis merito eorum donauit. *Et cum audissent principes sacerdotum, & pharisæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipso dicit. Et quærentes eum tenere timuerunt turbas, quoniam sicut prophetam eum habebant.* Et quicumque insidiatorie volunt tenere verbum veritatis, ut quantum ad se morificent ipsum, hi nunquam poterunt ipsum tenere, neque mortificare, quoniam multum est populus qui existimat ipsum Dei esse prophetam, & præconem veritatis, & largitorem salutis, & ideo tenent ipsum in cordibus, qui & auellent ab eis, qui volunt ipsum tenere, & opprimere. Deinde sciendum est, quoniam volentium Iesum tenere, difficultas est. Aliter enim principes, & pharisæi quærebant eum tenere, aliter autem illa sponsa, quæ in Cantico canticorum quærebat eum, & subiens ibat in ciuitatem, in plateis, & nudinis, & vix inuenit eum. Postquam autem modicum pertransiit custodes, & circumuectes in ciuitate, & inueniens tenuit eum, quando & dixit, *Tenui eum, & non dimittam eum, donec introducam eum in domum matris meæ, & in cubiculum eius, quæ concepit me.* Hæc enim eadem sponsa in principio quidem Cantici canticorum sic dicit, *Tenui eum domo matris meæ, & in cubiculo eius quæ concepit me:* circa finem autem ipsius libri quasi iam prouecta, & aliter eum tenens, melius quàm in primis sic dicit, *Dixi ascendam super palmam, & teneam altitudines eius.* Ut autem intelligas, qui sunt volentes eum tenere principes, & pharisæi, non autem tenuerunt, considera quoniam alia quidem verba extra verbum Christi possibile est comprehendere, & tenere, & separare de sensu eorum, videlicet qui aliud qualecunque extra veritatem habuerint dogma, & manifeste in irritum ipsum facere possibile est. Verbum autem veritatis nemo potest comprehendere, id est intelligere: neque tenere, id est conuincere, neque separare à sensu credentium, neque mortificare, id est destruere. Dicit enim apostolicus sermo, *Spiritalis diiudicat omnia, ipse autem à nemine iudicatur.* Diiudicat enim & discursit, & conuincit alia verba siue sapientiam huius mundi, siue hæreticorum: non autem diiudicatur, neque comprehenditur sensus qui est in Christo, neque conuincatur ab eis qui proponunt eum irritum facere. Quis enim cognouit sensum domini, qui instruat eum? Et manifestum est, quoniam qui instruat eum, est sensum alicuius, primum cognoscat eum, & post hæc instruet. Sensus autem domini nemo cognoscat. Propterea nemo est qui instruat eum. *Qui habebant tanquam prophetam eum, sapiunt quidam aliquod de eo quod verum est, non autem & magnitudinem eius intelligunt.* Erat enim Iesus & propheta quidem sicut ostenditur intelligentibus ex eo quod scriptum est, *Propheta suscitabit vobis dominum, cuiusmodi audite fecerunt patribus vestris, tanquam me ipsum audite fecerunt patribus vestris, quæcunque loquutus fuerit. Quicumque autem non audierit prophetam illum, interibit de populo.* Tamen eminentia eius non erat

in eo, quod erat propheta, sed in eo quod erat filius dei, primogenitus vniuersæ creaturæ, in quo creata sunt omnia in cælis, & in terris, & cætera: & eminentia eius erat in eo, quod erat sapientia, dicens, *Dominus creauit me in principio viarum suarum, in opera sua, prius quàm aliquid faceret, & cætera.* Ista autem turbas sic sapientes de eo, & paratas pugnare pro eo contra impugnantes, timentes principes, & pharisæi, & non possunt inuidiari Iesu, volentes eum tenere. Et quamuis quasi prophetam eum habentes turbæ nihil magnum sapiebant de diuinitate ipsius, tamen principes, & scribæ, neque eorum scientiam comprehendere possunt, qui ex parte eum cognoscerent, nihil dignum declarantes de eo. Hoc autem dico de his, qui vere pro eo sunt. Qui autem mendaciter sapiunt, non sunt pro eo, qui glorificare se putant eum: quales sunt heretici qui confundunt patris, & filij substantiam, vnum dicentes esse patrem, & filium, suspitione sola, & nominibus solis diuidentes eos, quos existimant vnum: quasi magna de eo sapere proponentes, iniquitatem in excello loquuntur, & male loquentes de Deo, non sunt pro eo: nec enim sunt cum eo, propterea sunt contra eum, sicut dicit, *Qui non est mecum, aduersum me est.* Sic & si congregant qui non sapiunt de Christo quod verum est in nomine Iesu, dispergunt magis quàm congregant: sicut ipse dicit, *Qui non congregat mecum, spargit.* Et vide quia non simpliciter dicit, qui non congregat, spargit, sed cum cauta adiectione. Qui non congregat mecum. Qui enim congregat, cum Christo congregare debet. Quid sit autem congregare, cum Christo intelliges, si consideraueris quod dicit Apostolus, *Congregatis vobis, & meo spiritu cum virtute domini nostri Iesu Christi, erade eum, qui talis est. Sarracur in inuentione carnis.* Quod enim dicit, *Congregatis vobis, & meo spiritu cum virtute Iesu Christi,* manifestat quid sit congregare cum Deo. Et hoc non conuenit ad eos dicere, *Congregatis vobis cum virtute domini nostri Iesu Christi.* Qui enim congregant cum male sapientibus de Christo, non congregant cum Christo. Et manifestum hunc sensum habes apud Lucam ita dicentem, *Et erat docens quotidie in templo. Principes autem sacerdotum, & scribæ, & seniores populi volebant eum perdere, & non inueniebant quid facerent.* Populus enim omnis suspensus erat in eum, audiens eum. Et in his ostenditur, quoniam qui præsumunt inique Iudæis turbis, & nominantur principes sacerdotum, & scribæ, & seniores populi, inimici Christi: volunt quidem perdere Christum, & dispendere nomen eius ex hominibus, & idem de eo, sed non inueniunt quid faciant secundum quod voluit, quoniam præuersionis omnis populus, qui credidit ei, pendet in dilectione ipsius, & pendet ut audiat doctrinam eius. Est hoc vique nunc videre, quomodo quærentes exterminare, qui se profitentur esse sacerdotes Dei, & scripturas eius cognoscere, quasi scribæ essent, antiquitatem se tenere putantes quasi seniores & quærentes perdere Iesum, & exterminare fidem veritatis ipsius, omnia consequenter secundum voluntatem patrum suorum agentes. Non tamen inueniunt quid faciant, quia non possunt populum Christi pendentem in eum ab eo diuellere, neque delere eum de sensu eorum. Forsitan

miracula fecit: an quia peccata dimittebat? an quia in regnum vocabat? Tu autem ad impietatem, magnam quoque dementiam accedere, & necis causam insaniam plenam esse considera. Interficiamus enim, inquit, & eius hereditatem retinebimus. Vbi porro volunt occidere? Extra vineam omnino staturunt. Percipis quomodo etiam locum praedixit, ubi crucifigendus erat. Ita **Evocavit eum**, inquit, **atque occiderunt**. Et Lucas quidem ipsum determinasse ait, quo supplicio humilimodi serui puniendi essent: ac illos, absit hoc, dixisse: ac adeo inspexisse eos, testimoniumque adiunxisse. Quid ergo est quod scribitur? Lapidem, quem reprobaerunt edificantes, hic factus est in caput angulæ? Et quicumque ceciderit super eum confringatur? Mattheus autem ab illis prolata sententiam esse asserit. Non autem vlla hæc discrepantia, cum vtraque facta esse intelligamus. Proclata enim ab illis sententia postquam senserunt aduersus se ipsos ita protulisse, absit hoc, exclamantur: & tunc testimonio Prophete rem approbavit, ita fore omnimodè affirmans. Vocacionem autem gentium, ne carpèdi causam acciperent, non aperit, sed oculcius significauit, dicens aliis se daturum. Propterea & parabola vsus est, ut hæc ab ipsis sententiam eliceret, quod & in David illo factum est, quando de parabola Nathan sententiam tulit. Tu verò iustissimè dictam sententiam inde iudica, quod, ipsam qui perpeffuri erant, condemnauerunt. Verum, ut discerent non solum iudica hæc esse, sed etiam à spiritu olim pronuntiata, Dei quoque sententia comprobari, increpantis modò prophetiam indicat, dicens: *Nunquam locustis, lapidem quem reprobaerunt: ruit edificantes, &c.* Ita vndique ciuicidolos Iudæos, quia non crederent, & gentes introducendas mstravit. Id enim etiam per Chananaeos, id per animam, id per multas alias parabolas, id per Centurionem apertius significauit, id etiam nunc designat, ac idem subiungit; *A domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris*: credituras enim gentes, & Iudæos fideles, quamuis magno prius interuallo distarent, vnum tamen fore confirmauit. Et, ut videant nihil horum Deo esse aduersum, sed valde acceptum, atque gratum, mirabile præterea, stuposisque plenum, à domino istud factum esse subiunxit. Lapidem enim seipsum, & doctores Iudæorum edificatores vocare solet: sic & Ezechiel edificantes murum, ac erigentes incompositè, ait; *Quomodo autem reprobaerunt? dicentes videlicet, non esse ipsum à Deo, quia turbas hic seducit. Et rursus; Samaritanus tu es, & demonium habes. Deinde ut intelligant, non id solum imminere sibi detrimentum, quia ciuicentur: puniuntore quoque adiecit, dicens; *Qui ceciderit super lapidem hunc, confringetur: super quem autem ceciderit, conteret eum*. Duas hæc perditiones denotauit, Alteram, quia offenderunt, & scandalizati sunt: hoc enim est quod dicit, *qui ceciderit super lapidem hunc*. Alteram, quia capti, calamitosi, & ærumnosi semper vixerunt, & viuunt: quam apertissimè expressit, dicens, *conteret ipsum: hinc & resurrectio eius occultius denotatur. Propheeta quidem Elias in vineam translata causa dicit; *Quid oportebat me facere huic vineæ, & non feci? & tibi similiter; *Quod inuenerunt patres vestri delictum in me? Et rursus; Populus meus, quid feci tibi, in quo te contristavi? Ideo****

Luc. 20.

Psalm. 117.

1. Reg. 13.

Luc. 7.

Joan. 5.

Psalm. 5.

ingratam mentem eorum, & innumeris beneficiis contraria eos semper retribuiffe ostendit. Hic autem multò vehementius id positum est. Non enim ipse dixit, quid oportebat me facere, & non feci: sed eos ipsos ad ferendam sententiam coegit, qui nihil delictum esse à Deo, & se peccati condemnauerunt, dicentes; *quoniam malos male perdet, & vineam suam alijs agricolis dabit*. Sic & Stephanus ipsis exprobrabat, & summopere mordebat, ostendens magnè ipsos curam semper Deo fuisse, & benefactori Deo contraria semper retribuiffe: cuius rei signum illud maximum est, quod non qui punit, sed qui puniuntur, supplicij causa extiterunt. Hoc ipsum igitur tam per parabolam, quam per duplicem prophetiam, alteram à David sumptam, altera sibi videmus. Quid igitur facere oportuit eos, quum hæc audissent? nõne adorasse nõne obtulisse: quia tantam curam & olim, & tunc sui habebat: & si nullo istorum mouebantur, nõne pecuniarum terrore moderatores fieri debuissent? Verum nihilo meliores facti sunt. *Sed quam audissent*, inquit, *agnouerunt quia de ipsis dicebat. Et querentes eum reuerse, &c.* Sentiebant enim iam, quia seipsum amigmatie in sinuabat. Nonnunquam autem quando detinere ipsum volebant, per medios transiens non videtur: nonnunquam subitò apprensus, tumida desideria eorum comprimit, quod & admirantes dicebant; *Nõne hic est Iesus, quem quaerunt interficere?* Vide quomodo libere loquitur, nec quicquam ei dicant: hic verò, quoniam timore multitudinis reprimerebantur, noluit miraculose per medios inuisibilis transire. Non enim omnia super hominem faciebat, ut incarnationis dispensatio crederetur. Illi autem nec timore multitudinis omnino castigabatur, nec à dictis ipsius imabatur, nec prophetarum testimonia, aut sententiam suam, aut multorum existimationem verebantur, ita penitus eos auaritia & inanis gloriae, & presentium rerum cupido inualerat. Nil certe ita præcipitem agit hominem, nihil sic à futuris deicit bonis, quem admodum si quis caducis his rebus animum affigit, nec quicquid aliud, quam si illa istis profus anteposuerit. *Quærite nanque*, inquit, *primum regnum Dei, & hæc omnia adicietur vobis*. Atqui etiam si hæc adiectio posita non esset, non tamen valde corruptibilia essent desideranda: nunc verò, dum illa consequi studeas, istis etiam potioris. Hæc cum ita se habeant, nonnulli tamen credere nolunt, sed insensatis lapidibus similes, vmbraum voluptates insectantur. Quid enim presentium rerum iucundum est? quid porro voluptuosum? liberius enim vos hodierno alloqui die constitui: forte igitur, obsecro, ut facile videatis monachorum, & crucifixorum vitam, quæ onerosior vobis, ac molestior solet videri, multo hæc tenera, mollis, & flexibili iucundior esse: cuius rei vos ipsos audeo testes citare, qui in periculis nonnunquam vestris, ne in calamitates, & ærinas incidatis, mortem optatis: & illos, qui in montibus, & speluncis degunt, qui cælebem vitam, & minimè negotiosam viuunt, beatos vere, ac ex animo appellatis: quod eos, qui in otio vitam agentes, in scena, & orchestra diem, & noctem peragunt, fecisse nonnunquam non ignoro. Nam, et si nulle voluptatibus scenci abundare videatur, quamvis delectationum flumina a deo illis credatur, multis tamen

Esse. 2. Mich.

Act. 7.

Psalm. 117. Psal. 117. Psal. 117.

Psalm. 117. Psal. 117. Psal. 117.

tamen amarissimis telis perfoffi plerumque iacent. Nam, si saltatricis alicuius amoribus captus quisquam fuerit, omni militia durius, omni peregrinatione molestius tormentum certe sustinebit; omniq; obsessa ciuitate miseriores perager dies: Sed, illis interea omiffis, & conscientia eorū, qui perpeffi sunt, derelictis, age de plurimis differamus: quanto interuallo à iucundissima monachorum vita distare inuenimus, quantum inter tranquillissimum interest portum, & mare tempestuosum, atq; incommodum. Pende autem felicitatis illorum stabilimeta ab ipsis continè diuersioris. Eorū enim & vrbes, & tumultus pleatarum fugientes, in mōtibz viuere maluerunt, vbi nihil sibi cum his secularibus rebus commune est, vbi nihil humanarum rerum perturbat, nõ molestia, non dolor, non acerbius cura, non pericula, non liuor, non turpis amor, non aliud humanimodi, sed quæ sunt futuri regni, iam meditantur. Valles, & montes apud fontes, in solitudine, ac tranquillitate habitantes; & cum Deo ipsi colloquentes, omni tumultu domus sua omnis vacat, & anima omni passione, & agitudine libera, leuis, subtilis, & ipso tenuissimo aere purior: quorum corpus id scilicet est, quo Adam etiam ille ante peccatum exercitus, tum gloriam indutus, & Deum libere alloquebatur, & paradisi regionem magna beatitudine plenam habitabat. Cur enim isti peius se habeant, quam ille, quando ante inobedientiam in operando paradiso fuit constitutus: nulla illi secularis erat cura; nulla certe isti etiam vexantur: integra ille conscientia cum Deo alloquebatur; non aliter istijmò verò tanto liberius id faciunt, quanto maiore fruuntur gratia, dono spiritus clarigata. At vellem oculis domicilium eorum, & disciplinam viuendi cernere velletis; verum, quoniam foro, & vendendi, ac emendi opere occupati, non vultis, saltem particulam à nobis aliquam disciplina illorum liberiter audiatis: omnem enim illorū vitam perstringere nec operis, nec temporis presentis est. Ita igitur orbis terrarum lumina in exorta Solis, imò verò multò etiam ante diem à lectulo surgentes, integri, sobrij, vigilantes: nam nec grauedo capitis, nec rerum cura, nec aliud huiusmodi eos tanquam angelos in celo versatos perturbat. Illico igitur, postquam è lectulo splendentes, & leri furexerant, choro constituto, integra conscientia omnes quasi ab vno consonante ore diligenter hymnis Deum laudant, gratias pro vniuersis tam propriis, quam communibus beneficiis ei agentes. Quare, illo Adam omisso, quid inter angelos, & hunc monachorum intersit chorum, libenter interrogauerim, qui sic in terra cantant, & dicunt; Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis: Amictus autem ipsis multitudinè sui conueniens circumiacet. Nõ enim effeminata, ac enervæ per terram eis vestes trahuntur, sed ita eis præparatae sunt, ut beatissimis angelis illis, Helia dico, Heliseo, Ioanni, ac vniuersis apostolis: etenim aliis caprarum, aliis camelorum pilis confectæ sunt, multis coria solam, & ea voratè consumpta facis faciunt. Hymnis verò iam decantatis, genibus flexis, Deum vnanimè pro his orant, quæ nec in mentem quidem multorum facile veniunt, nihil enim presentium petunt rerum, quippe quarum nulla omnino sibi cura est: sed ut in trepidi cum filius Dei ad iudi-

Monachorum vigilia, & oratione.

Luc. 2.

Monachorum oratione in oratione.

candum vitos, & mortuos vniuersas ante tribuiffi illud terribile assistant, ut nullus illam vocem audiat; Nescio vos: & laboriosam hæc vitam rectè peragant conscientia, ut difficillimum hoc mare secundo nauigent ventis: huius orationis dux, & caput præcipuum est eorum pater, atque præfatus. His crebris, sanctisque absolutis orationibus, exorto iam sole, ad opus vertitur, quo multos pauperibus fructus colligunt. Vbi nunc sunt, qui diaboli choreis, & perditis cantibus dediti in scena quotidie sedent? pudet me certe verba de illis facere, verum tamen necesse mihi est propter infirmitatem vestram. Nam, & Paulus ait; Sicut statuiffis membra vestra seruire iniustitiæ, ita nunc statuiffis membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Quare nos quoque, age vitam meretricum, & corruptorum iuuenum in scena habitantium perferemur, & ad horum beatorum vitam, quantum ad iucundè viuendum attinet, comparemus. Iucundè nanque viuendi gratia negligentiores iuuenes scenæ laqueis capiuntur: sed tantam, si perpendimus, differentiam inueniemus, quãtam si quis canentes angelos modulationem diuinam audiret; & porcos in stercore defolios, adgrumntes. Ore nanque illorum Christus, istorum verò diabolus loquitur. Tibi inflatis genis, deformi facie sonoram istis emittunt vocem; illis gratia spiritus loco tibiam cytharis, atque syringis adeo suauiter sonat, ut non sit possibile luto, & lateribus affixis tantam ante oculos ponere voluptatem. Quare vellem aliquem eorum, qui circa hæc insaniant, illic adducere posse, & hunc sanctorum chorum ostendere: non enim opus mihi esset verbis, verum est hæc terrenis differimus, conabimur tamen ab illius, & sordibus aliquantulum eos auellere. A meretrici igitur cantibus statim cupidinis flamma incendit auditores, & quasi non sufficiat ad inflammandam mentem aspectus, ac facies mulieris, pestem quoque vocis adiuuenerunt. Nostrorum autem modulatione, si quid huius morbi animum vexat, illico extinguitur. Non autem vox, ac facies solum muliebri, verum etiam multò magis vestitus videantur, adeo ut, si pauper, quispiam rudior, atq; abiectior aspiciat, molesteminiim ferat, & secū se penumero dicat; Scortum quidem & leortator, coquorum filij, & sutorum, frequenter autem & seruorum in tantis deliciis viuunt; ego verò ingenuus, & ab ingenis ortus, qui iustis laboribus meis vitam duco, nec somnians quidem ita deliciari possum: sic me rore perturbatus, cogitabundus recedit. Quod ex aspectu monachorum non accidit, imò verò contrarium omnino contingere solet. Si enim diuitum filios, & maiorū insignium ne potes illa amictula forte aspererit, quæ nec extrema paupertate, oppressi ferre dignarentur, & hæc re gaudere illos agnouerit; cogitate quanto solamine, si sit pauper, sic confirmatus recedit; si diues, & moderatior, atque melior inde facile fit. Et in theatro, quidem cum aureis ornamentis calidissima meretrix incedit, pauperes dolore conficiuntur, cum nihil tale vxoribus esse suis recordentur, diuites autem hoc aspectu conturbati, cum habitu, aspectum, vocem, incessum, ceterisque cupidinis plena viderint, & improbo ardentes incendio domos suas redierint, quasi deformiores vxores despiciunt: hinc iurgia, & risa, hinc dissidia, & bella

In Eserolo. Gio. Gregorij. sepe huiusmodi oratio repetitur.

Rom. 6.

bella oriuntur, hinc mors etiam nonnunquam consequitur. Nam, qui huiusmodi cupidine capti sunt, vita sibi cum vxore acerba videtur: ita vniuersa in domo conrurabantur. Nihil tale à nostro choro vnquam efficitur: mitem inde redeuntem vxorem virum suum suscipiet, ac omnis absurda voluptatis expertem, adeo vt facilius, atque quietior sibi esse videatur. Ita theatralis hic chorus malorum omnium, ille verò monachorum honorum fons est, atque origo. Alter ex ouibus lupos fecit, alter è lupis in agnos conuertit. Sed forsitan de voluptate nihil adhuc dixisse videmur. Quid igitur iucundius, quam in tranquillitate animi, nihil dolentem, nihil merentem, ac nihil gementem viuere? Veruntamen ad vltiora prouehamur, & vtriusque modulationis huius, atque aspectus voluptatem inuestigemus; & inueniemus alteram ad vesperam, quousque in theatro spectator sedeat, solummodo permanentem, deinde autem omni stimulo acerbis pungentè; alteram verò perpetuo in animis vigentem, cum & horum virorum forma, loci amœnitas, cõuersionis iucunditas, sinceritas disciplinæ, ac denique optimi spiritalisque cantus illius gratia in animis eorum, qui viderunt, cõtinuè insideat. **Quare**, qui huius portus continua tranquillitate latatur, quasi grauissimam tempestatem tumultus fugiunt vniuersos nec canentes, atque orantes solum, sed diuinis etiam libris affixi iucundissime afficiuntur: choro enim solo dissoluto, plerumque alius cum Elaia colloquitur, alius cum apostolis differit, alius laborat, lectitat, & philosophatur de Deo, de creaturis, de visibilibus, de invisibilibus, de vtilitate huius vite, de beatitudine futura. Ita non brutorum animalium decoctas sibi carnes: vt alantur, assumunt; sed Dei verba, melle, atque fauo iucundiora, melioraque cibo etiam Ioannis, quo in deserto alebatur: hoc mel non syluestres è floribus apes collegerunt, nec digestum more suo coram aluearibus immiserunt, sed spiritus gratia constituens pro fauis, aluearibus, atque fistulis in animis sanctorum impositus, vt quicumque vult, continuè possit comedere. Apes igitur iminentes, sacrorum fauis librorum circumuolant, magnam inde voluptatem carpentes. Si ergo vulneritis qualis hæc mensa illorum sit, perdiscere, propius ad eos accedat, & senties suauissimas, & spiritalis plenas odoris eructationes illorum. Nullum turpe verbum ab ore illorum vnquam profertur, nõ aspectum, sed celo vniuersa digna sunt. **Quare** non ab re quispiam facere poteritis, si ora istorum, qui versantur in foro, qui secularium rerũ rabie furiunt, cloacis sordidissimis compaterit; illorum verò fontibus, vnde riuus liquidissimis fluenta mellis emanent. Si quis autem molestè ferat, quod multitudinis ora sordium cloacas appellauerim, is parè minimum me dixisse non ignoret. Non enim hæc mensura, sed acerbiorè similitudine scriptura vtritur. Venenum enim, inquit, aspidum sub labiis eorum; & sepulchrũ apertum est guttur eorum. **Sane** talia illorum non sunt, sed odoris plena ingens. Et hæc quidem præsentia huiusmodi sunt, futura verò que oratio assequetur: quæ mens intelligit elegantem illam requiem, summam beatitudinem, ineffabilia, atque inestimabilia bona? Multi forsitan feruore accensi, huius optimæ viuendi cupiditate disciplinæ capti estis. Sed quod

Monachorum abstinentia à carnibus.

Pf. 73. & 199. Regum. 3.

vobis erit emolumentum, si tunc solummodo, quando hic estis, ignis hic ardeat: cum verò discesseritis, prius exinguatur? quomodo igitur huic medebimur: antequam exinguatur hæc flamma, ad illos angelos perge, augeas huc feruorem; non ita nostra oratione ardebis, quemadmodum ipso rerum aspectu. Noli dicere, colloquat cum vxore, antequam proficiat, negotia mea componam: hæc tarditas negligentie initium est, memento voluisse quædam ordinare domum suam, & non fuisse à propheta dimissum. **Quid** dixi, domum ordinare? scilicet patrem discipulus voluit, & non permisit dominus. Atqui nulla res tam necessaria videbitur, quam sepeliendi patris officium: Christus autem non permisit. **Quamnam** ob rem? Paratus semper diabolus est, vt in gressum vbique attendè quæritet, & si parua tarditatis causam apprehenderit, magnam inde constabit desidiam: propterea quidam admonet dicens; Noli de die in diem procrastinare. Sicut enim plura emendare poteris, sic domum quoque tuam probè dispones. **Quærite** namque, inquit, primum regnum Dei, & hæc omnia adiciuntur vobis. Etenim, si quis sua despicit, & nostrorum curam assumit, quærit eius solemus prouidere: quanto magis Deus, qui etiam si ad eum nõ conuertamur, non parua tamen cura, & prouidentia erga nos vtitur. Noli ergo de rebus tuis curare, sed omnia tua Deo commenda. Cura enim tua cura hominis est, Deo autem de omnibus tuis committe prouidentiam. Noli tu maioribus pretermisissis, de illis curare, ne Deus minus de illis prouideat. Vt igitur magna cura tuas res cõplectatur, ipsi soli vniuersa committentiam, si tu, spiritalibus omissis, ea tractabis, minorem Deus de ipsis curam habebit. Vt ergo & res tue feliciter gubernentur, & tu solitudinis expertis sis, sequare spiritualia, contemne hæc secularia: sic enim & terram, & cælum & futuram beatitudinem obtinebis, gratia & misericordia, &c.

AUTHORIS DICTI IMPERFECTI in Matthæum, eiusdem Euang. expositio.

Homo erat paterfamilias. Homo nomine, non natura: similitudine, non veritate. Si quis autem existimat Christum hæc causa etiam tantum animam habuisse humanam, quia dictus est homo; audiat & Deum patrem hominè dictum. Præcius Dei filius, quoniam per appellationem humani nominis, quasi homo purus fuerat blasphemandus, etiam Deum patrem inuisibilem constitutum hominem appellauit: vt, dum & pater homo dicitur, filius de hæreticorum blasphemis liberetur. Paterfamilias est, cui cælum, & terra quasi vna sunt domus, qui angelorum, & hominum naturæ dominus est, beneuolentiæ pater. Qui ideo se patrem omnium voluit dici, vt omnes considerantes bonitatem eius, non sub specie simulata ei seruiant, quasi mali serui domino: sed in veritate, quasi boni filij genitori. **Quæ plantauit vineam?** Quæ vineam? Quæ de Ægypto transtulit. Quomodo plantauit vineam illam? Quomodo vinitor studiosus, qui primum omnes in circuitu instructuosas sylvas excidit, & sic postea plantat, ne forte arbores lasciuientes, dunc huc & illuc per longa

longa spacia ramos suos exporrigunt, adhuc tenerum effocent malleolum. Sic Deus Gêtes sine fructu iustitiæ constitutas occidit, & sic collocauit Israhel, ne forte gentes indisciplinatæ dum in longum terminum suæ dominationis extendunt, affligant populum Dei nouitium. **Et septem circumdedit ei, & torcular fodit in ea, & ædificauit turrim.** Quid est seps, nisi angeli in circuitu, custodientes populum Dei, ne in vineam Christi inuisibiles latrones irrumpant? Angelos enim præesse hominibus & Apostolus dicit: Mulier velamen debet habere super caput propter angelos. Item dominus: Amen dico vobis, quia angeli eorum quotidie vident faciem patris mei. Et in Actis Apostolorum dicitur ad puellam nunciantem de Petro, ne forte angelus eius sit. **Quid** est torcular, nisi ecclesia? Sicut enim area ecclesia intelligitur, quia in ea per multam triturationem, & ventilationem triticum separatur à paleis: sic rationabiliter ecclesia torcular est intelligenda, in qua omnes fructus vineæ, id est, opera seruorum Dei, & fides roborata ad Dei gloriam transmittuntur. Ecclesia autem torcular est, habens in se verbum Dei, quo non delectatur natura carnalis, ad quiescit autem ei contorta propter timorem iudicij, vel amorem præmij, vt tantum ipsa ecclesia torcular videatur, quantum ipsum verbum Dei, quod traditum est in ea solum. Si enim verbum noui testamenti, quod leue est, cruciat hominem contradicente carnis natura: quanto magis verbum veteris testamenti, quod inportabile erat? Vbi ergo verbum Dei positum erat in lege, modum viuendi constituens, torcular erat solum: vbi autem de fide Dei prophetabatur, turris ædificata erat. Nam sicut in turri consistentes duo bona consequuntur, & hostium irruptionem ipsi facile non patiuntur, & hostes de turri facile conterunt: sic & qui in fide Christi consistunt, vel in lege Dei, & demones super irruere non sinunt, & spiritalibus bonorum operum sagittis eos facile vulnerant, & demones super illos irruere nequeunt, & à spiritalibus malorum operum sagittis non facile vulnerantur. Aut ita, seps meritum est, & custodia patrum iustorum, qui tanquam murus factus populo Israhel. Nam propter promissionem factam à Deo, sic possidebatur ab eo, etiam contra meritum suum, septi meritis patrum suorum. **Torcular autem fodit in ea.** Prophetas ex quibus quasi ex torcularibus gratia spiritus sancti decurtebat vt mustum. Ex quibus nonnunquam potati filij Israhel, mysti admirabantur virtutem. **Ædificauit turrim.** Hoc est legis fiduciam, & altitudinem, ex qua sacerdotes velut speculatores Christum specularentur venturum. **Et locauit eam colonis.** Qui sunt coloni, quibus locatus est populus, id est, vinea, nisi sacerdotes? Plantatus est autem populus primus in Abraham, quando in primis locutus est ad eum Deus, dicens: Exi de terra tua, & de cognatione tua, &c. Ex eo enim facta est vocatio seminis eius. Locatus est, coloniis tempore Moysi, quando per legem constituti sunt sacerdotes & Lenitæ & procurationem regendi populi susceperunt ad magnam suam gloriam, & ad grande periculum. Ad gloriam quidem, si diligenter tractauerint populum Dei: ad periculum autem, si neglexerint. Si enim ille pro negligentia debet timere periculum, qui procurationem suscepit terrenarum rerum de manu

alicuius hominis potentis: quanto magis sacerdotes, qui manu Dei susceperunt animarum procurationem sanctarum? Plantatus quidem legitur populus in terra repromissionis, secundum quod scriptum est: Vincam de Ægypto transtulisti, ciecasti gentes, & plantasti eam. Sed illam plantationem hic intelligere nõ oportet, ne prius locatâ eam colonis inueniamur exponere, quam plantatam. Quoniam autem diximus sacerdotes populum Dei colere, Deum autè reddere mercedem vite, nemo sacerdos existimet, quoniam iustè pro merito operum suorum accipiet à Deo mercedem, & non potius propter gratiam, & misericordiam Dei. Non enim sacerdotes præstant Deo, docentes populum eius, sed Deus sacerdotibus committendo eis populum suum in spiritu. Nos autem mercedem doctrinæ acquirere nõ poteramus, nisi nobis procuratio populi commissa fuisset. Ergo coloni sunt sacerdotes, qui colentes populum quasi vineam, cum acutissimo ferro sermonis faciunt eos bonos fructus iustitię domino exhibere. Sicut autem duram terram ferrum emollit, sic & verbum duritiam cordis relaxat. Sicut rastro ferreo herbæ radicitus euelluntur à vinea, sic & acri sermone vitia de populo rescantur. Vt sicut colonus quamuis de suo munera obtulerit domino, non sic cum placat, quomodo si de vinea eius redditus ei obtulerit: sic sacerdos non tantum propter suam iustitiam placet domino, quomodo si populi Dei in sanctitate docuerit: quoniam ipsius iustitia vna est, populi autem multiplex. **Quam autem appropinquasset fructuum, &c.** Seruos suos dicit prophetas, quos per singulas generationes misit ad populum Iudæorum. Considera quomodo per singulos gradus misericordiæ diuinæ, malitia Iudæorum crescebat, & quomodo per singulos gradus Iudæica malitiæ, Dei misericordia addebat, & contra clementiam Dei, malignitas humana certabat. Ecce qualisvis amicus alicuius fuerit homo, si semel ab illo fuerit passus iniuriam, quantumcumque frangitur eius affectus, si iterum passus fuerit, iterum magis minuitur: si iterum amplius non minuitur amicitia eius, tamen non additur. Dei autem misericordia quanto magis à Iudæis offendebatur, tanto amplius addebat, & sine admonitione domini, debuerant domino iustitiæ suæ tributa persolvere: tamen non reddentibus eis, misit paucos seruos suos, quibus occisis, addidit bonitatem quam debuisset irasci, & misit plures. Item pluribus interfectis, accumulauit bonitatem, & misit filium suum, & hunc non quasi in obnoxios penæ sententiâ baiulantem, sed patientiæ veniam, & post tot scelera adhuc eis misericordiæ locum seruabat. Sic enim dicit: **Forsitan filium meum reuerberunt.** Ergo misit confondere illos, non autem punire, Nam pro tantis iniuriis benigno domino sufficiebat sola vindicta pudoris. Cogitavit ergo apud se, quamuis neque contumeliare seruos meos debuerant: quia qui seruis faciunt iniuriam, dominum exhorant: tamè mittam filium meum, qui totum possidet in natura: Si amare eum voluerint, est quod ametur in eo, quia solus est bonus: si voluerint eum timere, est quod timeatur in eo, quia solus terribilis est Deus. **At illi videntes filium dixerunt in ira se:** Hic est heres, venite occidamus eum, & obuietimus

Psal. 79.

Quamuis.

hereditatem eius. Ex omnibus operibus eius cognoverunt eum filium Dei esse, hoc enim significat, dicens: Ecce hic est heres: tamen postquam introiit in templum, & omnes vendentes, & animalia, quæ ad sacrificium vendebantur, foras eiecit, in quibus sacerdotes auari tunc delectabantur, tunc præcipue cogitauerunt eum occidere, dicentes intra se: Si populus istum habuerit Deum, necesse est ut dimittat consuetudinem hostiarum, quæ ad nostrum pertinent lucrum, & acquiescat offerri sacrificium iustitiæ, quæ ad gloriam Dei pertinet, & sic iam non erit populus iste possessio nostra, sed Dei: videlicet non ad nostrum quantum pertinet, sed Dei. Si autem occiderimus eum, dum non est, qui iustitiæ fructus à populo quaerat, neglecta iustitiâ: sic semper tenebitur consuetudo offerendarum hostiarum & sic fiet nostra possessio ad nostrum pertinens lucrum. Et hoc est quod dicit, & nostra erit hereditas. Hæc cogitatio communis est omnium sacerdotum carnalium, qui non sunt solliciti quomodo populus viuat sine peccato, sed aspiciunt quid in ecclesia conferatur, & hoc existimant sacerdotij sui lucrum. Et non solum sacerdotes, sed etiam omnes homines carnales hoc solum existimant suum, & hoc lucrum habere, sed de hac vita arbitrantur, quod secundum carnem delectati fuerint in hac vita. Quoniam autem volentes ostendere quidem filium semper fuisse, quemadmodum patrem, quum dicimus illis, si filius est, & natus est, & viticum habet. Propositione negatiua respondet, non de proprietate filij Dei secundum carnem: quia post incarnationem dictus est filius ex baptismo, sicut & ceteri sancti ante verbum autem fuit semper cum patre. Quos etiam Deus ex hoc loco conuincit, dicens: *Mittam filium meum.* Quando ergo adhuc cogitabat de transmittendo filio post prophetas, iam filius erat. Deinde si eo modo dicitur filius, sicut omnes sancti, ad quos factum est verbum Dei, debuit autem & prophetas filios dicere, sicut & Christum, aut & Christum seruum dicere, sicut & ceteros prophetas: ex qua re prophetas quidem seruos omnes, hunc autem solum filium appellauit. *Et eiecerunt eum extra vineam.* Id est, extra ciuitatem Hierusalem. Et Iudæi suo concilio eiecerunt eum, & Deus suo concilio citi cum ordinauit. Ipsi cogitabant ut crimen mortis eius extra ciuitatem expellerent: Deus cogitabat ne virtus resurrectionis eius ciuitatem scelerum saluaret: id est, vt Iudæis quidem moretetur ad mortem, Gentibus autem resurgeret ad vitam. *Quum ergo venerit dominus, quid faciet colonis illis? Dicitur illi: Malos male perdet.* Non est illorum, quod iuste iudicauerunt, sed ipsius cause. Est enim causa veritatis, quæ quasi violentiam illis fecit, vt non possent eam celare. Sicut sole in nubibus constituto, hoc quod est dies, non est nubium permittendum eum apparere super terram, sed virtus solis, quæ transiens nubes, etiam impediens eis apparet: sic iuste pronunciant Iudæorum non placata, sed opposita malignitas. Errauerunt benedicendo. Nam mendaces quantum ad se tunc mentiuntur, quando dixerint veritatem: sed in hoc seculo vbi licet hominibus aliud sentire in corde, & aliud dicere in sermone, tamen ita veritate Christi circundantur homines, & tenentur, vt ipsi aduersus se iudicentur. Putas quomodo

Causa lege, nam videtur Ariamare de principio filij esse locus videtur ab alio aliquo ex parte corripit.

Intellige hæc non proprie ex Deo ordinatione iustificat, sed ex permissione.

modo in die iudicij conuincendi sunt peccatores in suis peccatis, ita vt nullum colorem excusationi inueniant? vbi ipsa opera stantur ante oculos peccatorum, dicente propheta: Arguam te, & statim contra faciem tuam peccata tua: vbi animam ipsa cogitationes cordis accusant, & contra excitatur conscientia quasi domestica testis, dicente Apostolo: Cogitationibus iniuicem accusantibus, aut etiam defendentibus in die, quum indicabit dominus occulta hominum. Sic & sacerdotes vineæ spiritualis cultores qui populum non ad Dei gloriam exercebant, sed ad suum lucrum fructificabant, ita eos dominus suis parabolis circumclust, vt ipsi se sua sententiâ condemnarent. Quis illum defendet, qui seipsum accusat? Aut quis eum existimet innocentem, qui seipsum pronunciat reum? Væ animæ, quæ sibi defensorum conscientia non preparat in die iudicij. Datur enim nobis exemplum, vt per hoc iudicium consideremus futurum iudicium Christi. Sciendum est autem, quia Lucas quidẽ Euangelista sic dixit. Adduxerunt extra vineam, & occiderunt: quum ego venerit dominus, malos illos male perdet: & responderunt sacerdotes: Absit, intellexerunt enim quod de ipsis diceret. Secundum Lucam ergo sacerdotes contradicunt sententiæ Christi: secundum Matthæum autem suscipiunt, & confirmant. In prima quidem facie videtur esse contraria, re vera autem non sunt contraria, sed diuersa ratione sunt dicta. Ille enim secundum responsum sermonis illorum exposuit, iste autem secundum responsum cordis. Nam verè visibiliter quidem in facie contradixerunt dicentes. Absit: in corde autem & in conscientia sua susceperunt dicentes: *Malos male perdet.* Quid est quod dicimus: Omnis homo & malum cognouit, & bonum, & intelligit quod est iustum, & iniustum. Posuit enim Deus quendam spiritum scientiæ boni, & mali in hominibus, vt, quotiescunque peccamus, ille in silentio quasi factum nostrum accuset: & in conscientia tacite ad animam loquitur, dicens: Malum est, & hoc bonum est. Propterea si fecerit homo malum, & deprehensus fuerit in eo, verbis quidem denegat, & excusat: ab intus autem conscientia eius recognoscit, & sibi ipsa discussa, per spiritum confiteretur quod fecit. Vnde scriptum est: In cogitationibus impij interrogatio erit: Ecce si seruum tuum deprehenderis in furto, & volueris eum castigare, verbis quidem denegat: & si interrogas eum vtrum dignus est castigari, dicit: Non, conscientia autem eius confitetur, quia dignus est cædi. Sic ergo & sacerdotes malæ conscientiæ, verbis quidem dixerunt, absit: conscientia autem confusi sunt, quia malos male perdet. Frequenter autem scripturæ, cogitationes cordis ita exponunt, quasi dicta sermonis, sicut ait Iob: Dicit impius Deo, Discede à me, quia vias tuas noscere nolo. Item propheta: Pupillum & aduenam occiderunt, & dixerunt, Non videbit dominus, neque intelliget Deus Iacob. Item Salomõ: Omnis homo transgrediens in lecto suo dicit: Quis me videt parietes & tenebra circumdant me, quæ verborum? Non memorabitur altissimus delictorum meorum. Alioqui quomodo potest fieri, vt qui intellexerant contra se dictas esse parabolâs, ita vt vellent eum tenere: consentirent sententiæ eius? Denique quasi non acquiescentibus

Mat. 46. Rom. 1.

Mat. 10.

Mat. 10.

Mat. 10. Eccl. 1.

bus illis, ideo introducit aliud testimonium scripturæ, dicens: *Nunquam legitis, id est, si parabolam meam non intellexistis, vel istam scripturam non cognoscitis? Quod si non acquiescissent confiteri dignos se esse pœna vti que non erat necesse adhuc eis aliud proferre exemplum: Lapidem quem reprobauerunt aedificantes, hic factus est in caput anguli.* Id est, quare non intelligitis quia vos estis aedificatores, & quomodo non cogitatis in cuius aedificij angulo ponendus est ille lapis? Nunquid in vestro, vnde reprobatu est? Non, sed in alio. Ergo aliud aedificium est futurum. Si autem aliud aedificium est futurum, ergo vestra aedificatio cõtendenda est. Aedificatores enim sunt sacerdotes, qui generationes hominum super generationem per doctrinam aedificantes, quasi lapides super lapidem ponentes, domum Dei componunt. Sicut enim aedificatores, nodolos lapides, & habentes torturas, ferro dolant, postea verò ponunt eos in aedificio, alioqui nõ dolati lapides lapidibus non cohærent: sic & ecclesiæ doctores vitia hominum, quasi nodos acutis increpationibus primum circuncidare debent, & sic in ecclesiâ aedificatione collocare: alioquin vitii manentibus, Christiani Christianis concordare non possunt. Vnde putas lites in ecclesiâ, inimicitias, altercationes inuicem, nisi propter auaritiam, propter inuidiam, aut propter superbiam, propter vanos honores? Tolle hæc, & nulla discordia inuenietur in Christianis. Et sicut artifex ex omnibus lapidibus eligit meliores, & ponit à foris in facie aedificij, ceteros autẽ lapides qualescunque mittit intus: Sic ecclesiâ meliores Christianos eligit, & ponit in facie ecclesiæ: id est, alios facit sacerdotes, alios diaconos, ceterosque ministris ecclesiæ, ponit fenestras, & viduas sanctam vitam habentes, in ecclesiâ permanentes, ponit continentes iuuenes, & virgines: ceteri autem si meliores fuerint, proficiunt in medio ecclesiæ, id est, aedificij propter misericordiam Dei. Sicut ergo forani lapides nullum debent habere nodum, aut angulum, nec debent esse alter lapis intus, alter foris: quia si sic fuerint, totum aedificium deturbant, sic & clerici fenestras, & viduas continentes, & virgines nullam debent habere maculam, neque in verbo, neque in cogitatu, neque in facto, neque in opinione, quia ipsi sunt pulchritudo ecclesiæ, & virtus: & si mali fuerint, totam deturbant ecclesiâ. Sicut enim lapides, qui sunt intus in aedificatione nemo aspiciet, sed eos, qui foris sunt, considerant omnes: Sic secularium hominum vitia, neque sic considerantur, neque sic nocent ecclesiæ. Nam quamuis populus secularis sit, & indisciplinatus, tamen si isti boni fuerint, tota ecclesiâ speciosa videtur. Nam sicut forani lapides intraneos intra se tenent, & constringunt: sic totus populus istorum meritis, & sanctitate saluatur. Lapis autem dicitur Christus propter duas causas. Primum, quia suis fundamentum est forte, & neque aquis seductionum, aut illecebrarum soluuntur, qui super eum consistunt, neque tempestatibus persecutionum mouentur. Deinde, quia in Christo iniquorum est magna fractio. Sicut enim omnis res, quæ percussit lapidem, ipsa quidem colliditur, lapidem autem non lædit: sic & omnis qui contra Christianitatem agit, se quidẽ corrumpit, Christianitatem autem non nocet. Quia ergo magnus est lapis Christus, qui ceciderit super eum, constringe-

tur, super quem autem ceciderit, comminuet eum. Aliud dicit constringi, aliud est autem comminui. Quod constringitur, aliquid remanet de eo, quum fuerit fractum: quod autem minuitur, minutatim quasi in puluerem cõuertitur, & nihil inuenitur ex eo. Qui enim super lapidẽ cadit, non lapis eum frangit, sed ipse se frangit ad lapidem. Ideo quod cadit super lapidem, non tantum se frangit, quantum est lapidis virtus, sed quantum fortiter ipsum ceciderit. Fortiter autem cadit, quod cadit, propter duas causas, aut propter pondus suum aut propter altitudinem suam. Quod enim ponderosum est, & si de humili loco cadit, fortiter cadit, quod autem de alto cadit, propter altitudinem spacij, & si leue fuerit, grauius cadit. Super quod lapis cadit: non queritur an graue fuit quod inuentum est subter, aut leue, nec de alto, nec de humili. Qui sunt qui super lapidem cadunt? Christiani qui credentes in Christu stant super ipsum, quasi super proprium fundamentum. Si quis de istis peccauerit, non eum Christus corrumpit: sed ipse se corrumpit, offendens in Christu. Et ideo Christianus peccans, non tantum perit, quantum potest perdere Christum, sed quantum seipsum secundum opera sua perdidit. Homo Christianus fortiter cadit in peccato, propter duas causas, aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis. Vt puta si sit clericus, aut continens vidua, aut monachus, aut virgo, id est, qui se Deo tradidit. Propter magnitudinem autem peccati, vt puta, si quis homicidium fecerit, aut adulterium, aut aliud aliquid de grauibus peccatis, ille talis, etsi de humili loco cadit, id est, etsi laicus sit, aut secularis, fortiter perit propter pondus peccati. De alto verò cadit, vt puta clericus, ceteraque spirituales personæ. Illi etsi pondus peccati non habent, id est, etsi grande peccatum nõ fecerint, sed leue, tamen fortiter pereunt propter altitudinem dignitatis. Sicut enim quod de alto cadit, grandem sonum facit, vt audiant omnes: sic & qui de alto gradu cadit, ruina illius vbi que auditur. Qui sunt, super quos lapis cadit? Iudæi, & Gentes, & qui nõ crediderunt in Christum. Ergo illi non secundum sua opera percuti, neque secundum suas personas, sed tantum pereunt, quantum potest perdere Christus. Si videris ergo infidelem hominem, ne dicas bonus est, aut malus, iusta opera facit, aut iniusta, sed omnes æqualiter ad nihilum deducuntur. Ideo dicit propheta: Nõ sic impij, non sic, sed tanquam puluis, quem proiecit ventus à facie terræ: Ideo non resurgunt impij in iudicio, neque peccatores in concilio iustorum. Sicut vas, quod leuiter cadit, & læditur, est quidem vas, sed ad vsum non proficit, quod autem dispersum fuerit, nec videtur esse vas: sic Christianus peccator resurgit quidem, sed inter sanctos non ponitur, infidelis autem nõ resurgit in iudicio. Quomodo autem resurgit, super quem talis decidit lapis? Qui autem neque de alto honoris, neque de pondere grauioris peccati ceciderit super Christum, interdum neque læditur: & si læditur, non multum læditur. Et quum audissent principes sacerdotum, & pharisæi parabolam eius, cognouerunt quod de ipsis diceret, & querant eum tenere. Homo qui graue fecit peccatum, dum non habet amplius quod iam speret in Deum, peiora committit, dicente Salomone: Quum venerit impius in profundum malorum, Bibl. Hom. tom. 2. N 2 contem

contemnit. Sicut enim infirmus, donec mediocriter habet aliquam passionem, & sperat se posse curari, seruat se à nociuis efcis: si autem intellexerit insanabilem se esse, iam non parcat. Sic & homo donec mediocriter peccat, & sperat salutem quantumcunque potest, obseruat se à malo: si autem grauius peccando cœperit desperare, iam nihil dubitat facere, quasi qui iam peccatis suis vincit iudicium Dei: nesciens miser, quia sicut in bono gradus sunt gloriarum, & vnusquisque secundum mensuram boni sui accipit gloriam: sic & in malo gradus sunt poenarum, & vnusquisque secundum mensuram mali sui accipiet poenam. Sicut enim infinitus est Deus in retributione bonorum, sic infinitus est in retributione malorum. Similiter & sacerdos omnibus malis repleti, qui iam in Deum sperare non poterant, in ipsum Deum manus mittebant: non ignorantes eum esse filium Dei, sed sibi iam non parentes. Et mirū tibi videtur hoc? Verè omnis homo malus, quantum ad voluntatem suam, & manus mittit in Deum, & occidit eum. Qui enim Deum excitare ad iracundiam non dubitat, qui præcepta eius conculcat, qui nomen eius contemnit, qui blasphemar, qui murmurat cœtra Deum, qui turbato vultu aspicit contra cælum, qui in ira sua manus audaçter subleuat contra eum: nõnne, si potuisset fieri, manus mitteret in Deum, & occideret eum, vt iam licenter peccaret?

BEDAE VENERABILIS
presbyteri eiusdem Euange.
expositio.

Aliam parabolā audite. Homo erat pater familias, &c. Deus pater plantauit vineam, quia in terra reprobationis eiecit gentibus populum suum collocauit. Sepem circūdedit vel murum vrbs, vel auxilia anglorum. Et fodit in ea torcular, aut altaria, aut illa quorum tres psalmi titulo prenotantur. Et edificauit turrim, id est templum, de quo Micheas. Et turris nebulosa. Et locauit eam agricolis, quos alibi operarios conductos appellat, & abiisse dicitur non loci mutatione, sed vt vinitoribus liberum reliquisset operandi ostendatur arbitrium. Cum autem tempus fructuum appropinquasset, &c. Serui qui primi missi sunt Moyses & Aaron, intelligi possunt, quos flagello caelos vacuos dimiserunt, vexatus est Moyses propter eos, &c. Et ipsum David seruum summi patrisfamilias, affectum contumelias sue in capite vulneratum, quod Euangelium Marci sonat abiecerunt, dicentes: Quæ nobis pars in David, aut quæ hereditas in filio Isai? Regnum simul eius ignobili, & religionem impietate mutauerat. Iterum misit alios seruos, &c. Seruos istos chorū prophetarum intellige, sed quem horum non sunt persecuti? & occiderunt eos, qui prænucciabant de aduentu domini saluatoris, quod verò dicit, Alii ceciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidauerunt. Legamus epistolam Pauli ad Hebræos, & ex ea plenissime dicimus, qui seruorum Dei quanta perperissi sunt. Nouissime autem misit ad eos filium suum, &c. Quod ait, quia verebatur filium meum; non de ignorantia venit, sed semper ambigere dicitur Deus, vt libera voluntas homini referretur, & post tot scelera adhuc eis locum miserigor-

diæ reseruauit. *Agricola autem videntes filium, &c.* Manifestissime probat dominus nõ per ignorantiam, sed inuidiam principes Iudæorum crucifixisse filium Dei. Intellexerunt hunc esse, de quo dictum est, Postula à me, & dabo tibi gentes, &c. quando aiebant: Ecce mundus totus post eum abiit. Cuius sibi hereditatem vindicabant, quia fidem quæ per eum est, eo occiso extinguere, & suam magis quæ ex lege est, iusticiam præferre ac gentibus imbuendis conabantur inserere. Quod verò extra vineam est occisus, significat vel quòd extra portam sit passus, vel quòd prius ab incredulorum cordibus repulsus, ac deinde sit cruci addictus. *Cum venerit dominus vineæ, &c.* Interrogat non quod ignoret, quid responsum sunt, sed vt proptia responsione damnetur. *Nunquam legisse in scripturis, &c.* Quomodo, inquit, implebitur hæc propheta, nisi quia Christus à vobis reprobatus & occisus creditur est gentibus prædicandus, vt quasi lapis angularis ex vitroque populo vniam sibi fidelium ciuitatem ædificet: *ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, &c.* Regnum Dei sacras dixit scripturas ablatas à Iudæis, & nobis traditas, vt fructus earum faciamus. *Et qui ceciderit super lapidem istum, confingetur, &c.* Qui per mala opera Christum offendit, confingetur quidem, sed ramentum patientiam Dei referatur ad salutem: qui verò Christum penitus negauerit, irruens super illum lapis conteret eum, vt ne testa quidem remaneat, in qua hauriatur aqua pusillum: Alio sensu: Peccantes hic quatit, in iudicio autem superueniet cum poena perditionis.

ERICI IN SVPERIVS
Euang. Hom.

Passurus pro salute hominum Dei filius, venit Hierusalem triumphali pompa ab exultantibus turbis exceptus, quòd tali gloria inimicorum suorum animos ad suam necem maturandam amplius incitaret: ibique per quinque dies non cessauit docens populum, & propositis similitudinibus, Scubarum, & Pharisaorum scelera redarguens. Nam quia ipsi interrogauerant eum, cum eos de templo mirabili auctoritate eieceret; In qua potestate ista facta? eique in sermone laqueos tenebant, cum simulata venatione interrogabant, vt rùm liceret dare censum Cæsari, an non: idcirco ipsis suis artibus superantur à Domino, & in parabolis audiūt, quòd apertius non merebantur audire. Hæc denique similitudo Iudæorum inuidiam, quam contra saluatorem conceperant, & passionis eius totum complectitur sacramentum. Homo iste paterfamilias, Deus omnipotens est: qui sic homines in mudo, quasi dominus suos famulos possidet in domo. Hic est ille paterfamilias, qui habuit duos filios, quique secundum alterius loci parabolam, conduxit operarios in vineam suam. *Qui plantauit vineam,* plebem videlicet Israeliticā, quam de omnibus gentibus in populum sibi peculiarem elegit. Hæc est illa vinea, de qua Esaias in Cantico locutus, ad vltimum addidit; Vineam domini sabaoth, domus Israel est: de qua & Psalmista dicit; Vineam de Ægypto transtulisti: eieicisti gentes, & plantasti eam. *Et sepem circūdedit ei, & fodit in ea torcular, & edificauit turrim, & locauit eam agricolis.* Sepes,

Sepes vel murum vrbs, vel angelica præsidia designat. Sepem ergo vineæ circūdedit, quia & munimine murorum, & auxilio angelorum illam plebem vallauit. Torcular, altare: quia sicut in torculari viæ exprimuntur, ita in altari Deo hostiæ immolantur. Hæc sunt illa torcularia, quorum titulo tres psalmi prænotantur ita; In finem pro torcularibus. *Edificauit turrim,* tēplum scilicet. Hæc est illa turris, ad quam loquitur Micheas propheta, dicens; Et tu turris gregis nebulosa filia Sion. *Locauit eam agricolis.* Agricolam, principes Iudæorum dicit, quibus Deus vrbe, templamque, & vniuersam simul plebem tradidit gubernandam. *Et peregrè profectus est.* Profectus est peregrè, non loci mutatione. Nā quòd potest recedere, qui per prophetam loquitur; Cælum, & terram impleo? Et alibi; Deus de propè ego sum, & non Deus de longè, Sed abiisse dicitur, liberum illis relinquendo arbitrium, vt rùm vellent operari in vinea, an non. *Cum autem tempus fructuum appropinquasset.* Tempus fructuum fuit, ex quo interfectis hostibus, in terram reprobationis securi incole ceperunt. Et pulchre non pronentū, sed tempus fructuum dicitur: quia nullus huius vineæ prouentus, nullus proterui populi extitit boni operis fructus. *Misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius.* Et agricola apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium vò lapidauerunt. Serui, qui primū ad agricolas missi sunt: Moyses legislator, & Aaron, & reliqui sacerdotes intelliguntur, qui per quadraginta annos continuos in deserto fructum legis, quam illis Deus dederat, exigebant. Sed agricolæ missos ad se seruos occiderunt, flagellantes illos verberibus linguarum. Scripsum est enim; Irritauerunt Moysen in castris, Aaron sanctum domini. Et iterum; Vexatus est Moyses propter eos, qui exacerbauerunt spiritum eius. De qua vinea quid ipse Moyses sentiat, in Cantico Deuteronomij declarat, dicens; De vinea Sodomorum vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ. Vna eorū vna fellis, & borus amarissimus. Notandum, quòd alius euangelista dicit; Alium in capite percusserunt. Per huc namque seruum intelligitur David, quia & ipse seruus patrisfamilias erat, qui eundem populum ad superna desideria incitabat, & iucundam psalmodiam melodiam concinendo mulcebat. Sed hunc in capite percusserūt, quia ipsum spiritualis muficæ repetitorem abiecerunt, dicentes; Nō est nobis pars in David, neque hereditas in filio Isai. Nobile quoque regnum eius ignobili tradiderūt, & religionem impietate mutauerunt. Sed ille huius iniuriæ immemor, pro hac vinea hunc patremfamilias precabatur, dicens; domine Deus virtutum, conuertere, respice de caelo, & vide, & visita vineam istam. *Iterum misit alios seruos, plures prioribus.* Per seruos, qui secundo loco missi sunt, choros prophetarum debemus accipere, qui suis oraculis populum conueniebant, & que huic vineæ immimerent, prædicabant. Sed & hos similiter persecuti sunt, & occiderūt, eos, qui prænucciabant de aduentu iusti. Audiamus quid Esaias de huius vineæ sterilitate queratur; Ego te plantauit vineam electam, omne semen verum: quomodo conuersa es in amaritudinem vitis alienæ? *Fecerunt,* inquit, *illi similitèr.* Quosdam enim lapidauerunt, vt Ezechielem in Chaldaea, Ieremiā in Ægypto: *alios occiderunt,* vt Naboth, *alios secuerunt,* vt

Esaiam. Nonnullos veste ferreo perculerunt, vt Amos. Et ostenditur hic patientia, & sustentatio domini, qui crebrò seruos suos ad malos colonos direxit, quatenus ab illis conueni penitentiam agerent. Sed illi contemntes, iram sibi in die ira thesaurizauerunt. *Nouissime autem misit ad eos filium suum, dicens; Verebuntur forsitan filium meum.* Nouissime, inquit, misit filium: quia, vt Apostolus dicit, quando venit plenitudo temporum, misit Deus filium suum, factum ex muliere. Nō autem misit, vt de malis, & poenæ obnoxiiis colonis sententiam iudicalem ferret, sed adhuc post tanta scelera, post seruatorū suorum impias mortes, locum vineæ misericorditer reseruaret. *Verebuntur filium meum.* Quod quasi ambigens dicit; *Verebuntur filium meum:* non ita est accipiendum: quòd ignorans hoc dixerit. Nam quid Deus, qui cuncta singulariter, & summè nouit, ingnorare possit? Sed dubitare dicitur, vt in homine potestas liberi arbitrij demonstraretur. *Agricola autem videntes filium dixerunt; Hic est hares, venite occidamus eum, & habebimus hereditatem eius.* Ex hoc loco manifestissime comprobantur principes Iudæorum non per ignorantiam, sed per inuidiam crucifixisse redemptorem. Nouerat enim eum esse filium Dei, intelligebant hunc esse illum, cui loquitur Deus pater, Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Agnoscebant eum ad hoc venisse in mundum, vt omnes gentes ad fidem suam cōuerteret: idōque quasi consulentes sibi, dicebant; Ecce mundus totus post eum abiit: & si dimitimus eum sic: omnes credent in eum. Hereditas autem filij, Ecclesia est, in cunctis ei data nationibus, quam non moriens pater ei reliquit, sed ipse morte sua illā misericorditer acquisiuit, atque à mortuis resurgendo, illam sub testamento vitæ æternæ possedit. De qua Apostolus; Attendite, inquit, greges, in quo vos posuit Christus regere Ecclesiam, quam acquisiuit sanguine suo. Hæc hereditatem nequam coloni occiso herede, percipere cupiebant: quia ad hoc persequebantur Christum, vt fidem, quæ per eum est, extinguerent, & carnalem iusticiam legis, iusticia euangelij præferrent, atque omnibus gentibus imbuendis insererent. *Et apprehensum,* inquit, *eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt.* Extra vineam vineæ hères occiditur, quia Christus extra ciuitatem in loco, qui Golgotha, id est, Caluarie dicitur, crucifixus est. Vnde Apostolus, Iesus ait, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Siue eiecerunt eum extra vineam, & occiderunt: quia prius per incredulitatem à suis eum cordibus expulerunt, ac sic crucis supplicio affecerunt. Hoc olim præsignabat, quod Moyses in tabernaculo Dei, altare holocausti, in quo victimarum sanguis effundebatur, non intra tabernaculum, sed ad ostium posuit, mysticè innuens, quia crucis ara extra portam Hierosolymorum erigenda erat, & Christus Dei patris filius non in domo Iudæorum, hoc est, in mentibus illorum recipiendus, sed foris esset immolandus. Quòd autem Marcus mutato ordine dicit, Et apprehendentes occiderunt eum, & eiecerunt eum extra vineam: pertinaciam infidelitatis illorum denotat, qui nec post eius passionem, & resurrectionem credere voluerunt, sed quasi cadaver inutile proiecerunt, prædicatores verbi illius à suis simibus excludentes.

res, & ad nationum populos transfuerunt. *Cum ergo venerit dominus vinea, quid faciet agricola illi?* Interrogat eos, non quo ignoret, quid illi responsum essent, sed ut eos propria ipsorum responsione condēneret. *Aiunt illi, Male malos perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis.* Veniens dominus malos male perdidit, quia incredulos, & crudeles sui homicidas digna ultione puniit, locum, gentem, simul & regnum eis auferendo, & per omnes mundi terminos longè, latèque disseminando. Locauit autem vineam alijs agricolis, quia nobis scripturarum mysteria, & suam cognitionem tribuit ea conditione, ut suis temporibus fructum reddamus, id est, nouerimus quid vnoquoque tempore nos loqui, vel agere conueniat. Sed hoc quod illi dixerunt, quod scilicet malos male perderet, & vinea alijs agricolis locaret, dominus ipse diuinitus procuratū prophetico ostēdit exemplo, respondens, *Nunquam legisse in scripturis, Lapidem, quem reprobauerunt edificatores, hic factus est in caput anguli: A domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris?* Ipsos quos superius colonos vocauerat, nūc edificatores appellat, quia principes, & sacerdotes Iudaeorum, subditam plebem ad offerendum iusticie fructus, quasi vinea excolere, ipsi etiam hanc ut domino inhabitatore digna fieret, quasi domum construere, & exornare debebant. Nam & Apostolus huic sensui adimplatur, fidelibus loquens; Dei agricultura estis, Dei edificatio estis. Sed illi quasi mali coloni, fructum vinea reddere noluerant, id est, quasi mali cæmentarii electum, & preciosum lapidem, vel in fundamento, vel in angulo domus Dei ponendum subtrahere, hoc est, fidem Christi auditoribus conabantur eripere. *Ait ergo, Nunquam legisse in scripturis; Lapidem quem reprobauerunt edificatores, hic factus est in caput anguli: A domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris?* Ac si diceret, Quomodo implebitur hæc propheta, quæ lapidem ab edificantibus reprobatur, in caput anguli factum dicit, nisi Christus à vobis reprobatus, & occisus, credituris gentibus prædicetur? Ipse enim quasi lapis preciosus (iuxta quod Apostolus ait; Petra erat Christus) in caput anguli factus est, quia duos parietes, circumcisionis, & præputij, in sua fide copulauit, & vnam Ecclesiam è duobus populis constituit. *Ideo dico vobis, auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* Regnum Dei, hoc loco sanctæ scripturæ intelligendæ sunt, quas dominus infidelibus Iudæis abstulit, & nobis tradidit, ut eorum fructum faciamus. Ista est illa vinea, quæ quondam locata est agricolis, sed illi nomen tantum scripturarum habuerunt, fructum verò illarum nullum consequi meruerunt. *Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: super quem verò ceciderit, conteret eum.* Multum distat inter eum, qui per fragilitatem, aut ignorantiam peccando offendit Christum, & eum, qui per superbiam negat Christum. Qui ergo credens in Christum peccat, super lapidem cadit, & confringitur: sed non omnino conteritur, quia referuatur ad penitentiam. Si verò quis negauerit Christum, cadet, id est, irruet super eum, lapis iste, & ita conteret eum æterno interitu, ut ne testa quidem remaneat, in qua parum aquæ de fouea hauriatur. Potest & hoc dici, quod illi super lapidem cadebant, qui tunc eum per simplicitatem, & ignorantiam con-

temebant, & iniuriis afficiebant: idè conquefantur, non tamen penitus conteruntur. Qui verò illum scientes Dei filium, per inuidiam negabant, & contra suam conscientiam eius opera Beelzebub assignabant, super hos irruet lapis, & conteret eos sempiterna perditione, atque comminuet, ut sint impij sicut puluis ante faciem venti. *Et cum audissent principes sacerdotum, &c. Principes sacerdotum, & scribæ, propria redarguti conscientia, quærebant interficere dominum, quasi mentientem contra se. Sed hoc agentes, probant vera esse, quæ dixerat. Ipse enim erat hæres, cuius mors iniusta vindicanda erat à patre. Ipsi verò erant nequam coloni, qui ab occidendo filio Dei ad modicum quidem humano timore retardari poterant, donec hora eius veniret: nunquam verò diutino timore, aut amore cohiberi voluerunt. Hæc verò, quæ de hac parabola super malitia Iudaeorum exposuimus, morali intellectū ad vnumquemque nostrum referre possumus. Cum enim alicui fidelium mysterium baptisimi, quod operando exercere debeant, committitur, quasi ei vinea, quam excolat, locatur. Mittitur vnus, & alter seruus, & tertius, qui fructus accipiāt, cum legitur lex, prophetia, & Psalmi: quorum monitis instructus, bonorum fructus operum reddere debeat. Sed seruus contumelialis affectus eicitur, cum sermo Dei vel contemnitur, vel etiam (quod granius est) blasphematur. Insuper & hæredem, quantum in se est, occidit, qui immemor misericordie omnipotentis Dei, ipsum filium Dei respuit, & spiritum sancto, quo regeneratus est, contumeliam facit. Propter quod malis agricolis male perditis, datur alteri vinea: quia dono gratiæ, quod ingratus spreuit, humilis quisque ditatur. Sed & hoc, quod de illis in fine Euangelij dictum est, quia querentes tenere Christum, timore turbarum præpediuntur, quotidie videmus agi in Ecclesia. Multi enim sunt in Ecclesia solo nomine fratres, qui Ecclesiastica fidei, & pacis vnitatem, quam non diligunt, propter cohabitatum bonorum fratrum multitudinem, aut erubescunt, aut timent impugnat. Sed his, sicut dominus ad Iob de struchione loquitur, cum tempus fuerit, in altum alæ erigentur: qui nacta occasione, Ecclesiam persequi, & Christum cum pharisæis cruci addicere, & ostentui conatur habere. Periremere debemus ipsi, quæ loquimur, & cauere, ne exempla pharisæorum sequamur. Curemus sollicitè, ne solo nomine tantum simus Christiani, nec sub specie pietatis, impicitatis titulum subcelemus. Agamus domino gratias, qui scripturarum scientiam, in qua quondam Iudæi florebat, illis pro irrevocabili malitia abstulit, & nobis pro sola misericordia largitus est. Veneremur eum, non sicut simplices turbæ, ut prophetam, sed vt Deum, & dominum prophetarum, saluatorum, & redemptorem nostrum: Qui viuunt & regnant Deus per omnia secula seculorum, Amen.*

CHRISTIANI DRVTH- mari eiusdem Euang. expositio.

Aliam parabolam audite. Quia cito erat transfuerus ab eis per mortem, verba vitæ amplius eis ingerebat: & quæ ipsi cogitabat, & faciebant,

in suis parabolis indicabat. *Homo paterfamilias.* Dixi superius quod paterfamilias compositum nomen est ex nominatio, & genitio antiquo: quia vsus fuit apud antiquos genitium primæ declinationis more grecorum etiam in as finire. Et ille vocatur paterfamilias, qui omni familiae suæ sic præest vt pater. Deus autem omnem mundum sicut patrem pater gubernat: omnibus bona tribuit, nulli malum. Si autem aliquis malum aliquid patitur, hoc facit diabolus, qui est paratus ad nocendum: & cum vider quod Deus aliquem deserit propter scelera sua, statim ille apprehendit: & nisi angelus esset bonus, qui obstitat ne tantum noccat, quantum vult, statim disperderet illum. Paterfamilias iste Deus est: qui plantauit vineam, de qua Elaius loquitur, & in fine dicit. Vineam enim domini sabaoth: domus Israel est. Et in psalmo. Vineam de Ægypto transtulisti. *Et sepem circumdedit ei.* Vel turum vrbis, vel angelorū auxilia. *Et fudit in ea torcular.* Altare domini. *Et edificauit turrim.* Haud dubium templum, de quo per Micheam. Et tu turris nebulosa filia Zion. *Et locauit eam agricolis.* Quos alibi vinea operarios appellat. Qui conducti fuerant pro denario diuino, hora prima, tertia, sexta, & nona, & peregre profectus est. Non loci mutatione: quia Deus totum mundum implet: sed agricolas dimittendo in proprio arbitrio. *Cum autem tempus fructuum appropinquasset.* Bene tempus fructuum dicit non profectum: quia nullum profectum fructum synagoga protulit, quamuis sollicitè exulta fuerit. *Et agricola apprehensit seruos alium ceciderunt.* Vt Moylen & Aaron: quos irruerunt in castris. *Alium occiderunt.* Vt Abimelech cum quinquaginta sacerdotibus. *Alium lapidauerunt.* Vt Naboth. *Iterum misit alios plures prioribus: & fecerunt illi similitè.* Elaiam, Hieremiam, Zachariam. *Nouissime autem misit ad eos filium suum dicens.* Verebuntur fructum meum. Quod ait quia verebuntur filium meum, non de ignorantia loquitur: quia nihil est quod Deus pater nesciat. Semper ambigere dicitur Deus: vt libera voluntas homini refectetur. *Agri cola autem videntes filium dixerunt.* Hic est hæres: venite occidamus eum. *Quæ illi consiliauerunt in suis latibus:* de ipso dominus palā loquebatur: vt ostenderet se omnia scire. Manifeste enim modo dicit: quod principes per inuidiam non per ignorantiam dominum crucifixissent. Dicebant enim. Si dimittimus eum sic: omnes credent in eum. Hereditas filij, ecclesia est: quam acquisit sanguine suo. Hanc moliebantur Iudæi hereditare, cum crucifigentes eum, & fidem quam in eo ecclesia sua habebat, quærebant extinguere patiter cum ecclesia: vt potuissent suam inuitiam ex lege firmare cum sua synagoga. *Et apprehensum eum exceperunt extra vineam, & occiderunt.* Hoc erant tertia die facturi, quo hæc loquebatur. Et sic futura quasi præterita loquitur: quia certissime nouerat futura: & si voluisset, potuisset declinare passionem. *Exciderunt extra vineam, quia extra portam Hierusalem duxerunt ad crucifigendum.* Cum ergo venerit dominus vinea, quid faciet agricola illi? Aiunt illi. *Malos male perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis.* Quamuis mali essent: de progenie tamen sacerdotum prophetauerunt veritatem. Perdidit illos male: quia fame, quæ nihil durius quæ etiam obfessos compulit humanis carnibus vesci, illos perdidit, & commendauit christianis doctoribus

ecclesiam suam. Caueant ergo reges, & episcopi istam damnationem agricolarū, ne forte & ipsi similia patiantur, si bene non excoluerint vineam domini omnem turbam Christianorum. *Dicit illi Iesus. Nunquam legisse in scripturis, lapidem quem reprobauerunt edificatores.* Adhuc perleuerat prædicando passionem suam: & actionem Iudaeorum per metaphoram, de inanimati lapide, ad animale Christum factam comparatione hyperbole. Hoc in psalmo centesimo septimodecimo scriptum est: qui totus de domini aduentu canitur, & non habemus iuxta literam, quicquam, sed totum allegoria est. Iudæi edificatores erant: suas doctrinas prædicantes, reprobauerunt dominum in sua fide fundamentum ponere. *Hic factus est in caput anguli.* Quia sicut lapis in angulo duos parietes ex diuerso venientes suscipit, sic suscipit Iudæos Christus, & gentes in se credere volentes: vnaque domus constituitur de lapidibus, sic ecclesia Christi de dignis hominibus, & sicut lapis lapidem portat: sic si qui præcesserunt portauerunt nos: & nos æquo iure portare debemus post nos venientes. Et de vinea & de edificatione sanctæ ecclesiæ dicit Paulus. Dei cultura, Dei edificatio estis quæ vinea, ipsi lapides, & vnus preciosus in fundamento fundatus Christus velint, nolint Iudæi, & qui agricolæ mali, id est, cæmentaria. *A domino factum est istud.* Nisi denique à domino hoc factum esset, fides Christi & ecclesia eius non impleset totum mundum, quam omnes principes extinguere voluerunt: *Et est mirabile in oculis nostris.* Omnis domini incarnatio, mirabilis facta est. Sed & hoc satis mirabile, quod omnes gentes super ipsum habent fundamentum collocatum, & fidem, spem firmam in ipso tenere gessit. *Ideo dico vobis auferetur à vobis regnum Dei: & dabitur genti facienti fructus eius.* Ambæ istæ parabole, & de vinea, & de lapide in hoc versu aperiuuntur: quia agricolæ vineam domini vt dignum fuit non excoluerunt, & lapidem angularem reprobauerunt. Ideo ablatum est ab eis regnum Dei: scientia scilicet scripturarum: datum est gentibus: qui voluit exercere quod legunt. *Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: super quem verò ceciderit, conteret eum:* cadit super dominum: qui peccati tamen habet spem per penitentiam resurgendi: quia septies cadit iustus & resurgit. Cadit verò dominus super incredulos, qui nolunt cognoscere creatorem. *Qui peccat cadit sed potest resurgere: Qui non credit, iam iudicatus est, & venit super eum æterna perditio: quæ eum funditus opprimit. Et cum audissent Principes sacerdotum & pharisæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipsis diceret. Quia sciebant quod ipsi meditabantur: propterea intelligebant similitudines de se dictas. Vnde quidam sapiens, concisus ipse sibi de se putat omnia dici. Et querentes eum tenere: imuerunt turbas quia sic prophetam eum habebant.* Turba, semper in motu est, & sicut ad conuertendum facilis: sic ad desperandum procliuus. Quem enim vna die debitis laudibus, vt Deum extulerunt, sexta die, vt homicidam crucifigi perierunt.

THEOPHYL. EPISCOPI Bulgar. superioris Euang. expositio.

Aliam parabolam audite. Homo quidam erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & sepem circum-

dedit ei, &c. Aliam parabolam eis affert, ostendens quodd, licet summa diligentia eis exhibita sit, non meliores facti fuerint. Homo enim paterfamilias dominus est, propter misericordiam homo appellatur. Vineam autem, populus Iudæorum, plantatus à Deo in terra promissionis. Introducens enim, inquit, plantabis eos in monte sancto. Sepes autem lex, non sinens eos gentibus misceri: vel angeli custodientes Israël. Torcular, altare. Turris, templum. Agricola verò doctores populi, pharisæi, & scribe. Profectus est autem paterfamilias Deus, quando in columna nubis loquutus est eis. Vel peregrinatio Dei, longanimitas eius. Videtur enim Deus & dormire, & peregre proficisci, dum longanimis est, & non cunctigio peccatorum pœnas exigit. *Quum autem tempus fructuum appropinquasset, &c.* Appropinquavit tempus fructuum prophetarum temporibus. Serui enim missi, fuerunt prophetae, quos variis affecerunt iniuriis agricolæ, hoc est, qui tunc erant falsi prophetae, & falsi doctores. Et alium quidem percusserunt, vt Micheam. Sedechias enim cum in maxillam percussit. Alium autem occiderunt, vt Zachariam inter templum, & altare. Alium verò lapidauerunt, vt Zachariam filium Ioade pôtificis. Postea missus est filius Dei, in carne apparens. Quod autem dixit, *reuerentur filium meum*, non ignorans dicit, quodd illum occisuri essent, sed significare volens quid facere deberent. Oportebat enim, inquit, licet seruos occiderint, vel filium reuereri. *Agricola autem, viso isto dixerunt; Hic est heres; venite occidamus eum.* Etenim Iudæi, qui dicebant, Hic est Christus, ipsi illum crucifixerunt. Eiecerunt autem eum extra vineam: nam extra ciuitatem occisus est dominus. Propterea quia vineam dicebamus esse populum, extra vineam, hoc est, præter simplicis populi sententiam, occiderunt eum pharisæi, & mali agricolæ. *Quum ergo venerit dominus vineæ, &c. Quum venerit.* Quædo? Num in secundo aduentu? Videtur quidem & hoc sentire, veruntamen melius sic intelligitur. Dominus vineæ, Deus & pater, qui misit filium suum ab illis occisum. *Quum igitur venerit*, hoc est, quum ipse respexerit ad iniquitatem, quam fecerunt Iudæi, tunc *malis male perdet*, misso Romano exercitu: *& vineam suam*, hoc est populum, *locabit alijs agricolis*, hoc est apostolis, & doctoribus. Intellige itè per vineam diuinas scripturas, in quibus sepes quidem litera est: torcular autem defossium, profundus spiritus turris autem theologia, quæ summa est, & diuina. Has itaq; scripturas habebant prius mali agricolæ pharisæi: locauit autem nobis Deus eas bene colentibus. Illi enim dominum occiderunt extra vineam, hoc est, præter iussum eorum, quæ dicebant scripturæ. *Dicit illis Iesus, Nunquam legistis in scripturis, Lapidem, &c.* Lapidem seipsum nominat: adificantes autè magistros Iudæorum, qui illum quædam inutilem reprobauerunt, dicentes; Samaritanus as tu, & dæmonium habes. Ipse autem quum surrexisset ex mortuis, positus est in caput anguli, hoc est, caput ecclesie factus est, cõiungens Iudæos, & Gentiles in vnam fidem. Sicut enim lapis angulum in domo faciens, continet hæc, & illac murum, sic & Christus nos omnes in vnam fidem colligauit. Angelus autem ille admirabilis est, & à domino est factus. Ecclesia enim nos cohibens, & vnita fide à domino facta est, & est magna admiratione digna, eo quodd

9. 22. 2. 2. 2. 4.

Joan. 8. 4. 8. pho. 2.

pulchre ædificata sit. Est autem & alia ratione admirabilis, eo quodd miraculis firmatus est, & confortatus sermo domini: & ita Ecclesie quoq; constituto admirabilis. Ablatum igitur est regnum Dei à Iudæis, hoc est, peculiaritas, qua Dei proprij erant, & datum est iis, qui crediderunt. Qui enim impingunt in lapidem, & offenduntur in Christo Iesu, confringentur quidem in secundo aduentu: veruntamen & hic conterentur ab ipso, hoc est dispersi sunt vbique terrarum, sicut videmus nunc miseros Iudæos. *Conteret*, hoc est, ita conteret, vt dispergat eos. *Et quum audissent principes sacerdotum, ac pharisæi parabolam eius, &c.* Iterum vide, quodd turba quidem simplex, & fuci nescia sequitur veritatem & legisperiti autem maligne agunt. Et vsq; in hunc in diem quaerunt Hebræi Iesum comprehendere, sed non comprehendunt, neque intelligunt. Antichristum autem comprehendent, & ipsum adorabunt: at Christus non capitur, hoc est, non intelligitur ab eis.

INCERTI CUIVSDAM
sub nomine Eusebii Emissemi eiusdem Euangelij expositio.

In figura huius hominis patrisfamilias, Deum partem significat, qui vineam Sorec ex Ægypto transtulit, & in montibus Israël eam plantauit. Vnde & Psalmista, Vineam inquit, ex Ægypto transtulisti, & eiecisti, & plantasti eam: de qua & propheta ait, Vineam facta est dilectio, in cornu filio olei. Et paulò pòst, Vineam enim Dei Sabaoth, domus Israël est. *Hic autem sepes circumdedit*, quia suæ virtutis præsidio eam munivit. *Et fudit in ea torcular*: per quod altare intelligitur, in quo, quasi vinum in torculari hostiarum sanguis quotidie fundebatur. *Adificauit turrim in medio eius*, tẽplum videlicet, in quo Iudæorũ populus maximè confidebat. *Et locauit eam agricolis*: quia terram illam, lacte & melle manantem, Iudæis tradidit ad inhabitandum. *Et peregre profectus est*: quia longè est à peccatoribus salus. *Cum autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius: & agricola apprehensis seruis suis, alium occiderunt, alium occiderunt, alium verò lapidauerunt.* Hoc est enim quod propheta ait, Expectaui vt faceret vvas, & fecit labruscas. Isti enim serui, viri sancti & propheta fuerunt, quos ad illum populum corrigendum & ad seruitium inuitandum suum dominus præmisit. *Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similes.* Vnde & beatus Stephanus ait, *Quem enim prophetarum nõ sunt persequeuti patres vestri? & occiderunt eos, qui prænuuntiabant de aduentu iusti, & vos nunc prodocores, & homicidæ fuistis. Nonisimè autem misit ad eos filium, dicens, Reuerentur filium meum. Agricola autem videns filium, dixerunt intra se, hic est heres, venite, occidamus eum, & habebimus hereditatẽ eius.* Manifesta sunt hæc, in quibus passionem suam dominus prophetabat: nos autem omnia iam cõpleta videmus, & credimus, Agricola enim, id est principes sacerdotum, nisi Christum interficeret, & locum & gentem se amittere timuerunt. Idcoque dederunt consilium populo; vt eum interficerent. *Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam.* Quid est, extra vineam, nisi extra ciuitatem? hoc est enim quod Apostolus ait, *Quorum enim anima-*

lium inferitur sanguis in sancta per pôtificem, horum corpora cremantur extra castra. Ita & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Compleuerunt igitur isti malo suo, quod illi sanctificabant in sacrificio suo. *Cum ergo venerit autem dominus vineæ, quid faciet agricola iste? Interrogat eum dominus sententiam iudicij, vt ipsimet suo iudicio seipfos damnarent.* *Alium illi, Malos male perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis.* Quid est, nõ principes sacerdotum, quomodo non responderitis, nescimus, sicut superius, cum de baptismo Ioannis vos dominus interrogaret, nisi quia hanc parabolam nondum intelligitis? Si enim intelligeretis eam, aut nullum aut aliud daretis responsum. Lucas tamen dicit, quodd pharisæi audito hoc verbo, responderint, absit: quod rale fuit, ac si dicerent, absit vt te occidamus, & ideo percamus. *Dicit illis Iesus, nunquam legistis in scripturis, Lapidem, quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli: & dominum factum est istud, & est mirabile in oculis nostris?* Hæc enim superior parabola idem significat. Principes enim sacerdotum, & Scribæ, & Pharisæi, qui legem exponentes, & populum docentes, Synagogam ædificabant, Christum dominum nostrum, lapidem videlicet angularem, non solum reprobauerunt, verum etiam morte turpissima occiderunt. Hic autem factus est in caput anguli, iungens duos parietes, vnum ex circuncisione, alterum ex præputio venientem. Et hoc quidem à domino factũ est, & est mirabile in oculis nostris. Cui enim non videatur esse mirabile, quod ille, qui modò eum latronibus suspensus fuit, nunc ab vtroque populo caput, & dominus habeatur, & vbique regnans ab omnibus adoretur? *Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* Quia enim hæc & illa fecerunt, quia hunc lapidem reprobauerunt, & Dei filium occiderunt, ideo regnum Dei auferetur ab eis, & dabitur genti populo qui est melior eis. vnde & per prophetam dominus ait, Vocabo nõ plebem meam plebem meam, & nõ misericordiam consequentam misericordiam consequentam. *Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: super quem verò ceciderit, conteret eum.* Illi enim super istum lapidem cadent, qui malè de Christo intelligentes, & à fide catholica aberrantes, in eum offendant. Vnde Apostolus ait, Offenderunt enim in lapidem offensiois: sicut scriptum est, Ecce pono in Sion lapidem offensiois, & omnis, qui crediderit in illum, non cõfundetur. Ipse quoque dominus ait, Beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. Super quem verò ceciderit, conteret eum. Super quem enim cadit dominus, nisi super eos, quibus irascitur, & indignatur? Ipse est enim ille lapis, qui in Daniele abscissus de monte sine manibus, totam illam famosissimam statuam comminuit, per quam omnis iniquorum multitudo figuratur. *Et cum audissent principes sacerdotum & Pharisæi parabolam eius, & cognouerunt quod de ipsis diceret, &c.* Apparet igitur quodd eius verba prius non intellexerunt, atque ideo ita se response damnauerunt. Multoties enim Iudæi eum tenere voluerunt, & non poterunt: vt adimpleretur quod ipse dixerat, Generatio praua, & peruersa signum quaerit, & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ prophetae. Sicut enim fuit Ionas in

ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus: tribus, & non amplius. Hæc igitur est causa, quodd eum tenere volentes, tenere non poterant.

E V T H Y M I I Z I G A B O N I
superi oris Euang. expositio.

Aliam parabolam audite, Homo quidam erat paterfamilias, qui plantauit vineam, &c. Hominem similiter ænigmatice significat Deum, & patrem, propter hominum amorem, & propter parabolæ morem. Plantata autem vinea ab illo, populus est Iudaicus, quam plantauit in terra promissionis. *Dicit enim David, Vineam de Ægypto transtulisti, eiecisti Gentes, & plantasti eam.* Sepes vero lex, non sinens eam commisceri Gentibus. Potest quoque dici sepes, Dei custodia, qua vineam hæc ab omnium circumiacentium Gentium insidijs custodit. *Destruxisti, inquit, sepe eius, & vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam.* Lacus, siue torcular est altare, in quo sanguis effundebatur. Turris vero templum, propter structuræ fortitudinem, ac sublimitatem. Agricola autem, sunt principes sacerdotum, & scribæ, senioresque populi. His enim tanquam præceptoribus concredidit Deus hanc vineam. Protectionem autem patrisfamilias, dicit Chrysofomus longanimitatem, ac patientiam eius in iis, qui peccauerunt. *Quum autem appropinquasset tempus fructuum, &c.* Fructus dictæ vineæ obseruatio erat legalium præceptorum, ac virtutes. Serui autem prophetae: quos diuersos, diuersisque temporibus misit ad repetitionem huiusmodi obseruationis mandatorum, ac virtutum, vt dictum est, variis modis punierunt. Marcus autem, & Lucas tres missiones descriperunt dicentes missos esse: primo vnum seruum, deinde alterum, postmodum tertium. Nec id contradicit iis, quæ scribit Mattheus, nam & hic per duas missiones comprehendit omnes: & similiter illi per tres: hic tamen generalius: illi vero particularius, qui etiam per vnum seruum omnes significat, qui vra missione missi sunt, eodemque tempore. Quid est autem, quod dicit Marcus; *Et hunc lapidantes Iudæi dixerunt?* Quidam dicunt tantumdem significari, ac si dicatur, quod iniuriam in hoc collegerunt, siue impleuerunt. Ego autem puto *ἐκπαλαιώσαι* significare, Caput illi cominuerunt. *Postmodum vero misit ad eos filium suum dicens, &c.* Hoc dixit non quasi futurum: sciebat nanque, quodd hunc reuerituri non essent, sed tanquam id, quodd fieri deberet, ac si diceret; Oportet vt reuerentur filium meum. Lucas autem ait, quodd dixerit dominus vineæ: *Quid faciã: miratam filium meum dilectum: fortassis hunc intuiri reuerẽbitur.* Dixit autem; *Quid faciã: non ex ambiguitate, sed ex humani generis amore, ostendens quantum sint illi curæ ingrati, nondum eos punire volendo: sed modum quaerendo, quo hos exasperatos, redderet mansuetos.* *Dictio autem Ionas apud Lucam* (pro qua vertimus Fortassis) id, quodd decens est, & æquum innuit. *Agricola autem, viso filio, dixerunt intra se, &c.* Considera quam diligenter prædicit ea, quæ ventura erant. At qui occiderunt hunc tanquam Dei filium. Non occiderunt eum

Phal. 79.

Mar. 12. Luca 20.

esse apud angelos super vno peccatore penitentiam agente. Cyril. Quidam verò per seniores filium dicunt significari Israel secundum carnem, per alium verò qui discessit à patre, describitur multitudo gentium. Aug. de quæst. euan. Hic ergo homo habens duos filios, Deus habens duos populos intelligitur, tanquam duas stirpes generis humani, & vnam eorum qui permanserunt in vnius Dei cultu, alteram eorum qui vsque ad colendum idola deseruerunt Deum. Ab ipso ergo exordio creature mortalium, maior filius ad cultum vnius Dei pertinet, minor autem petit ut sibi pars substantiæ quæ cum tangeret daretur à patre. vnde sequitur: *Et dixit adfessor ex illa patris Patre da mihi portionem substantiæ quæ me contingit, tanquam anima potestate sua delectata id quod illi est viuere, intelligere, meminisse, vel ingenio alacri excellere petit quæ diuina sunt munera: hæc autem in potestate sua accepit per liberum arbitrium. vnde sequitur: Et dixit illi, substantiam. The. Hominis substantia rationalitas est, quam comitatur libertas arbitrij, & similiter quæcunque dominus dedit nobis pro substantiâ nostra putabitur, vt caelum terra & vniuersa creatura, lex & propheta. Ambr. Vides autem quòd diuinum patrimonium petentibus datur, nec putes culpam patris quòd adolefcentiori dedit, nulla Dei regno infirmata ætas, nec fides grauarur annis. Ipse certè se iudicauit idoneum qui poposcit, atq; vnam non recessisset à patre: impedimentum necisset atatis. Sequitur enim: *Et non post multos dies congregatis, &c.* Chryl. Minor filius in regionem longinquam profectus est non localiter à Deo descendens, qui vbique est, sed affectu. fugit enim Deum peccator, vt à longinquo flet. Aug. de verb. do. Quisquis enim ita vult esse similis Deo: vt fortitudinem suam ad illum custodiat, nõ ab illo recedat ei coherendo vt custodiat similitudinem & imaginem ad quam factus est. Porro si peruersè vult imitari Deum, vt quomodo Deus non habet à quo regatur, sic ipse velit sua potestate vt, vt nullo regente viuat, quid restat nisi vt recedens à veritate vanescat? Aug. de quæ. euan. Quòd autem non post multos dies dixit factum, vt congregatis omnibus peregre proficisceretur in regionem longinquam, quæ est obliuio Dei: hoc est, quia non multò post institutionem humani generis placuit animæ per liberum arbitrium ferre secum velut quandam potentiam naturæ suæ, & deserere eum à quo condita est, fidens de viribus suis: quas vires tanto consumit citius quanto eum deseruit à quo datae sunt. vnde sequitur: *Et ibi dissipauit substantiam. &c.* Luxuriosam verò vel prodigam vitam vocat amantem fundere atque spaciari pompis exterioribus intrinsecantem: cum ea quisque sequitur, quæ ad alia procedunt, & relinquit eum qui sibi est interior. vnde sequitur: *Et postquam consummasset omnia, facta es famis magna in regione illa.* Fames est indigentia verbi veritatis. Sequitur: *Et ipse cepit egere.* Ambr. Meritò egere cepit, qui thesauros sapientiæ & scientiæ Dei diuitiarumq; caelestium altitudinem dereliquit. Sequitur: *Et abiit & adhasit vni ciuium regionis illius.* Aug. de quæst. euan. Vnus ciuium regionis illius aliquis æreus princeps est à militiam diaboli pertinens: cuius villa est modus potestatis ipsius, de qua sequitur: *Et misit illum in villam suam vt pasceret porcos.* Poteri sunt immundi*

spiritus qui sub ipso erant. Beda. Porcos autem pascere, est ea quibus immundi spiritus gaudent operari. Sequitur: *Et cepit implere venterem suum de siliquis quæ porci manducabant.* Ambr. Siliqua genus leguminis, est intus inanis, foris mollis, quo corpus non reficitur sed impletur, vt sit magis oneri quam vsu. Aug. de quæst. euan. Siliquæ ergo quibus porcos pascere, seculares doctrinae sunt: steriles, vanitatem personantes, de quibus laudes idolorum fabularumque ad deos Gentium pertinentium vario sermone atque carminibus percipiant, quibus daemonia delectantur. vnde cum iste satiari cupiebat, aliquid solidum & rectum quod ad beatam vitam pertineret inuenire volebat in talibus & non poterat. vnde sequitur: *Et nemo illi dabit.* Cyrilus: Sed cum Iudæi multipliciter arguantur in sacra scriptura de multis criminibus, quomodo populo illi conuenient verba maioris filij dicentis: *Ecce tot annis seruius tibi, & nunquam mandatarum tuum praterini:* Est ergo hæc sententia parabola: Arguentibus eum phariseis & scribis quòd reciperet peccatores, proponit presentem parabolam, in qua hominem vocat Deum qui pater est duorum fratrum, iustorum scilicet & peccatorum: quorum primus gradus est iustorum ab initio iustitiam sequentium, secundus gradus est hominum per penitentiam ad iustitiam redutorum. Basilius: Facit etiam ad antiquioris consistentiam magis animus senilis & grauitas quam canities capillorum, nec qui secundum ætatem est iuuenis increpatur, sed iuuenis moribus qui secundum passiones viuunt. Titus, Abiit ergo adolefcentior nondum adultus mente, pertinetque à patre id quod ei de hereditate contingit: vt scilicet non ex necessitate seruiat, sumus enim animalia rationalia liberum arbitrium habentia. Chryl. Dicitur autem scriptura diuidere patrem ex æquo filiis duobus substantiam suam, id est scientiam boni & mali, quæ veræ & perpetuæ sunt opes animæ bene venturi. Quæ enim ex Deo est in prima natiuitate hominibus substantia rationalis, aqualiter cunctis nascentibus datur. De subsequenti autem conuersatione vnusquisque plus aut minus huius substantiæ possidere inuenitur, dum vnus ea quæ sumpserit patris esse credens, quasi paterna custodit: alius sicut propria possessionis licentia dissipandis abutitur. Cõstenditur autem libertas arbitrij quia pater qui neque discedere volentem retinuit, ne liberi arbitrij auferat potestatem, neque manere cupientem cogit abscedere. Abiit autem longè non locorum translatione, sed mentis declinatione. vnde sequitur: *Peregre profectus est in regionem longinquam.* Ambrosius: Quid enim longinquus est quàm à se recedere, nec regionibus sed moribus separari: etenim qui se à Christo separat, exul est patriæ, & ciuis mundi. Meritò ergo prodegit patrimonium qui recessit ab ecclesia. Titus: Vnde denominatus est prodigus, dissipans substantiam suam, id est, intellectum rectum, castimoniam, documenta veritatis, notitiam genitoris, memoriam creatoris, sensus. Ambrosius: Facta est autem in regione illa famis non epularum, sed bonorum operum atque virtutum, quæ sunt miserabiliora ieiunia. etenim qui recedit à verbo Dei, esurit, quia non in solo pane viuunt homines, sed in omni verbo Dei: qui recedit à thesauro, eget. Egere ergo ideo cepit & famem pati: quia

quia nihil prodigæ fati est voluntati. abiit itaque, & adhæsit vni ciuium. Qui enim hæret in laqueo est, & videtur ciuis iste princeps esse istius mundi. Denique ad villam eius mittitur quam emittit, qui se excusat à regno. Bed. in villam enim mitti, est substantia mundialis cupiditate subiugari. Ambr. Pascit autem porcos illos, in quos petiit diabolus introire: in sordibus ac fetore viuentes. Theo. Hos igitur pascit, quia alios precllet in vicio, vt sunt lenones, archipredones, archipublicani, qui alii sunt doctores operationis malæ. Chryl. Vel spiritualibus destitutus operibus, quasi prudentia & intellectu porcos pascere dicitur, hoc est sordidas & immundas in anima sua cogitationes nutrit, & dedit escas irrationabiles, prauæ conuersationis, dulces quidem egenti bonorum, quia suauiter peruersis videtur omne opus carniæ voluptatis, quo virtutes animæ penitus enervat & permittit huiusmodi cibos quasi porcinos, & male dulces, id est, carnalium delectationum illecebras, siliquarum nomine scriptura designat. Ambr. Cupiebat autem siliquis ventrem implere suum, nec enim alia est cura luxuriosis nisi vt ventrem suum impleant. Theo. Quibus nullus dat saturitatem malorum, distat enim à Deo qui talibus vescitur. Daemones autem ad hoc student, ne vnquam saturitas malorum proneniat. Glo. Vel nemo illi dabit, quia cum diabolus aliquem suum facit, vltra ei abundantiam non procurat, sciens cum esse mortuum. In se autem reuersus, dixit: *Quanti mercenarius in domo patris mei abundant panibus, &c.* Greg. Nise. Contemperat patrem in primo recessu adolefcentior filius, & opes paternas profuderat. At vbi lapsu temporis est attritus laboribus, dicit mercenarius fieret, & eodem cum porcis pascere pascere; reddi in domum paternam castigatur. vnde dicitur: *In se autem redi. Quanti merce in domo patris mei abundat panibus, &c.* Ambrosius: Bene in se reuertitur, quia à se recessit. etenim qui ad Deum regressus, se sibi reddi: & qui recedit à Christo, se sibi abdicat. Aug. de quæ. euan. In se autem reuersus est, cū ab eis quæ fornicus frustra illicuit, & seducit, in conscientia suæ interiora suam intentionem reduxit. Basilius. Est autem secundum tres differentias obedientiæ discretio. aut enim metuentes supplicia declinamus à malo, & sumus in dispositione seruitutis: aut mercedis lucri venantes exequimur, quæ mandantur, mercenariis assimilati: aut ipsius gratia boni dilectionis ad eum, qui dedit legem, seruiamus; & sic dispositionem redolemus filiorum. Ambr. Filius enim qui habet sancti spiritus pius in corde, secularis mercedis lucri non querit, sed ius seruat heredis. Sunt etiam mercenarij boni, qui conducuntur ad vineam. Isti non siliquis, sed panibus abundant. August. de quæ. euan. Vnde autem hoc scire poterat in quo tanta erat obliuio Dei, sicut in omnibus idololatriis fuit, nisi quia ista recogitatio respicientis est, cum euangelium prædicaretur? Iam poterat talis animaduertere multos prædicare veritatem, inter quos quidam essent non ipsius amore veritatis ducti, sed cupiditate comparatorum secularium commodorum, qui tamen non aliud annuntiant, sicut hæretici, vnde mercenarij rectè appellantur. In eadem quippe quomodo eundem papem verbi tractantes, non tamen in hereditatem æternam vocari, sed temporali mercede conducti. Chryl.

Signanter autem subdit: *Ego autem hic sum peccator, quasi diceret: Ego non alienus, sed filius boni patris, & frater filij obsequentis, ego liber & generosus, factus sum inferior mercenariis, à summa celsitudine primæ nobilitatis ad infimam humilitatem delapsus.* Greg. Nise. Non prius autem rediit ad pristinam felicitatem quam in se rediens sentiret opprimentis ærumnæ presentiam, & meditaretur penitentia verba quæ subdantur: *Sergan.* August. de quæst. euan. Quia iacebat, et ibi, quia longè aberat: ad patrem meum, quia sub principe porcorum erat. Cetera verò sunt penitentiam meditantis in confessione peccati, nondum tamen egentis: non enim iam dicit patri, sed diciturum se esse præmittit cū venerit. Intelligas igitur hoc nunc accipiendum esse venire ad patrem in ecclesia constitui per fidem, vbi peccatorum legitima & fructuosa iam possit esse confessio: dicit ergo diciturum se esse patri: pater. Ambr. Quam misericors qui offensus, nec paternum nomen dedignatur audire. Peccauit, hæc est prima confessio apud authorem naturæ, præsumit misericordiam, arbitrium culpæ. Sed & si Deus non iuret omnia, vocem tamen tuæ confessionis expectat. Ore enim confessio fit ad salutem, quia alleviat pondus erroris quilibet ipse se onerat, & accusationis excludit inuidiam, qui accusatorem prouenit confitendo: frustra velis occultare: quem nihil fallit, & sine periculo prodas quod scias esse iam cognitum: confiteri magis vt interueniat pro te Christus, roget pro te ecclesia, illacrymet populus, ne vercaris ne non impetres. Adlocutus spondere veniam, patronus promittit reconciliationem tibi paternæ pietatis, pollicetur assertor. Subdit autem, *In calum & coram te.* Chryl. Dicens coram te ostendit hunc patrem Deum debere intelligi, Deus enim solus confessor est omnium, à quo nec in corde meditata peccata abscondi possunt. Aug. de quæ. euan. Vtrum autem hoc est peccatum in calum quod est coram te, vt calum appellauerit ipsam summam patris, in potius peccauit in caeli coram sanctis animabus, coram te autem in ipsi, penetrati conscientia: Chryl. Vel calum hoc loco intelligatur: qui enim in calum peccat, quod est in superum, tamen visibile mētum est, ipse est qui peccat in hominem quem suscepit filius Dei pro salute nostra: Ambr. Vel peccato animæ caelestia significantur dona spiritus immunita, vel quia ab illius gremio matris Hierusalem, quæ est in caelo non oportuit deuari, deiectus autem se exaltare non debet. vnde subdit: *Iam non sum dignus vo. si. tuu.* Et vt merito suæ humilitatis possit attolli subdit, *Fac me sicut vnus de mercenariis tuis.* Beda, Ad filij affectum, qui omnia quæ patris sunt, sua esse non ambigit, aspirare nequaquam presumit, sed mercenarij statum iam pro mercede seruitutis desiderat: veram nec hunc quidem nisi paterna dignatione seruetur posse restatur. Greg. Nise. Hunc autem filium prodigum spiritus sanctus nobis descripsit, vt instruamur nos qualiter debeamus cordis deplorare peccamina. Chryl. Qui postquam dixit: *Iam ad patrem meum,* quod ei cuncta attulit bona, nõ mansit, sed totum iter transiit. Sequitur enim: *Et sur. ve. ad patrem suum, sic & nos faciamus. nec piget nos longitudo via: quia si voluerimus, fiet regressus celer & facilis, dummodo deseramus peccatum, quod nos à domo paterna seduxit. ecc. autem* Bibl. Hom. tom. 2. O 2 pater

pater redeuntibus clemens, nam subditur: *Cum autem adhuc longè esset, &c.* August. de quaest. euan. Ante enim quam intelligeret Deum longè existens, cum tamen iam piè quaereret, vidit illum pater ipsius. Impios enim & superbos cōuenienter non videre dicitur tanquam ante oculos non habens. Ante oculos enim haberi non nisi qui diliguntur dici solēt. Chry. Sensu autem pater pœnitentiam, non expectauit recipere confessionis verba, sed prœuenit petitionem misericorditer agens. vnde subditur, *Et miser. mo. est.* Grego. Nise. Confessionis meditatio pacauit ei patrem vt obuiam iret ei, & oscula collo conferret. Sequitur enim: *Et occurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum.* Quod significat rationale iugum hominis ori impositum per euangelicam traditionem, quæ abiecit obseruantiam legis. Chrysof. Quid enim est aliud quod occurrit, nisi quia nos peccatis impediētibz nostra virtute ad Deum peruenire non poteramus? Ipse autem potens ad inualidos peruenire descendit: osculatur autem os per quod emissa de corde confessio pœnitentis extierat, quam pater letus excepit. Ambr. Occurrit igitur tibi, quia audit te intra mentis secreta tractantem. Et cum adhuc longè sis, occurrit ne quis impediatur, complectitur quoque: in occursum enim præsentiā est, in complexu clementia: & quasi quodam paterni amoris affectu supra collum cadit, vt iacentem erigar, & oneratum peccatis atque in terrena deflexum reflectat ad cælum. malo ergo filius esse quàm onis. Ouis enim à pastore reperitur, à patre filius honoratur. August. de quaest. euang. Vel occurrens cecidit super collum eius. non enim pater vnigenitum filium suum deseruit: in quo vsque in nostram longinquam peregrinationē cucurrit, quia Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Cadere autem super collum eius, est humiliari in amplexum eius brachium suum: quod est dominus Iesus Christus. Consolari autem verbo gratiæ Dei ad spem indulgentiæ peccatorum, hoc est post longa itinera remeantem mereri à patre osculum charitatis. Incipit autem iam constitutus in ecclesia peccata confiteri nec dicit omnia quæ dicturum se esse promiserat. Sequitur enim: *Dixitq. filius ei, &c.* Hoc enim vult fieri per gratiam, quo se indignum per merita fatetur. Non addit quod in illa meditatione dixerat: *Fac me sicut vnum de mercenarijs tuis.* Cum enim panem non haberet, vel mercenarius esse cupiebat: quod post osculum patris generosissimè id designabatur. Chry. Pater autem ad filium sermonem non dirigit, sed ministris loquitur: quia qui pœnitent, orat, sed responsum verbo verè non accipit, misericordiam verò efficaciter in effectu inuenitur. Sequitur enim: *Dixit autem pater ad seruos suos, Cuius proferte stolam primam, & induite illum.* Theo. Seruos vel angelos intelligat administratores spiritus, vel sacerdotes qui baptizare & verbo doctrinæ animam vestiunt in ipso Christo. Quotquot enim in Christo baptizati sumus, Christum induimus. Aug. de quaest. euan. Vel stola prima est dignitas quam perdidit Adam. Serui qui eam proferunt, sunt conciliationis prædicatores. Ambr. Vel stola est amicitia sapientia, quo nuda corporis apostoli tegunt, accipit autem sapientiam primam, est enim & alia quæ mysterium nescit. Annulus autem est sincere fidei signaculi & expressio ve-

ritatis, de quo sequitur, *Et date ei annulum in manu eius.* Bed. Id est in operatione, vt per opera fides clarescat, & per fidem opera confirmantur. Aug. de quaest. Euang. Vel annulus in manu pignus est spiritus sancti, propter gratiæ participationem qua digito bene significatur. Chryso. Vel iubet annulum dari, siue signaculi salutis symbolum, seu magis desponsationis insigne & nuptiarum pignus, quibus Christus ecclesiam sponsat, cum anima respiciens per annulum fidei iungitur. August. de quaest. Euang. Calcamenta autem in pedes præparatio est euangelizandi ad non tangenda terrena, de quibus sequitur: *Et calc. in pedes.* Chryso. Vel mandat calcamenta pedibus imponi, aut propter cooperanda vestigia, vt per lubricum mundi istius iter fixus incedat: aut propter mortificationem membrorum. vitæ enim nostræ cursus in scripturis pes appellatur, & mortificationis species calcamentis imponitur, quia de animalium mortuorum pellibus cōficiuntur. Addit & vitulum illi saginatum iugulandum in conuiuij exhibitione. Sequitur enim: *Et addi. vi. signatis.* id est, dominum Iesum Christum, quem vitulum nominat propter hostiæ corporis immaculati. Saginatum autem dixit, quia pinguis & opimus intantum est, vt pro totius mundi salute sufficiat. Non autem ipse pater vitulum immolauit, sed alijs immolandum tradidit: permittente enim patre consentiens filius ab hominibus crucifixus est. August. de quaest. Euan. Vel vitulus saginatus est ipse dominus secundum carnem factiatus opprobrijs. Quod autem imperat vt adducant eum, quid aliud est nisi vt prædicent eum, & annuntiano faciant venire exhausta fame iudæi filij esurientis? Nam etiam vt occidant eum iubet, hoc est vt morte eius insinuent: tunc enim cuique occiditur, cum credit occisum. Sequitur *Et manducemus.* Amb. Bene carnem vituli, quia sacerdotalis est victima que pro peccatis ficit. Epulantem autem inducit, cum dicit, *epulemur* vt ostenderet quoniam paternus est cibus, salus nostra, & patris est gaudium, nostrorum redemptionis peccatorum. Chryso. Ipse enim pater gaudet in reditu filij & conuiuatur in vitulo: quia misericordiae suæ fructum in immolatione filij sui gaudens creator in acquisitione populi credētis epulatur. vnde sequitur: *Quia hic filius meus mortuus erat, &c.* Ambr. Ille perit qui fuit. Itaque gentes non sunt, Christianus est. Potest tamen & hoc vna species accipi generis humani, fuit Adam & in illo fuimus omnes: perit Adam, & in illo omnes perierunt. Homo igitur in illo homine qui perierat, reformatur. potest & de agente pœnitentiam dictum videri, quia nō moritur nisi qui aliquando vixerit. Et gentes quidem cum crediderint, per gratiam viuificantur, qui verò lapsus fuerit, per pœnitentiam renouiscit. Theo. Quantum ergo ad vitiorum cōditionem mortuus fuerat desperatus. Sed quantum ad humanam naturam quæ mutabilis est, & potest à vitio ad virtutem conuerti, deperditus dicitur. nam minus est perdi quam mori. Quilibet autem reuocatus & mīdatus à crimine, saginatus vituli particeps causa lætitiæ sit patri & famulis eius, id est, angelis & sacerdotibus. vnde sequitur: *Et coperunt omnes epulari.* Aug. Ille epulæ atque festiuitas nunc celebrantur per orbem terrarum ecclesia dilatata atque diffusa. vitulus enim ille in corpore & sanguine

guine dominico, & offertur patri, & pascit totam domum. *Erant autem filius eius senior in agro. Et cum veniret, &c.* Beda. Murmurantibus de peccatorum susceptione scribis & pharisæis, tres per ordinem parabolas saluator posuit. Duabus primis quantum ipse cum angelis de pœnitentiæ salute gaudeat, insinuat. In hac verò tertia non fuit tantummodo suorū; gaudium demonstrat, sed & inuidentium murmur reprehendit. Dicit enim: *Erant autem filius eius senior in agro.* August. de quaest. euan. Maior filius populus Israel est. non quidem profectus in longinquam regionem, sed tamen in domo non est. In agro autem est, id est, in ipsa hæreditaria opulentiæ legis & prophetarum terrena potius operatur. Veniens autem de agro domum appropinquare cepit, id est, labore seruili operis improbat ex eisdem scripturis ecclesiæ libertatem considerauit. vnde sequitur: *Et cum ve. & ap. do. au. in spm. & ebrium, id est,* spiritu sancto plenus vocibus consonis euangelium prædicare. Sequitur: *Et uenit vnum de seruis, &c.* Id est, sumit ad legēdum aliquem prophetarum, & in eo quaerens quodammodo interrogat vnde ista festa in ecclesia celebrantur, in qua se esse non videt. Respondet ei seruus patris propheta. Sequitur enim: *17. dixit illi, Frater tuus uenit, &c.* quasi dicat. In extremis terræ fuit frater tuus, sed inde maior exultatio tantanum domino cætium nouum: quia laus eius ab extremis terræ, & propter eum qui abiens erat, occisus est vir sciens ferre imbecillitatem, quia quibus non est naratum de eo viderunt. Amb. adolescenti autem filio, id est, populo ex gentibus: Israel tanquam maior frater beneficium paternæ benedictionis inuidit: quod faciebant Iudæi, quia Christus cum gentibus epularetur. vnde sequitur: *Indignatus est autem & no. &c.* Aug. de quaest. euang. Indignatur etiam & nunc, & adhuc nō vult intrare. Cum ergo plenitudo gētium introierit, egredietur opportuno tempore pater eius, vt etiam omnis Israel saluus fiat. vnde sequitur: *Pater ex il. egres. co. ro. eum.* Et enim quando quoque aperta vocatio Iudæorum in salutem euangelij: quam manifestationem vocationis tāquam egressum patris appellat ad rogandum maiorem filium: deinde quæ respondit maior filius, quaestiones duas habent. Sequitur enim: *At ille respondens, &c.* De mandato non prætergresso facile illud occurrit, non de omni mandato dictum, sed de vno maxime necessario, quod nullum alium Deum præter vnum creatorem omnium colere visus est. Neque iste filius in omnibus Israelitis, sed in his intelligitur personam habere, qui nunquam ab vno Deo ad simulachra conuersi sunt. Quamquam enim terrena desideraret, ab vno tamen Deo iste desiderabat bona, quamuis communia cum peccatoribus. vnde & in Psalmo dicitur: *Vt iudicium factus sum apud te, & ego semper tecum.* Sed quis est hæc dum quem nunquam accipit ad epulandum? Sequitur enim: *Et nunquam dedisti mihi, &c.* Peccator hæc nomine significari valet. Amb. Iudæus hæc dum requirit, Christianus agnum: & ideo illis Barrabas soluitur, nobis agnus immolatur. Quærit etiam in hæc dum videtur, quia Iudæi ritum veteris sacrificij perdidissent, vel qui hæc dum quaerunt, expectat Antichristum. Aug. de quaest. euang. Sed non inuenio exitum huius sententiæ. Multum enim absurdum est eum, cui post dicitur: *Et tu mecum es semper*

hoc à patre optasse, vt Antichristo crederet. Neque omnino aliquem Iudæorum qui Antichristo credituri sunt, istum filium fas est intelligi. Quomodo autē epularetur ex illo hæc dum, si ipse est Antichristus qui ei non crederet? Ac si hoc est epulari ex hæc dum occasione, quod est de Antichristi perditione letari, quomodo dicit filius quem recepit pater, hoc sibi non fuisse concessum: cum omnes filij de eius perditione letaturi sunt? Ipsum igitur sibi dominum negatum ad epulandum conuenit, dum cum peccatore putat. cum enim hæc dum est illi genti, id est, cum eum sabbati violatorem & prophanatorem æstimat, iucundari illius epulis non meruit. Greg. Quod autem dicit, *Cum amicis meis:* aut ex persona principum cum plebe intelligitur, aut ex persona populi Hierosolymitani cum cæteris populis Iudæorū. Hiero. Vel dicit: *Nunquam dedisti mihi hæc dum,* id est, nullus sanguis prophete vel sacerdotis à Romano imperio nos liberauit. Amb. Impudens autem filius similis est publicano iustificanti se, quia legem seruabat in litera: impiè accusabat fratrem, quod cum meretricibus paternam substantiam prodidisset. Sequitur enim: *Sed postquam filius tuus hic, qui de uorauit, &c.* Aug. Meretricibus autem sunt superstitiones gentilium, cum quibus substantiam dissipat, qui relicto vero connubio veri dei, cum dæmone fecda cupiditate fornicatur. Hiero. In hoc autem quod dicit: *occidisti vitulum saginatum:* cōstitetur uenisse Christum, sed inuidia non vult saluari. Aug. Non autem pater eum quasi mentientē redarguit, sed secum persecerantiam eius approbans ad perfectionem posterioris atque iucundioris exultationis inuitat. vnde sequitur. *At ip. di. it. filij tu semper mecum es. Hiero.* Vel quod dixerat iactantia est, nō veritas cui pater non consentit, sed alia compescit ratione, dicens: mecum es: lege qui fringeris, non quia non peccauerit, sed quia Deus eum eum semper castigando retraxit. Nec mirum si patri mentitur, quia fratri inuidet. Amb. Sed bonus pater etiam hunc saluare cupiebat, dicens: *Tu mecum semper es, vel quasi Iudæus in lege, vel quasi iustus in communione.* Aug. Quid autem sibi vult quod addidit: *Et omnia mea tua sunt?* quasi non sint & fratres, sed sic à perfectis & immortalibus, filiis habentur omnia, vt sint omnium singula, & omnia singulorum, vt enim cupiditas nihil sine angustia, ita nihil cum angustia charitas tenet. Sed quomodo omnia? nōnne & angelos Deus in possessionem tali filio subiecisse putāus est? Si possessionem sic accipias, vt eius possessor ipse sit dominus, non vtique omnia, non enim domini erimus, sed consortes potius angelorum. Si verò possessio sic intelligitur, quomodo rectè dicimus possidere animas veritatem, non inuenio cur non verè ac propriè id possimus accipere. Non enim id loquimur, vt dominas veritatis dicamus animas. Aut si nomine possessionis nō enim ait impedimur, illud quoque aufertur: nō enim ait pater, *Omnia possides, sed omnia mea tua sunt,* nec tamen vt ipsius domini. Quod enim est in nostra pecunia. potest familiæ nostræ vel alimentum esse, vel ornamentum, vel aliud huiusmodi. Ex certè cum ipsum patrem rectè ille possit suum dicere, non video quomodo quoque ipsius, non etiam rectè sua vocare possit, diuersis duntaxat modis: cum enim beatitudinem illam obtinuerimus, Bibl. Hom. tom. 2. O 3 nostra

elementum exprimitur, sed peccato anima caelestia significatur dona spiritus imminuta; vel quia ab illius gremio matris Hierusalem, quae in caelo est, non debuit deuari. *Iam non sum dignus vocari filius tuus.* Delectus enim se exaltare non debet, vt merito suae possit humilitatis attolli. *Fac me sicut vnum mercenarium tuorum.*

Xpm. 15. scriptum est; Vos amici mei estis, si feceritis, quae ego praecipio vobis: iam non dico vos seruos. Haec apud se dixit. Scilicet non satis est dicere, nisi ad patrem venias. Vbi illium requiras? Vbi inuenias? Exurge primo, hoc est, qui sedes ante dormiebas. Et ideo dicit apostolus; Surge, qui dormis, & exurge a mortuis. Iniquitas in talento plumbis sedet. Moyſi dicitur; Tu autem hic sta. Stantes elegit Christus. Exurge ergo; curre ad ecclesiam; hic est pater; hic est filius; hic est spiritus sanctus. Occurrit tibi; qui audit te intra mentis secreta tractantem. Et, cum adhuc longe sis, videt, & accurrit. Videt in peccatore tuo; accurrit, ne quis impediat; completur quoque: in occurſu praesentia est, in complexu clemencia est. Et quasi quoddam patrij amoris affectu supra collum cadit, vt iacentem erigat, & oneratum peccatis, atque in terrena deflexum reflectat ad caelum, in quo suum quaerat auctorem. Cedit in collum tuum Christus, vt certicem iugo exuat seruitutis, & collo tuo iugum suae suspendat. Nonne tibi videtur cecidisse in collum Ioannis, quando erat Ioannes in sinu Iesu, ceruicem recumbens reflexa? Et ideo verbum apud Deum vidit; quia erectus est ad superna. Cedit in collum cum dicit; Venite ad me, qui laboratis, & ego vos reficiam: tollite iugum meum super vos. Cedit ergo in collum hoc modo, si conuertatis, & iubebit proferri stolam, anulum, calceamenta. Stola amictus est sapientiae, quo nuda corporis apostoli tegunt: eo quod se vnusquisque conuoluat: & ideo stolam accipiunt, vt corporis infirmitatem sapientiae spiritalis virtute conuestiant. De sapientia enim dictum est; Lauabit in vino stolam suam. Ergo stola spiritalis indumentum, & vestimentum est nuptiale. Anulus quid est aliud, nisi sinceræ fidei signaculum, & expressio veritatis? Calceamentum autem euangelij praedicationis est: & ideo accepit sapientiam primam. Est enim & alia, quae mysterium nescit, quae accepit dictorum suorum, factorumque signaculum, & quoddam monumentum bonae intentionis, & cursus; necubi offendat ad lapidem pedem suum; & supplantatus à diabolo, dominicae praedicationis officium derelinquat. Ecce praedicationis euangelij ad caelestium cursum dirigens praeparatus; vt non in carne ambulemus, sed in spiritu. Occiditur & vitulus saginatus, vt carnem domini spiritali opimam virtute per gratiam sacramenti mysteriorum consortio restitutus epuletur. Nemo enim, nisi qui timuerit Deum, quod est initium sapientiae, nisi signaculum spirituale vel custodierit, vel receperit; nisi dominum praedicauerit, sacramentis debet interesse caelestibus. Qui autem anulum habet, & patrem habet, & filium, & spiritum sanctum: quia signauit nos Deus, cuius imago Christus, & dedit spiritum pignus in cordibus nostris; vt sciamus hoc anuli

istius, qui in manu datur, esse signaculum, quo cordis interiora, factorumque nostrorum mysteria signantur. Ergo signati sumus, sicut & legimus; Credentes, inquit, signati estis spiritu sancto. Bene autem carnem vituli, quia sacerdotalis est victima, quae pro peccatis febat: epulantem patrem inducit filius, vt ostenderet, quoniam paternus cibus est salus nostra, & patris gaudium nostrorum redemptio peccatorum est. Et hic quidem si ad patrem referas; quia hostia pro peccatis filius est, delectatur pater reditu peccatoris. Supra delectatur filius, inuenta oue, vt scias, quia vna patris, & filij delectatio, vna operatio in ecclesia fundamento. Latatur autem pater, quia filius perierat, & inuentus est; mortuus fuerat, & reuixit. Ille perit, qui fuit, non enim potest perire, qui non fuit. Itaque gentes non sunt; christianus est; iuxta quod supra dictum est; Quia elegit Deus, quae non sunt, vt quae sunt, destrueret. Potest quoque & hic in vno accipi species generis humani. Fuit Adam, & in illo fuimus omnes. Perit Adam; & in illo omnes perierunt. Homo igitur in illo homine, qui perierat, reformatur; & ille ad similitudinem Dei factus, & imaginem, diuinam patientiam, & magnanimitate reparatur. Quid est ergo; Elegit Deus quae non sunt, vt quae sunt, destrueretur? Id est, elegit populum gentium, qui non erat, vt destrueret populum Iudaeorum. Potest & de agente penitentiam dictum videri; quia non moritur, nisi qui aliquando vixit. Et ideo gentes non moriuntur, sed moriuntur sunt. Etenim qui in Christum non credit, semper est mortuus. Et gentes quidem, cum crediderint, per gratiam viuificantur. Qui vero lapsus fuerit, per penitentiam reuiuiscit. Sequitur locus, vt remittendis post penitentiam debeamus fauere peccatis; ne, dum venig alterius invidemus, ipsi eam non mereamur à domino. Quis enim tu es, qui domino contradicas, ne, cui velit, culpam relaxet; cum tu, cui volueris, ignoscas? Vult togari; vult obsecrari. Si omnium iustitia, vbi Dei gratia; Quis tu es, qui inuideas Deo? Et ideo notatur hic frater vsque adeo, vt de villa venire dicatur, hoc est, terrenis operibus occupatus, ignorans quae sunt spiritus Dei, vt deniq; nunquam pro se vel haecum queratur occisum. Non enim pro inuidia, sed pro venia mundi agnus est immolatus. Inuidus haecum querit: innocens agnum pro se desiderat immolari. Ideo & senior dicitur, eo quod cito aliquis pro inuidiam consenscat. Ideo & foris stat; eo quod maleuolentia eum animi lucentis excludat. Ideo chorum, & symphoniam audire non potest, hoc est, non plebis concordia concinentis, quae de peccatore seruato dulcem resulter lætitiæ suauitatis; sed theatralis illa incontentia lasciuiae, vel aulicorum concentus sonorum. Constitute mihi aliquem ex iis, qui sibi iusti videntur, qui trabem in oculo suo non vident, & alieni festucam vitij ferre non possunt. Quomodo indignatur, quando alicui peccatum fatenti, & diu indulgentiam deploranti venia relaxatur? Quomodo aures eius symphoniam populi spiritalem ferre non possunt? Haec est enim symphonia, quando concinit in ecclesia diuersarum ætatum, atque virtutum, velut variarum chordarum indifcreta concordia. Psallamus respondeatur; Amen dicitur. Haec est enim symphonia, quam sciuit & Paulus; & ideo ait; Psallam spiritu; psallam & mente. Haec de parabola

bola praesentem putauimus esse tractanda. Nec inuideamus, si quis duos fratres istos velit referre ad populos duos; vt sit adolſcentior populus ex gentibus, tanquam Israel, qui frater maior beneficium paternae benedictionis inuidit. Quod faciebant Iudaei, cum querebant, quia Christus cum gentibus epularetur; & ideo haecum mali odoris sacrificium requisierunt. Iudaeus haecum requirit, Christianus agnum; & ideo illis Barrabas soluitur; nobis agnus immolatur. Vnde apud illos factor est criminum; apud nos remissio peccatorum, dulcis in spe: suauis in fructu; Qui haecum quarunt, expectant Antichristum. Christus enim boni odoris est victima. Quae res etiam in haecum videtur; quia Iudaei ritum veteris sacrificij perdidit: vel quia nullus sanguis his profuit, sicut Christi sanguis ecclesiae. Non enim redimere eos sanguis potuit prophetarum. Impudens autem, & similis illius publicani iustificantis se arroganti preceem, qui putabat, quod nunquam praeterierit mandatum Dei: quia legem seruabat in littera. Impius, qui accubabat fratrem: quod cum meretricibus paternam substantiam prodegerat; cum debuisset aduertere, quia sibi dictum est; Meretrices, & publicani praecedunt vos in regno caelorum. Stat autem foris; nec excluditur, sed non ingreditur, ignorans voluntatem Dei de vocatione gentium; seruus iam factus ex filio: seruus enim nescit, quid dominus agat; vt cognouit, inuidet, & torquetur ecclesiae bonis; & foris stat. Foris enim Israel; audit chorum & symphoniam, & irascitur; quia hic concinit plebis gratia, & consonat populi iubilatione. Sed bonus pater etiam hunc saluare cupiebat, dicens; Tu mecum semper fuisti. Vel quasi Iudaeus in lege, vel quasi iustus in communionem; & es, si desinas inuidere. Et omnia mea tua sunt. Vel Iudaeus sacramenta possidens veteris testamenti, vel baptizatus etiam noui.

S. IO. CHRYSOSTOMI
Episcopi Constantini in superioribus
Euang. Hom.

Omniun quidem de scripturis quaestionum absolutio, illi soli ita, vt est, nota est, qui dixit; Ego sum veritas. Non autem oportet pia voluntate, & in sensu spiritali ad inquisitionem diuinarum scripturarum accedere: scientes, quod, si aliqui verè inuenerimus, & in hoc ipso inquirendi studio repleuerimus, bonum desiderium mentis attente Deo, intra fines beatitudinis eius erimus. De qua dicitur; Beatus qui impleuit desiderium suum. Qualis autè sit huius concupiscentiae species, adiectio beatitudinis facile declarat, audire volentibus, id est, prudenter audientibus. Quod si non poterimus ad plenam veritatis ipsius intelligentiam peruenire, nec sic tamen longè erimus ab illa beatitudine, quam capiunt, qui impleuit desiderium suum. Neque enim, si non ceperimus id munus, cuius praestandi potestas in alterius manu posita est, reprehensionem sustinebimus; sed, si in iis, quae agere praecipimur, pareamus, praemium laudis iuste adipiscimur: quomodo ergo omnimodis demonstratum est, non solum nullius periculi, sed & plurimae utilitatis esse scrutari diuinas scripturas: quaeramus illam

euangelij parabolam, quae est de patre, & duobus filiis. Nam huius rei causa & de oue, & de muliere comparationes nobis contexto ordine supra recitatae sunt. Quaritur ergo, quis ille sit senior frater, qui ex dimidio data sibi paternae substantiae portionem custodiuit, & inleparabilem à patre suo vitam agere dilexit? Quis vero iunior, qui accepta similiter ex dimidio patris substantia, peregre profectus sit in longinquam regionem, & profligatis illic omnibus partibus suae facultatibus, ad inopiam redactus, porcos alienos pasce re coactus sit; Sed & qualitatem penitentiae eius non omittamus, & adificari patris promptam remissionem, modestamque pietatem, qui reuerenti filio & discessionis praeterita leuitatem, & dissipatae substantiae flagitia non exprobrat, sed venientem elementer suscipit, & occurrentes salutat, & gratulans osculatur, & incumbens requiescit super eum, & vitulum illi saginatum pro leuitia recepti filij epulandum immolat. In quo compunctus senior, dicit patri haec, quae per partes digesta exquisitione sensibus vestrīs plenius intimaui. Necessarium enim est ante omnia percurrere causam, pro qua, & quid volens de propositis saluator ostendere huiusmodi parabolas ad Iudaeos aptauerit. Si enim nobis causa talium comparationum paruerit, tunc & ea, quae de ipsis sentimus, a rationabiliter congruant veritati, facile dignoscetur. Sunt itaque qui dicunt de duobus filiis istis, seniore, angelos esse, & archangelos, vel omnem caeli militiam: iuniorem vero, hominem ponunt, qui in longinquam peregrinationem abierat, quando in terram de calis, & paradiso cecidit. Et aptant quasi consequentia, respicientes ad causam vel statutum Adam. Sed hic sensus pius quidem videtur, nescio tamen si verus sit. Dicit, aliquis, quare quia iunior filius prius ad penitentiam venit, sua sponte recordatus praeterita abundantiae, & patris, sicut habet series lectionis: dominus autem veniens, ad penitentiam vocauit humanum genus, cum sua sponte regredi, vnde ceciderat, non cogitaret. Deinde senior filius, si chorus est angelorum caelestium, sicut praedictum est, quomodo ex reditu, & salute fratris sui in vituli immolatione tristatur, cum in eodem euangelio suo dicat dominus lætitiā esse in caelo apud angelos super vno peccatore penitentiam agente? Discutientes ergo huius parabolae rationem, non alium intellectum vituperamus, sed magis cum sensu illo id, quod nos sentimus, vestro diuidicandum arbitrio cōferimus. Iam enim causam exponimus, quam & domini sermo subiungit de superiori causa, has parabolam introducens, sicut praefati sumus, singularum in his parabolis personarum memoriam facientes. Murrabant Iudaei, & vrebantur inuidia, quod à domino Iesu peccatores suscipi simul, & iam contiuari, & publicanos libenter doctrinae saluatoris intendere viderent. Ad hanc ergo horum insolentiam Iudaeorum aspiciens dominus, reprehendebat eos. Incipit primam de patre illo parabolam, vbi non agnita & nouem ouibus derelictis, ad vna, quae aberrauerat, requiritur abiit; & subnecti hinc aliam parabolam de drachma decima, quam perditam intra domum suam, accensa lucerna, in mulier inuenit. Deinde haec de filiis duobus parabola subsequitur secundum dispensationem, & prudentiae

Xpm. 15.

Xpm. 15.

Xpm. 15.

Xpm. 15.

Xpm. 15.

Xpm. 15.

Xpm. 15.

Xpm. 15.

Xpm. 15.

Xpm. 15.

Xpm. 15.

Xpm. 15.

Xpm. 15.

Xpm. 15.

Xpm. 15.

Xpm. 15.

Xpm. 15.

Xpm. 15.

Xpm. 15.

Xpm. 15.

Xpm. 15.

Xpm. 15.

Xpm. 15.

Xpm. 15.

tum dimisit; Tradidit enim vniuersam creaturam in possessione. Huic cum naturalē, tum scriptam quoque legem adiunxit; quod hac nimirum ratione eruditus, & institutus, legislatoris voluntatem impleat. Deposuit enim ille à nobis spontaneum obsequium, et peregrè profectus est. Non quidem de loco ad locum commigrans; sed mente à Deo decedens, & Deus vicissim ab illo. Siquidem nullum is seruitium detrectantem, vi ad seruitium compellit. *Dispauit substantiam suam viuendo luxuriosè.* A Deo itaq; se iunctus, vixit luxuriosè; & insumpserit substantiam, hoc est, instam animi lucem, temperantiam, veritatis notitiam, Dei memoriam, &c. Quo factum est, vt valida mox fames illum inuaderet. Inuasit autem eum, non inedia panis, aut sitis aquæ; sed desiderium verbi Dei. Eiusmodi enim esuriens prædicatum virtutum iacturam cõsequi solet. *Et abiit & adhaesit vni ciuium regionis illius.* Inedia compulsus, abiit ad eiusmodi regionem, vbi ciues sunt dæmones; vbi extrema bonorum omnium inopia semper vrget. *Et misit illum in vllam suam, vt pasceret porcos.* Tali honore dæmones afficere solent cultores suos: Eiusmodi muneribus cumulant eos, qui suggestionibus illorum morem gerunt. Etenim vt primum quis à Deo desierit, vtque carnis illecebras, & voluptates dæmonibus adherere cœperit; statim quasi in porci naturam versus, vitam tantum spectat. In turpitudinis porrò cæno, vltro citroq; aliquantisper volutatus, meridò inter porcos censetur. Tandem in eiusmodi vitæ obscenitate diu multumque perflans, aliis quoque perditionis forma efficitur; lasciuie luxuriæq; dogmatis certa quadam ratione illos pascens, & nutriens. *Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant, & norma illi dabat.* His insinuat, nullam flagitiorum satietatē enim cepisse. Peccatum autem non iniuria assimilatur siliquis. Nam vt harum gustus suavis est, & tamen adiunctam habent nonnullam asperitatem: ita peccatum quoque ad breue quidem tempus oblectat; verum postea cruciatu prolisè. Paucis, delectat momentanè, sed flagellat æternè. *In se autem reuersus.* Hoc est priorem felicitatem cum posteriori miseria conferens; qualisq; quantus erat, quando cum Deo patre adhuc degebat, animo pettractans; quam teter & miserabilis tandem, posteaquam Deo deserto, dæmonibus cepit esse obnoxius, euaserit, iterum iterumq; expendens, dixit: *Quantum mercenarij.* Hoc est, Christi mysterijs initiati. Deus namque pro sua benignitate, & circa horam tertiam, & circa sextam, & sic deinceps, hoc est nunquam non, vt scriptum est, operarios in vineam suam conduxit. *In domo Pa ris mei abundans panibus.* Hoc est diuinorum donorum, & eloquiorum deliciis affluens; ego verò ingenti earum rerum penuria hic laboro, inediæque miserè pereco. *Surgam, & ibo ad patrem meum.* Hoc est pulchrè eo reuertar, vnde turpiter decessi. *Et dicam ei: Pater, peccati in celum.* & coram te. Pauca hæc verba mihi ad salutem facta fuerint. Noui patris mei suauitatem, noni facilitatem; miserabitur mei poenitentis, & ad sanam mentem reuertentis, quem in peccatis sordibus se volutantem non puniuit. *Et surgens, venit ad patrem suum.* Vnde surrexit? & voluptatum & deliciarum cathedra, & peccatorum fouea: Siquidè bono voluntatis proposito adiunxit opus. Oportet enim non ea solum, quæ Deo sint grata

& accepta, vellet; sed bona animi desideria, per bona opera quoque ostendere. *Chm autem adhuc longe esset.* Quomodo longè? quia Deus hominis poenitentiam, sua misericordia, & benignitate solet anteuertere. *Vidi illum patrem eius, & misericordia motus est.* Quamuis enim Deus sit natura, clementia tamen & benignitate pater est. *Et accurrens, cecidit super collum eius, & osculatus est eum.* Non enim expectauit, vt is in se ipsos collata forent, grata acceptaque habeant. Et cur ego, inquis, parabola eiusmodi quippiam præ se fert? Ecquid nobis illa vult adumbrare? Aliud nihil, quam excellentem Dei clementiam, quæ utique erga omnes, & eos præcipue, qui peccatis desertis, ad sanam mentem redeunt, veròq; poenitentis sensu conuertuntur, tanta est, vt iis, qui poenitentia non indigent, inuidiam quodammodo mouere queat. Nam & in humanis quoque aliquid eiusmodi receptum videmus. Etenim cum quempiam insigni aliquo beneficio affecimus, dicere nonnullam consueuimus: En iste vel ille, quod tanto honore te cumulauerim, me inculcauit. Dicimus hoc autem, non vt hinc, vel illum inuidiæ insinuemus, aut quouis modo calumniemur, verum vt doni, quod obuenit, magnitudinem, per hoc exprimamus. Adde hinc, Christum dominum senioris filij exemplum eos, qui inculpatam, virtutibusq; ornata vitam ducunt, prænonere, & quasi præmunire voluisse; ne quam vnquam maligni diaboli fraudè impulsu, cogitationem admittet, quæ eum peccatorum poenitentium salutem, qualecunque inuidiæ stimulos animo ingerat; verum mente ab istiuscemodi cogitatis, tota vi abducta, de illorum salute potius gaudeant, & in domino exultent. Sunt qui per duos filios, sanctos Angelos & homines, qui in terris vitam degunt, designatos existimant. Et quidem per senioris personam, Angelorum ordinem, per lasciuum autem & prodigum adolecentem, humanum genus denotatum volunt. Non desunt tandem, qui per senioris filium Israël em secundum carnem; per iunioris verò gentium populum insinuatum contendunt. De his opinionibus, scribit Cyrillus, liberum cuique iudicium esto; probet quicquæ studiofus, quod vero affinius iudicat; nihil interim neutra opinionum probatur; neque enim cogitare fas est, sanctos Angelos prodigi filij conuersionem ignorasse; aut festum eius rei causa celebratum, nesciuisse; adeoque quasi rerum ignaros, quid hoc esset, interrogare compulso esse. Sed neque iis quoque assentiri valeo, qui per senioris filium carnalem Israël em accipiunt. Constat namque Israëlitas per vniuersam ferè scripturam diuinitus inspiratum, veluti desertores, & incredulos perstringi; tantum abest, vt paterna mandata illi nūquam præterierint. De parabolis porrò Cyrillus idem scribit & sentit, quod Chrysostomus: nempe dum breuiter, succinctèq; explicantur, vitium rerum notitiam adferre: etsi hoc ipsum obliquè & dissentaneè. Vt autem singulæ parabolæ partes subtiliter, & exquisitè discutiantur, id minimè opus est. Nam præterquam quod commodè istud fieri non queat, sermo quoque modum excedens, nimia copia, & quasi luxu, auditores bene affectos non parum sepe offendet; nimidquæ loquacitate nauisam non paucis moueret. Probat id ex parabola, quæ de homine diuine, qui habebat villicum, capite proximo

proponitur, & explanatur. Enimuerò si quis accuratè explicare velit, quis fuerit homo ille, qui habebat villicum diffamatum: Tum quis illum diffamauerat; hinc cuiusmodi debitorum illi fuerant; mox quinam illi, qui è debitorum summa partem reserant; postremò cur hunc oleum, illum verò frumentum debuisset commemorari, nã orationem ille obscuram, planèque superuacaneam in medium adferret: igitur, non omnes & singulæ parabolæ partes ad rerum propostarum explicationem sunt vtilis: sed quædam tantum. Siquidem id solum ex eiusmodi imaginibus desumendum, & explicandam esse, quod rei quidem obscure nonnullam lucem; auditoribus verò aliquem vsum adferre natum est.

S. AVGVST. EPISCOPI

Hipponensis in idem Euang. Hom.

IN lectione Evangelica, quam audiuimus, de homine dictum est, qui habuit duos filios. Denique filius minor, qui voluit in suam potestatem habere substantiam, quæ illi apud patrem optime seruabatur, factus suæ potestatis, profectus est in regionem longinquam, hæsit principii malo, & porcos paut: fame correptus est, qui futuritate superbus abscesserat. Ergo quisquis ita vult similitudo esse Deo, vt ad illum stet, fortitudinemque suam, sicut scriptum est, ad illum custodiat, non ab illo recedat, ei coherendo, signetur tanquam ex annulo cera affixus, habeat imaginem eius, faciens quod dictum est, *Mihi autè adherere Deo bonum est, vt custodiat similitudinem, & imaginem, ad quam factus est.* Porrò autem si peruerse vult imitari Deum, vt quomodo Deus non habet alium, à quo formetur, non habet, à quo regatur, sic ipse velit suæ potestate vt, vt quomodo Deus nullo formante, nullo regente viuat: quid restat, fratres, nisi vt recedens ab eius calore torpescat, recedens à veritate vanescat, recedens ab eo, quod summe, atque incommutabiliter est: in deterius mutatus deficiat! Hoc diabolus fecit. Imitari Deum voluit: sed peruerse, non esse sub illius potestate, sed habere contra illum potestatem. Homo autem positus sub præcepto audiuit à domino Deo, *Noli, inquit, tangere hæc arborem. Quid est enim illa arbor? Si bona est, quare non tango? Si mala est, quid facit in paradiso? Proris ideo est in paradiso, quia bona est, sed nolo eam tangas. Quare non tango? Quia obedientem te volo, non contradicentem. Serue audi, adhuc serue, sed noli male serue. Serue audi prius domini iussum, & tunc iubentis discere consilium. Bona est arbor, nolo tangas. Quare? Quia dominus sum, & tu seruus. Hæc tota causa est. Si parua est, dedignaris esse seruus? Quid autem tibi expedit, nisi esse sub domino? Quomodo exis sub domino, nisi fueris sub præcepto? Porro si expedit tibi esse sub domino & sub præcepto, quid tibi iussus erat dominus Deus? Aliquid enim querit abs te. Offer mihi sacrificium, dicturus est tibi: nonne ipse fecit omnia, in quibus te fecit? Obsequere mihi, dicturus est tibi, siue ad lectum cū te quiesco, siue ad menfam cum reficio, siue ad balneum cum lauo? Quia ergo nihil abs te indiget Deus, nihil ergo tibi debuit iubere? Si autem debuit aliquid iubere, vt te, quod tibi expedit, sentires esse sub domino, necesse*

Sermo 34. de verb. domini. Et sermo de pilatus ex tract. in Psal. 70.

Psal. 58.

Psal. 72.

Gen. 12.

Psal. 14.

Gen. 2.

1. sent. d. 17. ca. signum.

Psal. 48.

Psal. 70.

Gene. 22.

Gene. 14.

Psal. 70.

cessu ab aliquo prohibendus eras, non propter illius arboris maliciam, sed propter tuam obedientiam. Non putuit Deus perfectius demonstrare, quantum bonum fit obedientia, nisi cum prohibuisset ab ea te, que non erat mala. In qua obedientia tener palmam, sola ibi inobediencia inuenit pœnam. Bonum est, sed nolo tangas. Nô enim non tangendo moriturus eras: Nunquid qui hinc prohibuit, alia subtraxit? Nône est paradïsus fructuosus, plenus arboribus? Quid tibi deest? Hoc nolo tãgas, hinc nolo gustes. Bonum est, sed obedientia melior est. Proinde cum tetigeris, nũquid arbor illa malum erit vt moriaris? Sed inobediencia te subiecit morti, qui prohibita tetigisti. Ideo arbor illa appellata est scientiã dignoicendi boni, & mali, non quia inde talia quasi poma pendebant, sed quicquid esset arbor illa cuiuslibet pomi, cuiuslibet fructus esset, ideo sic vocata est, quia homo, qui nollet bonum à malo discernere per præceptum, discreturus erat per experimentum, vt tangendo veritum, inueniret supplicium. Quare autem tetigit, fratres mei? Quid deerat illi? Dicitur mihi quid deerat illi in paradïso constituto, in media opulencia mediisque deliciis, cui magna delicia erant visitatio Dei, cuius faciem quasi inimici timuit post peccatum? Quid illi deerat vt tangeret, nisi quia sua potestate vti voluit: præceptum rumpere delectauit, vt nullo sibi dominãte fieret sicut Deus, quia Deo vtique nullus dominatur? Male elatus, male præsumens, futurus mortuus, recedendo à via iustitiã, ecce soluit præceptum. Excussit à ceruice iugum, & disciplina habenas non vscendi libidine, sed exultandi animositate dirupit. Vbi est nunc? Certe captiuus clamatur, domine quis similis tibi? Volui esse peruerse similis tibi, & factus sum similis peccati. Sub tua dominatione, sub tuo præcepto vere similis eram. Sed homo in honore positus non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis. Iam de similitudine iumentorum clamatur sero, & dicit, domine quis similis tibi? Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas. Merito superbe serue: Voluisti enim superbe esse similis domino tuo, qui factus eras ad imaginem domini tui. Bene tibi velles vt esset, recedenti ab illo bono. Profusus dicit tibi Deus. Si recedis à me, & bene est tibi: ego nõ sum bonum tuum. Proinde si ille bonus, & nullo alieno bono bonus, & nostrum summũ bonum, ipse recedendo inde, quid eris nisi malus? Item si ipse est beatitudo nostra, quid erit recedenti nisi miseria? Redi ergo post miserã & dic, Domine quis similis tibi? Quantas ostendisti mihi tribulationes multas, & malas, sed disciplina fuit admonitio, non desertio. Denique gratias agens quid dicit? Et conuersus viuificasti me, & de abyssis terre iterum reduxisti me. Quando enim antea? Quid est hoc iterum? Cecidisti ab altitudine, ô homo, mancipium inobediens, superbe aduersus dominum cecidisti. Factũ est in te, Omnis: qui se exultat, humiliabitur: (siet in te, Omnis qui se humiliat, exaltabitur.) Redi de profundo. Redeo, inquit, Redeo agnosco. Deus quis similis tibi? Quantas ostendisti mihi tribulationes multas, & malas, & conuersus viuificasti me, & de abyssis terre iterum reduxisti me. Intellego, audio. Reduxit te enim de abyssis terrã. Reduxisti enim de abyssis terrã. Reduxisti enim à profunditate, & submer-

sione peccati. Sed quare iterum, quando iam factum erat? Sequamur ne forte posteriora Psalmi ipsius exponant nobis, quod hic non intelligimus, quid dixerit, iterum. Ergo audiamus, Quantas ostendisti mihi tribulationes multas, & malas, & conuersus viuificasti me, & de abyssis terre iterum reduxisti me. Quid deinde? Multiplicasti iustitiam tuam, & conuersus cõsolatus es me, de abyssis terrã iterum reduxisti me. Ecce alterũ, iterum, Si hoc iterum soluere laboramus semel positum, quis soluere poterit geminatum? Iam ipsum, iterum, geminatio est: & rursus positum est iterum. Assit ille à quo gratia. Assit brachiũ, quod annunciamus omni generationi superuenturã. Assit ipse, & tanquam clauis crucis suã clauum sacramentum aperiat.

PETRI CHRYSOL. EPI-
scopi Rauenn. in superius Euan. de duobus filiis prodigo, & frugi. Ser. 1.

Hodie nobis dominus patrem cum filiis duobus vocauit, & produxit in medium: vt immensum suã pietatis iudicium, seruum Iudaicã gẽtis inuidiam, reditum supplicem populi Christiani, pulchram panderet per figuram. Homo quidam, inquit, habuit duos filios, &c. Quãtũ pius pater, tantũ hæres impatiens, qui patris fatigatur ad vitam; qui patris, quia tempus audire non potest, nititur auferre substantiam: hic ipsam prerogatiuam filij meruit non habere, qui ea, quæ patris erant, noluit possidere cum patre. Sed queramus, quæ res filium rapuit hos ad ausus: ad petitionem rãtam fiducia quæ leuauit. Quæ res illa scilicet, qua caelestem patrem sciebat nullo claudendum sine, concludendum tempore nullo, nulla mortis potestate soluendum. Et ideo cupit viuẽdi libertate gaudere, qui ditari noluerat facultatibus decedentis. Denique illam fuisse huius petitionis * offensam, genitoris largitas comprobauit. Et diuisit, inquit, illis substantiam. Petente vno, ambobus totam substantiã mox diuisit, vt sciret filij, quod aut tenebat pater, non fuisse auaritiã, sed amoris, prouidentia, non inuidia, non dedisse. * Tenebat pater seruare substantiam filiis, non negare, manere eam pignori cupiens, non perire. Beati filij, quorum tota est in patris charitate substantia. Beati quibus manet tota in obsequio patris, in patris cultura possessio. Ceterũ facultates vnitatem scindunt, fraternitatem perdunt, & violant charitatem, sicut ex sequentibus elucescit, Et non post multos hos dies, congregati, inquit, omnibus, adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam, &c. Ecce quid facit cupiditas ad censum præceptis. Ecce quemadmodum sine patre census nudauit filium, non ditauit: census filium tulit è gremio patris, eiecit de domo, exemit patria, spoliavit fama, exuit castitate. Quod vitæ, quod morum, quod pietatis, quod libertatis, quod est gloriæ, nil reliquit. Cuiem denique in peregrinum, filium in mercenarium, in egenum locupletem, liberum mutauit in seruum, iunxit porcis, à patre piissimo quem se iunxit, vt seruiret cenofo peccati, qui pietati sanctæ parere contempsit. Congregati, inquit, omnibus adolescentior. Adolescentior iste plane

1. sent. d. 17. ca. signum.

1. Reg. 19. 4. Reg. 1.

Psal. 138.

Psal. 30.

Non reuerens, quod natura le eras, per peccatum est perditum, sed infirmatum.

plane non ætate, sed sensu; qui congregauit bona patris, & abiit longè plus mente, quam loco: vt dato, non accepto precio, misere se venderet seruituti. Sic mercator ad talem contractum peruenit, qui parentum debitum nescit soluere, qui vicem nescit reddere generanti. Est penes patrem dulcis conditio, libera seruitus, absoluta custodia, timor lætus, blanda vltio, pauperas diues, secura possessio. Nanque ad patrem labor respicit, fructus redundat in filios. Dissipauit, inquit, substantiam suam. Quæ composita fuerant, patre moderante, prodigente filio, dissipantur: vt vel tarde sapiat patrem custodem, non incubatorem fuisse substantiã. Vniendo luxuriosus. Mortalis est ista vita, quia moritur virtutibus, qui vitiiis viuitt; sepelitur fama, perit gloria, qui manet turpitudinẽ, crescit infamie. Et, postquam consumpsisset omnia, sicca est fames valida in regione illa. Luxurie, ventri, gula, fames torret apponitur: vt tibi vltix pœna sciat, vbi pœnalis reatus exararat. Facta est fames valida. Ad talem finem semper voracitas tendit, ad talem peruenit terminum fugienda voluptatis effusio. Et ipse cepit egere. Filium data facit egere substantia, quæ diuitẽ negata seruabat, vt penes se deficeret habendo, qui penes patrem abundauerat, non habendo. Et ad hanc vni cuius regionis illius, &c. Sic inuenit, qui se negat patri, qui se committit extraneo; vt sentiat seuerum iudicem, qui fugit indulgentissimum prouiderem. Affectiois desertor, pietatis refugia, deputatur porcis, porcis additur, porcorum traditur seruituti, porcorũ pasca lutulenta percurrit, in quieti gregis teritur, & maculatur excusis, vt sentiat quam miserum sit, amatum quã sit, quietis paternã beatitudinem perdidisse. Et cupiebat implere ventrem, &c. Quã crudele ministerium, quia neque conuinit porcis, qui viuitt porcis. Miser, qui porcorum deficit, & esurit in faginam. Miser, qui squalentis cibi cupit, nec impetrat qualitatem. His edocti, instructi talibus, maneamus in domo patris, matris in gremio perditum, cognatorum cõstruigamur amplexibus, viscera nos paternã constringant: ne nos ad supradicta mala pertrahat adolescentie miseranda libertas. Sepiat nos paternã reuerentia, matris componat affectio, cognatorũ custodiamur affectibus. Inter propinquorum lumina nõ valent delicta versari: propinquorum quot oculi, tor lucerna; Dies est aspectus matris, Sol patris rutilat in vultu. Vnde viuenti inter tot virtutum duces, criminum tenebra propinquare non possunt. Sed mensa patris nos alit virtutis cibo, salus epulo, delicias honestatis, & gloriæ. Et quia lætus nos de hac parabola dicere cogit proluxa series lectiois, quis sit pater in donando facilis, facilius in recipiẽdo, quis sit frater, fratris tristissimus in salute: quis adolescentior in abscellu inspiens, & sapientissimus in regressu, sequenti sermone votis communibus inquiremus.

EIVSDEM IN IDEM
Sermo 2.

Vxuriosum filium, filium patris piissimi desertorem, quæ perculerint mala, in tantum, vt fame tabidum porcorum dederit seruituti, superiore, quod valuimus, sermone perstrinximus.

Nunc eius reditum, nunc eius pœnitentiam, meliore iam voto, verbis lactioribus prosequamur. In se, inquit, reuersus dixit, &c. In se reuersus est, in se ante redit, vt rediret ad patrem, qui à se ante recesserat, cum recessit à patre. A se migrat, & ab homine totus transiit in bestiam, paternã pietatis immemor, gratiã genitoris oblitus. Fames renouat, quem saturitas exularat: fames illi patrem dedit sapere, cui copia abstulerat sentire genitorum. Et, si tantum pelticit vel inuita fames, probate quod volutarium possit conferre ieiunium. Oneratus vetter ad vitia cor deponit, premie mentem, ne supernam valeat sentire pietatem. Corpus, inquit, quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sentium multa cogitantem. Vnde & Dominus, Ascendite, ne grauentur corda vestra crapula, & ebrietate. Vacuandus est ergo venter moderatone ieiunij, vt exoneratus animus possit ad alta pertere, conscendere ad virtutes, possit ad ipsum pietatis authorem totus aliger peruolare. Hoc Elias probat, qui dominici continuatione ieiunij defecatus à carnali pondere, mortis victor euolauit ad caelum. Surgam, & ibo ad patrem meum. Iacebat, qui dixit, surgam: intẽ flexit lapsum, sensit ruinam, iacere se, curpis luxuriæ respexit in lubrico, & ideo exclamans, surgam, & ibo ad patrem meum. Quæ spe: qua fiducia: qua confidentia: qua spe? Illa, qua pater est. Ego perdidit, quod erat filij: ille, quod patris est, non amisit. Apud patrem non intercedit extraneus, intus est in patris pectore ipse, qui interuenit, & exorat, affectus. Vrgentur patris viscera, iterum filium genitura perueniam. Ibo ad patrem reus. Sed pater, viso filio, cooperit mox reatum, dissimulat iudicem, qui magis vult implere genitorem, & sententiam cito vertit in veniam, qui redire cupit filium, non perire. Pater, peccasti in caelum, & coram te. Confessio patrem parat, genitorem loquitur penitudo. Peccasti in caelum, & coram te. Cui peccatur in caelo, non terrenus pater est, sed caelestis, ideo adiecit; Coram te. Cui in caelo, & in terra, ante oculos sunt omnia, quæ geruntur. Peregre profectus est ille, & in regionem longinquam fugit, sed accusatores suos, sed testes suos, diuini patris oculos non refugit. Hoc David clarius aperit, sic dicendo: Quo ibo à spiritu tuo? & à facie tua quò fugiam? Si ascendero in caelum, tu illic es: si descendero in infernum: ades: si sumpero pennas meas diluculo, & habitauero in postremo maris; Etenim illic deducet me manus tua, & tenebit me dextera tua. Vider iste per totum mundum nada Dei oculis delicta consistere: non caelum, non terram, non Maria, non abyssum, non ipsam noctem Deo velare posse peccata. Sentit, quantum sit sceleris, mali quantum, in ipso Dei peccare conspectu: & ideo clamat: Tibi soli peccauit, & malum coram te feci. Vnde & iste adolescentior similiter vociferatur, & clamat: Peccasti in caelum, & coram te, & iam non sum dignus vocari filius tuus. Non dicit: Non sum dignus esse filius tuus, sed, non sum dignus vocari filius tuus: quia vocari ad gratiam, pertinet esse ad naturam. Audi Apostolum dicentem: Ab eo, qui vos vocauit in gratiã suã. Hic ergo adolescentior, quia perdidit, quod erat natura, iudicat se quod est gratiã, non mereri. Fac me sicut vnum de mercenariis tuis. Ecce, potestatis suã filius quod denuit: voluptas luxuriã, adolescentie libertas, ecc.

dam habuit, inquit, duos filios. Posteaquam Christus nostræ carnis suscepit oves, & Deus induit exuvias humanas; veraciter se Deus hominem vocat; dominus patrem verè se duorum nuncupat filiorum; quia humanitati permixta deitas, deitati confociata pietas, miscuit hominem, & Deum: quæ dominum vniuit in patrem. Hic ergo homo, Pater hic, duos filios habuit cõditoris * pontificio, non necessitate generantis, duos filios habuit, quos non emeruit esse, sed iussit: quia Christus sic in oculis nostris fuit homo: vt Deus semper in maiestatis suæ maneret arcano. *Duos filios habuit.* Duos scilicet populos, Iudaicum, & Gentilemque; sed Iudaicum seniore prudentia legis fecit; Gentilem paganitatis stulticia reddidit iunior. *m.* Quia sicut sapientia dat canos; ita, quicquid viri est, tollit insipientia. Hunc ergo iuniorum mores præstitere, nõ atates; seniore illum non tempora fecerunt esse, sed sensus. *Et dixit, inquit, adolecenti: ex illis patri. Pater, da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit.* Cognitorem pectoris non voce petit iste, sed voto: quia à Deo bona, malæve reportat propria voluntas in nobis. Denique iste cum patre possessor totius sortis, ad patrem propria voluntate peruenit: dicendo; *Da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit.* Et quæ est ista portio? quæ est? *Habitus, Sermo, Scientia, Ratio, Iudicium, quæ hominem præ ceteris animalibus in terrena habitatione contingunt, hæc est, iuxta Apostolum, lex naturæ.* Et ideo diuisit illis substantiam, dando iuniori quinque ista, quæ diximus, beneficia naturæ; seniori quinque legis libris diuinitus inscribendo: per quæ substantia impar merito, numero par esse, humanum tenet ista ordinem, diuino illa subsisteret instituto: vtraque tamen lex filios verosque ad notitiam patris perduceret, ad reuerentiam sui seruaret auctoritas. *Et non post multos dies, inquit, congregatis adolecentior, &c.* Diximus iuniorum non tempora fecisse, sed mores; & ideo dixit; *non post multos dies.* Quia cum principio ipso mundi festinauit gentilitas ad idolorum patriam; ad longinquam diaboli regionem animo est peregrinata, non loco; & per elementa vanis est peragata cogitationibus: nec non est corporeis motibus iactata per terras: nanque coram patre sine patre erat; & cum in se esset, non erat secum. Hinc est, quod luxuriosus per desiderium secularis eloquentiæ, per scholarum lapanaria, quæ trinita sectarum, dissipauit Dei patris dementi disputatione substantiam. Et, cum consumpsisset cõiecturis, quicquid erat sermonis, scientiæ, rationis, iudicij; egestatem summam, famem magnam cognoscendæ veritatis miserimus sustinebat: quia philosophia querendæ diuinitatis indixit laborem; veritatis inueniendæ fructum contulit nullum. Hinc est, quod adhærebat primario regionis illius, à quo mittebatur in istud sæculum, hoc est, in vnâ multarum superstitionum villam: vt pasceret porcos, id est, demones, qui dicunt domino; Si eiciis nos, mitte nos in porcos. Vt pasceret demones thure, victimis, sanguine, fallarum responsum mercedem pro tali labore relaturus. Occidebatur pecus; vt, quod viuum nil scierat, diuinaret occisum; & loqueretur ex fibris mortuum, quod nquam fuerat ore prolocutum. Verum, cum nil salutare, profuturum nil gentilibus inueniret in talibus; desperans de Deo, de providentiâ, de iudi-

cio, de futuris, ab schola ad ventris se deponerat ingluuiem, cupiens saturari de siliquis, quas porci manducabant. Hoc norunt Epicurei, qui, cum Platonicas, & Aristotelicas perecrenterent scholas, nullamque illic aut diuinitatis, aut scientiæ inuenirent disciplinam; Epicuro se tradunt victimis, de desperationis, & voluptatis auctori. Et manducant siliquis, hoc est, voluptatibus corporis male dulcibus inhiant, & pascunt demones, qui semper corporum vitis saginantur, & sordibus: quia, sicut domino qui se iungit, vnus spiritus est: ita, qui se iungit diabolo, est demon vnus. Sed hic iunior, quantum cuperet, non tamen saturabat de siliquis istis ventrem suum. Quare quia nemo illi dabat. Diabolus quidem volebat per famem scientiæ, per voluptatum difficultatem, Gẽtilem reddere audiorum ad illicita perquirenda, ad perpetranda delicta: sed Deus patrem ideò permittit: venit Gentilem, vt erroris occasio salutaris fieret argumentum: * namque diabolus sic reliquit, vt perderet; & Gentilem sustineret passus est famem, vt rediret. Redit autem ad patrem, & clamar; *Pater, peccauit in calum, & coram te.* Rediisse iuniorum ad domum patris, & clamare Deum patrem, vox Ecclesiæ quotidiana restatur; quæ dicit; *Pater noster, qui es in caelis. Peccati in calum, & coram te.* Peccauit in calum, dum in celo Solem, Lunam, Sidera, deos esse blasphemar; & hæc eadem profanat adorando. *Et iam non sum dignus vocari filius tuus, sic me fecit vnus de mercenariis tuis.* Hoc est dicere, quia non mercediã filij gloriam, vel veniã cõsequar pro v erecenario labore mercedem. Et cui honor sobolis perit, saltem vitalis maneat in quotidiano pane substantia. Sed pater occurrit, & occurrit longè. Cùm adhuc impij essemus, Christus pro nobis mortuus est. Occurrit pater, occurrit in filium, cum per ipsum de celo descendit, & peruenit ad terras. Pater, inquit, qui me misit, mecum est. *Cecidit super collum eius.* Cecidit, cum per Christum diuinitas tota nostra decumbit, & incumbit in carne. *Et servatus est eum.* Quando? quando misericordia, & veritas obuiauerunt sibi; iustitia, & pax osculate sunt se. *Dedit stolam primam.* Illam, quam Adam perdidit, immortalitatis gloriam sempiternam. *P. fuit annulum in manu eius.* Annulum honoris, titulum libertatis, insignis pignus spiritus, signaculum fidei, archam celestium nuptiarum: audi Apostolum; *Desponsauit vos vni viro, virginem castam exhibere Christo.* *Et calcet non a in pedibus eius.* Vt essent calciaati pedes in prædicatione Euãgelij, vt essent beati pedes euangelizantium pacem, *Et occidit ei vitulum saginatum.* illum, de quo David cantabat, *Et placebit Deo super vitulum nouellum, cornua producentem, & vngulas.* Occiditur patre vitulus sciubente: quia Christus Deus Dei filius occidi sine patris voluntate non poterat: audi Apostolum; *Qui proprio filio non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum.* Hic est vitulus, qui in epulum nostrum quotidie, ac iugiter immolatur. Sed frater senior, sed senior filius veniens ex agro, populus legalis, messis quidem multa, operari autem pauci: audit in domo patris symphoniam, audit choros, & introire non vult. Hoc quotidie oculis nostris intuemur. Nam veni Iudæus ad domum patris, id est, ad Ecclesiam, stat suis per inuidiam, audit Davidicam citharam personare, audit ex concentu Prophe-

teo symphoniam, ex populorum vario conuentu choros audit, & introire nõ vult per inuidiam stans foris. Dum gentilem fratrem pristinis iudicet, & horret ex moribus, ipse paternis bonis se eximit, ipse se paternis excludit gaudiis. Quod autem dixit; *ecce tot amicus serui tui, &c.* Tacendum potius, quam loquendum esse iam duximus, quia Iudæus loquitur; & non facientis verba sunt, sed timentis. Pater egreditur, & dicit filio; *Filius tu semper mecum es.* Quomodo? per Abel, per Enoch, per Sem, per Noë, per Abraham, per Isaac, per Iacob, per Moysen, per omnes sanctos, per quos Iudæica generatio in Euãgelio lecta derivatur, cum dicit, Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Iacob. *Et omnia mea tua sunt.* Quemadmodum? quia tibi lex, tibi prophetia, tibi templum, tibi sacerdotium, tibi sacrificia, tibi regnum, tibi muneris, tibi (quod est super omnia) natus est Christus. Sed, quia tu per inuidiã perdere vis fratrem, paternas epulas, patris gaudia dignus es non habere. Angusto sermone res lassissimas, non vt volumus, aperire potuimus; sed scientiæ vestræ, intellectui vestro lata sunt, quæ in sermone nostro videntur angusta. Non fit hæc ingrata, simplex, & inculca collatio, quæ nos res mysticas & excellentias non narrare, nõ declarare, sed aperire compulsi, & explanare.

BEDÆ VENERABILIS
presbyteri eiusdem Euang.
expositio.

Att autem, *Homo quidã habuit duos filios, &c.* Murmurantibus de peccatorum susceptione scribis, & pharisæis, tres ex ordine parabolas saluator posuit, duabus primis, de quibus disputatum est, quantum ipse cum angelis de penitentium salute gaudeat, insinuans: Tertia verò, quæ sequitur, non suum tantummodo, suorumque gaudium demonstrans, sed & inuidientium murmur reprehendens. Homo itaque, qui duos filios habuisse dicitur, Deus pater intelligitur, duorum videlicet genitor populorum, & quasi duarum generis humani stirpium auctor, atque creator. Maior enim filius, eos, qui in vnus Dei permanere cultura: Minor eos, qui vsq; ad colenda idola Deum deseruere, significat. Pars substantiæ, quæ minorem filium contingit, ipse sensus in homine rationalis est. Viuere enim, intelligere, meminisse, ingenio alacri excellere, diuini substantia muneris est. Quam minor filius expetit à patre, cum homo sua potestate delectatur, per liberum sese arbitrium regere, atque à dominio quæsiuit exuere conditoris. Diuisitq; illis substantiam, sive delibus, scilicet suæ gratiæ protectionem, quam desiderabant, impediendo, infidelibus verò naturalis solam ingenij, quo contenti erant, beneficium concedendo. *Et post multos dies congregatis omnibus, &c.* Longe profectus est, non locum mutando, sed animum. Quanto etenim quisque plus in prauo opere delinquit, tanto à Dei gratia longius recedit. Quod nõ post multos dies dixit factum, vt congregatis omnibus, peregre proficisceretur in regionem longinquam: quia non multo post institutionem humani generis, placuit animæ per liberum arbitrium ferre secum quandam velut potentiã naturæ suæ, & deserere eum, à quo con-

dita est, præsidens viribus suis. Quas vires tanto consumit citius, quanto cum deserit, à quo data sunt. Itaque hanc vitam prodigam vocat, amantem fundere, atque spariati pompis exterioribus, intus inanescentem, cum ea quisque sequitur, quæ ab illa procedunt, & reliquit eum, qui sibi est interior. *Et postquam omnia dissipasset, &c.* Omnia, quæ dissipauit, ornamenta naturæ, quæ consumpsit, significat. Fames in regione longinqua, indigentia verbi veritatis est, in obliuione creatoris. De qua dictum est in prophetis; *Quia mittet dominus famem in terra, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei.* *Et ipse cepit egere, &c.* Merito egere cepit, qui thesauros sapientiæ Dei, diuitiarumque celestium altitudinem dereliquit. Vnus autem ciuium regionis illius, cui egens adhaesit, ille est vtrique, qui concupiscentiis terrenis merito suæ peruersitatis præpositus, princeps huius mundi à Domino vocatur. Et de quo Apostolus. *Deus (inquit) huius sæculi, excæcauit mentes infidelium.* *Et misit illum in villam suam, vt pasceret porcos.* In villam mitti est, substantiæ mundialis cupiditate subiugari. De qua in alia parabola quidam spirituales epulas, ad quas inuocabatur, fastidians dixit; *Villã emi, & necesse habeo exire, & videre illam.* Porcos verò pascere est, ea quibus immundi spiritus gaudet, operari. *Et cupit implere ventrem suum, &c.* Siliquis, quibus porcos pascit, sunt doctrinæ faculares, sterili fauitate resonantes, de quibus laudes idolorum, fabularumque ad deos gentium vario sermone, atque carminibus percrepant, quibus demonia delectantur. Vnde cum ille saturari cupiebat, aliquid solidum & rectum, quod ad beatam vitam pertinere, inuenire volebat in talibus, & nõ poterat. Hoc est enim quod ait; *Et nemo illi dabat.* *In f. autem verus suus, iam scilicet ab eis, quæ fornicus frustra inueniunt, & seducunt, in conscientia interiora reducem faciens intentionem suam.* *Dixit, inquit, mercenarij patris mei, &c.* Vnde hoc scire poterat, in quo tanta erat obliuio Dei, sicut in omnibus idololatris fuit, nisi quia ista recogitatio iam respicientis est, cum uangelium prædicaretur? Mercenarij ergo patris abundant panibus, quia qui futuræ mercedis intuitu digna operari satagunt, cotidianis supernæ gratiæ reficiuntur alimoniis. At vero fame preuent, qui extra patris ades positi, ventrem cupiunt implere de siliquis. Id est, qui sine fine viuentes, vitam beatam inanibus philosophiæ studiis inquirunt. Sicut enim panis, qui cor hominis confirmat, verbo Dei, quo mentem reficiat assimilatur, ita siliqua, quæ & ipsa intus inanis, foris mollis est, & corpus non reficit, sed implet, vt sit magis oneri quam vsui, seculari sapientiæ non immerito comparatur, cuius sermo facundie plausu sonorus, sed virtute vilitatis est vacuus. *Surgam, & ibo ad patrem meum, &c.* Quam misericordem piūque nouerat patrem, qui nec offensus à filio, patris dignegetur audire vocabulum. *Surgam ergo (inquit) quia me iacere cognoui.* *Et ibo, quia longe recessi.* *Ad patrem meum,* quia sub principe potcorum miserabili egestate tabesco. *Peccauit autem inuolens, coram spiritibus angelicis, sanctisque animabus, in quibus sedes est Dei, significat.* *Coram te vero, in ipso conscientiæ interioris conclau, qua Dei solius oculi penetrare valebãt.* *Et iam non sum dignus vocari, &c.* Ad filij quidem affectu, qui omnia,

* forte, vestit, vel aliquid eiusmodi.

* forte, opificis.

Rom. 1.

1. Cor. 1.

Mat. 1.

* leges, & p. m. s. p. m.

Mat. 1.

Exemptio in Lucas.

Mat. 1.

Mat. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

Rom. 1.

Luc. 10.

* ides operari, inquam, atque gloria esse Deo gratiam.

nia, quæ patris sunt, sua esse non ambigit, adspirare nequaquam præsumit, sed mercenarij statum, iam pro mercede seruiturus desiderat. Verum ne hunc quidem, nisi paterna dignatione se mereri posse testatur. Vbi sunt ergo Pelagianiste, qui sua se virtute saluari posse confidunt, contra apertissimam veritatis sententiam, quæ ait, Sine me nihil potestis facere? *Et surgens venit ad patrem suum.* Venire ad patrem est, in ecclesia constitui per fidem, vbi iam possit esse peccatorum legitima, & fructuosa confessio. *Cum autem adhuc longe esset.* Et antequam intelligeret Deum, sed tamen cum iam pie quæreret. *Vidit illum pater ipsius.* Impios enim, & superbos conuenienter non videre dicitur, tanquam ante oculos non habere. Ante oculos enim haberi non nisi qui diliguntur dici solent. *Et misericordia motus est, &c.* Non enim pater vnigenitum filium deseruit, in quo vsque ad nostram longinquam etiam peregrinationem cucurrit, atque descendit. Quia Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Et ipse dominus ait, Pater, in me manes, ipse facit opera sua. Quid est autem cadere super collum eius, nisi inclinare, & humiliare in amplexu eius brachium suum? Et brachium domini cui reuelatum est, quod est vtiq; dominus noster Iesus Christus. *Et oscularus est eum.* Consolari verbo gratiæ Dei ad spem indulgentiæ peccatorum, hoc est post longa itinera remeantem, à parte mereri osculum charitatis. *Dixitq; ei filius. Pater, peccavi, &c.* Incipit iam peccata constitutus in Ecclesia confiteri, nec dicit omnia, quæ dicturum se esse promiserat, sed vsque ad illud, *Non sum dignus vocari filius tuus.* Hoc enim vult fieri per gratiam, quo se indignum esse per merita fatetur. Non addidit, quo illa meditatione dixerat, *Eae me sicut vnum de mercenarij tuis.* Cum enim panem non haberet, vel mercenarius esse cupiebat. Quod post osculum patris, generosissime iam dedignatur. Intelligit namque, inter filium, mercenarium, & seruum, non minimam esse distantiam. Seruum videlicet esse eum, qui adhuc metu gehennæ, siue presentium legum, à vitis tempestat. Mercenarium, qui spe atque desiderio regni caelorum. Filium, affectu boni ipsius, atque amore virtutum. In quarum virtutum triu consummatione, beatus Apostolus omnem salutis summam concludens, Nunc (inquit) manet fides, spes, charitas, tria hæc. Maior autem his, charitas. Fides namque est, quæ futuri iudicij, ac suppliciorum metu, vitiorum facit contagia declinare. Spes, quæ mentem nostram de presentibus auocans, vniuersas corporis voluptates, caelestium præmiorum expectatione contemnit. Charitas, quæ nos ad mortem Christi, & spiritualium virtutum fructum, mentis ardore succendens, quicquid illis contrarium est, toto facit odio detestari. Vnde prodigus iste, postquam in semetipsum reuerfus, diræ famis supplicia formidabat, velut iam seruus effectus, etiam mercenarij statum, de mercede iam cogitans, concupiscit. Sed ei pater occurrens, non contentus minora concedere, vtroque gradu sine dilatione transcurso, pristina filiorum restituit dignitati, nec iam de mercede conductoris, sed de hereditate fecit cogitare patris. *Dixit autem pater ad seruos suos. Cito proferte, &c.* Stola prima est, vestis innocentiae, quam homo bene conditus accepit, sed male persuasus amisit, quando post culpam præuaticationis co-

gnouit esse se nudum, gloriæque immortalitatis perditam pelliceam, hoc est, mortale lumpsit indumentum. Serui, qui eam proferunt, reconciliationis prædicatores sunt. Proferunt enim stolam primam, quando mortales, terrenisque homines ita sublimandos afluerauerunt, vt non solum ciues angelorum, sed & heredes Dei, & coheredes sint Christi futuri. *Et dase anulum in manu eius, &c.* Anulus est vel syncera fidei signaculum, quia cuncta promissa in credentium cordibus certa impressione signantur, vel nuptiarum pignus illarum, quibus ecclesia sponsatur. Et bene anulus in manu datur, vt per opera, fides clarescat, & per fidem, opera firmetur. Calciamentum autem in pedes, officium euangelizandi denunciant, vt cursus mentis ad caelestia tendens, à terrenarum contagio rerum inuoluta seruetur, & munda, priorique munus exemplis, super serpentes, & scorpiones securus incedat. Manus igitur, & pedes, id est, opus ornatur, & cursus. Opus vt recte viuamus. Cursus, vt ad æterna gaudia properemus. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. *Et adducio vitulum saginatum, & occidite.* Vitulus saginatus, ipse item dominus est, sed secundum carnem. Et bene saginatus, quia caro eius ad eo spiritali est opima virtute, vt pro totius mundi salute sufficiat in odorem suauitatis, ni dorem videlicet immolationis, ad Deum mittere, & pro omnibus exorare. Adducere autem vitulum, & occidere est, prædicare Christum, & mortem eius insinuare. Tunc etenim cuique nostrum quasi recens occiditur, cum credit occisum. Tunc caro eius comeditur, cum eius passionis sacramentum, & ore ad emidationem percipitur, & corde ad imitationem cogitur. *Et manducemus & epulemur, quia hic filius meus, &c.* Non solum filius, qui reuixit, & inuentus est, verum pater, & serui illius, sacrosancti vituli, qui propter filium occisus erat, carne refecti epulantur. Quia patris cibus salus est nostra, & patris gaudium, nostrorum est remissio peccatorum. Nec tantum patris, sed & filij, & spiritus sancti. Quia sicut vna in diuinitate voluntas, & operatio, ita & vna est delectatio sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Vnde beatus Abraham tres Angelos hospitio recipiens, vitulum tenerimum, & opimū occidisse, eisque cum lacte, pane, & butyro epulandum legitur obtulisse. Quia, qui beatam Trinitatem rectæ deuotionis officiis refecere, id est, laudificari desiderat, mortem quoque debet vnigeniti filij Dei in carne, quæ est vna in eadem Trinitate persona, pia confessionis sinceritate celebrare. Et notandum, quod ante stola prima, ante anulus, ante calciamenta præstantur, & sic deinde vitulus immolatur, quia nisi spem quisque primæ immortalitatis induerit, nisi anulo fidei opera præmunierit, nisi ipsam fidem ipse confitendo prædicauerit, non potest sacramentis interesse caelestibus. *Et cooperam epulari.* Istæ epulæ atque festiuitas nunc celebratur, per orbem terrarū ecclesia dilatata, atque diffusa. Vitulus enim ille in corpore, & sanguine dominico, & offertur patri, & pascit totam domum. *Erat autem filius eius senior in agro.* Filius eius senior, populus Israel est, qui licet in longinqua non abierit, non tamen domi, sed in agro dicitur esse moratus, quia populus idem neque vsque ad colenda idola creatorem deseruit, neq; legis, quam acceperat, interiora

riora penetravit, sed litteræ solum custodia contentus, exteriora magis, & terrena opera simul & sperare solebat, audiens per prophetam: Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. *Et cum veniret & appropinquaret domui, audiuit symphoniam & chorum.* Adpropinquat filius domui, cum populus ille in quibuscunq; Israeliticis considerationibus (nam multi tales inuenti sunt in eis, & sæpe inueniuntur) labore seruilis operis improbo, ex eisdem scripturis, Ecclesiæ libertatē considerat. Audit symphoniam, & chorum, scilicet spiritu plenos vocibus cōsonis euangelium prædicare, quibus dictum est; Obsecro vos, fratres, vt idipsum dicatis omnes, & concorditer cōuertantur, animam, & cor vnum in laudes Dei. *Et vocauit vnum de seruis, &c.* Vocat vnum de seruis, cum sumit ad legendum aliquem prophetarum, & in eo quærens, quodammodo interrogat vnde ista festa in ecclesia celebrantur, & in quibus se esse non videt. Respondeat ei seruus patris, propheta; *Frater tuus venit, & occidit pater tuus, &c.* In extremis enim terræ fuit frater tuus, sed inde maior exultatio cantantium domino cæticum nouum, quia laus eius ab extremis terræ. Et propter eum, qui absens erat: occisus est ille, cui dictum est; Et holocaustum tuum pingue fiat. *Indignatus est autem & noluit introire, &c.* Indignatur etiam nunc, & adhuc non vult introire. Cum ergo plenitudo gentium intrauerit, egredietur opportuno tempore pater eius, vt etiam omnis Israel saluus fiat, ex cuius parte cæcitas facta est, velut absentia in agrum, donec plenitudo filij minoris longe in idololatria gentium constituti, redax ad manducandum vitulum intraret. Fuit enim quandoque aperta vocatio Iudeorū in salute Euāgelij. Quam manifestationē uocationis, tūquam *egressum patris* appellat ad rogandum maiorem filium. *At ille respondens, dixit patri suo. Ecce tot annis, &c.* Quæritur. Quomodo ille populus nunquam mandari Dei preterisse dicatur. Sed facile illud occurrit, neque de omni mādato dictum esse, sed de vno maxime necessario, quo nullū alium Deū colere iussus est. Neque iste filius in omnibus Israelitis, sed in his intelligitur habere personā, qui nūquam ab vno Deo ad simulacra conuersi sunt. Quamuis enim tantquam in agro positus iste filius terrena desideraret, ab vno tamen Deo ista desiderabat bona. Quod etiam patris ipsius testimonio comprobatur, cum dicit; *Tu n. e. v. m. es semper.* Non enim quasi mentientem redarguit, sed secum perseuerantiam eius approbans, ad perfectionem potioris, atque iucundioris exultationis inuitat. *Et nunquam dedisti mihi hœdum, &c.* Peccatū profecto hœdi nomine significati solet, sed absit vt Antichristum intelligam. Multū enim absurdum est, eum cui dicitur; *Tu mecum es semper,* hoc à patre potasse, vt Antichristo crederet. Neque omnino in eis Iudæorum, qui Antichristo credituri sunt, istum filium fas est intelligi. Quomodo autem epulareretur ex illo hœdo, si ipse est Antichristus, qui non ei crederet? Aut si hoc est epulari ex hœdi occisione, quod est de Antichristi perditione latari, quomodo dicit filius, quem recipit pater, hoc sibi non fuisse concessum, cum omnes filij Dei, de illius aduersarij damnatione letaturi sint? Nimirum ergo ipsū dominum sibi negatum ad epulandum conuenit, dum eum peccatorem putat. cum enim hœdus est illi genti, id est,

cum cum sabbati violatorem, & profanatorem legis existimat, iucundari epulis eius non meruit. Vt quod ait; *Nunquam dedisti mihi hœdum, &c.* tale sit ac si diceret, eum, qui mihi hœdus videbatur, nunquam mihi dedisti ad epulandum, eo ipso mihi illum ipsum nō cōcedens, quo mihi hœdus videbatur. Quod autem dicit; *Cum amicis meis,* aut ex persona principum, cum plebe intelligitur, aut persona populi Hierosolymitani, cum ceteris populis Iudæ. *Sed postquam filius tuus hic qui deuorauit, &c.* Meretrices sunt gentium superstitiones, cum quibus substantiam dissipare est, relicto vno connubio verbi Dei, cum turba demonum cupiditate turpissima fornicari. *At ipse dixit illi. Filius tu semper mecum es, &c.* Quod dicit; *Et omnia mea tua sunt,* non putandum est ita dictum, quasi non sint & fratris, vt tanquam in terrena hereditate patiaris angustias. Quomodo possint esse omnia maioris, si habet ibi etiam iunior partem suam? Sic enim à perfectis, & perpuratis ac iam immortalibus filiis habetū omnia, vt sint omnium singula, & omnia singulorum. Vt enim cupiditas nihil sine angustia, ita nihil cum angustia charitas tenet. Cum ergo beatitatem illam obtinuerimus, nostra erunt ad viuendum superiora, nostra erunt ad conuiuendum æqualia, nostra erunt ad dominandum inferiora. Si quem autem mouet, quomodo patri supplicans veritas dicat; Et mea omnia tua sunt, & tua mea, cui simillimum videtur sonare quod huic filio dicitur; *Et omnia mea tua sunt:* sui vnigeniti filij esse omnia, quæ patris sunt per hoc quod etiam ipse Deus est, & de patre natus patri est æqualis. Nam & illud, quod de spiritu sancto loquens ait; Omnia, quæ habet pater, mea sunt, propterea dixi, quia de meo accipiet, & adnunciabit vobis: de his dixit, qui ad ipsam patris pertinet diuinitatem, in quibus illi est æqualis omnia, quæ habet pater, habedo. Neque enim spiritus sanctus de creatura, quæ patri est subiecta. & filio, erat accepturus quod ait; De meo accipiet, sed vtiq; de patre, de quo procedit spiritus, de quo natus est filius. Siue itaque duos filios hos ad vtrumque populū, siue, vt quibusdam placet, ad duos quoslibet homines, patientem videlicet, & iustum, vel qui sibi iustus videatur referre voluerit, congaudeat maior frater, quia frater iunior mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est.

ERICI IN SVPERIVS Euang. Hom.

Scribis, & Phariseis contra authorem nostræ salutis murmurantibus, sicut requisit, quæ hanc præcedit, sancti Euangelij lectio declarat, proposuit dominus duas parabolas: alteram, hominis de inuenta oue perditæ gaudens; alteram, mulieris super perditâ & reperta drachma gratulabundè exultantis: ostendens in conclusione parabolæ, quantum sit gaudium in celo super conuersis peccatoribus. Deinde dixit & hanc similitudinem: non solum suum de conuersis peccatoribus gaudium demonstrans, verum etiam inuidentiū murmurationem reprehendens. Ait ergo, *Homo quidā habuit duos filios.* Homo iste, Deus omnipotens pater intelligitur, qui duos habuit filios: quia ipse est genitor, ac creator duorum populo

populorum. Et maior Iudæos designat, qui in cultura vnius Dei permanferunt: Minor verò populos significat gentium, qui relicto creatore, colendo creaturam etiam vſque ad ipſum Dei inimicum diabolum adorandum peruenerit. *Et dixit adoleſcentior ex illis patri, Da mihi portionem ſubſtantie, qua me contingit, & diuiſi illi ſubſtantiam.* Subſtantia, quæ inter fratres diuiſa eſt, ſenſus rationalis homini à Deo attributus intelligitur. Nam viuere, intelligere, meminiffe, ingenio aliquo prææminere, diuini muneris ſubſtantia eſt. Quæ ſubſtantiam tunc minor filius à patre expetiit, cum homo in ſua volens eſſe poteſtate, per liberum arbitrium ſe regere conatus eſt: ſicque dominiſ conditionis ſui quæſiuit ſuperbus abiicere. Diuiſit ergo eis ſubſtantiam: quia fidelibus ſuæ protectionis gratiam, quam deſiderabant, impertit: infidelibus verò naturalis tantum ingenij beneficium, quod ſibi ſufficere putabant, attribuit. *Et non poſt multos dies, congregatis omnibus, adoleſcentior filius peregre profectus eſt in regionem longinquam.* Quod non poſt multos dies congregatis omnibus profectus eſt, designat quia nò multò poſt inſtitutionem humani generis viſum eſt animæ, vt bona nature ſuæ, quæ per ſe ad bona opera facienda infirma, & impotens eſt, niſi eius, qui eam dedit, auxilio ſoluiatur, ad explenda ſua deſideria ſibi aggregaret, vel attribueret. *Et diſſipauit ſubſtantiam ſuam, viuendo luxurioſe.* Viuendo luxurioſe dicit, amado hanc vitam prodigam: quæ pompis exterioribus ſpatiari gaudet, intus non metuit inanefcere. Longè verò profectus eſt, non loci, ſed animi mutatione. Quòd enim quis amplius delinquit, tanto longius à Dei ſui conditoris gratia recedit. *Et poſtquam omnia conſummaret, facta eſt fame valida in regione illa.* Fames in longinqua regione, indigentiam designat verbi Dei. In regione longinqua, id eſt, in obliuione conditoris. De qua dominus per prophetam minatur, Mittam famem ſuper terram: nò famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbi Dei. *Et ipſe cepit egere: & abiit. & adhaſit vni ciuium regionis illius.* Merito egere cepit, qui theſaurus diuine ſapientie, & diuitiarum celeſtium dereliquit. Vnus ciuium regionis illius cui iſte prodigus adhaſit, diabolus eſt, quem dominus principem huius mudi appellat, quia merito peruerſitatis ſuæ terrenis concupiſcentiis præpoſitus eſt. *Et miſit illum in villam ſuam, vt paſceret porcos.* Villa, carnalem concupiſcentiam ſignat, de qua iſ, qui inuitatus ad ſpirituales epulas ire excuſat, dicit: Villam emi, & neceſſe habeo exire, & videre illam. In villam ergo mitti, eſt cupiditatis mudi ſubiugari. Porcos vero paſcere, eſt ea, quibus maligni ſpiritus delectantur, operari: qui merito immunditiæ, & impuritatis designantur per animal ſordibus, & cæno ſemper gaudes, *Et cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant.* Siliqua genus eſt leguminis, foliibus maximum, & ſonorum, ſed granorum paucitate ſterile, & penè vacuum. Ideoque per ſiliquas designantur doctrinæ ſeculares, ſterili ſua uitate reſonantes: in quibus laudes idolorum, id eſt, fabulæ, & carmina concerpant potètarum, quibus porci, id eſt, demones delectantur. Hiſ prodigus iſte ſaturari cupiebat: quia aliquid ſolidum, & quod ad beatam vitam pertineret, in talibus inuenire volebat, nec poterat. Hoc eſt enim, quod ſubiungitur: *Et nemo illi dabat. In ſe autem reuerſus dixit:*

Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereor! In ſe, inquit, reuerſus. Vnde iſte reuerſus fuerat: Ab iis nimirum, quæ foris per oblectamenta noxia illicunt, & ſeducunt, ad conſcientiæ interiora mentis intentione redierat. *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereor!* Licet enim gentes in magna veri ignorantia, & errore cultus Dei verſabantur, tamen prædicantibus apoſtoliſ, cœperunt quodammodo reſipiſcere, & ad agnitionem ſuæ inediæ, verbi ſaturitate perfectæ, reuocari. Mercenarij autem ſunt, qui intuitu ſuperne mercedis, digna ſatagunt operari. Hi mercenarij in domo patris panibus abundant: qui tales in Eccleſia ſpirituales gratiæ reſciuntur alimonis. At verò qui extra ades huius patris familias poſiti ſunt, fame verbi Dei pereunt, & ventrem ſiliquis implere cupiunt: quia ſcientiam veritatis non habentes, beatam vitam in ſtudiis inanis philoſophiæ requirunt. Sicut enim panis, qui cor hominis confirmat, verbo Dei merito comparatur: ita ſiliqua (quæ foris nitida, intus vacua eſt, nec reſicit ventrem, ſed onerat) ſeculari ſcientiæ comparatur, quæ eſt ſermone ſonora, vtilitate vacua. *Surgam, inquit, quia peſſimè me iacere ſentio. Ibo ad patrem meum, à quo longè receſſi. Ad patrem, inquit, ibo, quia ſub porcorum principe miſerabili egelſtare tabeſco.* Et quoniam pium, & miſericordem nouerat patrem, qui quanquam offenſus, quanquam magnis ſceleribus irritatus, non dedignatur patris audire vocabulum: *Pater, inquit, peccati in caſu, hoc eſt, in angelis, & in ſanctis animabus, quæ ſunt ſedes Dei.* Anima, inquit, iuſti, ſedes ſapientie. Addidit: *Et coram te, hoc eſt, in ipſo interioriſ conſcientiæ ſecreto, quod Dei ſolius oculi penetrare poſſunt.* *Et iam non ſum dignus vocari filius tuus, ſic me ſicut vnum ex mercenarijs tuis.* Meminit ſe eſſe filium, & pio affectu cuncta, quæ patris ſunt, ſua eſſe non ambigit: ſed prioris ignorantie memor, ad hæc nequaquam aſpirare præſumit. Ideoque ſicut mercenarium ſe fieri poſcit, patri pro mercede, non pro hereditate ſeruitutis, ſic me, inquit, ſicut vnum ex mercenarijs tuis. Verum ne hoc quidem, niſi paterna dignatione promereri poſſe teſtatur. Quapropter taceant Pelagiani, qui ore temerario garrunt, hominem ſua virtute ſine Dei adiutorio poſſe ſaluari, cum apertiffimè veritas dicat; *Sine me nihil poteſtis facere.* *Et ſurgens, venit ad patrem ſuum.* Ad patrem venire, eſt ad ecclēſiæ ſocietatem per fidem accedere, vbi eſt legitima, & fructuoſa peccatorum conſeſſio. *Cum autem adhuc longè eſſet, hoc eſt, cum nondum adhuc Deum intelligeret, ſed iam pia deuotione quæreret, vidit illum pater, hoc eſt, miſerum eſt illius.* Videre nanque domini, miſereri eſt, ſicut & de Petro ſcriptum eſt; *Reſpexit dominus Petrum. Et miſericordia motus, accurrat.* Reuerſenti filio pater accurrat, quia Deus ſemper ſuit cum vnigenito filio ſuo. Et licet ſolus filius pro noſtra ſalute carnem aſſumpſerit, tamen in eo Deus parte ſemper manſit, & cum eo ad hanc noſtram redemptionem deſcendit. Apoſtoli� enim dicit; *Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi.* Hanc ipſe ſaluator ait; *Qui me miſit, mecum eſt, & non reliquit me ſolum.* Et alibi; *Pater in me manens, ipſe facit opera.* *Et cecidit, inquit, ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum.* Super collum ſilij capere, eſt in amplexus eius brachium

chium inclinare. Deus ergo pater ſuper reducis ſilij collum cecidit, quia brachium ſuum, hoc eſt, verbum ſuum ad hæc mundi infima immenſa miſericordia ſudit. Oſculatus eſt eum, videlicet ad ſpem veniæ peccatorum verbum gratiæ reduxit, cum per filium diceret: *Pœnitentiam agite, appropinquet enim vobis regnum cælorum.* *Dixit, ſilium ad patrem, Pater, peccati in caelum, & coram te iam non ſum dignus vocari filius tuus.* Poſtquam ad patrem reuerſus eſt, hoc eſt, in Eccleſia iam poſitus, incipit peccata conſiteri: ſed non dicit omnia, quæ ſe dicturū ſuprà promiſerat. Dixit enim; *Iam non ſum dignus vocari filius tuus, nec addidit, quæ ſuperius ſe dicturum meditabatur; Pac me ſicut vnum de mercenarijs tuis.* Cum enim adhuc longè eſſet, & patrem non haberet, cupiebat vt mercenarij eſſet. At poſtquam patris oſculo meruit honorari, generoſiſſimè iam dignatur mercenarij eſſe. Multam nanque intelligit diſtantiam eſſe inter ſeruum, mercenarium, & filium: ſeruus nanque eſt, qui adhuc metu pœnarum gehennæ vel legum mundanarum formidine, à vitis abſtinet: mercenarij verò eſt, qui ſpe ac deſiderio regni cælæſtis bona agit: filius verò eſt, qui affectu boni, & virtutis amore delectabiliter Deo per charitatem famulari: quam ſummam, & perfectionem omnium virtutum Apoſtoli� commemorat, dicens; *Nunc autem manent fides, ſpes, charitas, tria hæc: maior autem horum eſt charitas.* Ergo prodigus iſte primò quaſi ſeruus ad ſe reuerſus, dirè famis cepit ſupplicia formidare. Mox reuertit ad patrem volens, de ſtatu mercenarij cœpit cogitare. Poſtquam verò accurrens pater, amplexatus, & oſculatus eſt eum, oblitus ſtatū ſerui, oblitus & mercedem mercenarij, de ſola iam hereditate cœpit ſollicitus eſſe parentis. Et hoc eſt, quod Apoſtoli� dicit; *Perfecta charitas foras mittit timorem.* *Dixit autem pater ad ſeruos ſuos: Cui proferre ſtolam primam, & induite illam.* Stola prima, beata veſtis eſt innocentie, quam protoplastus Adam, bene à Deo conditus accepit, ſed à diabolo malè deceptus amiſit. Vnde & poſt culpâ prauaricationis primi homines cognouerunt ſe eſſe nudos, & amiſſa immortalitatis gloria, pellicu, id eſt, mortale acceperunt indumentum. Serui quibus hoc præcipitur, ſunt ſancti prædicatores: qui protulerunt primam ſtolam, quando homines Deo reconciliatos, prædicabant eſſe tãta gratia ſublimandos, vt non ſolum ciues angelorum, ſed etiam hæredes Dei, & coheredes fieret Chriſti. *Et dante annulum in manu eius.* Annulo ſolet res ſecreta ſignari. Per annulum ergo, ſignaculum fidei debemus accipere, quo cuncta Dei promiſſa in fidelium cordibus confirmantur. Annulo etiam ſponſa nuptiali fecedere pignoratur: idcirco per annulum intelligitur pignus nuptiarum Chriſti, & Ecclēſiæ. Annulus ergo prodigus filius accepit, cum per ſidem Chriſtus Ecclēſiam ex gentibus ſibi ſociavit. Et bene in manu datur annulus, vt opera fidei aſtruant, ipſa opera fidei conſumentur. Dantur & calceamenta in pedes. Per calceamenta, officium euangelizandi ſignatur. Scriptum eſt enim; *Quam ſpecioſiſ pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.* Et Apoſtoli�; *Calceati, inquit, pedes in prædicatione Euangelij pacis.* Filio ergo ad patris pietatem reuerſo, manus & pedes ornantur. Manus quidè, vt quique fideles rectè viuant: pedes verò, vt piis

ſanctorum munici exemplis, ad æterna gaudia properemus. *Et adducite vitulum ſaginatam, & occidite* Vitulus ſaginat, ipſe eſt filius Dei, dominus Ieſus Chriſtus. Qui bene vitulus dicitur ſaginat, quia caro eius ſpirituale pinguedine, & virtute fertiliſ opima eſt, aded vt ſola ſufficeret ad tollenda totius mundi peccata. Adducere autem vitulum præcepit, & occidere, mortem eius per Apoſtoliſ ſignificans prædicari. Quasi enim recens vitulus iſte occiditur, cum ab vnoquoque occiſus creditur. Tunc comeditur, cum ſacramentum paſſionis eius caſto corpore, & munda mente percipitur. *Et manducemus, & epulemur, quia hic filius meus mortuus fuerat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt.* Intendendum quòd pluraliter dicitur; *Manducemus, & epulemur.* Quòd enim carne ſacra ſancti huius vituli non ſolum ille, qui mortuus reuixerat, perditus inuentus fuerat, verum pater, & ſerui illius ſunt epulati, oſtenditur quia lætitia patris eſt noſtra ſalus, & illius gaudium eſt noſtrorum remiſſio peccatorum: nec ſolum patris, ſed & ſpirituſ ſancti: quia ſanctæ Trinitatis vna eſt operatio, vnū gaudium, vnàque dilectio. Hoc præſignabat olim, quòd Abrahâ tribus angelis hoſpitiſ receptis, vitulum tenerimum, & optimum legitur occidiſſe, & eis appoſuiſſe: quia immolata pro noſtra redemptione caro Chriſti, totius Trinitatis eſt læticia. *Et cepit epulari.* Epulæ iſte nunc in Eccleſia per totum orbem dilatata celebrantur. Quotidie enim in ſanctâ Eccleſia vitulus iſte facerimus Deo patri per ſacerdotes offertur, & in vitam percipientes paſcit æternam: quia cum quotidie immolatur, ſemper integer permanet, & immolatur, & viuus. *Erat verò filius ſenior in agro.* Filius ſenior, populus Iudæorum eſt, qui prior cognitionem habuit Dei, quique à Deo per prophetam primo-

20. 12.

20. 14.

Phil. 1.

1. Cor. 13.

1. Tim. 4.

Gen. 1.

Rom. 8.

Luc. 22.

2. Cor. 5.

Joan. 8.

10. 10.

Eph. 6.

Joan. 14.

Gen. 18.

10. 1.

Eph. 1.

1. Cor. 1.

extremis quoque tertium finibus ad eum conuertitur, & pro eius salute tanta exultatione noui Deo canticum cantat. Propter quem etiam occisus est vitulus ille pinguis, cui per Plalmistam dicitur; Holocaustum tuum pingue fiat. *Indignatus est autem, & noluit intrare.* Obstinato adhuc animo Iudaei foris sunt, & nolunt fidem Ecclesiae intrare. *Pater ergo illius egressus, cepit rogare illum.* Nouissimo seculi tempore implebitur vocatio Iudaeorum, quia credituri sunt ad praedicationem Eliae, & Enoch. Hanc ergo apertam illorum vocationem, egressum patris vocat. Tunc enim quodammodo egredietur, & rogabit eum, ut ingressa iam gentium plenitudine, quasi minore filio, omnis etiam Israel saluus fiat, cui ex maxima parte contigit caecitas infidelitatis. *At ille respondens, dixit patri suo; Ecce tot annis seruis tibi, & nunquam mandatum tuum praterui.* Cum frequentissime legamus, illum populum contra mandatum domini idola coluisse; quid est, quod nunc dicit; *Nunquam mandatum tuum praterui?* Sed hoc non de omnibus generaliter Israelitis, sed particulariter de quibusdam accipiendum est: de iis scilicet tantum, qui semper Deum coluerunt, & nunquam ad idola defluerunt. Hi tales enim quamuis in terrenis tantum delectarentur, quasi in agro essent, ipsa tamen bona terrena, a solo Deo sperabant accipere. Quod & testimonio ipsius fratris confirmatur, cum respondet in sequentibus, *Et nunquam dedisti mihi haedum, ut cum amicis meis epuletur.* Haedus animal olidum, & periculum, in scripturis diuini peccatoris figuram tenere solet. Sed hoc loco, haedi nomine Christum debemus intelligere, quem ille populus in similitudine carnis peccati venisse cospiciens, peccatorem esse existimauit. Vnde & caeco illuminato dicebant, Nos scimus, quia hic homo peccator est. Et alibi Samaritanum cum esse, & demonium habere blasphemabant. Nec mirum videri debet, si hic per haedum Christum figuratum dicimus, cum & in lege hoc nomine legatur appellatus: ait enim; Non coques haedum in lacte matris suae. *Quod ergo dicit; Non dedisti mihi haedum,* tale est ac si dicat: illum, qui haedus mihi videbatur, Deum videlicet vere misericordem: filios autem, duos ordines hominum, iustorum dico, & peccatorum. *Dixit autem iunior; da mihi partem substantiae, quae ad me pertinet.* Olim humanae naturae possessio erat iusticia: ideo & filius senior non insolecit, peccata postea natum est, vnde & iunior insolecit, qui cum peccato, quod postea introductum est, creuit. Vel aliter, iunior dicitur peccator, quia nouator, rerum insolens, & deficiens à paterna voluntate, *Pater, da mihi partem substantiae, quae ad me pertinet.* Rationalis, ad quam subsequitur liberum arbitrium, substantia est hominis. Omne autem rationale liberi arbitrij est. Dat nobis dominus igitur rationem, vt ea libere utamur tanquam nostra substantia. Dat autem omnibus ex aequo Omnes enim ex aequo rationales sunt, & aequo liberum habent arbitrium. At alij vitium hac libertate secundum rationem, alij autem dilapidamus donum diuinum. Et simpliciter omnia, quae dedit nobis dominus, substantia nostra censeri possunt; vt exempli gratia caelum, & terra, & in summa creaturae omnes, lex, propheta. At qui filius nati minor vidit caelum, & caelum fecit Deum;

Phil. 19.

Rom. 21.

1. Cor. 9.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 17.

distindec, & multum dissimiliter, omnia, quae patris sunt habet is, qui per naturam est filius Dei, quam ij, quos gratia fecit filios Dei. Illius enim sunt omnia patris per naturam, istorum per donatoris Dei clementiam. Ille sicut vnicus habet omnia potestate: isti sicut adoptati, concessa diuinitus pietate. Ille habet omnia per id, quod de Deo Deus patri aequalis natus est: iste per hoc, quod ex Deo renatus est. Sane cum dicit; *Omnia mea tua sunt,* non sic accipiendum, quasi non sint & fratris. Nam in terrena hereditate quaedam sunt angustiae, nec potest maior frater habere omnia, si minor etiam partem habuerit. At in spiritualium, & caelestium bonorum hereditate, sic à perfectis, & immortalibus filiis omnia possidentur, vt & singula sint omnium, & omnia singulorum, operante in omnibus charitate, quae nihil nouit cum angustia possidere. Quam Plalmista magna laude sublimans, ait; Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis. Haec igitur efficacissime tenere studeamus, per hanc mutuis profectibus congaudere discamus. Diligamus id, quod est supra nos, & quod intra nos: diligamus, quod est iuxta, & quod infra nos. Diligamus Deum, qui est supra nos, tota anima, tota mente, tota virtute. Diligamus quod est intra nos, id est, interiore nostrum hominem, animam videlicet nostram, eamque Deo semper subdere curemus. Diligamus quod est iuxta nos, id est, proximum, sicut nos ipsos. Diligamus quod est infra nos, carnem videlicet nostram, vt eius illicitos appetitus frangamus, eamque spiritui obtemperare cogamus, Christum sedulo poscentes, vt spiritum, animam, simileque corpus sine querela in suo fibi aduentu custodiat, Deus, & dominus noster, qui cum patre & spiritu sancto viuunt, & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

THEOPHYL. EPISCOPI
Bulgar. superioris Euang. expositio.

Alter autem; Homo quidam habuit duos filios, &c. Et haec parabola superioris similis est. Inducit enim & ille hominem quidem, Deum videlicet vere misericordem: filios autem, duos ordines hominum, iustorum dico, & peccatorum. *Dixit autem iunior; da mihi partem substantiae, quae ad me pertinet.* Olim humanae naturae possessio erat iusticia: ideo & filius senior non insolecit, peccata postea natum est, vnde & iunior insolecit, qui cum peccato, quod postea introductum est, creuit. Vel aliter, iunior dicitur peccator, quia nouator, rerum insolens, & deficiens à paterna voluntate, *Pater, da mihi partem substantiae, quae ad me pertinet.* Rationalis, ad quam subsequitur liberum arbitrium, substantia est hominis. Omne autem rationale liberi arbitrij est. Dat nobis dominus igitur rationem, vt ea libere utamur tanquam nostra substantia. Dat autem omnibus ex aequo Omnes enim ex aequo rationales sunt, & aequo liberum habent arbitrium. At alij vitium hac libertate secundum rationem, alij autem dilapidamus donum diuinum. Et simpliciter omnia, quae dedit nobis dominus, substantia nostra censeri possunt; vt exempli gratia caelum, & terra, & in summa creaturae omnes, lex, propheta. At qui filius nati minor vidit caelum, & caelum fecit Deum;

Deum: vidit terram & coluit eam. In lege Dei noluit ambulare, in prophetis scortatus est. At senior filius omnibus his in gloriam Dei vsus est. Itaque ille, qui dedit omnia haec ex aequo, permittit liberè ingredi. Nullum enim cogit non volentem vt sibi seruiat. Nam si voluisset nos cogi, non fecisset nos rationales, & liberi arbitrij. Porro filius iunior omnia haec simul decocit. Et quae causa? Profectus est, in terram longinquam. Nam, quado egreditur homo à Deo, & se à timore Dei elongat, omnia diuina dona expendit. Propinqui enim Deo existentes, nihil tale, quod interitu dienum, facimus, iuxta id, quod dicitur; Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quia à dextris meis est, ne commouear. Illo autem longe à nobis absente, efficitur apostata, facientes, & ferentes pessima quaeque: iuxta illud dictum; Ecce, qui elongant se à te, peribunt. Dissipauit igitur substantiam suam. Merito; Virtus enim certaminum vnus habet, & vnus quoddam est: at malitia multifariam diuisa est, eorumque multorum causa, vt exempli gratia fortitudinis vnus est limes, vt, quando oportet, & quomodo oportet, irascibili vi. Vitij autem eius duae sunt species; timor, & audacia. Vides spargi rationem, & vnitatem virtutis disperire? Consumpta autem substantia illa, homine secundum rationem naturalem dico enute, & non iuxta legem scriptam incedente, neque prophetas audiente, *fames magna est facta:* non fames panis, sed fames audiendi verbum domini. Initium fit penuriae, quando quidem non timer dominum. Sed longe discedit ab eo. Nam iis, qui timent dominum, nulla est penuria. Quomodo autem nulla est inopia timentium dominum? Quia qui timer dominum, in mandatis eius vult nimis: & propterea gloria, & diuitiae in domo eius: & dispersit, immo ipse etiam dedit pauperibus tantum abesse, ne egeat. At, qui longe profectus est à domino, & non habet ante oculos terribilem eius faciem, nil mirum, si inopia laborer, sermone diuino nihil in illo operante. *Et profectus est,* hoc est, processit, & profecit in malitia. *Adhaesit vni cuius regionis illius.* Nam, qui adharet domino, vnus spiritus fit cum illo: qui vero adharet scorto, vnus corpus fit cum natura demonum, atque fit totus caro, neque spiritus est capax, sicut ij, qui tempore diluuij fuerunt. Ciues regionis illius, qui à Deo defecerant, demones omnino sunt. At qui proficit, & in peccatis fit potens, pascit porcos, hoc est & alios docet malitiam, & lutosam operationem. Porci enim sunt omnes, qui in luto vilium, & materialium affectionum volutantur? Nam porcorum oculi nunquam possunt sursum spectare aliam sortiti formationem. Vnde & porcorum pastores, quum non possunt compescere porcum clamantem, resupinantes illum efficiunt, vt minus clamet. Etenim quasi in spectaculum veniant spectantes; quae nunquam videre, & apicientes sursum, stupefcunt, & silent. Tales sunt oculi eorum, qui male educati sunt: nunquam vident ea, quae sursum. Tales pascit is, qui multis in malitia berat, vt est scortator, hospes, vel publicanorum princeps, vel latronum princeps, de omnibus enim his dicendum; quod porcos pascant. Cupit autem miserabilis ille saturari peccato, & nemo ei dat saturari. Assuetus enim malis nemo dat satietatem. Nō enim manet voluptas, sed famefcit,

non permissum est liberè ingredi, nec profectus non volentem vt sibi seruiat. Nam si voluisset nos cogi, non fecisset nos rationales, & liberi arbitrij. Porro filius iunior omnia haec simul decocit. Et quae causa? Profectus est, in terram longinquam. Nam, quado egreditur homo à Deo, & se à timore Dei elongat, omnia diuina dona expendit. Propinqui enim Deo existentes, nihil tale, quod interitu dienum, facimus, iuxta id, quod dicitur; Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quia à dextris meis est, ne commouear. Illo autem longe à nobis absente, efficitur apostata, facientes, & ferentes pessima quaeque: iuxta illud dictum; Ecce, qui elongant se à te, peribunt. Dissipauit igitur substantiam suam. Merito; Virtus enim certaminum vnus habet, & vnus quoddam est: at malitia multifariam diuisa est, eorumque multorum causa, vt exempli gratia fortitudinis vnus est limes, vt, quando oportet, & quomodo oportet, irascibili vi. Vitij autem eius duae sunt species; timor, & audacia. Vides spargi rationem, & vnitatem virtutis disperire? Consumpta autem substantia illa, homine secundum rationem naturalem dico enute, & non iuxta legem scriptam incedente, neque prophetas audiente, *fames magna est facta:* non fames panis, sed fames audiendi verbum domini. Initium fit penuriae, quando quidem non timer dominum. Sed longe discedit ab eo. Nam iis, qui timent dominum, nulla est penuria. Quomodo autem nulla est inopia timentium dominum? Quia qui timer dominum, in mandatis eius vult nimis: & propterea gloria, & diuitiae in domo eius: & dispersit, immo ipse etiam dedit pauperibus tantum abesse, ne egeat. At, qui longe profectus est à domino, & non habet ante oculos terribilem eius faciem, nil mirum, si inopia laborer, sermone diuino nihil in illo operante. *Et profectus est,* hoc est, processit, & profecit in malitia. *Adhaesit vni cuius regionis illius.* Nam, qui adharet domino, vnus spiritus fit cum illo: qui vero adharet scorto, vnus corpus fit cum natura demonum, atque fit totus caro, neque spiritus est capax, sicut ij, qui tempore diluuij fuerunt. Ciues regionis illius, qui à Deo defecerant, demones omnino sunt. At qui proficit, & in peccatis fit potens, pascit porcos, hoc est & alios docet malitiam, & lutosam operationem. Porci enim sunt omnes, qui in luto vilium, & materialium affectionum volutantur? Nam porcorum oculi nunquam possunt sursum spectare aliam sortiti formationem. Vnde & porcorum pastores, quum non possunt compescere porcum clamantem, resupinantes illum efficiunt, vt minus clamet. Etenim quasi in spectaculum veniant spectantes; quae nunquam videre, & apicientes sursum, stupefcunt, & silent. Tales sunt oculi eorum, qui male educati sunt: nunquam vident ea, quae sursum. Tales pascit is, qui multis in malitia berat, vt est scortator, hospes, vel publicanorum princeps, vel latronum princeps, de omnibus enim his dicendum; quod porcos pascant. Cupit autem miserabilis ille saturari peccato, & nemo ei dat saturari. Assuetus enim malis nemo dat satietatem. Nō enim manet voluptas, sed famefcit,

Phil. 19.

1. Cor. 9.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

& perit, sitque iterum vacuus ille miserabilis. Assimilatur enim siliquis peccatum dulcedine habens, & asperitatem. Delectat enim ad tempus, cruciat vero perpetuo. Propterea nullus dat satietatem malorum ei, qui illis est assuetus. Quis enim satiat, & quiescere facit? Deus: sed non ad est: nam qui talibus vescitur, longe abest à Deo. An demones? At hi multo magis solliciti sunt, ne vnquam quiescamus, & malitia satui simus. *In se autem reuersus dixit, &c.* Intemperatus tandem ad seipsum rediit. Quandiū male agebat, extra seipsum erat. Consumpserat enim (vt dicit) substantiam, & merito propter hoc extra seipsum erat. Nam qui non gubernatur ratione, sed prater rationem viuunt, & absurda alia exorditur; extra seipsum est, & non manet in sua substantia, hoc est, ratione. Quando autem quis cogitat in quantum venerit miseriam, tunc redit ad seipsum, considerans, & in penitentiam veniens à sua exteriori diuagatione. Porro mercenarios dicit catechumenos, quia nondum eò perueniunt, vt dicerentur filij, quia nondum rectè illustrati. Omnino autem catechumeni abundantiam rationalium panum habent, quod tidie lectiones audientes. Et, vt dicas differentiam mercenarij, & filij; audi, tres sunt ordines eorum, qui saluantur. Alij enim vt serui faciunt bonum, timentes iudicium: quod & Dauid insinuat dicens, Consiue timore tuo carnem meam: iudicium enim tuis timui. Mercenarij verò esse videtur, qui desiderio bonorum bene placere Deo cupiunt, sicut & ipse Dauid dicit, Inclina cor meum, Deus, ad faciendum iustificationes tuas in aeternum, propter retributionem. At filij sunt, qui propter amorem in Deum, mandata perficiunt: sicut iterum Dauid testatur. *Quomodo dilexi legem tuam, domine!* tota die meditatio mea est, & iterum Leuani manna meas ad madata tua, quae dilexi: non, quae timui. Et iterum; Mirabilia testimonia tua: ideo scrutata est anima mea. Quum igitur quis fuerit filius, & deinde propter peccatum abdicatur, videturque alios frui diuinis donis, & communicantes diuinis mysterijs, & diuino pane (non enim de folijs mercenariis intelligi oportet, quod de mercenario dicitur, sed & de ecclesiasticis in genere, qui non sunt ex primo ordine) tunc sanè illa miserabilia oportet ei enumerare; *Quia mercenarij patris mei abundans pane? ergo autem fame pereui.* Sed surgens de ruina peccati, ibo ad patrem meum. & dicam ei; *Pater, peccauit in caelum.* Derelinquendo enim caelestia, peccauit in ea, praefertens ipsis voluptatem contemptibilem, & praeciligens caelesti patriae meae regionem famis. Ita in caelum peccat, qui illi terrena praeponebat. Abest autem omnino à via, quae fert in caelum. Scias item, quod quando peccauit, quasi non coram deo operans peccauit. Quando autem constituitur coram Deo; quod peccauit, sentit. Porro surgens vadit ad patrem suum. Non solum enim consulendum est de iis, quae placent Deo, sed & opus est factio. Nunc, quemadmodum vidisti feruidam penitentiam, ita & celerem patris misericordiam vide. Neque enim expectauit, donec filius veniret ad se, sed praenimit, & amplectatur. Etenim natura, & benignitate Deus pater est, & totius totum amplectitur, vt vnde quaque ipsum ad se constringat, sicut dictum est; Et gloria Dei illum circumfundit. Olim quidem quando elongabat se filius, tem-

erat enim olim in ecclesia catechizatus, non minus, quod Christiana schola praerit & eos, quod Christianissimo nomen dedere, & asidue de nostris decessis iustificauit. Nota & illas quoque siluae, quae vel propter timorem, vel propter mercedem bonum faciunt.

pus erat & patri, ut ab amplexu se elongaret: nunc vero, quum redit, & appropinquat per conversionem, tunc est amplexandi. Ruit igitur in colum eius, ostendens eum, qui olim nefecerat, nunc obediens esse factum. Et osculatur eum, reconciliationem indicans, & quasi vestibulum quoddam, os pollutum sanctificans, ac per hoc ad interna sanctificationem immittens. *Dicitur, ei solum, Pater peccati in calum, &c.* Per seruos intellige vel angelos ministratorios spiritus, qui mittuntur in ministerium propter eos, qui salute digni sunt. Illi enim vestiunt à peccato revertentem stola prima, quam prius, quam peccatamus, gestabamus: indumento scilicet incorruptionis: vel dignitate, qua praestat aliis omnibus, ut baptismi dignitate. Prima enim nos illa vestit, & ab ea sumimus honestatis vestitum. Vel per seruos intellige angelos, qui ministrant omnibus, quae propter nos sunt, & quibus mediantibus sanctificamur. Vel etiam sacerdotes, conuersos per baptismum, vel verbum doctrinae, induunt, & induunt, eos Christum stolam primam. Quicumque enim baptizati sumus in Christum, induiti sumus Christum. Et annulum dat in manum, signaculum Christianissimi, quod per opera habemus. Nam manus, symbolum operationis est, annulus vero signaculi. Igitur baptizatus, & omnis, qui à peccato conuertitur, debet habere in manu, hoc est, operatiua virtute, signaculum Christiani: ut demonstrare queat, quod recreatus sit ad imaginem eius, qui se condidit. Vel aliter, Per annulum intelliges arhabonem spiritus: ut exempli gratia quid dicit, Deus perfectissima bona tunc dat, quando eorum tempus fuerit: & nunc ut credibilia sint illa nobis christinata, ut arhabonem futurorum: & aliis donum operandi miracula, aliis donum docendi, aliis vero aliud quiddam: & quum illa suscipimus, firmiter, & perfectiora expectamus. Et calceos ad pedes, ut custodiantur à scorpiis, peccatis scilicet, quae videntur parua, & occulta, sicut dicebat David: aramen mortiferis & ipsis: atque etiam à serpentibus, id est, peccatis, quae manifestè nocere censentur. Vel aliter, Calceamenta datur ei, qui primam stolam assecutus est, faciente Deo cum apti ad annunciandum Euangelium pacis. Christiani enim est prodesse proximo. Vitulus saginatus non ignoratur quis sit, qui immolatur & comeditur. Nam est verus filius Dei, & ita homo, qui carnem assumpsit, naturam ratione carentem, & brutam, illamque diuino honore impleuit: & secundum hoc vitulus dicitur. non enim expertus est iugum peccati. saginatus vero, secundum quod ad hoc mysterium ordinatus est ante constitutionem mundi. Et fortassis curiosus videbitur si dicatur, dicitur tamè. Quia panis, quem frangimus, secundum id, quod apparet, ex tritico cõfectus est, saginatus, & (ut Graeci dicunt) *tritesis*, frumento palkus dicitur est. Secundum hoc autem quod per illum intelligitur, quod caro est, vitulus dicitur est. Et ipse est vitulus, & saginatus. Omnis igitur, qui baptizatur, & filius Dei efficitur, immo restituitur, & in summa omnis, qui à peccato purgatur, particeps fit saginati illius vituli, & laticiae auctor fit patri, & seruis eius, angelis, & sacerdotibus, tanquam ex morte resurrexisset, & post perditionem fuisset inuentus. Nam quantum ad malitiam abundantiam mortuus erat, & desperatus: quantum verò ad hu-

Eph. 1.

Galat. 3.

Ne patet bona opera effectantem symbolum Christianissimi sed est pars quae necessaria nostrae religioni.

Psal. 18.

manam naturam, quae vertibilis est, & valet à malitia ad virtutem ingredi, perditus dicitur. Perditus enim mitius dicitur, quam mortuus. *Erant autem filius eius senior in agro, &c.* Hoc loco celebris mouetur quaestio, Quomodo appareat filius inuidus, qui alioqui vixit, & seruiuit patri bene placens? Quae soluitur, si quidem parabolam quis expederit, quare dicta fuerit. Omnino enim, quia obmurmurabant domino pharisaei, mundos, & istos se putantes, eo quod susciperet meretrices, & publicanos, ac propterea parabola ista cum iis, quae ante eam dicta sunt, eadem est: quandoquidem pharisaei, qui erant iustiores publicanis, ut videbantur, obmurmurabant: Considera quod gerant personam filij, qui videbatur obmurmurare contra omnes, qui scandalizantur in repentina pharitate, & salute peccatorum. hoc autem non est inuidia, sed magna benignitatis, quam nos ignoramus, & propterea parit murmurationem. An non & David inducit personam, quae offendit in pace peccatorum, & similiter Hieremias? Quid quiddam via impiorum prosperatur, dicens? & *Isaias*, Plantasti eos, & radices egerunt. Haec enim omnia sunt infirmatum, & pauperum cogitationum hominum, qui accedunt, & loquuntur in prosperitate malorum indigna. Dicit igitur per praesentem parabolam dominus pharisaeis quasi in hunc modum: Esto, vos iusti iusti sicut filius ille beneplacens patri: obsecro vos iustos, & mundos, ne obmurmuretis in salute filiorum: est enim & ille filius. Itaque non apparet in iudicia, sed dominus pharisaeorum mentem instruit per parabolam illam, ut etiam si iusti ipsi essent, & omnia mandata Dei perfecissent, gratiam ferre non deberent suscipi peccatores. Nec mirum est, si agere feramus super iis, quae indigne videntur fieri. Tanta enim Dei est benignitas, & tam liberaliter sua bona nobis communicat, ut & indignatio, & obmurmuratio inde nasci possent: id quod & in familiari colloquio dicimus. Saepè cum beneficiis quempiam affecimus, & deinde gratias egerit, dicimus, reprehendunt me omnes, quod tanta in te beneficia contulerim, quamuis forte nemo nos reprehenderit: aramen magnitudinem beneficentiae ostendere volentes, ita fingimus. Videamus autem & particulatim, & breuiter parabolam. In agro erat filius senior, hoc est, in mundo hoc, & operabatur suam terram, carnem dico, ut impleteret panibus, & seribat in lachrymis, ut meteret in exultatione. Porro vbi didicit, quae facta erant, noluit ad commune gaudium ingredi: sed misericors pater egreditur, & obsecrat, & docet eum, laetitiam causam esse mortui reuiuificationem, eod quod ignoras scandalizarus esset homo, & arguerat eum, quod sibi neque haecum dedisset, in tem perato autem saginatum occidisset vitulum. Quid autem est, quod per haecum significatur? Hoc loco dicit: Omnis peccator ordinatur ad finitram partem. Dicit igitur bonae frugis filius, Transegi vitam in omnibus laboribus, persecutionem passus, & afflictus, & à peccatoribus passus, & nunquam mihi occidisti haecum, hoc est, humiliasti peccatorem, ut inuenirem vel paruam quietem: qualis haecum erat Helix Achab. Persequobatur enim prophetam, & non dedit dominus haecum statim ad occidendum, ut parumper resouillaretur & quiesceret cum amicis prophetis suis: Proinde dicit ad

Psal. 70. Ezech. 44. 17.

Matth. 13.

1. Reg. 17.

1. Reg. 19.

1. Reg. 22. 23. Psal. 91.

ad Deum: dominus, prophetas tuos occiderunt, & altaria tua subuerterunt. Haec dandi erat Saul, & omnes, qui calumniabantur eum, quibus permittebat dominus tentare eum, & non occidit ut lactaretur Duid: ideo & dicebat, Viqueuo peccatores, domine, peccatores viqueuo gloriantur? haec dicit in Euangelio, & filius cum in multis esset laboribus, & nullam assequutus fuisset consolationem. Neque aliquid ex persecutoribus meis morri tradidit, nunc autem ita facile saluat prodigum. Hic igitur totus scopus parabola: est propter Pharisaeos obmurmurantes quod peccatores susciperet: qua docet etiam si iusti simus, non repellentes peccatores, neque obmurmurandum, expectante illos Deo. filius igitur iunior, sunt meretrices, & publicani: senior vero Pharisaei, & scribae, secundum materiam parabola iusti intelliguntur. Quasi dicente Deo: Esto, vos iusti vere iusti, nullumque transgressi mandatum: non oportet igitur assumi eos, qui à peccatis conuertuntur? Tales itaque sunt, qui obmurmurant in parabola. Non ignoro autem, quod quiddam per seniore filium angelos exponunt, per iuniorem autem humanam naturam, quae tumultuata est, & dare mandata, vacatit delictis. Alij vero Israelitas, & gentiles. Verum autem hoc tenendum est, quod diximus, quia filius senior personam gerit iustorum, iunior autem peccatorum, & se conuertentium. Totus autem parabola contextus propter Pharisaeos est positus, ut doceat eos dominus ne agere ferant susceptionem peccatorum, etiam si ipsi iusti essent. Nullus ergo iudicia Dei grauatim ferat, sed gratum sit ei, si peccatores feliciter agant, & saluentur. Qui enim seis, si is, quem tu peccatorem censes, penitentiam agens grates sit? Quid item, si occultas habeat virtutes, & propterea à Deo benigne respicitur?

INCERTI CVIVSDAM sub nomine Eusebii Emisiani eiusdem Euangelij expositio.

Homo iste, Deus ipse hoc in loco intelligitur, qui quoniam ad eius imaginem factus homo, non dedignatur vocari homo: huius duo filij, duo populi sunt, Iudaeus scilicet, & Gentilis. Horum autem adolescentior, gentilis est, non tamen aetate, sed scientia. Inde enim puer centum annorum maledicitur. Inde & Apostolus ait, Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Dicuntur igitur pueri, & adolescenteres non solum aetate, sed & scientia, & malitia. In senibus enim maturior est sapientior. Senior igitur erat Iudaeus populus, siquidem sapientior & melior. Haec autem substantia, quam filio adolescenti & stulto, id est, populo Gentili, omnium rerum creator & pater Deus diuinitus, intellectus est, memoria, ratio, sensus, scientia, omnisque anima virtus, & possessio: nulla substantia talis, nulla diuitiarum diuitiis comparari possit. Has enim diuitias & bonitas, & malis largitus est dominus. *Cogregatio igitur omnibus, adolescentem filium peregre profectum est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam, uiuendo luxuriose.* Omnis enim regio longinqua est, quae à Deo, longè est. Longè autem est à Deo, qui longè est à fide, à pietate, à misericordia, & iusti-

ria. Ab his enim longè fit, qui vitis appropinquat. Citò igitur, & post dies non multos longinquam regionem vnusquisque proficisci potest. Ibi autem miser homo dissipat substantiam suam, ibi perdit diuitias animae, inter vitia, & peccata uiuendo luxuriose. *Et postquam omnia consumpsisset, facta est fames valida in regione illa, & ipse cepit egere.* Virtutibus enim fugatis, eget anima, & fame perit. De hac enim fame dicitur per prophetam, Immittam in vobis non famem panis, neque sitim aquae, sed audiendi verbum Dei. Magna igitur fames est in regione illa: magna egestas est in peccatore illo, vbi verbi Dei memoria nulla habetur: quod quidem postquam fit, totus iam homo diabolo traditur, totusque ab eo possidetur. Vnde & hic subditur, *Et abiit, & adhaesit vni ciuim regionis illius, & misit illum in villam suam ut pasceret porcos.* Ite enim ciuis, omnium iniquorum princeps, & caput, diabolus intelligitur. Postumus autem per hunc ciuem ferorem specialiter intelligere: cui ille populus non solum adhaesit, verum etiam ex toto subditus fuit. Error enim hoc fecit, ut à Deo recederet, animaque substantiam cum meretricibus dissiparet: error illum in villam immundorum spirituum misit, qui modò per porcos significantur, ut illos pasceret, illos sequebatur, illis seruiret & obediret. Multi enim sunt maligni spiritus: magna est eorum ciuitas & congregatio. Vbi cunque autem maligni spiritus habitant, ibi est villa diaboli. Porci autem ipsi quoque maligni spiritus sunt, quia in ferore & vitiorum stercore delectantur. Hoc autem porcos illi pascent, qui eorum voluntati obediunt, eorumque desideria complent. Quicumque igitur adulterantur, fornicantur, furantur, & alias iniquitates operantur, magnam his porcis refecionem parant. *Et cepit implere ventrem suum de siliquis, quos porci manducabant, & nemo illi dabat.* Superbia enim, luxuria, auaritia, & similia, siliquae sunt, quibus maligni spiritus nutriuntur. His autem ventrem suum implere peccatores cupiunt, quia prae nimio peccandi desiderio his satiari non possunt. Quanto enim amplius peccant, tanto amplius peccare desiderant. Hoc enim in fornicatoribus, auaritis, & raptoribus probari potest, quorum iniqua desideria, nunquam ad satietatem perueniunt. Vnde & hic dicitur, *Et nemo illi dabat.* Quia non tantum eis datur quantum sibi dari appetunt, idèd neminem eis dedisse dicit. Datur igitur eis, quod volunt, sed non quantum volunt. Fir enim multoties, ut homines iniqui sua desideria (domino prohibente) adimplere non valeant. Sequitur: *ipse autem in se reuersus dicit, Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo.* Nisi enim fuisset extra se, non diceretur, reuersus in se. Tunc enim in se reuersus est, quando memoriam recuperauit, ut dominus patris sui recordaretur. Mercenarij autem hoc in loco Scribae, & Pharisaei dicuntur, qui magis decimarum & oblationum mercede, quam ex charitate domino seruibant. Et isti quidem iam tunc & spiritualibus, & carnalibus panibus in domo domini abundant, cum adhuc Gentilis populus extra postus spiritualis alimoniae fame periret. Qui tandem in se reuersus, & poenitentia ductus, ait, *Surge, & ibo ad patrem meum, &c.* Et surgens venit ad patrem suum. Apostolus enim dicit, Surge, qui dormis, surge à mortuis, & illuminabit te Christus. Bibl. Hom. tom. 2. Q. 2. Sic

Sic igitur surrexit, qui prius mortuus in peccato iacebat. *Et venit ad patrem suum.* Sed quomodo venit, nisi poenitentia, & corde cōtrito, & spiritu cōtribulato? Hac enim via redeūt peccatores ad dominum. *Et cum adhuc longē esset, vidit illum pater ipseus, & misericordia motus est.* Clementissimus pater, qui statim vt filius compungitur, & poenitere incipit, quamuis adhuc in peccatis, misericordia monetur, & poenitentem filium læto vultu respicere dignatur. *Et occurrens recidit super collum eius, & osculatus est eum.* In hoc enim quid aliud nisi pax, & perfecta reconciliatio significatur? *Dixitq; ei filius, Pater, peccavi in calum, plus diligens terram, quam cælum: & coram te, qui vbiq; es, & omnia vides; iam non sum dignus vocari filius tuus, tanto tempore conuersatus cum inimicis tuis: fac me sicut vnum de mercenariis tuis.* De his enim mercenariis beatus Iob loquitur, dicens, Sicut seruus desiderat vmbra, & sicut mercenarius præstolatur finem operis sui: sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeravi mihi. *Dixit autem pater ad seruos suos, Cito proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manu eius, & calcamenta in pedes eius.* Prima enim stola immortalis est, quam primus homo peccando amiserat, & amissa, mox nudum se esse intellexit. Hac autem vestis per baptismum & poenitentiam recuperatur: & nunc quidem datur homini annulus, & fidei artha, signum videlicet quo in Dei exercitu communeretur. Deinde verò dantur calcamenta, id est virtus, & potestas, vt securè possit calcare super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici. Et sic demum accedit ad patris conuiuium, vt Christi carnem & sanguinem recipere mereatur. Vnde & subditur, *Et aduersite vitulum faginatum, & occidite illum, vt manducemus & epulemur: quia hic filius meus mortuus fuerat, & reuixit, perierat, & inuentus est.* Hic enim vitulus faginatus Christus est, omni virtute & gratia plenus, de patriarcharum & prophetarum armento susceptus, qui quamuis semel pro nobis (vt ait Apostolus) mortuus sit, & iam non moritur, & mors illi vltra non dominetur: toties tamen occiditur, & à fidelibus comeditur, quoties in hoc altaris sacramento immolatur. Hunc vitulum & corpore manducamus, & mente. Et mente quidem audiendo, cuiusque passionem commemorando. Per hunc à morte redempti, per hunc Deo quotidie reconciliamur. Sequitur: *Erat autem filius senior in agro, & cum veniret, & appropinquaret domui, audivit symphoniam, & chororum, &c.* Ab agro enim, à labore, & à legis seruitio Iudæicus populus rediens, cum iam domui & ecclesie per fidem appropinquaret, Apostolorum symphoniam, chororum, & prædicationem audiuit. Cùmque interrogarent, quid hæc essent, dictum est ei, quod Gentilis populus cognita veritate Christi sanguine redemptus, ad fidem conuersus esset, & iam non Iudæorum Deus tantum, immo & Gentium. *Indignatus ergo noluit introire.* Hoc est enim quod in actibus Apostolorum legitur, quod cum venisset Petrus Ierosolymã, discipabant aduersus eum, qui erant ex circumcissione, dicentes, *Quare introisti ad viros præputium habentes, & manducaisti cum illis?* Quibus Petrus narrauit omnia, quæ ei acciderant, & quomodo gentes credidissent. Senior igitur super illam Iudæorum partem significat, quæ in primitiua ecclesia de Gentili populi cōuersione contra Apo-

stolos scandalizata est, de quibus in actibus Apostolorum, & in epistolis Pauli multa dicuntur. *Pater ergo illius cepit rogare illum.* Omnes enim rationes, quas de Gentili cōuersione Iudæis Apostoli reddebant, quid aliud nisi quædam omnipotentis Dei placationes, & preces erant? Quale est illud Apostoli, Non enim est distinctio Iudæi & Græci: omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Nam idem dominus omnium, diues in omnibus qui inuocant illum. *At ille respondens dixit patri suo, Et tot annis seruo tibi, & nunquam mandatum tuum præterii, &c.* Ex parte enim mentitur, & ex parte verum dicit senior filius. In eo enim quod ait, quia reuertenti filio vitulum faginatum pater occiderit, verum dicit: mētitur autem dum Dei præceptum nunquam se præterisse iactat. Insuper & ingratus esse videtur, dum tatorum, quibus quotidie mundabatur, sacrificiorum oblitus, nunquam vnum hæc dum se à patre suscepisse conqueritur. Hac autem quæ Iudæicus populus ille ad fidem cōuersus cogitare poterat, dum Iudæos reprobari, & Gentiles eligi vidisset, sic posita sunt, ac si ea loquutus fuisset. Quis enim non mirretur tantam immutationem esse factam, vt Iudæos quos tantum dilexerat, in sua cæcitate dominus perire permitteret: & pro Gentili populo, quem odio habebat, vnigenitum filium morti traderet? Sed hæc cogitando simul cum filio seniori quasi indignati, contra Dei dispositionem quodammodo loquimur. Nec valde quidem mirandum est, si Iudæi nouiter ad fidem conuersi, gentibus communicare noluisse, cum hanc talem communionem lex eis per omnia interdixisset. Vnde iste neque pro hæc indignatione hic reprehenditur, sed potius reddita ratione, pater cum placate conatur dicens, *Fili, tu mecum serper es, &c.* Semper enim ille populus (secundum quosdam) cum Deo fuit, & secundum quosdam cum Deo non fuit. Vnde Apostolus, *Cæcitas, inquit, ex parte contigit in Israel.* Elias quoque cum diceret, Domine, prophetas tuos occiderit, & altaria tua suffoderunt, & relictus sum ego solus, & querunt animam meam. Ait ei dominus, *Reliqui mihi septem milia virorum, qui non curauerunt genua sua ante Baal.* De his igitur, & similibus dominus ait, *Fili, tu semper mecum es.* Pro qualibus & de ecclesia dicitur, quod non habet maculam, neque rugam. Si enim ad vniuersitatem spectes, multas maculas habet ecclesia. Et tales quidem filij habentur, eis ad beatitudinem sufficiens, & necessaria. Denique omnia, quæ Dei sunt, quodammodo nostra sunt, si taliter & habeamus, vt aliter ea habere nolimus.

E V T H Y M I I Z I G A B O N I
superioris Euang. expositio.

Aliis quoque inducit plurimæ vtilitatis parabolas: quæ vim poenitentiae eorum, qui peccauerunt, submonstrat, & diuine benignitatis magnitudinem: & per hæc peccatores ad poenitentiam adhortatur: hominem quidem appellas patrem, & Deum, qui humanus est, duos autem filios eius omnem iustum, omnemque peccatorem: est enim & iustorum pater, & peccatorum, vt pote per lauacri regenerationem ab ipso ad-

aptatorum; de fidelibus enim sermo est. Iuniorum verò nominavit peccatorem, vt qui pueriliter sapit facileque fallitur: qui etiam substantiæ partem, quæ sibi obuenerat, petiuit: hoc est, liberum arbitrium, quod ei ex natura debebatur. Quisquis enim pueriliter sapit, liberum poscit arbitrium. Aut obtingentem substantiæ partem dicit debitam ex baptismo gratiam. Cuius enim baptizato diuina datur gratia. Substantia autem siue diuitiæ Dei, sunt charismata, id est, dona, quæ diuidit fidelibus.

† Non quia tempore iunior, sed quia sensu indigens, mentisque inconstans.

† Ac si diceret; Nolo vrgere me seruendi necessitas: liberum est enim mihi arbitrium: si volo, modestus sum: si volo, cogi nequeo. Pater ergo candidè impertit: vult enim dominus, vt sibi voluntarie seruiatur. Deinde peregre profectus est. Quo? Non à loco ad locum, sed mente discessit à Deo, & Deus ab illo: propter quod etiam facta est illi fames valida: non fames panis, & aquæ, sed fames audiendi verbi Dei quia fames honorum vehementer est.

Et diuisit illi substantiam. Liberum videlicet arbitrium illi diuisit. Substantiam namque, aut facultatem filius diuidere nihil aliud est, quam libero arbitrio illos relinquere: neminem enim cogit Deus, qui ipsi nolit obedire. Aut etiam diuisit eis congruentia dona, prout dictum est. Et post dies pauco adolefcentior contrahit omnibus, & c. Senior quidem apud patrem remansit, tanquam prudens: iunior verò, congregatis omnibus, puta libero arbitrio, ac Dei dono: vel omnibus suis voluntatibus: id est, dominus illorum constitutus, peregre profectus est ad peccatum, quod à Deo longe separatur: longe enim sunt à Deo, qui peccant: non loci segregatione, sed virtutis. Ac ibi dissipauit substantiam suam. Corrupti donum, quod à baptismo susceperat, puta animæ nobilitatem, ad virtutes aptitudinem. Hac enim, & familia erant eius substantia, ac diuitiæ. *Veniendo luxuriose.* Prodigaliter, intemperanter, libidinosè, lasciuie. *Quamque omnia consumpserit.* Quum abiecerit, aut respuisset quæcunque habebat à Deo bona. *Facta est fames valida in regione illa.* Vbi enim diuini timoris frumentum non fertur, ibi fames valida, non panis, sed virtutis: vbi fertilitas omnis mali, ibi sterilitas omnis boni. *Et ipse cepit egere.* Fame premi, dilapso ab eo omni bono, solaque incontinentia derelicta. *Et abiit, & adhaesit vni ciuitum regionis illius.* Ciues regionis illius puta peccati sunt demones. Distractus ergo à patre, O magnam dementia, adhaesit inimico! & qui non sustinuerat parere Deo humanissimo, seruiuit inhumanissimo demoni! *Atque inuistit eum in villam suam, vt pasceret porcos.* Ita demones retinuerant eos, qui sibi adhaerent. Significat autem sermo extremam miseriam, cui indignissima præcipiuntur. Propterea enim dilatatur Christus parabolas, & minutatim amplificat, quæ calamitatis erant: vt discamus qualia patiantur ij, qui à Dei præceptis recedunt, & suis voluntatibus gradiuntur. Potest quoque villa demonis dici indigna conuersatio: potè verò voluptates, ac lulentæ cogitationes: quas miser pasceret, ac fouere iustus est. *Et cupiebat implere ventrem suum, &c.* Siliquis iuxta anagoge voluptates sunt, quibus prædictæ cogitationes nutriunt. Quem admodum enim iustum, omnemque peccatorem: est enim & iustorum pater, & peccatorum, vt pote per lauacri regenerationem ab ipso ad-

pus habent: quod autem amarum, & acerbum, posterius est, ac æternum. *Nec quisquam illi dabit.* Nullus illi dabit ad satietatem: huiusmodi enim demones neminem sinunt satiari voluptatibus, ne citius à peccato quiescat: semper enim excitant appetitum, ac desatiationem suscitant. *In se autem reuersus.* Sui compos effectus: hoc est, tanquam expurgatus ab ebrietate, grauique somno, & respiscens, dicit; *Quam multi mercenarij &c.* Mercenarios intelligimus eos, qui adhuc sunt catechumeni, & nondum per baptismum adoptati, quibus merces fidei datur, puta ad optio: panes verò, doctrinas animarum nutritias. Dicit ergo ab intimo cordis; O quot mercenarij patris mei non modo cibum habent animarum, sed & delicias: id enim significat Abi dare: ergo autè, qui filius sum fame pereco. Hac & ea, quæ sequuntur, parabolice narras saluator, verè poenitentiae figuram nobis tradit. *Surgens ibo ad patrem meum.* † Sur gens à casu peccati.

† Nonne eo reuertar, vnde male exiui.

† Dicamque illi; Pater, peccavi in calum. † Præponens videlicet illi terram, siue bonis caelestibus terrena.

† Tunc enim firmamenti aspectum, tanquam accipitorem vocem.

† Hoc est in te, vt qui tuam voluntatem posthabui meo.

† Vereor tua diuinitatis locum intueri: sortidos enim habeo corporis, & animæ oculos.

Nec posthac dignus sum, qui vocer filius tuus. Quia tali patre indigne cōuersatus sum. *Fac me sicut vnum de mercenariis tuis.* † Ex quo primo ordine excidit, dignate me vel secundo: tantum ne penitus abiicias me. Placabilis est sermo, & cor attingens paternum.

† Hoc est, ne me ab atrio tuo expellas, domine: inuentum me rursus errantem, inimicum tanquam captiuum abducas.

Et surgens venit ad patrem suum. Venit: hoc est, veniebat sumpta fiducia de illius misericordia: oportebat enim non solum bene velle, sed & quæ animo concepta sunt, operati. *Quum autem longe adhuc abesset, vidit illum pater eius.* O visum compatientis acutissimum! Simul vt quis respicere in animo cogitauit, hunc etiam simul ipse vidit: patens semper ad eorum, qui conuertuntur, susceptionem, & ab exordio statim poenitentia illos recipiens. Hinc ergo parabola incredibilem manifestat misericordiam, ac incomparabilem caelestis patris amorem, & quantam, qualèmq; demōstrat erga eos, qui conuertuntur compassionem. *Ac misericordia motus est.* Pater enim erat: nec id tantum, sed & Deus misericordia. *Et accurrens ruit in collum eius, &c.* Præ nimio gaudio, non expectauit, vt ille veniret, sed prius occurrit: neque id vtcunq; sed & accurret, vt appareat amoris vehementia; & ruit in collum eius, certiorum eum reddens, quod omne peccatum illi remisisset: & osculatus est eum, tanquam desideratum filium, qui vsque ad poenitentiam sceleratus fuerat, & abominabilis. O admirandam reconciliacionem! Quid dicam, aut quid loquar de ineffabili Dei benignitate? Nam, vbi ad immensum illum pelagus respicio, sermo mihi prædicitur, neque, quid loquar, mihi reliquum est: solum autem hoc clara, ac libera voce clamo, quod res magnas efficit poenitentia, facile eum flectens, qui facilis est, vt

flectatur, benignum videlicet Deum nostrum. Homini vero maxime congrua sunt prædicta, quæ eum fecisse dicit ad manifestiorem compaffionis, ac reconciliationis ipsius doctrinam, quum etiam in principio parabole hominem eum fup-pofuerit. *Ait autem illi filius; Pater peccatus in calis, &c.* Quæ dicere cogitauerat, ea nunc toto corde dicit, vt hinc discamus, quod oporteat etiam post reconciliationem toto corde fateri, quod peccauerimus, nosque ipsos condemnare. *Dixit autem pater ad fruos suos.* Ad ecclesie sacerdotes: nam hi Deo ministrant ad eorum, qui conuertuntur salutem. *Profere stolam primam, & induite illum. Primam, preciosissimam, quæ est purificatio, aut gratia, qua custodiatur, quam perdidit à patre separatus, fidem, veritatis cognitionem: & induite illum, qui seipsum exiit. Et date annulum in manum eius.* Arthabonem familiaritatis erga Deum, aut signaculum ad operationem eius, ne ipsa infidiis appetatur. *Et ca. cæmentem.* Id est, custodiam ad iter conuersionis suæ.

Ecclesia Sa-cerdotes sunt ministri reconciliationis inter Deum & peccatores.

Ph. c.

† *Vt hic calcianus in præparatione euangelij pacis, con-culcet serpentes, ac scorpiones, hoc est, cõtrarias prelestates.*
 Et aduictum vitulum illum saginatum mat. etc. Vitulus saginatus sanctum Christi corpus est: vitulus quidem, tanquam non domatus iugo, ac pondere peccati: saginatus vero, tanquam virtutibus impinguatus, ac seruatus, vt pro peccatoribus immoletur. *Ac epulantes lætatur.* Edere quoque ipse dicitur ad lætitiæ communicationem. *Quia hic filius meus mortuus erat, &c.* Mortificationem quidem, ac perditionem dicit eam, quæ à peccato procedit: viuificationem vero, ac inuentionem, eam, quæ à penitentia. *Caperuntque lætari.* Hoc manifestum est. *Et ait autem filius eius senior in agro.* In agro virtutum, exercens, ac colens illas. *Quumque venis appropinquasset domus, &c.* Talis quidem, venit felicitate profectionis: perfectione autem appropinquat domus Dei, & audit musices concentum propter filij erga patrem concordiam, qua per penitentiam concors factus est: choros vero propter gaudium, quod inibi erat: Nam in domo Dei sonus est pure festa celebrantium. *Et, accessit de seruis, interrogauit, quid hoc essent.* Vno angelorum accessit. Per angelum enim reuelantur diuina mysteria. *Et ait vocat nunc seruos: nam angeli sunt serui Dei. Isque dixit illi; Frater tuus venit.* Adest conuersus: vt mandauit pater tuus vitulum, &c. Abiecto morbo per penitentiam. *Indignatus est autem, nec volebat introire.* Assimulat hunc parabola indignantem, nec intrare volentem: non quod inuiderit, nullus enim moror iustis de salute fratrum, sed vt ob oculos ponat immensam Dei bonitatem. Ostendit siquidem huiusmodi

indignatio, quod tantam demonstrat erga eos, qui respiscunt, gratiam, & gaudium. † vt ceteris inuidiam mouere possit. Hoc autem fecit & parabola operatiorum mercede conductorum, iuxta Matthæum: nam in illa quoque primi murmurabant.

† *Allusio est apud Græcos inter χεῖρ, ἢ χεῖρ, hoc est, gratiam, & gaudium.*

Pater ergo eius egressus rogabat illum. Vtpote filiorum amator, ac prudens: & eum, qui conuersus est, habens in honore, & eum, qui permanit, rogans. *At ille respondens dixit patri; ecce tot annis, &c.* Non dicunt hæc, aut familia sancti Deo, sed consequenter ad indignationem assumulata est & hæc causa reddidio, ob causam, quam prædiximus. Solent enim inuidi de similibus conqueri. Quidam ergo per hæc dum, minimam voluptatem intelligentes, per amicos vero voluntates: aiunt illum dixisse; Mihi ne minimam quidem voluptatem vnquam permisisi, vt cum volutibus meis lætarer. Nobis autem non est curiose scrutanda, quis sit hæcudus, aut qui sint amici: nam periculose sunt in talibus subiles quaestiones, ac dispersiones, sicut in multis parabolis protestati sumus. *Ad quum filius tuus hic, qui deorauit substantiam tuam, &c.* Etiam hæc eiusdem sunt consequentia, & similiter efficta sunt. Dei vero substantiam dicit dona, vel gratiam, veluti superius significatum est: meretricis autem, voluptatum amores. *At ille dixit eis; Fili, tu semper mecum es.* Nūquam à me discedendo, sed mandata mea semper implendo. *Et omnia mea tua sunt.* Quum enim talis sis, omnia mea hæreditario iure possidebis: huiusmodi namque filij in hæreditatem accipiunt regnum patris, & Dei. Ne ergo tristeris, nam in nullo affectus es iniuria. Et ita mansuet illum consolatus, deinceps etiam de his respondet, quæ in fratrem eius facta sunt. *Lætare autem, & gaudere oportuit, &c.* Ostendit necessariam fuisse lætitiæ, & gaudiū. Quis enim, quum mortuum viderit reuixisse, nõ lætatur? & quis vbi id quod perierat, inuenit, non gaudet? Vidisti quemadmodum, & quando peregre profectus est patienter sustinuit, & conuersum immenso exceptit gaudio, nec solum substantiæ rationem non repetit, sed & donis illum dignatus est, nec solum non exprobrauit, sed insuper pro eo respondit. Vere magna est, domine, benignitas tua, nec vllus explicare sufficere sermo ad gratiarum actionem illius. Vtinam autem & nos, qui aequaliter cum prodigo sumus peregre profecti, ac diuitias consumpsimus, æqualem cum eo conuersionem demonstramus, & æquali benignitate digni habeamur.

DOMIN



DOMINICA III. IN QVADRAGESIMA.

L V C. II.



In illo tempore Erat Iesus eiiciens dæmonium, & illud erat mutus, & admiratus sunt turbæ. ^a Quidam autem ex eis dixerunt. In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Et alij tentantes: signum de cælo quærebant ab eo. Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum in seipsum diuisum, desolabitur: & domus supra domum cadet. Si autem & Sathanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum ipsius? quia dicitis, in Beelzebub me eiicere dæmonia? Si autem ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filij vestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Porro si in digito Dei eiicio dæmonia, profecto peruenit in vos regnum Dei. Cùm fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quæ r possident. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniersa eius arma auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Qui non est mecum, aduersum me est, & qui non colligit mecum, dispergit. Cùm immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca iniquosa, quærens requiem, & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et cum venerit, inuenit eam scopis mundatam. Et tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & ingressi habitat ibi. Et fiunt nouissima hominis illius illius peiora prioribus. Factum est autem, cum hæc diceret,

^a Mutos faciens.

^b Scribæ & Pharisei, non simplex turba.

^c Magna fiducia inter blasphemos confiteri Dei filium. ^d In figura ecclesie quæ in medio gentium constituitur creatorum. ^e Interiori aures percipiunt. ^f Opere. ^g Interiori aures percipiunt. ^h extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi: ⁱ Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. At ille dixit: Quinimmo: Beati qui ^k audiunt verbum Dei, & ^l custodiunt illud.

GLOSSA ORDINARIA in superius Euang.



^m Terat eiiciens. Post predicationis verba quæ humilibus proposuit etiam miracula operatur, vt qui prædicati non credunt, vllis miraculis credant. Matthæus hunc dæmoniacum etiam cæcum fuisse dicit: In quo tria miracula à domino fiunt, videt, loquitur, à dæmone liberatur. Quod autem tunc in vno carnaliter factum est, quotidie fit in conuersione gentium, vt primum expulso dæmone, & omni spurcicia idololatriæ, fidei lumen videat, deinde tacta prius ora ad laudem Dei laxaretur. In Beelzebub: Ninus rex conditor Ninive Belo parti suo statuam consecrauit, etque diuinos honores instituit, cuius simulacri similitudinem suscipientes Chaldæi Bel vocabant. Palestini suscipientes, Baal dicebant, Moabitæ Beelphegor.

Indæi autem vnus Dei cultores propter derisionem gentium Beelzebub appellabat. Baal enim vir dicitur, Zebab musca, inde beelzebub, id est, vir muscarum, siue habens muscas: propter fordes erroris, qui in templo eius immolabatur. Aferebant etiam Iudæi in hoc simulacro principem dæmoniorum habitare, per cuius potentiam dicebant Iesum dæmonia pellere. ⁿ Signum de cælo. Vt vel ignem de cælo descendere faceret, sicut Eliæ duo quinquagenarij igne de cælo sunt percempti. Vel vt contra consuetudinem terræ istius, æstiuo tempore tonitrua audirent: imbres ruerent, fulgura discurrerent, sicut sub Samuele actū est. Vel quæsierunt manna de cælo: Quæ signa ideo à Christo tunc non sunt exhibita, quia similiter & illa calumniarentur dicentes: ex variis aeris passionibus contigisse. Vnde subditur: ^o Ipse autem vt vi. co. eo. Hoc sibi proprium dominus referauit vt cogitationes intueatur. & iudicet. Proprium est Iudæorum quætere signa, vnde Paulus: Iudæi signa

Matth. 23. b

^a Reg. 1. b

^b Reg. 7. a

^c Cor. 1. d

Q 4

signa petunt gentes sapientiam. Ipse autem ut vi. Non ad verba, sed ad cogitata responderet. In quo dat certum potentiae suae signum, quia secreta cordium rimatur. Iuxta litteram patet, quod omne regnum solidum, & firmum si per partes dividitur, in solitudinem redigitur, vacuum cadet cum habitatoribus, & domus supra domum cadet cum habitatoribus vnus domus ab alterius domus familia: vel opprimuntur vel puniuntur. Quo autem haec spiritualiter tendant, exponit cum adiungit: *Si autem ego in seipsum dico.* Si ego ut vos dicitis, in principe demoniorum eicio demonia, ergo regnum diaboli est diuisum contra se: & ita potestas malitiae eius stare non potest: Si autem demonem non potest expellere, falso dicitis me in principe demoniorum demonia eicere. Si vero potest sicut dicitis, prospicite vobis, ut de regno eius quod diuisum est exeatis, ne in ruina eius pariter inuoluamini. In quo autem dominus eiciat demones, ne demoniorum principem existant, attendant quod sequitur: *Si autem ego in Beel. eicio d. si.* Filios Iudaeorum apostolos vocat, qui inter alia miracula quae a domino acceperant, etiam demones pellebant. Quam expulsiōnem non diabolo, sed Deo assignabant, qui sibi, conficij erant nihil malarum artium a domino didicisse. Ideo ipsi ignobilia & contemptibilia mundi eligentes, in quibus nulla malicia artificiosa fuit sedebant super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Vel, filij id est, exorcistae illius gentis, qui inuocato nomine domini demones expellebant. Quasi dicat: Si expulsio demonum in illis, non diabolo, sed Deo deputatur, cur idem opus in me non habeat eandem causam? *Ideo spiritus. est.* non potestate, sed comparatione, dum illi expulsiōne, non diabolo, sed Deo assignant. *Omne regnum.* Si omne regnum diuisum desolat, ergo regnum patris & filij & spiritus sancti, quod nulla contradictione, nullo impulsu est desolatum, non est diuisum: & ideo est aeternum. De hoc regno respondit Pilato: Regnum meum non est de hoc mundo. & ideo qui in Christo spem non gerunt, sed in principe demoniorum eicio demones opinantur, eos regni negat esse perpetui. Na quomodo potest manere diuinitum regnum cum fides scindatur, cum populus Iudaeorum sic ex lege: Christus quoque secundum carnem ex lege sit generatus. Quomodo potest regnum illud esse perpetuum quod ex lege est, cum populus ille diuidat legem, cum a populo legis negatur Christus, qui ex lege debetur? Sed manet regnum Ecclesiae, in qua vnus dominus, vna fides, vnū baptisma. *Si autem. q. d.* Regnum diuisum stare non potest, sed regnum Sathanae est diuisum, ut vos dicitis, quod Sathanas Sathanam expellat, ergo &c. *Porro sicut dicitur.* Filius, dicitur manus vel brachium patris. Spiritus sanctus, dicitur digitus propter differentiam variorum donorum, quae per spiritum sanctum hominibus dantur, sicut digitus inter se discreti sunt: Nec nocet inaequalitas membrorum. Licet enim brachium maius sit digito, tamen brachium cum digito vnū est corpus. Hoc digito scripta est lex in tabulis. Huiusmodi magi confessi sunt in Aegypto. *Professio perit.* *Ex. reg.* id est, iudicialia potestas Dei: qua bonos a malis secernerit in die iudicij. Vel, Regnum, id est, superna beatitudo. Quasi dicat: Si in spiritu Dei eicio demonia, sine dubio sciatis aditum

Joan. 8.

Deut. 9. Exod. 8.

Matth. 12.

regni caelestis patefactum credentibus. *Cum fortis. ut.* Quasi dicat: Si ego in Beelzebub sicut dicitis, eicere demonia, tunc in aliquo operibus diaboli consentirem, sed nullo modo cum illo consentio, sed potius illum superare & eicere a meis fidelibus festino. Cum diabolus: fortis, ad nocendum: armatus, multis spiritualibus nequitiiis custodit, in sua seruitute, artium suum, id est, mundū, qui in maligno positus est, in quo vsque ad aduentum filij Dei diabolus sine contradictione principabatur, & malè pacato vtebatur imperio in cordibus infidelium. *Si autem fortis.* Fortiorem se vocat, qui non concordia pace & operatione, sicut calumniabantur, sed fortiiori potentia ipsum strauit, mundumque ab ipsius dominatione liberat. Arma diaboli quae abstulit, callidissima sunt versutiae spiritualis nequitiae. Spolia, sunt animae ab eo deceptae, quae victor Christus distribuit, quod est insignium triumphantis: quia captiuam ducens captiuitatem, dedit dona hominibus, quosdam quidem Apostolos, alios Euangelistas, alios Pa. & Do. *Qui non est m.* Et verè opera mea non contemnant, cum operibus Sathanae: quia ego ipse in nullo conuenio cum illo, sed omnino contrarij sumus: quia ego humilis, benignus, animas volens saluare. Ille superbus, inuidus cupit perdere. Ego praedicatione mea virtutes congrego: Ille spargit & separat ab vnitate Ecclesiae. *Et qui non c.* Haec de omnibus haereticis, vel schismaticis ex superfluo possunt intelligi, qui omnes excluduntur a regno Dei. *Cum immundus spiri.* Quia subtrahitis vos a meo regno, attribuentes opera mea diabolo. Ideo diabolus habitat in vobis, sicut in suo regno grauius quam in principio. *Exiit.* Exiit diabolus a Iudaeis, quando legem & cultum vnus Dei populus iste suscepit, & transiit ad gentes, quae erant a pinguedine spiritus sancti, & dilectione proximi & aridae & steriles: In quibus iam non inuenit requiem: quia iam a cordibus Gentium suscepta fide Christi expellitur, quando dicit: Repetam Iudaeos quos ante dimisi. Et inuenit scopis mundatam illam plebem, id est, superfluis obseruationibus Pharisaeorum & caeremoniis legis, quae iam nihil valent, post aduentum Christi. Et ut firmius possideat, assumit vniuersitatem demonum. Et modo deteriores Israelitae sunt, blasphemantes Christum in suis conuentibus, quam olim fuissent in Aegypto ante praecipitum legem: quia maior infidelitas est venientem non suscipere, quam venturum non credere. Possunt haec ad vnumquemque baptizatum referri, qui post acceptam gratiam negligit operari bona, sed potius originalibus peccata actualia adiicit. Diabolus exit ab homine, cum in baptismo pompis illius homo abrenunciat, & praecedentium peccatorum illecebris, quem deservens ambulat per loca inaquosa: quia rorda sanctorum ab omni mollicie fluxurum cogitationum & humore libidinis immunia callidus tentator explorat, si quos ibi suae nequitiae gressus figere possit. *Unde subditur: Quarens requi.* *non inu.* quia qui in praui cogitationibus & actibus paschitur, in mentibus fidelium omnia sua testamenta cessare perpendit. Tunc dicit: *Reuertar in domum vnde exi.* Reuertar ad illius conscientiam, vnde in baptismo eiecisti fueram, & pristinam possessionem. *confecto dominiq. mihi subiciam.* *Et cum vnus.*

Eph. 1.

eam

eam scop. mund. quia cum huiusmodi reprobam delictis cogentibus reperierit, inuenit conscientiam peccatoris a vitis in baptismo mundatam: sed nullo bono opere cumulata. *Tus. ut. sep.* plenitudinem omnium virtutum. *Qui scilicet. tales.* spiritus, nequiores diabolus dicitur, quia cum diabolus malus sit, illi tamen qui suis mentis impellentibus vitis mancipantur, non solum mali sunt, sed etiam speciem bonitatis affectatis virtutibus per hypocrisis ostentare nituntur: *Et sicut. no. ho. il. pe. p.* Melius erat viam veritatis ignorare: quam post agnitionem conuerti retrosum. *Beatus.* Hic Maria laudatur quae dominum portauit. Er prauitas tam praesentium Iudaeorum quam futurorum haereticorum, qui veram Christi humanitatem negant, confutatur: quia verum Dei filium aduersus blasphemos Iudaeos confitetur, & verum hominis filium testatur, matris consubstantialem. Nisi enim esset vna caro cum matre, frustra venter ille virginis & vbera beatificarentur. *Et vbera.* secundum phisicos. Ex eodem fonte & lacte nutriendis & semen procreandis pueris emanat, ergo de semine virginis potuit concipi, qui eius lacte potuit nutriri. *Quinimo.* quasi dicat. Non solum laudanda Maria, quia verbum Dei portauit in vtero, sed maxime beata est, quia praecpta Dei seruauit in opere. Sic etiam omnes beati sunt qui verbum Dei auditu fidei concipiunt, & boni operis custodia in suo vel proximorum corde parant & nutriunt. *Qui. in.* In laude ecclesie. *E contrario.* damnatur Pharisaei, qui verbum Dei nec audire nec implere, sed blasphemare querebant.

CATENA AVREA

in idem Euang.

Et erat Iesus eiciens demonium, & illud erat murum. *Glof.* Promiserat dominus quod spiritus bonus daretur orantibus: cuius quidem beneficium subsequenti miraculo demonstrat. vnde sequitur: *Et erat Iesus eiciens de. &c.* Theo. Dicitur autē mutus, vt in pluribus qui nō loquuntur dicitur etiam & qui non audit, sed magis proprie qui nec audit nec loquitur. Qui autem a natiuitate non audiuit, ex necessitate non loquitur. Ea enim loquimur, quae per auditum loqui docemur. Si quis tamen ex aliqua passione superueniente auditum amiserit, hunc nihil prohibet loqui. Qui autem domino oblatas fuit, & mutus erat lingua, & surdus auditu. Titus, Mutum autem vel surdum dicit auditum, quod hanc ingerit passionē quod non audiatur diuinum verbum. Nam demones aufertentes aptitudinem humani affectus, obtundunt animae nostrae auditum: idcirco venit Christus vt & eiciat demoniū, & audiamus verbum veritatis: vnum enim sanauit, vt vniuersalem praegustationem faciat humanae salutis, vnde sequitur: *Et cum eiecisset demonium, locutus est mutus.* Beda, Damoniacus autem iste apud Martham non solum mutus, sed & caecus fuisse narratur. Tria igitur signa simul in vno homine perpetrata sunt. Caecus videt, mutus loquitur, possessus a demone liberatur, quod quotidie completur in cōuersione credentium, vt expulso primo demone, fidei lumen aspiciant, deinde ad laudes Dei tacentia prius ora laxentur: Cyril. Hoc autem mi-

raculo peracto extollebat eum multitudo praconis & gloria, quae Deum decet. vnde sequitur: *Et admirata sunt turba.* Beda, Turbis autem quae minus erudita videbantur, domini semper facta mirantibus, scribae & pharisaei vel nequae, vel sinistra interpretatione pernerere laborabant, quasi non diuinitatis, sed immundi spiritus opera fuissent. vnde sequitur: *Quidam autem ex eis dixerunt: In Beel. prin. demo. eicit demonia.* Beelzebub Deus erat Acharon. Nam Beel quidem ipse Baal, zebub autē musca vocatur. Dicitur autem Beelzebub quasi vir mulcarum, ex cuius spurcissimo ritu principem demoniorum cognominabant. Cyril. Alij verò paribus stimulatū liuoris aculeis, perebant ab eo caeleste videre portentum. vnde sequitur. *Alij tentantes sig. de calo. querebant ab eo.* Quasi dicerent, quamuis ab homine demonium eieceris, non tamen hoc est diuinae operationis argumentum: nondum enim vidimus aliquid prioribus simile miraculis. Moyses enim transiit per medium maris. Iosue verò successor eius solem retardauit in Gabaon: tu verò nihil horum ostendisti. Quare enim prodigia de celo inuuit, quod huiusmodi cogitationibus tuae temporis afficiebantur erga Christum. *Ipsae autem vt vult cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum, &c.* Chryso. Cum pharisaeorum suspitio irrationalis esset meru multitudinis non audebant eam diuulgare, sed animo suo eam vertebant. vnde dicitur. *Ipsae autem vt vi. co. eorum dixit eis: Omne regnum in se diuisum, &c.* Bed. Non ad dicta, sed ad cogitata respondit. vt vel sic compellentur credere potentiae eius qui cordis videbat occulta. Cyril. Non autem respondebat ex scripturis, quia nō attendebant falsè eas exponentes: sed ex his responderet quae comminiter accidunt. Domus enim & ciuitas si fuerit diuisa, velociter dissipatur, & etiā regnum quo nihil est validius. firmat enim regna & domos subditorum concordia. Si ergo (inquit) ego per demonem demonia eicio, dissensio inter eos est, & perit virtus eorum, vnde subdit: Si autem lata in seip. diu. est, &c. Non enim fatanas sibi ipsi repugnat, nec suis satellitibus nocet: sed potius statuit regnum suum. Restat ergo quod diuina virtute conteram satanam. Amb. In hoc etiam ostendit regnum suum indiuiduum esse atque perpetuum, & ideo qui non in Christo spē gerunt, sed in principe demoniorum eicere demones opinantur, eos regni negat esse perpetui: quod spectat etiam ad populum Iudaeorum. Quomodo enim potest regnum Iudaeorum esse perpetuum, quando a legis populo Iesus negatur, qui ex lege debetur? ita ex parte se fides Iudaica plebis impugnat: impij gloria diuiditur, diuidendo dissoluitur. & ideo regnum ecclesiae manebit aeternum, quia indiuidua fides corpus est vnum. Beda, Regnum etiam patris & filij & spiritus sancti non est diuisum, quod est aeterna stabilitate mansurum. Desistant igitur Arriani iuniorum patre filium, filio verò spiritum sanctū dicere: quia quorum vnum est regnum, horum est & vna maiestas, Chr. Haec igitur est prima solutio. Secunda verò quae est de discipulis, quam ponit subdens: *Si autem ergo in Beel. eicio demonia, filij vestri in quo eiciunt?* Non dicit discipuli mei, sed filij vestri, volens eorum penitencere furorem. Cyril. Iudaei namque & a Iudaeis secundum carnem exorti sunt Christi

iti

si discipuli, qui potestatem in spiritus immundos adepti erant à Christo, & oppressos ab eis in nomine Christi liberabant. Cum ergo filij vestri fatamam in nomine meo conerunt, quomodo non habet multam amentiam, dicere me à Beelzebub virtutem habere? Damnamini igitur ex fide natorum vestrorum, unde subditur: Ideo ipsi iudices vestri erunt. Chryso. Quoniam enim ex vobis emanantes mihi obediunt, liquet quod condemnabunt operantes cōtraria. Bed. Vel aliter filios Iudæorum exorcistas gentis illius significat, qui ad inuocationem Dei eiciebant demones. Quasi dicat, Si expulsio dæmonum in filiis vestris Deo non dæmonibus deputatur: quare in me idem opus non eandem habeat causam? Ergo ipsi vestri iudices erunt non potestare, sed operatione, dum illi expulsionem dæmonum Deo assignant, vos Beelzebub principi dæmoniorum. Cyrill. Postquam ergo quod dicitis calumniam notam habet, manifestum est quod in spiritu Dei eicio dæmonia, unde subdit: *Porrò si in digito Dei eicio dæmonia, profectò peruenit in vos regnum Dei.* August. de con. euang. Quod Lucas digitum Dei dicit, ubi Marth. dixit spiritum, ab eadem sententia non recedit, quin potius & aliquid docet: vt nouerimus quemadmodum intelligamus vbi cūque scripturarum legerimus digitum Dei. August. de quaest. euang. Dicitur autem spiritus sanctus digitus Dei propter participationem donorum quæ in eo dantur vnicuique propria, siue hominum siue angelorum: in nullis enim membris nostris magis apparet participio quam in digitis. Cyrill. Vel spiritus sanctus dicitur digitus Dei, si filius enim manus & brachium patris dicitur est, operatur enim pater cuncta per eum. Sicut igitur digitus non est alienus à manu, sed ei naturaliter inlitus, sic spiritus sanctus cōsubstantialiter connexus est filio, & per eum omnia filius operatur. Amb. Nec tamen tibi membrorum compactio- ne nostrorum portio quedam videatur faciendæ virtutis, indiuiduæ enim rei non potest esse diuisio, & ideo ad formam vnitatis, nō ad distinctionem potestatis, referenda digitus nuncupatio est. Atha. Ad præsens autem nō reuinit dominus gratia suæ humanitatis, dicere se minorem spiritu sancto, dicens se in eo demones eicere, quasi nō sufficiente humana natura ad dæmonum expulsionem, nisi virtute spiritus sancti. Cyril. Et ideo conuenienter dicitur, *peruenit in vos regnum Dei*, id est, si ego homo existens in spiritu diuino eicio dæmones, ditata est humana natura in me, & aduenit regnum Dei. Chry. Dicit autem: Super vos vt eos attraheret. Quasi dicat, si vobis adueniunt prospera, cur vestra bona fastiditis? Ambr. Simul ostendit etiam imperialem quandam esse spiritus sancti potestatem, in quo regnum est Dei, nos quoque in quibus habitat spiritus, esse regalem domum. Titus, Vel dicit, *peruenit in vos regnum Dei*, vt intelligatur, peruenit contra vos, non pro vobis, horrendus enim est perfidis Christi secundus aduentus. *Cum fortis armatus custodit arrium suum, in pace sunt ea quæ possidet.* &c. Cyril. Quia necessarium erat per multas consideraciones detrahentium retractare sermonem, vtitur nunc exemplo manifestissimo, quod demonstrat volentibus inueniri, quod principem huius seculi virtute sibi inrita vicit, dicens: *um for. at. custo. arrium suum, &c.* Chryso. Fortem vocat diabolum, non quia natu-

raliter huiusmodi sit, sed innuens antiquam eius tyrannidem, quam pusillanimitas nostra causauit. Cyril. Erat enim ante saluatoris aduentum violentia multa, rapiens alienos greges scilicet, Dei, & quasi ad proprium ducens ouile. The. Arma autem eius sunt omnes species peccatorum, in quibus confidens inualuit contra homines, Bed. Atrium verò illius mundum vocat, qui in maligno positus est: in quo vsque ad saluatoris aduentum potiebatur imperio, quia in cordibus infidelium sine vlla contradictione quiescebat; sed fortiori potentia Christus victor, omnes homines liberando ipsam eiecit. unde subditur: *si autem fortior illo superueniens, &c.* Cyril. Postquam enim Dei summi verbum totius fortitudinis dator & dominus virtutum factum est homo: inuasit illum, & arma eius abstulit. Beda. Sunt ergo arma eius astutia, dolique nequitie spiritalis: spolia verò eius ipsi homines sunt ab eo decepti. Cyril. Nam qui dudum irretiti fuerant ab eo Iudæi in diuinam ignorantiam & errorem, euocati sunt per sanctos apostolos ad notitiam veritatis, & oblati sunt Deo patri per fidem adhibiti filio. Bas. Distribuit etiam spolia exhibens fideles custodias angelorum ad hominum salutem. Beda. Victor etiam Christus spolia distribuit, quod est insigne triumphantis, quia captiuam ducens captiuitatem dedit dona hominibus, quosdam quidem apostolos, alios euangelistas, hos prophetas, illos pastores ordinans & doctores. Chryso. Deinde ponitur quarta solutio, cum subditur: *Qui non est me: um, aduersum me est.* Quasi dicat ego volo homines offerre Deo, fatanas autem contrarium. Qualiter ergo qui mihi non cooperatur, sed dissipat que mea sunt, tam mihi consentaneus fieret, vt vnā mecum eiecisset demones. Sequitur: *Et qui non colligit mecum, dispergit.* Cyril. Quasi dicat, ego veni vt filios Dei ab eo dispersos congregem, & ipse fatanas cum mecum non sit, quæ colligit & saluauit tentat dispergere. Qualiter ergo qui meis dispersionibus refragatur, virtutem mihi ministrat. Chry. At si quis non cooperatur, aduersarius est, multo magis qui obstat. videtur tamen mihi & Iudæos ad presens sub ænigmate tangere, ordinans eos cum diabolo: nam & ipsi agebant contra eum, & dispergebant quos congregabat. *Cum immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca iniquosissima.* &c. Cyril. Post præmissa ostendit dominus vnde contingit populo Iudæorum, vt ad huiusmodi opinioniones laberentur de Christo, dicens: *Dum immundus spiritus exierit, &c.* Quod enim hoc exemplum ad Iudæos spectet, Marthæus expressit, dicens: *Sic erit & generatoni huic pestifera.* Quandiu enim erant in Ægypto viuentes ritu Ægyptiorum, inhabitabat in eis spiritus spiritus malignus, qui expulsus est ab eis, quando maclauerunt agnum in figura Christi, & liniti sunt eius sanguine, & sic euitauerunt destructionem. Amb. Ita in vno homine totius Iudæici populi comparatio est: quæ per legem spiritus immundus exierat. Sed quia in gentibus quorum corda prius arida erant, sed postmodum per baptismi rore spiritus humefcebant, propter fidem Christi requiem diabolus inuenire nō potuit. Immundus enim spiritus Christus incendium est: ideo regressus est ad plebem Iudæorum, unde sequitur, *Et non inuenit, Reuertat in domum de exiit.* Orige. id est ad eos qui sunt ex Israhel, quos vidit

vidit nihil diuinum in se continentem, sed desertos & vacantes habitationi eius, unde sequitur: *Et cum ueniret, cum sepe mundum.* Ambro. Potenti enim & perfunctoris specie compta animo manet interiori pollutiore. Neque enim sacri fontis irriguo aut abluebatur, aut restringebatur ardore, meritoque ad eum spiritus redibat immundus, adducens se cum septem spiritus nequiores, unde sequitur, *Et tunc vnus & assu, septem alios spiritus n. se. & ingres. babi. ibi.* Quoniam scilicet in hebdomada legis & octauæ mysterium commisit. Itaque vt nobis multiplicatur septiformis spiritus gratia: ita illis immundorum spirituum omnis cumulat in iuria. Vniuersitas enim hoc numero aliquoties comprehenditur. Chryso. Incolunt autem animas Iudæorum demones peiores prioribus. Nam tunc temporis in prophetas seiebant nunc verò ipsi domino prophetarum iniuriantur, atque ideo à Vespasiano & Tito peiora passi fuerant, quam in Ægypto & in Babylone, unde sequitur, *Et sunt non habent peiora prioribus.* Tunc etiam aderat eis diuina prouisio, & gratia spiritus sancti: tunc verò etiam hac cura priuantur, propter quod virtutis maior penuria nunc, & ærumna intensior, & dæmonum exactio seuior. Cyril. Sunt etiam nouissima peiora prioribus, secundum illud apostolicum, Melius erat eis veritatis viam non agnoscere, quā post agnitam retroire. Beda. Potest etiam hoc accipi de heretico quolibet vel schismatico, vel etiā malo catholico, de quo tempore baptismus spiritus exierat immundus, locaque iniqua peragrata, id est, corda fidelium, quæ à mollitie fluxæ cogitationis expurgata sunt, callidus insidiator explorat, si quos ibi nequitia suæ gressus figere possit. Dicit autem: *Reuertat in domum, unde exiit.* In quo timendum est, ne culpa quam in nobis extinctam credebamur, per incuriam nos vacantes opprimat. Inuenit autem eam scopus mudatam, hoc est gratia baptismus in peccatorum labe castigatam: sed nulla boni operis industria cumulatam. Per septem autem malos spiritus quos assumit, vniuersa vitia designat. Nequiores autem dicuntur, quia non solum habebit illa septem vitia, quæ septem spiritalibus sunt contraria virtutibus, sed etiam per hypocrisis ipsas se virtutes habere simulabit. Chryso. Non solum autem illis, sed & nobis fore dicta accipiamus quæ sequuntur. *Et erunt nouissima hominum illius peiora prioribus:* quia si illustrati, & à pristinis malis remoti, denud redimus ad eandem nequitiam, grauior deinceps erit poena sequentium peccatorum. Beda. Possit etiam simpliciter intelligi dominum hæc ad distinctionem suorum & satanæ operum adiunxisse: quod scilicet septem polluta mundate, fatanas verò mundata grauioribus sordibus contaminare festinet. *Factum est autem cum hæc diceret, Excolens vocem quædam mulier de turba, &c.* Beda. Scribis & pharisæis dominum recantibus simul, & blasphemantibus incarnationem eius, magna fiducia quædam mulier consentient. unde sequitur: *Factum est autem cum hæc diceret, Excol. vocem quædam mulier de tur. dixit illi, Neceus venter qui te portauit, &c. vbi & præsentium calumniam, & futurorum confundit hereticorum perfidiam. Nam sic cut tunc Iudæi sancti spiritus opera blasphemando verum Dei filium negabant, sic heretici postea negando Mariam semper virginem, spiritus sancti cooperante virtute, nascituro vni genito*

Deo carnis suæ materiam ministrasse, verum cōsubstantialēque patri filium hominis fateri nō debere dixerunt. Sed si caro verbi Dei secundum carnem nascens à carne virginis matris pronuntiatur extranea, siue causa venter qui eum portasset, & vbera quæ lactarent beatificauerunt. Quæ verò consequentia eius lacte credatur nutritus, ex cuius semine negatur conceptus, cum ex vnus & eiusdem fontis origine secundū phisicos vterque vigor manare perhibetur? Non autem tantummodo eam que verbum Dei corporaliter generare meruerat, sed omnes qui idem verbum spiritualiter auditū fidei concipere, & boni operis custodia, vel in suo, vel in proximorum corde parere, & quasi alere studuerint, asserit esse beatos. Sequitur enim, *At ille dixit, Quinimo, beati &c.* Chryso. Non fuit hoc responsum repudiantis matrem, sed ostendentis quod nihil ei partus profuisset, nisi valde bona & fidelis fuisset. Ceterum si Mariæ non proderat sine virtutibus anima Christum ab ea ortum traxisse, multo magis nobis, siue patrem, siue fratrem, siue filium virtuosum habeamus, nos autem abilitamus ab illius virtute, nequaquam hoc prodesse valebit. Beda. Eadem autem Dei genitrix, & inde quidem beata, quia verbi incarnandi ministra est facta temporalis: sed inde multo beator, quia eiusdē semper amandi cultus manebat æterna. Hæc etiam sententia sapientes Iudæorum percutit, qui verbum Dei non audire & custodire, sed negare & blasphemare quærebant.

S. AMBROSII EPISCOPI Mediolan. superioris Euang. expositio.

Et erat eiciens dæmonium, &c. Causa dicti huius ea est; quod in Beelzebub principe dæmoniorum eicere dæmonia dicebatur; vt ostendit regnum suum indiuiduum esse, atque perpetuum. Meritoque etiam Pilato respondit: *Re. 106. 18.* regnum meum non est de hoc mundo. Et ideo qui non in Christo spem gerunt, sed in principe dæmoniorum eici demones opinentur, eos regni negat esse perpetui. Quod spectat ad populum Iudæorum, qui huiusmodi passionibus ad dæmonium eiciens dæmonia, dæmonis accessit auxilium. Nam, quemadmodum potest, cum fides scindatur, regnum manere indiuiduum: Etenim, cum in lege sit populus Iudæorum; Christus quoque, secundum carnem ex lege generatus sit; quomodo regnum potest Iudæorum esse perpetuum, quod ex lege est, cum populus ipse diuidat legem; quando à legis populo Iesus negatur, qui ex lege debetur? Ita ex parte se fides Iudæicæ plebis impugnat; & impugnando diuiditur, diuidendo dissoluitur? Et ideo regnum ecclesiæ manebit in æternum; quia indiuidua fides, corpus est vnum. Vnus enim dominus, vna fides, vnū baptismum. *Ephes. 4.* vnus Deus, & pater omnium, qui super omnes, & per omnes, & in omnibus. Quanta hic sacrilegi furoris amentia, vt, cum Dei filius ad immundos spiritus conterendos, & ad manus mundani principis auferendas suscepit carnem, & destruenda nequitia spiritalis hominibus quoque dedit potestatem, diuidens spolia eius, quod insigne est triumphantis; aliqui sibi adiumentum, & præ

TITI BOSTRORVM
Episcopi eiusdem Euang. expositio.

Cyloffa.

Feb. 10.

Pfal. 8.

Pfal. 11.
2. cor. 12.

2. cor. 5.

& praesidia diabolice potestatis asciscant; cum in digito Dei, vel certe secundum Matthaeum, in spiritu Dei daemones excludantur? Vnde intelligitur indiuiduū quoddam velut corpus esse diuinitatis, & regnum; cum Christus Dei dextera sit; spiritus autem digiti specie velut vnus secundum diuinitatem corporis seriem videatur expruere. Nonne videtur indiuiduū esse regnum, cum velut corpus sit indiuiduum? Habitat enim (vt legisti) corporaliter plenitudo diuinitatis in Christo. Quod vtique & de patre negare non poteris, & de spiritu negare non debes: nec tibi membrorum comparatione nostrorum portio quaedam videatur facienda virtutis. Indiuiduū enim rei nō potest esse diuisio: & ideo ad formam vnitatis, non ad distinctionem potestatis referenda digiti nuncupatio est; cum dextera Dei dicat;

Ego, & pater vnus sumus. Sed, licet indiuidua diuinitatis distincta persona est; digitus tamen cum dicitur spiritus, operatoria virtus significatur; quod diuinitatis operum sicut pater, & filius; ita & spiritus sanctus operator sit. Dauid enim dicit; Quoniam video caelos opera digitorum tuorum. Et in tricesimo secundo Psalmo; Et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et Paulus ait; Haec autem omnia operatur vnus, atque idem spiritus, diuidens singulis, prout vult. Et hic cum dicit; *quod sit in spiritu Dei ego eicio.* &c. Simile ostendit imperialem quandam esse sancti spiritus potestatem, in quo regnum est Dei. Nos quomodo, in quibus habitat spiritus, regalem domum habemus. Vnde & in posterioribus dixit; Regnum Dei intra vos est. Et ideo diuinitatis, & dominationis, & imperatoriae maiestatis consorte debemus aestimare spiritum sanctum: quia dominus est spiritus: Vbi autem spiritus domini ibi libertas.

Cum immundus spiritus. &c. Hoc de Iudaeorum plebe dictum, ambigi non potest; quam dominus a regno suo in superioribus segr. gavit. Vnde omnes quomodo haereticos, & schismaticos a regno Dei, & ab ecclesia intellige separatos. Et ideo non Dei, sed immundi spiritus omnis schismaticorum haereticorumque liquido claret esse conuentus. Itaque in vno homine totius Iudaici populi comparatio est: a quo per legem spiritus immundus exierat. Sed, quia in nationibus, & gentibus per fidem Christi requiem reperiri non potuit (immundis enim spiritibus Christus incendium est: qui in peccatoribus gentium, quae ante arida erant, postea per baptismum spiritu sancti humescebant: iacula aduersarij ignita restinxerat) ideo regressus ad plebem est Iudaeorum; quae forensis, & perfunctoria specie compta, animo manet interiore pollurior. Neque enim sacri fontis irriguo aut abluebatur, aut restinguebat ardorem. Merito quoque ad eam spiritus rediebat immundus, adductus secum septem spiritus nequiores se: quoniam in hebdomadam legis, & octauae mysterium sacrilega mente commisit. Itaque, vt nobis multiplicatur septiformis spiritus gratia, ita illis immundorum spirituum omnis cumulat in iniuria. Vniuersitas enim hoc numero aliquotiens comprehenditur: propter quod septimo die conclusus mundi operibus requieuit Deus,

Ideo & sterilis septem peperit, & populosa in filiis infirmata est.

Beatus venter, qui te portauit. Cur muliere exclamante: *beatus venter qui te portauit.* &c. Christus dominus intulit: *Quoniam beati, qui audiuit verbum Dei, & custodiunt illud* conuenienter plane opportunoque tempore hoc ab eo dictum est; quando quidem non deerant per id tempus, qui Dei verbum adeo non audiebant, vt eos etiam in ius vocarent, palamque condemnarent, qui audiebant; Dominus autem oppositam quasi viam ingressus, illos praeter ceteros fatos, fortunatosque praedixit, qui Dei verbum audiuissent, audiriūque custodiunt. Quum ob mutuum quoque, & surdum, quem paulo ante sanauerat, illo dixisset videri potest: Hic Christi beneficio huc iam adductus erat, vt Dei verbum audire, & discere; audiendo verò & discendo, credere; credendo autem, operari; operando demum gloriae coronam cum iis omnibus, qui domini praeccepta obseruant, consequi possent.

BEDAE VENERABILIS
presbyteri eiusdem Euang.
expositio.

Et erat Iesus eiciens daemones, &c. Daemoniacus iste apud Mattheum non solum mutus, sed & caecus fuisse narratur, curatūque dicitur a domino, ita vt loqueretur, & videret. Tria ergo signa simul in vno homine perpetrata sunt. Caecus videt, mutus loquitur, possessus daemone liberatur. Quod & tunc quidem carnaliter factum est, sed & cotidie completur in conuersatione credentiu, vt expulso primo daemone, fidei lumen aspiciant, deinde ad laudes Dei tacentia prius oraxentur. *Quidam autem ex eis dicebant.* In Beelzebub, &c. Non haec alibi de turba, sed Pharisaei calumniabantur, & scribae, sicut alij Euangelistae testantur. Turbis quippe quae minus erudite videbantur, domini semper facta mirantibus, illi contra, vel negare haec, vel quae negare nequieuerant, sinistra interpretatione peruertere laborabant, quasi non haec diuinitatis, sed immani spiritus opera fuissent, id est, Beelzebub, qui Deus erat Accaron. Nam Beel quidem, ipse est Baal, Zebub autem, musca vocatur. Nec iuxta quaedam mendosa exemplaria, littera vel in fine est nominis legenda, sed Beelzebub ergo Baal muscarum, id est, vir muscarum, siue habens muscas interpretatur, ob fordes videlicet immolatorij cenoris, ex cuius spurcissimo ritu, vel nomine, principem daemontiorum cognominabant. Et alij tentantes signum de caelo quaerebant ab eo, &c. Vel in morem Heliae ignem de sublimi venire cupiebant, vel in similitudinem Samuelem tempore aetiuo iungere tonitrua, coruscare fulgura, imbres ruere, quasi non possint & illa calumniari, & dicere ex occultis, & variis aeris passionibus accidisse. At tu, qui calumniaris ea, quae oculis vides, manu tenes, vtilitate sentis, quid feceris de iis, quae de caelo venerunt? Vtique respondebis, & magos in Aegypto multa signa fecisse de caelo. Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis, &c. Non ad dicta, sed ad cogitata respondit, vt vel sic compel

compellerentur credere potentiae eius, qui cordis videbat occulta. Si autem omne regnum in seipso diuisum desolatur, ergo patris, & filij, & spiritus sancti regnum non est diuisum, quod sine vlla contradictione nō aliquo impulsu desolandum, sed aeterna est stabilitate mansurum. Si vero sanctas, & indiuidue Trinitatis, indiuiduū: immo, quia indiuiduum manet regnum, desistant Arianum minorem patre filium, minorem filio sanctum dicere spiritum. Quia, quorum vnus est regnum, horum est & vna maiestas. *Si autem & satanas in seipso diuisus est.* &c. Hoc dicens, ex ipsorum confessione volebat intelligi, quod in eum non credendo in regno diaboli esse elegerent, quod vtique aduersum se diuisum stare non posset. Eligant ergo Pharisaei, quod voluerint. Si satanas fatanum non potest eiecere, nihil contra dominum quod dicerent inuenire poterunt. Si autem potest, multo magis sibi prospiciant, & recedant de regno eius, quod aduersum se diuisum stare non potest. In quo autem dominus Christus eiciat daemones, ne daemontiorum principem existiment, attendant quod sequitur; *Si autem ego in Beelzebub eicio.* &c. Dixit hoc vtique discipulis suis, illius populi filiis, qui certe discipuli domini Iesu Christi bene sibi conscij fuerant nihil se malarum artium a bono magistro didicisse, vt in principe daemontiorum eiecissent daemones. Ideo (inquit) ipsi iudices erunt vestri, ipsi (inquit) ipsi ignobilis, & contemptibilia huius mundi, in quibus non artificiosa malignitas, sed sancta simplicitas meræ virtutis apparet, ipsi testes mei, iudices erunt vestri. Aliter. Filios Iudaeorum, exorcistas gentis illius ex more significat, qui ad inuocationem eiecissent daemones. Et coarctat eos interrogatione prudenti, vt confiteatur spiritus sancti esse opus. Quod si expulsio (inquit) daemontium in filiis vestris Deo non daemontibus deputatur, quare in me idem opus non eandem habeat causam? Ergo ipsi vestri iudices erunt, non potestis, sed comparatione, dum illi expulsionem daemontium Deo assignant, vos Beelzebub principi daemontiorum. *Porro si in digito Dei eicio daemones.* &c. Ille est digitus, quem confitentur & magi, qui contra Moysen, & Aaron signa faciebant, dicentes; Digitus Dei est iste. Quo & tabulae lapideae scriptae sunt in monte Sina. Igitur manus, & brachium Dei filius est, & digitus eius spiritus sanctus. Patris, & filij, & spiritus sancti vna substantia est. Non te scandalizet membrorum inaequalitas, cum aedificet vnitatis corporis. Aliter. Digitus Dei vocatur spiritus sanctus, propter partitionem donorum, quae in eo dantur vnicuique propria, siue hominum, siue angelorum. In nullis enim membris nostris magis apparet partitio, quam in digitis. Quod autem dixit; *Peruenit in vos regnum Dei,* Regnum Dei nunc dicit, quo damnantur impij, & a fidelibus de peccatis suis poenitentiam nunc agentibus secerantur. *Cum factis armatus custodis atrium suum.* &c. Fortem, diabolum, atrium verò illius, mundum, qui in maligno positus est, appellat, in quo vsque ad saluatoris aduentum male peccato portebatur imperio, quia in cordibus insidelium sine vlla contradictione quiescebat. Vnde & alibi princeps mundi vocatur, dicitur domino; Venit enim princeps mundi, & in me nihil inueniet. Et iterum, Nunc princeps mundi eicietur foras, de qua &

hic eiectione subiungitur. *Si autem, fortiori illo superueniens uicerit eum.* &c. De seipso quippe loquitur, quod non concordia fallat operatione, quemadmodum calumniabantur, sed fortiori potentia victor homines a daemone liberaret. Arma, in quibus male fortis ille confidebat, astutiae deliquit; sunt nequitiae spiritualis. Spolia verò eius, ipsi homines sunt ab eo decepti. Quae victor Christus distribuit, quod est insigne triumphantis, quia captiuam ducens captiuitatem, dedit dona hominibus, quosdam quidem Apostolos, alios euangelistas, hos Prophetas, illos pastores ordinans & doctores. *Qui nō est mecum, aduersum me est.* &c. Non putet quisquam de haereticis dictum, & schismaticis, quanquam & ita ex superfluo possit intelligi, sed ex consequentibus textibus sermonis ad diabolum refertur, & quod non possint opera saluatoris, Beelzebub operibus comparari. Ille cupit animas hominum tenere captiuas, dominus liberare. Ille praedicat idola, hic vnus Dei notitiam. Ille trahit ad vitia, hic ad virtutem reuocat. Quomodo ergo possunt habere concordiam inter se, quorum opera diuisa sunt? *Cum immundus spiritus exierit de homine.* &c. Quamuis simpliciter intelligi possit dominum haec ad distinctionem suorum & Satanæ operum adiunxisse, quod scilicet ipse semper polluta mundare, Satanæ verò mundata grauioribus festinet attaminare fordibus, tamen & de haeretico quolibet, vel schismatico, vel etiam malo catholico, potest non inconuenienter accipi. De quo tempore baptismatis spiritus immundus, qui in eo prius habitauerat, ad confessionem catholicae fidei, abrenunciacionemque mundanae conuersationis eiciatur, locaque inaquosa peragret, id est, corda fidelium, quae a mollitie fluxu cogitationis expurgata sunt, callidus insidiator exploret, si quos ibi forte suae nequitiae gressus figere possit. Sed bene dicitur; *Quaerens requiem & non inueniens.* Quia castas mentes effugiens, in solo diabolus corde prauorum gratam sibi potest inuenire quietem. Vnde de illo dominus; Sub umbra (inquit) dormit, in secreto calami, & locis humentibus. In umbra videlicet tenebrosas conscientias: in calamo, qui foris nitidus, intus est vacuus, simulatrices: in locis humentibus, lasciuas, mollésque mentes insinuans. *Dicit. Reuertar in domum meam, vnde exiui.* Timendus est iste versuculus, non exponendus. Ne culpa, quam in nobis extinctam credebamus, per incuriam nos vacantes obrimat. *Et cum ueneris, inuenit scopis mandatum.* Hoc est gratia baptismatis a peccatorum label castigatam, sed nulla boni operis industria cumulatam. Vnde bene Mattheus hanc domum vacantem, scopis mundatam, atque ornata dicit inuentam. Mundatam videlicet a vitis pristinis per baptismum, vacantem a bonis actibus per negligentiam, ornata simulatis virtutibus per hypocritam. *Et tunc vadit, & adsumit septem malos spiritus.* &c. Per septem malos spiritus, vniuersa vitia designat. Quemcumque enim post baptismum, siue prauitas haeretica, siue mundana cupiditas arripuerit, mox omnium praefernet in imavitiorem. Vnde recte nequiores tunc cum spiritus dicuntur, ingressi. Quia non solum habebit illa septem vitia, quae septem spiritualibus sunt contraria virtutibus, sed & per hypocritam, ipsas se virtutes habere simulabit. *Et sunt nouissima hominis illius, peiora prioribus.* Melius quippe erat ei vitia

Vides non sufficere mundationem a peccatis, sed & bonorum operum vniuersam requiem.

veritatis non cognoscere, quam post agnitionem retrosum conuerti. Quod in Iuda traditore, vel Simone mago, ceterisque talibus, specialiter legitimus impletum. Quo autem generaliter hæc parabola tendat, ipse secundum Matthæum Saluator exposuit, ubi ea terminata mox subdidit dicens; Sic erit & generationi huic pessimæ. Id est quod de vno quolibet specialiter geri solere narrati, hoc in tota generaliter huius populi gente geri non desinit. Immundus quippe spiritus exiit a Iudæis, quando acceperunt legem. Et ambulauit per loca arida, quærens sibi requiem. Expulsus videlicet a Iudæis, ambulauit per gentium solitudines. Quæ cum postea domino credidissent, ille non inuenit loco in nationibus, dixit; Reuertar ad domum meam pristinam vnde exiui. Habebo Iudgos, quos ante dimiseram. Et veniens, inuenit vacantem scopis mundatam. Vacabat enim templum Iudæorum, & Christum hospitem non habebat dicentem. Dimittetur vo bis domus vestra deserta. Quia igitur Dei, & angelorum præsidia non habebant, & ornati erant superfluis obseruationibus Pharisæorum, reuertitur ad eos diabolus, & septenario sibi numero deponum addito habitat pristinam domum, & sunt posteriora illius populi peiora prioribus. Multo enim nunc maiore demonum numero possidentur blasphemantes in synagogis suis Christum Iesum, quam in Ægypto possit fuerant ante legis notitiam. Quia aliud est venturum non credere, aliud eum non suscepisse qui venerit. Septenarium autem numerum adiunctum diabolo, vel propter sabbatum intellege, vel propter numerum, spiritus sancti. Vt quomodo in Esaiâ, super virgam de radice Iesæ, & florem qui de radice conscendit, septem spiritus virtutum descendisse narrantur, ita & econtrario vitiatorum numerus, in diabolo consecratus sit. *Fatum est autem cum hæc diceret, extollens vocem quædam mulier, &c.* Magnæ deuotionis, & fidei hæc mulier ostenditur, quæ Scribis, & Pharisæis dominum retantibus simul, & blasphemantibus, tanta eius incarnationem præ omnibus sinceritate cognoscit, tanta fiducia constituit, vt & presentium procerum calumniam, & futurorum confundat hæreticorum perfidiam. Nam, sicut tunc Iudæi sancti spiritus opera blasphemando, verum, consubstantialémque patri Dei filium negabant, sic hæretici postea negando Mariam semper virginem sancti spiritus operante virtute, nascituro ex humanis membris vnigenito Deo carnis suæ materiam ministrasse, verum consubstantialémque patri filium hominis fateri non debere dixerunt. Sed si caro verbi Dei secundum carnem nascentis a carne virginis matris pronunciarur extranea, sine causa venter, qui eam portasset, vbera, quæ lactassent, beatificatur. Quæ enim consequentia eius lacte credatur nutritus, cuius semine negatur esse conceptus; cum ex vnius, eiusdemque fontis origine, secundum physicos vterque liquor emanare probetur. Nisi forte putanda est virgo sementiuam suæ carnis materiam nutritio in carne Dei filio suggerere potuisse, incarnando autem quasi maiori, & iniustato miraculo minime potuisse. Sed huic opinioni obstat apostolus dicens; Quia misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege. Neque enim audiendi sunt, qui legendum putant

natum ex muliere, factum sub lege, sed factum ex muliere. Quia conceptus ex vero virginali, carnem non de nihilo, non aliunde, sed materna traxit ex carne. Alioquin nec vere filius hominis diceretur, qui originem non haberet ex homine. Et nos igitur his contra Eutychem dictis extollamus vocem cum Ecclesia catholica, cuius hæc mulier typum gessit, extollamus & mentem de medio turbamus, dicamisque Saluatori; Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti. Vere enim beata parens, quæ (sicut quidam ait) *Enixa est puerperâ Regem.*

Qui calum terrâ que tenet per sacula, cuius Diuitem & æterno completiens omnia gyro, Imperium sine fine manet, quæ ventre beato, Gaudia matris habens cum virginitatis honore, Nec primam sinitem vîsa est, nec habere sequentem. At ille dixit. Quinimo beati qui audiunt, &c. Pulchre saluator adtestationi mulieris annuit, non eam tantummodo quæ verbum Dei corporaliter generare meruerat, sed & omnes, qui idem verbum spiritaliter auditu fidei concipere, & boni operis custodia vel in suo, vel in proximorum corde parere, & quasi alere studuerint, assueuerit esse beatos. Quia & eadem Dei genitrix & inde quidem beata, quia verbi incarnandi ministra est facta temporalis, sed inde multo beatorum, quia eiusdem semper amadî cultos manebat æterna. Quæ sententia sapientes Iudæorum clam percudit, qui verbum Dei non audire & custodire, sed negare & blasphemare querebant.

HAYMONIS EPISCOPI

Halberstat. superioris Euang. expositio.

Erat Iesus eiciens demonium, & illud erat mutum. Mutum dicebatur demonium, non quia mutum esset per naturam: sed quia mutum hominem reddebat, quem inuaserat, quia non permittebat eum loqui. Tria miracula dominus simul in homine vno perpetravit, liberauit eum a demonio, & reddidit ei lumen, quia cæcus erat, secundum quod Matthæus euangelista testatur, & loqui eum fecit. Hoc quotidie fit spiritaliter in sancta ecclesia, quando venit ad baptismum, & promittit se abrenunciaturum omnibus operibus diaboli, & pompis eius: tunc expellitur ab eo diabolus. Cum verò imbuatur a sacerdote, qualiter credere debeat patrem, & filium, & spiritum sanctum, percipit lumen fidei. Post quam verò lumē fidei percipit, incipit loqui, id est, confiteri fidem suam dicens: Credo in Deum patrem omnipotentem. *Quidam ex eis dixerunt, in Beelzebub principe demoniorum eiecit demonia. Non quidam de turba hoc dixerunt, sed scribæ, & pharisæi, qui domino inuidebant, sicut alij euangelistæ testantur.* Turbæ enim quæ minus erudite erant quam scribæ, & pharisæi, miracula, quæ a domino fieri videbant, etiam mirabantur, & laudabant. Econtra scribæ, & pharisæi legis doctores videntes opera domini, quæ negare poterant, negabant; & quæ negare non poterant, male interpretabantur: sicuti hic, quando dixerunt eum eicere demonia. *In Beelzebub principe demoniorum eiecit demonia.* Id est, per potestatem Beelzebub principis demoniorum eiecit demones minoris potestatis. Beel ipse est Baal: Beelzebub dicitur Deus Acharon. Fuit quidam rex potentissimus apud Assyrios Belus nomine, cui successit

successit in regno filius eius Ninus qui ædificauit Ninium ciuitatem magnam. Et fecit ipse Ninus in honorem patris sui vnam statum auream, in similitudinem patris, præcepitque subiectis suis, vt adorarent illam statum, & offerrent ei victimas. Cuius simulachri similitudinem accipientes Chaldæi, id est, Babylonij, vocauerunt eum Bel, sicut scriptum est in Danielis volumine. Et idoli erat in Babylone nomine Bel. Postmodum appellauerunt eum nomine Baal. Deinde Philistæi vocauerunt eum Beelzebub, Beel interpretatur vis, Zebub autē musca vocatur, Beelzebub igitur vis muscarum, siue habens muscas interpretatur, ob sordes, scilicet immolatiij cruoris, quia multarum victimarum sanguis ibi exprimebatur, ideo multa muscæ ibi conueniebant ad comedendum sanguinem. Vel ex ipso sanguine procreabantur muscæ in illo simulachro, in quo dicebant Iudæi principem demoniorum esse. Et ipsum principem demoniorum dicebant dominum Iesum Christum introisse, per cuius potestatem eiecerat demones minores de obsessis hominibus. *Et alij tentantes, signum de celo querebant ab eo.* Vel in morem Helii cupiebant ignem de sublimi venire, quia Helias ignem de celo produxit, qui interfecit nuncios Achab. Vel in similitudinem Samuels, petebant pluuia de celo ruere, contra uia mugire, fulgura coruscare tēpore æstiuo contra naturam terra promissionis. Quod dominus noluit facere, nec ignem de celo producere, nec imbres: quia, si hoc fecisset, calumniarentur, & dicerent, ex oculis, & variis perturbationibus aeris illa euenire. *Ipse autem vni vidit cogitationes eorum, dixit.* Quare respōdet dominus ad cogitationes eorum? Hoc soli Deo competit, vt cogitationes videat, vt ostenderet se verum Deum esse, qui cogitationum secreta intuebatur, iuxta quod scriptum est: Homo vider in facie, Deus autem intuetur cor. Nulli enim angelorum nec bonorum, nec malorum hoc concessit Deus, vt cogitationes hominum videre possit. Iuxta quod sapientissimus Salomon dixit: Tu solus nostri cor filioium hominum. Quasi diceret dominus scribis, & pharisæis: Ea potestate, qua cogitationes vestras video, possum demones eicere de obsessis corporibus, si voluero. *Omne regnum in se diuisum, quod semper fuit solidum, & firmum, si diuisum fuerit per partes sicut istud, desolabitur, id est, in solitudinem redigetur, ab habitatoribus suis euacuabitur. Et domus super domum cadet, id est, habitatores vnius domus, corrunt super habitatores alterius domus. Isti pugnant contra illos, & illi contra istos, vt interficiant se ad inuicem.* Quare præmiserit dominus parabolam hæc manifestat, cum subiungit. *Sin autem Satanas in seipsum diuisus est, vt alij faciant bene, alij male, quomodo regnum illius stabit?* Si ita esset, nobis multum prodesset, quia bona pars vinceret malam, & nos pacem & tranquillitatem haberemus ad impugnationibus illorum, sed non est ita. Sicut regnum patris, & filij, & spiritus sancti firmum, & solidum est in sanctitate, ita regnum diaboli vnitum est in malitia. *Si ego in Beelzebub principe demoniorum eiecit demonia, filij vestri in quo eieciunt?* Filios Iudæorum appellat apostolus, qui de stirpe illorum nati sunt: ac si diceret dominus: Si ergo opera Apostolorum meorum, qui nihil malorum artium à me didicerunt, Deo assignatis, & non diabolo, quare

non idem opus eandem causam habet in me? *Idem ipsi iudices vestri erunt.* iuxta quod dominus dicit: *Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel: non potestare, sed comparatione melioris facti.* Narrat Iosephus, quod Salomon fecisset exorcismum, id est, adurationem sermonis vnde eiciebant demones: quos vsi sunt Iudæi vsque ad prædicationem apostolorum: vnde legitur in Act. apostolorum quod erant septem filij Sceuræ sacerdotis, qui per illum exorcismum eiciebant demones. Quasi diceret dominus. Si opera filiorum vestrorum, qui per exorcismum eiciunt demones, Deo assignatis, & non diabolo: quare mea diabolo, & non Deo assignatis? *Idem ipsi iudices vestri erunt. Porro si in digito Dei eicio demonia, profecto peruenit in vos regnum Dei.* Porro, nil aliud est nisi coniunctio. Per digitum possumus intelligere spiritum sanctum, propter diuersitatem donorum, quæ per eum dantur angelis, & hominibus. In nullis enim membris ita apparet partitio, sicut in digitis. Et recte per digitos designatur spiritus sanctus: quia digito Dei sunt superati Magi in Ægypto. Vnde dixerunt Magi ad Pharaonem: *Digitus Dei hic est, id est, spiritus sanctus.* Hoc digito Dei scripte sunt tabule in monte Sinai. *Profecto certe, omnino peruenit in vos regnum Dei, regnum Dei appellatur hic iudicium Dei.* Est sensus: Sicut vos, quantum in vobis est, mea opera separatis ab operibus Dei, & assignatis diabolo: ita & in die iudicij separabimini ab electis, qui in presenti seculo agunt penitentiam de peccatis suis præteritis, & trademini diabolo, & angelis eius ad puniendâ, cui opera mea assignatis. *Cum fortis armatus custodit atrium suum.* Secundum litteram manifestus est sensus: Spiritualliter fortem armatum possumus intelligere diabolum, atrium illius mundum, arma sunt astutia eius, spolia illius sunt homines. Diabolus ante aduentum filij Dei, in pace regnabat in mundo, nullus resistebat sibi. Sed quid factum est? Venit fortior illo dominus Iesus Christus, vnde dicit Psal. Dominus fortis, & potens, dominus potens in prælio. Superauit eum tempore passionis suæ, & omnia arma illius, id est, dolos & astutias, cum quibus homines deiciebat, abstulit ei: & illos quos viuos inuenit, per diuersa officia distribuit, alios fecit prophetas, alios prædicatores, alios apostolos. Quærit aliquis, si dominus Iesus Christus potestatem diaboli abstulit, quare regnat modò in mundo? Ad hoc sciendum est, quod diabolus potest nulli nocere, nisi adhuc scribit illi peccando, verbi gratia: Sicut canis rabidus ligatus non potest hominem mordere, nisi accesserit ad eum, ita diabolus nulli nocere, nisi accesserit ad eum peccando. *Qui nō est mecum, aduersum me est.* Contra diabolum loquitur hic dominus. Diabolus non est cum Christo, quia contrarius est operibus Christi, & qui non colligit mecum, dispergit. Dominus noster Iesus Christus, quotidie colligit homines de vitiis ad virtutes, de cultura idolorum ad amorem Dei, & diabolus dispergit homines de virtutibus ad vicia, de amore Dei, ad culturam idolorum. *Cum immundus spiritus exierit ab hominibus.* Immundus spiritus est diabolus. Exiit a Iudæis, quando acceperunt legem in monte Synai a domino, vnde & dixerunt: Omnia, quæ locutus est nobis Deus, faciemus, & erimus obediētes. *Bibl. Hom. tom. 2. R. 2. dientes.*

dientes. *Ambulat per loca inaquosa*, id est, per solitudinem gentium. Inaquosa dicitur, quia non habebat aquam, id est, spiritum sanctum, unde dicit dominus: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat: & de ventre eius fluent aque viuae. *Quaerens requiem, & non inuenit*, quia voluit ibi aeternaliter manere. Sed quid factum est? Adueniente domino in carne, & praedicantibus apostolis, expulsus est ab eis. *Dicit: Reuertar in domum meam, unde exiui*, id est, possidebo Iudaeos, quos ante dimisi, & cum venerit, inuenit *scopis mundatam*, sicut illis videtur, & ornata[m] superstitionibus, & variis traditionibus scribarum & pharisaeorum & tunc vadit, & assumit septem spiritus nequiores se. Per septem spiritus nequiores se, possumus intelligere septem vicia principalia, superbiam, gulam, iram, tristitiam, aenodoxiam, acediam, auaritiam, & ingressi habitant tibi, id est, diabolus cum vitis suis, & sunt nonisima hominis illius peiora prioribus. peiores sunt modo Iudaei, blasphemantes dominum Iesum Christum in synagogis suis, quam fuissent in Aegypto sine lege, & sine cognitione Dei, colentes idola. Quia melius est viam veritatis non agnoscere, quam post cognitionem retrosum insecti. Vel aliter. *Cum mundus spiritus exierit ab homine*. Quod diximus de vna gente, id est, de vno populo Iudaeorum, possumus ad vnumquemque hominem referre. Cum homo venit ad baptismum, exiit ab eo diabolus, cum promittit se abrenunciaturum omnibus operibus diaboli, & pompis illius. *Ambulat per loca inaquosa*, id est, circuit congregationes fidelium, quaerens requiem & non inuenit: quare non inuenit? Quia dominus habitat in cordibus electorum suorum, & non inueniens dicit: reuertar in domum meam, unde exiui, id est, possidebo homines, quos tempore baptismatis dimisi. Et cum venerit, inuenit scopis mundatam, per baptismum ab originalibus peccatis, & vacantem a bonis operibus; & ornata[m] per hypocritam: putat se virtutes habere, quas non habet. *Factum est autem cum hac diceret, extollens vocem quaedam mulier de turba, dixit illi*. haec mulier typum gerebat sanctae ecclesiae. *Beatus venter, qui te pariauit, & vbera, quae susisti*. Virgo Maria beata fuit, quae virgo concepit, virgo peperit, & virgo in aeternum permanit: sed beator fuit, quia verbum Dei custodiuit, & mandatis eius obediuit. *Quoniam* sed magis beati, qui audiu[m] verbum Dei, & custodiunt illud. Vnusquisque homo, qui audit verbum Dei, & corde concipit, & ore profert, & opere implet, beatus est.

THEOPHYL. EPISCOPI
Bulgar. superioris Euang. expositio.

ET erat euicipsi demonium, &c. *Kapós* mutus frequenter dicitur, qui neque audit, neque loquitur: dicitur autem & qui non audit: proprie vero & qui neque audit, neque loquitur. Et sane qui a natiuitate non audiunt, idem etiam necessario non loquuntur. Illa enim loquimur, quae per auditum loqui didicimus. Quando autem quis non audit, non mirum si neque loquatur. Verum seorsus est, si casu cuiuspiam auditus offendantur. Nam, qui talis est, loqui, nihil prohibet. Unde qui ad dominum adductus est, & lingua, & auribus impeditus erat. Figura autem hic est humanae naturae, quae a demonibus detenta, non audire potest sermonem Dei, multoque minus loqui valeret. At dominus postquam venerit, demonesque effugit, demoniacas affectiones & opera inquam, fecit nos audire & eloqui veritatem. Non solum enim sermones Dei audire oportet, sed etiam aliis loqui. Audiamus igitur qui in nobis habemus diabolica opera, & putamus nos docere alios, & cupimus ab hominibus salutari Rabbi. Egresso enim demonio, verus sermo, & doctrina fit. Quamdiu autem intra nos fuerit demonis operatio, etiam si videamur loqui, non loquimur. Pharisaei sane miraculum arguerunt: & dominum ut magum contumelia afficiant. Dicunt eum habere amicum principem demoniorum, atque illius cooperatione eicere demonia. Ad quos dominus, quomodo (inquit) potest demoni eicere alium demonem? Hoc enim esset destructio regni eius. Siquidem regnum illi putant, & quietem, habitare in hominibus: & si eiciat eos princeps eorum, manifestum quod seipsum destruit. Etenim omne regnum diuisum, & seditiosum destruitur, & domus diuisa. Domum autem siue aedificium intellexeris, bene. Nam aedificium quamdiu cohibet se, & seruat continentiam, consistit: postquam autem etiam muri dispescit, cadit. Sine eos, qui domum inhabitant intellexeris. Nam hi quamdiu pacifici sunt, conseruantur: quum autem inter se dissident, cadunt. Esto autem, quod ego eiciam demonia in Beelzebub; sicut vestri, hoc est, Apostoli, in quo eiciunt? nonne manifestum, quod in meo nomine? Quomodo igitur dicitis, quod ego eiciam in Beelzebub, quasi opus habeam illorum virtute, quum filij vestri, sancti scilicet Apostoli, in meo nomine demonia eiciant? Igitur ipsi condemnabit vos. Manifestum enim, quod si illi in meo nomine eiciunt demonia, mihi non opus sit virtute alterius. In digito ergo Dei, hoc est, in spiritu sancto eicio, & non in malo spiritu. Digitem autem spiritum dicit, ut scias, quod sicut digitus eiusdem substantiae est cum alio corpore, ita & spiritus eiusdem substantiae est cum patre, & filio. Fortassis autem & ideo, quia filius dicitur manus Dei, & requierunt super eum septem efficaciae spiritus, non quod per spiritum agatur, sed quia consubstantialis est spiritui. Vnum autem ex donis, & efficacis spiritus sancti est sanare: propterea dicitur in spiritu Dei, hoc est, in spirituali dono eicere demonia. Nam, sicut digitus pars est manus, ita spiritus donationum pars fuit spirituum, quos habuit Christus, hoc est, operationum spirituum. Propterea si eicio (inquit) demonia efficacia diuinae virtutis, peruenit vti que in vos regnum Dei. Quod talem habet sensum, Destructum nunc est regnum diaboli, regnatque Deus, qui demones estiger. Audi enim quid deinceps dicat. *Quum fortis armatus caecus esset atrium suum, &c.* Fuit quidem, inquit, ante aduentum meum fortis Satanas, & custodiebat atrium suum, hoc est, praevalebat, & imperabat humanae naturae fortiter, & secure. Postquam autem ego veni illo fortior, & vici mundum, omniaque arma eius, in quibus fidebar, omnia scilicet peccatorum genera, illa enim arma sunt diaboli, in quibus fidebar, & praevalebat. Arma igitur (inquam) illa eius diripi ego, qui sine peccato inueniatur, vnde infirmata sunt: & spolia eius, hoc est, homines, quos habebat, quasi spolia ab eo rapui, & trado ea, aliud alij angelo fido custodiat, ut

di, ut pro demone, cuius tyrannidem tulerat, habeat angelum. Vel aliter, Ego ne communionem cum Beelzebub habeo? Meum opus est congregare filios Dei dispersos, illius vero congregatos dispergere. Quomodo igitur de me cogitatis quod communionem habeam cum Satana? Et profecto haec cogitatio hinc oritur, quod demones magis nunc vos quam olim premant. Etenim habuistis etiam olim immundum spiritum, qui habitabat in vobis, quando idola colebatis, & prophetae occidebatis, & visus est postea exire a vobis: at nunc rediit in domum suam, hoc est, animas vestras, cum septem spiritibus, hoc est, multis (scriptura enim septem pro multis vsurpat) fecitque vobis extrema peiora primis. Quum enim idola coleretis, prophetaeque occideretis, nondum iniuria afficiebatur alium Dei, qui nunc propter vos in carne apparuit. Nunc autem quae spes salutis, quando in incarnato filio Dei, qui & propter vos miracula operatus est, in tantam ingratitude[m], & contumeliam protupillis: Potro loca inaquosa, anima sunt eorum, qui nihil aequum, & dissolutum habent, sed arida, & sollicita sunt, in quibus nullam quietem inuenit spiritus immunditiae. Et quoniam in talibus animabus malignus nullum domicilij locum inuenit, ad Iudaeos reuertitur, & sunt ipsi posteriora deteriora primis: neque adhuc habent prophetas (occiderunt enim verbum) neque vntionem. Christus enim crucifixus est, haec enim in illis olim apparebant, quauis idola colerent: nunc autem quia in filium Dei peccarunt, omnibus illis priuati sunt. *Factum est autem, quum hac diceret, extollens vocem quaedam mulier de turba, &c.* Pharisaeis, & scribis miracula taxantibus, mulier simplex, doloque carens illa celebrat. Vbi autem sunt, qui dicunt dominum apparenter tantum apparuisse? Haec igitur testis sit, quod & vbera iactent. Ipse vero beatos dicit illos, qui custodiunt sermonem Dei, non desituens beatitudinem matrem suam, abstitit sed ostendit quod etiam illi nulla utilitas futura sit ex eo, quod pepererit, & lactauerit ipsum, nisi virtutes alias omnes habeat. Insuper & haec tempestiue dicit. Quia enim inuidi, & inobedientes arguebant alios, qui sermones eius audiebant, ideo Christus contra beatos eos dicit. Fortassis autem & propter sanatum surdum haec dicit: ut & ipse quum audierit, faciat sermonem, & non fiat eorum condemnatione recepta audienti virtus.

INCERTI CVIVSDAM
sub nomine Eusebij Emissemi eiusdem Euangelij expositio.

BEatus Mattheus euangelista hominem istum non solum mutum, sed etiam caecum fuisse narrat. Caecus est enim omnis homo, qui eam lucem non sequitur, quae ait, Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae. Mutus vero, qui peccatum suum confiteri, & in Dei laudibus labia sua aperire nescit. Demonium autem ille habet, qui in aliquo magno peccato perseuerat. Ideoque Apostolus nos admonet dicens, Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Quamdiu enim peccatum in homine regnat, tandiu vincetus & captus a diabolo possidetur. Hic igitur caecus, & mutus si do-

mino offeratur, si ad poenitentiam conuertatur, mox Iesus curabit eum, ita ut eiecto demonio, loquatur, & videat. Loquatur autem non vana, & inutilia, ut prius: sed sancta, & religiosa, qualia loqui conuenit Christianum. Videat vero non vanitates oculis corporis, sed lumen vitae, & veritatis oculis mentis. *Quidam autem ex eis dixerunt, in Beelzebub principe demoniorum, eicit demonia.* De his autem Mattheus euangelista sic ait: Pharisaei autem haec audientes dixerunt, Hic enim non eicit demonia nisi in Beelzebub principe demoniorum. Quanto enim Pharisaei ceteris meliores, & sapientiores esse videbatur, tanto multoties maiori inuidia contra dominum mouebantur. Sed quis Pharisaei vos ista docuit? nisi enim Beelzebub discipuli essetis, haec talia in eius praeconio non diceretis. Videtis Iesum mortuos suscitare, caecos illuminare, leprosos mundare, omnes languores omnesque infirmitates curare, & dicitis quod in Beelzebub eicit demonia? Nunquid enim Beelzebub Deus muscarum haec aliquando facere potuit? *Alij autem tentantes signum de caelo quaerebant ab eo.* Quibus quid dominus responderit, alius euangelista exponit, dicens: Generatio haec praua, & peruersa signum quaerit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ioniae prophetae. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus. Sufficiat vobis hoc signum, neque de caelo dabitur vobis aliud signum. Magnum enim, & admirabile signum est, quod ille, qui omnia in potestate habet, se tribus diebus, & tribus noctibus in peccatorum potestate esse permittit. Quid est enim in corde terrae, nisi in affectu, in potestate, & in desiderio peccatorum? Vnde ipse quoque dominus Pilato dicebat, Non haberes in me potestatem, nisi datum fuisset tibi desuper. Sicut autem caelum significat iustos, ita & terra significat peccatores. Haec autem iam superius exposita sunt. Sequitur: *Ipse autem ut vidit cogitationes eorum, dixit, Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, &c.* Evidenti syllogismo eos concludit, qui in Beelzebub eicere demonia dicuntur. Si enim ita esset, ut illi dicunt, iam quidem Beelzebub vires principatus & regnum penitus amississet. Si enim contra se demonia bellum gererent, aut paruas aut nullas vires contra homines haberent. Sed, quod peius est, vix inueniuntur aliqui homines, qui tantam concordiam habeant in bono, quantum maligni spiritus habent in malo. Cum enim infiniti sint, & innumerabiles, omnes tamen in vno concordant, quod nihil nisi facere malum desiderant. Si igitur hanc iniquitatis concordiam non habuissent, & ad poenitentiam conuerti voluissent, & potuissent, iam quidem regnum Beelzebub desolatum fuisset. Hoc enim in aliis regnis fieri videmus. Non est igitur ut illi dicunt, neque Satanas Satanam eicit, quin potius omnes in omnibus sibi inuicem auxiliantur. Vnde etiam per beatum Iob a domino de diabolo dicitur, Corpus illius quasi scuta fusilia, & compactum squamis se praesentibus: vna vni coniungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas: vna alteri adhaerebit, & tenentes se nequaquam separabuntur. His enim verbis malignos spiritus tantam inter se concordiam habere designat, ut nullatenus ab inuicem separari queant. Corpus enim diaboli, totus ille malignorum spirituum exercitus intelligitur. Dicuntur autem scuta fusilia

lia maligni spiritus, propter fortitudinem. Dicuntur autem scuta fustilia maligni spiritus, propter fortitudinem. Dicuntur & squamae fe prementes, si que mutuo fenentes, sibi que inuicem adhaerentes, propter nimiam concordiam & unitatem, quam habent in omni malitia & nocendi cupiditate. Vtinam si fieri posset, haec tanta illorum pax, & concordia rumperetur, & regnum illud iniquitatis solueretur. Sequitur: *Et, si ego in Beelzebub eicio demonia filij vestri in quo eyciunt? Si* (inquit) de me talia cogitatis, quid dicitis de discipulis meis: scio enim quia no bene intelligitis de discipulis, qui tam nefanda de magistro cogitatis. Hoc est enim quod superius dixerat, Si patrem familias Beelzebub vocauerit, quanto magis domesticos eius? Dicuntur autem Apostoli filij Pharisaeorum quoniam & ipsi, & caeteri omnes, qui credebant resurrectionem, quam Pharisaei praedicabant, quasi patres, & magistros Pharisaeos habebat. Vnde etiam illius sectae eos fuisse intelligi potest. Haec enim secta caeteris melior erat, quamuis & ipsa in pluribus bona non erat. Ideoque in actibus Apostolorum Paulus quoque Apostolus clamasse legitur, Pharisaeus sum, de spe, & resurrectione mortuorum ego indicor. Haec est igitur causa, cur Christi discipuli Pharisaeorum filij dicantur. Sequitur: *ideo ipsi indices vestri erunt.* Ipsi enim sedebunt super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. *Porro si in digito Dei eicio demonia, profecto peruenit in vos regnum Dei.* Hoc autem quid significet, alius euangelista ostendit, dicens, Si ego in spiritu Dei eicio daemones, quidd vti que verum est, & dubitari non debet, igitur peruenit in vos regnum Dei. Vbi enim est spiritus Dei, ibi est & regnum Dei. Vocatur autem digitus Dei spiritus sanctus, propter multiplicem gratiarum diuisionem. In nulla enim corporis parte tanta diuisio, quanta in digitis inuenitur. Et tale est ac si diceret: Ego quidem in spiritu Dei, & in virtute diuinitatis daemones eicio, quoniam mihi subditi sunt, quoniam in mea potestate sunt, quoniam mihi resistere non possunt, quoniam ligatos eos teneo, & victos habeo. Et hoc est quod ait, *Chm fortis armatus custodit arrium suum, &c.* Fortis enim erat diabolus, sed fortior ego sum. Intraui in domum eius, veni in hunc mundum, quem ipse vt domum propriam possidebat, sed prope est vt princeps huius mundi eiciatur foras. Ligati enim, vasa eius diripiui, & miseros homines, quos ipse inuaserat, de eius seruitute liberaui. Non est igitur ipse mecum, neque congregat mecum, neque daemones eicit mecum: non sanathomines vt ego, non congregat oues, neque ad vitae pascua ducit, sicut ego. Quid igitur facit? Vis audire quid? spargit, dissipat, occidit, & quoscunque potest ad mortem, & aeternam damnationem secum trahit. Hoc est enim quod dicit, *Chm immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca iniqua, quarens requiem, &c.* Hanc similitudinem ideo dominus dedit, vt Iudaeorum generationem malam, & adulteram, propter duritiam suam & cor impoenitens, non solum a Ninivitis, verum etiam ab aliis gentibus merito damnandam, & indicandam esse ostenderet. Quoniam haec impia generatio poenitere nescit, sed quotidie se ipsa deterior fit, eius nouissima peiora prioribus sient. Hoc enim ipsi significabant, cum de saluatore nostro dicerent, San-

guis eius super nos, & super filios nostros. Sic igitur erit generationi huic pessima, sicut illi homini, qui ab immundo spiritu possidetur. *Chm enim immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quarens requiem, & non inuenit.* Facile enim malignus spiritus & intrat in hominem, & exit ab homine. Quoties enim homo vel cogitatione vel operatione nefandum aliquid agit, diabolus adest: si verò ex corde poenitere incipiat, diabolus exit. Exiens autem ambulat per loca arida & iniqua, eos videlicet tentando, qui malitia & voluptatis humorè non habent, in quibus requiem non inuenit, quoniam fluxa & humida quaerit. Vnde & de eodem dicitur, Sub vmbra dormit, in secreto calami, in locis humentibus, quibus loca genitalia significatur. *Tunc dicit, Reuertar in domum meam, vnde exiui.* Quia enim in bonis requiem habere non potest, ad malos redit. Tentare nanque bonos diabolus potest, requiem autem in eis habere non potest: quoniam nunc eorum orationibus nunc cleemosynis, aliisque similibus sollicitatur, mouetur, & pellitur. *Veniens autem in domum suam, inuenit eam vacantem.* Vacantem quidem, quia non inuenit ibi charitatem, nec fidem rectam, nec humilitatem, nec patientiam, nec iustitiam, nec misericordiam, nec cetera, quibus sanctorum animae muniuntur. Qualem igitur eam inuenit? *Scopis mundatam, & ornata.* talem eam inuenit, qualem inuenire desiderat. Inuenit, enim eam malis scopis mundatam, & malis ornamentis ornata. Male scopae, quae virtutes pellunt, & vitia relinquunt: male scopae, quae pauimenta dissipant, & puluerem non eiciunt. Luxuria verò, fornicatio, voluptas, superbia, auaritia, discordia, omnisque immunditia, ornamenta diaboli sunt. His autem ornamentis inuenit eam ornata. *Tunc igitur vadit, & assumit septem alios spiritus sciam, nequiores se, & ingressi habitant ibi.* Non sufficit ei vt solus talem domum possideat, socios quaerit, spatiosus est locus, multis indiget habitatoribus. Sed qui sunt isti septem spiritus? quare etiam septem? quare nequiores? Quia enim septem sunt gratiae spiritus sancti, quibus omnis anima ad fidem Christi conuertitur, & conuersa defenditur: ideo iniquus iste septem spiritus illis contrarios secum assumpsit, quibus aduersus eas domum suam tueatur. Opponens videlicet spiritum stultitiae contra spiritum sapientiae: & contra spiritum intellectus, spiritum vertiginis, & insaniam: contra spiritum consilij, spiritum temeritatis: contra spiritum fortitudinis, spiritum inconstantiae & timoris: contra spiritum scientiae, spiritum inscientiae: contra spiritum pietatis, spiritum impietatis: contra spiritum timoris domini, spiritum contemptus & odij. Infelix illa anima, in qua isti spiritus regnant, & cui isti dominantur. Isti enim quodammodo nequiores illo sunt, qui eos condidit: quoniam isti in hac vita animas corrumpunt, ille verò post hanc vitam animas cruciat: ille tentat, isti occidunt: ille ianuam aperit, isti intro missi cuncta perdunt & dissipant: ille hominem tentare & vexare potest, animam verò nisi per istos occidere non potest. Sic igitur isti sunt nequiores illo, quia plus nocent isti quam ille. Ille enim consiliando & tentando est nequior, isti agendo & corrumpendo sunt nequiores. Illi Apostolus homines tradidit in interitum carnis: de istis verò dicit, Non regnet peccatum in vestra mortali

mortali carne. No est igitur mirum, si sunt nouissima hominis illius peiora prioribus, cum prius vno, & postea septem aliis prematur demonibus. *Beatus venter qui te portauit, & vbera quae suxisti. At ille dixit, Quinimo beati qui audiuim verbum Dei, & custodiuim illud.* Hoc tale est ac si diceret, Beata quidem est mater mea, felix est venter, qui me portauit: sed non ideo beata, quia mater mea, neque ideo felix, quia me portauit, sed ideo felix, atque beata, quia verbum Dei audiuit: audiendo credidit, credendo custodiuit. Hoc enim nisi fecisset, neque felix neque mater mea esse potuisset.

Non nunc tantum, sed frequenter hoc fecerunt, sicut aliis Matthei capitibus est significatum. *At ipse sciens cogitationes eorum. Cogitationes, cum suspicionis, quod in Beelzebub eiceret demonia: nam hoc apud se dicebant, timentes turbam, cum conatus, quò signum petebant. Et nunc quidem de vno responder, post pauca verò de reliquo. Idem mutato ordine habetur apud Mattheum. Frequenter autem à nobis dictum est, quòd Euangelista interdum quidem temporis, aut ordinis eorū, quae dicta, aut facta sunt, curam no habent, quandoque verò id tantum student, vt rem, quae gesta est, enarrent. Et domus aduersum domum, videlicet diuisa. Quia dicitis per Beelzebub, &c.* Manifestat etiam eis, quid apud se dicentes suspicabantur. *Extollens vocem quaedam mulier, &c.* Elata, sicut eleuata voce. *Quum enim vehementem in eam impressionem sermones illius fecissent, magna, & exaltata voce eam beatificauit, quae illum pepererat: vt pote quae talis filij mater fieri digna fuerat. Quinimo beati, &c.* Hoc est, vere dico vobis, Custodia verò sermonis Dei eius est adimpletio.

E V T H Y M I I Z I G A B O N I
superioris Euang. expositio.

Et illud erat mutuum. Nec ipsum loquebatur, vel laudabat, nec hominem sinebat loqui, vel audire, non ex natura, sed ex malitia. *Quidam autem ex ipsis, &c.* Pharisaei autem hoc dixerunt, veluti scripsit Mattheus. *Alij autem tentantes, signum &c.*

F E R I A I I . P O S T D O M I N I -
C A M I I I . Q V A D R A G E S I M A E .
L V C . 4 .

a Quasi dicit, Non credimus quod incerta fama vulguit, cum apud nos nihil tale feceris, quibus conuenientius talia impendenda erant. *b* Quasi dicit, Ideo non operor inter vos, quia vos increduli, non quia patriam oderim, cui beneficiis meae natiuitatis contuli.



Nillo tempore dixerunt Pharisaei ad Iesum, Quanta^a audiuius facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Ait autem: Amen *b* dico vobis: quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis: multae viduae erant in diebus Eliae in Israel, quando clausum est caelum annis tribus & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra: & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniae ad mulierem viduam. Et multi leprosi erant in Israel sub Eliseo propheta: & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga ira, haec audientes. Et surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem: & duxerunt illum vsque ad supercilium montis, supra quem ciuitas illorum erat aedificata, vt precipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum ibat.

G L O S S A O R D I N A R I A
in superioris Euang.



Quanta aud. Quia in Capharnaum plures te curasse audiuius, cura etiam te ipsum, & fac similiter in tua ciuitate, vbi coeceptus es & nutritus. Quod quare dominus non fecerit, alius euangelista ostendit, & excusat dominum, dicens: Quia non poterat ibi vllam virtutem facere, nisi quòd pau-

cos infirmos curabat: & mirabatur propter incredulitatem eorum. Non ergo viluerat domino patria, qui amabat ciues: sed incredulitas eorum hoc non merebatur: & patria se charitate praeualebant despicientes Christum quasi norum. *Amen dico vobis.* Bcd. Non solum dominus & caput prophetarum, qui à Moysse propheta nominatur: sed & Elias & caeteri minores prophetae minus in patria quam in caeteris ciuitatibus sunt honorati: quia prope modum naturale est ciues ciuibus inuidere. Nec enim considerant praesentia vni opera;

opera, non virtutem, sed fragilem recordantur infantiam, quasi non & ipsi per eodem aratis gradus ad maturam ætatem pervenerint. Hinc declaratur, quod frustra opera misericordie celestis istepectes, si alienæ virtutis fructibus invidet. Aspernator enim dominus est invidiorum, & ab his qui diuina beneficia in aliis persequuntur, miracula sue virtutis auerit. *In diebus Elia* Bed. Quasi dicat, Non est contrarij exemplo prophetarum, quod vobis meis civibus fastidiosus diuina beneficia subtrahat; quia sicut tempore famis nemo in Iudæa est dignus repertus hospitijs Elia: sed exteræ gentis vidua est quæ sita, quæ à tanto propheta visitaretur. Et sicut multis leprosis ibidem existentibus solus Naaman Syrus, qui denotè quæsiuit, est curatus: sic & vos modo qui me ex invidia spernitis superno munere estis priuati, non causa mea impotentie vel inuidia. *In diebus Elia*, in quibus Elia est operatus. Vel quia diem faciebat illis qui in eius operibus lucem videbāt gratia spiritualis, & conuertebantur ad dominum. Et ideo aperiebatur cælum videntibus diuina mysteria, claudebatur quando fames erat: quia nulla erat cognoscenda diuinitatis vbertas. *Vidua*. Bed. Vidua ad quam Elia mittitur, gentium figurat ecclesiam, quæ à suo conditore diutius deserta, populum rectæ fidei nesciuit, quasi pauperem filij egenæ stipe nutrebat, id est, verbo secularis scientiæ absque humilitatis fructu docebat: Quæ bene in Sarepta Sidoniorum fuisse dicitur, Sidonia enim venatio inutilis. Sarepta, interpretatur. Quibus omnibus Gentilitas exprimitur, quæ inutili venationi dedita id est, lucris, & negotiis seculi seruiens incendium carnalium cupiditatum panisque spiritualis angustias patiebatur, donec Elia, id est, propheticus sermo mittitur ad eum, qui in Iudæa fame periclitabatur. Clausa cæli ianuæ, id est, cessante scripturarum intelligentia pro perfidia Iudæorum. Venit ergo propheticus sermo ad ecclesiam, vt receptus palceretur & reficeret corda credentium. Vbi prius panis spiritualis orat in angustia, ibi farina, & oleum ore prophetico benedicitur, id est, fructus & hilaritas charitatis, vel gratia dominici corporis, & vnctio christiatis: indefectiuo verbi celestis munere fecundatur: & hæc hactenus hæc munera, apud ecclesiam non deficiunt. Hæc mulier mysticum panem factura, duo ligna colligit, quo figuram crucis exprimit, in qua nobis vitæ æternæ præparatur panis. *Naaman Syrus*. Bed. Naaman qui decor interpretatur, populum significat nationum, olim perfidia scelerumque sepra maculosum, sed sacramento baptismi ab omni mentis & corporis fœditate purgatum. Qui captæ concilio puellæ, id est, supernæ inspirationis gratia (quam Iudæis seruare non valentibus rapere gentiles) communitus, septies lauari iubetur, quia illud baptismum saluat quod septiformi spiritu regenerat. Vnde caro eius post lauacrum sicut pueri apparuit, quia mater gratia, omnes in vnam partem infantiam. Vel factus est vt puer, id est, exuto veteri homine conformatus est Christo, de quo dicitur: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis. *Parte sanctæ terræ secum tulisse dicitur*, quia oportet baptismatos dominici corporis participatione consistari. *Et eiecerunt*. Bed. Quod dominus de eis supra dixerat, hoc ipsi de se verum esse factum ostenderunt, quia ei-

ciunt extra ciuitatem nec salutem merentur, qui Saluatorems pellunt de suis sinibus. *Et duxerunt*. Bed. Peiores Iudæi discipuli, diabolo magistro. Ille verbo ait: Mitte deorsum. isti facto mittere conantur. Sed illorum mente mutata subito, vel obstupescata descendit: quia adhuc illis locum penitentia reseruat. Et quia nonandum venerat hora passionis, nec elegerat hoc genus inortis. Quod capitur à paucis & tenetur, voluntas est, quod à populo non tenetur, sed transit, maiestatis est. À paucis voluit crucifigi, vt nō multorum esset sacrilegium: sed in autores crucis inuidia retorqueretur, & à paucis affigeretur pro omnibus inortibus. Bed. Dicitur, quod cum dominus de manibus illorum elapsus per medium illorum de rupis vertice descenderet, atque sub ipsa rupe lateret, subito ad tactum vestis illius saxum illud subterfugit, & inftar cere resolutum quandam lunam quo dominicum corpus recipere fecit. Tante vtique capacitatis, quante ipsum corpus extitit quantitatis. In quo vsque hodie vniuersa linamenta & rugæ vestitis quæ à tergo domini fuerant: veluti diuini sculptoris expressa manu seruauerunt.

CATENA AVREA

in idem Euang.

ET ait illi, vti dicitur. Cyr. Commune quidem proauerbiū erat apud Hebræos ad improprium excogitatum, clamabant enim aliqui contra medicos, *Medice, cura te ipsum*. Glossa. Quasi dicerent, Qui in Capharnaū plures te curasse audiuimus, cura etiam te ipsum, id est, fac similiter in tua ciuitate vbi conceptus es & nutritus. Aug. de con. euan. Cūm autem iam magna ab illo facta fuisset commemorat, quæ se nondum narraffe scit, quid euidentius quam hoc cum scierit præoccupasse narrandum? Neq; enim tantum ab eis baptismo progressus est vt oblitus putetur, nondum se aliquid commemorasse de his quæ in Capharnaum gesta fuerant. Ambr. Non otiose autem saluator se excusat, quod nulla in patria sua miracula virtutis operatus sit nec fortassis aliquis viliozem patriæ nobis esse debere putaret affectum, Nam sequitur, *Ait au. Amen di. vo. quia. &c.* Cyril. quasi dicit. Vultis multa prodigia inter vos à me fieri, penes quos sum nutritus, sed non latet me quædam communis quæ multis accidit passio: contentantur enim quodammodo semper etiam optima quæque, quando non raro contingunt aliqui, sed superperunt ad velle, & sic etiam contingit in hominibus: familiaris enim, quia semper præsto est, debita reuerentia priuatur à notis dijs. Bed. Prophetam autem dici in scripturis Christum, & Moyses testis est qui dicit, Prophetam vobis suscitabit Deus de fratribus vestris. Ambr. Hoc autem exemplo declaratur quod frustra opem misericordie celestis expectes, si alienæ fructibus virtutis inuideas. Aspernator enim Deus inuidiorum est, & ab his qui diuina beneficia in aliis persequuntur, miracula sue potestatis auerit. Dominica quippe carnis actus diuinitatis exemplum est, & inuisibilia eius nobis per ea quæ sunt visibilia demonstrantur. Videte igitur quid mali inuidia afferat: indigna propter inuidiam patria iudicatur in qua cuius operetur, quæ digna fuit in qua

qua Dei filius naceretur. Orig. Quantum ad Luca historiam pertinet nō in Capharnaum fecisse aliquod signum describitur: nam antequam veniret in Capharnaum, in Nazareth dixisse legitur quæcumq; audiuimus facta in Capharnaum: vnde puto in præsentis sermone aliquid latere mysterij, & Nazareth esse tyrum Iudæorum, Capharnaum tyrum Gentium. Erat enim tempus quando dicitur est populus Israel: quæ ostendisti vniuerso orbi, ostende & nobis, prædica sermonem tuum populo Israel, vt saltem cum subintuenerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus fiat. Quamobrem videtur mihi cōuenienter respondisse Saluator: *Nemo propheta acceptus est in patria sua*. Plus iuxta sacramentum quam iuxta litteram, licet & Hieremias in Anathor patria sua non fuerit acceptus, & reliqui propheta: sed magis videtur mihi intelligi, vt dicamus patriam omnium prophetarum fuisse populum circumcissionis. Et nationes quidem susceperunt varicinium Iesu Christi, magis habentes Moysen & prophetas de Christo prædicantes quam illi qui ex his non susceperunt Iesum. Ambr. Bene autem apto comparationis exemplo arrogantia eiuum inuidiorum retunditur, dominicumque factum scripturis docetur veteribus conuenire. Nam sequitur, *In veri. di. vo. quia nul. vi. erat in Isrl. et in die. ille.* Non quia Elia dies fuerunt, sed in quibus Elia operatus est. Chryl. Ipse quidem terrestris angelus, celestis homo, qui nec tælum nec mensam nec amictum habebat vt multi, clauem cælorum gerit in lingua. Et hoc est quod sequitur, *Quando clau. est col. &c.* Postquam autem cælum serauit, terramque reddidit sterilem, regnabat fames, & consumpta sunt corpora. vnde sequitur, *Cum facta esset sa. in terra*. Bal. Vt enim apexit in saturitate non modicum generari opprobrium, per famem icinium attulit, quo culpam eorum quæ in immensum crecebat, coluibus. Corui autem facti sunt iusto cibi ministri, qui cōsueverunt aliorum pabula vsurpare. Chryl. Sed quoniam exsecratus est flumens ex quo populus iusto dabatur, vade (inquit Deus) in Sareptam Sidonia, illic mando mulieri viduæ vt pascat te. vnde & hic sequitur, *Et ad nul. earum mis. est Elias nisi in Sar. Sido. ad vnt. viduam*. Quod ex quadam Dei dispensatione factum est. fecit enim Deus cum per longum iter pergere vsque in Si-ionem, vt visâ mundi peste pascat domino pluitas. Multi autem tunc temporis opulenti erant, sed nullus tale aliquid fecit vt vidua: reuerentiam enim mulieris ad prophetam non prædiorum, sed voluntatis fiebat diuitia. Ambr. Mystice autem dicit, *in diebus Elia*, quia dies faciebat illis qui in eius operibus lucem videbant gratia spiritualis: ideo aperiebatur cælum videntibus diuina mysteria, claudebatur quado fames erat, quia nulla erat, cognoscenda diuinitatis vbertas. In vidua autem illa ad quæ Elias directus est, typos ecclesia premissus est. Origen. Occupante enim fame populus Israel scilicet audienti sermone Dei, venit propheta ad viduam, de qua dicitur, Multi filij deserta: magis quam eius quæ habet virum: & cum venisset, panem illius & linamenta multiplicat. Bed. Sidonia autem venatio inutilis, Sarepta incendium, vel angustia panis interpretatur. Quibus omnibus gentilitas exprimitur, quæ inutili venationi dedita, id est, lucris & negotiis seculi seruiens incendium carnalium cu-

piditatum panisque spiritualis angustias patiebatur, donec Elias, id est, propheticus sermo cessante scripturarum intelligentia, pro perfidia Iudæorum venit ad ecclesiam, vt receptus pasceret & reficeret corda credentium. Basil. Quilibet etiam anima viduata & priuata virtute & diuina notitia, postquam diuinum verbum recipit propria delicta cognoscens, docetur nutrire verbum virtutum panibus, & irrigare fonte vitæ doctrinam veritatis. Orig. Sed & aliud ad eundem sensum pertinens loquitur cum subdit, Et mul. lep. erant in Israel sub Eliseo pro. & nemo eo. mun. est, nisi Naaman Syrus, qui vtiq; non erat ex Israel. Ambr. Mystice autem populus ecclesiam contingit vt sequatur populus ille ex alienigenis congregatus, ante leprosus priusquam mystico baptizaretur in flumine, id est, post sacramenta baptismatis, maculis corporis & mentis ablatis immaculata virgo cepit esse sine ruga. Bed. Naaman enim qui decorus interpretatur populum significat nationum, qui septies lauari iubetur, quia illud baptismum saluat quod septiformis spiritus regenerat. Caro eius post lauacrum sicut pueri apparuit, quia mater gratia omnes in vnam partem infantiam: vel quia Christo conformatur, de quo dicitur, Puer natus est nobis. *Et repleti sunt omnes in synagoga ira*, hæc auertit. s. vt seruerunt, &c. Græ. Quia prauam eorum intentionem redarguerat, ideo indignantur. Et hoc est quod dicitur, *Et reple. sunt om. in syn. ira*, pro ea etiam quod dixerat, hodie completa est hæc propheta: arbitrati sunt quod seipsum compararet prophetis, & ideo indignantur & fugant eum extra ciuitatem. vnde sequitur, *Et sur. & eie. &c.* Ambr. Nec mirum si perdidit salutem, qui eiecerunt de suis sinibus Saluatorems. Dominus autem qui docerat apostolos exemplo sui omnibus omnia fieri, nec volentes repudiat, nec inuitos alligat: nec eicientibus reluctatur, nec rogantibus desit. non mediocriter autem inuidia proditur, quæ charitatis oblitæ, in acerba odia causas amoris inflēdit. Cum enim ipse dominus per populos beneficia diffunderet, illi inuitas irrogabant. vnde sequitur, *Et du. il. vs. ad sup. &c.* Bed. Peiores sunt Iudæi discipuli diaboli, diabolo magistro. Ille enim ait, Mitte te deorsum, isti vero facto mittere conantur, sed illorum mente mutata subito vel obstupescata descendit, quia adhuc illis penitentia locum reseruat. vnde sequitur, *sp. au. trans. &c.* Chryl. In quo & quæ sunt diuinitatis ostendit: stare enim in medio insidiantium & non apprehendi, diuinitatis eminentiam ostendebat: descendere vero, dispensationis approbat mysterium. Ambr. Simul intellige non ex necessitate fuisse, sed voluntariam corporis passionem: etenim quado vult capitur, quando vult elabitur. Nam quemadmodum à paucis teneri potuit, qui à populo non tenetur, sed voluit sacrilegium esse multorum: vt paucis quidem affigeretur, sed pro toto orbe moreretur. Quinetiam malebat Iudæos adhuc sanare quam perdere, vt efficaci furoris exitu desinerent velle quod implere non possent. Bed. Nondum etiam venerat hora passionis, quæ in pasceat pascha futura extiterat: necdum locum passionis adierat, qui non in Nazareth, sed Hierosolymis hostiarum sanguine figurabatur: nec hoc genus mortis elegerat, qui crucifigendum à seculo præconabatur.

ORIGENIS PRESBYT. in idem Euang. Hom.

178. Rom. 33. 10. Lucan.

IN Capharnaon quantum ad lucem historie pertinet, necdum moratus est Iesus, nec aliquod in ea signum fecisse describitur, quippe in qua non fuit. Porro antequam veniret in Capharnaon: in patria sua, hoc est in Nazareth, fuisse signatur. Vtique dicitur mihi parabolam istam, Medice cura remeipsum. Quocumque audiuimus facta in Capharnaon, fac & hic in patria tua. Vnde puto aliquid in sermone presentis latitare mysterij, & Nazareth in typo Iudeorum, Capharnaon in typo precessisse gentilium. Scies itaque Iesus, quod non haberet in patria sua honorem: nec ipse, nec propheta, nec Apostoli, noluit ibi predicare, sed predicavit in gentibus: ne sibi a patrie sue hominibus diceretur, Vtique dicitur mihi parabolam istam, Medice cura remeipsum. Erit enim tempus, quando dicitur sit populus Iudeorum, Quocumque audiri facta in Capharnaon apud gentes signa, atque portenta, fac & apud nos in patria tua. Quae ostendit vniverso orbi, ostende & nobis. Praedica sermonem tuum populo Israel, vt saltem cum subintraverit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus fiat. Quamobrem mihi videtur consequenti ordine Nazarenis interrogantibus respondisse saluator, Nemo propheta acceptus est in patria sua. Et puto plus iuxta sacramentum quam iuxta literam verum esse, quod dicitur licet Hieremias in Anathoth patria sua non fuerit acceptus: & Esaias quocumque fuit patria illius, & reliqui prophetae: sed magis mihi videtur sic intelligi, vt dicamus patriam fuisse omnium prophetarum, & populum circuncisionis: & hunc non recepisse prophetas, & eorum varicinia: porro nationes, quae longe fuerant a prophetis, & eorum notitiam non habebant, suscepisse vaticinium Iesu Christi. Nemo est ergo propheta acceptus in patria sua, hoc est in populo Iudeorum. Nos autem qui eramus alieni a testamento, & peregrini a promissionibus, toto prophetas corde suscepimus magisque habemus Moysen, & prophetas de Christo predicantes quam illi, qui ex eo quod non suscepit Iesum, nec illos suscepit qui de illo annunciauerant. Vnde ad id quod dixerat, Nemo propheta acceptus est in patria sua: & aliud adiungit, in veritate enim dico vobis, quia multa viduae erant in diebus Heliae in Israel, quando clausum est caelum annis tribus, & mensibus sex. Quod dicit, tale est. Helias propheta erat, sed erat in populo Iudeorum. Sed quando mirabile quid facturus erat, cum essent plures viduae in Israel, reliquit eas, & venit ad viduam in Sareptam Sidoniae ad gentilem mulierculam: figuram futurae rei explicans, quia occupante fame non panis neque siti aquae, sed fame audiendi sermonem Dei, venit ad viduam, de qua & propheta testatur dicens, Multi filij deserta, magis quam eius quae habet virum. Et cum venisset, panem illius & alimentum multiplicat. Tu eras vidua in Sarepta Sidoniae, cuius finibus Chananaea mulier egrediebatur, & cupit sanari filiam suam, & propter fidem meruit accipere quod petebat. Multae ergo viduae erant in populo Israel, sed ad nullam earum missus est Helias nisi in Sareptis ad mulierem viduam. Sed & aliud ad eandem sensum pertinens loquitur. Multi erant leprosi in Israel in diebus Heliae prophetae, & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus, qui vtiq; non erat ex Israel. Considera vsque ad presentem diem multos leprosos in Israel secundum carnem; vide e contrario lepra squalore perfusus absque spiritali Heliae domino nostro & saluatore: te autem purgari baptismi sacramento, & dici ad te, Surge, & vade in Iordanem, & laua, & restituerur tibi caro tua. Surrexit Naama & abiit, & locus impletus mysterium baptismi, & facta est caro eius quasi caro pueri qui in laua cro regenerationis ortus fuerit, in Christo Iesu: cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

S. AMBROSII EPISCOPI Mediolan. superioris Euang. expositio.

Quanta audiuimus facta in Capharnaon, &c. Non mediocriter inuidia proditur, quae ciuicis charitatis obliuiscit, in acerba odia causas amoris inflectit. Simul hoc exemplo pariter, & oraculo declaratur, quod frustra opem misericordiae celestis expectes, si aliena fructibus virtutis inuidias. Aspernatur enim dominus inuidiorum est: & ab his, qui diuina beneficia in aliis persequuntur, miracula suae potestatis auertit. Dominica quippe carnis actus diuinitatis exemplum est: & inuisibilia nobis eius per ea, quae sunt visibilia, demonstrantur. Non ociose itaque saluator excelsus, quod nulla in patria sua miracula virtutis operatus sit, ne fortassis aliquis viliores patrie nobis esse debere putaret affectum. Neque enim ciues poterat non amare, qui amaret omnes: sed ipsi se charitate patriae, qui inuident, abdicarunt. Charitas enim non aemulatur, non inflatur, nec tamen exors beneficiorum patria diuino est. Quod enim maius miraculum, quam quod in ea natus est Christus? Videte igitur quid mali inuidia afferat. Indigna propter inuidiam patria iudicatur, in qua ciuis operetur, quae digna fuit, in qua Dei filius nasceretur. In veritate dico vobis, multi, &c. Non quia Heliae dies fuerit, sed in quibus Helias operatus est: aut quia dies faciebat illis, qui in eius operibus lucem videbant gratiae spiritualis, & conuertebantur ad dominum. Et ideo aperiebatur caelum videntibus aeterna, & diuina mysteria; claudebatur, quando fames erat: quia nulla erat cognoscenda diuinitatis veritas. Sed de hoc penitus scripsimus, cum de viduis scriberemus. Et multi leprosi erant temporibus, &c. Euidetur hic sermo nos domini salutatis informari: & ad studium veneranda diuinitatis hortari; quod nemo sanatus ostenditur, & maculosi morbo corporis absoluitur; nisi qui religioso officio studuit sanitati. Non enim dormientibus diuina beneficia, sed obseruantibus deseruntur. Et bene apto comparationis exemplo arrogantia ciuium retunditur inuidiorum, dominicumque factum scripturis docetur veteribus conuenire: quod in libris quoque regnorum legitur, gentilem virum Naaman prophetae oraculo lepra maculis absolutum: cum plurimos Iudeorum lepra corporis pariter, & mentis absumeret. Siquidem etiam quatuor illos, qui, cogente fame, in castra primi regis Syriae tetenderunt, tradit historia fuisse leprosos. Cur igitur non curabat fratres, non curabat ciues, non sanabat

178. de v. 178.

20. de v. 178. de v. 178.

4. 7. 8. 5.

1. 0. 1. 1.

Non enim in Nazareth...

1. 7. 1. 1. 5.

1. 7. 1. 1. 5.

4. Reg. 5.

sanabat propheta confortes: cum sanaret alienos, sanaret eos, qui obseruantiam legis, & religionis consortium non habebant nisi, quia voluntatis est medicina, non gentis, diuinum munus votis eligitur, non naturae iure deserunt. Disce rogare, quod cupias impetrare; fastidiosos viros celestium profectus munerum non sequuntur. Sed, quamuis simplex expositio moralem in-formet affectum; gratia tamen non est occulta mysterij. Etenim, cum posteriora a superioribus deriuentur, tum etiam superiora posterioribus astruuntur. Diximus enim in libro alio, in vidua illa, ad quam Helias directus est, typum ecclesiae praemissum. Populus ecclesiam congregauit, vt sequatur populus ille ex alienigenis congregatus. Populus ille ante leprosus, populus ille ante maculosus, priusque mystico baptizaretur in flumine: idem post sacramenta baptismatis maculis corporis, & mentis ablutus, iam non lepra, sed immaculata virgo cepit esse sine ruga. Merito ergo magnus Naaman in conspectu domini sui, & admirabilis facie describitur: quoniam in eius typo salus futura gentibus declaratur, qui sacrae consilio puellae, quae, fractis viribus ciuium, in hostilem captiua venerat potestatem, a propheta salutem sperare commonitus, non terreni regis imperio, sed diuinae misericordiae liberalitate sanatur. Cur mystico numero mergere iubetur? Cur Iordanis fluiuis eligitur? Nonne boni, inquit, Abana, & Pharpar fluij Damasci praedant? Sed iratus hos praetulit, Iordanem meditari elegit. Nescit enim ira mysterium: fides nouit. Disce baptismatis gratiam salutarem: qui leprosus meruerat, fidelis emeruit. Disce spiritualia sacramenta signari: corporis remedium petitur, mentis acquiritur: abluitur caro, affectus abluuntur. Non enim magis corporis quam mentis lepra video fuisse mundatam, quando post baptismum veteris erroris colluione deterfa, negat se diis alienis hostias, quas spondit domino, litaturum. Disce etiam congrua praecipia virtutis: probauit fidem, qui premia recusauit. Disce vtroque dictorum, factorumque magisterio quid sequaris. Habes domini praecipium, vasis exemplum, gratis accipere, gratis dare, nec vendere ministerium, sed offerre. Non enim precio taxatur Dei gratia; nec in sacramentis lucretum quaeritur, sed obsequium sacerdotis. Non tamen fat est, si lucrum ipse non quaras, familiae quoque tuae cohibendae manus sunt: nec hoc solum exposcit, vt te solum castum, immaculatamque custodias. Non enim dixit Apostolus te solum, sed te ipsum castum custodi. Quae tunc ergo non solum tua ab huiusmodi mundinis, sed etiam domus tuae castitas. Oportet enim irreprehensibilem esse sacerdotem, suae domui bene praepositum, filios habentem subditos, cum omni castitate. Si quis autem domui suae praeside nescit, quomodo ecclesiae diligentiam habebit? Instrue ergo familiam, hortare, cuius odii, & si te fecerit seruulus (humanam enim non excipio facultatem) propheticum deprehensus repudietur exemplo. Cito turpem sequitur lepra mercedem: & pecunia corpus, animumque male quaesita commaculat. Accepit, inquit, pecuniam, & possidebis ex ea agrum, & vineas, & oliuetas, & greges: & lepra Naaman adheret tibi, & semini tuo vsque in aeternum. Vides quia facta auctoris successio damnatur haereditis. Inexpiables est

enim venditi culpa mysterij; & gratiae vindicta celestis transiit ad posteros. Denique Moabitis, & caeteri non intrabunt ecclesiam vsque ad tertiam, & quartam generationem: tandem videlicet, vt simplicius interpretemur, donec culpam auctori multiplicis successio generationis aboleret. Sed, cum illi, qui in Deum idololatriae errore deliquerit, in quartam generationem videantur esse multati; profecto durior videtur esse sententia, quam Giezi semen vsque in aeternum pro cupiditate habendi, propheta auctoritate damnatur; praesertim cum dominus noster Iesus Christus per lauari regenerationem omnibus remissionem dederit peccatorum: nisi vt viciorem magis quam generis semine intelligas. Sicut enim, qui filij promissionis sunt, aestimantur in semen bonum: ita etiam qui filij erroris sunt, aestimantur in semen malum. Nam & Iudaei ex patre diabolo, non vtiq; carnis successione, sed criminis. Ergo omnes cupidi, omnes auari Giezi lepra cum diuitiis suis possident: & male quaesita mercede, non tam patrimonium facultatum quam thesaurum criminum congregarunt, aeterno supplicio, & breui fructu. Nam, cum diuitiae sint caduca, poena perpetua est: quia neque auarus, neque ebriosus, neque idolis seruans regnum Dei possidebant. Et repleti sunt ira omnes, &c. Sacriligii Iudeorum, quae multo ante dominus praenunciauerat per prophetam, & psalmi versiculo declarauerat, quae passurus esset in corpore constitutus, dicens; Retribuebant mihi mala pro bonis: in euangelio docet esse completa. Nam, cum ipse per populos beneficia diffunderet, illi iniurias irrogabant. Nec mirum, si perdidisset salutem, qui eiecerunt de suis finibus saluatore. Meritis enim dominus: & qui doerent exemplo sui apostolos suos omnibus omnia fieri, nec volentes repudiat, nec inuitos alligat, nec eicientibus reluctatur, nec rogantibus deest. Sic Gerasenos alibi, cum virtutes eius sustinere non possent, quasi infirmos, & ingratos reliquit. Simul intelligere non ex necessitate fuisse, sed voluntariam corporis passionem: nec captum a Iudeis, sed a se oblatum. Et enim, quando vult capitur: quando vult, labitur: quando vult, suspenditur: quando vult, non tenetur. Et hic in supercilium montis praecipitandus ascenderat: & ecce per medium illorum, mutata subito, vel obstupefacta furentium mente, descendit. Non dum enim hora venerat passionis: quin etiam mallebar adhuc Iudeos sanare quam perdere: vt inefficaci furoris exitu desinerent velle, quod implere non possent. Vides igitur & hic diuinitatis esse, quod non captus est: & illic voluntatis esse, quod captus est. Nam, quem admodum a paucis teneri potuit, qui a populo non tenebatur? Sed noluit facilegium esse multorum, vt in auctores culpa crucis inuidiam retorqueret: atque a paucis quidem affigeretur, sed pro toto orbe moreretur.

Notent qui ita facile diuina sacramenta...

Psalm. 37.

TITI BOSTRORVM Episcopi eiusdem Euang. expositio.

Dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. Christi oratio huc tendit, vultis, vt multa signa apud vos, apud quos educatus sum, edam; verum noui, quid communiter accideret, soleat.

soleat. Etenim ut res preclate, nisi tardè ad modum fiant, vulgò semper ferè contemnantur, ita viri excellentes, honorèque & admiratione digni, si nimis familiares sese exhibeant, omniumque conspectui passim sese offerant, apud eos, qui familiariter, & quasi domesticè illos norunt, debito honore plerumque orbantur. Atque hinc est, quod vobis dico: *quia nemo propheta acceptus est in patria sua. Multa vilius, &c.* Quandoquidem vacillat, quæ de Christo, eiusdemque aduentu edita extabant, iam ad finem adducta videbantur: alij ex Iudæis ad quosdam, qui regnum apud ipsos administraverant; alij verò ad sanctos prophetas illa detorquebant; propterea dominus ab ea opinione salubriter illos abduci; eisdemque tanquam fide laborantes; neque oracula eiusmodi ad se magis quam ad illos, ad quos ipsi ea referabant, pertinere credentes, tacitè redarguit. *Multa v. 27. 17. vidua erant in diebus Eliæ.* Cùm, inquit, & tate Eliæ, multæ in Israel viduæ essent, ad nullam ex illis missus est Elias. Rursum cùm multi Elisæi tempore lepra in Israel laborarent; nullus tamen ad illum missus est, nisi tantum Naaman Syrus. Cur ita quia ex omnibus viduis illa sola reperta est fidelis, pari modo ex omnibus leprosis solus Naaman idoneus inuenitus est, cui hoc beneficium impertiret. *Et eiecerunt illum extra civitatem.* Qua de causa, cùm eum ex monte præcipitem dare velent, ipse per medium illorum transgressus abiit: non ideo id fecit, quòd à cruce fugeret (nam ut pateretur, in mundum venerat) sed quòd tempus eam ad rem idoneum necdum adisset: Cæperat enim iam tum primum Evangelij doctrinam disseminare. Veruntamen quòd hic fecit, evidenti argumento est, Iudæos nullo modo eum in crucem agere, aut in suam potestatem redigere, tempore, quo cruci affixus est, valituros fuisse, nisi ipse vltro in mortem se tradidisset.

ERICI IN SVPERIVS
Evang. Hom.

*Luc. 4. 1. Refert superius Evangelista, quia cùm, venisset dominus Nazareth, & in synagoga lectoris sanctus officio, ab omnibus intenta, studiosaque intentione auditis fuisset, omnesque mirarentur in verbis gratia, quæ procedebant de ore illius, cæperunt Scribæ, & Pharisei invidentes dicere: Nonne hic est filius Ioseph fabri? Quorum quanta esset cæcitas, hinc liquèdè cognoscimus, quia dominum, quem in factis verbisque mirabantur, & Christum agnoscebant, ob solâ generis notitiam contemnebant, quia illum apud se nutritum & per ætatum tempora profecisse viderant. Vnde eum, qui de virgine natus fuerat, filium Ioseph appellabant: qui sponsus integerrimæ matris eius, & baiulus, ac nutritus fuerat ipsius. Et ait illis dominus; *Vtique dicitis mihi hanc similitudinem; Medice, cura teipsum. Qui d autem hoc vulgare contingeret proverbium, aperit evangelista, cùm subiungit; Quæta audimus facta in Capharnaum, facta & hic in patria sua. Quod est dicere; Quia, inquit, in Capharnaum plures te curasse fama vulgante comperimus, cura etiam teipsum, id est, facta similiter in patria: hoc est, in tua civitate. Patria enim, vel civitas domini, Nazareth erat: in qua secundum a sumptum hominem & conceptus est, &**

nutritus. Et intueri, quòd sicut superius Christum fabrum, vel filium fabri, ita nunc eadem erroris insania medicum cognominant. Sed error iste insanus, plenus est sana fidei, & veritatis. Revertè enim filius erat fabri illius, qui in principio cælum, terramque fabricatus est; quique sicut verus faber, igni operatur, & spiritui, iuxta quod de Christo tanquam fabri filio Ioannes dicit; Ipse vos baptizabit in spiritu sancto, & igne. Hic faber in magna huius mundi domo facit diversi generis vasa: aliud quidem in honorem, aliud verò in contumeliam. Ipsa etiam vasa iræ, spiritus sancti igne molliendo, in vasa conuertit misericordiæ, iuxta quod Malachias ex persona patris de Christo loquitur; Et sedebit cõflans, & emundans argētum. Est ergo Christus verè faber, de quo scriptum est: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et est medicus, quia per ipsum in cælis, & in terris omnia sunt restituta: Quique de se alibi dicit; Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus. Sed videamus adhuc, quo genere medicaminis iste medicus vtarur. Legimus in evangelio Ioannis, quia præteriens vidit cæcum à natiuitate, & expuit terram, & fecit lutum ex sputo, & liniuit super oculos cæci, & dixit ei; Vade ad natatorium Siloem, quòd interpretatur, missus. Abiit, & lauit, & videns. Cuius mirabilis curationis mysterium, quia suo loco, iuvante domino, est exponendum, hic dicere superfedemus. Monetur ergo Christus ab iridentibus civibus, ut seipsum curaret: hoc est, in sua patria virtutes faceret, quasi non reverè alibi fecerit: quæ rumor semper incertus vulgauerat, cum apud suos civis, tanquam apud domesticos & affines, nihil tale gessisset, quibus multò convenientius talia beneficia impendèda erant. Quòd quare dominus non fecerit, alius evangelista apertè ostendit, & excusat dominum, dicens; Quia non poterat ibi virtutem ullam facere, nisi paucos infirmos curavit. Et mirabatur, inquit, propter incredulitatem illorum. Non ergo viluerat domino patria sua, sed incredulitas illorum hoc non merebatur. Amabat quidem civis, sed ipsi despicientes Christum quasi notum, & non credentes, patriæ se charitate priuabant. *Ait autem; Amen dico vobis, quia nemo propheta est acceptus in patria sua. Quòd verò dominus in scripturis propheta soleat appellari, Moyses testatur, qui dicit; Prophetam vobis suscitabit dominus Deus vester de fratribus vestris tanquam me. Non autem solùm dominus, qui est caput, & dominus prophetarum, verumetiam Elias, & Ieremias, ceterique sancti propheta, minores, atque inferiores apud civis semper habiti sunt, quàm apud exteras nationes. Naturale enim quodammodo, & proprium est, civis civibus invidere: quia non præsentia opera, non prudentiam, non virtutem in viro considerant, sed fragilis infantia recordantur, veluti non & ipsi per eosdem gradus ad maruram pervenerint ætatem. *In veritate dico vobis; multa vidua erant in diebus Eliæ in Israel. &c.* Notissimo vtiçur in libro regum exemplo viduæ Sareptanæ, ad quam Elias famis tempore missus est, plus ut eam pasceret, quam vt ab ipsa pasceretur, cùm tamè in Israel tunc temporis innumerae essent viduæ: Ac si apertè diceret; Non est contrarium exemplis prophetarum, quòd vobis civibus meis beneficia operum meorum subtrahat. Sicut enim quondam,*

quondam, fame totam terram premente, nemo est in Iudæa repercus, qui dignus esset Eliæ hospicio, sed extera nationis vidua quaerita est, quæ à tantopropheta visitaretur: sic & vos modò, qui me invidia, & perfidia causa spernitis, ipsi vos superno munere priuatis. Hoc propheta iuxta historiam factum, mysticè superbiam Iudæorum, & fidem, ac salutem gentium designat. Nam vidua ista sanctam præmonstrat Ecclesiam, quæ vidua erat, quia diutius à suo conditore deserta remanserat. Hæc filium pauperem egenam stipe nutrebat: quia populum rectæ fidei nescium, verbo secularis scientiæ absque utilitatis fructu docebat. Bene hæc vidua in Sarepta Sidoniæ fuisse dicitur. Sidonia nanque venatio inuulsi, Sarepta autem incédium, vel angustia panis interpretatur. Quibus omnibus gentilitas exprimitur, quæ inuulsi venationi dedita erat, lucris, ac negotiis temporalibus inferuens. Eratque in Sarepta, in incendio videlicet carnalium cupiditatum, panisque spiritualis patiebatur angustias. Ad hanc missus est Elias, id est, sermo propheticus, qui in Iudæa fame periclitabatur, clausa cæli ianua, id est, cessante scripturarum intelligentia, merito infidelitatis Iudæorū. Venit ergo propheticus sermo ad Ecclesiam vt pasceret, & pasceret, vt videlicet receptus à credentibus, recesseret corda credentium. Vbi ergo antea panis spiritualis erat angustia, nunc farina, & oleum benedicitur, id est, fructus, & hilaritas charitatis, gratia dominici corporis, & sacri christi muneris consecrantur: & hæc hinc diuina munera apud Ecclesiam non deficiunt. Pulchre verò hæc mulier mysticum factura panem, prius se dixit duo ligna colligere. Vbi nò solùm quòd lignum nominavit, verum quòd duo ligna dixit, figuram crucis evidentiè exprimit, in qua nobis vitæ æternæ præparatus est panis. *Et multi leprosi erant in Israel sub Eliseo propheta, & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus.* Quoniam historice narratio satis omnibus liquet, quæ ad mysterium pertinent videamus. Naaman, qui decor interpretatur, populus est nationum, qui antequam in Christum crederet, perfidie, & scelerum lepra maculosus erat: sed in Christum credendo, per baptismum ab omni fæditate mentis purgatus est. De quo bene dicitur, quòd puellæ consilio monitus sit, vt ad prophetam Elisæum veniret: quia gratia superna inspirationis, quam puella significat, populus gentium cepit salutem, quæ est in Christo, sperare. Iubetur à propheta septies in Iordane lauari: quia nimirum illud baptismum credentes saluat, quòd septiformi spiritu regenerat. De quo illud signanter dicitur, quòd postquam lauit, restituta est caro eius, sicut caro pueri parvuli: quia cunctos in Christo baptizatos, in vnam purgat gratia mater infantiam. Sicut quòd sicut puer renatus est, signat, quia per baptismum in Christo, veteri homine deposito, vitæ respuere scimus, eiusque corpori conformamur, de quo scriptum est; Parvulus natus est nobis, filius datus est nobis. Nec illud vacat à mysterio, quòd partem terræ sanctæ secū tulisse dicitur: quia baptizati corporis, & sanguinis dominici debent perceptione confirmari. His igitur exemplis duorum prophetarum Eliæ, atque Elisei, probatur dominus non causa impotentia civibus virtutum doctrinam negasse, sed propter eorum invidentiam,

atque infidelitatem. *Et repleti sunt omnes in synagoga ira hoc audientes. Et surrexerunt, & eiecerunt eum extra civitatem. Quod dominus supra de eis dixerat, hoc ipsi verum esse factò restantur. Nam repleti ira surrexerunt, & eiecerunt eum extra civitatem. Hoc nempe eorum sacrilegium, quòd nunc in evangelio fecisse memorantur, olim per Psalmistam prænunciatum ita fuerat; Retribuebant mihi mala pro bonis. Cùm enim dominus per populos sanationum beneficia diffunderet, illi è contrario iniurias ei irrogabant. Nec mirum, si salutem habere non merentur, qui saluatorem de suis sinibus expulerunt. *Et duxerunt, inquit, eum vsque ad supercilium montis, super quem civitas illorum, &c.* O pessimo magistro peiores discipuli! Diabolus enim tantum Dominum tentat verbo, isti factò. Ille hortatur, vt deosum se mirat: isti adorantur, vt mittant. Ferunt autè ij, qui sanctorum locorum miracula curiosè inuestigare, & diligenter scribere studuerunt, quòd cum dominus de manibus Iudæorum clapsus, per medium illorum de rupis vertice descendisset, atque sub ipsa rupe delitesceret, subito ad tactū vestis ipsius saxū illud subterfugit, & instat ceterè reliquatum, ac resolutum, sinum quèdam, quo corpus dominicum muniretur, & reciperetur, effecit, tantæ vtique capacitatis, quantæ ipsum corpus domini exitit quantitatis. In quo hodièque vniuersa lineamenta, & rugæ vestis, quæ à tergo domini fuerant, veluti manu sculptoris expressa seruantur. Et illi quidem ad hoc illum ad supercilium montis duxerūt, vt illum præcipitent: sed subito illorum mentes mutata, & maiestate ineffabili stupescita, per medium illorum transiens descendit, adhuc illis locum referens penitentia, vt vel sic intelligentes eius potentiam, à consilio mortis ei inferenda animum reuocarent. Nondum enim venerat hora passionis eius, quæ non sabato, sed parasceue paschæ futura erat. Nondum locum eiusdem passionis adierat, quæ non in Nazareth, sed in Hierosolymis erat implenda, vbi & per agni paschalis immolationem eius mors prænunciabatur. Sed nec hoc genus mortis elegerat. Neque enim modò à Nazarenis precipitari, neque alibi ab Hierosolymitis se permitti lapidari, nec multò antè ab Herode se puerum voluit perimi: quia ante secula elegerat mortem crucis, cuius signo frontes fidelium armarentur, quæ celeritimo dextræ motu exprimi potest, contra diaboli tentamenta: simulque vt se monarchiam totius orbis per crucis positionem obtinuisset monstraret, cuius cacumen ad caelos tendit, ima tendunt inferos, terram cornua tegunt. Hinc Apostolus eiusdem crucis mysterium exponens, dicit; Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris: qui vivit, & regnat cum patre, & spiritu sancto per omnia secula seculorum, Amen.*

THEOPHYL. EPISCOPI
Bulgar. superioris Evang. expositio.

Et ait illi: omnino dicitis mihi hanc similitudinem; Medice, cura teipsum. Quæcumque audimus facta in Bibl. Hom. tom. 2. S in

in Capernaum, &c. Dominus igitur quid dicit? Quinō dicitis mihi, fac & in patria mirabilia, quæ in Capernaum fecisti. Hoc enim est, quod dicit, *Medice, cura teipsum.* Proverbum enim erat apud Iudæos, quod ægotantibus medicis dicebatur. At ego dico vobis, quod fecissem multa signa etiā apud patriōtas meos: sed seio commune omnium proverbium, quōd contemnantur etiam res maximæ, nisi quum ratæ fuerint, si vulgate sint, & quotidianæ, & eis omnes copiose fruuntur. Semper enim solent homines rara, & admirabilia curare, despicerē autem communia, & familiaria. Et ideo nullus propheta in patria sua preciosus: sed, si aliunde veniat, admirabunt illum. Sic & Heliam Iudæorum viduæ non susceperunt: Sarephthana autem suscepit. Et Heliasus alienigenam leprosum purificavit, fide in illum declarata. Nā familiares eius, qui eiusdem erant patriæ, ei non crediderunt, & propterea nō sunt purificati. Similiter & ego vobis patriotis non videor admirabilis, sed contemptus: & idcirco neque signa facio. Iis sanē, qui in Capernaum, videor admirabilis, & signa facio, & acceptus eis sum. Audientes autem hæc ij, qui in synagoga erant, implebantur furore. Oportebat admirari, & præcipitare conantur. At ipse per medium illorum iuit, non quidem passionem fugiens, sed tempus expectans. Venit enim, vt pro nobis pateretur: sed nunc in predicationis exordio non debebat se morti exponere: sed tunc mori, cum sufficientibus doctrinis nos docuisset. Et ita ex hoc manifestum est, quōd neque, quum crucifigeretur, inuitus sit crucifixus, sed sponte mortem obierit. Scias autem, quōd prophetarum patria, synagoga Iudæorum est, in qua propheta despiciabiles sunt, & non suscipiuntur: nos autem alienigenæ suscipimus illos. Vidua enim Ecclesia est, quæ ex gentibus collecta, suscepit Heliam, hoc est propheticum sermonem, quum esset fames facta in Iudæa, fames inquam audiēdi sermonem Dei. De hac sanē vidua propheta dicit, quōd plures sunt filij deserte, quam eius, quæ habiturum: quia sterilis peperit septem: & quæ multos habebat filios, infirmata est.

1. Reg. 2.
Esaie, 54.

INCERTI CIVIS DAM
sub nomine Eusebii Emiffeni eiusdem Euangely expofitio.

Legitur superius in hoc Euangelio, quōd, cum dominus venisset in patriam suam, & secundum consuetudinem synagoga introisset, traditus est ei liber Esaie propheta. In quo cum legisset, & sicut voluit exposuisset, omnes ei testimonium dabant, & admirantes dicebant, Quomodo hic literas scit, cum nō didicerit? Et paulō post mente mutata, invidia quōdam, & indignatione dicere cœperūt, Nōne hic est filius Ioseph? Hoc igitur solum minus habere videbatur, quod extraneus non erat, quod eius parentes nouerant, & quōd ibi nutritus fuerat. Si enim aliunde venisset, eisque omnino incognitus esset, tunc eis per omnia venerabilis, omnique reuerentia dignus haberetur. Et ait illis, Vtique dicitis mihi hanc similitudinem, Medice, cura teipsum, quanta audimus facta in Capharnaum. fac & hic in patria tua. Hoc enim derogando dicebant, & ea, quæ de ip-


so audierant non credebant. Et tale est ac si dicerent, Si medicus es, si infirmos curare, & languores pellere potes, quod nos non credimus, cura prius teipsum, cura carnem tuam, parentes scilicet, vicinos, propinquos, & patriam tuam: & ea, quæ in Capharnaum, & aliis ciuitatibus te fecisse audiuimus, fac & hic in patria tua, vt nos videamus. Ait enim, *Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua.* Idēd, inquit, non curo patriam meam, quia ei acceptus nō sum, quia fidei in ea non inuenio, & quia mihi, sicut ceteri, non credit patria mea. Delectatur in verbis meis, & scandalizatur in parentibus meis. Tantōque minus cognoscit, quanto prius præ ceteris me norum habuit. *In veritate dico vobis, multa vidua erūt in diebus illis in Israel, &c.* Non ad vos, inquit, missus sum, non vos curare, & sanare veni, quia non ad omnes viduas missus est Elias. Hoc enim ille significat: & quod ego in ciuitate, hoc ille in vrbē faciebat. Illam ego viduam curare, illam cibis spiritualibus satiare, & ab omni fame, & penuria eripere veni. De qua scriptum est, Viduam eius benedicens benedicam, pauperes eius saturabo panibus. Hæc enim vidua & sancta ecclesia vniuersaliter, & vnaquæque fidelis anima singulariter intelligi potest. Venit enim dominus vocare omnes, prædicare omnibus, sed non venit sanare, & à fame eripere omnes. Nisi enim venisset, & loquutus eis fuisset, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habet de peccatis suis. Prædicante itaque domino, calum aperitur, fames tollitur, & fideles animæ caelesti neccitate inebriantur. econtrā autem infidelibus, & iniquis minatur, dicens, Ecce ego mittam in vobis non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiēdi verbum Dei. Sequitur: *Et multi leprosi erant in Israel sub Eliseo propheta, & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus.* Similitudo eadem est, quæ superior. Multi enim leprosi, multi sunt peccatores: Vnus Naaman, vnus populus gentium, siue vnusquisque fidelis intelligitur. Hic autem ad dominum veniēs, & eius tandem sermonibus credens, baptizatur, sanatur, & mundatus est. *Et repleti sunt omnes in synagoga hæc audientes ira.* Repleti sunt, quoniam hæc aduersum se dicta fuisset intellexerunt, seque indignos æstimari cognouerūt, quos ille talis, tantūque propheta visitare debuisset. *Et surrexerunt & eiecerunt illum extra ciuitatem, &c.* Seruiant homines quantum velint, fremant & ita cantentur, securus est dominus, nihil timet, omnia in potestate habet, & nisi ipse velit, teneri non potest. Non tamen resistit, sed per medium inimicōrū trāsiens, canes contemnit hinc inde latrantes.

EVTHYMII ZIGABONI
superioris Euang. expofitio.

Et ait illis, *Omnia dicitis mihi parabola habere, Medice, cura teipsum: Quocumque audimus facta in Capernaum, &c.* Parabola, dicit hic proverbium, proverbium inquam, quōd dici solet de medicis ægotantibus. *Medice, cura teipsum.* Dixit autem hoc, cognito, quōd cupidū essent videndi signa. Ait ergo, *Omnia dicitis mihi, Medice, cura teipsum,* siue patriam tuam, quæ ægotat, non solum prauis corporis habitibus, verum etiam infidelitate animæ, nec credere valet signis, quæ à te facta esse audiuit,

uit, nisi etiam oculis similia videat. *In veritate autem dico vobis, Multa vidua erūt, &c.* Ostendit hoc signo, quōd indigni sint signorum propter insensatam illorum incredulitatem. Quomodo enim & Elias, quum multa essent apud Israhelitas viduæ, ad nullam illarum missus est à Deo, quōd indignæ essent, vt ad eas accederet: ad solam autem illam venit, quæ in Sarephtha ciuitate Sidonis regionis habitabat, propter illius honestatē, & promptitudinem ad virtutem, licet alienigena esset: & miraculum apud eam operatus est, sicut ostendit tertius liber Regum. Ita quoque ipse ad

nullum horum, qui indigni erant, veniebat signa facturus: quod non solum inutile esset, verum etiam blasphemia: occasio, sed ad solos eos, qui per ea iuandū erant, & quos futurum erat vt patererent. *Et multi leprosi erant tempore Elisei propheta, &c.* Idem quoque præfenti manifestauit exemplo. *Et repleti sunt omnes qui in synagoga erant, &c.* Hinc ostenderunt, seipfos esse signis indignos: & Saluatoris sermonem, qui de hoc factus erat, ab eo, quod facere conabantur, confirmarunt. *Ipsē autem vt ansiens, per medium illorum ibat.* Seruatus ab vnita sibi diuinitate.



FERIA III. POST DOMINI-
CAM III. QVADRAGESIMAE.

MATTH. 8.



In illo tempore respiciens Iesus in discipulos suos, dixit Simoni Petro, Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum^b inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratu eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum vnū vel duos, vt in ore duorum vel trium testimonium stet omne verbum. Quod si nō audierit eos, dic ecclesiæ. Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & Publicanus. Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni re, quamcumque petierint, fiet illis à patre meo, qui in cælis est. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Tunc acceden Petrus ad eum dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Vtque septies? Dicit illi Iesus: Non dico tibi, vtque septies, sed vtque septuagies septies.

GLOSSA ORDINARIA
in superius Euang.



Si autem peccauerit in te, &c. Si enim in Deum, non est nostri arbitrii. Hoc ordine scandala vitare debemus, ne quem ledamus: & peccatē zelo iustitiæ corripiamus, & penitenti misericordia viscera pandamus. *Corripe eum inter te & ipsum, &c.* Non passim iuber peccanti dimittere, sed penitenti. Ita peccati qui videns fratrem peccare tacet, sicut qui penitenti non indulget. Nam qui dixit: si penitet dimitte, præmissit, si peccauerit incre-

pa. Nec difficilis sit venia nec remissa indulgentia. *Dic. ec.* Vt desertationi eum habeat. Et qui non potuit pudore saluari, saluetur opprobriis, & vt rubore sequestrationis emendetur, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Sed ne quis superbus talem contemneret sequestrationem subdit: *Amen dico vo.* Potestatem tribuit apostolis, vt sciant, qui à talibus damnantur, humanam sententiam diuina sententia corroborari. *Sicut ethnicus.* De testatibilior est qui sub nomine fidelis agit opera infidelium, quam apertè Gentilis. Ne ideo salus eius negligenda est, nam & Ethnicos, id est, Gentiles & publicanos in numero quidem fratrum non deputamus, sed tamen eorum salutem semper Bib. Hom. tom. 2. S 2 inquiri

inquirimus. Typicè, Publicani sunt, qui luera se-
cantur & exigunt vectigalia negotiationis per
fraudes, per furta, & per periuria. Amen dico, &c. A
Deo vestra sententia confirmatur divina vel ad
recipiendum poenitentem, vel ad abiciendum
contumacem. Si duo. Typicè vbi spiritus anima &
corpus consenserint, vt non sit inter eos bellum.
carne cupiente contra spiritum & spiritum con-
tra carnem, quidquid petunt fiet. Quia si corpus
vult, quæ spiritus vult, tamen bonarum rerum est
petitio. Ibi sum in me. Omnis sermo, supra ad con-
cordiam prouocat & pacem, quam à Deo com-
mendat, vt dicat Deum in medio esse eorum, qui
pax & charitas sedem sibi in pacificis constituit,
vnitatis merito omnia petenda impetranda esse
confirmat. Tunc accedens. Dixerat videre ne con-
tem. v. de pu. id est, adiecerat si peccat, corripce. &
præmium promiserat: Si duo ex vobis. Prouocat
ergo Petrus, querit quotiens dimittat. Septua-
gintæ sep. Hier. id est, cccc. xc. vicibus, id est, totiens
in die quotiens ille peccare potest. Aug. Typicè xj.
per se transgressionem signat quia iam est extra
decalogum. Cum verò multiplicatur per. vij. iam
omnis intelligitur transgressio. propter septem
vitia. Nota. Aliter datur venia, petenti fratri, vt
nobis scilicet socia charitate communicet: sicut
Ioseph fratribus. Aliter inimico persequenti,
vt bonum ei velimus: & si licet faciamus, vt
Dauid lugens Saul.

CATENA AVREA

in idem Euang.

Si autem peccauerit in te frater tuus, vade, &c. Chryf.
Quia superius vehementem sermonem ad-
uerfus scandalizantes proposuit, vndique eos ter-
rens: ne rursus hi quibus scandala inferuntur sic
fiant respicere, vt totum contemnentes in aliud
vitium incidant, scilicet negligentia, sed scanda-
lizantes per omnia sibi parci volentes in elatio-
nem incidant, hic dominus eos comprimit, & re-
dargutionem fieri iubet, dicens, Si autem peccauerit,
&c. August. de ser. do. Admonet nos quidem
dominus noster non negligere inuicem peccata
nostra, non querendo quid reprehendas, sed vi-
dendo quid corrigas. Debemus enim amando
corripere, non nocendi auiditate, sed studio cor-
rigendi: si neglexeris, peior eo factus es. Ille iniu-
riam fecit, & iniuriam facièdo graui seipsum vul-
nere percussit: tu vulnus fratris contemnis, peior
es tacendo, quam ille conuiciando. August. i. de
ciui. Dei. Plerumque enim à malis docendis, ad-
monendis, aliquando etiam obiurgandis & cor-
ripiendis, malè dissimulatur: vel cum laboris pi-
get, vel cum eorum inimicitias deuitamus, ne im-
pediant & noceant in istis temporalibus rebus,
sive quas adipisci adhuc nostra cupiditas appe-
tit, sive quas adhuc amittere formidat infirmitas.
Si autem propterea quisque obiurgandis & cor-
ripiendis malè agentibus parcat, quia oportu-
nus tempus inquitur, vel eisdem ipsis meruit
ne deteriores ex hoc efficiantur, vel ad bonam vi-
tam & piam erudiendos impediant alios infir-
mos, aut premant, atque auertant à fide: non vi-
detur esse cupiditatis occasio, sed consilium char-
ritatis. Longè autem grauiorem habent causam

ecclesiarum præpositi, qui in ecclesiis constituti
sunt, vt non parcant obiurgando peccata: nec ideo
tamen ob huiuscemodi culpam penitus alienus
est, qui licet præpositus non sit, in eis tamè, qui-
bus vitæ huius necessitate coniungitur, multa
monenda vel arguenda nouit & negligit: deu-
tias eorum offensiones propter illa quibus in hac
vita non indebitè vitur, sed plus quam debuit
delectatur. Chryso. Considerandum autem quod
quandoque dominus est, qui contristauit, ad
eum qui contristatus est, ducit: sicut cum dicit, si
recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid
aduersum te, vade reconciliari fratri tuo. Quan-
doque autem eum qui iniusta passus est, iubet di-
mittere proximo, sicut ibi: Dimitte nobis debita
nostra, sicut & nos &c. Hic autem alium excogi-
tat modum: cum enim qui contristatus est dicit
ad eum qui contristauit: & ideo dicit, Si peccaueris
in te frater tuus. Quia enim ille qui iniusta fecit, nò
facile veniret ad excusationem verecundatus: hunc
qui passus est, ad illum trahit, & non simpliciter,
sed vt corrigat quod factum est: vnde dicit, Vade
& corripce eum. Raba. Non passim iubet peccanti
dimittere, sed audienti, id est, obedienti & poeni-
tentiam agenti: ne vel difficilis sit venia, vel re-
missa indulgentia. Chryso. Non autem dicit: ac-
cusa, neque increpa, neque vindictas expete: sed
argue, id est, rememora sibi peccatum, dic ei quæ
ab eo passus es. Ipse enim ira & verecundia deti-
netur ebrius factus, quasi graui somno. Vnde
oportet te qui sanus es, ad illum qui ægrotat ab-
ire. Hiero. Sciendum tamen quod si peccauerit in
vos frater vester, & in qualibet causa vos læserit,
dimittèdi habetis potestatem, imò necessitatem:
quia præcipitur, vt debitoribus nostris debita di-
mittamus. propter quod & hic dicitur, si peccauerit
in te frater tuus. Si autem in Deum quis pecca-
uerit, non est nostri arbitrij. Nos contrariò in
Dei iniuria benigni sumus, in nostris contumeliis
exercemus odia. Chryf. Ideo autem præcipit ar-
guere ei, qui passus est iniuriam, & non alij: quia
ille qui fecit iniuriam, ab eo mansuetus sustinet:
& maxime cum solus eum corripiat. Quum enim
qui vindictam expetere debebat, hic salutis vide-
tur diligentiam habere, maxime hoc eum potest
propriam facere. August. de verb. do. Quando er-
go in nos aliquis peccat, habeamus magnam cu-
ram, non pro nobis. nam gloriosum est iniuriam
obliuisci: sed obliuiscere iniuriam tuam, nò vul-
nus fratris tui: ergo corripce eum inter te & ipsum
solum, studens correctioni, parcens pudori. Fortè
enim præ verecundia incipit defendere pecca-
tum suum: & quem vis facere correctiorem, facis
peiozem. Hier. Corripiendus est enim seorsum
frater, ne si semel pudorem atque verecundiam
amiserit, permaneat in peccato. Aug. de ver. do.
Apostolus autem dicit, Peccantem coram omni-
bus argue, vt & careri timorem habeant. Ali-
quando ergo scias corripiendum esse fratrem so-
lum, aliquando autem coram omnibus. Quid
autem ante facere debeamus intendite & videte.
Si peccauerit, inquit, in te frater tuus, corripce eum
inter te & ipsum solum. quare? quia in te peccauit:
tu scis quia peccauit. Quid est, in te peccauit?
Quia enim secretum fuit quando in te peccauit:
secretum quare eum corrigis quæ peccauit.
quia enim secretum fuit quando in te peccauit:
secretum quare eum corrigis quæ peccauit. nam
si solus nostri quia peccauit in te, & eum vis co-
ram omnibus arguere: non es corrector, sed pro-
ditor.

ditor. Peccauit ergo in te frater tuus: sed si tu so-
lus nosti, tunc verè in solum peccauit. Nam si
multis audientibus tibi fecit iniuriam: & in il-
los peccauit quos testes suæ iniquitatis effe-
cit, ergo ipsa corripienda sunt coram omni-
bus, quæ peccantur coram omnibus: ipsa cor-
ripienda sunt secretis, quæ peccantur secre-
tis. Distribuite tempora, & concordare scriptu-
ras. Quare autem proximum corripis? quia tu do-
les quòd peccauerit in te: absit si autem amore
tui id facis, nil facis: si amore illius facis, oprime
facis. Denique, in ipsis verbis attende cuius an-
ore id facere debeas: vtrum tui, an illius. Sequitur
enim: Si te audierit, &c. Ergo propter illum fac
vt lucretis illum. Agnosce, quia in hominem pec-
cando peristi: nam si non perieras, quomodo te
lueratus es? Nemo ergo contemnat quando pec-
cat in fratrem. Chryf. In quo etiam demonstratur
quòd inimicitia damnus est commune: & pro-
pter hoc non dixit quòd ille lucretus est seipsum,
sed quòd tu lucretus es eum. ex quo ostèdit quonia-
m & tu & ille damnus passus eratis ex discor-
dia. Hierony. Per salutem enim alterius nobis
quoque acquiritur salus. Chryf. Quid autem fa-
cere debeas si non persuadeatur, subditur, Si au-
tem te non audierit, adhibe tecum vnum vel
duos. Quando enim inuerecundior fuerit & per-
tinacior, tantò magis nos ad medicinam studere
oportet, non ad iram & odium. Etenim medicus
cum viderit morbum non remittit, non desistit:
sed tunc magis preparatur ad curandum. Vide
autem qualiter non vindictæ gratia hæc correctio
fit, sed emendationis, & propter hoc non confe-
stim iubet duos accipere, sed quando ipse corrigi
non voluerit: neque tunc ad eum mittit multita-
dinem, sed vnum vel duos, & ad hoc legis testi-
monium inducit, dicens, vt in ore duorum, &c. Quali-
dicat. Habes iam testimonium quòd totum feci-
stis quod tunc erat. Hieron. Vel intelligendum
est hoc modo, Si te audire noluerit, adhibeatur
vnus frater tantum. Quòd si nec illum audierit,
adhibeatur & tertius, vel corrigendi studio, vt,
scilicet vel admonitione aut pudore corrigatur,
vel contumendi sub testibus. Glof. Vel si dixerit,
non esse peccatum, vt probent illud esse pecca-
tum. Hiero. Porro si nec illos audire voluerit, tunc
multis dicendum est, vt detestationi eum habeat,
vt qui non potuit pudore saluari, saluetur oppro-
briis. vnde sequitur, Quòd si non audierit eos, dic re-
lecta. Chry. id est, his qui ecclesie præsident. Glo.
Vel die toti ecclesie, vt maiorem erubescenciam
patiat. Post hæc omnia sequatur excommuni-
catio, quæ fieri debet per os ecclesie, id est per
sacerdotem; quo excommunicante tota ecclesia
cum eo operatur. vnde sequitur, Si autem ecclesiam
non &c. August. de verb. do. id est noli illum iam
deputare in numero fratrum tuorum, nec sic ta-
men salus eius negligèda est. nam & ipsos ethni-
cos, id est, gentiles & paganos in numero quidem
fratrum non deputamus, sed tamen eorum salu-
tem semper inquirimus. Chryf. Nil tamen tale
præcipit dominus obseruandum in his qui extra
ecclesiam sunt, quale præcipit hic de fratribus
corripiendis. Sed de exterioribus dicit, Si quis
percussit te in vna maxilla, præbe ei & aliam.
quod & Paulus dicit, Quid mihi est de his qui for-
is sunt indicare? Hiero. Fratres autè & arguere &
auertere iubet. Quòd autem dicit, Sicut ethnicus &

publicanus, ostenditur maioris esse detestationis,
qui sub nomine fidelis agit opera infidelium,
quam hi qui apertè gentiles sunt. Publicani enim
vocantur, qui seculi seclantur luera, & exigunt
vectigalia per negociationes & fraudes ac furta
scelerata atque periuria. Orige. Videamus autem
ne fortè sententia hæc nò de quocunq; peccato
posita sit, quid enim si aliquis peccauerit aliquo d
peccatorum quæ sunt ad mortè, pura masculorū
concupitor factus, adulter, homicida, aut mollis:
nuncquid talem rationis est arguere solus ad solū,
& si audierit statim eum dicere lucrifactu & non
prius expulerit eum de ecclesia, nisi postquā corā
testibus argutus & ab ecclesia, persisterit in actu
priori. Alius autem respiciens ad immensam mi-
sericordiam Christi, dicit: quoniam cum verba
Christi nullam faciant differentiam peccatorum,
contra Christi misericordiam faciunt, qui hæc ad
minima tantum peccata pertinere distinguunt.
Alius contra caute ipsa verba considerans, non
de omni peccato hæc dicta defendet: quoniam
qui grandia illa peccata facit, non est frater, sed
nominatur frater: cum quo secundum apostolum
non oportet nec cibum sumere, sicut autem ne-
gligentibus peccandi occasionem dant, qui ad
omne peccatum hoc pertinere exponunt: sed
econtra, qui docet in minimis & non mortiferis
peccatis peccantem, post argutionem testium vel
ecclesie, fieri oportet sicut ethnicum & publi-
canum, aliquid crudelitatis videtur inducere.
Vt enim omnino pereat, pronuntiare non
possumus, primùm, quia qui ter argutus nò obe-
diuit, potest in quarto obedire, deinde, quia ali-
quando non secundum opera hominis redditur
ei, sed amplius quam peccauit, quod expedit in
hoc mundo, demum, quia non dixit solum, Sicut
ethnicus & publicanus, sed, sicut tibi. Qui ergo in
peccato leui correctus ter, non se emendat, nos
quidem debemus eum habere sicut ethnicum &
publicanum, abstinentes eo vt confundatur: an
autem etiam à Deo quasi publicanus & ethnicus,
iudicetur, non est nostrum pronuntiare, sed est in
iudicio Dei. Amen dico vobis, quæcumque alligaueris
super terram, erunt ligata, &c. Hiero. Quia dixerat,
si eccl. si non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publi-
canus: & poterit contempti fratris hæc esse respon-
sio vel tacita cogitatio: Si me despicias, & ego te
despicio: si me condemnas, & tu mea sententia
condemneris: potestatem tribuit apostolis vt
sciatur qui talibus cõdemnantur, humanam sen-
tentiam diuina sententia corroborari. vnde dicitur,
Amen di. vo. quæcumque &c. Orige. Non dixit: In
cælis, sicut Petrus: sed in celo vno, quia non sunt
tantæ perfectionis sicut Petrus. Hila. Per hoc ta-
men ad terròrem maximi metus, quo ad præsens
omnes continentur, immobile securitatis apo-
stolicæ iudicium demonstrat: vt quos in terris
ligauerint, id est, peccatorum nodis innexos reli-
querint: & quos soluerint, concessionem scilicet
venie acceperint in salutè, hi in cælis ligati sunt
vel soluti. Chryf. Et notandum quod non dixit
primari ecclesie: Liga talem, sed, si ligaueris, in-
dissolubilia erunt ligamina: quasi hoc eius iudi-
cio dimittens. Vide autem qualiter incorrigibi-
lem duplicibus colligauit necessitatibus, scilicet
& poena quæ est hic, scilicet projectione ab eccle-
sia, quam supra posuit, dicens: sit tibi sicut ethni-
cus, &c. & supplicio futuro, quod est ligatum esse
Bibl. Rom. tom. 2. S 3 in

in celo: vt multitudine iudiciorum dissoluat fratris iram. Aug. de ver. do. Vel aliter. Cæpisti habere fratrem tuum tanquam publicanum, ligans eum in terra: sed vt iuste alliges, vide. Nam iniusta vincula disrumpit iustitia. Cum autem correxeris, & concordaueris cum fratre tuo, soluis illum in terra: cum solueris in terra, solutus erit & in celo. Multum præstas, non tibi, sed illi: quia multum nocuit non tibi, sed ibi. Glo. Non solum autem de excommunicatione, sed etiam de omni petitione, quæ fit à consentientibus in vnitate ecclesiæ, dat confirmationem, cum subdit, *Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram: vel penitentem recipiendo, vel superbum abiiciendo, vel de alia re quam petierint, quæ non est contraria ecclesiæ vnitati, fiet à patre meo qui in celis est.* Per hoc autem quod dicit, *Qui in celis est*, eum super omnia esse ostendit, & per hoc complere eum posse quod petitur. Vel, *in celis est*, id est, sanctus: quod valet ad probandū, quod fiet illis quicquid petierint quod dignum sit: quia illum apud se habent à quo petunt. Vnde rata est sententia consentientium, quia Deus cum eis habitat. & ideo sequitur, *Vbi enim sunt duo vel tres, &c.* Chryso. Vel quia dixerat: *Fiet illis à patre meo*, vt ostendat se etiam esse datorem simul cum patre, subdit, *Vbi enim duo vel tres.* Orig. Non autem dixit: in medio eorum ero, sed *sum*. Mox enim vt aliquid consenserint, Christus inuenitur in eis. Hilar. Ipse enim qui pax atque charitas est, sedem atque habitationem in bonis atque pacificis voluntatibus collocabit. Hiero. Vel aliter: Omnis superior sermo ad concordiam nos prouocauerat, igitur & præmium pollicetur, vt sollicitus festinemus ad pacem, cum se dicat inter duos vel tres medium fore. Chry. in ho. Non autem dixit simpliciter, *Vbi congregati fuerint*, sed addit, *in nomine meo*, quasi dicat. Si quis propter me principalem causam amicitie ad proximum habuerit, cum ego ero, si & in aliis virtuosus erit. Quomodo ergo non ibi consentientes consequamur id quod petunt? Primum quidem, quia non expedientia petunt. Secundum, quia indigni sunt qui petunt, & ea quæ sunt à se ipsis inferunt, vnde dicit, *Si duo ex vobis*, qui euangelicam ostenditis conuersationem. Tertium, quia aduersus eos qui contriuerunt, orant, vindictam querentes. Quartum, quia petunt misericordiam peccantibus, quia non penituerunt. Orig. Et ista est etiam causa propter quam non exaudimur orantes, quia non consentimus nobis per omnia super terram, neque dogmate, neque conuersatione. Sicut enim in musicis, nisi fuerit conuenientia vocum, non delectat audientem: sic in ecclesiâ, nisi consensum habuerit, non delectatur Deus in ea, nec audit voces eorum. Hiero. Possimus autem & hoc spiritualiter intelligere, quod vbi spiritus & anima corpûsque consenserint, & non intra se bellum diuersarum hobuerint voluntatum, de omni re quam petierint, impetrent à patre, nulli enim dubium est quin bonarum rerum postulatio fit, vbi corpus vult habere ea quæ spiritus. Orig. Vel in quo duo testamenta consentiunt sibi, eius inuenitur oratio de omni re acceptabilis Deo. Tunc accedens Petrus ad eum, dicit: *Domine, quoties peccauerit in me frater meus, &c.* Hier. Supra dixerat dominus: Videte ne contemnatis vnum de pusillis istis, & adiecerat, *Si peccauerit in te frater tuus, &c.* & præmium re promiserat, dicens,

Si duo ex vobis, &c. vnde pronocatus apostol. Petrus interrogat, & hoc est quod dicitur, *Tunc ecce ad eum Pet. dixit, Domine, &c.* Et cum interrogatione profert sententiam, dicens, *vsque septies*. Chry. Putauit quidem Petrus aliquid se magnum dicere. Sed quid amator hominum Christus responderet subditur: *Diu u. l. e. Non dico tibi, &c.* Aug. de ver. do. Audeo dicere & si septuagies quoties peccauerit, ignoscas: etiam centies, & omnino quoties peccauerit, ignosce. Si enim Christus millia peccatorum inuenit, & tamen omnia donauit, noli subducere misericordiam. Ait enim Apok. Donantes vobis misericordiam, si qui aduersus aliquem habet querelam, sicut Deus in Christo donauit nobis. Chryl. Cum ergo dicit, *vsque septuagies septies*, non numerum determinatum ponit vt numero concludat remissionem, sed quod continuè & semper est, significauit. Aug. de ver. do. Non tamen sine causa dominus septuagies septies dixit, nam lex in decem præceptis commendatur: lex enim per decem peccatum per vndecim significatur, quia transgressio denarij est. Septem autem solet pro toto computari, quia septem diebus voluit tempus. Duc autem septies vndecim sunt septuagies septies. Omnia ergo peccata dimitti voluit, quia ea septuagesimo septimo numero præfigurauit. Vel quia numerus sex, videtur esse operis & laboris, septimus autem repausationis, dicit remissionem fieri oportere fratribus in hoc mundo degentibus, secundum res huius mundi peccatibus. Si autem aliquis ultra ea peccata peccauerit, iam non habebit remissionem: Hiero. Vel intelligendum est septuagies septies, id est, quadringentis nonaginta viciibus: vt toties peccanti fuerit dimitteret, quoties ille peccare posset. Rab. Aliter tamen datur venia peccanti fratri, vt nobis, scilicet socia charitate communicet, sicut Ioseph fratribus: aliter inimico persequenti, vt bonum ei velimus, & si licet faciamus, vt Dauid lugens Saul.

ORIGENIS PRESBYT.

in idem Euang. Horn.

Videamus ne forte sententia hæc non de eo est, in quo quocunque peccato posita sit. Quod si aliter quis, qui nominatur frater peccauerit aliquid eorum peccatorum, quæ sunt ad mortem, vt puta masculorum concubitor est factus, aut adulter, aut homicida, aut mollis, nūquid & istum talem sicut aliquem modica peccantem rationis est, vt arguat solus ad solum: & si quidem audierit, qui talia illa peccauit, statim eum dicere iuriscrictum: & si non audierit, non prius eum expelli de ecclesiâ, nisi prius quam coram testibus argutus, & ab ecclesiâ, perliterit in actu priorij. Non autem ignoramus, quin sequens alius verba, & aspiciens ad immensam misericordiam Christi, dicere potest, quod cum verba ipsa Christi nullam differentiam faciant peccatorum, superfluum faciunt, & contra Christi misericordiam, qui hæc ad minima tantum pertinere distinguit. Sed eum, qui taliter sentit, non arbitror ad vilitatem communem ista sentire. Alius autem ipsa verba caute considerans, & nihil extrinsecus subaudire volens, non de omni peccato hæc dicta defendit, quoniam qui granda illa peccat, nec est frater,

frater, nisi forte nominetur frater. Differentia enim est inter fratrem, & eum, qui nominatur frater. Et quoniam distant à se, propterea dicit Apostolus, Si quis frater nominatur in vobis, sit autem fornicarius, aut auarus, aut idolorum cultor, & cætera, cum talibus nec cibum sumere. Nemo enim idolorum cultor, aut fornicator, aut auarus frater est. Et quamuis nomē baiulet Christi, & frater nominetur, non tamen & proprie frater est. Sicut ergo affirmatione eminentis misericordie Christi negligentibus peccandi occasionem dat, qui ad omne peccatum generaliter hæc pertinere exponit: sic contra qui docet in minimis & humanis peccatis peccantem, post arguitionem testium vel ecclesiæ fieri oportere sicut publicanum, & Ethnicum in peccatis, quæ non sunt ad mortem, aut sicut lex appellat in Numeris, non mortiferis, aliquid crudelitatis videtur inducere. Nec enim existimo cito aliquem inueniri in ecclesiâ, qui non iam ter in eadem culpa argutus sit, vtputa in detractioe, qua inuicem homines detrahunt proximis suis, aut in inflatioe, aut in epulatione, aut in verbo mendacij, vel ocioso, aut in tali aliqua culpa leui, quæ etiam in illis, qui videtur proficere in ecclesiâ, frequenter inueniuntur. Considera ergo ne forte & illos, qui affirmatione immensæ misericordie Christi, etiam ad peccata maiora hæc pertinere interpretantur, præterit intellectus loci: & illos, qui hæc ad minima peccata asserit pertinere, & propterea peccatorem minimorum peccatorum nisi bis, vel ter argutus emendauerit se, statim sicut Ethnicum, & Publicanum fieri arbitrantur. Quid ergo, qui ter argutus quasi Ethnicus, & publicanus factus fuerit argutus, vtrum omnino peccat, aut aliquid patiarur? Deus scit, nos autem pronuciare non possumus: secundum quod scriptum est. Nolite iudicare, vt non iudicemini. Item, Nolite ante tempus quod iudicare, donec veniat dominus, qui illuminabit occulta tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Primum quidem quoniam licet ei, qui ter argutus, non obaudiuit, in quarto audire vt iam non sit sicut Ethnicus, & Publicanus. Memores enim esse debemus eius, quod dictum est. Sic non est voluntas patris mei, vt vnus ex minimis istis pereat. Sic enim oportet nos omnes presentari ante tribunal Christi, vt reportet vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum. Deinde quia scriptum est, Secundum opera manuum vestrarum continget vobis, & non multipliciter, aut dupliciter, aut septupliciter recipient de manu domini peccatores. A liquando autem non secundum opera manuum hominis redditur eis, sed amplius quam peccauit. Hierusalem enim, sicut docuit Esaias, duplicia recepit de manu domini sua peccata. Vicini autem Israel quicunque sunt illi, septuplum recipiunt: secundum quod ait in Psalmo, Redde vicinis nostris septuplum in sinibus eorum. Et alij inueniuntur redditionis modi, quos si intelligimus, sciemus quoniam expedit recipere in hoc mundo. Nouissime autem quia non puriter dixit, sicut Ethnicus, & Publicanus, sed ita, *sic tibi*. Qui ergo in peccato leui correptus ter, secundum quod diximus, non se emendat, nos quidem sic eum debemus habere quasi Publicanum, & Ethnicum, abstinentes ab eo, vt confundatur. An autē etiam à Deo Publicanus,

& Ethnicus iudicetur, non est nostrum pronuciare, sed est in iudicio Dei. Conuenienter autem adiunxit post tres arguitions factis aliquo sicut Publicano, & Ethnico. *Quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in celo, & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in celo.* Iuste enim ligauit, qui ter arguit, & non est auditus, cum qui factus est sicut Publicanus, & Ethnicus. Propterea ille talis alligatus est, & cõdemnatus est apud omnes qui sunt in celo. Ita & si argutus emendauerit se, vt iam funiculis peccatorum suorum non sit ligatus, iuste solutus est etiam ab eis, qui sunt in celo. Tamen & ita, quæ superius soli Petro sunt dicta, videntur etiam istis omnibus dicta, qui ter peccantes arguerint, si auditi non fuerint, & alligauerint super terram indicantes peccatorem sicut Publicanum, & Ethnicum. Sed quoniam oportebat aliquid maius habere Petrum præ illis, qui ter arguerant, ideo illi quidem sic dicit, *Et tibi dabo clauas regni caelorum, & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in caelis, & quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in caelis.* Nō ergo modica differentia est, quod Petro quidem datae sunt clauæ non vnus caelis, sed multorum caelorum, vt quæcunque ligauerit super terram, sint ligata non tantum in vno caelo sed in omnibus caelis, & quæ soluerit super terram, sint soluta nō solum in vno caelo, sed in omnibus caelis. Ad eos autem, qui multi sunt, ligatores, & solutores in terra sic dicit, vt soluant, & alligent non in caelis sicut Petrus, sed in vno caelo, quia non sunt in tanta perfectione sicut Petrus, vt alligent, vel soluant in omnibus caelis. Quanto ergo melior fuerit, qui ligat, tanto qui alligatur, amplius quam in vno caelo alligatur: & quanto melior fuerit, qui soluit, tanto beator erit, qui soluitur: quoniam in omnibus solutus est caelis. *Iterum amen dico vobis, quia si duo vestrum consenserint super terram, de omni re, quæcunque petierint, fiet illis à patre meo, qui in caelis est. Vbi enim duo vel tres fuerint congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* In primis videamus sapienter, si potest iste consensus esse in multis, vel in toto conuento, vt in medio eorum sit Christus: quia angusta, & tribulata via est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inueniunt eam. Forsitan autem hoc tali consensu nec pauci consentiant sibi per omnia, sed duo forte, vel tres, sicut Petrus, & Iacobus, & Ioannes, quibus quasi consentientibus sibi per omnia ostendit verbum Dei gloriam suam, ex eo quod non habebat speciem, neque decorem, vertens se ad gloriam suam, vt vestimenta sua ostenderet eis splendens sicut lumen. Consenserunt autem & duo, Paulus, & Sosthenes scribentes Corinthiis epistolam primam. Item Paulus, & Timotheus mittentes secundam. Et tres cõsenserunt, vt esset Christus in medio eorum, Paulus, & Sylanus, & Timotheus scribentes Thessalonicensibus. Item in veteri testamento inuenimus consentientes tres super terram, vt esset in medio eorum verbum Dei, sicut ostendit superscriptio psalmi quadagesimi primi continens ista, *In sinem in consensu filiis Chore.* Cum essent tres filij Chore, quorum nomina inuenimus in Exodo, Asit, qui interpretatur eruditio: secundum Helcana, quod intelligitur Dei creatura: tertij Abiasaph, quod interpretatur congregatio patris. Prophetie ergo nō sunt diuise, sed quasi ex vno spiritu, quasi ex vna ani-

ma, & ex vna voce, consensu videlicet operante in eis sunt dicta, & scripta: & locuti sunt tres quasi vnus dicentes, Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus. Dixerunt autem & pluraliter in quadagesimo tertio, Deus, auribus nostris audiuimus. Ideo & Apostolus præcipit dicens, vt sitis perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Et in actibus de consentientibus dicit, Erat autem credentium cor vnum, & anima vna: quoniam facti fuerant vnus, si tamen possibile est, sicut diximus in multis inueniri per omnia vnum sentientes, vt nec modica sit dissensio inter eos, Non autem sentiebant Corinthij dicentes, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cepha, & ego Christi: sed erat in illis schisma, quo soluto congregabantur cum spiritu Pauli, & virtutes domini Iesu, vt iam non essent alius alium se mordentes, & comedentes, vt cõsumerentur abinuicem. Consumit enim dissensus, sicut congregat consensus & separat Iesum, qui in medio consentientium sibi solummodo inuenitur. Et proprie quidem in duobus istis generibus fit consensus: in fide, sicut ait Apostolus, Vt sitis perfecti in eodem sensu, id est secundum eadem dogmata: & in eadem sententia, id est, vt similiter conuersentur. Ideo dicit, Si duo vestrum conuenerint super terram, de omni re, quicquid petierint, fiet eis. Manifestum est autem, quoniam vbi non fit de omni re consensus, nec duo conuenerunt super terram. Et ista est causa, propter quam non exaudimur orantes: quia non consentimus nobis per omnia super terram, neque dogmate, neque conuersatione. Adhuc autem, si corpus simus Christi, & possit Deus singula membra in corpore, vt id ipsum sapiant membra, & consentiant, & sollicita sint, & patienti membro vno compatiantur omnia, & glorificato congaudeant omnia, debemus in nobis musicum istum seruare concentum. Sicut enim in musicis nisi fuerit conuenientia vocum, non delectat audientem, sic & ecclesia, nisi consensum habuerit, non delectatur Deus in ea, nec audit voces eorum. Consentiamus ergo, vt cõgregatis nobis in nomine Iesu, sit Iesus in medio nostrum: verbum scilicet Dei, & sapientia, & virtus ipsius. Et alia expositio verborum istorum, quam exposuit quidam ante nos exhortans ad castitatem coniuges. Si duo (inquit) vestrum conuenerint, id est vir, & vxor ex consensu semetipsos ad inuicem separantes a corporali coniunctione, vt vacent orationi: tunc enim orantes de omni re, quamcumque petierint, consequentur, præstante eis Deo per talem castitatis consensum. Et iste consensus non videtur coniugium soluere, sed virtutem cõtinentiæ exercere. Si autem alter voluerit caste agere, alter verò noluerit, aut non poterit, & propter ea ille volens, & potens nõ descendit nolenti, & non potenti, non erit in eis quod dicitur, De omni re, quamcumque petierint, fiet eis Scio & aliam expositionem. In malis enim hominibus peccatum carnis animæ dominatur ad obediendum ei in desideris eius. In his autem, qui expulerunt quasi de throno corporis sui peccatum, quod regnauerat prius in eis, & certant aduersus ipsum, caro quidem concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. In viris autem perfectis obtinuit spiritus, & opera carnis mortificauit, & commendauit vitam suam

carni, vt viuificet mortalia corpora sua propter habitantem spiritum in eis, & sit consensus duorum, spiritus & carnis super terram: quo consensu expleto, & oratio transmittitur corde quidem credenti ad iustitiam, ore autem consentienti ad salutem: vt cor non sit longè à Deo, sed cum eo, vt iam non labii appropiet ei: & sic fuit duo congregati in nomine Iesu. Adhuc autem beatus est, si tres conuenerint in nomine Iesu, vt impleatur apostolicum illud votum. Deus autem sanctificet vos ad perfectum, & integer spiritus vester, & anima, & corpus sine macula seruetur in aduentum domini nostri Iesu Christi. Potest autem fieri, vt duo cõueniant sine tertio. Incundum est autem istum consensum intelligere etiam circa conuenientia duorum testamentorum. In quo enim testamenta duo conueniunt sibi, vt nullus sit inter ea dissensus eorum, inuenitur oratio de omni re acceptabilis Deo. Si autem & tertium congregatorem duorum requiris, non te pigeat dicere spiritum esse sanctum: quoniam sermones sapientium siue ante aduentum, siue in ipso aduentu, siue post aduentum sunt quasi stimuli, sunt quasi fixorij implantati, dati ab vno pastore. Sicut enim duos boues altercantes stimulus cogit in vnum venire, ita & sermo sapientium duo testamenta conuenientia reddit, etiam si in quibusdam inconuenientia videantur apud eos, qui non possunt attingere profundum consensum eorum. Nec illud prætereas, quoniam non dixit in medio eorum ero, sed, in medio eorum sum. Ergo non medius futurus est, neque medius esse tardabit, sed mox vt cõsenserint inuenitur Christus in eis, quoniam & Christus cõfessus est ipse. Tunc accedens Petrus dixit ei, Domine quates peccauerit in me frater meus & dimittam eis vsque septies? Dicit ei Iesus, non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies. Quod putatur simpliciter dictum à Petro, quasi putati septem peccata fratri dimittere peccanti in se, octauum autem nequaquam: à saluatore autem quasi docente proximi in se peccata non solum septem dimittere oportere, sed etiam septuaginta septem: post septuaginta autem septem iam neque fratri dimittere satis mihi videtur contempibile, & indignum, & quantum ad Petri profectum in Christo, & quantum ad Christi eminentissimum intellectum. Ergo ne forte etiam hæc verba habent aliquem similem intellectum eis quæ dicuntur in Genesi? Numerus ergo sextus videtur esse operis & laboris: Septimus autem repausationis. Et vide si potes intelligere, eum quidem qui diligit mundum, & ea quæ sunt in mundo operatur, & secularia agit, dicere septies peccare, & finem ei peccatorum esse numerum septimum. Tale ergo aliqui intellexit Petrus septem peccata existimans indulgere proximi sui in se. Quoniam autem decades & hecatotades aliquem sermonem communem habent ad numerum, qui in monadibus est, & sciebat Christus extendere aliquos peccata sua etiam vlterior, propterea existimo Christum iuxta septenarium numerum, etiam septuaginta addidisse, vt dicas remissionem fieri oportere fratribus in hoc mundo degentibus & secundum res huius mundi peccantibus. Si autem aliquis supergradiens ea peccata quæ vlti solent in rebus mundialibus & secularibus fieri peccauerit, si tamen & hoc possibile fuerit, iam non habebit iustam remissionem

sionem peccatorum suorum: quoniam remissio in istis rebus locum habet, & in istis peccatis in se præstat, siue tardius fiat remissio, siue cito. Non est ergo remissio neque fratri, qui supra septuagies septies peccat. Considera autem si potes, & in natura omnium peccatorum vbiusque, vel quando inque factorum, vel fieri poterium, quoniam est differentia, cogitationem aliquam habens ad ad numeros: vt dicas omnium peccatorum pessima esse quæ sunt supra numerum septuaginta septem, quando nec Iesus consiliatur Petro sua remittere supra numerum illum peccata, etsi à fratre fiant in eum: Adhuc autem considera si potes secundum ea quæ de Petro tradidimus, cui portæ non preualent inferorum, & hic intelligere eum, vt quasi in Petrum aliquis peccet, qui in talem peccauerit qualis fuit Petrus, & secundum huiusmodi quidem peccata esse eum in minori numero non habenti peccatorum remissionem.

S. HILARII EPISCOPI Pictauiensis superioris Euang. expositio.

Quid si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum. & reliqua. Eum ordinem continendæ charitatis nobis dominus imposuit, quem ipse in conseruando Israel tenuerat: iacet enim peccatorem fratrem ab eo solo in quem peccauerit, corripi atque obiurgari. Ipse enim sacrificantem diis alienis populum Iudaicum, maiestatis suæ aduersum, & toto præsentis potestatis terrore corripuit: cum idem populus Dei propinquantis aduentum, extra montem licet positus, ferre nõ potuit inobedientiam, vnum atque duos iussit adhiberi, vt in ore dum testium fides verbi ac veritas maneat. Quia insolenti Israel lex & propheta & Ioannes est missus, testibûque istis vt peccate desineret conuentus est. Tertio ipso domini aduentu, tanquam cõrte ecclesiæ inspectantis admonitus est: sicutque habitis his obiurgationibus, publicani aut ethnici vilicitate negligitur. Ad terrorem autem merus maximi, quo in præsentem omnes continerentur, immobile severitatis apostolicæ iudicium præmili: vt quos in terris ligauerint, id est, peccatorum nodis innexos reliquerint, & quos soluerint, confessione videlicet veniæ receperint, in salutem: hi apostolicæ conditione sententiæ in caelis quoque aut soluti sint, aut ligati. In tantum igitur humanæ pacis studuit concordia: vt vnitatis merito omnia, quæ à Deo precanda sint, impetranda esse confirmet. Et vbi duo atque tres pari spiritu ac voluntate collecti sint, ibi se medium eorum pollicetur futurum. Ipse enim qui pax atque charitas est, sedem atque habitationem in bonis & pacificis voluntatibus collocat. Quærenti deinde Petro an peccanti in se fratri septies remitteret, respondit: Non vsque septies, sed vsque septuagies septies. Omnimodo ad similitudinem non humilitatis ac bonitatis suæ instruit, & mollendis ac strangendis turbidorum motuum nostrorum aculeis, placabilitatis suæ confirmat exemplo: quippe peccatorum omnium veniam per fidem tribuens. Neque enim naturæ nostræ vitia indulgentiam merebantur. Ergo venia omnis ex eo est: cum etiam ea quæ in se sint peccata, post reditum confessio-

nis indulgeat. Soluenda quidem per Cain pœna septuplum constituta est: sed peccatum illud in hominem est. In Abel enim fratrem peccatum vsque ad necem fuerat: sed in Lamech supplicium vsque ad septuagies septies est constitutum, & in eo (quantum existimamus) constituta in auctores Dominicæ passionis est pœna. Sed dominus per confessionem credentium huius criminis veniam largitur, id est, per baptismi munus obrectatoribus ac persecutoribus gratiam salutis indulget. Quanto magis oportere ostendit sine modo ac numero veniam à nobis esse reddendam: nec cogitandum quoties remittamus? Sed vt irasci his qui in nos peccant, quoties irascendi necessitas extiterit, desinamus. Quæ vti que venia assiduitas, nullum omnium omnino penes nos iræ tempus esse oportere: quoniam omnium omnino peccaminum veniam Deus nobis suo potius munere, quam nostro merito largiatur, neque enim fas est, nos ex præscripto legis dandæ veniæ numero concludi: cum per euangelij gratiam, sine modo nobis à Deo fuerit indulta;

S. HIERONYMI PRESBYTERI IN IDEM EUANG.

Si autem peccauerit in te, &c. Si peccauerit in nos frater noster, & in qualibet causa nos laeserit, dimittendi habemus potestatem imo necessitatem, qua præcipitur, vt debitoribus nostris debita dimittamus. Si autem in Deum quis peccauerit, non est nostri arbitrij. Dicit enim scriptura diuina: si peccauerit homo in hominem, rogabit pro eo sacerdos: si autem in Deum peccauerit, quis rogabit pro eo? Nos è contrario in Dei iniuria benigni sumus, in nostris contumeliis exercemus odia. Corripendus est autem frater scorsum, nõ si semel pudorem ac verecundiam amiserit, remaneat in peccato. Et si quidem audierit, sacrificamus animam eius, & per alterius salutem nobis quoque acquiritur salus. Sin autem audire noluerit, adhibeatur frater. Quod si nec illum audierit, adhibeatur tertius, vel corrigendi studio, vel conueniendi sub testibus. Porro si nec illos audire voluerit, tunc, multis dicendum est, vt detestationi eum habeant, & qui non potuit pudore saluari, saluetur opprobriis. Quando autem dicitur, Si tibi sicut ethnicus & publicanus, ostenditur maioris esse detestationis, qui sub nomine fidelis agit opera infidelium, quam ij, qui aperte gentiles sunt. Publicani enim vocantur secundum tropologiam, qui seculi sectantur luera, & exigunt vectigalia per negotiationes & fraudes, ac furta, scelerataque peiuria. Amen dico vobis, &c. Quia dixerat: Si autem ecclesiam nõ audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus: & poterat contemptoris fratris hæc occulta esse responso, vel tacita cogitatio, si me despicias, & ego te despicio: si tu me condemnas, & mea sententia condemnaberis: potestatem tribuit apostolis, vt sciant qui à talibus condemnantur, humanam sententiam diuinam sententia roborari: & quodcumque ligatum fuerit in terra, ligari pariter & in caelo. Si duo ex vobis, &c. Omnis supra sermo nos ad concordiam prouocatur: igitur & præmium pollicetur, vt sollicitus festinus ad Pacem, cum se dicat inter duos & tres medium fore: iuxta illud exemplum tyranni, qui duos

duos amicos captos, cum vnus ad visendam matrem reuertisset, & amicum pro se vadem dedisset, sic probare voluit, vt vno tento, alterum dimitteret: Cumque reuertisset ad eodictam diem, admiras amborum fidem, rogauit, vt se haberent tertium. Possumus & hoc spiritualiter intelligere, quod vbi spiritus & anima, corpusque confenserint, & non inter se bellum diuersarum habuerint voluntatum, carne concupiscente aduersus spiritum, & spiritu aduersus carnem, de omni re, quam petierint, impetent a patre: nullique dubium, quin bonarum rerum postulatio sit, vbi corpus ea vult habere quae spiritus. *Tunc accedens Petrus, &c.* Haeret sibi sermo dominicus, & in modum funiculi triplicis, tumpi non potest. Supra dixerat: Videte ne contempnatis vnum ex pusillis istis: & adiecerat: Si peccauerit in te & ipsum solum: & premium repromiserat, dicens: Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re impetrabunt quam petierint: & ego ero in medio eorum. Pronocatus apostolus Petrus interrogat quotiens fratri in se peccanti dimittere debeat: quomodo interrogatio profert sententiam, vsque septies. Cui respondit Iesus: Non vsque septies, sed vsque septuagies septies, id est, quadragintis nonaginta vicibus: vt totiens peccanti fratri dimitteret in die, quotiens ille peccare non possit.

S. IO. CHRYSOSTOMI
Episcopi Constantin. in superioribus
Euang. Hom. 1.

3^{am} 61. in scab.

Sicut autem peccauerit in te frater tuus, vade & corripueum inter te, &c. Quoniam acri oratione aduersus scandalizantes vsus, multis eos argumentis teruit, ne supini, atque desides hac ratione ijs fiant, quibus scandala inferuntur, & ne putantes totam in alios culpam esse reiectam, ad mollitiam vitium delabatur, & quasi cultu Dei digni, in arrogantia incidant per spicem quomodo ipsos etiam comprimit, atque coercet, & inter duos solummodo redargutionem fieri iubet, ne felicit testimonio multitudinis grauiore accusatione visa, dedignatus ille duriorum se ad corrigendum prebeat: ideo dico: Inter te & ipsum solum & si quidem te audierit iuratus es fratrem tuum. Quid est, si te audierit? si persuasus videlicet abs te, peccati se condemnabit, iuratus es fratrem tuum: non dixit, factum tibi est, cum hoc modo animaduersum esse in ipsum videatur: sed, iuratus es fratrem tuum, vt designaret communiter vtrique inimicitias esse detrimentum. Nec dixit, effecisti, vt frater tuus se ipsum lucraretur, sed, tu fratrem lucratus es. Ita significauit vtrunq; iacturam fecisse, alterum fratris, alterum propriae salutis. Id ipsum etiam, quum in monte sedebat, admoenebat, tum ipsum, qui commisit ad eum, cui fuit iniuriatus, mittens. Si enim munus tuum ad altare attuleris, ait, ac ibi recordatus fueris, quia frater tuus aduersus te aliquid habeat, vade primo, & reconciliare fratri tuo: tum ipsum, qui passus iniuriam est, remittere proximo peccata iubens. Dimitte namque, ait, debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Nunc vero aliquem quandam modum induxit, nec eum, qui fecit, sed eum, qui passus iniuriam est, primo reducit. Nam, quoniam

3^{am} multo nobis de peccato contra nos commissio hoc intelligi

non facilis, qui fuit iniuriatus, ad satisfaciendum est, rubore, ac dedecore quonia impeditus, eum, qui passus est, ad illum non temere, sed emendationis causa mittit: non enim dicit, accusa, increpa, penas petito: sed, argue, inquit. Nam, eum ille partim ira, partim rubore quasi vino sopitus non videt, opus est, vt tu, qui recte valeas, ad agroti proficiscaris, & privato quodam iudicio constituto, remedium facilius inferas. Nihil enim aliud est arguere, quam in memoriam eius peccata reducere, ac ad eum, quem passus sis, exponere. Quod si recte fit, quasi pars quaedam defensionis est, que vehementer ad reconciliationem impellit. Quid igitur inquires, faciam, si durus, ac pertinax fuerit? Assume tecum, inquit, vnum aut duos: vt in ore duorum aut trium testium, sit omne verbum. Nam, quanto ille impudentior atque pertinacior fuerit, tanto magis ad emendationem eius absque ira, & molestia nobis studendum est. Na & medicus, quum grauiorem viderit morbum, non desistit, nec molestia oppressus desicit, sed ad ferenda remedia diligentius se accingit, quod nos quoque facere iubet: quoniam enim solus imbecillior visus es, adiectione duorum fortior factus, argue delinquentem. Perpende, quia non eius, qui laesisset iniuria est, verumetiam laesisset virilitatem querit. Nam vere passus iniuriam is certus est, qui passione victus succubuit: is, inquam, est, qui morbo captus laborat: propterea sapius sanus ad illum, modò solum, modò cum aliis mittit: & si perniciosa obduratus est, etiam ecclesiam ad hunc agrotum adducat, Dic enim inquit, ecclesie, quoniam si eius, qui patitur, commodum tantummodo quaereret, certe non iussisset septuagies septies poenitenti esse remittendum, nec toties, tamque multos passionis emendatores ei statuisset: nunc vero non semel, sed bis, atque ter, modò solum, modò cum duobus, modò cum pluribus ad curam illius te remittit. Ac de exterioribus quidem nihil tale praecepit: sed, si quis, inquit, dexteram verberibus tibi ceciderit maxillam, & alteram quoque verte: hic autem non ita, sed sicut Paulus etiam ait: Quid mihi, & eos, qui exterius sunt, iudicare? fratres autem & arguere, & auctri iubet, & inobedientes abscindi, vt rubore impulsu meliores fiant: id ipse quoque hic facit. Nam, cum de fratribus legem promulget, tres peccanti magistris, atque iudices constituit, qui doceant, & enarrant, quacunque in temulentia sibi perpetrata sunt. Nam, et si ipse, qui illa absurda omnia & fecerit, & dixerit, doctoribus tamen licet violentus indiget: omni sane ebrietate peccatum magis mentem perturbat, & animum insaniam, furorèque replet. Quis enim sapientior, quam Dauid fuit? sed tamen, cum rationis vires a cupiditate tenerentur, quae quasi fumus animum eius occupauerant, in peccatum delapsus non sensit: ac ideo lucerna sibi prophetica opus fuit, & verbis, quae peccatum gesta in memoriam reducerent: propterea etiam hic ad derelinquentem multos, ac varios conducit, vt de iniuriis secum congerantur. Cur autem hunc, qui passus est, & non alij arguere, & expostulare praecepit? quoniam patientius hunc, in quem iniurias iaculatus est, cui dolorem intulit, quem oppressit, iuratus est. Non enim pariter aequo animo ab alio, quam ab iniuriam perpesso, & contumeliis laesito expostulatus sustinuit, praesertim cum solus sit, cum eum arguat.

debet, vnde sic etiam de quocunque peccato coram nobis peccatum asserunt.

Tunc petrus sic allegat: non videtur multa praesentia esse, qui iniuriam iussit.

1. Cor. 1.

Vide in postulatione est ecclesiam.

arguat. Nam, si quis poenas ab eo petere possit, is de salute ipsius laborat, & maxime omnium poterit eum placare. Vides non supplicis, sed emendationis gratia fieri: propterea nullos et testes initio praeber: sed, cum ipse per se nihil effecerit, neque tunc multitudinem committendam rem praecepit, sed vnum, aut ad summum alterum addidit, quos si propter suam proteritiam despexerit, tunc tandem ad ecclesiam offerendam rem censuit. Ita magnum ei est studium, ne proximorum delicta, nisi post primam, & alteram admonitionem essentur. Quid autem sibi vult, in ore duorum vel trium testium sit omne verbum? Habes iam testes, inquit, opus abs te tuum esse confectum, vt nihil, quod ad te pertinet, reliquum esse videatur. Si autem eos non audierit, dic ecclesie: praesulibus scilicet, ac praesidentibus. Quod si etiam ecclesie non obediuerit, sibi sit sicut ethnicus, & publicanus. Tu vero considera quomodo publicanus ad exemplum summæ nequitiae semper posuit. Iam enim superius dixit: Nonne publicanus quoque hoc facient: ac deinde; publicani praecedet vos, ait, in regnum calorum: id est, qui valde improbitate condemnantur. Audiant haec attentè, qui sibi quæstus iniustos excoigant, qui se non tenori adiciunt. Cur autem istum cum publicanis collocauit? Vt tectè & illum, qui perulit iniuriam consolaretur, & hunc merito pertereret. Nam igitur hoc modo solummodo iste puniunt? Non certe, sed audi quae sequuntur: Quisquisque alienigenis super terram erunt & ligata in cala. Nec dixit ecclesie praesulibus: vinculis istum constringes: sed, si ligaueris ei, qui dolorem perulit, totum permittens: tunc haec vincula indissolubilia manent. Pater ergo extremis istis supplicis esse vexandum, sed nulla culpa eius est, qui detulit, sed totum erimeat inter eum, qui pertinet in malignitate fuit, relicitur. Animaduertis, quo pacto duplici hunc necessitate vinxit, praesenti dico poenitentiam, & futuro supplicio? haec minatus est, ne haec accidant, sed tum, ne ab ecclesia, reiciatur, metuens, tum, vt vincula tantum terrestria, quam caelestia reformidans micior fiat. Nam, quum haec sciat, quomuis primo ingressu minus fecerit, multitudine tamen iudiciorum conuictus, iram fortasse deponet: hac enim de causa non confestim abscindit, sed ad tertium vsq; iudicium progressus est: vt, si primò non paruierit, obtemperet alteri, quod si secundò etiam spreuerit, tertio salte moneatur: si hoc etiam neglexerit, aeterna supplicia tantum, & iudicium Dei expauescat. Iterum duo vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, &c. Animaduerte quemadmodum etiam hic dissidia & inimicitias dissoluat, & pusillanimitatem omnem exterminet, & homines ad vnà congregare voluntatè, nò poenarum tantummodo terrore, vt iam vidimus, verumetiam iis donis, quae a charitate profluunt. Nam, posteaquam contentionis extrema supplicia posuit, magna concordiae praemia exponit, quum & a patre, qui consensu, & charitate coniuncti sunt, facile impetrèt, quod petunt, & ipsum Christum in medio sui possident. Putas igitur, vllibi duos reperiri consensientes? puto sane multis in locis, ac forsitan etiam vbique. Quomodo igitur a patre cuncta non consequuntur? quia videlicet multa sunt causa non impetrandi. Nam aut inconducibilia postulant, nec mirum est, si non exaudiuntur, cum & Paulus ille audierit; Sufficit tibi gratia mea;

virtus enim in infirmitate perficitur: Aut indigni exaudiri sunt, nec quicquam boni a scriptis offerunt, cum dominus apostolorum similes denotare videatur. Ex vobis enim, inquit, qui virtute polletis, qui euangelicam doctrinam rectè viuendo complectimini: Aut aduersus eos, qui sibi dolorem intulerunt, vltionem orantes petunt, quod omnino prohibetur. Orate nanque, ait, pro inimicis vestris. Aut misericordiam postulant, cum nullam egerint poenitentiam. Quare re potiri poenitus est impossibile, etiam si, qui multam fiduciam ad Deum habent, pro eis deprecantur: vcluti Hieremias, quum pro Iudæis oraret, audiuit: Noli orare pro populo hoc, quoniam te nò exaudiam. Si verò cuncta haec assuerint, & conuertentia petas, & quantum in te, euangelicam vitam re ipsa probes, & concorditer, atque cum charitate cum proximo viuas, impetrabis orando misericordiam domini. Verumetiam, quoniam, a patre nunc, dixit, vt vnà cum patre seipsum quoque postulata largiri ostendat, subiunxit; vbi enim duo vel tres congregati sunt in nomine meo, illic sum in medio eorum. Nonne igitur sunt duo, aut tres in nomine suo vsquequaque congregati? Raro siquidem inueniuntur. Non enim de conuenta simpliciter dixit, nec congressum tantummodo quaerit: sed primò iam, vt dixi, virtutis opus, deinde hoc ipsum exactissimè, ac diligentissimè. Tale quippe est quod dicitur: Si quis propter me principaliter charitate proximo coniungitur, eum eo ipse sum, si ad hoc virtutis etiam opus adiecerit. Nunc autem complures videmus alias quasdam causas amicitiae quaerere. Nam alius amat, quia redamat: alius, quia honore afficitur: alius, quia vilitati sibi esse, aut fore hominè putat: Christi verò causa difficillimè quenquam inuenies, qui amicum, vt oportet, diligit, sed omnes ferè secularium vinculo rerum inter se vincuntur. Non ita quippe Paulus, sed propter Christum diligebat: quare, quanuis non tantum amabatur, quantum amabat: tamen, quoniam robustas amoris radices ierit, non dissoluit charitatem. Nunc verò, si omnia diligentiori cura scrutabimur, amicitiarum efficiencia commoda magis secularia, quam hoc inueniemus. Quod si quis mihi potestatem inuestigandi concederet, in hac multitudine facile ostenderem: sed perspicuum id erit, si quis vigilanter inimicitiae causas inuestigabit. Nam qui caducis, citòque instabilibus causis copulantur, eorum coniunctio perpetua esse non potest, sed vel contemptus, vel pecuniarum iactura, vel honor, vel gloriae cupiditas, vcl aliud huiusmodi, amicitia dissoluta, dissidium indaxit. Vbi si spiritualis esset radix, nulla res secularis eam euelleret. Ea certe charitas, quae Christi causa fundatur, firma, stabilis, atque inuicta est, nec vlla re coqua statur, non obtrectatione, non periculis, nò morte, non alia re temporalis. Nam, qui hac de causa diligit, nullo dissidio disingetur: qui enim amat, quoniam redamat, si quid minus iucundum ab amico ad eum profectum fuerit, suum amandi illico fecit: qui verò Christi charitate amicis conglutinetur, nunquam ab amando desistit: dicit ergo Paulus quoque dicebat: Charitas nunquam excidet. Quid enim dicere poteris, an quia honoratus abs te contumeliae vice honoris loco retulit, an quia pro beneficiorum gratia interficere conatus est? Sed, si propter Christum diligis, haec ipsa ad man-

Vides ad peccatorum poenitentiam impetrandum non solum oratione & fide, sed poenitentia quoque opus esse. Hier. 7. 11. & 14.

1. Cor. 13.

torum

S. AVGVST. EPISCOPI Hipponensis in idem Evang. Hom.

has stamus. Immo etiam prosternimur, supplexes ingemiscimus aliquid volentes accipere, & ipsum aliquid ipse Deus est. Quid a te petit mendicus? Panem. Et tu quid petis a Deo nisi Christum, qui dicit, Ego sum panis vivus, qui de celo descendit? Ignosci vobis vultis? Ignoscite, Remittite, & remittetur vobis. Accipere vultis? date, & dabitur vobis. Sed quid in hac aperta preceptione mouere possit audite. In remissionem vbi venia petitur, & ab ignoscendo debetur. Hoc potest mouere, quod & Petrus mouit, Quoties debeo, inquit, ignoscere? Sufficit vsque septies? Non sufficit, ait dominus, Non dico septies, sed septuagies septies. Iam tu enumera quoties in te peccauerit frater tuus. Si potueris peruenire vsque ad septuagiesimam culpam, & octauam, vt traleas septuagies septies, tunc moliris vindictam. Ita ne verum est quod dicit? Et vere ita serues habet vt si peccauerit septuagies septies, ignoscas. Si autem peccauerit septuagies octies, iam liceat tibi non ignoscere? Audeo dicere, vt & si septuagies octies peccauerit, ignoscas. Si autem peccauerit, vt dixi, septuagies octies, gnosce. Et si ceteris peccauerit, ignoscere. Et quid dicam toties & toties? Omnino quoties peccauerit, ignosce. Ergo ego ausus sum supergredi modum domini mei? Ille in septuagesimo, & septimo numero ignoscendi limitem fixit, huc ego limitem transire praesumam? Non est verum, non sum ausus plus aliquid. Ipsum dominum meum audi loquentem in Apostolo suo, vbi modus, & numerus praefixus non est. Ait enim, Dominantes vobismetipsis, si quis aduersum aliquem habet querelam, sicut Deus in Christo donauit vobis. Audistis formam? Si septuagies septies peccata tibi Christus donauit, si huiusque ignouit, & ultra negauit, pone & tu limitem, & tu vltorius noli ignoscere. Si autem Christus millia peccata peccatorum inuenit, & tamen omnia donauit, noli subducere misericordiam, sed potest illius numeri solutionem. Non enim sine causa dominus septuagies septies dixit, cum omnino nulla culpa sit, quam non debeat ignoscere. Ecce ille ipse seruus, cuius debentis inuentus est debitor, decem millia talentorum debebat. Puto enim quia decem millia talentorum, vt parum sit, decem millia peccatorum sunt. Nolo enim dicere vnum talentum, quod omnia peccata concludat. Seruus autem ille quantum ei debebat? Centum denarios debebat. Iam plus est quam septuagies septies, & tamen iratus est dominus, quia ei non dimisit. Non solum enim ceterum plus sunt quam septuaginta septem, sed centum denarii forte mille asses sunt. Sed quid ad decem millia talentorum? Ac per omnes culpas quae in nos committuntur, parati sumus ignoscere, si nobis desideramus ignosci. Si enim consideremus peccata nostra, & mitemur, quid factum, quid oculo, quid auro, quid cogitatione, qui innumerabilibus motibus, nescio vtrum dormiamus sine talento. Ergo quotidie petimus, quotidie diuinis aures orando pulsamus, quotidie nos prosternimus, & dicimus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quae debita tua? Omnia an aliquam partem? Respondetis, omnia. Sic ergo & tu debitori tuo. Hanc ergo regulam ponis, hanc conditionem loquentis. Hoc pacto & placito quando oras, commemoras vt dicas, Dimitte nobis, sicut & nos dimittimus debitori.

Hesternae die, sanctum Euangelium admonuit nos non negligere peccata nostrorum, Sed si peccauerit, inquit, in te frater tuus, corripe eum inter te, &c. Hodierna etiam ad ipsam rem pertinet capitulum quod sequitur, quod modo cum legeretur, audiuius. Cum enim dixisset hoc dominus Iesus Petro, subiicit, & interrogauit magistrem, quoties ignosceret fratri, qui in illo peccasset, & quasi vtrum sufficeret septies. Respondit illi dominus, Non solum septies, sed etiam septuagies septies. Deinde narrauit similitudinem valde terribilem, Quia simile est regnum caelorum homini patrifamilias, qui posuit rationem cum seruis suis, in quibus inuenit debitorem decem millium talentorum. Et cum iussisset vt omnia, quae habebat, & omnis eius familia, & ipse venderetur, & debitum solueretur, aduolutus genibus domini sui rogabat dilationem, meruit remissionem. Misertus est enim dominus eius, sicut audiuius, & omne debitum dimisit illi. At ille debitor liber, sed iniquitatis seruus, posteaquam egressus est a facie domini sui, inuenit etiam ipse debitorem suum, qui debebat, non decem millia talentorum, quantum ipse debitor fuit, sed centum denarios, cepit eum suffocatum trahere, & dicere, Redde quod debes. At ille rogabat conseruam, qualem ille dominum. Non solum remittere illi debitum noluit, sed nec dilationem dedit, contortum rapiebat ad solutionem. Iam debito dominico liber, displicuit conseruis, & renouauit domino suo, quod actum esset, & dominus fecit adesse seruum, & dixit ei, Serue nequam cum mihi tanta deberes, miserus tui omnia dimisi tibi. Nonne ergo & te oportebat misereri contumaci, sicut & tui misereri sum? Et iussit omnia quae illi dimiserat exigi. Ergo hanc similitudinem ad nostram instructionem proposuit, & admonendo perire nos noluit. Sic, inquit, & vobis faciet pater vester caelestis, si non remiseritis vnusquisque vestrum fratribus vestris ex corde vestro. Ecce, fratres, res in aperto est, admonitio utilis, & valde salubris. Obedientia debetur, vt quod iustum est impleatur: quia omnis homo & debitor est Dei, & debitor habet fratrem suum. Quis est enim, qui non sit debitor Dei, nisi in quo nullum potest inueniri peccatum? Quis est autem, qui non habeat debitorem fratrem, nisi in quem nemo peccauit? Putasne quisquam in genere humano reperiri potest, qui non & ipse aliquo peccato obstrictus sit fratri suo? Debitor est ergo omnis homo, habens tamen & ipse debitorem. Ideo Deus iustus constituit tibi regulam in debitorum tuo, quod faciet & ipse cum tuo. Duo sunt enim opera misericordiae, quae nos liberant, quae breuiter ipse dominus posuit in Euangelio. Dimitte, & dimittetur vobis date, & dabitur vobis. Dimitte, & dimittetur vobis, ad ignoscendum pertinet. Date, & dabitur vobis, ad praestandum beneficium pertinet. Quod ait de ignoscendo, & Deus tibi ignoscit quod peccas, & habes alium cui tu possumus ignoscere. Rursus quod pertinet ad tribuendum beneficium, petit te mendicus, & tu es Dei mendicus. Omnes enim, quando oramus, mendici Dei sumus, ante ianuam magni patrisfamilias.

ioem te impellunt charitate. Omnia enim, quae seculares amicitias tollunt, spiritalem confirmant amorem magis, atque stabilunt. Quo pacto inquit? Primum, quia hic praemia tibi praeparat amicus, deinde, quia magis ope indiget tua, qui sic misere affectus est. Quapropter, qui hoc amore spirituali diligit, non generis nobilitatem, non praestantiam patriae, non excellentes diuitias, non denique quantum redameret, inuestigat; verum etiam si odio habeatur, si contemnatur, si interficiatur, quoniam sufficiens sibi ad amandum Christus causa est, perseuerat in amore. Firmus ergo, ac stabilis stat, fixus, & immobilis ad Christum respiciens, a quo inimici, contemptores, obtruncatores, persecutores, qui nec videre ipsum a quo animo poterant, supremo amore, quo maiorem excogitare non possumus, amati sunt. Maiorem enim hoc amorem nemo, inquit, habet, quam vt aliquis animam suam ponat pro amicis suis. Et considera quoniam etiam eos, qui crucifixi sunt ipsum, qui summo furore aduersus ipsum insaniebant, magno studio curare conabatur. Sic enim ad patrem de illis dicit; Dimittite eis, nesciunt enim, quid faciunt. Et discipulos quoque postea ad saluandos eos misit. Hanc igitur charitatem imitemur, & ad hanc, quasi ad exemplar respiciamus, vt imitatores Christi facti, tam praesentia quam futura bona consequamur, gratia, & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM IN IDEM Homil. 2.

Ex Hom. 62. in Math.

Uinc accedens Petrus, dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei vsque septies? Quoniam magnum quid se allaturum Petrus putauit, idcirco quasi gloriabundus, vsque septies, inuit. Nam, si semper frater meus peccat, semperque, quum arguatur, ad poenitentiam reducatur: quoties, inquit, remittere debemus; An vsque septies? Video enim vltro te illi terminum affixisse, qui pertinaciter in peccato perseuerat, cum dixeris; Sit tibi cen gentilis, ac publicanus: huic vero, quem poenitet, nullum terminum attulisti, quum simpliciter iusseris, ipsum esse recipiendum. Quoties igitur ipsum seram poenitentem? an septies? Quid igitur facilis, ac misericors dominus? Non dico tibi vsque septies, ait, sed vsque septuagies septies. Qua quidem oratione nullum omnino numerum posuit, sed in definitum, continuè, ac semper significauit. Nam, sicut millies infinitè designat, sic quando hic numerus dicitur, plerumque multa in definitum, atque in distinctum denotantur: veluti cum dicitur; Quia sterilis peperit septem: non ergo certo numero indulgentiam concludit, sed continuè atque semper indulgendum esse denotauit.

EIVSDEM DE EODEM Homil. 3.

Item, 79. in Math.

Exercitia legis animam corrigunt, mentem & discernunt, peccata compungunt, ad confessionem trahunt: Quia lex immaculata est conuertens animas. Verbi ergo consolatio confert grandem

salutem. compungendo, corrigendo, ad sanitatem perfectam perducendo. Nam modo quum legeretur nobis Euangelium hoc audiuius, vbi Petrus inquit a domino dicens; Domine, si peccauerit in me frater meus, quoties dimittam ei vsque septies? Dicit illi dominus: Non dico tibi vsque in septies, sed vsque in septuagies septies. Magna, fratres mei, questio. Septies quum auditis, nolite ad numerum accedere, quasi vsque in septies peccauerit frater, aut septuagies septies. Septies ponit, id est, toto tempore, quia in septenario numero venientes dies ad primum redeunt. Nam ille qui dicebat. Septies in die laudabo te, non quod septies laudauerat, & tacuerat, sed significabat omni tempore. Debemus ergo toto tempore debita fratribus, id est, peccata dimittere. Nunquam iracundiam retinere, nihilominus quia Petrus hoc interrogabat, in quo vniuersalis Ecclesia fundata est, ideoque cognoscimus in eadem ecclesia toto tempore dimitti peccata. Ergo cognoscitur septies de Cain ille, qui occidit fratrem suum, vt septies vindictam exolueret, qui eum occideret. Istud peccatum, quod commisit Cain, ecclesia dimittit, ideo de septenario numero interrogat primus Apostolus Petrus, super addidit ille magister bonus, patiens & mansuetus, dicens: Non tantum dico vsque in septies, sed vsque in septuagies septies. Et hoc iam demonstratur nobis de Lamech illo, qui habuit duas uxores, qui dicebat: Audite audite, mulieres Lamech, occidi virum in vulnere meo. Ergo de Cain scriptum est: Septies exoluit vindictam, qui occiderit eum: de Lamech autem septuagies septies. Ecce iam, fratres, declarauit nobis veritas omnia peccata dimitti in ecclesia sancta catholica. Et quauis grauis, quauis criminosa, quauis execrabilia, dimittit illa omnia pater bonus, qui non vult mortem morientis, tantum vt reuertatur, & viuat. Ecce septies in Cain, ecce septies in Cain, ecce septuagies septies in Lamech, vt ad spem reuertantur peccatores, & non desperantes praeparatores ad cor: vt corde contrito, & humiliato confessi Deo, dimittatur eis omne peccatum vsque ad nouissimam culpam. Atque similitudinem posuit serui aliam, qui debebat decem millia talentorum: id est fuit homo iste seruus omnium malorum, magister flagitiosus & facinorosus, impius, iniquus, perfectus erat in malis: sed tamen Deus ille misericors, & misericors, longanimis, & multum patiens, & non reddens vnicuique secundum opera sua, sustinens vsque ad poenitentiam totum genus humanum, dimittens peccata. Sed vnusquisque videat quid ei dimittitur, vt & ipse fratri suo dimittat. Ceterum si ei dimittitur, & ipse non dimiserit fratri suo, & cum iracundia mauerit, videat quid sequitur euangelium vbi ait; Amen amen dico vobis, quia si non dimiseritis fratribus vestris ex toto corde vestro, ita & vobis faciet pater meus, qui in caelis est. Ecce, fratres, si timeris poenam, quam dominus promittit malis, corrige, pacifici esto, nullus contemnat, nullus negligat, repide nemo audiat, sed in omni alacritate, ac ardore desiderij parate iussu, vt veniaris ad quod promissit Deus, & ibi regnetis, vbi Deus promissit requiem illis, qui ei placuerunt in finem. Amen.

bitoribus nostris. Quid sibi ergo vult, *septuagies septies*? Audite, fratres, magnum mysterium, admirabile sacramentum. Quando dominus baptizatus est, Lucas evangelista sanctus ibi commemoravit generationes eius, quo ordine, qua serie quo stemmate ad illam generationem ventum fuerit, qui natus est Christus, Matthæus cepit ab Abraham, & venit vsque ad Ioseph descendendo, Lucas autem ascendendo cepit numerare. Quare ille descendendo, iste ascendendo? Qui Matthæus generationem Christi commendabat qua descendit ad nos, ideo quando natus est Christus cepit numerare descendendo. Lucas autem quia tunc cepit numerare, quando baptizatus est Christus, ibi est initium ascensionis. Iste ascendendo numerare cepit numerando autem complevit generationes septuaginta & septem. A quo numerabat? Intédite à quo. Exorsus est numerare vsque ad ipsum Adam, qui primus peccavit, & nos peccati obligatione generavit. Peruenit vsque ad Adam, & numerantur generationes septuaginta septem. Hoc est, à Christo vsque ad Adam, quas dicimus septuaginta septem. Et ab Adam vsque ad Christum septuaginta septem. Si ergo nulla generatio prætermissa est, nulla culpa præteritur, ubi nõ debet ignosci. Nam ideo ipsius septuaginta septem generationes enumeravit, quem numerum dominus in peccatorum remissione commendavit, quoniam à baptismo cepit numerare, ubi omnia peccata solvantur. Et in hoc, fratres, adhuc accipe sacramentum maius. In septuagesimo septimo numero mysterium est remissionis peccatorum, Tot generationes inveniuntur à Christo vsque ad Adam. Deinde paulo diligentius interroga ipsius numeri secretum, latebræque eius inquire, pulsa diligentius ut aperiatur tibi. Iusticia lege Dei cõstat. Verum est, Nam lex in decem præceptis commendatur, ideo ille debebat decem milia talentorum. Ipse est ille memorabilis decalogus scriptus digito Dei, traditus populo per Moysen famulum Dei. Debebat ergo ille decem milia talentorum, omnia peccata significat propter numerum legis. Debebat & ille centum denarios, non minus ab eodem numero. Nam & centies centum fit decem milia, & decies deni fit centum. Et ille decem milia talentorum, & ille decies dena. A legitimo enim numero non recessum est in quo utroque invenies vtraque peccata. Vterque debitor, & vterque venit deplorator, & impetrator, sed ille servus malus, servus ingratus, iniquus noluit rependere quod accepit, noluit præstare quod illi indigno præstitum fuit. Videre ergo, fratres, Quisque incepit à baptismo liber exit, dimissa sunt illi decem milia talentorum, & cum exierit, invenire habet conferuum suum debitorem. Observet ergo ipsum peccatum, quia numerus vnderarius transgressio legis est, Lex enim denarius, peccatum vnderarius. Lex enim per decem, peccatum per vndericim. Quare peccatū per vndericim? Quia transgressio denarij est vt eas ad vnderarium. In lege autem modus fixus est, transgressio autem peccatum est. Iam ubi transgredieris denarium, ad vnderarium venis. A deo magnum mysterium figuratum est, quando iustum est tabernaculum fabricari. Multa ibi numerosa dicta sunt, in magno sacramento. Inter cætera vela cilicina iussa sunt fieri, non decem, sed vndericim, quia per cili-

ibidem.
Luc. 3.
Matth. 3.
Evang. c. 21.
1. Petr. 12.

Esod. 26.

cium ostenditur confessio peccatorum. Quid autem amplius queris? Vis nolle omnia peccata contineri numero isto septuagesimo septimo? Septimum 7 soler pro toto computari, quoniam septem diebus voluitur tempus. Et finito septenario, rursus ad caput reditur, vt eadem forma voluatur. Per huiusmodi forme reuolutiones secula transeunt, à septenario tamen numero non recedunt. Omnia enim peccata dixit, quãdo septuagies septies dixit, quia illud vndericim ductum septies, sũt septuagies septies. Omnia ergo dimitti peccata voluit, qui ea septuagesimo septimo numero præsignavit. Nemo contra se teneat non ignoscendo, ne contra illum teneatur quando orat. Dicit illi Deus, Dimitte, & dimittantur tibi. Si ego prior dimisi, dimitte vel postea. Nam si non dimiseris, reuocabo te, & quicquid tibi dimiseram, replicabo tibi. Non enim mentitur veritas, non fallit aut fallitur Christus, qui subiecit, dicens, Sic & vobis faciet pater vester, qui est in calis. Inuenis patrem, imitare patrem. Si enim imitari non vis, exheredati disponis. Faciet ergo vobis ista, inquit, pater vester caelestis, si non remiseritis vnusquisque fratribus vestris ex cordibus vestris. Ne dicas in lingua ignosco, & corde differas. Supplicium enim offendit tibi Deus, mandando vindictam. Nouit Deus ubi dicas. Vocem tuam homo audiuit, conscientiam tuam Deus cõspicit. Si dicis dimitto, dimitte. Melius est cum clamas ore, & dimittis in corde, quã blandus ore, crudelis in corde. Iam ergo obsecrant pueri indisciplinati, & nolunt vapulare, qui sic præscribunt nobis, quando volumus dare disciplinam, Peccavi, ignosce mihi. Ecce ignoui, & iterũ peccat, ignosce, Ignoui. Peccat tertio, Ignosce, tertio ignoui. Iam quarto vapulet. Et ille, Nunquid septuagies septies te fatigauit? Si hac præscriptione severitas disciplina dormiat, repressã disciplina sinit impunita nequitia. Quid ergo faciendum est? Corripiamus verbis, & si opus est & verberibus, sed delictum dimittamus, culpam de corde abiciamus: ideo enim dominus subdidit, De cordibus vestris, vt si per charitatem imponitur disciplina, de corde lenitas non recedat. Quid enim tam pium quã medicus ferens ferramentum? Plorat secundus, & secatur, plorat vrendus, & vritur. Non est illa crudelitas, absit vt facia medicus dicatur. Sæuit in vulnus vt homo sanetur, quia, si vulnus palpetur, homo perditur. Sic ergo ista monuerim, fratres mei, vt fratres nostros, qui peccauerint, omni modo diligamus de corde nostro. Charitatem in eos non dimittamus, & disciplinam, cum opus est, demus, ne per solutionem disciplina crescat nequitia, & incipiamus propter Deum accusari, quia recitatum est, nobis, Peccantes coram omnibus corripe, vt ceteri timorem habeant. Certe si quis quod solum est verum, distinguat tempora, & soluit questionem, verum est. Si peccatum in secreto est, in secreto corripe. Si peccatum publicum est, & apertum, publice corripe, vt ille emendetur, & ceteri timeant.

1. Cor. 13.

Matth. 18.

Matth. 5.
1. Petr. 5.

1. Petr. 5.

FERIA III. POST DOMIN. III. QVADR. 495
EIVSDEM DE EODEM

Homilia 2.

Admonet nos dominus noster non negligere ad inuicem peccata nostra, non querendo quid reprehendas, sed videndo quid corrigas. Eius quippe dixit acutum oculum ad eiciendam festucam de oculo fratris tui, qui trabem in oculo suo non habet. Quid autem hoc sit, breuiter in summo charitati vestre. Festuca in oculo, ira est, Trabes in oculo, odium est. Quando ergo qui odit, reprehendit irascentem, festucam vult de oculo fratris tollere, sed trabe impeditur quã ipse portat in oculo suo. Festuca initium trabis est. Nam rabus quãdo nascitur, prius festuca est. Rigando festucam perducis ad trabem, Alendo iram, malis suspitionibus perducis ad odium. Multũ autem interest inter peccatum irascentis, & crudelitatem odio habentis. Nam & filiis nostris quandoque irascimur. Odisti verò filios quis inuenitur? In ipsis quoque peccatoribus mater aliquando bucula sugentem vitulũ tãdio quodam auerit irascentis, sed visceribus amplectitur matris. Quasi tãdium facit, cum impingit, queritur tamen, si deest. Nec damus aliter filiis disciplinam, nisi aliquantum irascenti & indignando, nec tamen daremus disciplinam, nisi amando. Vsque adeo non omnis qui irascitur odit, vt aliquando magis odisse conuincatur quò non irascitur. Fac enim puerum velle in aqua fluminis ludere, cuius impetu pereat, tu si vides, & patienter permittis, odisti. Tua patientia illius mors est. Quanto melius est si irasceris & corrigis, quã si nõ irascenti interire permittis? Odium ergo ante omnia vitandum est, trabes de oculo eicienda est. Multum quippe aliud est, quando quisque irascentis in aliquo verbi modum excedit, quod postea deleat pœnitendo, & aliud est sequare in fidiã inclusas in corde. Multũ postremo interest inter hæc verba scripturã, Turbatus est præ ira oculus meus. De illo autem quid dictum est? Qui odit fratrem suum, homicida est. Multum interest inter turbatum oculum, & extinctum. Festuca turbat, trabes extinguit. Hoc ergo primũ vobis persuademus, vt quod hodie admoniti sumus bene facere, atq; implere possimus, ante omnia non odisse. Tunc enim quando trabes non est in oculo tuo, vides recte quicquid fuerit in oculo fratris tui, & vim patris donec eicias de oculo fratris tui, quod vides nocere oculo fratris tui. Lumẽ quod in te est, non te permittit negligere lumẽ fratris tui. Nam & si odisti, & vis corripere, quomodo emendas lumen qui perdidisti lumen? Dixit enim & hoc aperte eadem scriptura, ubi dictum est, Qui odit fratrem suum, homicida est. Qui odit, inquit, fratrem suum, in tenebris est vsque adhuc. Odium tenebrarũ sunt. Non potest autem fieri, vt qui odit alterum, nõ sibi prius noceat. Illum enim lædere conatur extrinsecus, se vult intrinsecus. Quantum autem animus noster corpore maior est, tantum ei prospicere debemus, ne ipse lædatur. Lædit autem animum suum, qui odit alterũ. Et quid facturus est ei quem odit? Quid facturus? Tollit pecuniam, nunquid fidem? Lædit famã, nunquid conscientiam? Quicquid nocet, forinsecus nocet. Sibi attende quid noceat. Inus enim sibi ipse inimicus est, qui odit alterum. Sed quia non sen-

tit quid sibi mali faciat, in alterum sequit, eo periculosius viuens, quo non sentit quid secum mali agat, quia & sentiendo seipsum perdit. Sæuisti in inimicum tuũ, te sentiente, ille nudatus est: tu iniquus es. Multum interest inter nudũ, & iniquum. Ille perdidit pecuniam, tu innocentiam. Quare quis grauius damnũ perpeffus est? Ille perdidit rem perituram, tu factus es periturus. Ideo debemus amando corripere, non nocendi audire, sed studio corrigendi. Tales si fuerimus, optime facimus quod hodie admoniti sumus, Si peccauerit inter fratres tuos, corripe illũ inter te, & ipsum solum. Quare illum corripis? Quia tu doles quod peccauerit in te: Absit. Si amore tui id facis, nihil facis. Si amore illius facis, optime facis. Deniq; in ipsis verbis attende, scilicet amor id facere debet, vtrum tui, an illius. Si te audierit, inquit, lucratus est fratrem tuum. Ego propter illum fac vt lucreris illum. Si faciendo lucraris, nisi fecisses, perierat. Quid est ergo quod pleriq; homines ista peccata contemnunt, & dicunt, Quid magnum feci? In hominẽ peccavi. Noli contemnere. In hominem peccasti, vis nosse quia in hominem peccando peristi? Si te ille, inquit peccasti, corripuerit inter te, & ipsum solum, & audieris illum, lucratus est te. Quid est, lucratus est te, nisi quia perieras, si nõ lucraretur te? Nam si non perieras, quomodo te lucratus est? Nemo ergo contemnat, quando peccat in fratrem. Ait enim quodam loco Apostolus, Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis, ideo quia membra Christi omnes facti sumus. Quomodo nõ peccas in Christum, qui peccas in membrum Christi? Nemo ergo dicat, quia non peccasti in Deum, sed peccasti in fratrem, in hominem peccasti leue peccatum est, aut nullum peccatum. Forte inde dicis, leue est, quia cito curatur. Peccasti in fratrem, fac satis, & sanatus es. Cito fecisti mortiferam rem, sed remedium cito inuenisti. Quis nostrum speret regnum celorum, fratres mei, quando dicit Euangelium. Qui dixerit fratri suo fratue, reus erit gehennæ ignis? Magnus terror, sed vide ibi remedium: Si obtuleris munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersus te, relinque munus tuum ante altare. Nõ irascitur Deus, qui differis imponere munus tuum. Te querit Deus magis quã munus tuum. Nam si malum gerens aduersus fratrem tuum, veneris cum munere ad Deum, respondet tibi, Tu peristi, mihi quid attulisti? Offers munus tuum, & tu non es munus Dei. Plus querit Christus quem redemit sanguine suo, quã quod tu inuenisti in horreo tuo. Ergo relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offers munus tuũ. Ecce ille reatus gehennæ, quã cito solutus est. Nõ dum reconciliatus, peras gehennæ reus: reconciliatus, securus offers munus tuum ad altare. Homines autem faciles sunt ad irrogandas iniurias, & difficiles ad cõcordiam requirendam. Pete, inquit, veniam ab homine, quem offendisti, ab homine quem lædisti. Responde, Non me humiliabo. Vel Deum tuum audi, si fratrem tuum contempnis, Qui se humiliat, exaltabitur. Non vis humiliare te, qui cecidisti. Multũ interest inter se humiliantem, & inter iacentem. Iam iaces, & humiliare te non vis? Bene diceres, nolo descendere, si noluisse iacere. Hoc ergo debet

1. Cor. 8.

Matth. 5.
1. Petr. 5.

Luc. 14.

bet facere, qui fecit iniuriam. Qui autem passus est, quid debet: *Quod audiui hodie, si peccaverit in te frater tuus, corrippe eum inter te & ipsum solum.* Si neglexeris, peior es. Ille iniuriam fecit, & iniuriam faciendo graui seipsum vulnere percussit, tu vulnus fratris tui contemnis: Tu cum vides perire & negligis? Peior es tacendo quam ille conuiciando. Quando ergo in nos aliquis peccat, habeamus magnam curam, non pro nobis. Nam gloriosum est, iniurias obliuisci, sed obliuiscere iniuriam tuam, non vulnus fratris tui. Ergo corrippe inter te, & ipsum solum, intuens correptioni, parcens pudori. Forte enim pra' verecundia incipit defendere peccatum suum, & quam vis correptionem, facis peiorem. *Corrippe ergo inter te, & si audierit, lucratum es fratrem tuum, quia peccat nisi faceres. Si autem non te audierit, id est peccat suum quasi iustitiam defendit, adhibe illi duos vel tres, quia in ore durum vel trium robustum sicut omne verbum. Si nec ipsos audierit, refer ad Ecclesiam: Si nec Ecclesiam audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus.* Noli illum deputare iam in numero fratrum tuorum, nec ideo tamen salus eius negligenda est. Nam & ipsos ethnicos, id est, gentiles, & paganos in numero quidem fratrum non deputamus, sed tamen eorum salutem inquirimus. Hoc ergo audiui dominum ita monentem, & tanta cura praecipientem, vt etiam hoc adderet continuò, *Amor dico vobis, quauis ligaueritis super terram, ligata erunt & in caelo: & quauisque solueritis super terram, soluentur & in caelo.* Ccepisti habere fratrem tuum tanquam publicanum, ligas illum in terra, sed vt iuste alliges viderem. Nam iniusta vincula dirumpit iustitia. Cum autem correxeris, & concordaueris cum fratre tuo, soluis illum in terra. Cum solueris in terra, solutus erit & in caelo. Multum non tibi praestas sed illi, quia multum nocuit non tibi, sed sibi. Hac cum ita sint, quid est quod ait Salomon, quod hodie ex alia lectione primitus audiui? *Annues oculis cum dolo cogeris hominibus iustitiam, qui autem arguit palam, pacem facit.* Si quis arguit palam, pacem facit, quomodo ergo corrippe illum inter te, & ipsum solum? Metuendum est, ne sibi contraria sint praeccepta diuina. Sed intelligamus esse ibi summam concordiam, non quemadmodum quidam vani sapiamus, qui errantes opinantur contraria sibi esse duo testamenta in libris veteribus, & nouis, vt ideo putemus hoc ipsum esse contrarium, quoniam illud est in Salomonis libro, hoc in Euangelio. Si enim aliquis imperitus, & calumniator diuinarum scripturarum diceret, Ecce vbi sibi contradicunt duo testamenta. Dominus dicit, Corrippe illum inter te & ipsum solum: Salomò dicit, Qui arguit palam, pacem facit: ergo nescit dominus quid praecipit Salomò. Salomò vult ostendi frontem peccantis, Christus parit pudori erubescētis. Ibi enim scriptum est, *Qui arguit palam, pacem facit:* hic autem, *Corrippe illum inter te & ipsum solum:* non palam, sed in secreto & occulte. Vis nosse quisquis talia cogitas, non sibi repugnare duo testamenta, quia illud in libro Salomonis, hoc in Euangelio reperitur? Apostolum audi. Certè Apostolus minister est noui testamenti. Audi ergo Apostolum Paulum. Timotheo praecipientem & dicentem, Peccantes coram omnibus argue, vt ceteri timorem habeant. Iam non Salomonis liber cum Euangelio, sed Pauli Apostoli epistola videtur conflagrare.

Math. 18. 15. q. 1. cap. 1. cap. 17.

re. Salomonem paululum sine iniuria seponamus, Christum dominum & Paulum seruum eius audiamus. Quid dicitis, domine? *Si peccauerit in te frater tuus, corrippe illum inter te, & ipsum solum.* Quid dicitis Apostole? Peccantes coram omnibus argue, vt ceteri timorem habeant. Quid facimus? Controuerfam istam velut iudices audimus? Absit. Immo sub iudice constituti pulsemus vt nobis aperiri impetremus, fugiamus sub alas domini Dei nostri. Non enim Apostolo suo contrarium locutus est, quia & in illo ipse loquutus est, sicut dicit, An vultis experimentum eius accipere, qui in me loquitur Christus? Christus in Euangelio, Christus in Apostolo, Christus ergo vtrunque dixit, vnum ore suo, alteri ore praeconis sicut quia quando praeco de tribunali aliquid dicit, non scribitur in gestis, praeco dixit, sed ille dixit scribitur, qui praconi quod diceret imperauit. Duo ergo ista praeccepta, fratres, sic audiamus, vt intelligamus, & inter vtraque praeccepta pacati constituamur, cum corde nostro nos concordemus, & scriptura sancta in nulla parte discordat. Verum est enim omnino, vtrunque verum est. Sed discernerem debemus, aliquando illud, aliquando illud esse faciendum: aliquando corripendum fratrem inter te, & ipsum solum, aliquando corripendam fratrem coram omnibus, vt & ceteri timorem habeant. Si aliquando illud, aliquando illud fecerimus, concordiam scripturarum tenebimus, & in faciendo, atque temperando non erabimus. Sed dicit mihi aliquis, Quando facio illud, quando illud: ne tunc corripiam inter me & ipsum solum, quando debeo coram omnibus corripere: aut tunc corripiam coram omnibus, quando debeo in secreto corripere? Cito viderit charitas vestra, quid quando facere debeamus, sed vnam facere pigri non sumus. Intendite & videte, *Si peccauerit, inquit, in te frater tuus, corrippe eum inter te, & ipsum solum.* Quare? Quia peccauit in te. Quid est, in te peccauit? Tu scis, quia peccauit. Quia enim secretum fuit, quando in te peccauit, secretum quere, cum corrigis quid in te peccauit. Nam si solus nosti, quia peccauit in te, & eum vis coram omnibus arguere, non es correptor, sed proditor. Attende quem admodum vir iustus Ioseph, tanto flagitio quod ex vxore fuerat suspicatus, tanta benignitate pepercit, antequam sciret vnde illa conceperat, quia grauidam senserat, & se ad illam non accessisse nouerat. Restabat itaque certa adulterij suspicio, & tamen quia ipse solus senserat, ipse solus sciebat, quid de illo ait Euangelium? Ioseph autem cum esset vir iustus, & nollet eam diuulgare. Mariti dolor non vindictam quaesuit. Voluit prodesset peccanti, non punire peccantem: Cum, inquit, nollet eam diuulgare, voluit eam occulte dimittere. Hac eo cogitante, ecce angelus domini apparuit in somnis, & indicauit quid esset, quia non violauit vici totum, quia de spiritu sancto conceperat dominum amborum. Peccauit ergo in te frater tuus, si tu solus nosti, tunc vero in te solum peccauit. Nam si multis audientibus, tibi fecit iniuriam, & in illos peccauit, quos testes suae iniquitatis effecit. Dico enim, fratres charissimi, quod & vobis ipsis potestis agnoscere, Quando me audiente, fratri meo quisque iniuriam facit, absit vt à me iniuriam illam alienam putem. Proflus & mihi fecit, immo mihi plus fecit, cui putat placere quod fecit. Ergo ipsa corripicnd

1. Tim. 1.

1. Cor. 1.

2. q. 1. cap. 1. peccatum.

Math. 18.

1. Tim. 1.

1. Cor. 1.

1. Tim. 1.

corripicnda sunt coram omnibus, quae peccantur coram omnibus. Ipsa vero corripicnda sunt secretis, quae peccantur secretis. Distribuite tempora, & concordat scriptura. Sic agamus, & sic agendum est, non solum quado in nos peccatur, sed quando peccatur ab aliquo, vt ab altero nesciat, in secreto debemus corripere, in secreto arguere ne volentes publice arguere, prodamus hominem. Nos volumus corripere, & corrigere, quid si inimicus querit audire quid puniat? Noli enim nescio quem humicidam Episcopus, & alius illum nemo nouit, Ego volo illum publice corripere, & tu quare inscribere. Proflus nec prodo, nec negligo, corripio in secreto, pono ante oculos Dei iudicium, tertio cruentam conscientiam, perit adeo penitentiam. Hac charitate praedit esse debemus. Vnde aliquando homines reprehendunt nos, quod quasi non corripimus, aut putant nos scire, quod nescimus, aut putant nos tacere, quod scimus. Sed forte quod scis, & ego scio, sed non coram te corripio, quia curare volo, non accusare. Sunt homines ad alteri in domibus suis, in secreto peccant, aliquando nobis produntur ab vxoribus suis plerunque zelantibus, aliquando maritorum salutem quaerentibus, nos non prodimus palam, sed in secreto arguimus. Vbi contigit malum, ibi moriatur malum. Non tamen vulnus illud negligimus, ante omnia ostendentes homini in tali peccato constituto, fauciamque gerenti conscientiam, illud vulnus esse mortiferum: quod aliquando qui committunt, nescio qua peruersitate contemnunt, & nescio vnde sibi testimonia nonnulla, & vana conquirunt, dicentes, Peccata carnis Deus non curat. Vbi est quod hodie audiui, Fornicatores, & adulteros indicat Deus? Ecce quod attende, quisquis tali morbo laboras, quod dicit Deus audi, non quod tibi dicit fauens peccatis tuis amicus tuus, aut eadem tecum iniquitatis catena ligatus amicus tuus, vel potius inimicus tuus, & suus, Audi ergo quod dicit Apostolus, Honorabiles, inquit, nuptiae in omnibus, & torus immaculatus. Fornicatores autem & adulteros indicat Deus. Age ergo, frater, esto correctus. Times ne te inscribat inimicus, & non times ne te iudicet Deus? Vbi est fides? time cum est quando timeas. Longe est quidem dies iudicii, sed vniuscuiusque hominis dies vltimus longe esse non potest, quia breuis est vita. Et quia ipsa breuitas semper incerta, quando sit dies tuus vltimus, nescis. Corrige te hodie propter cras. Proflus tibi & modo in secreto correptio. Palam enim loquor, & in secreto arguo. Aures omnium pulso, sed conscientias quorundam cōuenio. Si dicerem, tu adulter corrige te, primo forte dicerem quod nescirem, forte quod temere audieram suspicater. Non dico, tu adulter corrige te: sed, quisquis in hoc populo adulter es, corrige te. Publica est correptio, sed secreta correctio. Scio quia ille, qui timuerit, corrigit se. Non dicat quis in corde suo, peccata carnis non curat Deus. Nescitis, inquit Apostolus, quia templum Dei estis, & spiritus sanctus habitat in vobis? Quisquis templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Nemo se fallat. Sed forte ait aliquis, Templum Dei animus meus est, non corpus meum: adiecit etiam testimonium, Omnis caro fornicum, & omnis caritas carnis vt flos foeni. Infelix interpretatio, punianda cogitatio,

Fornicum dictum est caro, quia moritur, sed quod ad tempus moritur, vide vt non resurgat cum erimine. Vis nosse apertam inde sententiam? Nescitis, inquit idem Apostolus, quia corpora vestra templum in vobis est spiritus sancti, quem habetis à Deo. Contemnis corporale peccatum, contemnas quod peccas in templum, ipsum corpus tuum templum in te est spiritus Dei. Tam vnde quid facias de templo Dei. Si eligeres in Ecclesia facere adulterium intra istos parietes, quid te esset sceleratius? Modo autem tu ipse es templum Dei, templum intras, templum exis, templum in domo tua manes, templum surgis. Vide quid agas, vide ne offendas templi habitatorem, ne deleat te, & in ruinam vertaris. Nescitis, inquit, quia corpora vestra (& hoc de fornicatione loquebatur Apostolus, ne contemneret corporalia peccata) templum in vobis est spiritus sancti quem habetis à Deo, & non estis vestri. Empti enim estis precio magno. Si contemnis seruum tuum, cōsidera precium tuum. Scio ego & mecum omnis homo qui paulo attentius considerauerit, neminem Deum timentem sub verbis eius non se corrigere, nisi qui putat quia plus habet viuere. Ipsa res est quae multos occidit, cum dicunt, cras, cras & subito ostium clauditur. Remanet foris cum voce coruina, quia non habuit gemitum columbinum. Cras, cras, corui vox, Geme vt columbus, & tunde pectus, sed plagas tibi dando in pectus, casus correctus esto, ne non videaris conscientiam cadere, sed malam conscientiam pugnis pavimento solidiore reddere, non correctiore; Geme non inani gemitu. Forte enim dicit tibi, promisit mihi Deus indulgentiam, quando me correxero, securus sum: lego diuinam scripturam, Iniquus in qua die conuersus fuerit ab iniquitatibus suis, & fecerit iustitiam, omnes iniquitates eius obliuiscat. Securus sum, quado me correxero, dat mihi Deus indulgentiam de malis meis. Et quid ego dicturus sum contra Deum? Reclamaturus, dicturus sum Deo, noli illi dare indulgentiam? Dicturus sum hoc scriptum non esse hoc Deum non promississe? Si ista dixerò, omnia falsa dico, bene dicitis, verum dicitis. Indulgentiam correctioni tuae promisit Deus, negare non possum, sed dic mihi, rogo te, ecce ego consentio, & concedo, & cognosco, quia indulgentiam Deus promisit tibi. Crastinam autem diem, quis tibi promisit? Vbi mihi legis indulgentiam te accepturum, si te correxeris, lege ibi mihi quantum victurus sis. Non lego, inquit. Nescis ergo paratum victurus sis. Esto correctus, & semper paratus. Noli timere diem vltimum tanquam furem, qui dormienti perfodiat parietem, sed vigila, & corrige te hodie. Quid differis in crastinum? Longa vita erit. Ipsa longa bona sit. Prandium bonum longum, nemo differt, & vitam malam longam vis habere? Vtique si longa erit, melius bona erit. Si breuis erit, bene factum est vt bona produceretur. Sic autem homines negligunt vitam suam vt nolint habere malam nisi ipsam. Villam emis, bonam quæris. Vxorem vis ducere, bonam eligis. Filios tibi vis nasci, bonos optas. Caligas locas, & non vis malas, & vitam amas malam? Quid te offendit vita tua, quam solam vis malam, vt inter omnia bona tua solus sis malus? Ergo, fratres mei, si aliquem vestrum vellem in parte corripere, forte audiret me, multos enim vestrum publi-

Pbi supra.

* Al. corpus tuum. 1. Cor. 6.

Exech. 18.

ce corripio, omnes me laudant. Audi me aliquis, non amo in voce laudatorem, & in corde contemptorem. Cum enim laudas & non te corrigis, contra te testis es. Si malus es, & quod dico placet tibi, displice tibi: quia si malus displicueris tibi, correctus placebis tibi. Quod nudius tertius, nisi fallor, dixi, in omnibus verbis meis speculum propono. Nec mea ista sunt verba, sed domino iubente loquor, quo terrente, non taceo. Nam quis non eligeret tacere, & rationem de vobis non reddere? Sed iam suscepimus onus, quod ab humeris nostris excutere non possumus, nec debemus: audistis, fratres mei, cum epistola ad Hebræos legeretur, Obedite præpositis vestris, & subditi estote, quia ipsi vigilat pro animabus vestris, tanquam rationem reddituri pro vobis, ut cum gaudio hoc faciant, & non cum tristitia: Nō enim expedit vobis. Quando facimus ista cum gaudio? Quando videmus homines proficere in verbis Dei? Quando laborat cum gaudio operarius in agro? Quando attendit in arborem, & fructum videt, quando attendit segetem, & in fructu aræ prospicit vbertatem: nam non sine causa laboravit, non sine causa dorsum curavit, non sine causa manus attriuit, non sine causa frigus, & æstus toleravit: hoc est quod ait, Vt cum gaudio hoc faciant & non cum tristitia: Non enim expedit vobis. Nunquid dicit, non illis expedit? Sed dixit, non expedit vobis. Nā illi præpositi quando contristantur de malis vestris, expedit illis, ipsa tristitia prodest illis, sed non expedit vobis. Nihil autem nobis volumus expedit, quod non expedit vobis. Simul ergo in dominico agro fratres bonum operemur, ut simul de mercede gaudeamus.

BEDAE VENERABILIS
presbyteri eiusdem Euang.
expositio.

Si autem peccaverit in te frater tuus. Si peccaverit in nos frater noster, dimittendi habemus potestatem: sed corpiendus est frater seorsum ne permaneat in peccato. Et si quidem audierit, lucrificamus animā eius: & per alterius remedium nobis quoque salus acquiritur. Quo igitur ordine scandala declinare possimus, insinuat, si nos ipsos ne quem laudamus attendimus: si peccatē zelo iustitiæ corripimus, si ex corde penitenti, misericordiam pietatisque viscera pandimus. Si autem non te audierit &c. Multis postremō dicendum est: ut detestationis loco eum habeat: ut qui non potuit pudore saluari, saluetur opprobriis. Quando autem dicitur. Sit tibi sicut ethnicus & publicanus: ostenditur maioris esse detestationis, qui sub nomine fidelis agit opera infidelium, quam qui perfectē gentiles sunt. Quacunque alligaveris &c. Potestatem tribuit Apostolis, ut sciant qui a talibus condemnantur, humanam sententiam divinam roborari: Quia si duo ex vobis &c. Possimus & hoc spiritualiter intelligere, quod vbi spiritus & anima corpusque consenserint, de omni re quam petierint, impetrent a patre, nullique dubium, quin bonatum rerum postulatio sit, vbi corpus ea vult habere, quæ spiritus. Domine, quoties peccaverit in me frater meus, &c. Vt peccanti fratri dimitteret interrogatus respondit, quadrin-

gentis nonaginta vicibus: ut totiens peccanti fratri dimitteret in die, si penitentiam ex corde fecisset, quotiens ille peccare non posset.

ERICI IN SVPERIVS
Euang. Hom.

Tota hæc sancti evangelij lectio moralibus nos præceptis instruit, & qualiter erga eos, qui in nos delinquant, facere debeamus, satis necessaria admonitione ostendit. Ideoque tantō propensius est audienda, tantōque studiosius ad discenda, quantō constat, quia sine huius doctrina illibate charitatis vinculo, quo status Ecclesiæ continetur, solidum, atque induratum servari non potest. Ait ergo Dominus, discipulos habendam cum fratribus pacem erudiens; Si peccaverit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te, & ipsum solum. Notandum verō prius est, quod si in nos frater peccaverit, & qualiter causa nostrū animū læserit, dimittendi nobis conceditur potestas, imō ingeritur necessitas: quia aliter nobis nostra sciamus debita non relaxari, nisi & nos debitoribus nostris dimiserimus. Si verō quis in Deum peccaverit, non est arbitrij nostri, sed solius est dimittere Dei. Scriptum est enim; Si peccaverit vir in virum, placari ei potest Deus: si autem in Deum peccaverit, quis orabit pro eo? Sed nos ordine peruerso, in vlciscenda Dei iniuria, letali pietate torpemus: in nostris verō contumeliis odia exercemus. Prius tamen corripendus est, qui in nos peccat seorsum, ne putet non esse peccatum, quod facit: licque amissa semel verecundia, in peccato permanere vellet. Et si quidem nos audierit, lucrificamus animam eius: quia per illius salutem nobis quoque datur remissio peccatorum, Iacobo Apostolo dicente; Qui conuerit fecerit peccatorem ab errore via suæ, saluabit animam eius a morte, & operit multitudinem peccatorum. Ergo docet, quo ordine scandala vitare possimus, videlicet, si neque ipsi aliquem læsumus, si peccantem zelo iustitiæ corripimus, si penitenti vlcera pietatis toto corde pandimus. Cum ergo fratrem delinquentem corripimus, si nos nō audierit, adhibendi sunt fratres vnus, aut duo: ut qui ab vno non potuit, a pluribus corrigatur, vel etiam eorum testimonio conuincatur. Porro si nec illos audierit, tunc Ecclesiæ dicere præcipimur, ut ab omnibus derelictus & diiudicetur: quatenus si noluit pudore corrigi, saltem corrigatur multorum opprobriis. Si autem nec Ecclesiam audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Ethnos Græco sermone gens dicitur: inde ethnicus, id est, gentilis deriuatur, qui sic permanet, ut natus est, & non est in Christo renatus. Publicani verō sunt, qui publicē peccant, vel qui publicis negotiis inferuntur per fraudes, ac furta, & scelerata periuria. Sanè cum incorrigibilem fratrem sicut ethnicum, & publicanum dicit habendum, ostendit grauioris criminis eum esse reum, qui sub specie fidelis, opera agit infidelium, quam eum, qui apertē infidelis, & publicanus, existit. Sed & hic cautē attendendum, quod non passim, aut leuiter, sed obedienti, & penitentiam commissi sui agenti, ac veniam petenti fratri dimittere iubemur. Vnius enim sceleris rei tenentur apud Deū, & is,

& is, qui peccantem videns fratrem, corrigere noluerit, sed negligens paruipenderit: atque ille, qui penitentiam agenti fratri dimittere noluerit. Nam dominus cum dixisset; Si peccaverit frater tuus, corripe, statim subiunxit: Si dixerit, Penitet me, dimitte. Igitur largienda est venia post increpationem, sed illi, qui penitentiam egerit: & se ab errore conuerterit: quia nec difficilis venia, nec remissa debet esse indulgentia. Amen dico vobis, quacunque ligaueritis super terram, erunt ligata, & in cælis. Quia dixerat durum, & impenitentem fratrem, sicut ethnicum, & publicanum habendum, ne aliquis ita vecors, & desperatione mortifera contemptor existeret, ut tacitus apud se loqueretur; Si me despicias, & ego te despiciam: si me honoras, utique mea sententia honoraberis: Idcirco dominus apostolis potestatem ligandi tribuit, & soluendi, ut hi, qui condemnantur, sciant humanam sententiam divinam firmari, & quod fuerit ligatum in terra, ligari nihilominus in cælo. Hæc verō potestas specialiter sanctis Ecclesiæ: Episcopis collata est, generaliter verō omni Ecclesiæ data creditur. Nam quod & dominus alibi & beato Petro hanc potestatem ligandi atque soluendi dedit, utique in Petro, qui tyrum gerebat Ecclesiæ, omnibus fidelibus hoc concessisse non dubitatur. Iterum dico vobis quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quacunque petierint, fiet illis a patre meo, qui est in cælis. Magnam fidelibus auctoritatem, & fiduciam tribuit, & econtrā magnum contemptoribus metum incutit, dicens a Deo patre in cælis fieri, quicquid duorum consensu super terram fuerit constitutum. Et hoc præmio ad concordiam pronocat, quod sollicitus festinamus ad pacem, cum se dicit inter duos, aut tres aliquid statuentes, medium fore. Nam sequitur; Vbi enim fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. In medio, inquit, sum eorum, ut vel recipiam humilem penitentem, vel proiciam superbum, & contumacem. Et quicquid illi iudicando ad hominum salutem agunt in terra, meo desuper iudicio roboratur in cælo. Spiritualiter verō illud dicere possumus: quia vbi spiritus, anima, & corpus consenserint, nec bellum inter se discordantiam habuerint voluntatum, carne aduersus spiritum, & è diuerso spiritu concupiscentie aduersus carnem, de omni re quam petierint a patre, impetrare possint. Nec dubitandum iustam, & acceptam Deo petitionē, vbi ea vult caro, quæ spiritus. Tunc accedens Petrus ad eum, dixit; Domine, quoties peccabit in me frater meus, &c. Superioribus verbis domini pronocatus apostolus Petrus, solitari sibi fiducia accedens, interrogauit quoties deberet in se peccati dimittere, an ne vsque septies? Cui respondit dominus; Non solum vsque septies, sed vsque septuagies septies, id est, quadringentis nonaginta vicibus, si toties in die peccare poterit. Impossibile est enim aliquem quadringentis nonaginta vicibus in fratre posse delinquere. Et hæc multiplicatio, secundum B. Hieronymum facta est. Cæterum B. Augustinus docet hunc numerum simpliciter, & non multipliciter accipiendum, arithmetica docet, ut numerus aliquis si per solum fiat aduerbium, vel per solum nomen, non multipliciter, si verō ex nomine simul, & aduerbio: ut verbi gratia; septies septuagies, vel conuersim septuagies septies, possint multiplica-

ri. Quod ergo dicit septuagies septies, septuaginta septem vicibus idem doctor intelligit. Sed iam veniendum est ad mysterium. Neque enim abs re esse potest, quod dominus hūc, & non alium aliquem numerum relaxādis fratris erratibus constituit. Cōstat enim ex septenario, & vndenario nam siue septies vndeni, siue vndecies septeni dicimus, septuaginta septem perficimus. Et septenarius quidem numerus sacramentalis est donis septiformis spiritus. Vndenarius verō numerus figuram tenet omnis peccati: in vndenario nanque transgressio est denarij. Et nos cum peccamus, decalogum profecto præceptorum Dei transgredimur. Hinc est, quod in tabernaculo Dei vndecim saga cilicina fuisse memoratur: cilicium nanque habitum penitentium, & pro peccatis merentium designat. In tabernaculo ergo Dei vndecim saga cilicina fieri iussa sunt, quia sancta Ecclesia non solum ex iustis, & immaculatis: verumetiam ex peccatoribus penitentibus, & conuersis consistit. Huius numerus sacramentum Petrus apostolus agnoscentes, Iuda perditio, noluit apostolos in vndenario numero remanere: sed electo Marthia, duodenariam summam curauit supplere. Septuagies septies ergo dominus dimittere præcepit, ut ostendat quia quoties, & quoties aliquis peccauerit, toties, & toties ei dimittere, & nunquam a dimittendo cessare debemus. Quod enim per hunc numerum remissio significatur peccatorum, illud quoque manifestat, quod B. Lucas catalogū dominicæ generationis septuaginta septem generationibus terminauit, incipiens a Ioseph, & vsque ad ipsum Deum conditorem perueniens. Quia enim Dei filius ad soluendam mundi peccata veniebat, idē iure eius incarnatio, septuaginta septem generationibus rexitur, & hoc ascendēdo; Quia videlicet humilitas incarnationis filij Dei, nostra exaltatio fuit: & vnde ille descendit, inde nostra abiectio ascendere meruit: Quod verō hic numerus ex septenario, & vndenario multiplicatus exurgit, significat, quia omnis peccatorum remissio per gratiam sancti spiritus sit, cuius donis priuari merentur, quicumque fratribus in se peccantibus dimittere noluerint. Sanè aliter fratri penitenti, aliter precipimur inimico persequenti veniam dare. Huic nāque dimittendum est, ut, accepta remissione peccati, qui nos infontes læsit, socia dehinc nobis charitate communicet: illi verō, ut, cum malum vult nobis, aut facit, nos illi semper bonum velimus, & si possumus, etiam faciamus. Non enim illis, quando in malo perseverant, peccati sui veniam dare possumus, licet velimus. Habemus hinc duo conuenientissima exempla. Ioseph namque fratribus suis salubriter castigatis, beneuole ignorit. David verō persequeutibus suis imperantibus, & in malitia perdurantibus, quamuis eos fleuerit, veniam tamen illis præstare non potuit. Hæc igitur præcepta tenendæ charitatis, quæ a Christo, qui est auctor pacis, audimus, sedulo operari enitemus, ne grauemur minima dimittere, cum sciamus nobis innumera millia peccatorum in baptismo dimissa. Sed & quotidie delinquentes, quotidianam a domino veniam postulemus. Exemplo nanque suo nos ipse ad facilitatem indulgentiæ pronocet, qui totius mundi peccata non solum dimittit, verum etiam proptio cruore dignatus est

est expiare, Iesus Christus Dominus noster, qui cum patre & spiritu sancto, &c.

CHRISTIANI DRVTH-
mari eiusdem Euang. expositio.

Si autem peccauerit in te frater tuus. Superius do-
cuit: non contemnendos humiles, qui Chri-
stiani nobiscum adhuc perseuerant: vt, si in nobis
peccauerint, non propterea alienemus nos ab ip-
sis, vsque quo sciamus, si possumus conuertere, &
emendare de violatione charitatis: Nam in alio
euangelista dicit. Si peccauerit in te frater tuus,
incepa illum: & si penitentiam egerit, dimitte
illi. Attendere autem debemus, quod dicit, in te:
quia aliud est peccare in nobis: aliud in Deum. Si
in nobis peccauerit aliquis: habemus potestatem
dimittere ei. Si autem in Deum peccauerit ali-
quis, secundum quod definitum est ab antiquis
in canonibus, emendandum est, sicut in libro re-
gum dicitur. Si peccauerit vir in virtute, placari ei
potest Deus. Si autem in Deum peccauerit vir,
quis orabit pro eo: *Vade & corripo eum inter te &
ipsum solum.* Solus cum solo debet corripi: ne si pu-
dorem amiserit, prior fiat. *Si te audierit, sacratus eris
fratrem tuum.* Quia qui conuerti fecerit peccato-
rem ab errore vite sue, saluabit animam eius a
morte: & operit multitudinem peccatorum suo-
rum. *Si autem non te audierit, adhibe tecum adhuc vnum
qui duas.* Adhibentur duo vel tres, vel corrigendi
studio, vel conueniendi sub testibus. *Si autem illos
non audierit: dic ecclesia.* Vt qui noluit conuerti cum
pudore, conuertatur multorum improperationi-
bus. *Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnici-
us & publicanus.* Ethnicus Græce, Latine gentilis
dicitur. Publicanus quoque est, qui exigit publi-
ca lucta per negotiationes, ac per furta, & per
peturia: qui publice rei deseruit. Qui enim Chri-
stianus est, & fraternam pacem impugnat, vel pu-
blice Christiano scandalum est: peior est quam
paganus: qui nec dum suscepit Christianitatem.
*Amen dico vobis, quacumque alligaueritis super terram,
erunt ligata & in calis: & quacumque solueritis super ter-
ram, erunt soluta & in celo.* Quia dixerat, sit tibi sicut
ethnicus & publicanus, ne illi vile hoc ducerent, qui
scandalum inferioribus faciūt: ostendit quod is,
qui in malo perseuerat, sub ecclesia anathemati-
zatur. Eorum sententiam diuina pietas sequitur,
si regulariter, & secundum proximam dilectionem
hoc faciunt. *Iterum dico vobis. Quod si duo ex vobis con-
senserint, &c.* Si ita petierint, vt alio loco dixit: hoc
est in nomine Iesu, ad salutem animæ pertiuens.
Habemus hoc exemplum de beatis Petro &
Paulo: qui petierunt de Simone, qui aliis laqueus
mortis erat: & acceperunt vt caderet & periret:
ne aliis scandalum esset. *Vbi duo vel tres congregati
sunt in nomine meo: sicut sum in medio eorum.* Iosephus
dicit de secta Iudeorum, quos tamen Etraos no-
minat: quod quicquid centum in simul congre-
gati instituisent, pro lege habebatur. Dominus
autem de tribus dicit fidelibus suis: quod quic-
quid faciant in nomine ipsius: ipse faciat. Pro qua
re constitutum est, vt episcopus non ordinetur
maius quam a tribus. *Tunc accedens ad eum dixit.
Quia supra iusserat Petro, & omnibus suis sequa-
cibus: vt peccantes in se dimitterent & castiga-
rent. Interrogat Petrus, quotiens hoc facere de-*

beat: si vel vsque septies. Sacratu & vitaru nu-
merus erat apud eos septimus numerus propter
sabbatum. *Non dico tibi septies: sed vsque septuagies sep-
ties.* Sine computes septem per septuaginta, per
septem ad vnum peruenit: id est quadringentos
nonaginta. Quantis nullus erga alium potest
peccare. Id est quidiu petid: dimittamus illi. Et in
omni numero ita est ratio fixa: vt siue ad minore
per maiorem transiamus: siue per maiorem mi-
nozem ducaimus, ad vnum sensum reuertantur.

THEOPHYLACTI EPI-
scopi Bulgar superioris Euang.
expositio.

Si autem peccauerit in te, &c. Sermonem contra
offendiculum dantes valde extendit. Nunc
& eos, qui offenduntur, corrigit. Vt enim tu, qui
offenderis, non omnino cadas, quia offendente
vā habiturum dixit: volo & te, qui offenderis, ar-
guere eos, qui te iniuria afficiunt, & nocet, si fue-
rint Christiani. Etenim, si te quidam non bap-
tizatus iniuria afficiat, tunc ab eo te subducas. *Corripo
ipsum, ut non
illudens, sed
ergo Chri-
stianum.* Si
autem frater, argue illum. Non enim dixit, con-
uincite, sed argue. Si te audierit, hoc est condemna-
rit seipsum. Priuatim enim vult primum peccan-
tes argui, vt ne coram multis redargutus impu-
dencior fiat. Quod si te nō audierit, & cum duo-
bus, vel tribus testibus argueris, ne graueris tunc
in ecclesie suggestio promulgetur peccatū. Quia
enim non audit duos, vel tres redargutus, quan-
uis lex dicat vt in ore duorum, vel trium testium
subsistat, id est, firmetur omne verbum, ab eccle-
sia postea castigetur. Illam autem si non audierit,
tunc abiiciatur, ne suæ malitiæ participes faciat
alios. Assimilatur autem publicanis tales fratres.
Infamatur enim ob pecunias publicanus. Con-
solatio autem sit offenso, iniuria afficientem, pu-
blicanum existimari, & gentilem, hoc est, incre-
dulum. Nanquid autem hæc sola iniuria facie-
tis pena? Sed audi & que sequuntur. *Amen dico
vobis, quacumque alligaueritis super terram, &c.* Si tu, in-
quit, offensus, habes eum, qui te iniuria affecit,
sicut publicanum, & gentilem: erit ille & in celo
talis. Si autem solueris eum, hoc est ignoueris,
erit ei & in celo condonatum. Non enim solum
quæ soluant sacerdotes, sunt soluta: sed quacum-
que & nos iniuria affecti vel ligamus, vel solui-
mus, & ipsa erunt ligata, vel soluta. *Rursus, Amen,
dico vobis, quod si duo ex vobis consenserint super ter-
ram, &c.* Congregat nos hæc verbis ad charita-
tem. Quia enim prohibuit, ne mutuum offende-
remus, nunc & de mutua concordia dicit. Con-
cordes autem dicuntur, non qui in malum con-
ueniunt, sed qui in bonum. Vide enim quid di-
cat: Si duo ex vobis, hoc est, ereditibus, & con-
spicantibus. Conspirauerunt autem & Annas, ac
Caiphas, sed male. Et propterea sepe precantes
non accipiunt, eō quod mutua concordia care-
mus. Non dixit autem, ero (non enim tardat, vel
futurus est) sed, sum, hoc est, iam illic inuenior.
Intelligas item, quod quando conspirauerint spi-
ritus, & caro, & non concupuerit cōtra spiritum
caro, tunc erit in medio dominus. Conspirat au-
tem & tres virtutes animæ, rationalis, irascibilis,
& desideratiua. Sed & si vernæ, ac noua leges con-
spirauerint, inuenitur in medio ipsarum Christus
ab

ab vtraque predicatus. *Tunc accedens Petrus ad eum
dixit, &c.* Hoc est, quod interrogat Petrus, quo-
ties, si peccet. & deinde accedat, & petat veniam
penitentia ductus, concedam ei addit, in me si
peccauerit. In Deum enim si peccauerit, nō ego,
qui idiotæ, ac priuatus sum, possum ei remittere,
nisi forte Dei ordinem habens sacerdos. Si au-
tem in me peccet, ac deinde remiserit ei, erit solu-
tus, etiam si priuatus ego sum, & non sacerdos.
Quod autem septuagies septies dixit, non con-
cludit veniam numero. Absurdum enim sedere,
& numerare vsque dum quadringenta nonaginta
habeas (tot enim faciunt septuagies septies)
sed immensum numerū signat: quasi dicat, Quo-
ties quis lapsus fuerit, & penitentiam ager, con-
cede ei veniam.

INCERTI CVIVSDAM
sub nomine Eusobij Emisseni eius-
dem Euangelij expositio.

Hæc autem Apostolis, eorumque successori-
bus, episcopis videlicet, & sacerdotibus do-
minum specialiter dixisse, ex eo maxime intelli-
gi potest, quod max ipse in sequentibus ait, *Amen
dico vobis, quacumque ligaueritis super terram, erunt liga-
ta & in calis: & quacumque solueritis super terram, erunt
soluta & in celo.* Vnde & bene subdidit. *Si peccaue-
rit in te frater tuus. Peccat enim in pastorem, qui
oues affligit: peccat in episcopum, qui populo
sibi commisso iniuria facit. Ad hos enim pertinet
corripere, ad hos pertinet excommunicare, & ec-
clesia pellere. Hoc autem quo ordine faciamus,
ipse dominus nos docuit, dicens, *Vade & cor-
ripo eum inter te, & ipsum.* Si enim hoc faciamus, non est
vnde frater noster merito scandalizari debeat,
praesertim cum bona audientes, veritatem ei di-
camus. Qui si non fuerit, nostra humili allo-
quatione domino reconciliabitur: si autem non au-
derit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duo-
rum vel trium testium stet omne verbum. Paucos ad-
huc dominus adhibere iubet, ne ille, qui corrigitur,
multorum redargutione scandalizatus, dete-
rior fiat. Sufficiunt tamen isti ad testimonium, si
vel de iniusta conuentione, vel se non ita, vt dicitur,
eis respondisse, contra episcopum, vel sacer-
dorem aliquando agere voluerit. *Quod si non audie-
rit eos, dic ecclesia:* quatenus vel omnium obiurga-
tione erubescat, qui paucorum humili alloquatio-
ne satisfacere noluit. Vnde & Apostolus ait, Suffi-
cit illi, qui eiusmodi est, obiurgatio, quæ sit à plu-
ribus. *Si autem ecclesiam nō audierit, sit tibi sicut ethnici-
us & publicanus, vt excommunicatus, & ab ecclesia
separatus, nullus ecclesie filius ei cōmunicet, qui
ecclesie credere noluit, eiusque consilii obedire
contempsit:* & ceteri hoc audientes timeant, ar-
que vnus exemplo corrigantur multi. *Amen dico
vobis, quacumque ligaueritis super terram, erunt ligata
& in calis: & quacumque solueritis super terram, erunt so-
luta & in celo.* Hoc episcopi audiunt, & hunc ligan-
di, & soluendi ordinem tenent: Prius singulari-
ter, aut per se, aut per alii peccantes conueniant
deinde cum paucis: postmodum verò cum tota
ecclesia, quam si audire contempsit, iam tunc
eos ligare non dubitet. Qui enim sic ligantur, &
in celo & in terra ligati sunt. *Iterum dico vobis, quia
si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, &c.**

Qualiter enim intelligere debeamus hoc quod
ait, *De omni re*, determinatur, dum dicitur, *in nomi-
ne.* Non enim malam perionem facere possunt,
qui in eius nomine congregantur, & in quorum
medio ipse est, id est, in quorum corde ipse pra-
sident: quia ideo ibi est vt corda regat, consilia di-
rigat, petitiones disponat, eōsque sibi inuicem in
bono consentire faciat. Videtur autem huic loco
illud cōuenire, quod alibi dicitur. Quicquid pe-
tueritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Illi
enim sibi in bono cōsentiant, & in nomine Iesu
congregantur & petunt, qui ea postulant: quæ ad
salutem pertinent. Quid enim nisi salus in salua-
toris nomine queritur? Iesus enim saluator inter-
pretatur. Qui igitur salutem non petit, quamuis
vocat Iesum, non tamen petit in nomine Iesu,
quia hoc non petit quod interpretatur Iesus. Di-
catur ergo, si duo ex vobis consenserint super terram, de
omni re, quancumque cum fide & sine hesitatione
petierint in nomine meo, fiet eis. Vnde hoc? *Quia
vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in
medio eorum.* Quod si duo, vel tres sibi in bono
consentientes & in Christi nomine perentes sic
exaudiuntur, quanto magis plures? quāto magis
totam Ecclesiam Deus exaudit? Sed dicitis, *Quid si
in nomine Iesu pro damnatorum salute petant
nunquid exaudiuntur?* Nam pro Iudæis & schif-
maticis, & hæreticis quotidie Ecclesia orat, &
non exauditur. Orauit & dominus pro Iudæis,
dicens, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faci-
unt. Sic igitur pro multorum salute orant fan-
cti, & non exaudiuntur, deest enim aliud est igitur
& istud, vt sic dicatur: *si duo ex vobis in bono con-
senserint super terram, de omni re quancumque petierint
in nomine meo, si tamen talis sit, quod Dei ordini &
dispositioni conueniat, fiet eis à patre meo qui in celo
est.* Aliter enim non exaudiuntur, quamuis sibi
consentiant, quāuis petant in nomine Iesu. Quo-
ties igitur oramus & non exaudimur, id est, fit,
quia aut in nomine Iesu non petimus, aut quia
contra eius ordinem & dispositionem petimus.
Ipse enim scit quos elegit, ipse scit quid nobis
opus sit, antequam petamus. *Tunc ac. edens Petrus
ad eum, dixit, Domine, quoties peccabit in me frater meus,
& dimittam eis vsque septies? Dicit illi Iesus non dico tibi
vsque septies, sed vsque septuagies septies: Quod tale est
ac si diceret, quoties peccauerit, toties dimittet: si
septies, septies, si decies, decies, si centies, centies:
si millies, millies: vt non ille plus in te peccare,
quam tu illi dimittere possis. Aliter enim non di-
mitteretur tibi: Vnde superius dixit, nisi dimiseritis
hominibus peccata eorum, nec pater vester di-
mitteret vobis peccata vestra. Ecce lex, d' homo, ti-
bi à domino posita est: si dimiseris, dimittetur tibi:
si non dimiseris, non dimittetur tibi. Quoties
autem peccaueris, & indulgentiam quaesieris, di-
mitteretur tibi, si & tu fratri tuo dimiseris, non tan-
tum septies, sed & vsque septuagies septies. Ne-
que enim frustra Psalmista ait: *Viam iniquitatis
amoue à me & de lege tua miserere mei.* De lege,
inquit, tua miserere mei, vt quoties peccauero,
michi dimittas, sicut me iubes fratri meo in me
peccanti semper dimittere, semper quidem, quia
non tantum septies, sed vsque septuagies septies.
Putabat enim beatus Petrus sibi sufficere, si se-
pties dimitteret: quoniam scribæ & Pharisæi le-
gem, & prophetas exponentes, & non intelli-
gentes, multum in suis sermonibus habere nume-
rum*

rum commedabant, quem satisfactioni, & enen-
dationi sufficere posse putabant. Vnde septem
diebus azyma comedunt. Vnde & leprosus quan-
do mundatur, & vir qui fluxum feminis patitur,
septē diebus separatur. Separatur autem septem
diebus & mulier mēstruata. Similiter quādo pa-
ricbat, septē diebus immūda erat. Naamam quo-
que ex p̄cepto Elifci septies immergitur in Ior-
danem: & sacerdos offerens sacrificiū, tingens di-
gitum in sanguine, septies illum cōtra dominum
spargit. I. salmista quoque sic ait, Septies in die lau-
dē dixi tibi. Propter hoc igitur, & alia multa quæ
de hoc numero scēdum literam Iudæi intelligen-
bāt, dixit beatus Petrus, *siue septies*. Leg' s verō &
prophetarum magister, alius omnia intelligens,
addidit super hæc septuagies septies. Verū tamen
si bene intelligatur septies, nihil minus est septies
quā septuagies septies. De hoc autem in Leui-
tico sufficienter diximus.

EVTHYMII ZIGABONI
superioris Euang. expositio.

Si peccaverit in te frater tuus, &c. Quia vehementi
sermone diseruit aduersus eos, qui sunt of-
fendiculo, vel obstaculo, & vndique eos terruit:
tandem ad eos quoque transit, qui patiuntur of-
fendiculum, & iubet non aspernari eos, qui sunt
offendiculo. Fratrem autem dicit, eiusdem gen-
tis, ac fidei hominem. Et, quia is, qui fuit offendi-
culo, non facile veniet ad confessionem, aut pur-
gationem, rubore, ac confessione detentus; ducit
illum, qui offendiculum passus est ad eum: *Abi*,
inquit, *argue eum*, hoc est, sugere, quod fuerit of-
fendiculo: doce quod iniuste egerit, fraternæ tam-
en, & in modum corrigentis, non quasi inimi-
cus, aut increpans: & vt facilius recipi possit cor-
reptio, exhortatur vt fiat inter duos tantum, ne
forte publicatus improbius fiat, ac incorrigibilis.
Si te audierit iustus es fratrem tuum. Si tibi obedie-
rit corrigenti, respueritque, ac seipsum condem-
nauerit, magnum fecisti lucrum, ipsum videlicet
fratrem tuum, membrum tuum: hunc enim per-
dideras propter offendiculum, diuulsam à frater-
na coniunctione tua, quod grande damnum est
iis, qui vere fratres sunt. *Si autem non audierit, assu-
me tecum, &c.* Quia solus non valuit curare, assu-
me tecum adhuc non multos, ne ille publicari se
reputans, durior efficiatur: sed vnum, aut duos
auxiliatores: vt, si perdurauerit non mollescens,
sint etiam testes tuæ mansuetudinis, & duritiei
illius. Vtque iuxta veteris legis, sententiam, *in ore*,
sue per os duorum testium, vel trium, fiat hoc est, con-
firmetur, *omne verbum*, puta, te fecisse, quod in te
est, nihilque prætermisisse: primum enim solus
abiisti ad eum, deinde, aliis quoque assumptis.
Quod si nec illos audierit, dic ecclesie. Ecclesiam nunc
vocat præfides fidelium ecclesie. Renuncia illis,
quæ circa hunc agitur: Fortasse, illi immutabunt
eum, veritum dignitatem ipsorum. Porro, *si nec ec-
clesiam auerit, &c.* Sit tibi deinceps incommuni-
cabilis, cum quo nullam in eas vitæ societatem,
tanquam immedicabili. Ethnicis autem infideli-
bus cōiunxit publicanos, propter pecuniæ amo-
rem, & auaritiā, incompassibilitatem, & iniu-
sitiam. Audiamus ergo, qui huiusmodi affectio-
nibus sumus obnoxij, Vide autem quantum ad-
hiberi iusserit vt corrigatur ij, qui fuerint offen-

diculo: quum neq; illos curare sustineamus, qui-
bus præstitimus offendiculum. Quid ergo, hæc
sola erit vltio illorum, qui sunt incurabiles? Ne-
quaquam, sed audi eriam, quæ sequuntur. *Amen*
dico vobis; Quæcunque ligaueritis, &c. Vbi tandem ec-
clesiæ dicere iussisset, præfidebus videlicet eccle-
siæ: nunc ad eos sermonem intendit, dicens; *Quæ-
cunque ligaueritis in terra, &c.* Hoc autem & ad Pe-
trum dixit, Est autem huius orationis sensus iste.
Quicquid vos in terra censueritis, aut sententia
decreueritis, hoc Deus in cælo ratū habebit: siue
eos, qui sunt incurabiles ab ecclesia amputauerit-
tis, siue postmodum respicētes receperitis. Hæc
autem comminatus est, non vt hæc hant, sed vt
quisq; territus & ecclesiæ amputationem, & Dei
sententiam metet, ac liberetur, & eam euadat.
Nam & propter hoc, primum, secundum, ac ter-
tium tribunal cōstituit, & tandem iudicauit eum
abiiciendum: vt, si primum non audiret, obediret
secundo: si autem & hoc despiceret, timere vel
terrum: quod si etiam hoc cōtemneret, iam tunc
obiectionem formidaret amarā, supernamque
sententiam, quæ hac abiectioe magis formidan-
da est: & ita omnino corrigeretur. *Cursum: Amen*
dico vobis, quod si duo ex vobis, &c. Pape quantum po-
nit in dilectione studium, variis euangelij locis
de hac iterans sermonem. Nunc siquidem, post-
quam magna munitus est iis, qui ponunt offen-
diculum: & iis, qui non corriguntur, eorum stu-
dio, qui offendiculum passi sunt: rursus magna
promittit iis, qui diligunt: vt tum minis, tum pro-
missis ad amorem congreget Christianos. Dicit
ergo; Si duo ex vobis, videlicet in amore viuē-
tes, concorditer petierint à Deo de qualicunque
re, exaudientur: quod si duo, multo magis plures.
Quomodo ergo frequenter aliqui duo in dile-
ctione existentes, & Deum concorditer de aliquo
postulante, non exaudiuntur? Quia non sunt si-
miles Apostolis. Neque enim simpliciter dicit, Si
duo consenserint, sed, *si duo ex vobis*, hoc est, simi-
les vobis, virtutem coequentes: vel quia non ea præ-
stant, quæ postulant: vel inutilia petunt, vel aduer-
sus eum, qui molestia affectus est, deprecantur:
vel pro indigno postulante: vel omnino aliqua alia
ratio adest, quæ causat repellam: qua sublata, qui
vitam degunt secundum virtutem, & in amore
viuunt, ac concorditer petunt, statim cōsequuntur:
mentiri enim non potest, qui promissit. At qui
etiam vnus virtuti deditus, si sic petat, exauditur.
Sed non tantum, quantum duo conformes. Quia
verò dixit, *si duo ex vobis*: docet consequenter,
quod nō solus pater dat, sed etiam ipse: deo con-
sequenter dicit. *Vbi enim sunt duo vel tres, &c.* In
mine meo, hoc est, propter me, propter meam præce-
pta, & non propter etiam causam. Vbi ergo ita
congregati fuerint, ibi sum in medio eorum, col-
ligans, & custodiens eos, ac complens eorum pe-
titiones. Non autem dixit ero, sed, *sum* pro-
prios Deus verò quidam inter hos, inter illos verò
dicitur non esse: non, tanquam loco circumscri-
ptus: neq; enim loco circūscribi potest, sed quod
virtus eius inter, dignos libenter commoretur.
*Tunc accedens ad eum Petrus, dixit: Domine quoties pec-
cabit, &c.* Quum de dilectione, ac iniuriarū obli-
uione docuisset dominus: interrogat, rursus di-
scendi cupidissimus Petrus, ignorans quod sem-
per oporteat ignoscere peccantibus. *Nam vsque se-
pties*: De hoc tantum per additamentū interrogati
arbitratus

arbitratus hoc videti magnanimi, ac patientissi-
mi animi. Quid igitur Christus? *At illi Iesus non dico*
tibi septies, &c. Septuagies septies, inquit Chryso-
stomus, non significat hic numerum, sed immen-
sum, continuum, semper. Nam, sicut *iuuianus*,
hoc est, decies milies, significat frequenter, apud
Græcos, ita sane & septies apud Hebræos, & mul-
to magis septuagies: ac insuper quod ex vtroque

compositum est, septuagies septies. Quia er-
go infinites in Deum peccamus, infinitis vici-
bus iussit ignoscere iis, qui in nos delinquant,
si semper respiciant: eum namque, qui non
respicit, post tertiam monitionem, repelli ius-
sit tanquam ethnicum, & publicanum: quo-
modo enim remittet quis ei, qui remissionem
non querit.

*Set tami sem
per sunt nobis
condonanda
in iuria ei, qui
nos offendit,
sue si re-
spicit, siue
non.*



FERIA III. POST DOMINI-
CAM III. QVADRAGESIMAE.

MATTH. 18.



In illo tempore accesserunt ad Iesum ab Ierosolymis Scribæ & Pha-
risæi, dicentes: ^a Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones ^b se-
niorum? Non enim lauant manus suas, cum panem manducant.
Ipse autem respondens, ait illis: Quare & vos transgredimini man-
datum Dei propter traditionem vestram? Nam Deus ^c dixit: ^d Honora patrem
& matrem. Et qui ^e maledixerit patri vel matri, ^f morte moriatur. Vos autem
dicitis: Quicumque dixerit patri vel matri, munus quodcumque est ^g ex me, ti-
bi proderit, & non honorificabit patrem suum, aut matrem suam: ^h & irritum
fecistis ⁱ mandatum Dei propter ^k traditionem vestram. ^l Hypocritæ, bene
prophetauit de vobis Isaias, ^m dicens: Populus hic labiis me honorat, cor au-
tem eorum longè est à me. ⁿ Sine ^o causa autem colunt me, docentes doctrinas
eorum longè est à me. ^p Quia autem colunt me, docentes doctrinas
& ^q mandata hominum. Et conuocatis ad se ^r turbis, dixit eis: Audite & intelli-
gite: ^s Non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed ^t quod procedit ex ore,
hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei: Scis
quia ^v pharisæi audito verbo hoc scandalizati sunt. At ille respondens ait: Om-
nis plantatio, quam non ^x plantauit pater meus cælestis ^y eradicabitur. Sinite
illos: ^z cæci sunt, & ^a duces cæcorum. Cæcus autem si cæco ducatum præstet,
ambo in foueam cadunt. ^b Respondens autem Petrus, dixit ei: ^c Edificare nobis
parabolam istam. At ille ^d dixit: Adhuc & vos ^e sine intellectu estis: Non intel-
ligitis, quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & ^f in secessum emittitur.
Quæ autem procedunt ^g de ore, de ^h corde exeunt, & ea ⁱ coinquinant homi-
nem. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicatio-
nes,

^a Misa stultitia, stultus Dei traditionibus hominum non est subiectus.
^b Non Dei.
^c Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum?
^d Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum?
^e Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram?
^f Morte moriatur.
^g Ex me, tibi proderit.
^h Irritum.
ⁱ Mandatum Dei propter traditionem vestram.
^k Quæ vestræ seruit auaricie.
^l Simulatores.
^m Quia bene conuenit moribus eorum.
ⁿ In persona domini.
^o Ideo.
^p Non habituri mercedem cum veris cultoribus.
^q Contempti diuinis.
^r Quæ in Dei mandatis stitebant.
^s Augusti. Non timo immundiciam obsonij sed cupiditatis.
^t Verba malitiam cordis experimentia.
^v Quorum religio est in cibis.
^x Doctores cum sequacibus suis, qui non habent fundamentum Chriftum, corrigentes in terrenis.
^y De terra videntium.
^z Traditionibus tenetibus lucem mandatorum Dei priuati.
^a Quia non solum sibi non prospiciunt, sed etiam alios in præcipitium trahunt.
^b Ad prædica.
^c Quasi mystica sit in hoc intelligentia.
^d Inceptum.
^e Putatis mysticum quod est proprie dictum.
^f Post digestionem.
^g Vt verba turpia & nocua.
^h De cordis immundicia.
ⁱ Inquinatum cogitatione magis inquinant fordida loquutione.

nes, furta, falsa testimonia, & blasphemiae: Hæc sunt, quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.

GLOSSA ORDINARIA in superius Euang.

CATENA AVREA in idem Euang.

Uino accesserunt. Homines Genesareth minus docti credunt, sed qui sapientes videntur, ad pugnam veniunt. Non enim lauant. Intus nihil arguunt, qui intus liuore polluti sunt. In vanum quidem sua baptismata seruant, qui suorum cordium, & corporum sordes ablucere negligunt. Quare & vos. Si vos mandata Dei contemnitis propter traditiones hominum, quare arguitis discipulos, qui mandata hominum dimittunt, ut scita Dei custodiant. Vos autem dicit. Vestra autem traditio contraria est. Hoc filios dicere parentibus compellitis, quod Deo oblaturus eram in tuos consumo cibos, tibi que prodest, o pater, ut timeat consecrata comedere. Vel quod Deo offero, tibi ipsi prodest. Impietatem sub nomine pietatis inducunt, qui docent quod oblatio domini, qui verus est pater, obsequiis parentum præferatur: & hoc pro lucris suis. vnde & patres ne facile legi crimem incurant, Deo consecrata deuicant, & egestate conficiuntur. Quicumque dixerit. scilicet vita æterna dignus erit. Vel dixerit, id est dicere poterit. Proderit. Quasi diceret, Non imo sacrilegus es, si acciperes, quia Deo deuoui. Vel, tibi proderit: si Deo dederis. Bene prophetauit. Præuidit Isaias in spiritu simulatione Iudæorum, quod in dolo repugnant euangelio.

17. 29. d.

32. 12. b.

1. Tim. 3. c.

1. 1. 1. a.

Labiis me honorant. Magister, scimus quia verax es, vel exteriorum mundiciam commendando, interiorum, & quæ vera est, in eis non est. Non quod inerat. Nihil est extra hominem, quod interius inquinat, nec idolothymum in hoc quod Dei creatura est. Vno sermone omnis superstitio obseruationum eliditur, cum in discernendis cibis religio putetur. Tunc accedens. Phariseorum magna est religio in cibis, qui auditu verbo hoc scandalizati sunt. Id est, indignati sunt. Scandalon, vel scandalum Græce, nos offendiculum, vel ruina, vel impactionem pedis possumus dicere. Vnde: Qui scandalizauerit, id est, occasionem ruinae dederit. Sinite. permittere suo arbitrio, quia irenocabiles sunt. vnde Paulus Hæreticum hominem post primam, & secundam correptionem deuicita. Adferre. quod apertè est dictum putat apostoli per parabolam dictum. Virtuosus est auditor, qui vel obscura manifestè, vel manifestè dicta obscure vult intelligere. De corde, &c. Non enim à diabolo immituntur, sed ex propria voluntate nascuntur. Diabolus enim inceptor est non autor, quia nec interiora, nisi per habitus & gestus nouit. Non lotis. Spiritualia dicta prophetarum, de cordis & corporis castigatione, ut hæc: Lauamini, mundi estote, Pharisei carnaliter de solo corpore accipiebant, quod vanum est fieri.

Uino accesserunt ad eum ab Hierosolymis scribae & pharisei, dicentes: Quare discipuli tui transgreduntur, &c. Raba. Homines Genesareth & minus docti credunt, sed qui sapientes videntur, ad pugnam veniunt iuxta illud, Abscondisti à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, vnde dicitur: Tunc accesserunt, &c. Augul. de con. euang. Ita autem conserit euangelista narrationis suae ordinem, dicens: Tunc accesserunt, ut quatum ipse transitu indicat, rerum etiam consequentium ordo seruetur. Chryso. Propter hoc autem euangelista hic tempus designat, ut ostendat illorum ineffabilem nequitiam nulli credentem: tunc enim venerunt, quando plurima signa operatus est, quando infirmos ex tactu simebræ curauerat. Quod autem ab Hierosolymis venisse dicuntur scribae & pharisei, sciendum est quod per omnes tribus erant disseminati: sed qui in metropoli habitabant, peiores aliis erant, velut ampliori fruenter honore, & maiore superbiam possidentes. Remig. Duabus autem de causis reprehenduntur: & quia ab Hierosolymis venerant, id est, à loco sancto descenderant: & quia seniores populi, & legis doctores erant, & non ad descendendum, sed ad reprehendendum dominum venerant. Subditur enim: Dicentes, quare discipuli, &c. Hiero. Mira phariseorum scribarumque stultitia: Dei filium arguunt: quare traditiones hominum & præcepta non seruet. Chryso. Vide autem qualiter & à sua interrogatione capiuntur. Non enim dicunt: Quare transgrediantur legem Moysi: sed, traditionem seniorum: vnde manifestum est quod multa noua inducebant sacerdotes: quauis Moyses dixerit, Non adicietis, quæ verbum, quod ego propono vobis hodie, & non auferetis ab eo, & quando oportebat eos ab obseruationibus liberari, tunc amplioribus obseruationibus se alligabant, timentes ne aliquis eorum principatum auferret, terribiliores esse volentes, quia & ipsi essent legislatores. Remi. Quæ autem fuerint traditiones, manifestat Marcus cum ait: Pharisei & omnes Iudæi nisi crebrè lauent manus suas, non manducant panem: vnde & hic discipulos reprehendunt, dicentes: Non enim lauant, &c. Beda super Matth. Verba enim prophetarum carnaliter accipientes quod dictum erat: Lauamini & mundi estote: de corpore solum lauando seruabant, & ideo statuerant non nisi lotis manibus manducandum esse. Hiero. Manus autem, id est, opera non corporis, sed animæ lauandæ sunt, ut fiat in illis verbum Dei. Chryso. Ideo autem discipuli non lotis manibus manducabant, quia iam superflua despiciabant, ea solum quæ sunt necessaria attendentes: & neque nõ lauati pro lege habentes, sed ut contingebat alterutrum facientes. Qui enim & ipsum necessarium cibum contemnebant, qualiter circa hoc studium haberent? Remig. Vel reprehendebant pharisei discipulos domini, non

non de ista lauacione quæ consueto more congruit, & necessariis temporibus agitur, sed de illa superflua, quæ de superflua traditione seniorum fuerat reperta. Chryso. Christus autem non excusauit: demonstrans quoniam cum qui magna peccat, pro paruis peccatis aliorum sollicitum esse non oportet, vnde sequitur: Ipse autem respondens ait illis: Quare vos, &c. Non autem dicit quod bene faciunt transgredientes, ut non det eis occasionem calumnie, neque tamen vituperat quod ab apostolis factum est, ne approber eorum traditiones. Neque rursus accusat seniores, ne tanquam iniuriatorem eum repulissent: sed increpat eos qui aduenerant, tangens etiam seniores qui talem traditionem statuerant, dicens. Hieron. Cum vos propter traditionem hominum præcepta Dei negligitis, quare discipulos meos arguendos creditis, quod seniorum iussa parvipendant, ut Dei præcepta custodiant? nam Deus dixit: honora patrem & matrem. Honor in scripturis non tantum in salutationibus & officiis deferendis, quantum in elemosinis ac muneratione sentitur. Honora, inquit, Apostolus, viduas quæ veræ viduæ sunt: hic enim honor donum intelligitur. Præceperat ergo dominus, vel inbecillitates, vel ætates, vel penurias parentum considerans, ut filij honorarent etiam in vita necessariis ministrandis parentes suos. Chryso. Voluit autem monstrare quod parentes essent valde honorandi, per hoc quod adiunxit & premium & pœnam, sed dominus hic premium præmittens quod honorantibus reprobatur, scilicet esse longeuum super terram: ponit quod terribilius est, scilicet pœnam: ut & ipsos stupefaceret, & alios attraheret, vnde addit: Et qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. In quo demonstrat eos, morte dignos esse. Si enim qui verbo dehonora parentem, morte punitur, multo magis vos qui opere: & nõ solè dehonora parentem, sed & alios hoc doceris. Qui igitur neque viuere debetis, qualiter meos discipulos incusatis? Quomodo autem Dei mandatum transgrediantur manifestat cum subdit: Vos autem dicitis, quicumque dixerit, &c. Hier. Præmissam enim pronuntissimam Dei legem volentes scribae: Pharisæique subuertere, ut impietatem sub nomine pietatis inducerent, docuerant pessimos filios, ut si quis ea que parentibus offerenda sunt, Deo voluerit soluere, qui verus est pater, oblatio domini præponatur partum muneribus. Glof. ut sit sensus: Quod ego offero Deo, & mihi & tibi proderit: & ideo non debes sumere, scilicet res meas in tuos usus, sed pati ut Deo offeram. Hieron. Vel certè ipsi parentes qui Deo consecrata cernebant, ne sacrilegij crimem incurrerent, declinantes, egestate conficiebantur: atque ita fiebat ut oblatio liberorum, sub occasione templi & Dei, in lucra cederet sacerdotum, Glof. ut sit sensus: Quicumque, id est, quisquis vestrum dicit iuuenes, dixerit, id est, dicere poterit, vel dicit patri vel matri: O pater, munus quod est Deo ex me iam deuotum, proderit tibi, admirando, quasi diceret, non debes sumere, ne sis reus sacrilegij. Vel potest legi per defectum, hoc modo: Quicumque dixerit patri, &c. subaudi, faciet Dei mandatum, vel complebit legem, vel erit dignus vita æterna. Hieron. Potest autem & hunc breuiter habere sensum: Compellitis, inquit, filij, ut dicat parentibus suis, Quod-

cunque donum oblaturus eram Deo, in tuos consumo cibos, tibi que prodest, o pater & mater: quasi diceret, non. Glof. Et sic propter istas persuasiones auaritia vestra, ille iuuenis non honorificabit patrem & matrem, vnde sequitur: Et non honorificabit patrem & matrem. Quasi diceret, vos filij ista pessima suastis, & propter hoc filius postea patrem & matrem non honorificabit, & ita mandatum Dei de sustentandis parentibus fecistis irritum propter traditionem vestram scilicet auaritia vestra seruientes. Aug. contra aduersarium legis & prophetarum. Euidenter autem hic Christus ostendit, & illam esse Dei legem, quam hæreticus blasphematur: & Iudæos habere suas traditiones à libris prophetis & legitimis alienas, quas Apostolus appellat prophanas fabulas & aniles. Aug. contra Faust. Multa etiam nos hæc dominus docet: & Iudæos à Deo suo se non auertere, & eius mandata non tantum se nõ infringere, verum etiam illos à quibus infingerentur arguere, & nõ nisi per Moysen ista mandasse. Augul. de quæst. euang. Vel aliter, Munus quodcumque est ex me, tibi proderit. id est, munus quod offertur causa mei, ad te iam pertinebit, quibus verbis significant filij, iam sibi non necesse esse parentum pro se oblationem: quod ad eam ætatem peruicissent, ut possent iam ipsi offerre pro se. In hac ergo ætate constitutos ut possent parentibus suis hoc dicere: cum hoc dixissent, negabat pharisei reos esse, si parentibus non præstarent honorem. Hypocrita, bene prophetauit de vobis Isaias, dicens: Populus hic labijs me honorat, &c. Chryso. Monstrauerat dominus quod pharisei non erant digni accusare transgredientes mandata seniorum, cum Dei legem destruerent. Rursus autem demonstrat hoc ipsum & à propheta. vnde dicit: Hypocrita, bene, &c. Remi. Hypocrita dicitur simulator: quia aliud opere simulat, & aliud corde gerat. Isti ergo bene hypocrita dicuntur: quia sub honore Dei, terrena sibi lucra accumulare cupiebant. Raba. Præuidit autem Isaias simulationem Iudæorum, quod in dolo pugnant contra euangelium. Et ideo dixit ex persona domini: Populus hic labijs me honorat, &c. Remi. Iudæorum namque populus labijs & ore Deo appropinquare & honorare cum videbatur, quia vnus Dei cultum se habere gloriabatur: sed corde longe à Deo recessit, quia visis signis atque miraculis, nec diuinitatem eius cognoscere, nec cum suscipere voluerunt. Raba. Item labijs cum honorabat, quando dicebant: Magister, scimus quia verax es, sed cor eorum longe ab eo fuit, quando miserunt infidiatos ut eum caperent in sermone. Glof. Vel commendando exteriori munditiam ore eum honorabant, sed dum interiori quæ vera est, carebāt cor eorum longe erat à Deo, & illis talis honor inutilis erat, vnde sequitur, Sine causa autem colum me, docentes doctrinas & mandata hominum. Rab. Non enim habebunt mercedem cum veris cultoribus docentes doctrinas & mandata hominum, contemptis præceptis diuinis. Chryso. Augmentata ergo accusatione phariseorum à testimonio prophetæ, & illis non emendatis, iam eis non loquitur, sed turbis. vnde dicit: Et conuocatis ad se turbas, dixit eis: Audite & intelligite. Quia turbs dogma excelsum & multa philosophia plenum propositurus erat: non simpliciter hoc enuntiat, sed susceptibilè facit sermonem: primò quidem & ore

& sollicitudine exhibita circa turbas: quod ostendit euangelista dicens: *Et conuocatis ad se turbas.* Deinde etiam susceptibilem facit sermonem ex tempore, quia post mortuos suscitatos, post victoriam contra phariseos habitam, tunc legem proponit, ut facilius suscipiatur. Et non solum simpliciter turbas aduocauit, sed etiam eos attentiores fecit in hoc quod dixit: *Audite & intelligite*, id est, attendite & erigimini mente ad audiendum. Nō autem dixit eis: Nihil est obseruatio escarum, neque quoddam Moyses malè iniūxerat: sed per modū admonitionis, & cōsiliū, à rerū ipsarum natura testimoniū accipiens, ait: *Non quod intrat in os, coinquinat hominem, &c.* Hier. habet, *communicat.* Hiero. Verbum communicat, propriū scripturarum est, & proprio sermone non teritur, populus autem Iudeorum cum partē dei se esse iactans, commūne cibos vocat, quibus omnes vtūtur homines, verbi gratia, Suillam carnem, ostreas, lepores, & istiusmodi animalia quæ vngulam non findūt, nec ruminant, nec squamofa in piscibus sunt. Vnde & in Actibus Apostolorum scriptū est: *Quod Deus sanctificauit, tu ne commune dixeris.* Cōmune ergo quod cæteris hominibus patet quasi non de parte Dei, pro immundo appellatur. Aug. contra Faustū, Testamento autem veteri non est contraria ista sententia, qua dominus dicit: *Non quod intrat in os, &c.* & qua Apostolus dicit: *Omnia munda mundis, & omnis creatura Dei bona est.* Si possunt hoc Apostolum de ipsis dixisse naturis intelligant Manichæi: illas autem literas propter quasdam præfigurationes temporari congruentes, animalia quadam nō natura, sed significatione immunda dixisse. Itaque verbi gratia, Si de porco & agno requiritur: vtunque natura mundum est, quia omnis creatura Dei bona est: quadam verò significatione agnus mundus, porcus immundus est: tanquam si stultum & sapientem diceret, vtunque hoc verbum natura vocis & literarum & syllabarum, quibus constat, vtique mundum est: significatione autem vnum horum verbum quod dicitur stultus, immundū dici potest: non natura sui, sed quoniam quoddam immundum significat. Et fortasse quod est in rerum figuris porcus, hoc est in hominum genere stultus, & tam illud animal quàm istæ duæ syllabæ quod dicitur stultus, quoddam vnum idemq; significant. Immundum quippe illud animal in lege positum est, eo quod non ruminet: non autē hoc eius vitium, sed natura est. Sunt autem homines qui per hoc animal significantur immundi proprio vitio, non natura, qui cum libenter audiant verba sapientis, postea de his omnino nō cogitant. Quod enim vile audieris velut ab intestino memoriæ, tanquam ad os cogitationis recordandi dulcedine reuocare, quid aliud est quā spiritaliter ruminare: quod qui uon faciunt, illorum animalium genere figuntur. Hæ autem similitudines rerum in locutionibus, vel obseruationibus figuratis rationales mentes vtiliter & subuiter mouent, sed priori populo multa talia non tantum audienda, verum etiam obseruanda præcepta sunt. Tempus enim erat quo non tantum dicitur, sed etiam factis prophetizari oportebat eis, quæ postiore tempore fuerant reuelanda, quibus per Christum, atque in Christo reuelatis, fidei gentium onera obseruationum non sunt imposita, prophetiæ tamen est authoritas

commendata. Requiro autem à Manichæis, vtū ista domini sententia, qua dixit nō inquinari his hominem quæ in os eius intrant, vera aut falsa sit: Si falsam dicunt, cur eorum doctor Adimantus à Christo prolatus dicens, ad expugnandum vetus testamentum obiecit? Si autem verax est, cur aduersus eam credunt se coinquinari? Hier. Opponar autem prudens lector & dicat: *Si quod intrat in os, non coinquinat hominem*, quare idolothytis non vescimur? Sciendum igitur quod ipsi quidem cibi, & omnis Dei creatura per se munda sit, sed idolorum, & demoniorum innocatio ea facit immunda, apud eos. s. qui cum conscientia idoli idolothytum manducant: & conscientia eorum, cum sit infirma, pollutur vt Apostolus dicit. Remi. Quicūque autem tanta fidei est, vt intelligat creaturam Dei nullo modo inquinari posse: sanctificetur cibus per verbum Dei & orationem, & comedat quicquid vult, ita tamen quod hæc licentia offendiculum non fiat infirmis, vt Apostolus dicit. *Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei: Scis quia pharisei, audito hoc verbo, scandalizati sunt? At ille respondens ait: Omnis plantatio &c.* Hierony. Ex vno sermone domini omnis superstitione obseruationum Iudaicarum fuerat elisa: qui in cibis suuendis, abominandique religionem suam sitam arbitrabantur. Chryso. Præmissa itaque cum audissent pharisei, nihil contradixerunt illi: quia vehementer eos conuicerat, non redarguendo solum, sed & dolum illorum propalando: sed scandalizati sunt pharisei, scilicet nō autem turbæ: vnde dicitur. *Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei: Scis quia pharisei audito hoc verbo, scandalizati sunt?* Hiero. Quia crebro teritur in ecclesiasticis scripturis scandalum: breuiter dicendum qui significat scandalum: nō offendiculum vel ruinam & impationem pedis postulum dicere. Quando ergo legimus: Quicunq; scandalizauerit: hoc intelligimus, qui dicto vel facto occasione ruina dederit. Chry. Christus autem non soluit phariseorum scandalum, sed magis eos increpauit, vnde sequitur: *At ille respondens, ait: Omnis plantatio quam non planta, p. a. meum calce, eradicabitur.* hoc autē Manichæi de lege dictum esse dicunt, sed confutant eos quæ antea dicta sunt. Si enim de lege dixisset: qualiter superius pro lege pugnaasset, dicens: *Quare transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram?* Qualiter etiam prophetam induxisset in medium? Si enim Deus dixit: *Honora patrem & matrem:* qualiter quod in lege dictum est, non est Dei plantatio? Hilar. Dicēs ergo omnem plantationem, quæ non à patre fit, docet traditionem hominum eradicandam, cuius fauore legis præcepta transgressi sunt. Remi. Omnis etiam falsa doctrina & superstitione obseruatio cum suis authoribus permanere non potest: & quia à Deo patre non est, cum eisdem eradicabitur. Illa ergo sola permanebit, quæ à Deo patre est. Hier. Nunquid ergo eradicabitur & illa plantatio de qua Apostolus ait: *Ego plantauit, Apollo rigauit?* Sed soluitur questio ex eo quod sequitur: *Deus autem incrementum dedit.* Dicit & ipse: *Dei agricultura, Dei edificatio estis, & alibi: Cooperatores Dei sumus.* Si autem cooperatores, igitur plantante Paulo & rigante Apollo, Deus cum cooperatoriibus suis plantat & rigat. Abutuntur autem hoc loco qui diuersas naturas introducunt, dicentes: Si plantatio quam non plantauit pater, eradicabitur,

bitur, ergo quam ille plantauit, non potest eradicari. Sed audiant illud Hieremiæ: *Ego vos plantauit vineam veram, quomodo veri cistis in amaritudinem viris alienæ?* Plantauit quidem Deus, & nemo potest eradicare plantationem eius. Sed quoniam ista plantatio in voluntate proprii arbitrii est, nullus alius eam eradicare poterit, nisi ipsa tribuerit assensum. Glo. Vel platio ista doctoris legis significat cum sequacibus suis, qui Christum non habebant fundamentum. Quare autem sunt eradicandi subditur: *Sini. il. caci sunt & du. cacorum.* Rab. Cæci quidem sunt, id est, luce mdatorem Dei priuati: & sunt duces cacorum, quia alios in præcipitum trahunt errantes, & in errorem mitentes. vnde subditur: *Cæcus autem si cæco ducatur præter, ambo in foueam cadunt.* Hierony. Hoc etiam est quod Apostolus præcepit: *Hæreticum hominem post primam & alteram correctionem deuita, sciens quod sit peruersus humifusodi.* In hunc sensum & saluator præcipit doctoris pessimos dimitteudos arbitrio suo, sciens eos difficulter ad veritatem posse trahi. *Respondens autem Petrus dixit ei: Ediffere nobis parabolas istas.* At ille dixit: *Adhuc &c.* Remi. Conflueraut dominus paraboliè loqui, & ideo Petrus eū audisset, quod intrat in os, non coinquinat hominem, putauit illum paraboliè fuisse locutum: & ideo interrogauit, vt subditur: *Respondens autem Petrus, dixit ei: Ediff. no. pa. istam* Et quia ex persona cæcorum hoc dixerat, idcirco simul cum aliis à domino reprehensus est, vnde sequitur: *At ille dixit: Adhuc & vos h. uel. istis* Hierony. Corripuit autem à domino quare paraboliè dictum putet, quod perspicue locutus est. Ex quo animaduertimus vitiosum esse auditorem qui obscura manifeste, aut manifeste dicta obscure velut intelligere. Chryso. Vel ideo dominus increpat eum, quia non erat ex incertitudine quod quæserat, sed ex scdalo quo scandalizatus erat. Turbæ enim nō intellexerant quod dictum erat. Discipuli autem scandalizati fuerant, vnde à principio quasi pro phariseis interrogare volebant. sed quia audierat eum magna dicentem, omnis plantatio &c. repressi fuerunt. Sed Petrus qui vbique feruens erat, neque ita silet: quem dominus increpat, & increpationi rationem addidit, dicens: *Non intelligis quia omn. quod in os intrat, in ven. va. & in se. eff. emittitur?* Hier. Ex hac sententia quidam calumniantur, quod dominus physica disputationis ignarus, putet omnes cibos in ventrem ire, & in fecesum digesti, cum statim infusa escæ per artus, & venas, ac medullas, neruōsque fundantur. Sed sciendum quod tenuis humor, & liquens esca, cum in venis & artubus concocta fuerit, & digesta, per oculos meatus corporis, quos Græci poros vocant, ad inferiora dilabatur, & in fecesum vadit. Aug. de ve. reli. Alimenta carnis corrupta, id est, amittentia formam suam in membrorum fabricam migrant: & corrupta reficiunt in aliam formam per conuenientiam transeuntia, & per vitalem motum diiudicantur quodammodo, vt ex eis in structuram huius pulchri visibilis quæ apta sunt, assumantur: non apta verò, per congruos meatus abiciantur: quorum aliud feculentissimum redditur terræ ad al. as formas assumendas, aliud per totum corpus exhalat, aliud totius animalis latentes neruos accipit, & inchoatur in prolem. Chryso. Cum autem hoc dominus dicit,

adhuc discipulis secundum Iudaicam infirmitatem responderet: dicit enim quoniam cibus non manet, sed egreditur: quamuis etiam maneret, non faceret immundum, sed nondum hæc audire poterant: propter hoc autem Moyses tantum tempus dicit esse immundos, quantum cibus intus manet. In vespere enim iubet lauari & mundum esse, quasi tempus digestionis & egestionis dimittens. August. 25, de trinit. Duo autem quædam hominis ora dominus complexus est: vnum corporis, aliud cordis: nam cum dicit, *Omne quod in os intrat, &c.* Apertissime demonstrat os corporis. At in eo quod sequitur, os cordis ostendit, dicens: *Quæ autem procedunt de ore, &c.* Chryso. Quæ enim cordis sunt, intus in homine manent, & execrabilia inquinant non manentia solum: imò tunc magis, cum exierint. vnde subiungit: *De corde enim exeunt cogitationes mala:* quas primò ponit, quia hoc erat Iudaicum vitium: qui scilicet ei infidabantur. Hierony. Principale igitur animæ non secundum Platonem in cerebro est, sed iuxta Christum in corde: & arguendi sunt ex hac sententia, qui cogitationes à diabolo immitti putant, & execrabilia propria nasci voluntate. Diabolus adiutor esse, & incensor malarum cogitationum potest, author esse non potest. Si autem semper in insidiis positus, leuem cogitationum nostrarū scintillam suis fomitis inflammauerit: non debemus opinari eum quæque occulta cordis rimari, sed ex corporis habitu, & gestibus æstimare quid versum intrinsecus. verbi gratia, Si pulchram mulierem nos crebro viderit inspicere, intelligit cor ab oculis vulneratum. Glo. Ex cogitationibus. autem malis promeniūt & mala facta & mala verba, quæ lege prohibentur. vnde subdit: *Homocidia* quæ prohibentur illo legis præcepto: *Non occides. Adulteria, & fornicationes* quæ intelligitur prohiberi illo præcepto: *Non moechaberis. Furta*, quæ prohibentur illo præcepto: *Non furtum facies. Falsa testimonia*, contra illud præceptum: *Non dices aduersus proximum tuum falsum testimonium. Blasphemie*, contra illud præceptum: *Non assumes nomen Dei in vanum.* Remi. Nominatis autem vitis quæ diuina lege prohibentur, pulchre dominus subiungit: *Hæc sunt quæ coinquinant hominem*, id est, immundum & impurum reddunt. Glo. Et quia huiusmodi verba domini ex phariseorū nequitia occasionem sumperant, qui traditiones suas diuinis præceptis præferabant: consequenter concludit inconuenientiam traditionis præmissæ, dicens: *Non loti autem manibus mandu. non coinquinat hominem.* Chryso. Non autem dixit, *escas in lege prohibitas manducare*, non coinquinat hominem, vt non possent illi contradicere: sed concludit de illo, de quo disputatio erat.

S. HILARII EPISCOPI Pictaviens. superioris Euang. expositio.

Tunc accesserunt ad eum scribae & pharisei ab Hierosolymis, dicentes, &c. Absoluta, & dictorum & gestorum in consequentibus ratio est, nam his quæ propoſita fuerant, ipse respondit, omnem plantationem, quæ non à patre fit, eradicandam dicens, id est, traditionem hominum erudendam, cuius fauore legis præcepta transgressi sunt; & ideo esse eos duces cæcos, vitæ æternæ iter, quod

non videant, pollicentes, cæcisque ipsis & duci- bus cæcorum casum in foueam esse communem.

S. HIERONYMI PRESBYTERI in idem Euang.

Uinc accesserunt ad eum ab Hierosolymis scriba & pharisæi, dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Mira pharisæorum scribarumque stultitia, Dei filium arguunt: quare hominum traditiones & præcepta non seruet. Non enim lauant manus suas, cum panem manducant. Manus id est, opera: non corporis vtique, sed animæ lauandæ sunt: vt fiat in illis verbum Dei. Ipsi autem respondens, ait illis: Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Fallam calumniam vera responsione confutat: Cum, inquit, vos propter traditionem hominum præcepta domini negligatis, quare discipulos meos arguendos putatis, quod seniorum iulla parvipendant, vt Dei scita custodiant? Nam Deus dixit. Honora patrem & matrem: &c. Honor in scripturis non tantum in salutationibus & officiis deferendis, quantum in elemosynis ac munerum oblatione sentitur. Honora, inquit Apostolus, viduas, quæ vere viduæ sunt: hic honor donum intelligitur. Et in alio loco: Presbyteri duplici honore honorandi, maxime qui laborant in verbo & doctrina Dei. Er per hoc mandatum iubemur boui trituranti os non claudere. Et dignus sit operarius mercede sua. Præceperat dominus vel imbecillitates, vel ætates, vel penurias parentum considerans, vt filij honorarent, etiam in vitæ necessariis ministrandis parentes suos. Hanc prouidentissimam Dei legem volentes scribæ & pharisæi subuertere: vt impietatem sub nomine pietatis inducerent, docuerunt pessimos filios: vt si quis ea quæ parentibus offerenda sunt, Deo vouere voluerit, qui verus est pater: oblatio domini præponatur parentum muneribus: vel certe ipsi parentes quæ Deo consecrata cernebant: ne sacrilegij crimen incurerent, declinantes, egestate conficiebantur. Atque ita fiebat vt oblatio liberorum sub occasione templi & Dei, in sacerdotum luca cederet. Hæc pessima pharisæorum traditio, de alia veniebat occasione. Multi habentes obligatos arre alieno; & nolentes sibi creditum reddere, delegabant sacerdotibus: vt exacta pecunia, ministerijs templi & eorum vñibus deseruiret. Potest autem & hunc breuiter habere sensum: Munus quod ex me est, tibi proderit. Compellitis, inquit, filios, vt dicant parentibus suis: quodcumque donum oblaturus eram Deo, in tuos consumo quibus: tibi que prodest ð pater & mater: vt illi timètes accipere quod Deo mancipatum videant, inopem magis velint vitam ducere, quam comedere de consecratis. Non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc communicat hominem. Verbum communicat, proprie scripturarum est, & publico sermone non teritur. Populus Iudaorum partem Dei esse se iactans, communes cibos vocat, quibus omnes vruntur homines. Verbi gratia: stillam carnem, ostreas, lepores, & istiusmodi animantia, quæ vngulam non findunt: nec ruminant: nec squamola in piscibus sunt. Vnde & in Actibus apostolorum scriptum est: Quod Deus sanctifica-

2. Tim. 5.

Deut. 15.

Act. 10.

nit, tu ne commune dixeris. Comune ergo quod cæteris hominibus pater: & quasi non est de parte Dei, pro immundo appellatur. Non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Oponat prudens lector & dicat: Si quod intrat in os, non coinquinat hominem: quare idolochyitis non vescimur? Et Apostolus scribit: Non potestis calicem domini bibere, & calicem demoniorum. Sciendum igitur quod ipsi quidem cibi & Dei creatura, per se omnis munda sit: sed idolorum ac demonum innuocatio ea facit immunda. Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei: Scis quia pharisæi audio verbo hoc, scidatizati sunt. Ex vno sermone omnis supersticio obseruationum Iudaicarum fuerat elisa: qui in cibis sumendis abominandisque religionem suam suam arbitrantur. Et quia crebro teritur in ecclesiasticis scripturis, scandalum: breuiter dicamus quid significet. *σκωλύω* & scandalum, nos offendiculum, vel minam & impactionem pedis possumus dicere. Quando ergo legitur: Quicumque de minimis istis scandalizauerit quempiam, hoc intelligimus, qui dicto factoque occasionem ruinæ cuiquam dederit. At ille respondens, ait: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cælestis, eradicabitur. Etiam quæ plana videtur in scripturis, plena sunt questionibus. Omnis, inquit, plantatio quam non plântauit pater meus cælestis, eradicabitur. Ergo eradicator & illa plantatio, de qua Apostolus ait: Ego plantauit, Apollo rigauit. Sed soluitur questio ex eo quod scribitur: Deus autem incrementum dedit. Dicit & ipse: Dei agricultura, Dei edificatio estis. Et in alio loco: Cooperatores Dei sumus. Si autem cooperatores: igitur plantante Paulo, & rigante Apolline, Deus cum operatoribus suis plantat & rigat. Abutuntur hoc loco qui diuersas naturas introducunt, dicentes: Si plantatio quæ nõ plantauit pater, eradicabitur: ergo quam plantauit ille, non potest eradicari. Sed audiant illud Hieremias: Ego vos plantaui vineam veram, quomodo versi estis in amaritudinem vitis alienæ? Plantauit quidem Deus, & nemo potest eradicare plantationem eius. Sed quoniam ista plantatio in voluntate proprii arbitrij est, nullus alius eam eradicare poterit, nisi ipsa præberit assensum. Sinite illos, cæci sunt: duces cæcorum, &c. Hoc est quod Apostolus præceperat: Hæreticum hominem post vnam & alteram correptionem denique, sciens quod peruersus sit huiusmodi: & à semetipso damnatus. In hunc sensum & saluator præcipit doctoribus pessimos dimittendos arbitrio suo: sciens eos difficulter ad veritatem posse trahere. Respondens autem Petrus, dixit ei: Edifera nobis parabolam istam. At ille dixit: Adhuc & vos sine intellectu estis? Quod aperte dictum fuerat, & patebat auditui, apostolus Petrus per parabolam dictum putat: & in re manifesta mysticam querit intelligentiam. Corripit utique à domino, quare parabolice dictum putat, quod perspicue locutus est. Ex quo animaduertimus vitiosum esse auditorem: qui aut obsecra manifeste, aut manifeste dicta obscure velit intelligere. Non intelligitis, quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur, &c. Omnia euangelioru loca apud hæreticos & peruersos plena sunt scandalis. Et ex hac sententia quidam calumniantur, quod dominus physice disputa-

1. Cor. 10.

1. Cor. 10.

1. Tim. 5.

1. Tim. 5.

1. Tim. 5.

disputatiõis ignarus, putet omnes cibos in ventrem ire, & in secessum dirigi: eum statim in fuscæ fæcæ per artus & venas ac medullas, nervosque fundantur. Vnde & multos qui vitio stomachi perpetem sustineant vomitum, post cænas & prandia, statim euomere quod ingererint, & tamen corpulentos esse: quia ad primum tactum liquidioribus & potus per membra fundantur. Sed istiusmodi homines dum volunt alterius imperiam reprehendere, ostendunt suam. Quamuis enim tenuis humor & liquens esca, tamen cum in venis & artubus concocta fuerit & digesta, per oculos meatus corporis: quos Græci *πόροι* vocant, ad inferiora delabitur, & in secessum vadit. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, iuræ, falsa testimonija, blasphemie, &c. De corde, inquit, exeunt cogitationes malæ. Ergo animæ principale non secundum Platonem in cerebro, sed iuxta Christum in corde est: & arguendi ex hac sententia, qui cogitationes à diabolo immitti putant: & non ex propria nasci voluntate. Diabolus adiutor & incitor malorum cogitationum potest esse, autor esse non potest. Sin autem semper in insidijs positus, leuem cogitationu nostram scintillam suis fomitibus inflammari, non debemus opinari eum cordis quoque, occulte rimari: sed ex corporis habitu & gestibus æstimare quid verus sit intrinsecus. Verbi gratia: si pulchram mulierem nos crebro viderit inspicere, intelligit cor amoris iaculo vulneratum.

S. IO. CHRYSOSTOMI Episcopi Constantin. in superius Euang. Hom. 1.

Uinc accesserunt ad Iesum à Hierosolymis scriba & pharisæi, dicentes: Quare & tu, inquit, quando tactu solummodo fimbriæ multos curauit ægros: propterea enim Euangelista notauit tempus, vt magnam eorum malitiam ostenderet. A Hierosolymis autem ait Scribas illos, & Pharisæos fuisse, quoniam per omnes tribus in duodecim partes erant disseminati: ac nequiores aliis Hierosolymitanos fuisse, non est dubitandum, quia, quum maiores honores consequerentur, plurimum sibi arrogabant. Tu autem considera, quomodo ab ipsa interrogatione capiuntur: non enim dicunt, cur legem Moysi, sed cur traditionem seniorum transgrediuntur? Vnde quævis Moyses magno terrore comminatus fuerit, ne quid addant, aut auferant. Non adijcietis enim ad verbu, ait, quod ego dico vobis hodie, nec auferetis ab eo: plurima tamen noua induxerunt. Ex quibus illa erant, ne illotis comederent manibus, calices, ac vasa aenea, & seiplos baptizarent: Quumque oportuisset eos progressionem temporis huiusmodi obseruationes contemnere, pluribus ac maioribus seiplos coartauerunt. Ita, quum timeret, ne principatum amitterent, ceu legum latores, vt maiores viderentur, plurima innotuerunt. Quæ res ad tantam peruenit nequitiam, vt præcepta suamagis, quam Dei mandata custodirentur, adeo vt iure reprehendi viderentur, qui obseruationes eorum negligebant. Quæ ex re duplicem culpam contrahebant: nam & innotatio ipsa non parum

erat crimen; & quia nullam de mandatis Dei curam facientes, obseruationum contemptores vlciscerantur, maximis delictis obnoxij erant. Pretermisissis ergo cæteris, quod præcipuum sibi videbatur, id in medium afferit, vt, si quoquo modo possent, ad iram eum incitarent. Quocirca de senioribus etiam mentionem faciunt, vt, si eos despicere videretur, quasi victum iam, atque confutum tenerent. Sed consideratione dignum est, cur illotis manibus discipuli maducarent. Cuius igitur rei gratia sic comedebant non studio, atque data certè opera, sed serijs, atque necessarijs apprimè atrendentes, superflua, & inutilia locis spernebant, ita vt nullam haberent legem scilicet, aut illotis manibus comedere, ex temporis opportunitate alterum faciebant. Nam, qui alimentum necessaria plerumque negligebant, quomodo his minimis animam dedissent? Quoniam igitur sæpius illotis manibus nulla obseruatione comederent: vt quando in deserto, vt quædam spicas incidebant, id ipsum pro crimine illi obijciunt: quia grandia semper negligentes, maxima de frivolis cura sollicitabantur. Quid igitur Christus? Non resistit eis, neque causam discipulorum dixit: sed statim recriminatus est, vt audaciam eorum reprimeret, atque ostenderet non oportere illos, qui delinquant in maximis, pro paruis aliorum criminibus aded moueri, vt diligentiores eorum trutinæ subijcere velint. Non enim accusari debet, qui accusandus non est. Tu autem diligenter perpende, quomodo, quando cumque legale aliquod soluere volebat, excusationis quodam ordine illud fecit: quod hoc loco factum videmus. Non enim ad transgressionis crimen subito venit, nec frivolum esse id, atque superfluum dicit, ne audientes magis inflammarentur: sed prius maiora in caput illorum crimina ingressus, deinde ferocitatem retudit. Nec dixit rectè ipsos facere, qui non Dei, sed legem hominum cõtemnunt, ne reprehendendi ansas ipsi præberent: neque rursus perpetram discipulos suos facere concessit, ne legem ipsorum approbaret. Nec seniores tanquam iniuos, & sceleratos accusauit, ne quasi cõuiciatorem ipsum auerfarentur. Verum, omnibus his neglectis, aliam quædam, & altiorè viam pergit: & videtur quidè hos, qui hæc discipulis imponebant, increpare, pungit verò eos, qui hæc quasi legalia traderunt. Ita, quoniam nullam de senioribus fecerit mentionem, istos tamen accusando, ita illos deiecit, vt duplex id esse crimen ostenderet. Primò, quia Deo non parent, deinde quia hominum gratia id facerent, ac si diceret: Hoc, inquit, vos & illos perdit, quia senioribus vbique obtemperare vultis. Non aut exprimit aperte, sed occultius id significat, hoc modo respondendo: Quare etiam vos transgredimini mandatum Dei, &c. Non dixit, seniorum traditionem, sed, vestram: nec quia seniores, sed quia vos dicitis, vt minus molestus sermo videretur. Nam, quoniam transgressores legis discipulos ostendere conabantur, id ipsum eos re vera facere ostendit, & discipulos ab hoc crimine vindicauit. Non enim habet auctoritatem legis, quod ab hominibus adinuenitum est: quocirca non legem, sed traditionem hominum iniquissimorum, traditionem appellat. Verum, quoniam non erat illa traditio legi contraria, quæ lotis manibus comedere iubebat, aliam legi contrariam

Intelligit, vbi seniorum præcepta contraria sunt dicitur.

Intelligit de responsionibus dicitur.

in mediū adducit: quod enim dicit, tale quid est; Pietatis simulatione despiciere parentes adolescententes fuerunt eruditi. Quo pacto? Si quis patrens à filio onem flagitaret, aut vitulum, aut huiusmodi aliquid, præmonitus à scribis, & pharisæis filius respondebat: Quod à me in utilitatem tuam, pater, petis, dono iam Deo promissum est, ac ideo dare nō possum: ita dupliciter peccabant. Nam neque Deo offerebāt, & parentes oblationis nomine deridebāt. Parentes igitur quasi gratia Dei, & Deum parentum nomine contemnebant. Non intulit autem id, antequam legem diuinam recitasset, qua ostenditur quā maximē Deo placeret, parentes à liberis honorari. Honora enim, inquit, patrem tuum, & matrem tuam, & eris longæuus in terra: Item; Qui maledixerit patri, aut matri, morte morietur. Christus autem determinatum iis, qui parentes honorant, præmium promisit, & horribile cōtemnentibus genitores supplicium posuit, vt perteriti comminatione legis respicerent. Morte namque digni facili occiduntur. Nam, si qui verbo parentibus iniuriantur, morte plestantur: quo supplicio digni estis, qui re ipsa & opere violatis? Nec solum id vos facitis, verumetiam alios instruitis. Qui ergo capitali supplicio digni estis, quomodo meos discipulos criminamini? Non autem mirum est, si ira me, quem non cognoscitis, ac meos repellitis, quum aduersus patrem talia machinati sitis. Ita vbi & dicit, & ostendit à contemptu patris hanc arrogantiam originem traxisse. Nonnulli aliter id exponunt; *dominus quodcumque ex me tibi proderit*, id est, nullum honorem tibi debeo, sed dono tibi datum sit, si à me honoratus fuisti. Sed huius contumelie nullam Christus mentionem fecisset. Marcus etiam liquidius fecit sic dicens; Corban, quodcumque tibi proderit. Corban verò non donum, non munus, sed oblationem Latine possumus dicere. Quum igitur demonstrasset, non iure illos, qui legem Dei conculcent, alios reprehendere, quòd leniorum instituta non seruant; prophetica etiam autoritate id ipsum approbat, & aduersus confusos vi maiori inuehitur: quod vbiq; facit, scripturam in medium producens, vt eius autoritate consonum se Deo, atque concordem ostendat. Quid igitur ait Prophetas? *Populus hic labijs me honorat, cor autem, &c.* Vides ad vnguem prophetica verba Evangelicis conuenire? Vides à praeiis temporibus malignitatem ipsorum esse prædictam? quod enim Christus postea criminabatur, id Esaias multò antè prædixit, quia, scilicet, Deum quidem spernant: *incausum enim*, inquit, *me colunt.* Magnam verò curam de seruanda sua doctrina habebant: *docentes enim*, inquit, *mandata, & doctrinam hominum.* Iure igitur doctrinam non Dei, sed hominum discipuli mei non seruant. Ita tamen moraliter eos certis rationibus percutit, & rebus ipsis sua sententia prophetica autoritate accusationem eorum in maus extulit. Nihil iam ad illos, qui emendari non poterant, sed ad turbas refert orationem, sublime quoddam, & perfectiore philosophia plenum dogma introducens, sumptuque occasione maius illud ex hac opportunitate construit, vniuersam ciborum obseruationē citiens. Et perspicue quando; Quando, leproso mandato, sabbatum dissoluit, quando terra, & maris dominum esse res ipsa ostendit, quando peccata remisit, quando mot-

uos excitauit, quando multa iam deitatis suæ testimonia exabant, tunc de cibis disputat: nec id iniuria. Vniuersus Iudaismus hac re continetur, qua refutata, totus facile refutatur: hinc quippe ostenditur circumpositionem quoque soluere oportere. Sed non principaliter de circumpositione quicquam induxit, quoniam, quum multo antiquior esset aliis mandatis, maiore hominum exultatione seruabatur, sed discipulorum legibus eam postea soluit. Nempe aded magna res videbatur, vt, quum postea discipuli eam deiectioni essent, magna dispensatione, atque tractatione ad deiciendum indigerent. Sed videamus qualiter legem induxit; *Quum aduocasset*, inquit, *turbas, dixit eis: Audite & intelligite.* Ita non simpliciter, quid vult, enuntiat, sed sonorose prius attentiones ad audiendum facit, quod eo denotat Euangelista, quia dixit; *Quum aduocasset turbas*; quamuis etiam opportunitate ipsa multò attentiones reddebantur. Postea enim quum Pharisæi, & Scribae confusi sunt, postquam prophetica turbæ autoritate illos condemnari audierunt, tunc legem proposuit, quum iam facilius omnia, quæ dicebantur, possent suscipere. Nec solum aduocandos eos, verumetiam verbis attentiones facit, dicens; *Intelligite*, id est, attendite, atque aures erigite. Si enim istis auscultatis instituta sua tradentibus, multò magis par est me audire, qui ad veram vos oportune prophetiam induco. Nec dixit finiolam esse obseruationem ciborum, atque inanem, nec quia non rectè fecerit Moyses, qui hæc præcepit, nec quia descendens hæc scripserit: sed quasi admonendo, atque consulendo, à conditione ipsarum rerum testimonio sumpto, inquit, *Nō, quod intrat in os, coinquinat hominē, sed que ab ore procedunt.* Ita secundum rerum ipsarum naturam legem ponit, & sententiam profert. Hæc Pharisæi, ac Scribae audientes, nec contradixerunt quidem, nec dixerunt; Quid tu ais, quum Deus de obseruatione ciborum milles præcepit, tu contradicis? Sed, quoniam iam vehementius refutati, atque reiecti fuerant, non solum quia confusi, verumetiam quia, quæ dolose intendebant, aperuit, & arcana mentis suæ reuelauit, cum silentio recesserunt. Tu autem considera, quomodo nondum manifeste propter infirmitatem multitudinis contra obseruationem ciborum inuehitur. Non enim aperte dixit cibaria, sed ea, quæ intrant in os, non coinquinant hominē. Quod non absurdè de illotis etiam manibus accipi potuisset. Tanta quippe cura obseruatio ciborum defendebatur, tanta exultatione hominum muniabatur, vt vel post resurrectionem Petrus dixerit; Non, domine, quia nunquam commune, aut immundum quid comedi. Nam, etsi aliorum gratia hæc dicebat, & vt satisfactionem ad acculantes prepararet, quum se contradixisse ostenderet, nec quicquam efficere potuisse, magnam tamen monstrat de hac curam, & opinionem hominum fuisse. Ideo & Christus non aperte dixit cibaria, sed, *que in os intrant.* Quinque circa huiusmodi sermonis finem clarius id expressisset, istis tamen verbis expressum obduxit, atque obumbravit, dicens; *Illis autem manibus, manducare non coinquinat hominē.* Ita visus est hoc orationis exitu de illotione manuum cuncta deseruisse. Quocirca non dixit nulla cibaria, quæ comedit homo, inquinaunt eum: sed quasi de re illa disputans, quæ intrant,

intrant, dixit, vt illi omnino confusi, nec mutire quidem possent: hæc igitur audientes, inquit, scandalizati sunt, non turbæ, sed Pharisæi. *Accedentes enim*, inquit, *discipuli eius dixerunt ei; Scio quia Pharisæi, audito hoc verbo, scandalizati sunt?* Et certe nihil aduersus eos dictum erat. Quid igitur Christus? Non soluit scandalum illorum, sed increpauit dicens; *Omnis plantatio, quam non plantauerit pater meus cælestis, eradicabitur.* Sciebat enim quādo contemnenda, & quando non contemnenda scandalizant: quippe alibi ait; Sed, ne scandalizemus eos, mitte hamum in mare: hic autem; *Sinite illos, caeci sunt, & dices eorum.* Hæc autem discipuli dixerunt, non quia solum pro illis dolebant, verumetiam, quia ipsi quoque aliquantulum turbabantur, neq; audientes de se ipsi hoc dicere, quasi condolentes aliis certiores fieri nitebantur: quod ita esse facilius credideris, si ardentem illum, & vbiq; cæteros præuenientem Petrum audias paulò enim post accessit, ac dixit; *Id est, nobis parabola hanc.* Ita est turbatione, atque imbecillitate animi non omnino reuelauit tamē, quia parabola prebatur explanationem, commotum se esse ostendebat. Quid igitur Christus? *Omnis plantatio, quam non plantauerit pater meus, eradicabitur.* Quod de lege dictum esse Manichæi contendunt, sed ea, quæ præcesserunt, ora ipsorum penitus obstruunt. Nam, si de lege hoc dictum est, quomodo superius acerrimè pro lege ipsa pugnat, dicens; Quare mandatum Dei propter obseruandas traditiones vestras transgredimini? Quomodo etiam Prophetā in medium induxit? Non igitur de lege, sed de illis ipsis, ac de traditionibus suis hæc disputat. Præterea, si à Deo dictum est, honora patrem tuum, & matrem tuam: quomodo non est plantatum à Deo, quod à Deo dictum est? à se quentibus aurē etiā pater non de lege, sed de illis ipsis, ac eorum traditionibus dictum esse. Quippe cum subiunxerit, *duces sunt caeci cæcorū.* ita legem ab omni accusatione vindicauit, & ad illos omnē culpā traiecit: quòd si de lege illud dictum esset, dixisset vtiq; dux est cæcorū. deinde multitudinem ab eis dissepans, quæ per doctrinam illorum ad interitum veniebat, ait; *Si cæcus cæcum ducat, uterque in foueam cadet.* Magnum quidem malum est, si quis cæcus est: quod si talis discipulus existat, non solum ductorem aspernetur, verumetiam, ipse si ducis locū retineat, multiplex culpa contrahitur. Si enim periculosum cæco est, ductore cætere: multò periculosius profectò erit, si alius quoque loco ducis velit præfesse. Quid igitur Petrus? Non dicit, quid hoc est, quod proposuisti, nec tanquam iniquum reprehendit, ne commotus putaretur, sed quasi obscuro dicto interpretationem desiderat. Quòd verò non obsecratis causa, scandalizatus querebat, locus ipse, in quo nihil obfuscatum later, ostendit. Quocirca & interpretatur à Christo dicens; *Adhuc vos etiam amentes estis?* Nam turbæ forsitan intellexerunt, quæ dicebantur, ipsi verò scandalizati, primò quidem quasi de Pharisæis dolentes occultis discere voluerūt: deinde, postquam comminantiem ipsum, atque decemtem audierunt; *Quia omnis plantatio, quam non plantauerit pater meus cælestis, eradicabitur: & dices sunt cæci cæcorum,* depreffi, atque coartati tacuerunt. Sed ardor Petri filere non patitur: quid igitur dicit? *Ediffere nobis parabola hanc.* Christus verò vehementius increpat, di-

cens; *Adhuc vos sine intell. An estis?* nondum scilicet hæc intelligitis: Hæc dicebat, & reprehendebat, vt à præoccupatione animos illorum eriperet: Ideo non hic finem fecit, sed alia quoque adiecit, dicens; *Quoniam omne quod mirra in os, in ventrem vadit &c.* Vides quanta vehementia, atque acrimonia vitur, ab eo, quod natura duce solet fieri ad utilitatem ipsorum, quæ dicta sunt, comprobans. Cùm enim dixerit, *in ventrem vadit & in stercus emittitur*: iuxta Iudaicam deiectionem adhuc ad illos responderet. Non enim permanet, inquit, sed egreditur, ac certè, etiam si permaneret, nullo modo immundum redderet, sed nō dum id æquo animo audire poterant. Propterea & legislator tanto dimittit tempore, quanto intus maneat, quum autem egressum fuerit, non amplius ita: in sero denique lauare iubet, ac mundum esse, digestionis, ac expulsionis tempus diligentius examinans. Quæ autem cordis sunt, inquit, non solum quum intus locata sunt, verumetiam egressa contaminant. Primum autem paruas posuit cogitationes, quod maximè Iudaorum animi nec adhuc à natura rerum, sed à partu ventris, & cordis redarguit, quia hæc remaneant, illa minimè. Nam, quæ de foris ingrediuntur, foras rursum expelluntur: quæ verò intrinsicæ oriuntur, hæc, & quum intus sint, & multò magis quum exierint, maculant. Hæc ita dicit, quia nondum poterant altiora conuenienter recipere. Marcus autem scribit, quia hæc ad purganda cibaria dixerit, non tamen expressit, quia talibus vesca non maculat animam. Nō enim potuissent ita clarè id dictum æquo animo perperci, ac ideo ilico subiunxit; *Illis autem manibus manducare, non coinquinat hominē.* Discamus igitur, obsecro, quamnam ea sint, quibus turpiter homines fecundantur. Discamus, oro, & fugiamus: in nonnullis enim iam ecclesiis hunc morem corroboratū videmus, vt diligenter multo studeant, quomodo manibus loti, candidis induti vestimentis, in ecclesiam ingrediuntur: quomodo autem animam, atque mentem suam puram, atque delectatam offerant Deo, nullam profus habent curam. Hæc dico, non quia lauare os, aut manus prohibeam: sed, quia non aqua solum lauare os velim, verumetiam, vt æquus est, omni virtutis numero. Sordeſcant quippe manus homicidio, ceterisque operationibus prauis: os autem maledictione, blasphemia, contumelia, verbis iracundis, atque obsecris, dissolutio risu, atque scurrilitate. Si ergo nullus horum tibi conscis es, neque his maculis obsecris, ingenti accede fiducia: si autem milles his sordibus te deturpasti, cur incausum laboras? cur aqua os, atque linguam diligenter lauas, perniciosam verò, atque pestiferam maculam ipsorum nō abstergis? Dic sodes, si stercore manus, atque cæno illas haberes, auderesne ita sordibus orare? Minimè, inquis. Atqui hoc nullum tibi damnum afferret: illud omni peste perniciosus est. Quomodo igitur ea, quæ indifferentia sunt, veteris: quæ autē certam perniciem habent, ex desidia abiicis? Quid igitur non est orandū, inquis? Orandum quidē tibi est, sed nō sordido, neque ita deturpato. Sed, si casti lapsus fueris, inquit, quid faciendū cæles esse? Dererge maculas tuas diligenter. Quo pacto? Largas effundere lacrymas, ingemiscere, misericorditer pauperibus de tuis offeras: si iniuriatus cuiuspiā es, satis facias abundè, reconciliare illi,

in domo, & onus erat filiis quod pater vel mater viuerent, affligebant eos filij in cibo, & potu, & vestimentis per traditionem pharisæorum, qui eis dicebant: verior pater est Deus, non inhonoras patrem vel matrem, si ista donas Deo. Et per talem occasionem faciebant patres, & matres egentes omnibus bonis, cum Deus illa nõ manducaret: sed accipientes conderent sibi thesauros inutiles. Vel alio modo. Cum dabant patri, vel matri manducare, & bibere, dicebant ad illos. Quod tu manducas, ego iam ad templum domini habebam deuotum. Et tunc illi expauescebant, & dicebant. Amabilius est mihi fame mori quam ista comedere, quod autem dicunt: *donum quocũque est ex me, tibi proderit*. quasi diceret. quod ego do ad templum, similiter offerro pro te sicuti pro me. Et irritum fecisti mandatum Dei propter traditionem vestram. Non Deus tali modo dixit honorandos vt vos inuenistis ob lucrum vestrum: & reprehenditis discipulos meos, qui nulli nocent, si non lauant manus. *Hypocrita, bene prophetauit de vobis Esaias dicens. Quod de vobis Esaias prophetauit factis, labijs vos profitemini Dei præcepta adimplere, corde autem, & opere iniqua monstratis. Sic dixerunt patres vestri, omnia, quæ præcepit dominus, faciemus. Sine causa autem colunt me doctrinas hominum docentes. Sine causa Deum colit, qui labijs profitetur se Christianum esse, & opere contradicit. Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit mendax est. Non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.* Simplex præceptum est: quia apud Deum nihil noceat, quod manducemus, nisi iuxta creaturam aliquid fiat. Omnis enim creatura bona: & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. In alio euangelio scriptum est, communicant. Quod verbum proprie apud Hebræos erat. Siquidem illi communes cibos dicebant, quos gentes edebant, de quibus illi non gustabant, vt sunt lepores, sues, ostree anguilla: & quæ non ruminant, nec findit vngulam, aut squamas non habent: quicunque comedebant, communem illum appellabant. Et inde dicit communicant hominem, hoc est communem faciunt. In totis libris nostris nec ad Deum, nec ad imperatorem inuenietis plurali numero dici, quamuis in communis nostra lingua vsus sit. Sed tamen est causa, pro qua in nostra terra hic vsus inoleuit, ad vnum hominem quasi ad duos loqui. Tunc accedentes discipuli dixerunt ei. *Scis quia pharisæi audito hoc verbo scandalizati sunt.* Scandalum græcum nomen est, & latine potest dici offensio, vel impediri. Inde tractum est ad offensionem animi, quia sicut homo offendit in via sua ad aliquam lapidem, siue laqueum: similiter offendit, quando aliquod verbum contrarium in animo eius vel ratione opponitur. Et inde dicebant domino discipuli, quod in illa traditione, quam Iudæi pro lege tenebant, contradictionem haberet immixtam: & quam semper obseruabant. In quo cum reprehenderent æstimabant se habere inuentum, per quod potuissent conuincere contra legem eum locutum fuisse. Sed tamen requiescunt, & inueniunt quod patriarchæ ante legem manducaverunt multa, quæ isti non comedebat: & intellexerunt, quod Deus non propter se præceperat obseruare Iudæos à talibus cibis, sed propterea si permitteret manducare, dicerent quod

non esset bonum: quia ipsi habebant in consuetudine sic: vel etiam imitarentur easdem bestias vel aues in suis consuetudinibus, de quibusdam actis quæ bestiis non nocent, hominibus autem nocerent si fierent: sicut Paulus stipulatur de eisdem. Propterea tradidit illos in passiones volucrum, & quadrupedum, & serpentium. Propterea quia pharisæi sic habebant acceptum ipsum verbum venerunt ad dominum discipuli sicut fideles & deuoti: & renuntiauerunt, quæ audierunt. Respondens Iesus ait illis. *Dominus plátatio quam non plantauit pater meus caelestis, eradicabitur.* Si omnis alterius plátatio eradicabatur, quid erit quod Paulus dicit, ego plantauit? Sed ista Dei est, quia sequitur, Deus incrementum dedit. Nam & iterum dicit. Dei cultura estis: Dei ædificatio estis. Si homo cum bona voluntate fuerit, nemo potest illum de cultura Dei eradicare: ipse vero potest. Quia Hieremias dicit, ego te plátavi vineam meam electam, quomodo conuersa es in amaritudinem vitis alienæ? Nullus enim eam posset eradicare, nisi ipsa tribuisset assensum. *Sinite illos: cæci sunt, duces cæcorum.* Sinite illos dimittite in suis erroribus: & vos nolite adherere. Hoc de illis qui frequenter castigati à fratribus, & ab ecclesia: & nolunt reuerti: sicut ipse alias. Sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Et Paulus dicit. Hæreticum hominem post primam, & secundam correptionem deuita. Cæci sunt de spiritualibus oculis: & ipsi cæci, qui ad eorum doctrinam attendunt. *Cæcus autem si cæco ducatur præstet, ambo in foueam cadunt.* Si cæcus cæcum ducere voluerit, ambo in foueam cadunt: similiter insipientes si insipientem voluerit docere, sicut ipse in errore versatur, similiter & ille in errore erit: quousque in infernum decidunt. Respondens Petrus dixit. *Ediffere nobis parabolam istam.* Putabat Petrus parabolam esse, quod dominus per simplex verbum dixerat. *Iterum dixit ei. Non intelligitis quia quod in os intrat, in ventrem vadit: & in secessum emittitur?* Omnis creatura bona: & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Reprehenderunt hæretici aliqui hoc dictum: quasi non sit naturaliter dictum, quia per poros vadit fucus cibi per membra corporis. Sicut cibus digeritur in secessu, similiter etiam ipsi humores ibi deponuntur: propterea sic locutus est ipse, sicut creator corporis. *Ea qua procedunt de ore, de corde exeunt: id est homicidia, adulteria: &c.* Homicidium compositum est ex homine, & cæde. Qui enim in homine eadem fecerit, homicida dicitur. Adulterium est illusio coniugis: & dictum quasi adulterum subauditur: quando aut mulier aut vir deserto legitimo, alterius thorum quærit: & est maius peccatum quam fornicatio: quia in tribus peccatur. Fornicatio vero multis modis committitur: & etiam in propria vxore, potest homo fornicari, si non legitime ea vitur. Et omnis pollutio nisi cum vxore legitima, fornicatio, & criminale vitium est. *Furtum.* Furtum est rei alienæ clandestina contractio: & dictum est à furuo, id est nigro: quia in obscuro fit. Est autem sacrilegium furtum. Falsa testimonia sunt, cum quis aut per se, aut cum aliis fratrem accusat ad aliquam condemnationem: quanto autem plures sunt, tanto peius peccatum. Sunt autem similes Iudæi qui dominum tradidit ad mortem. *Blasphemia.* Blasphemia sunt detractiones & malæ locutiones, cum quis Deum & proximum malis suis verbis infamare

infamare nititur. Omnia autem ista vitia & spiritualiter fiunt. Qui ad peccatum illicit aliquem, occidit se, & illum. Adulterium animæ committit, qui propter aurum, aut pro alia re Deum, aut iustitiam Dei deserit. Fornicationem animæ committit, quando concupiscit rem proximi sui. Furtum facit animæ, qui veritatem tacendo retinet, detrahedi proximo autem accommodat. Ista similia maculant hominem ante Deum: & abominabilem Deo reddunt. In hoc domini verbo quod dicit: *de corde exeunt*, apparet quia sedes animæ in corde est: & non in cerebro. Cor à græco venit quod est cardia: & dicitur à cura: huius duæ arteriæ sunt, è quibus sinistra pars plus habet sanguinis, & dextera plus spiritus. Vnde cui paralytis in dexterâ partem venit, plus viuuit, quam cui in sinistram. Ostendit quoque quod diabolus adiutor, & incensor cogitationum nostrarum potest esse: author esse nõ potest; nec cordis occulta scire, nisi quantum ex motibus nostris potest agnoscere.

THEOPHYLACTI EPI- scopi Bulgar. superioris Euang. expositio.

Tunc accedunt ad Iesum Hierosolymitani Scriba & Pharisæi, &c. Quamquã in omnibus locis erant scribæ, & pharisæi, magis tamen venerabiles erant Hierosolymitani: ideo illi magis inuidebant, vt pote inanis gloria magis appetentes. Morem autem habebant Iudæi non comedere illotis manibus, id que ex patrum traditione. Has igitur traditiones vt vidissent non obseruari à discipulis, putauerunt illos contemnere seniores. Nihil igitur ad hoc respondet, sed vicissim reprehendit eos. *At ille respondens dixit eis, Quare & vos transgredimini præceptum Dei propter traditionem vestram?* Pharisæi accusabant discipulos quasi mādatum seniorum præuaricantes: Christus autem ostendit ipsos Dei legem præuaricari. Docebant enim pueros, ne quid darent parētibus, sed offerrent quæcunque habebant in gazophylacium templi. Erat autem in templo thesaurus, in quem quisquis volebat quippiam immitteret, vocabaturque ille gaza. at distribuatur in pauperes thesaurus. Pharisæi igitur persuadebant pueris, ne quid darent parentibus, sed offerrent in thesaurum: docebantque ipsos vt dicerent, Donum Dei est, id est oblatum Deo est, & pater, id quod per me tibi vsui esse cupis. Et sic partiebantur ipsi cum pauperibus opes, & parentes relinquebatur, & contemnebantur, nec in senecta alebantur. Faciebant autem hoc & sceneratores. Si quis enim cuiuspiam dedisset ad vsuram pecunias, & deinde malus debitor non esset soluendo, dicebat scenerator ad illum ingratum debitorem. Corban est, quod debes mihi, hoc est, donum, Deo oblatum. Debitor igitur tunc quasi Deo debens, etiam inuitus dinumerabat. Hoc docebant pharisæi pueros facere. *Hypocrite, bene prophetauit de vobis Esaias dicens, &c.* Ostendit Esaiæ voce, quod etiam tales sint erga patrem suum, quales & erga se inueniuntur. Nam, quum mali essent, propter mala opera longe fiebant à Deo, & diuinum sermonem solo ore loquebantur. Frustra enim colunt, & putant se colere Deum, qui per opera illum dehonorent.

Et aduocatis ad se turbis, dixit eis. Audite & intelligite. Non loquitur vltra pharisæis, vt pote incurabilibus: turbæ autem loquitur, & per quod illos ad se aduocat, honorem illis deferre videtur, vt suscipiant sermonem suum: & inquit, *Audite, & intelligite:* excitans eos, & attētos faciens. Quia autem pharisæi arguerant discipulos, quod illotis manibus comederent, dominus de cibis dicit quod nullus cibus coinquinat hominem, vel impuret. Et si cibus non impurat, multo minus illotis comedere manibus. Coinquinat enim intus hominem, dicere quæ non oportet. Notat autem latenter pharisæos per illa verba, qui dicentes inuidorum verba verba, coinquinabatur. Vide autem sapientiam quomodo neque manifeste illotis manibus comedere approbat, neque auersatur: sed aliud quiddam docet, quod eiiciant è pectore malos sermones. *Tunc accedentes discipuli dixerunt illi, Nostri pharisæos audito sermone isto offensos fuisse: At ille respondens dixit.* Discipuli propter pharisæos dicunt, quod offensi sint, tamen, etiã ipsi turbati fuerint, quod manifestum ex eo quod accesserit Petrus, & interrogauerit de hoc. Igitur Iesus quum audisset quod offensus esset pharisæi, dixit. *Omnia plátatio quæ non plantauit pater meus caelestis, eradicabitur.* Seniorum traditiones, & Iudæorum præcepta eradicatum iri dixit, non legalia, vt existimant Manichæi. Lex enim plantatio est Dei, non igitur illa eradicata est, manet enim radix eius, spiritus, qui in occulto est. Folia autem, hoc est, appatens litera, defluunt. Legem enim vltra, non iuxta literam, sed iuxta spiritum intelligimus. Quoniam autem desperati, ac incurabiles erant pharisæi, dixit, *omittite illos.* Hinc enim discimus, quod offendi illos, qui sponte offenduntur, & incurabiles sunt, non est nobis damnosum. Præceptores autem illos dicit cæcos cæcorum duces vt ab eis turbas abducat. Respondens autem Petrus, dixit ei, *dic nobis parabolam hanc Petrus, quia sciebat legem prohibere promiscuum esum, omnium, & timebat dicere Iesu, ex his, quæ dixisti offendimur: apparent enim legi aduersa esse: simulat ignorantiam, & interrogat. Iesus autem dixit, adhuc & vos intelligētia caretis?* Inrepat discipulos saluator, & insipientiam ex probat, vel vt offensus, vel vt manifesta ignorantibus. Dicit igitur. Non intelligitis quod omnes intelligunt, & sciunt? Cibi enim non manent intus, sed infra exeunt per aluum, & nullum hominem in anima coinquinant, non enim manent intus. Cogitationes autem intrinsecus nascuntur, & manent illic, & egrediuntur, hoc est, in opus procedentes, & actus, inquinant hominem. Cogitatio enim scortationis intrinsecus manens maculat, & egrediens in opus, maculat.

INCERTI CUIVS DAM sub nomine Eusebij Emiffeni eius- dem Euangelij expositio.

Seniorum nanque traditiones, non prophetarum dicta, sed maiorum consuetudines vocantur, quibus docentur & manus, & vrceos, & calices, & omnia vasa frequenter lauare, semp̄que munda, & nitida habere. His autem Iudæi magis quam legi, & prophetis obedientes erant. Habebant autem alias multas traditiones & consuetudines, quæ etiam legi, & prophetis contrariæ erant.

erant, de quibus dominus subsequenter eos redarguens, ait, *Quare & vos transgredimini mandatum Dei, &c. Quicumque dixerit patri vel matri, munus quodcumque est ex me, tibi proderit, &c.* Hoc autem Marcus Euangelista aliquanto planius dicere videtur. Ait enim, Vos autem dicitis, Si dixerit homo patri aut matri, donum quodcumque est ex me, tibi profuerit, & ultra non dimittitis eum quicquam facere patri suo aut matri, rescindentes verbum Dei. Quod tale est, ac si diceret, Deus parentes honorare præcepit, vos autem honorem malè interpretantes, parentes suos filios inhonorare docetis. Dicitis enim hoc parentibus ad honorem sufficere, si verbis & oratione à filiis honorentur, quoniam Moyses eos honorare præcepit, sed quomodo honorentur non præcepit. Et hoc agentes nõ dimittitis eos quicquam ultra facere parentibus suis, quoniam malè à vobis instructi, vanis verbis eos consolantur, vt sic eos honorare videantur. Honor enim in diuina scriptura magis in obsequiis quàm in verbis intelligitur: secundum illud, *Honora dominum de tua substantia, & Apostolus, Honora viduas, quæ veræ viduæ sunt.* Vnde & homines dicere solent, ille & ille bene me honorauit, si illum in domum suam suscepit, & libenter ei seruiuit, & affluenter necessaria ministravit. Tali igitur honore parentes nostros honorare debemus. Per hoc autem intelligere datur, quòd scribæ, & pharisæi suis vtilitibus prouidentes, à parentum seruitio filios retraherent, & ad templi seruitia, & munera, & sacrificia offerenda eos inuitarent. Quibus cum illi se id minimè facere posse responderent, quoniam pauperes suos parentes de suis facultatibus eos sustentare oporteret, dicebāt magis Deo obtemperandum esse quàm hominibus. At illi econtrā: Cur igitur Deus parentes honorare præcepit? Quibus illi dixerunt, nemo melius parentes suos honorat, quàm ille, qui pro se & pro illis munera domino offert. Qui igitur bene parentes suos cupit honorare, dicat patri, & matri suæ, Munus quodcumque est ex me, non mihi tantum, sed & tibi proderit: sicut pro me, ita & pro te munera offero: omnis mea oblatio, non mea tantum, sed & tua est. Hoc autem parentes cum audirent, magis volebant fame torqueri, quàm talia munera impedire. Hoc igitur ingenio scribæ, & pharisæi & parentes fame cruciabant, & filios suos facultatibus spoliabant. Et hoc est quod ait, *Et ultra non dimittitis eum quicquam facere patri suo aut matri, rescindentes verbum Dei.* Verbum enim Dei rescindunt, qui illud tam malè interpretantur. Mala interpretatio, qua homo decipitur, misericordia tollitur, & auaritia nutritur. Nihil ultra parentibus faciunt, omnia eis offerunt, quæ parentibus dare debuerant. Peccant equidem illi, qui sic suos parentes honorant: sed plus illi peccant, qui sic eos honorare docent. *Hypocrita, bene prophetauit de vobis Esaias, dicens, Populus hic me labijs honorat, cor autem eorum longè est à me. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominū.* Isti enim sunt, de quibus dicitur, *Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem sunt in cordibus eorum.* Sine causa autem dominum colunt, quia nullam de seruitio suo retributionem suscipiant. Deus enim non verba, sed corda attendit. Redarguit autem eos, quia legis, & prophetarum præcepta relinquentes, hominum doctrinas, & man-

data docebant, ea scilicet, quæ seniorum traditiones vocabant. *Et conuocatis ad se turbis ait eis: Audite & intelligite, Non quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.* Vos (inquit) audite, & intelligite, quoniam isti quidem audire volunt, sed intelligere nolunt, excæcauit enim eos malitia eorū. *Omnis plantatio quam non plantauit pater meus caelestis, eradicabitur.* Omnis igitur plantatio philosophorum, omnis plantatio hæreticorum, omnis plantatio scribarum, & pharisæorum, quæcunque contra Deum est, contra veritatem, contra iustitiam est, eradicabitur. Quæ enim plantatio contra hæc non est, etiam si ab illis fiant, illorum tamen non est. Plantat enim Deus plantationem suam, non solum per bonos, verum etiam per malos. Vnde etiam & eorundem scribarum & pharisæorum plantationem alibi commendat dominus dicens: Super cathedram Moysi sederunt scribæ, & pharisæi: quæcunque dixerint vobis, facite, non tamen simpliciter quæcunque, sed illa tantum omnia, quæ Moysi cathedræ, doctrinæq; conueniant. Talis enim doctrina, & plantatio, & illorum est, quia per eos fit, & illorum non est, quia eorū traditio non est. Omnis enim doctrina, si bona est, à quocunque fiat, Dei est. *Sinite illos, cæci sunt, & duces caecorum. Cæcus enim si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.* Hæc autem cæcitas, non corporis, sed cordis est. Cæcus enim est, qui errorem sequitur, & veritatem non intelligit: quoniam lumen mentis intellectus est. In foueam autem cadunt, qui in infernum descendunt. *Respondens autem Petrus, dixit eis Ediffere vobis parabolam istam. At ille dixit, adhuc & vos sine intellectu estis? Erant enim apostoli sine intellectu, dum ea non in parabolis, sed plano dominus dixerat. Vnde & illi meritò redarguuntur, qui ea, quæ ad literam intelligi debent, allegoricè exponere conantur. Nonne intelligitis, quia omne, quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur. Manifestum est enim quòd cibus in ventre digeritur, eiusque pars ad corpus nutriendum per membra diffunditur, alia verò pars, quæ corpori necessaria non est, in secessum emittitur. Vnde etiam vigilanter dictum est omne, & non totum. Si enim totum dixisset, non esset verum. Non enim totum quod in ventrem vadit, in secessum emittitur, aliud est enim totum, & aliud omne. Si enim dicas omnis homo corporeus est, verum non dicis, quoniam anima (cum sit pars hominis) incorporea est. Sic igitur. *Omne quod in ventrem vadit, in secessum emittitur.* Omnia igitur quæ ad corpus nutriendum in ventrem vadunt, etiam si minima sint, & digestionem, & egestionem suscipiunt. *Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem.* Taceant igitur philosophi, qui mentem, & rationem, memoriam, & intellectum, in cerebro esse confirmant. Qui enim fecit hominem, ipse scit quid in vnaquaque parte hominis posuerit. Ipse enim scrutatur renes, & corda. Sed dicunt, Si hæc in corde, & non in capite sunt, quare capitis ægritudine amittuntur, & eiusdem bona valitudine recuperantur? Cur insanis, & phreneticis, vt ad mentem redeant, capiti, & non cordi medicamen apponitur? Eis enim, qui talia patiuntur, penè omnis cura non cordi, sed capiti adhibetur. Sciant isti mentem, & rationem, memoriam, & intellectum, principaliter & propriè in cor-*

in corde sedem habere: quæ sicut capitis infirmitate aliquando impediuntur, ita eiusdem sanitatè cõualescunt. Scimus enim visum in oculo esse, cui si manum opponas, mox visus tollitur: si manus tollitur, visus recipitur. Sed nunquid idcirco non in oculo, sed in manu visum esse dicis, quia eius impedimento visus tollitur? Sic igitur ratio, quamuis capitis impedimento tollatur, non in capite tamen, sed in corde esse creditur. Color enim naturalis qui pulsuum vehiculo per totum corpus ex corde diffunditur, in infirmo capite, aliqua te nobis incognita, aliquando corrumpitur: cuius corruptione postquam cor tangitur, & mens & ratio in eo obscuratur. Vnde fit, vt, sanato capite, corruptio tollatur, & mens & ratio conuertatur. Sequitur: *De corde enim exeunt cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemie. Hæc sunt, quæ coinquinant hominem.* De corde enim exeunt, quæ in corde generantur, ibique sedem habent. Sicut enim hominis adinventionem, siue à diabolica persuasionem ibi fiant, de corde tamen ea exire non dubium est. Hæc autem coinquinant hominem, hæc hominem à Deo separant, & abominabilem faciunt. *Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.* Manducare enim non lotis manibus, rusticitas est, non peccatum.

E V T H Y M I I Z I G A B O N I superioris Euang. expositio.

Tunc accedunt ad Iesum ab Ierosolymis Scribæ & Pharisæi, &c. In vniuersis quidem duodecim tribus erant Scribæ, & Pharisæi: cæteri tamen iniquiores erant, qui ab Ierosolymis erant, vt pote metropolim inhabitantes, ideòque fastum maiorem præ se ferentes. Viderant magnam populi fidem, & illam minuere conabantur: verum in Christo nihil erat, quod capere possent: sed discipulorum accusabant non iniquitatem, sed humani præcepti transgressionem. Neque enim iubebat lex diuina, ne ederet, priusquam lauarent, sed seniores populi. Ait enim Marcus; Pharisæi, omnèscque Iudæi nisi crebro lauerint manus: non capiunt cibum; obseruantes mordicus traditionem seniorum: & à foro reuertentes, nisi aspergantur, non comedunt, multaque sunt alia, quæ seruanda acceperunt, nempe lotiones poculorum & vrceorum, & aramentorum, & lectorum. Hæc quidem ait Marcus. *ἡ ἁγία* autem lauari (quod habet Marcus) est vsque ad cubitum lauari: id est, ab etymologia deduci videtur. Est enim *ἡ ἁγία*, sive, pugnis, & *ἡ ἁγία* ὄνος, cubitus. Lauabāt autem pocula, vrceos, aramenta, & lectos, existimantes ea hoc modo sanctificari: aliæque multa huiusmodi tradebant obseruanda, legem quidem transgredientes, hæc autem ridicula obseruantes. Discipuli vero frequenter illotis manibus edebant, non sectantes ista. Quomodo enim facere poterant, quum nunquam tale quippiam obseruassent: sed solius virtutis curam haberent, corporales consuetudines despicietes: eo quòd earum transgressio nullum animæ posset adferre nocentum? At ille respon-

dens dixit eis: Quare & vos, &c. Non dixit; Beneficiunt transgrediendo, ne Iudæis contentionis occasionem præberet. Nec dixit; Malefaciunt, ne huiusmodi traditionem confirmaret. Neque eos calumniatur, qui illam tradiderant, ne tanquam contumeliosum eum auerarentur. Sed statim ediuerso de maiori peccato accusat: ostendens non oportere eos, qui Dei præceptum transgrediuntur, accusare illos, qui hominum traditionem prætereunt. Deinde etiam dicit, quòd Dei præceptum transgrediuntur, & propter quam traditionem suam: ac illam præcipue in medium adducit iniquitatem, quæ tunc inde emergebat. *Nam Deus præcepit dicens, Honora patrem, &c.* In libro Exodi. 20. *Vos autem dicitis: Quisquis dicit patri vel matri, Munus, quodcumque est ex me in tuum vertitur commodum.* Difficilis est horum ordo verborum, nisi primum rem enarremus. Seniores Iudæorum docuerant iuuenes, vt prætextu diuini cultus parentes contemnerent. Si quis enim parentum peteret à filio ouem, aut vitulum, aut aliud quippiam, præcipiebant illis, vt dicerent; *Munus est Deo, quodcumque est ex me in tuum vertitur commodum, hoc est, Deo consecratum est, quodcumque à me lucrificas: & ita docebant eos despiciere parentes, ac legem transgredi.* Ignominia siquidem est, legisque transgressio, filios resistere parentibus. Nam & ipsos parentes Dei prætextu laudabant re debita, & nec Deo illam offerebant. Hæc itaque rei narratio est. Nunc vero oportet & dicta interpretari. *Vos autem dicitis, hoc est, vos interpretamini, vos docetis deceptionem illam humanā; Quisquis dixerit patri, vel matri, Munus est, Deo consecratum, quicquid ex me in tuum vertitur commodum, siue, quicquid ex me lucrificare cupis.* *† Quidam autem per defectum interpretantur hoc dictum dicens: Deus quidem hæc, vel illa præcepit: vos autem hæc reijcientes dicitis, Quisquis dixerit patri vel matri, Corban, siue munus est Deo quaesitum, quodcumque est ex me in tuum vertitur commodum, liberatus est. Hoc enim dicunt deficere vipere Iudæis notum, ad quos dirigebat sermonem.* *Et non honorabit patrem suam vel matrem suam.* Et talis homo iam impudens effectus, deinceps non honorabit parentes suos. *Et irritum fecistis præceptum Dei, &c.* Quum manifeste demonstrauerit illos iniquitatis esse præceptores, ex consequenti quoque discipulos suos accusatione liberauit, quòd illorum non seruarent traditionem, qui Dei præceptum non seruabant. *Hypocrita bene prophetauit de vobis Esaias.* Hypocritas illos dixit, quia legem seruare videbantur, ipsam tamen transgrediebantur. Prophetam autem in medium adducit, qui iam olim illos accusabat de iis, de quibus ipse nunc eos accusat: & se eum esse ostendit, qui etiam illa per prophetam loquebatur. *Dicens; Appropinquat mihi populus hic ore suo, &c.* Postquam dixit, *appropinquat mihi ore,* interpretatus est hoc, ad dens; *Et labijs me honorat, Deum me esse confitens, & creatorem, ac dominum vniuersi: Cor autem eorum longè abest à me, non appropinquans meis voluntatibus. Frustra autem colunt me,* quum mea non seruent præcepta, sed doceant doctrinas, quæ sunt præcepta hominum, & non Dei. Timeamus ergo & nos, qui sumus Christi populus, ne etiam aduersum nos hæc dicantur. *Et aduocata turba, dixit eis, Illos tanquam incurabiles reliquit, ybi silentiū.* *Bibl. Hom. tom. 2. X 2 rium*

tium eis imposuisset, eosque confudisset: conuertit autem sermonem ad turbam tãquam digniorẽ, quã audiat. *Audite, & intelligite.* Audite quod dico, & intelligite illud. Hoc autem ait honorans illos, vt facilius suscipiatur, quod diciturus est. *Nõ, quod intrat in os, impurum reddit hominem.* Hoc est; Non fordes manuum illotarum, quã vnã cum escis in os ingrediuntur, contaminant, aut conspurcant hominem, quia nec tangunt animam: solum nanque peccatum fœdum est, quod animẽ nocet. Talis autem dicti huius interpretatio in promptu est. Aiunt autem & alteram profundius esse reclusam, puta, quodd nihil factum a Deo, natura impurum est. Ait enim Moyses; Et vidit Deus, quãcunq; fecerat, & ecce bona valde. Dicunt ergo hac profundiori interpretatione ciborum reitici obseruationem, quam Iudæi seruabant. Nã, quum lex, quã de cibis erat, allegoricum haberet intellectum, Iudæi, qui nihil excelsum cogitare poterant, corporaliter, & prout in conspicuo erant, omnia excipiebant. *Sed quod egreditur de ore, &c.* Egreditur de ore omnis sermo: sed nunc de malo loquitur, qui cor pro fonte habet. In sequentibus autem manifestiora reddit, quã hic obscure dicta sunt. *Tunc accedentes discipuli dixerunt ei, &c.* Quo sermone? Eo videlicet, quo dicebat, Non, quod intrat in os, impurum reddit hominem: subuertebat enim traditionem seniorum. *At ille respondens dixit; Omnis plantatio, &c.* Plãtationem nũc dicit traditionem seniorum, & prãcepta hominum. *Sinite illos.* Tanquam incurabiles. Ideo enim neque ipse curauit illorum offensionem, sciens nihil illis profuturum esse, quicquid diceret. *Duces sunt cæci cæcorum.* Cæcos vocat eos tanquam animã oculo à fluxu affectionum excæcatos, & quasi non potentes oculos intendere in lucem veritatis. Nec solum hoc, sed & duces eorum, qui ab ignorantia scripturarum excæcati sunt. Grande siquidem malum est, aliquem esse cæcum; eum vero, qui cæcus est, ducatum alteri cæco præstare, duplex certe malum est. *Porro si cæcus cæco dux fuerit, &c.* Hoc manifestum est. *Ediffere nobis parabolam hanc.* Marcus autem dixit; Et quũ ingressus esset domum, semotus à turba, interrogauerunt eum discipuli eius de parabola. Quum enim Petrus inchoasset, alij quoque pariter interrogauerunt. Parabolam autem vocant Hebræi anigma, & sermonem obscurum. Nam, quia superius dixerat Christus; *Quod egreditur de ore, hoc impurum reddit hominem.* Deinde, sicut refert Marcus, subiunxerat; Si quis habet aures ad audiendum audiatur, visus est eis sermo obscurus, & ideo parabolam illum vocantes, de ipso inter-

Gene. 2.

Marc. 7.

rogant. *Iesus autem dixit: adhuc & vos intelligentia careris: Non intelligitis, quodd, quicquid intrat in os, in sese sumt emittitur?* Omnia hæc per interrogationem legenda sunt. Marcus autem postquam dixit, & in secessum egreditur, addit, *Quod purgat omnes escas, hoc est, putas relinquit.* Dicta enim fordes in secessum egressæ, pura reliquunt quã intus remanent alimenta, quã videlicet natura retinuit.

† *Id quod inter alia significat etiam corporis partem, qua sedetur. Eius autem compositum apud grecos, & latinum est, vel sterco, quod feceruntur.*

Quã vero de ore egrediuntur, &c. Dixit enim etiam alibi, quodd ex abundantia cordis es loquitur. Primum enim in corde concupiscimus: deinde, quod desideratum est, per os educimus, & ita, quod foris ingreditur, rursus foras procedit: quod autẽ ab interioribus egreditur, adhuc intus manet, & contaminat. *A corde enim egrediuntur cogitationes male, &c.* Marcus vero latius enumerat, & alia; auaritiam, malitiam, dolum, impudicitiam, oculum prauum, superbiam, & stultitiam. Vt autem breuiter, & aperte dicam, cogitationes malæ sunt nociuæ concupiscentiæ: cædes vero, furtum, falsum testimonium, auaritia dolus, & superbia nota sunt: adulterium autem est, ad alienã vxorem accedere; fornicatio vero ad eam, quã virum non habet; blasphemia autem esse Deo contumeliosum, vel ingratum, aut illum accusare: Malitia est, cogitare mala aduersus aliquem, aut suspicari de illo, quã non oportet: impudicitia est concubitus cum masculo, aut si quã est huiusmodi lasciuia: oculum autem malum vocat inuidiam: Stultitia vero proprie est non nosse Deum: Dixit stultus, inquit, in corde suo; non est Deus. Sũt autem & alia mala innumera, quã nunc prætermisit Christus, eo quodd sufficiant ea, quã dicta sunt, ad habendam etiam illorum notitiam. Hæc ergo à corde dixit egredi, quoniam ab illo principium habent. Horum autem principia concupiscentiæ sunt, quã à corde solent emanare. Quia vero à corde, omnino etiam ab ore egrediuntur: quando in corde ebulliendo in modum mali humoris, quod superfluum est euomi cogitur. *Hæc sunt quã impurum reddunt hominem, &c.* Scientes & nos deinceps, quã hominem contaminant, hanc sane immunditiã abiiciamus, quã sordidam reddit animam. Si enim ipsa sit impura, etiam si totis fluminibus corpus laueris, nihil tibi proderit: illa vero aqua lachrymarum, & purificatione virtutum

Supra. 12.

Psal. 117.

FERIA



FERIA V. POST DOMINICAM III. QVADRAGESIMAE.

L V C . 5 .



N illo tempore. Surgens Iesus de synagoga introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & roga-uerunt illũ pro ea. Et stas super illã imperauit febrim, & dimisit illam: & continuo surgens ministrabat illis. Cum sol autem occidisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebãt illos ad eum: At ille singulis manus imponens curabat eos. Exhibãt autem dæmonia à multis clamantia & dicentia: quia tu es filius Dei. Et increpans nõ sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. Facta autẽ die, egressus ibat in desertũ locum, & turbæ requirebant eum, & venerunt vsque ad ipsum, & detinebant illum, ne discederet ab eis. Quibus ille ait: Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei: quia ideo missus sum. Et erat prædicans in synagogis Galilææ.

^a Alij euangelistæ non dicunt quodd rogassent.

^b Misericordiz.

GLOSSA ORDINARIA in superius Euang.



In domum Simonis, Domus Petri circũciso est eius apostolarum comissa. Socrus, est synagoga quẽ quodammodo mater est ecclesiæ Petro comissa. Hęc febricitat, quia inuidiã æstibus laborabat persequens ecclesiam. Sed Iesus stans super eam sanat, quia vbi timor Dei incipit esse, talis æstuatio solet recedere. *Et rogauerũt.* Bed. Modo Saluator rogatus, modo nõ rogatus curat, ostẽdens se contra vitiorum quoque passiones & precibus fidelium semper annuere, & ea nõnumquam quẽ ipsi non in se intelligunt, vel intelligenda dare, vel peccentibus etiam non intellecta dimittere. vt Delicta quis intelligit, ab occultis meis munda me domine. *Surgens.* Bed. naturale est febricitantibus incipiente sanitate lassescere, & molestiam ægritudinis sentire. Sed sanitas quẽ domini datur imperio, tota simul redit, & etiam eo robore firmat, vt suis adiutoribus continuo ministrare sufficiat, & iuxta leges tropologiẽ membra quẽ seruiant immundiciã, seruiant iusticiã. *Cum sol autem occidisset.* Beda. Solis occubitus, passio Christi: per quam plures sanantur demoniaci, quam ante viuens in carne ægrotos sanauerat: quia in carne viuens paucos Iudeorum docuit, post resurrectionem gentibus apparuit. *Tu es filius Dei.* Bed. Cum ieiunio fatigatum diabolus videret, verum hominem intellexit: sed quia tentando nõ preualuit, vtrum etiam Dei filius esset, dubitabat. Nunc ergo per signorum potentiam iam cetior effectus, filium Dei arbitratur. Non ergo ideo cum ideo cruci-

Psal. 118. d

Rom. 6. d

figit, vt filium Dei ignoret, sed quia eius morte se damnãdum non preuidet. Hoc enim mysterium à seculis est absconditum, quia si cognouissent, dominum gloriẽ nõquam crucifixissent. *Et increpans non sinebat.* Bed. Ideo prohibet loqui, ne dum aliquis audit vera prædicantem, sequatur errantem. Improbus enim magister veris falsa permiscet, vt specie veritatis testimonium fraudis obtexat. *Facta autem die.* Mysticẽ. Manifesta luce resurrectionis, à credentium turmis requiritur, & in gentium deserto inuentus ne abeat retinetur.

CATENA AVREA in idem Euang.

Surgens autem Iesus de synagoga introiuit in domum Simonis, &c. Ambr. Postquam Lucas virum à spiritu nequitie liberatũ antẽ premisit, substituit fœminẽ sanitatem. Vtrumque enim sexum dominus curaturus aduenerat. & prior sanari debuit qui prior creatus est: vnde dicitur, *Sur, aus. de sy. &c.* Chrysost. Manebat enim apud discipulos honorans ipsos, & ob hoc animosiores reddens. Cy. Aspice autem quomodo manet penes virum inopem Christus, qui spontanea voluntate paupertatem pro nobis passus est: vt discamus cum pauperibus conuersari, nec spernere depressos, & pauperes. Sequitur, *Socrus au. Simon. te. ma. f. b. & rog. il. pro ea.* Hier. sup. Matth. Modò vltro curat ægrotos, ostendens se cõtra peccatorum quoque passiones & precibus semper annuere fidelium, & ea quã ipsi minimẽ in se intelligunt vel intelligenda dare, vel non intellecta dimittere. secundum illud, *Delicta quis intelligit: ab occultis meis munda me.* Bibl. Hom. tom. 2. X 3 da me

da me domine. Chry. Quod autem Matth. hic reticuit, non differt. Illud enim est breuitatis, hoc autem exquisitæ interpretationis. Sequitur. *Et stans supra illos.* In quo Lucas figurauit sermonem tanquam de præcepto animali sensibili facto, sic dicens febri imperatum, & quod febris non omisit imperantis operationem. vnde sequitur, *Et confur.* Chry. Quia enim morbus curabilis erat, per modum medendi potestatem suam declarauit, faciens quod minimè ars medicinæ facere potuisset. Post febris enim sedatione, multo tempore patientes egent, vt pristina restituantur sanitati: tunc autem simul omnia facta sunt. Ambr. Si autem altiori consilio ista perpendamus, animi debemus intelligere & corporis sanitatem: vt prius animus qui serpentis laborabat insidiis, absolutus sit. Denique non prius Eua esuriit, quam serpentis eam versutia tentauit: & ideo aduersus ipsum auctorem peccati prius debuit medicina salutis operari. Fortassis etiam in typo mulieris illius variis criminum febribus caro nostra languescat, nec minorem febrem amoris esse dixerim quam calor. Beda, Si enim virum à dæmonio liberatum; mortaliter animum ab immunda cogitatione purgatum significare dixerimus: consequenter femina febribus tenta, sed ad imperiū domini curata, carnem ostendit à concupiscentiæ suæ feruore per continentia præcepta frenatam. Cyril. vt nos ergo suscipiamus Iesum: cum enim visitauerit nos, & portamus eum in mente & corde, tunc enormium voluptatum æstum extinguet, & incolumes faciet vt ministremus ei, hoc est ei beneplacita peragamus. *Cum autem sol occidisset, omnes qui habebant infirmos.* Theo. Considerandum est turbæ desiderium: nam cum sol occidisset, adducunt ad eum infirmos, non à tempore impediti, vnde dicitur, *Cum autem sol, &c.* Orig. Ideo quidem circa solis occasum, id est, elapsa die illos educabant, quia verecundabantur vel timebant pharisæos, vel quia de die intenti erant circa alia, vel quia putabant non licere sanare in sabbato. ipse autem sanabat eos. vnde sequitur, *At il. in. ma. in.* Cyr. Quamuis autem vt Deus potuisset omnes verbo pellere morbos, tamen tangit eos, ostendens propriam carnem efficacem ad præstata remedia, nam caro Dei erat. Sicut enim ignis appositus vasi æneo, imprimit ei propriæ caliditatis effectum: sic omnipotens Dei verbum, cū vniuit sibi veraciter assumptum templum ex virgine animarum & intellectum, particeps suæ potestatis eius effectum inseruit. Tangit & nos, imò potius nos illum tangamus, quatenus & nos ab animarum infirmitatibus liberet, nec non à dæmonum impugnatione & superbia. sequitur enim, *Exi. au. &c.* Bed. Dæmonia filium Dei consentur: & sicut postea dicitur, Sciebant ipsum esse Christum, quia cum eum ieiunio fatigarum diabolus videret, verum hominem intellexit: sed quia tentando nō præualuit, vtrum filius Dei esset, dubitabat. nunc autem per signorum potentiam vel intellexit, vel potius suspicatus est esse filium Dei. Nō igitur ideo Iudæis eum crucifigere persuasit, quia Christum siue filium Dei non esse putauit: sed quia se morte illius non præuidit esse damnandum. De hoc enim mysterio à seculis abscondito dicit Apost. quod nemo principum huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent.

Chryso. In hoc autem quod sequitur, *Et incre. non si. &c.* Percipe Christi humanitatem, non sinebat vt dæmones immundi eum manifestarent. Non enim oportebat eos subripere officij apostolici gloriam, nec decebat Christi mysterium lingua fœda publicari. The. Quia nō est speciosa laus in ore peccatoris: vel quia nolebat inuidiam accendere Iudæorum ex hoc, quod ab omnibus laudaretur. Bed. Ipsi autem apostoli præcipiuntur reticere de illo, ne diuina maiestate prædicata, passionis dispensatio differretur. *Facta autem die, egressus ibat in desertum locum, &c.* Chryso. Postquam satis utilitatis populis per miracula est collatus, oportebat eum abesse, maiora nanque putantur miracula post absentiam operantis, dum ipsa magis exclamant, & vice vocis fruuntur. vnde dicitur, *Facta autem die, &c.* Greg. Abiit etiam in desertum vt Mar. dicit, & orabat, non quod ipse oratione indigeret, sed vt nobis bonæ operationis fieret forma. Chry. Pharisæi quidem ipsi prodigijs prædicantibus potentiam Christi, scandalizabantur. Populi verò eloquia audientes acquiescebant & sequebantur. vnde sequitur, *Et rur. req. eum, &c.* Non quidem aliqui primatum aut scribarum, sed quoscunque malitiæ fucus non denigrauerat, & illæsam habebant conscientiam. Græc. Quod autem Marcus dicit apostolos peruenisse ad eum dicentes, quod omnes quærunt te: Lucas verò dicitur populos peruenisse, non discrepant ab inuicem. Applicauerat enim ad ipsum populi, apostolorum sequentes vestigia. Dominus autem gaudebat detentus, sed mandabat vt eum dimitterent, vt etiam alij participes forent eius doctrinæ, quasi tempore suæ presentia non multum duraturo. vnde sequitur, *Quibus ait, Quia & al. &c.* Marcus dicit, Ad hoc veni, ostendens diuinitatis eius celsitudinem & volūtariam exinanitionem. Lucas verò dicit: *Ad hoc missus sum, id est, incarnationem ostendens, necnon beneplacitum patris missionem appellans.* & ille quidem simpliciter dicit, vt prædicem: iste verò regnum Dei adiunxit, quod est ipse Christus. Chryso. Simul etiam considera quod poterat in eodem loco manendo omnes attrahere ad se, non tamen hoc fecit, præbens nobis exemplum, vt perambulemus & requiramus peregrites sicut pastor ouem perditam, & medicus accedit ad infirmum. vna enim anima recuperata, poterit aliquis mille delicta abolere. vnde & hic sequitur, *Et er. prad. in. s. Gal.* Frequentabat quidem synagogas docens illos quod non esset seductor. nam si iugiter inhabitata coleret, diffamarent eum velut latitantem. Bed. Si autem occasu solis mysticè mors domini exprimitur, die redeunte resurrectio illius indicatur, cuius manifestata luce à credentium turbis requiritur, & in gentium deserto inuentus ne abeat detinetur, maxime cum hoc contigerit prima sabbati quo resurrectio celebrata est.

S. AMBROSII EPISCOPI Mediolan. superioris Euang. expositio.

Fortassis etiam in typo mulieris illius focus Symonis & Andree variis criminum febribus caro nostra langueret: & diuersarum cupiditatum immodicis astuabat illecebris. Nec minorem

rem febrem amoris esse dixerim quam calor: itaque illa animum febris: hæc corpus inflammat. Febres, enim nostra auaricia, est: febris nostra libido est: eo quod ignita sint cupiditates. Vnde & Apostolus ait. Si non se continet nubant: melius est nubere quam vri. Febris nostra luxuria est: febris nostra ambitio est: febris nostra iracundia est. Quæ licet corporis vitia sint: ignem tamen offibus implicant: mentem, animum sensumque pertemptant. Hæc prior diaboli sollicitur arte. Etenim ager bonus: vestis: monile: suadela serpentis est: Honorum gratia: sublimitas potestatum: epularum suauitas: forma meretricis laqueus est diaboli: & quasi quidam nequicia spiritalis illecebrifus affectus: qui per carnis illecebram quæ cito feminea quadam leuitate mollitur: animum quoque de gradu deiicit. Neque enim formam mulieris animum priusquam corporis oculus concupiscit. Denique quod non videris non amabis: scilicet vbi caro concupierit: compatientis quoque animi constantia defatiscit: & mens consortio amoris inflectitur. Duo enim in carne vna sunt: atque ita mors irreperit sceleris effectum tentante diabolo: carne suadente. Vehementior tamen est animi quam corporis febris: & ideo pro animi voluntate: corporis salus plerumque contemnitur: nec à periculis abstinetur. Vnde non alienum videtur repetere: quemadmodum Theotimus cum graui oculorum incommodo laboraret: & amaret vxorem: interdicit sibi à medico facultate coeundi: cupiditatis impatiens: atque impetu libidinis raptus se moderari nequieuit. Sciens enim prau denique quod esset oculos amissurus priusquam conueniret vxori: in ipso actu feruentis cupiditatis & consuetudinis apparatu: Vale inquit amicum lumen. Sic febre libido flagrantior est: grauiusque præcipit & inflammat. Sed vbi quis respuerit à furore: tunc conscientie interioris visus aperitur: factique succedit poenitentia: & pudenda sui vniuersique facinoris erubescit. Tunc Deus timetur: & peccator cupit se celare, sed non potest: tunc caro arguitur: diabolus accusatur. Hæc quasi lena vitiorum: ille quasi auctor erroris. Patescit deformitas. Nudum est enim Deo omne secretum: nec illius ficus folijs: hoc est: regimine corporali: vel iactantia seculari: flagitiorum secreta velantur. Et vniuersique diuinum peccati conscia formidat mente iudicium dicens: Qui super me montes cadant? in quibus me abscondam sifuris petrarum cū venerit confringere terram? Tunc tribulos & spinas animo caros hoc est: curatum motus sollicitudinumque generat: astusque quos sibi per concupiscentiam carnis animum ipse circumdedit. Etenim quasi clauis quibusdam suffigitur anima corporeis voluptatibus: & cum semel adhæserit cupiditatibus demersa terrenis: difficile in altum potest vnde descendit sine Dei fauore reuolare. Actum enim suorum vincula laqueis: & deliciarum secularium illecebris obnoxia iam tenetur. Huc ergo Adam: hanc Eua dominum liberaturus aduenit: quorum alter ad imaginem Dei factus: altera virtutem sui accipiens viri: quandiu fuit subdita fortiori: vnam gerebant in vno spiritu Deo placitam voluntatem: & in paradiso positi Dei vitæ celestis operabantur alimoniam. Postea vero quam caro suadere diuersum: & legem caput propriam non timere: paradisi exules facti in huc inferiore

dimersumque locum peccati merito reciderunt. Nec quisquam putet incongruum esse: si Adam atque Eua in typo animæ & corporis æstimetur: cum in typo ecclesiæ æstimetur & Christi. Nam cum duo esse in vna carne Apostolus diceret: adiecit: Sacramentum enim hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & in ecclesia. In quo, ergo superni Dei: in eo multo magis animi nostri potest esse mysterium. Sed hæret: submixtus est: captus est: & corporeis succensus est febribus: compassione carnis ægrescit: Querendus est medicus. Sed quis iste tantus est: qui faucibus mentis medeatur viceribus? Quis tantus est homo qui possit alijs subuenire: cū sibi ipse non possit? Quis alijs possit vitam reddere: cum ipse mortem non possit euadere? Omnes enim in Adam moriuntur: quia per vnum hominem in hunc mundum peccatum introiuit: & per peccatum mors: & ita in omnes homines pertransiit: in quo omnes peccauerunt. Illius igitur culpa mors omnium est. Denique missi sunt sancti: missi sunt & propheta: qui oracula diuina loquerentur: nec quicquam promouere potuerunt. Quæramus ergo aliquem de Angelis aut Archangelis medicum. Sed quem admodum mihi possunt præsidium ferre ne peccem: cum ipse Archangelus à peccato non potuerit abstinere? Quem admodum ad paradysum Angelus reuocare me poterit: cum ipse sathanas & Angeli sui sedem quam acceperat feruare non potuerint?

BEDAE VENERABILIS presbyteri eiusdem Euang. expositio.

Surgens autem de synagoga, introiit in domum Simonis, &c. Si virum à dæmonio liberatum moraliter animum ab immunda cogitatione purgatum significare dixerimus, consequenter femina febribus tenta, sed ad imperium domini curata, carnem ostendit à concupiscentiæ suæ feruore per continentia præcepta frenatam. Omnis enim amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia, spiritus immundi furor est. Fornicationem verò, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam quæ est simulacrorum seruitus, febrem illecebræ carnis intelligi. Et rogauerunt illum pro ea, Et stans, &c. Modo Saluator rogatus, modo vltro curat ægrotos, ostendens se contra peccatorum quoque passiones & precibus semper adnuere fidelium, & ea quæ ipsi minime in se intelligunt, vel intellegenda dare, vel etiam non intellecta dimittere. Iuxta quod Psalmista postulat: Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, domine. Et continuo surgens, ministrabat illis. Naturale est febricitantibus, incipiente sanitate, lassescere, & ægrotionis sentire molestiam, verum sanitas, quæ domini confertur imperio, simul tota redit. Non solum ipsa redit, sed & tanto robore comitante, vt eis continuo qui se adiuerant ministrare sufficiat, & iuxta leges Tropologia, membra, quæ seruiant immunditiæ ad iniquitatem, vt fructificarent morti, seruiant iustitiæ in vitam æternam. Cum sol autem occidisset, &c. Solis occubitus, passionem mortemque significat illius, qui dixit: Quandiu in mundo sum, lux sum mundi. Et sole occidente plures dæmoniaci,

quam ante plures sanatur aegroti. Quia qui temporaliter in carne viuens paucos Iudaeorum docuit, calcato regno mortis omnibus per orbem gentibus fidei, salutisque dona transmisit. Cuius ministris quasi vitæ lucisque preconibus, Psalmista canit; Iter facite ei, qui ascendit super occasum. Super occasum quippe dominus ascendit, quia vnde in passione occubuit, inde maiorem suam gloriam resurgendo manifestauit. *Exibant etiam demonia a multis, clamantia, &c.* Demonia filium Dei confitebantur, & attestante Euangelista, sciebant ipsum esse Christum. Quia quem dierum quadraginta ieiunio fatigatum diabolus hominem cognouerat, nec tentando valebat an & Dei filius esset experiri, iam nunc per signorum potentiam vel intellexit, vel potius suspicatus est esse filium Dei. Non igitur ideo Iudæis eum crucifigere persuasit, quia Christum siue Dei filium non esse putauit, sed quia se morte illius non prauiderit esse damnandum. Vere enim de hoc mysterio a seculis abscondito dicit Apostolus; Quod nemo principum huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Quare autem demonia dominus se loqui prohibeat, Psalmista manifestat qui ait: Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, &c. Ne quis dum prædicantem audit, sequatur errantem. Improbis enim magister est diabolus, qui falsa veris sæpe permiscet, vt specie veritatis testimonium fraudis obtexit. Alias autem non soli demones, qui inuiti confitebantur, iubentur filere de Christo, sed & illi, qui ab eo sanati sponte confiteri volebant. Immo apostoli, qui eum post resurrectionem toto erant orbe prædicaturi, ante passionem eius præcipiuntur omnino reticere de illo, ne diuina videlicet maiestate prædicata, passionis dispensatio differretur, & dilata passione, salus mundi quæ per hanc futura erat negaretur. *Facta autem die egressus ibat in desertum, &c.* Si occasu solis domini mors exprimitur, quare non die redeunte resurrectio illius indicetur? Cuius manifestata luce a credentium turbis inquiritur, & in gentium deserto inuentus ne abeat detinetur. Maxime cum hæc prima sabbati, quo resurrectio celebrata est, egressio, quæsitio, & inuentio contigerit.

THEOPHYL. EPISCOPI
Bulgar. superioris Euang. expositio.

Cum surrexisset autem Iesus de Synagoga, introiit in domum Simonis, &c. Dominus omnium a discipulis excipiebatur, & pascebatur quemadmodum nunc quoque & apud Petrum hospitio excipitur, & sanat eius socrum: vt & te instruat, ne reicias pauperum modestiam, & studium. Non simpliciter autem curat illam a morbo, sed & bonam valerudinem, & robur ad ministrandum ei suppeditat. Et nos quoque, si illum exceperimus, extinguet nostram febrem iræ, & concupiscentiæ, & eriget, ac corroborabit nos, ita vt ei ministrare valeamus, hoc est facere, quæ ei placent. Vide autem obsecro & turbæ fidem, quomodo etiam iam occidente sole infirmos afferebat, neque tempore impediabantur. Non finit autem demonia loqui, tum quod non indigebat immundorum testimoniiis: (neque enim speciosa laus in ore pec-

catotis) tum quod nolebat accendi inuidiam Hebræorum, videntium eum ab omnibus celebrari. Tubæ item quærunt eum etiam in locum desertum abeuntem, & detinent. At ille non vno loco circumscribitur, sed etiam aliis; inquit, ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei. Vnde oportet etiam nos non segnes, neque vno loco contentos esse, sed vbique circumire, & prodesse quibusque.

INCERTI CUIVS DAM
sub nomine Eusebij Emisseni eiusdem Euangelij expositio.

Scire enim oportet, quæ sit vxor Petri, vt possimus scire quæ sit socrus eius. Petri namque vxor Ecclesia est, quoniam ei a domino specialiter tradita est: dicente domino. Si diligis me, pascue oues meas. Eius igitur socrus est synagoga, quia ipsa est mater Ecclesie. Vnde eidem in Canticis Canticorum dominus ait: Sub arbore mala suscitauit te, ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua. Hæc autem iacet in domo Petri, & febricitat, quoniam vsque hodie inter Christianos Synagoga infirma moratur & habitat. Vbiunque est Ecclesia, ibi est domus Petri: huius autem manum circa finem mundi dominus tanget, & tunc febre fugata surget, & ministrabit domino. Tunc enim eius manum tanget, quando ipsius opera approbabit. *Vespere autem facta, obtulerunt ei multos demonia habentes, & eiiciebat spiritus verbo, &c.* Verbo enim spiritus eiicitur de quo scriptum est, In principio erat verbum. Verbo quidem, quia propria virtute. Sed quare, *facto vespere*, nisi quia hac vltima ætate, hac extrema hora sanandum & curandum, ac pellendum venerat demonia? Neque enim debuerat populus ille curari, nisi facta vespere, qui ad medicum non redit vsque ad vespeream. Vnde Psalmista ait: Conuertentur ad vespeream, & famem patientur vt canes, & circumibunt ciuitatem. Tunc enim venient, tunc conuertentur, tunc animas suas multo languore confestas Iudæi ad dominum afferent, & sanabit eos, & eiiciet demonia ab eis. Cum enim plenitudo gentium introierit, tunc Israël saluus fiet. Et si fuerit numerus filiorum Israël sicut arena maris, reliquæ conuertentur ad dominum. *Videns autem Iesus turbas multas circum se, iussit ire trans fretum.* Puto enim quod Iesus ideò trans fretum propter turbas ire iussit, quia nisi per aquas baptismatis transeuntes, vitiorum turbas & malignorum spirituum exercitus euadere non poteramus.

EVTHYMII ZIGABONI
superioris Euang. expositio.

Quamque surrexisset de Synagoga, &c. *ἰερόθυμος*, non significat, interrogauerunt, sed rogauerunt. Similiter *ἐν τῷ πνεύματι*, non est hic proprie increpauit, sed præcepit. *Et obturato illis ore, non sinebat ea loqui, &c.* *ἐν τῷ πνεύματι*, non est proprie hic increpans, sed silentium illis imponens.

FERIA VI. POST DOMINICAM III. QVADRAGESIMAE.

I O A N . 4 .



In illo tempore venit Iesus, ergo in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autem tibi fons Iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem: hora autem erat quasi sexta: venit autem mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Iesus: Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem, vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu cum Iudæis sis, bibere a me potes, quæ sum mulier Samaritana? Non enim cointuntur Iudæi Samaritanis. Respondit Iesus, & dixit ei: Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi: Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. Dicit ei mulier: Domine neque in quo haurias habes, & puteus altus est. Vnde ergo habes aquam viuam? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius & pecora eius? Respondit Iesus, & dixit ei: Omnis qui bibit ex hac aqua, sitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua, quæ ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua quam dabo ei, fiet in eo fons aquæ sitientis in vitam æternam. Dicit ad eum mulier: domine da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam huc haurire. Dicit ei Iesus: Vade voca virum tuum, & veni huc. Respondit mulier, & dixit: Nō habeo virum. Dicit ei Iesus: Bene dixisti: quia non habeo virum. Quinque enim viros habuisti, & nunc quem habes, nō est tuus vir: hoc verè dixisti. Dicit ei mulier: Domine video quia propheta tu es. Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Ierosolymis est locus, vbi adorare oportet. Dicit ei Iesus: Mulier crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Ierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus: quia salus ex Iudæis est. Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Nam & pater tales quærit qui adorēt eum: spiritus est Deus: & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare.

Id est collectionem fidelium ex gentibus.
Id est agrum. *In figura Christi, qui est legitimus hæres patriarchæ habens hæreditatem in gentibus.*
Naturalis intellectus. *Suscipit enim omnia quæ sunt nostræ infirmitatis sine peccato.* *Iter Christi in carnatio.*
Per quam feruens fides Samaritanorum.
Ex habitu eum cognouit.
Cur hoc dixit? Quia de loco orationis discrepabant. *Quod est spiritus Dei.*
Dator spiritus. *Id est, petit a te fidem.* *Subaudi aquam viuam, id est, spiritum per quem daretur etiam fides.*
Merito fidei.
Id est, profundus. *Quæ nisi hauriatur de imo putei, haberi non poterit.* *Maius aliquid nobis dando.*
Hunc. *Hauritorio aquam extrahens.*
Per quos perfectiores in ecclesia. *Minores vel profusus ignorantes.*
Figurali. *Scilicet voluptatem seculi, quam talis aqua significat.* *Promittit satietatem spiritus, quæ fiet in resurrectione: quia apud eum est fons vitæ quo inebriabuntur.*
Id est rationalem intellectum.
Quia verè dixisti.
Dum dicit aliquid quod ab eo non audiuit probat se non ab ea, didicisse, quod virum non habet, sed ex diuinitate scisse.
Quod. *Verè es propheta quia, omnia nosti.* *Iacob & filij eius.*
Iudæi. *Templum.*
Quia, alibi nemo possit placere Deo. *Quia iam cepit intelligere, superaddit.* *Quia iam est in te vir qui potest credere, & ideo crede, quia.* *Cum ablata vmbra veritatis irradiauerit, vt appareat in locis non esse Deum sed in puris mentibus.*
Quia veri Iudæi non estis. *Quorum patribus promissus est Christus.* *Per legem & prophetas.*
Cum spiritus post meam resurrectionem dabitur. *Cum aliqui mihi firma fide adherent.*
Non de vanis. *Adorantes in spiritu & veritate agnitionis.* *Quia.*

beat instrui, id est, à Messia. *Ille nobis.* Qualiter spreto templo, vel monte in spiritu, & veritate adoremus ostendet: & abiectionis umbris veritate illustremur. *Ego sum qui loquor.* Quem veterum expectas, venisse cognosce: & adducto tecum viro qui te regat, quæ fidei sunt necessaria discere labora. Et quia sciebat iam quis eam posset docere, cum eum iam docentem non agnosceret, digna erat cui ipse se manifestaret. vnde dicit: *Ego sum Messias.* qua manifestatione accepta, non habet quid ultra querat. vnde sequitur: *Reliquit ergo hydriam &c.* Sed euangelista interfert de discipulis. *Et mi.* Non mirabantur quod cum muliere loquitur, cum quibus loqui consueverat, sed quia cum alienigena, ignorantem mysterium ecclesie de gentibus futura. Et non malum suspicantur, sed clementiam mirantur: quia gentilem erroneam docet, sicut qui venit querere quod perierat. *Reli. er.* Audito, ego sum, iam habens in intellectu mulier Christum caput viri, reliquit hydriam, id est cupiditatem, & cucurrit euangelizare. Hic discant euangelizatori prius deponere curam, & onus huius seculi. *Venite & vi.* Pedetentim inducit ad veritatem illos rudes, nec statim affirmat Christum, ne irascerentur & indignarentur. *Nunquid aliquis at.* Non ausi sunt interrogare dominum, timentes ne ab eo reprehendantur, si incaute interrogauerint. *Meus cib. est.* Non est intellexerunt escam, sicut mulier supra non intellexit aquam. vnde magister eos instruit, non per circuitum vt illam, sed iam aperte dicens: *Meus cib. est.* vt fa. &c. *Volun. eius,* patris. Voluntas patris est, vt credatur in eum, id est, in filium quem ipse misit: *Opus patris est nostra salus:* Christi ergo cib. nostra fides & nostra salus. Facit ergo voluntatem, docendo credere in se, facit opus, maturando mysterium redemptionis. *Nonne vos.* Cum querat fidem & salutem populorum, feruet in opus, & operarios mittere disponit. *euate oeu.* Intellectu mentis considerate, quod transacta hyeme, id est, infidelitate, adeest calor fidei & parata sunt corda, vt opera iustitie ex eis colligatis, quasi dicat. *Iuuate ad implendum voluntatem patris.* Et bene potestis, quia parata est messis, id est, videte gentes facile credentes. *Et qui me.* Putatis quatuor menses esse vsque ad messem: sed ego aliam messem ostendo vobis albam, & paratam, vnde & eos quos mittit exhortatur. & hoc est, & qui meret mercedem ac. *Vt & qui semi.* Vtroque opus erat, seminatore & messore: quia in hoc apparet probabile verbum: quia alius seminat, alius metit: nisi enim parati essent, per prophetas non audirent apostolos. *Ego. mi.* Vos facio messores ibi vbi alij seminauerunt, id est, in Iudæa, vbi prima seges collecta est: vnde aliqui exeuntes in toto mundo seminauerunt: vnde, alia messis quasi de granis surgit colligenda in fine seculi messoribus angelis. *Labo.* Multi enim labores fuerunt patriarchis & prophetis, in quibus omnibus erat prophetia Christi, & multa passi sunt quasi in frigore seminationis. *Cum venis.* Prius audierunt famam, post conspexerunt presentem, nec satis est eis, sed apud se manere faciunt, vt ipsius verbis instruerentur, quæ præferunt verbis mulieris. In quibus omnibus econtrario arguitur duricia Iudæorum, qui nec miraculis credunt. *Et mansit.* Moraliter. Sic quotidie apud illos qui foris sunt, nunciatur Christus per mulierem, id est, ecclesiam, & credunt per istam

famam. Inde apud eos manet per duos dies sine mentione noctis, vt lux eorum duobus præceptis charitatis instruarur. *Et mi. di.* Postquam dominus carnis presentia Iudæis spiritualiter edocuit gratiam suæ cognitionis infudit mulieri, id est, legi, dicebant, iam non propter tuam loquelam credimus. *Ipsi enim au.* Quia ibi primum morarus miracula fecerat, nec nisi pauci in eum crederunt: vnde supra viso signo crederunt in eum discipuli eius non alij. Et ideo à Samaritanis qui facile nullo signo viso crederunt, reuertitur ad istos: vt qui per priora non crederunt, modo credant. Significat quod à Gentibus facile conuersis, in fine seculi reuertetur ad Iudæos qui sunt sua patria: quia prius in eius honorem non habuerat.

CATENA AVREA in idem Euang.

Venit ergo in ciuitatem Samaria que dicitur Sichar. Chryf. Locus ille erat vbi pro Dyna, Leui & Simeon grauem occisionem fecerunt. Theop. Postquam autem filij Iacob illam ciuitatem deserunt fecerunt occidentes Sichimitas hanc ciuitatem desertam, tempore procedente, dedit Iacob tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo, & hoc est quod subditur: *luxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo.* Sequitur: *Erat autem ibi fons Iacob.* Aug. Puteus erat, sed omnis puteus fons, non omnis fons puteus. Vbi enim aqua de terra manat, & vsum præbet haurientibus, fons dicitur: sed si in promptu & superficie sit, fons tantum dicitur: si autem in alto & profundo sit, ita puteus vocatur vt nomen fontis non amittat. Theoph. Quare autem euangelista de prædio & fonte facit mentionem? Primò quidem vt cum audieris mulierem dicentem quod pater noster Iacob dedit nobis hunc fontem, non admiretis: secundo ex commemoratione fontis & prædij edocemur, quod ea quæ patriarcha propter fidem, quam in Deo habebant, adepti sunt, Iudæi propter eorum impietatem perdididerunt, & eorum loca gentibus tradita sunt: quare nihil noui nunc accidit, quod gentiles pro Iudæis regnum cælorum consecuti sunt. Chry. Christus igitur in Samariam accedens facilem & deliciosam vitam abiiciens, laboriosam verò sequens non subiugalibus vitur, sed ita difficulter incedit, vt ex itinere fatigaretur, erudiens nos ita à superficialibus alienos esse, vt multa necessaria abscindamus à nobis: & hoc euangelista ostendit, dicens: *Iesus ergo fatigatus ex itinere.* Aug. Inuenimus Iesum fortem, & infirmum: fortem, quia in principio erat verbum: infirmum, quia verbum caro factum est. Sic ergo infirmus Iesus ab itinere fatigatus se debat super fontem. Chryf. Quasi dicat. Non in throno aut puluinarum, sed simpliciter vt contingebat, super terram. Sessio autem propter laborem facta est, & vt expectaret discipulos, & propter æstum refrigerans corpus apud fontem. vnde sequitur, *Hora autem erat quasi sexta.* Theo. Et ne quis incusaret dominum, quare ipse in Samaria venerit, cum hoc discipulis suis prohibuerit, propter hoc dicit, quod circa illum locum sedebat, scilicet ab itinere sessus. Alciui. My-

sticè autem dominus reliquit Iudæam, id est, infidelitatem eorum qui eum reprobaerunt, & per apostolos abiit in Galilæam, id est, in volubilitatem huius mundi docens suos transmigra de vitis ad virtutes. Prædium autem non tam Ioseph quam Christo arbitror derelictum, cuius figuram Ioseph portauerit, quem verè sol adorat, & luna & omnes stellæ. Ad hoc prædium venit dominus, vt Samaritani qui hereditatem sibi patriarchæ Israel vendicare cupiebant, agnoscerent & conuerterentur ad Christum, qui est patriarchæ legitimus hæres factus. Aug. Iter autem ipsius, est caro pro nobis assumpta: qui enim vbiq; est, quo it, nisi quia non ad nos veniret, nisi formam visibilis carnis assumeret: ideo fatigatus ab itinere, quid est aliud quam fatigatus in carne? Quare ergo hora sexta: quia ætate seculi sexta. Computa tanquam vnam horam, vnam ætatem ab Adam vsque ad Noe, secundam à Noe vsque ad Abraham, tertiam ab Abraham vsque ad Dauid, quartam à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis, quintam vsque ad baptismum Ioannis, inde sexta agitur. Aug. lib. 83. q. Hora igitur sexta venit ad puteum dominus noster. Video in puteo tenebrosam profunditatem. Admoneor ergo intelligere mundi huius infimas partes, id est, terrenas: quo venit dominus Iesus hora sexta, id est, sexta ætate generis humani, tanquam senectute veteris hominis, quo iubemur exui, vt induamur nouo. Nam sexta ætas senectus est: quoniam prima est infantia, secunda pueritia, tertia adulescentia, quarta iuuentus, quinta grauitas. Hora etiam sexta venit dominus ad puteum, id est, media die: vnde iam incipit sol iste visibilis declinare in occasum, quoniam nobis vocatis à Christo visibilium delectationum minuitur, vt inuisibilium amore homo interior recreatus ad interiorum lucem, quæ nunquam excidit, reuertatur. Quod autem sedit, humilitatem significat: vel quoniam solent sedere doctores, magistri denuntiat personam. *Venit autem mulier de Samaria haurire aquam.* Dicit ei Iesus: *Da mihi bibere, &c.* Chryf. Ne quis dicat, quoniam aduersatur suo præcepto Samaritanis loquens, posuit euangelista multas causas eius quæ ad mulierem est locutionis. Non enim ad hoc venit antecederet, vt Samaritanis loqueretur. Non tamen quia propter hoc non venit, aduenientem ad se expellere oportebat. Dicitur enim: *Venit autem mulier Sama. haurire aquam:* vide quod & mulierem ostendit propter æstum exeuntem ad aquam. Aug. Hæc autem mulier forma est ecclesie, non iustificata, sed iam iustificanda. Pertinet autem ad imaginem rei, quod ab alienis venit. Samaritani enim alienigenæ fuerunt, quanquam vicinas terras incolerent: ventura enim erat ecclesia de gentibus, & aliena à genere Iudæorum. Theo. Congruè autem disputatio ad mulierem à siti sumplit occasionem. Sequitur enim, *Dicit ei Iesus, Da mihi bibere.* Quia secundum humanitatem sitiebat, & propter laborem & æstum. Aug. lib. 83. q. Sciebat etiam Iesus mulieris illius fidem, eorum enim fidem sicut pro quibus sanguinem fudit. Chr. Dicimus autem domini non solum circa itinera validum robur, sed etiam circa cibaria negligetiam: non enim discipuli eius deferebant victualia, propter hoc enim subdit: *Discipuli autem eius abierant in ciuit. &c.* Hinc etiam euangelista ostendit Chri-

stum humilem in eo quod solus relinquebatur, & nimirum poterat si vellet aut non omnes emittere, aut abeuntibus illis alios ministros habere, sed noluit. Etenim ita discipulos affluere omnem superbiam conculcare. Sed fortasse dicit aliquis. Quid magnum est si humiles erant discipuli, piscatores existentes & tabernaculorum factores? sed repente facti sunt omnibus regibus reuerentiores, collocutores & secutores domini orbis terrarum. Maximè autem qui ex humilibus sunt, quando dignitates quandoque assumpserint, facilius ad superbiam eleuantur: velut inexpectè se habentes ad tantum honorem. Detinens igitur discipulos dominus in eadem humilitate erudiebat eos, vt per omnia se restringerent. Mulier ergo audiens, *Da mihi bibere,* valde sapienter ad formandam interrogationem, eum qui à Christo accepit sermonem: vnde sequitur, *Dicit ergo illi mulier, Quomodo tu, &c.* Iudæum quidem eum esse aestimauit à figura, & à locutione. Intuere verò qualiter mulier inquisitiua erat. Et si enim oportebat custodire Iesum: vt non contereretur illi, non tamen oportebat illam custodire. Non dixit euangelista quod Samaritani Iudæis non contererentur: sed subdit, *Non enim conuertuntur Iudæi Samaritanis.* Iudæi igitur à captiuitate reuertentes zelotypè se ad Samaritanos habebant, sicut ad alienigenas & impugnatores. Neque etiam scripturis omnibus vtebantur, solum enim ea quæ Moyfi sunt suscipientes, prophetarum non multam curam habebant. Contendebant etiam se in nobilitatem Iudaicam immittere: vnde & Iudæi eos cum omnibus gentibus abominabantur. Aug. Et omnino eorum vasculis non vtebantur Iudæi. Et quia ferebat secum mulier vasculum, vnde aquam hauriret, eo mirata est, quia Iudæus petebat ab ea bibere, quod non solebant facere Iudæi. Chryf. Sed qualiter Christus quæsiuit ab ea bibere, lege non concedente? Si autem quis dixerit, quia præsciebat eam non daturam, imo propter hoc, neque petere oportebat. Est igitur dicendum quod ideo petiit, quia indifferens erat de reliquo tales obseruantias præterire. Aug. Ille autem qui bibere quærebat, sitiebat fidem ipsius mulieris: vnde sequitur, *Respondit Iesus, & dixit ei: Si scires, &c.* Orige. Nam quasi dogma quoddam est, neminem accipere diuinum donum ex non querentibus illud: ipsum autem saluatorem iubet pater poscere vt det illi, secundum illud: *Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam.* Et ipse saluator dicit: *Petite, & dabitur vobis:* & ideo signanter dicit, *Petisses, & dedisset tibi.* Aug. 83. q. Hinc autem ostendit non se talem aquam perisse, qualem ipsa intellexerat: sed quia ipse sciebat fidem eius, eadem sitienti spiritum sanctum dare cupiebat. Hanc enim rectè intelligimus aquam viuam, quod est donum Dei: sicut ipse ait, *Si scires donum.* Aug. sup. Ioan. Dicitur enim vulgo aqua viuam illa quæ de fonte exit: illa enim quæ colligitur de pluuia in lacunas aut cisternas, aqua viuam non dicitur. Et si de fonte manuerit, & in loco aliquo collecta steterit, nec se ad illud vnde manabat admiserit, sed in rupto meatu tanquam à fontis tramite separata fuerit, non dicitur aqua viuam. Chryf. Spiritus enim sancti gratiam quandoque scriptura ignem, quandoque aquam vocat, ostendens quoniam non substantiæ sunt hæc nomina representatiua, sed actionis. Per ignis quidem appella-

tionem, erectiuium & causale gratiæ, & consumptiuum peccatorum ænigmaticè insinuat: per aquæ verò nuncupationem, purgamentum quod est ex spiritu, & multum refrigeriū recipientibus eum mentibus ostendit. Theo. Gratiam ergo spiritus sancti dixit aquam viuā, id est, viuificatiuam, refrigeratiuam, & motiuam. Nam gratia spiritus sancti semper mouet illum, qui bona operatur ascensiones in corde suo disponens. Chryso. Ite- rum autem dominus eam ab humili suspicione erexit, quia æstimabat eum vnum multorum esse: multum enim honorem tribuens, dominum vocat. Sequitur enim: *Dicit ei mulier, Domine, neque in quo hau. ha. & pu. altus est:* vnde ergo habes aquam viuam? Augu. Videte quomodo intellexit aquam viuam, scilicet aquā quæ erat in illo fonte. Quasi dicat. Tu mihi vis date aquam viuam, & ego fero vnde hauriam, & tu non fers: de hac ergo aqua viuā mihi dare non potes, quoniam hauritorium non habes: fortè alium fontem promittis. *Sed numquid tu maior es pa. no. & c.* Chryso. Quasi dicat. Non potes dicere quod Iacob dedit nobis hunc fontem, & alio ipse vsus est: etenim ipse & sui ex eo bibebant, quod non esset, si meliorem alium habuissent: de hoc igitur fonte dare non potes, alium autem meliorem nō est tē habere, nisi confitearis te ipsum maiorem esse Iacob. vnde igitur habes aquam, quam promittis te daturum nobis? Theo. Quod autem dicit, *Et pecora eius:* ostensiuum est abundantia aquarum. Quasi dicat. Non solum suavis est aqua, vt Iacob ex ea biberet, & filij eius: sed etiam intantum est abundas, vt tantę multitudini pecorū patriarchę sufficiat. Chry. Vide autem qualiter seipsam impulit in nobilitatem Iudaicam: Samaritani enim Abraham progenitorem suum dicebant, quasi à Chaldæa existentem: sed & Iacob patrem vocabant, quasi ipsius existentem nepotem. Bed. Vel patrem suum Iacob vocat, quia ipsa sub lege Moyfi vixerat, & prædium quod Iacob filio suo Ioseph dederat, possidebat. Orig. Mysticè autem fons Iacob, scripturæ sunt, siquidē instructi in scripturis bibunt, vt Iacob & filij eius: simplices autem & rudes bibunt more pecorum Iacob. *Respondit Iesus, & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac, & c.* Chryso. Cum mulier quæ fuerat, nūquid tu maiores patre nostro Iacob? nō dixit, maior sum, ne videretur gloriari: sed per ea quæ subdit, hoc ostēdit. Sequitur enim: *Respondit Iesus, & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac sitiet iterum: qui autem, & c.* quasi dicat. Si mirabilis fuit Iacob, quia hanc aquam dedit: si dabo tibi multo hac potiore, quid dices? non autem ab hac excusatione, sed ex supereminetia comparationem facit. nō enim dicit, quoniam hanc aqua vilis est & contemptibilis: sed id quod natura testatur, hoc ponit scilicet omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum. Augu. Quod quidem verum est, & de aqua sensibili, & de ea quam significat illa aqua. etenim aqua in puteo, voluptas est seculi in profunditate tenebrosa: hinc eam hauriunt homines hydra cupiditatum, nam qui præmiserit cupiditatem, peruenire non potest ad voluptatem. Cum peruenit quisque ad voluptatem seculi huius, nuquid non iterum sitiet? ergo de hac aqua qui biberit sitiet in æternum: nam quomodo sitient, qui inebriantur ab vbertate domus Dei? Promittebat ergo venam quandam in pacietatem spiritus sancti. Chryso. Hanc autem

excellentiam huius aquæ, vt scilicet qui ex ea biberit non sitiat in æternum, quæ consequuntur ostendit. Sequitur enim: *Sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ. Ia. in vi. æternam.* quasi dicat. Sicut qui fontem habet intra se positum, nequaquam afficietur siti: ita & qui hanc aquam habet scilicet quam ego ei dabo. Theo. Nam aqua quam ego tribuo, semper multiplicatur. semina enim & principium boni sancti sumūt per gratiā, ipsi verò negotiantur, & operantur ad eius augmentum. Chryso. Vide autem qualiter mulier paulatim ad dogmatum altitudinem ducitur. nam primum quidem æstimauit eum iniquum quandam esse Iudæum: deinde audiens aquam viuam, suspicata est de sensibili hoc dici: postea discēs quoniam spiritualia erant quæ dicebantur, credidit quidem, quoniam potest aqua sitis necessitatem tollere, nondum autem sciebat quæ esset hæc aqua, sed quærebat eam, superiorem sensibilibus æstimās. vnde sequitur: *Dicit ad eum mulier, Domine da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam huc haurire.* Et sic eum patriarchæ Iacob præponit, de quo tam magnam opinionem habebat. Augu. Vel aliter: Adhuc illa mulier carnem sapit, delectata est non sitire, & putabat hoc secundum carnem sibi promissum esse à domino. Dederat autem Deus aliquando seruo suo Eliæ vt per dies 40. nec esuriret, nec sitiret. qui hoc potuit dare per 40. dies, non poterat dare semper? delectata autem tali munere, rogat vt ei aquam viuam daret. vnde sequitur: *Dicit ad eum mulier, Domine, da mihi hanc aquam, & c.* Ad laborem enim indigentia cogebat, & laborem infirmitas recubabat: vt inam audiret. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiam: hoc enim dicebat Iesus, vt iam non laboraret, sed illa nondum intelligebat: denique voluit dominus vt intelligeret. vnde sequitur: *Dicit ei Iesus vade voca virum tuum & veni huc.* Quid est hoc? per virum suum ei volebat aquam dare? an quia non intelligebat per virum suum eam volebat docere, sicut apostolus dicit de mulieribus: Si quæ volunt discere, domi viros suos interrogent: sed ibi dicitur, vbi non est Iesus qui doceat: cum verò ipse dominus aderat, quid opus erat, vt per virum ei loqueretur? nunquid per virum loquebatur Mariæ, quæ sedit ad pedes eius? Chryso. Quia igitur instabat mulier accipere aquam promissam quærens, dicit ei Iesus, *Voca virum tuum:* quasi ostendēs quoniam & illum oportet his communicare. hæc autem festinans accipere, & rei turpitudinem occultans, adhuc æstimabat se ad hominem loqui. vnde dicitur: *Respondens m. & di. non ha. virum.* Hoc audiens Christus opportunè de reliquo redargutionem inducit. Nam & priores viros enumerat, & eum qui nunc occultabatur redarguit. vnde sequitur: *Dicit ei Ie. Bene dixisti, quia non habeo virum.* Augu. Intelligas re vera istam mulierem non habuisse tūc virum, sed vtebatur nescio quo non legitimo viro: vnde ei conuenienter mysteria loquitur, dicens: *Quinque viros habuisti.* Orig. Vide autem si possibile est fontem Iacob mysticè totas esse scripturas, aquam verò Iesu ea pro quibus editæ sunt, quæ non est licitum omnibus perscrutari, eo quod quæ scripta sunt, dictauerunt homines. Quæ verò oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, in scriptis non possunt redigi, sed ex fonte aquæ salietis in

in vitam æternam, id est, ex spiritu sancto disciplina patet his qui nondum humanum cor gestant, sed possunt dicere: Nos sensum Christi habemus. Qui ergo non suscipit profunditatem verborum, & si ad modicum quieuerit, denud insistent dubitabit: qui autem bibit de aqua Christi, ad hoc promouetur, vt fons omnium questitum prorumpat in eo, fursum scaturizantibus aquis & peruolante eius & mente ad consequentiam huius aquæ ad vitam æternam. Volebat autem mulier sine aqua Iacob angelicam & super hominem dicere veritatem: neque enim angeli indigent fonte Iacob vt bibant, sed quilibet in se habet fontem aquæ scaturietis in vitam æternam ab ipso verbo. Et hoc est quod subditur: *Dicit ei mulier, domine, da mihi hanc aquam:* sed impossibile est hinc absque ea quæ hauritur ex fonte Iacob, aquam capere quæ datur à verbo: vnde petenti Samaritanæ aquam videtur dicere Iesus se illam præbere non alibi qui in fonte Iacob. vnde sequitur, *Dicit ei Iesus. Vade voca virum tuum, & veni huc.* Si enim sitiamus, idoneum est primum pocula sumere ex fonte Iacob, secundum autem apostolum vir animæ lex est. Augu. lib. 83. quæst. Quinque autem viros, quinque libros qui per Moysem ministrati sunt nonnulli accipiunt: quod autem dictum est, *Et hunc quem habes, non est tuus vir,* de seipso dominum dixisse intelligit: vt iste sit sensus, primum quinque libris Moyfi quasi quinque viris seruisti: nunc autem quem habes, id est, quem audis, non est tuus vir, quia nondum in eum credidisti. Sed quoniam nondum credens Christo adhuc illorum quinque vitiorum, id est, quinque librorum copulatione tenebatur, potest mouere quomodo dici poterit, quinque viros habuisti, quasi nunc eos iam non haberet: deinde quomodo potest intelligi à quinque illis libris recedere hominem, vt ad Christum transeat: cum ille qui credit in Christum, non relinquendos illos quinque libros, sed spiritualiter intelligendos multo audius amplectitur? Est ergo alius intellectus. Augu. super Ioan. Videns enim Iesus quia mulier non intelligebat, & volens eam intelligere: *Voca (inquit) virum tuum,* id est, præsentia intellectum tuum. cum enim ordinata fuerit vita, intellectus animam regit, ad ipsam animam pertinēs. Non enim aliud aliquid est quam anima: sed aliquid animæ est intellectus. Hoc ipsum anima quod intellectus & mens dicitur, illuminatur luce superiore. Talis lux cum muliere loquebatur, & in illa intellectus non aderat. ergo dominus tanquam diceret, illustrare volo, & non adest quem, *voca (inquit) virum tuum,* id est, adhibe intellectum per quem docearis, quo regatis. & adhuc illa nondum vocato illo viro non intelligit. Videtur autem mihi quinque viros priores animæ, nos posse accipere quinque sensus corporis: ante enim quam quisque possit vti ratione, nō regitur nisi sensibus carnis: sed cum ceperit anima capax esse rationis, aut à sapiente mente regitur, aut ab errore: sed error non regit, sed perdit. Post illos ergo quinque sensus mulier illa adhuc errabat: error autem ille non erat legitimus vir, sed adulter. Dicit ergo dominus: Tolle istum adulterum qui te corrumpit, & voca virum tuum vt intelligat me. Orig. Vbi autem decebat confutari à Iesu putatum Samaritanæ virum, non esse virum, nisi apud fontem Iacob? Potest etiam intelligi si

vir animæ lex est, quod Samaritana secundum congruam acceptionem verbarum legis ritui infidelium tanquam viro illegitimo se subiiciebat. Reuocatur autem ad verbū veritatis quod resurrexerat erat à mortuis, non deinceps mortuum. *Dicit ei mulier: Domine, video quia propheta es tu, & c.* Chryso. Mulier autem à Christo reprehensa non contristata est: neque dimittens fugit, sed admiratur magis & immoratur. vnde dicitur: *Dicit ei mulier, domine, video quia propheta es tu,* quasi dicat. In hoc quod mihi occulta dicitis, ostenderis propheta esse. Augu. Et sic cepit ad eam venire vir, nondum plene verus. Prophetam dominum putabat, erat quidem & propheta. nam de seipso ait, Non est propheta sine honore nisi in patria sua. Chryso. Deinde quia hō suspicata est, nihil mundanum eum interrogauit, non de corporis sanitate, non de vitis, non moratur sitiendo pro doctrinis sollicita. Augu. Et incipit quærere quod illam solet mouere, dicens: *Patres nostri in monte hoc ado. & vos di. quia Hieros. est lo. v. ado. oportet.* Contentio quippe fuerat inter Samaritanos & Iudæos, & Iudæi in templo à Salomone fabricato adorabant Deum: & ideo meliores se esse iactabant. Quibus Samaritani dicebant: quomodo iactatis vos, quia templum habetis quod nos nō habemus: nunquid patres nostri qui Deo placuerūt, in illo templo adorauerunt? Melius etiam nos in hoc monte Deum rogamus, vbi patres nostri Deum adorauerunt. Chryso. Quod autem dicit, *Patres nostri,* eos qui circa Abraham sunt intelligit: etenim illic aiunt filium suum obtulisse. Orig. Vel Samaritani montem qui dicitur Garizim, iuxta quem Iacob habitauit sanctum reputantes, in eo Deum adorant. Sed Iudæi montem Sion sacrum quid arbitrantur, illum locum putāt esse electum à Deo. Verum quia Iudæi à quibus salus processit, exemplum sunt opinatum nos sermones. Samaritani verò diuersimodè opinantur: congruè Garizim quidem Samaritani significat, quod vocatur distinctio seu diuisio: at Iudæi Sion, quod est secula. Chryso. Christus autem non soluit quæstionem contestim, sed ad altiora mulierem trahit: de quibus non prius ei locutus est, donec confessus est quoniam propheta est, vt cum multa certitudine audiat de cætero quæ dicuntur. vnde sequitur: *Dicit ei Ie. Ma. cre. mi. & c.* Dicit autem, *Crede mihi:* quia vbi quæ nobis opus est fide matre bonorum, quæ salutis est medicamentum, sine qua nihil magnorum est possidere: sed qui tentant, assimilantur his qui sine nauis pelagus tentant transire: qui parum quidem natate sufficiunt, vltra verò procedentes citò merguntur. Augu. Meritò autem iam præsentem viro audit mulier, *Crede mihi.* Iam enim est in te qui credit, ceperisti adesse intellectu: sed nisi credideris, nō intelligetis. Alci. Quod autem dicit: *Veni haurire,* tempus euangelicæ doctrinæ quod iam instabat, dicit: quando ablata omni vmbra figurarum, veritas pura luce mentes credentium illustratura erat. Chryso. Superuacuum autem erat Christo docere propter quid patres in monte & Iudæi in Hierosolymis adorabant, ideo hoc tacuit. veruntamen reuerentiores Iudæos iudicauit, non à loco, se à mente. vnde subdit: *Vos ado. quod nescitis. quod sci. quia salus ex Iudæis est.* Orig. Quod dico vos, quantum ad vocem, Samaritani quātum ad anagogen, qui erga scripturas alienæ sunt opinionis. Bibl. Hom. tom. 2. Y 2 Nos

Nos quoque quoad verbum Iudei, quod ad allegoriam verò ego verbum, qui verè secundum me conformati sunt, obtinètes salutem ex dièis Iudaicis. Chryf. Samaritani quidem quod nesciebant, adorabant: quoniam localem & particularem Deum aestimabant, nihil de eo plus imaginantes quam de idolis. Et idcirco cultum Dei cum cultu dæmonum miscuerunt Iudæi verò ab hac eruti erant suspitione: etenim orbis terrarum eum nouerant esse Deum: propterea dixit, *Nos ado. quod sci.* Iudæis autem sapsum connumerat, secundum opinionem mulieris loquens, quasi propheta Iudæus existeret. Ideo dixit, Adoramus, cum tamen manifestum sit quòd ipse est qui ab omnibus adoratur. Et hoc autem quòd dicit: Quia sa. ex lu. est, nihil aliud ostendit, quam quod orbi terrarum ind. salutaria facta sunt. Scire enim Deum, & idcirco detestari illinc principium habuit, & ali-dogmata: sed ipsum quòd est apud nos, à Iudæis orationis principium habuit. Præsentiam suam salutem vocat quia dicit ex Iudæis esse, secundum illud apostoli: Ex quibus Christus secundum carnem. Vide qualiter applaudit veteri testamento quod radicem ostendit bonorum, per omnia semetipsum non esse contrarium Igi demonstrans. August. Multum igitur ded: Iudæis ex quorum persona dixerat, *Nos adoramus quod sci.* Sed non ex persona Iudæorum reprobatorum, sed ex qualibus fuerant apostoli, quales fuerant propheta, quales fuerant omnes in sancti, qui precia rerum suarum ad pedes apostolorum posuerunt. Chrysof. Sic igitur super abundantiam vobis habet Iudæi, o mulier, in modo adorationis: veruntamen & hic adorationis modus de reliquo fidem habebit. vnde subdit: *Sed vo. lo. & nunc est, quando veri ado. pa. in spir. & ve.* Quia enim propheta ante longa tempora multa prædixerunt, ideo dixit: *Et nunc est.* Ne aestimes hac talem esse prophetiam, quæ post multum temporis impleatur: res iam instat, & in ianuis est. Dixit autem, Veros adoratores ad distinctionem falsorum, quoniam quidam sunt falsi adoratores, qui temporalia & caduca quærunt in oratione, siue qui contra hoc quod orant agere non cessant. Chrysof. Vel dicens, Veros, excludit cum Samaritanis Iudæos. Et si enim Iudæis meliores essent, tamen futuris multò minores sunt, tanquam figura veritate. Sunt igitur veri adoratores qui neque loco circumcludunt Dei culturam, & Deum in spiritu colunt. Orig. Vnde & Paulus dicit: Cui seruo in spiritu meo. Bis autem scribitur, *Venit hora:* & primo quidem non adest, & nunc est. In secundo verò dicitur: *Et nunc est.* Et puto primum quidem notare adorationem præter corpus futuram in perfectione. Secundum verò eam quæ fit in vita præsentis perfecta quantum licet humanam procedere naturam. Cum ergo venerit hora quam dicit dominus, euitandus est mons Samaritanorum, & in Sion vbi est Hierosolyma adorandus est Deus, quæ ciuitas esse dicitur à Christo celsi principis. Et hæc est ecclesia vbi sacra oblatio, spirituales victimæ diuinis aspectibus offeruntur ab his qui legem spirituale intellexerunt. Cum autem venerit temporis complementum, tunc nequaquam pensandum verum cultum Hierosolymis, id est, in præsentis ecclesia amplius pertractari. Neque enim angeli apud Hier. colunt patrem, sic & qui similitudinem nacti sunt Iudeo-

rum, melius quam hi qui sunt Hieros. colunt patrem. Cum autem hæc hora euenerit, patri aliquis in filium deputatur. Ea propter non dictum est: Adorabitis Deum, sed, *adorabitis patrem.* Sed in præsentis colunt patrem in spiritu & veritate veri adoratores. Chryf. Dicit ergo hoc de ecclesia, in qua est vera adoratio & Deo congrua: vnde subdit: *Nam & pater tales querit qui adorant eum.* Et si olim volebat eos veteribus immorari, cõcessit eis figuram, hoc tamen fecit eis condescendens, vt per hoc ad veritatem inducantur. Orig. Si autem pater querit, per Iesum querit, qui venit querere & saluare quod perierat, quos curadiens veros cultores effecit. Quòd autem subditur: *Spiritus est Deus,* inde abstractum esse suspicor quod ad vitam veram nos perducit. Nam & corporali vita viuificamur à spiritu. Chryf. Vel indicat quod Deus incorporeus est, oportet igitur incorpoream eius culturam esse, hoc est per animam, & intellectus puritatem. nos ei offerre. vnde subdit: *Et eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare.* Quia enim Iudæi animam quidam negligebant, multum autem circa corpus studium faciebant id omnifariam purgantes: & ideo ait, quia non corporis mundatione, sed incorporeo quod est in nobis, hoc est intellectu, quem dicit spiritum, Deus incorporeus colitur. Hila. 2. de tri. Vel cum in spiritu, Deum spiritum docuit adorandum, & libertatem ac scientiam adorantium, & adorandi infinitatem ostendit: secundum illud apostoli, Vbi spiritus domini, ibi libertas. Chryf. In veritate autem oportet adorare, quia priora figura erant scilicet circuncisio, holocausta, & thymiamata: nunc autem totum est veritas. The. vel quia multi putant se Deum secundum spiritum, id est, animam adorare, non rectam opinionem de eo habentes, vt heretici, propter hoc addidit: *Et veritate.* Fortè etiam dicit aliquis quòd duas partes philosophiæ quæ secundum nos sunt, incitat in prædictis: actionem scilicet & contemplationem, per spiritum nanque actuum insinuat, secundum illud apostoli: *Qui spiritu Dei aguntur,* &c. per veritatem verò contemplatiuum. Vel aliter: Samaritanorum erat opinio, quòd Deus loco concluderetur, & quòd in hoc loco Deum adorari oporteat. Contra quos dicit, quòd veri adoratores non localiter, sed spiritualiter adorant, Iudæis verò omnia sub figura & vmbra erant, & ideo dicit quòd veri adoratores non in figura adorabunt, sed in veritate, quia enim Deus spiritus est, spirituales adoratores querit: quia verò veritas, veros. August. Querere montem fortè ad orandum, vt Deo esse, propinquior: sed pse qui in altis habitat, humilibus appropinquat. ergo descende vt ascendas. Ascensiones, inquit, in corde eius, in conuale plorationis, quæ humilitatem habet in templo. Vis orare? in te ora, sed prius esto tẽplum Dei. *Dicit ei mulier: Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus.* &c. Chryf. Mulier eorum quæ dicta sunt altitudine fatigata obstupuit: vnde sequitur, *Dicit ei mulier: Scio quia,* &c. Augu. Vinctus latinè, Græcè Christus est, Hebraicè Messias est. Sciebat ergo quis eum posset docere, sed iam docentem non dum agnoscebat: vnde subdit, *Cum ergo venerit, nobis,* &c. quasi dicat. Modò Iudæi de templo contendunt, nos de monte: cum ergo ille venerit, & montem spernet, & tẽplum euertet, & docebit nos, vt in spiritu & veritate nouerimus adora-

re.

re. Chryso. Sed vnde erat Samaritanis expectare Christi aduentum? Moyf. quidem suscipientes legem, ab ipsis Moyf. literis hoc nouerant. Iacob enim de Christo prophetizans dixit: Nō deficiet princeps de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est. Sed & Moyf. dicit: Prophetæ vobis suscitabit Deus de fratribus vestris. Orig. Siquidem non est ignorandum quòd sicut ex Iudæis surrexit Iesus, Christum se esse non solum dicens, sed ostendens: sic ex Samaritanis quidam Dositheus nomine assererat fore Christum qui prædicabatur. Aug. lib. 83. quæst. Fortasse autem vt intelligentibus indicaret quinque corporis sensus quinque vitorum nomine significari, post quinque carnales responsiones quæ supra in litera patent, sexta responsione nominat Christum. Chryf. Christus autem de reliquo mulieri reuelat seipsum. vnde sequitur: *Dicit ei Iesus: Ego sum qui loquor tecum.* Et quidem si circa principium hoc mulieri dixisset, videretur ei ex vanitate loqui: nunc autem paulatim in memoriam Christi eam reducens, opportunè reuelauit seipsum: & quidem Iudæis querentibus, Si tu es Christus, dic nobis palam: non manifestè seipsum reuelauit, quia non pro discendo quære bant, sed pro iniuriando. Hæc verò ex simplici mente loquebatur. *Et continuo venerunt discipuli eius,* &c. Chrysof. Expleta doctrina & conuenienter ad tempus discipuli occurrerunt: vnde dicitur, *Et continuo vene. &c.* Admirabantur quidem superabundantem Christi mansuetudinem & humilitatem: quoniam ita perspicuum existens, sustinuit loqui cum tanta humilitate mulieri inopi & Samaritanæ. August. Quia scilicet, quærebat perditam, qui venerat querere quod perierat, hoc illi mirabatur. bonum enim mirabantur, & non malum suspicabantur. Chryso. Sed tamen admirantes non interrogauerunt causam: vnde subditur: *Nemo tamen dixit ei,* &c. Erant eruditi discipulorum ordinem obseruare, ita eum timebāt & venerabantur, & nimirum alibi videntur confidenter interrogare, quia ad eos pertinentia necesse habebat scrutari, hic autem nihil ad eos pertinebat quod fiebat. Orig. Et ferè quidam quasi quodam apostolo ad ciues vitur hac muliere: adeo eam inflammans per verba, vt amphora dimissa iret in ciuitatem relatura conciuibus: vnde sequitur: *reliqui ergo mulier,* &c. Nō curans de corpore ac viliori propter vtilitatem plurium. Inter est quoque nostra ommissis corporeis & neglectis satagere ad impartendum aliis de commodis acquisitis. August. Hydria autem græco nomine appellatur tãquam siquarium diceretur, quoniam græcè aqua hydor vocatur. Chry. Et sicut apostoli vocati dimiserunt retia, ita hæc dimittit hydriam & euangelistarum opus fecit: & non vnum tantum vocat, sed ciuitatem integram. vnde sequitur: *Et abiit in ciuitatem, & dicit illis,* &c. Orig. Conuocat quidem illos ad videndum hominem continentem verbum supra hominem. Quæcunque autem fecit mulier, erat contubernium quinque coniugum, & post illos conuersatio cū sexto non proprio viro, quem deferens, & septimo adhaerens lagenam dereliquit iam pudica. Chryf. Non verecundata autem est hoc dicere. Anima enim cum ignita fuerit igne diuino, ad nihil eorū quæ sunt in terra de reliquo aspicit, neq; ad gloriam, nec ad verecundiam, sed ad vnam solam quæ de-

tinet eam flammam. Volebat autem non ex propria annuntiatione eos inducere, sed ex auditu proprio eos facere communicatores doctrinæ Christi. vnde dixit, *Venite, & videte hominem:* non dixit, *Venite & credite:* sed, *venite & videte,* quod lenius erat. Nouerat enim manifestè quoniam solum gustantes de illo fonte eadem paterentur quæ & ipsa. Alc. Paulatim autem venit ad prædicandum Christum, primò vocat hominem ne si diceret Christum, auditores irascerentur, & nolent exire. Chryso. Vnde etiam neque manifestè annuntiauit Christum, neque tamen totaliter finit. sed dixit, *Nunquid ipse est Christus?* & ideo sermonem eius acceperunt. vnde sequitur: *Exierunt de ciuitate,* &c. Aug. lib. 83. quæst. Quòd autem relicta hydria discessit mulier, non negligenter prætereundum est: hydria enim amorem huius seculi significat, id est cupiditatem: quia homines de tenebrosa profunditate cuius imaginem puteus gerit, hoc est de terrena conuersatione, hauriunt voluptatem. Oportebat autem vt Christo credens seculo renuntiaret, & relicta hydria cupiditatem secularem se reliquisset demonstraret. Aug. super Ioannem. Proiecit ergo cupiditatem & properauit annuntiare veritatem, discant qui volunt euangelizare, vt prius hydriam ad puteum proiciant. Orig. Facta etiam mulier receptaculum honestæ disciplinæ, ea quæ primitus sapiebat paruipendens deponit. *Interea rogabant eum eius discipuli, dicentes: Rabbi, manduca,* &c. Aug. Ierant discipuli eius emere cibos, & venerant quos Christo offerebant. vnde dicitur, *Interea rogabant eum eius discipuli, dicentes: Rabbi manduca.* Chry. Videntes enim cum fatigatum ex itinere & æstu qui erat, rogabant eum vulgari eorum voce. Neque enim erat hoc temeritatis, sed amoris cura circa magistrum. Orig. Arbitrantur aptum fore tempus ad prandium quod erat inter recessum mulieris ad ciuitatem, & aduentum Samaritanorum ad ipsum: non enim coram aliquo aduena sibi propinquabant efcas. Ob hoc bene positum est, *Interea.* The. Dominus verò sciens quòd Samaritana totam ciuitatem ad eum traheret, hoc discipulis significauit: vnde sequitur, Ille autem dixit eis: *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.* Chryf. Hominum salutem, hic cibum vocauit, ostendens quantum desiderium habet nostræ salutis. sicut enim nobis concupiscibile est comedere, ita ei saluare nos. Tu verò intueri quòd non statim reuelat, sed vbique in quæstionem immittit auditorem, vt incipiens querere quod dicitur, & laborans cum ampliori suscipiat desiderio. Theoph. Dicit autem, *quem vos nescitis,* id est, nescitis quod cibum voco salutem hominum: vel, nescitis quod Samaritani credituri sunt, & salui fient. Discipuli autem adhuc dubitabant. vnde sequitur, Dicebant ergo discipuli adinu. *Nunquid ali. atzu. ei mandu.* Aug. Quid mirum si mulier illa non intelligebat aquam? ecce discipuli non intelligunt efcam. Chryf. Et quidem asuetam reuerentiam & honorem magistro præbent ad se inuicem quidem loquentes, ipsum verò non præsumentes interrogare. Theo. In hoc autem quòd dicunt discipuli: *Nunquid aliquis attulit ei manducare?* Considerandum est quòd cibos ab aliis oblatos dominus suscipere solebat, nō quòd alieno ministerio indigeret, qui dat efcam omni carni, sed vt deferentes meritum consequerentur, similitque formam tradens non erubescere

paupertatem, neq; graue putare ab aliis nutriri, proprium enim & necessarium est doctoribus, alios habere procuratores ciborum, vt ipsi de nullo curantes verbi ministracionem procurent sollicitè. Augu. Audiuit dominus cogitationes discipulorum, & instruit eos vt magister, non per circuitum sicut mulierem, sed apertè: vnde sequitur, *Dicit eis Iesus, &c.* Orig. Idoneus cibus filio Dei cum actor paternæ voluntatis efficitur, hoc velle in semetipso protestans quod erat in patre. Solus autem filius perfecti operis paternæ voluntatis est capax, ceteri verò sancti nil præter diuinam peragunt voluntatem. Plenam autem & integram facit Dei voluntatem qui dixit, *Meus cibus, &c.* Proprius enim cibus eius ostenditur. Quid autem sit velle patris, innuit sermo sequens: *Vt perficiam opus eius.* Siquidem simplicius quis asseret, quoniam opus est iustum mandantis, puta si dicant & discipulantes vel fodiendes se perficere opus eius qui conduxit eos, sed si per Christum perficitur opus Dei, restat vt priusquam perficeretur erat diminutum. Qualiter autè diminutum erat opus cum esset Dei: perfectio quidem operis, rationalis naturæ est perfectio: ad huius enim operis perfectionem cum esset imperfectum, verbum caro factum accessit. Cum enim quodammodo homo perfectus fieret, ob transgressionem factus est imperfectus, & ideo missus est saluator, primò quidè vt perficiat voluntatem eius qui misit eum, secundò verò vt consumet opus Dei: vt quilibet perfectus fiat ad solidi cibi vsum. Theop. Opus etiam Dei perfecit, scilicet hominem Dei filius, nostram naturam in seipso sine peccato ostendens in omni opere perfectam & incorruptam. Opus etiam Dei, scilicet legem perfecit, quia finis legis Christus eam cessare faciens omnibus quæ in ea erant perfectis, & à corporali cultu in spiritalem reduxit. Orig. Mysticè autem post populi negotium, ac disciplinam distinctionis aquarum, consequens erat, & de cibo disceptare. Samaritana quidem petita potum, non habebat præbere Iesu dignum poculum. Discipuli verò inuenientes humilia pulmenta apud alienigenas ei obtulerunt, rogantes eum vt manducaret. Et attende si forsitan vererent ne verbum Dei propriis non vigoratum efcis in eis deficiat. Quæcunque ergo reperit discipuli, his iugiter proponunt verbum alere, vt corroboratum atque roboratum perseveret penes eos, qui nutriunt ipsum. Quemadmodum autem corpora egentia cibo, neque eisdem aluntur, neque eadem quantitas ciborum cunctis sufficiens est: sic intelligendum est, & in his quæ sunt supra corpus. nam horum hoc quidem plurimi, hoc autè paucioris indiget nutrimenti, dissimilis capedinis entia. Sed neq; qualitas alentiu verborum atq; intentionem contèplatiuarum operationum eadem congruit omnibus. Nā nuper geniti infantes rationale appetunt lac, perfectorum autem est solidus cibus. Veridicus est ergo Iesus, dicens: *Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis.* Semper enim qui præest infimis ac nequeuntibus eadem cum validis videre, hoc dicere potest. *Nōne vos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt, &c.* Chryso. Quæ sit voluntas patris de cetero interpretatur, dicens: *Nōne vos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt, &c.* Theo. Scilicet materialis. Ego autem dico vobis, quod messis intelligibilis adest: hoc enim dicebat propter Samaritanos venientes ad ipsum,

vnde subdit: *Leuate oculos vestros, & videte regiones: quia albæ sunt iam ad messem.* Chryso. Rursus consuetis nominibus ad maximorū eos contemplacionem reducit. Regio enim & messis hinc indicat multitudinem animarum quæ paratæ sunt ad prædicacionis suscepcionem, oculos autem hinc dicit, & eos qui mentis, & eos qui corporis. Etenim videbāt de reliquo multitudinem Samaritanorum venientem. Has autem præparaciones hominum, & deceter regiones albatas vocat: sicut enim spicæ cum dealbatæ fuerint, ad messem sunt paratæ: ita & hi ad salutem sunt parati. Sed propter quid non manifestè dicit quod præparati sunt homines ad suscepcionem verbi? Duarum manifestior occasio gratia: vnius quidem ut manifestior fiat sermo, & magis sub visum dicat quæ dicuntur, alterius autem dulcior sit narratio, & permanentior eorum quæ dicuntur memoria. Augu. In opus autem feruebat, & operarios mittere festinabat: vnde subditur, *Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam: vt & qui seminat simul gaudeat, & qui metit.* Chryso. Per ea quæ hinc dicit diuidit terrenam à celestibus: sicut enim supra dixerat de aqua, quod qui bibit hanc aquam, non sitiet: ita hinc dicit, *Qui metit, congregat fructum in vitam æternam.* & iterum, *Qui seminat, simul gaudeat, & qui metit.* Prophetæ enim sunt qui seminant, sed non illi messuerunt, sed apostoli: quia enim infra dicit, quod alius seminat, & alius metit: ne quis æstimet quod prophetæ seminantes mercede priuentur, extraneum quiddam inducit: & à sensibilibus alienum: nam in rebus quidem sensibilibus si contingat alium seminare, & alium metere, non simul latantur, sed dolent qui seminant quasi aliis laborantes, lætantur autem soli qui metunt, hinc autem non ita. Sed & si non metunt seminantes simul cum merentibus lætantur, quoniam in mercede communicant. Augu. Dispare enim temporibus labores habuerunt apostoli & prophetæ, sed gaudio pariter perfruuntur, mercedem simul accepturi sunt vitam æternam. Chryso. Ad hoc autem quod dixerat sermonem proverbialem inducit: vnde subdit: *In hoc enim est verbum verum, quia alius est qui seminat, & alius qui metit.* Hoc quidem vulgariter dicebatur, si quando alij labores sustinuerunt, & alij fructus metebant. Sed & hinc sermo iste maxime habet veritatem quia prophetæ laborauerunt, sed vos fructus ex illorum laboribus metitis. vnde subdit: *Ego misi vos metere quod vos non laborastis.* Aug. Quid ergo messores misit, non seminatores? Ibi ergo messores mittendi, vbi iam prophetæ prædicauerant. Legite labores illorum, & non in omnibus eorum laboribus est prophetia Christi: ergo iam in Iudæa messis parata erat, quando tot millia hominum precia rerum suarum offerebāt, & ad pedes apostolorum ponentes expeditis humeris à sarcinis secularibus, Christum dominum sequebātur. De ipsa messe eiecta sunt pauca grana, & seminauerunt orbem terrarū & surgit alia messis, quæ in fine sæculi metenda est: ad quam metendam non apostoli, sed angeli mittentur. Messores (inquit) sunt angeli, Chryso. Dicit ergo: *Ego misi vos metere quod vos non laborastis.* Quasi dicat. Vbi minor labor est, maior autem delectatio ad hoc vos reseruati: & quod laboriosus erat, hoc fuit prophetarum, scilicet mittere semina. vnde subdit: *Alij labo, & vos in labo. eorum introistis.* Per hæc omnia

omnia vult ostendere, quod prophetarum voluntas erat, vt homines ad eum accederent. Et hoc lex ordinabat, & propterea illi seminauerunt, vt hunc facerent fructum. Ostendit etiam quod ipse illos misit, & quod multa est cognatio noui ad vetus testamentum. Orig. Vel aliter totum: Qualiter quidem non est inconueniens hoc quod est, *Leuate oculos vestros, &c.* allegorizare. Quod autem dicitur: *Nōne vos dicitis, quoniam quatuor menses sunt, & messis venit,* non secundum allegoriam tractare? putamus ergo talia quædam esse in hoc quod dicunt discipuli: Quatuor menses sunt, & messis venit. plurimi enim discipulorum verbi animaduertentes veritatem incomprehensibilem fore humanæ naturæ, quando coniecerunt aliam esse vitam à præsentē, quæ corruptioni quatuor elementorum quasi quatuor mensium subiicitur, putant solum post hanc vitam cognitionem esse veritatis. Dicunt igitur discipuli de messibus quæ sunt terminus operum ad veritatem conducentium, quia post instantem quaternitatem contingunt. huiusmodi autem opinionem arguens velut non sanam (inquit) verbū incarnatum his qui talia suspicantur: *Nōne vos dicitis, quia adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ego autem hoc dico: Leuate oculos vestros.* In pluribus locis scripturæ diuinæ hoc legitur iubente nobis verbo diuino extollere, ac sublimare consideraciones & cogitaciones deorsum consistentes, nec valent erigi nisi eleuante illas Iesu. Nemo enim cōsistens in passionibus & viuens carnaliter, hoc propositum seruat mandatum: quapropter qui talis est, non videbit regiones si albæ sunt ad messem. Albescent quidem regiones ad messem, cum adest verbum Dei illustrans singulas regiones scripturæ sæcundans in eius aduentu: & etiā omnia sensibilia sunt quasi regiones albæ paratæ ad messem, præsto existentes leuantibus oculis ratione quæ de quolibet est, vt quisquis fulgorē prospiciat profusè vbi libet veritatis. Qui autem mittit prædictas messes, duplex habet in metendo emolumentum: vnum quidem, dum accipit præmiū. vnde dicitur: *Et qui metit, mercedem accipit: quod arbitror dictum causa futurarum remunerationum.* Alterum quod sequitur, *Et congregat fructum in vitam æternam.* Bonum habitum quoddam denorat intellectus, qui est fructus ex ipsa speculatione proueniens. Arbitror autem quod in qualibet doctrina seminat quidem qui principia excogitat, quæ suscipientes alij ac perpetrantes si quid noui potuerunt exprimere cōiungentes sunt suæ intentionis gratia, posteris causa vt merendo quasi maturos fructus aggregent. Quāto autem magis hoc in arte artium expedit contemplari? Siquidem seminantes sunt Moyses & prophetæ præuenientes aduentum Christi. Metentes autem sunt apostoli qui Christum susceperunt, & gloriam eius perspexerunt. Semen autem erat tota ratio secundum reuelationem mysterij temporibus præteritis obscurati silentio: regiones autem, id est, legales ac propheticæ scripturæ nondum albuertant his qui aduentus verbi nequaquam extiterunt capaces. Quod autem simul ferens & metens gaudeat, erit cum priuatio mæroris & angustiarum in futuro fiet seculo, dum etiam Iesus transfiguraretur in gloria, simul cum messoribus Petro, Iacobo, & Ioanne, Moyses & Elias factores pariter gaudent in videndo filij Dei

gloriam. Attende tamen si hoc quod dico aliàs & aliàs intelligi potest, propter aliam & aliam vitæ conuersationem in qua homines iustificati sunt: vt liceat dicere alium quidem legis cultorem, alium verò euangelij: & tamen exultant simul dū idem finis ab vno Deo per vnum Christū in vno spiritu sancto reponitur. Ad labores autem prophetarum & Moyfi aduenerunt apostoli, instruites Iesu metentes ac in horrea colligentes animæ suæ intellectum in scripturis illorum recoditum: & semper qui debite capiunt disciplinam priorū labores ad maiorem euidentiam trahunt, nō tantum laborantes sunt hi qui semina condiderunt. *Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, &c.* Orig. Postquam dicta sunt discipulis quæ tractata sunt, resumit scriptura de his qui venerant de ciuitate ad Iesum, & crediderant per testimonium mulieris. Chryso. Sicut autè in messe cum facilitate fructus congregantur, & in momento vno area manipulis repletur: ita & nunc fit. vnde dicitur: *Ex ciuitate autem illa multi crediderunt, &c.* Considerabant enim quod nequaquam mulier gratanter eum admirata esset, qui eius delicta redarguerat, nisi magnus quis esset, & excelens qui prædicabatur ab illa. Sic ergo solo mulieris testimonio credentes, & nullum signum videntes exierunt, deprecantes Christum vt apud eos maneret: & hoc est quod sequitur, *Cum ergo venisset ad illam Samaritanorum, rogauerunt eum vt ibi maneret.* Iudæi verò miracula videntes non detinuerunt eum apud seipso, sed omnia egerunt, vt à regione eorum eum abicerent. Nihil enim liuore & inuidia deterius, nihil inani gloria difficilius: quæ infinita corrumpere consuevit bona. Et quidem Samaritani volebant eum semper secum detinere: ipse autem hoc non sustinuit, sed solum mansit ibi duobus diebus post hæc, quod subditur: *Et mansit ibi duos dies.* Orig. Non incongruè autem aliquis illud obiiciet, quomodo rogatus saluator cum Samaritanis maneret, qui iussit ciuitatem Samaritanorum non ingredi? Palam enim quoniam & discipuli eius cum eo ingressi sunt. Ad quod dicendum quod in viam gentium pergere, est imbuti gentili dogmate, & in illo ambulare. Ciuitatem verò Samaritanorum intrare, est acceptare falsam doctrinam recipientium legales, propheticos, euangelicos, & apostolicos sermones. Cum autem deseruerint propriam doctrinam, & uenerint ad Iesum, licet cum eis manere. Chryso. Et Iudæi quidem etiam signis visis incorrecti manserunt, hi autem & sine signis multam circa eum fidem demonstrauerunt: solum enim verba audierunt, vnde sequitur: *Et multo plu. credi. propter sermonem eius.* Cuius igitur gratia hæc verba non dicunt euangelistæ? vt discas quoniam multa mægnorum transcurrerunt, à sine verò totum ostenderunt: suavit enim toti ciuitati per ea quæ dicta sunt. Vbi autem auditores non persuadentur, tūc euangelistæ coguntur dicere ea quæ dicta sunt, ne quod est ex inuentione auditorum imputet quis defectui prædicantis. Ipsi autem discipuli Christi iam facti magistrum repulerunt. vnde sequitur: *Et mulieri dicebant, quia iam non propter tuam loquelam. cre. Ipsi enim audiuimus, &c.* Vide autè qualiter confestim intellexerunt quod orbem terrarum liberare uenerat: & quod ad communem salutem ueniens non debebat in Iudæis suam concludere: prouidentiam, sed vbi que seminare ser-

monem. Dicentes etiam quod est saluator mundi, ostenderunt quod mundus perditus erat in magnis malis existens: & quidem venerunt saluare prophetæ & angeli, sed hic est verus saluator, qui salutem tribuit, non solum temporaneam, sed æternam. Vide etiam qualiter audientes mulierem dubitanter dicentem, Nunquid hic est Christus? non dixerunt hi, Quoniam nos suspicamus, sed quoniam scimus: & non simpliciter, sed quoniam hic est verus saluator mundi, non quasi vnum ex multis Christum confitentem, solum verba audierant, & hoc dixerunt, quod dicere habebant, si miracula multa & magna vidissent. Origenes. Ceterum si meminimus prædictorum, non difficile est conicere quomodo cum repererint verbum synecrum alias disciplinas relinquunt quasi dogmatum ciuitatem, de qua egredientes salutiferè credunt: & puto studiosè protulisse Ioannem, cum non dixit: Rogabatur eum Samaritani intrare tantum Samariam vel ingredi ciuitatem: sed etiam ibi manere. Manet namque Iesus penes deprecantes: & præsertim quoties qui precantur, exeunt ciuitatem & versus eum veniunt. Augustinus. Manet apud eos biduo: hoc est dat illis duo præcepta charitatis. Origenes. Neque enim capaces erant terræ diei eius, non enim erant auidi miraculosum quid cernere, quale qui fuerant in Chana Galilææ post triduum cum Iesu conuiuantes. Initium autem credendi multis fuit mulieris verbum. non enim sic per seipsum verbum conficitur, illuminans capientem, velut cum alterius dicto sibi testimonium perhibetur. Augustinus. Sic ergo Christum cognouerunt. Primum per famam, postea per præsentiam: sicut agit hodie cum eis qui foris sunt, & nondum sunt Christiani: Christus nuntiat per Christianos amicos, tanquam illa muliere, hoc est ecclesia nuntiante ad Christum veniunt: credunt per istam sceminam & multo plures, & firmius in eo credunt, quoniam verè ipse est saluator mundi: Origenes. Impossibile est namque eandem circa intellectum fieri passionem videnti, & ei qui per videntem instruitur: magisque est per spem ambulare, quam per fidem. vnde hi non solum testimonio hominis, sed ob ipsam quoque veritatem credunt.

ORIGENIS PRESBYT.

eiusdem Euang. expositio.

Tibi quidem Ambrosii, sermonem atque disputationem quæ de Samaritana instituitur, non interruptum esse demonstrauimus, vt eius quidem pars in duodecimo tomo esset, quæ autem deinceps sequitur in decimotertio: sed quoniam satis longam explanationem duodecimum commentariorum tomum cõtinere videbamus, finem faciendum nobis censuimus, in Samaritanæ sermone de puteo, quem Ioseph à Iacob datum esse dicebat, eumque ex illo bibisse, atque illius & liberis, & pecora: vt initium decimotertij faciamus à domini ad eam responsione. *Respondit Iesus, & dixit ei, Omnis qui bibit de aqua hac, sitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Hoc secundo loco Iesus Samaritanæ respondet, prius quidem cum illud dicebat, *si scires donum Dei, & qui est qui dicit tibi, Da*

mibi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam: nunc etiam vt hortans eam ad petendam aquam viuam, ea quæ proposita sunt, dicit. Ac in superiore quidem responso nõ dixit Samaritana, sed de aquarum comparatione disputauit. Post alteram autem domini, approbatis iis, quæ dicta erant, ait, Da mihi hanc aquam. Est enim fortasse dogma quoddam eorum, qui nõ petant donum, & munus, ipsum accipere neminem. Seruatorem enim ipsum in psalmo ad petendum, vt ei detur, quemadmodum filius ipse nõ docet, hortatur his verbis, dominus dixit ad me, Filius meus es tu, Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terra. Et Seruator, Petite, inquit, & dabitur vobis. Omnis enim, qui petit, accipit. Samaritanæ autem persuadetur, vt ab Iesu aquam petat, cum esset exemplar sententiæ eorum, qui aliena sentiunt, & in diuinis scriptis non versantur, cum ipsa de duobus aquæ generibus dominum disserentem audiat. Vide etiam ex iis, quæ ei acciderunt, quemadmodum bibendi ex puteo, qui ei altus esse videbatur, nunquam finem fecisset, nec à siti fuisset liberata. Quid igitur hic locus, *Omnis qui bibit de aqua hac, sitiet iterum*, significet, videamus. Verbum autem sitis, & verbum famis, si ad corpus referantur, duo significant: vnum ex eo, quod cibum exausti, & exinaniti, eiusque cupiditate ducti propter humorem, qui non deficit, requirimus: alterum, cum sæpe pauperes, & rebus ad viuendum necessariis destituti, se siti, & esurie satiatos esse dicunt. Ac superius quidem testimonium in Exodo habetur, cum carentes iis quæ ad victum pertinent vnde iussit die secundi mensis, quàm ex Ægypto exiissent, omnis filiorum Israel cœtus aduersus Moysen, & Aaronem obmurmurauit his verbis, Vtinam mortui essemus per manum domini in terra Ægypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panes in saturitate, quoniam eduxistis nos in solitudinem hanc, vt moriatur vnuerfus cœtus hic fame. Dixit autem dominus ad Moysen, Ecce ego pluam vobis panes ex cælo, & exhibit populus, & colligēt quotidie, vt tentem eos, vtum ambulēt in lege mea, an non. Cum enim esurirent, carerentque cibis ad vitam necessariis, quinciam eos aqua deficeret, siti que conficerentur: in Moysen murmurabant his verbis, Quid bibemus? cum ad dominum Moyses clamauit, eique dominus lignum monstrauit, eoque in aquam immisso aqua dulcis euasit. Pauloque post cum ad Raphidim venissent, scriptum est, populum siti illic cõfictum, in Moysen murmurasse. Alterum autem eorum quæ significantur, exemplum apud Paulum videbitur his verbis explicatum, vsque ad hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus. Ac superior quidem esuries & sitis necessariò in corpora valentia cadit, posterior autem iis qui esuriunt, incidit. Quærendum est igitur ex illo etiam loco, *Omnis qui biberit de aqua hac, sitiet iterum*, de vtra siti dicatur. Prior significatio vt quæ ad corpus pertineat, fortasse hoc declarat, vt hoc in tempore satietur, tamen detracto potu statim idẽ euenturum ei qui bibit, id est, iterum sitiet, cum eadem conficietur siti. Itaque subiicit, *Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Quis verò fontem in se habens in-

situm sitire poterit? Quod autem præcipuè declaratur, tale esse potest. Is qui interpretatur est particeps, verba ardua & occulta non fundit, etiã si ad breue tẽpus finem faciat intelligendi vt difficilimos sensus, qui inueniri videntur: sed iterum insistens, iterum de his dubitabit. Desunt & certam eorum, quæ exquiruntur notitiam, magnum illud, & arduum quod ab eo existimatur afferre nõ potest. Quocirca etsi raptus quis verisimilitudini eorum, quæ dicuntur assentitur, tamen postea eandem dubitationẽ in se inesse inueniet, quæ inerat, antequam hæc didicisset. Ego verò eiusmodi orationẽ habeo, vt fons vitalis potionis existat in eo, qui ea, quæ promitto, acceperit: atque is, qui ex aqua mea acceperit, tam magno bono afficietur, vt fons omnium, quæ expetuntur inuentor in eo oriturus sit, erumpentibus aquis mētis, quæ exiliat, celerrimèque; volet congruenter aquæ huic rapienti, quod erupat, & saliat sursum in vitam sempiternam. Veluti. Desunt. eius quod erumpit vitam æternam esse dicit. Vt de spõso in Canticis canticorum disserens Salomon ait, Ecce hic venit saliens in montibus, transiliens colles. Quemadmodum enim illic sponsus ad animos qui præstantiores, & diuiniore sunt, qui montes dicuntur, salit: eos autem, qui deteriores sunt, & colles vocantur, transilit: sic hoc loco fons, qui in eo oritur, qui ex aqua, quam Iesus dat, bibit, in vitam salit sempiternam. verum fortassis post vitam æternam ad patrem saliet, qui maior est vita sempiterna. Christus enim vita est: qui autem Christo est maior, vita maior est. Tam verò Iesus, qui ex aqua bibit, non habebit dare fontem aquæ salientis in vitam æternam, qui in ipso inest: cum eius, qui beatus dicitur ob famem, & sitim iustitiæ exoluta erit, & completa promissio. Ait enim Verbum, Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Quoniamque aliquis esurire, sitireque iustitiam potest, antè quàm satietur, vt satietur, vnum facienda sunt & cõnectenda fames & sitis, vt dicamus, Quemadmodum desyderat ceruus ad fontes aquarum, ita desyderat anima mea ad te, Deus: Stuit anima mea ad Deum fortem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei: Vt ego sitiamus, præclarum est primùm ex fonte Iacob bibere, non eum vocando puteum, quemadmodum Samaritana fecit. Neque enim hoc loco Seruator eius verbis occurrens, aquam ex puteo esse dicit, sed omnino & absolute ita loquitur, *Omnis qui biberit de aqua hac, sitiet iterum.* Quod si ex fonte potare, vtilitatem non afferret, Iesus in fonte non sedisset, tum, cum Samaritanæ dixit, *Da mihi bibere.* Obseruandum est igitur, Iesum Samaritanæ aquam à se petenti, se quodammodo eam concessurum & daturum esse promississe. Neque enim alio in loco, nisi ad fontem ei dicit, *Vade, voca virum tuum, & veni huc.* Præterea sciamus, num declarari, exprimique possit aliud genus vtilitatis eorum, qui in ipsa veritate versati sunt, & versabuntur, præter vtilitatem, quæ ex scripturis percipi existimatur, si diligenter intelligantur: quod is quidem, qui ex aqua fontis Iacob bibit, iterum sitiat: qui autem bibit ex aqua, quam dat Iesus, fontẽ aquæ in se habeat, erumpentis salientisque in vitam sempiternam. Eorum enim Dei mysteriorum quæ maioris & auctoritatis sunt & diuinitatis, partim scriptura non cepit, partim ne humana quidem

vox. Mores iterum eorum, quæ significantur, humana est lingua. Sunt enim & alia multa, quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt libros. Atque etiam idem Ioannes cum ea, quæ septem tonitrua loquuta erant, scripturus esset, prohibetur. Paulus autem arcana verba se audiuisset dicit, non quæ alicui non liceret dicere: Angelis enim ea dicere licebat, hominibus nõ licebat. Omnia enim licent, sed non omnia expediunt. Quæ autem arcana verba audiuit, ea sunt, quæ licitum esse homini loqui negat. Totius verò scientiæ elementa quædam, minimas breuissimasque institutiones omnes scripturas esse arbitror, si probè intelligantur. Vide igitur, fons ne Iacob, ex quo olim Iacob bibebat, sed iam nõ bibit, filiique eius bibebant, sed nunc meliorem illo potum habent, & pecora eorum biberunt, omnis scriptura esse possit: Iesu autem aqua, ea quæ illa superant quæ scripta sunt. Non cuius autem licet quæ superant ea quæ scripta sunt, scrutari, nisi si quis eis similis fiat, ne obiurgetur hæc audiens, Maiora te ne quæseris: & fortiora te ne scrutaris. Quod si dicimus esse quædam superiora iis, quæ scripta sunt, non hoc dicimus, ea à multis posse sciri, sed à Ioanne, qui audiebat, nec permissus est scribere quæ essent verba tonitruorum, qui intelligebat, sed quod mundo parceret, ea literis minimè mandauit. Putabat enim ne mundus quidem ipsum capturum esse libros, si scriberentur. Quinetiam arcana verba, quæ Paulus didicit, sunt supra ea, quæ scripta sunt. Siquidẽ quæ scripta sunt, homines sunt loquuti: quæque oculis non vidit, ea quæ scripta sunt, viuunt: & quæ auris non audiuit, literarum monumentis prodi nequeunt: quæ etiam in cor hominis non ascenderunt, fonte Iacob maiora sunt, aqua ex fonte erumpente in vitam sempiternam, enunciat non iis qui in corde hominis continent, sed iis, qui possunt dicere, Nos autem sensum Christi habemus, vt sciamus, quæ à Deo donata sunt nobis: quæ à Deo donata sunt nobis: quæ & loquimur, non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina Spiritus. Scito etiam possintne vocari humana sapientia non falsa dogmata, sed ea quæ elementa sunt veritatis: & quæ ad eos, qui etiam homines sunt, perueniunt. Ea autem, quæ à Spiritu docentur, sunt fortasse fons aquæ salientis in vitam æternam. Sunt igitur scripturæ institutiones, à quibus accuratè cognitis, & intellectis, quæ nunc fons Iacob nominantur, ad Iesum reuertendum est, vt nobis aquæ in vitam æternam salientis fontem largiatur. Non autem eodem modo omnes à fonte Iacob hauriunt. Si enim & Iacob ex eo bibit, & eius filij, & pecora: atque Samaritana cum sitiret ad eum venit & haurit: num etiam alio modo bibit, & scienter Iacob cum suis liberis, aliter & simplicius & magis more pecorum eius pecora: aliter verò atque Iacob eiusque & filij & pecora, Samaritana? Qui enim in scripturis sapientes, doctique sunt, ij vt Iacob bibunt, eiusque liberi. Qui autem simpliciores, & rudiores sunt, ouesque Christi dicuntur, more eius pecorum biberunt. Qui verò scripturas malè accipiunt, & eorum melias quasdam confirmant earum intelligentiæ, & scientiæ specio, bibunt vt Samaritana bibebat, antè quàm in Christum credidisset. Dicit ad eum mulier, Domine, da mihi aquam

hi aquam hanc ut non sciam, nec veniam huc haurire. Iam iterum dominum Seruatorem Samaritana appellat. Prius quidem cum ait, *Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est:* cum etiam interrogat, unde aquam viuam habeat, & num maior esset Iacob qui pater eorum haberetur. Nunc vero cum etiam petit, ut bibat ex aqua, quæ fiat in bibente fons aquæ salientis in vitam sempiternam. Quod si illud verum est, *Tu petiisses ipsum, & dedisset tibi aquam viuam:* perspicuum est, cum dixit, *Da mihi aquam hanc,* eam accepisse aquam viuam, ne iam ei sitienti deesset, neque ad fontem Iacob haustum veniret, sed sine aqua Iacob angelorum more, & præstantiore quam hominum, veritatem videre contemplarique posset. Neque enim angeli Iacob fontem requirunt, ut bibant, sed in se quisque fontem habet aquæ salientis in vitam sempiternam: qui natus est, & reconditur ab ipso Verbo, ipsa que sapientia. Non tamè potest aliam aquam, nisi eam, quæ ex fonte Iacob manat, accipere, quæ à Verbo datur, qui non ex eo quod sitiat, in accedendo & hauriendo hinc plurimum studij posuerit, ita ut hoc ipso multa pericula eueniant plerisque qui plurimum, ut qui in haurienda aqua ex fonte Iacob exercitati sint. *Dicit ei, Vade, voca virum tuum, & veni huc. Respondit mulier, & dixit, Non habeo virum.* Dicebamus etiam supra, legem, quæ animo præsit, cui se quisque subiecit, virum esse. Nunc autem etiam Apostoli ex epistola ad Romanos testimonium ad hoc docendum profertur, qui ait, An ignoratis, fratres (scientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominatur, quoadiu viuit? Quis autem viuit? si ex communi significatione legem accipiamus, est lex, cum statim dicat, *Quæ enim sub viro est mulier, viuente viro, alligata est legi:* ut si diceret, *Viuente viro, qui vir est lex.* Deinde rursus ait, Si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri: ut si mulier soluta esset mortua lege, & nõ iam ea quæ mulieris sunt ut ad virum relata operaretur. Tum ait, Igitur viuente viro adultera vocabitur, si fuerit cum alio viro. Si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri, ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro. Lex autem litera mortua est, neque iam adulter est animus, si cum altero viro, id est, cum lege sit, quæ ad Spiritum pertinet: mortuo igitur viro, mulieri mortuus esse quoniam modo dicatur, & viro mulier, ut hoc modo illud intelligamus, Itaque & vos fratres mei mortificati estis legi per corpus Christi ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus Deo. Si ergo vir est lex, & Samaritana virum aliquem habet, cum seipsam ex verborum sanorum interpretatione, alicui legi subiecit, quam vnusquisque eorum qui alterius sectæ sunt, sequi vult in vita: vult hoc loco diuinum verbum diuersæ sectæ, ac disciplinæ animum adhibita lege, quæ ipsi præsit, redargui: ut contempto viro, ut non legitimo, alterum virum quærat, ut ipse sit alterius verbi, quod excitandum est à mortuis, nec euersum est, neque moriturum, sed proprium est, atque regnat, omnesque hostes subigit. Christus enim resurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Quod enim mortuum est peccato, mortuum est semel. Quod autem viuit, viuit Deo: estque ad eius dextram, quoad omnes eius inimici scabellum pedum eius ponantur. Vbi autem Samaritanæ vir, qui habebatur, reprehendendus fuit, ut

qui vir non esset, nisi ad fontem Iacob à Iesu, & nisi virum suum esse negauisset? Itaque ei dicit, *Vade, voca virum tuum, & veni huc:* quasi iam aliquid accipies aquæ salientis in vitam sempiternam, quod dixisset, *Da mihi aquam hanc,* nec mentiretur qui paulò antè hoc promiserat, *Tu petiisses eum, & dedisset tibi aquam viuam.* Respondit mulier (quæ seipsam condemnasset ob consuetudinem quam cum eiusmodi viro haberet) his verbis, *Non habeo virum.* Dicit ei Iesus, *Bene dixisti, Virum non habeo. Quinque enim viros habuisti: & nunc quem habes, non est vir tuus. Hoc verè dixisti.* Notandum est, omnem animum, qui scripturis ad religionem veram in ducitur, cum à rebus sub sensum cadentibus, & corporeis incipit, esse quinque viros, & quod in vnoquoque sensu aliquis vir versetur, valere. Postea vero quàm in rebus, quæ sensibus percipiuntur, versatus aliquis, se attollere cupit, conuersusque ad ea, quæ mente cernuntur, verbum non integrum, & sanum, allegoriæ, spiritualisque sensus specie legitis post quinque viros ad alium venit, dato, ut ita dicam, libello repudij quinque superioribus, quod cum sexto viro habitare, versarique statueret. Atque ut Iesus aduentu suo nos in eiusmodi viri conspectum, consensumque duxit, cum illo consuetudinem habemus, & viuimus. Cum autem dominus Verbum venit, isque nobiscum locutus est, ac virum negantes dicimus, *Non habeo virum:* tum etiam nos dominus laudat his verbis, *Bene dixisti, Quia non habeo virum.* Illud autem, *Hoc verè dixisti,* quodammodo ea quæ prius dixerat, ut non vera refellit. Ac fortassis illud verum non erat, *Non cõuertuntur Iudæi Samaritanis.* Iesus enim ipse, ut antea diximus, versatur cum Samaritanis, ut eis etiam proficit. Neque hoc verum est, *neque in quo haurias habes,* & illud, *Puteus altus est:* nec fortassis etiam illud, *Iacob ex puteo bibit, & filij eius, & pecora eius.* Si enim non simili modo quo Samaritana bibit, Iacob eiusque & liberi & pecora: Samaritana autem eundem potum profus, quem Iacob filijque eius, & pecora biberant, se bibisse existimat: perspicuum est eam falsum dicere. Sed quæ hoc in loco Heracleon dixerit, videamus. Is quidem vitam illam, eiusque gloriam & breuem fuisse, & ad tempus durare desineretque dicit. Mundi enim, inquit, erat: illamque mundi esse vitam ex eo se demonstrare putat, quod ex ea Iacob pecora potauerint. Ac si breuem & exigui temporis, desicientemque accipiebat scientiam, quæ ex parte est, aut sumpta ex scripturis comparatione arcanorum verum: quæ homini loqui non licet, omnem scientiam, quæ nunc per speculum & in ænigmate comparatur, & interit, cum venerit quod perfectum est: nunquam eum reprehendissemus. Sin autem studio calumniandi vetera, hoc facit, culpatus est. Aquam autem, quam Seruator dat, ex spiritu vique eius esse dicit, nec mentitur, atque illud, *Non sitiet in æternum,* ad verbum ita explanauit, *Æterna enim est eius vita, neque vnquam fidem habet, vel interit, ut etiã prima, quæ ex puteo hausta est, sed manet.* Seruatoris enim nostri gratia, & donum auferri non potest, nec consumitur, neque interit in eo, qui eius est particeps. Si cum primam interire concessit, eam, quæ literæ est, dicebat, quærens eam, quæ est Spiritus velaminis depositione, & inueniens: rectè dicebat. Sin autem eorum, quæ antiqua sunt, planè interim accusat: perspicuum est, cum

eum hoc facere, quod minimè videat bona illa eorum, quæ futura sunt, vnam habere. Non absurdè autem illud verbum *salientis* explanauit, exposuitque eos, qui participes sunt eius, quæ è celo abundanter, largèque præbetur, ipsos in aliorum vitam æternam ea, quæ ipsi suppeditantur, effundere. Quinetiam Samaritanam laudat, ut quæ firmam, accommodatamque naturæ suæ fidem declarauerit, nec ob ea, quæ ipsi dicebat, hæsitauerit. Ac si voluntatem nihil obscure de natura ut diuersa dicens, probar: nos quoque assentiamur. Sin ad naturalem fabricam assensionis causam, & culpam transferret, quasi ea non in omnibus sita sit: eius ratio refellenda est. Nec verò intelligo, cur Heracleo exposito eo, quod scriptum non est, dicat hoc loco, *Da mihi hanc aquam,* eam quæ breuiter & paucis à Verbo docta esset, detestatam esse, relinquens etiam locum aquæ illius, quæ viua diceretur. Præterea ad illum locum, *Da mihi aquam hanc, ut non sciam, neque veniam huc haurire,* hæc mulierem ait dicere, quod laborem & difficultatem præbendam illius aquæ, alimentique vacuitatem, indicaret. Vnde enim aquam Iacob sine alimento esse docere potest? Iam verò ad illud, *Dicit ei,* ait perspicuum esse eum hoc quodammodo, dicere, *Si vis hanc aquam accipere, Vade, voca virum tuum:* eumque Samaritanæ virum qui à Seruatore dicatur, eius esse perfectionem, ut quando cum eo ad Seruatorem veniret, vim, atque cõiunctionem, & temperationem, quæ ad eius perfectionem pertineat, ab eo accipere possit. Neque enim, inquit, de viro mundi huius cum ea loquebatur, ut eum vocaret: quandoquidem ei non esse legitimum virum nõ ignorabat. Perspicuè autem hoc loco vim affert, cum ait Seruatorem ei hæc dixisse, *Voca virum tuum & veni huc,* quod ei perfectum coniugem declararet. Si enim hoc ita habebat, vir etiam ipse quodammodo vocandus fuit, ut cum ipso ad Seruatorem veniret. Quoniam autem, ut ait Heracleon ex eo quod intelligebatur, virum proprium: simpliciter verò erubuisse dicere adulterum eum, non virum habere: quid est quamobrem non frustra præcipiat, qui dicit, *Vade, voca virum tuum, & veni huc?* Deinde hoc in loco, *Verum dixisti, Quia non habeo virum,* ait, Quoniam in mundo non habebat virum Samaritana, erat enim ei vir: Nos quidem legimus, *Quinque viros habuisti,* apud Heracleonem autem inuenimus, Sex viros habuisti: Interpretaturque materiale omne vitium declarari sex viris quo operata erat, & accedebat contra rationem, adulteriose inquinari, ab eis contumeliis, & ignominia affecta, & relicta. Ei autem respondendum est, si Spiritalis se adulterio contaminabat, Spiritalem peccasse. Si Spiritalis peccabat, arbor bona spiritualis non erat. Ut enim fructuum tradit, Non potest arbor bona malos fructus facere, perspicuumque est, eis fabulæ effusionem perire. Quod si nõ potest arbor bona fructus malos ferre, & bona arbor est Samaritana, cum spiritualis sit: consentaneum est ei dicere, vel eius adulterium & stuprum non esse peccatum, vel certè eam non se adulterio contaminasse. Dicit ei mulier, *Domine, video quia propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt: & vos dicitis, quia Hierosolymis est locus vbi oportet adorare.* Tertio iam Samaritana dominum Seruatorem nostrum appellat, cum etiam ad extremum scri-

ptum est hoc ei ab illa dictum esse: nondum tamen eum prophetis meliorem atque præstantiorem esse, neque eum qui à prophetis prædictus, sit, sed prophetam aliquem existimat. Aliena etiam sententia eorum, qui in scripturis versantur, reprehensis eius & quinque viris prioribus, & eo qui secundum illos quibus eadem nupserat, vir esse visus esset, quoniam sermonem quo in coarguendo usus est dominus, ab initio videre & scire non potest, Prophetam, inquit, esse dicit, quasi diuinum quendam, & habentem aliquid quàm homo, & melius & præstantius, non tamen talem qualis esset. Itaque ipsa quasi sursum quodammodo sublati mentis oculis, quod se in contemplatione versari existimaret, hæc dicit, *video quia propheta es tu.* Ut autem locum hunc intelligamus, *Patres nostri,* & quæ sequuntur, cognoscenda & Samaritanorum à Iudæis de loco, qui ab eis sanctus habebatur, dissensio. Nam Samaritani quidem Garizenum montem sanctum existimantes, in eo Deum adorant, cuius Moses in Deuteronomio mentionem facit his verbis, *Ei præcepit Moyses populo in die illa dicens, Isti stantur ad benedicendum populum, in monte Garizin, cum transierint Iordanem, Symeon, Leui, Iudas, Isachar, Ioseph, & Benjamin: & hi constituentur in maledictione in monte Gebal, Ruben, Gad, & Aser, Zabulon, Dan & Nephthaim. Iudæi autem quod montem Sion diuinum quiddam esse existimarent, & Dei proprium, atque ei aptum, illum esse putant qui electus sit à patre locorum omnium: ob eamque causam templum in eo à Salomone ædificatū esse dicunt, omnemque Leviticū sacerdotalemque cultum illic perfici. Conuenienter autem his opinionibus utraque natio Deū patres in hoc vel illo monte adorasse existimauit: ac si quando ad hunc vsque locum Samaritani & Iudæi ad disputandum descendissent, alteri cum alteris disputabant, & dicebant, Samaritani quidem Iudæis id, quod mulierem hoc loco dixisse scriptum est, *Patres nostri in monte hoc adorauerunt,* montem Garizenum monstrantes. *Vos autem dicitis quod Hierosolymis est locus, vbi oportet adorare.* Sed quoniam Iudæi quidem (ab eis enim salus est) imagines sunt, & figuræ eorum, qui verba recta, sanèque sapiunt, & sentiunt, Samaritani autem eorum, qui diuersam alienamque ab illa sectam sequuntur: congruenter Samaritani montem Garizenum diuinum faciunt, quod nomē sectionem, siue diuisionem declarat, & sectionis, atque diuisionis decem tribuum, quæ disiunctæ, diuisæque sunt à reliquis duabus, quæ Hieroboam temporibus facta est, qui etiam ipse idem valet, quod populi in duas partes diuisio: Iudæi autem montem Sion, quod verbum speculationis dicitur. Verisimile est autem aliquem quæsiturum esse, cur apud Mosem benedictiones in Garizin fierent. Ad quod respondendum est, quoniam Garizin sectionem, diuisionemque significat, sectionis quidem significationem sumendam esse, cum populus à Hieroboam diuiditur, & rex Samariam incolit: diuisionis autem significationem, in sapientium, qui ordine diuisione in vnaquaque dubitatione vtrunt, benedictione, quæ quidem necessaria est ad veritatis intelligentiam. Acquandiu quidem nondum hora quæ à domino dicta est, venit, cum neque in monte hoc, neque Hierosolymis patrem adorabunt: mons Samarita*

maritanorum est fugiendus, in Sion ubi sunt Hierosolyma, adorationis cultus Deo adhibendus est, quæ vrbs Hierusalem à Christo magno rege esse dicitur. Quanam potè erit vrbs Hierosolyma, nisi vera Hierosolyma Ecclesia, quæ ex viuis lapidibus edificatur? hinc sacerdotium sanctum Spiritu, & hostiæ Deo offeruntur ab iis, qui Spiritu permouentur, spiritualisque legem esse intellexerunt. Cùm autem instabit temporis perfectio & plenitudo, tum nõ existimandum erit veram adorationem perfectamque Dei cultum Hierosolymis finem habiturum esse & terminum. Præterea cùm abiquis nulla ex parte corpori obtemperat, sed Spiritui, nec iam vlla ex parte in figura est, sed totus in veritate: talis sic sculptus est, vt similis sit iis, à quibus Deus se vult adorari. Bis autem scriptum est, *Venit hora*: & in priore quidem non additum est, *Et nunc est*, in posteriore autem Euangelista ait, *Sed venit hora, & nunc est*. Ac prius quidem declarare puto adorationem & venerationem eam, quæ extra corpora perfecta imminet: posterius autem illam eorum, qui in hac vita perfecti sunt, quantum humana natura patitur. Licet igitur & in spiritu & in veritate Patrem adorare, cùm non solū venit hora, sed etiam nunc Hierosolymis, propter eos, qui eò tantum perueniunt, esse existimamus. Cùm ergo scriptum est, *Venit hora, & nunc est*, non etiam illud dicitur, *Neque in mote hoc, neq; Hierosolymis adorabitis patrem*, quemadmodum dictum est, cùm illud, *Venit hora, sine hoc toto, Et nunc est*, scripsit. Iam verò Samaritana eadem falsam opinionem quam de puteo de quo dictum est, habuit, habet, cùm hæc ait, Illic enim, *Nonne*, inquit, *maior es patre nostro Iacob qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius & pecora eius?* Hic autem hoc, *Patres nostri in monte hoc adorauerunt*. Heracleon verò ad eadem verba, ait præclare professam esse Samaritanam ea, quæ ab eo ipsi dicta sunt. Prophetæ enim est, inquit, solius, scire omnia, quo vtroque loco falsum dicit. Etenim angeli eiusmodi scire possunt: nec propheta nouit omnia. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus, etiam si prophetemus, ac sciamus. Eam autem deinceps laudat, vt quæ pro illustrationis sui dignitate fecerit, nec mentita sit, nec palam confessã sit suam turpitudinem. Eandem verò quæ credidisset eum prophetam esse, quærere ab eo dicit, exponentem causam, cur se ex adulterio se cõtaminassent, quòd rationem Dei diuinique cultus neglexissent, & omnia, quæ ad eius vitam erant necessaria: & alioqui semper eam quæ in vita cernitur. Neque enim vt ait, ad eam ad puteum extra urbem cùm esset, venisset. Sed ignoro quonam pacto causam declarari putauerit ex adulterio, aut ignoracione sceclorum diuinique cultus causam fuisse. Verùm hæc casu & ex tempore videtur sine vlla probabilitate dicere. Addit etiam præterea eam, quæ vellet discere quomodo, & cui placens, quemque adorans liberaretur adulterio, hæc dicere, *Patres nostri in monte hoc adorauerunt*, & quæ sequuntur. Facile autem ea quæ dixit, reprehendi possunt. Vnde enim eam scit voluisse discere, cui placens à stupro liberaretur? *Dicit ei Iesus, Crede mihi, mulier. Quia venit hora, quando nec in monte hoc, nec Hierosolymis adorabitis patrem*. Cùm sibi visus est Heracleon in his illud maximè probabiliter obseruare, in iis quidem, quæ supra dicta sunt, ei non dictum esse,

Crede mihi, mulier, nunc autem hoc ei præceptum esse: tum obseruationem non probabilem perturbat & confundit, quòd dicat motem quidem dicit diabolus, aut eius mundum, quandoquidem, vt ait, diabolus totius materiæ pars erat, mundus autem omnis mons vitij, desertum domicilium ferarum, quem omnes, qui legem antecesserunt, atq; Ethnici adorabant. Hierosolyma verò creatam naturam, & conditorem, quem Iudæi adorarent. Quinetiam iterum montem quidem creatam naturam esse censuit, quam Ethnici adorarent, & colerent. Hierosolyma autem creatorem, quem adorarent, colerentque Iudæi. Vos igitur, inquit, tanquam spirituales, nec creatam naturam, nec opificem adorabitis, sed patrem veritatis. Comprehenditque eam, inquit, vt iam fidelem, & annumeratam iis, qui verè adorant. Verùm nos diuinum cultum, qui incognitum verborum specie, & quæ excelsa habentur, nominatur apud eos, qui aliam sectam sequuntur, hoc loco declarari putamus, *Neque in monte hoc*: Regulam autem multorum Ecclesiæ sententia, quam eandem perfectus, & sanctus, maiore contemplatione & clariore patrem adorans, transiliet, hoc loco, *Neque Hierosolymis adorabitis patrem*. Vt enim quemadmodum etiam Iudæi fatebuntur, angeli Hierosolymis patrem non adorant, quòd patrem melius quam qui Hierosolymis, venerentur: sic ij, qui affectione animi habuerunt vt sint pares angelis, non Hierosolymis patrem adorabunt, sed melius, quam ij cum Hierosolymis colunt: etiãsi eorum causa, qui Hierosolymis adorant, cum iis, qui sunt Hierosolymis, ij qui Iudæis Iudæi sunt, vt Iudæos lucrificiant, opprimantur. Hierosolyma autem mihi etiam Iudæi videntur intelligi, quemadmodum paulo antè explanauimus. Cùm portò neque in monte hoc, neque Hierosolymis aliquis adorat, is cùm hora venit cum fiducia liberetque patrem filius effectus adorat. Itaque dictum non est, *Neque Hierosolymis Deum adorabitis*, sed, *Neque Hierosolymis adorabitis patrem*. Vos adoratis, quod nescitis: nos adoramus quod scimus, *Quia salus ex Iudæis est*. Verbum illud, Vos, quantum ad literam, Samaritanos significat: quòd autem ad anagogè attinet, eos qui in scripturis alienæ sunt, absurdæq; sententiæ. Hoc autem verbū, Nos, si literã spectemus, Iudæos declarat: sin allegoriam, Verbum ipsum, & qui ei se accommodant, quòd salutè à Iudaicis sermonibus adipiscantur. Qui enim nunc manifestatū est mysterium, enunciatum est & per verba prophetarū, & per aduentum domini nostri Iesu Christi. Vide autè num minus propriè, & cõtra verborū consequentiam Heracleon verbū hoc, Vos, accipiens pro Iudæis Ethnicos, explanauerit: quasi Samaritanæ dicatur, vos Iudæi, aut Samaritanæ, Vos Ethnici. Sed nesciunt ij qui à disciplina Christi abhorrent, quòd adorant, propterea quòd commentitium quiddam est, & fabula, non veritas atque mysteria. Qui autè opificem adorat, maximè ex eo qui Iudæus est in occulto, & ex verbis spiritualibus Iudæorum: is quod scit adorat. Nunc quidem multa verba Heracleonis proferre possum, quæ ex libro, qui Petri prædicatio inscribitur, sumpta sunt, atque in eis commorari, exquirere etiam de libro, veriusne sit, an supposititiū, an mixtum: Itaque vltro hæc differimus, hoc tantum notantes, eum ferri Petri, tanquam docuerit non oportere diruere adorandas

adorandas res quæ ex materia constant, eos qui approbant, & seruiunt lignis & lapidibus, nec Iudæorum ritu Deum colere, præsertim cùm ipsi, qui se solos Deum scire putant, cum ignorant, angelos, & mensẽ, atque lunam colentes. Quærendum est autem id, quòd ad verum pertinet, cui corporeus cultus à Iudæis adhiberetur. Nam hoc quidem perspicuum est, propositum eis fuisse effectori rerum omnium offerre hostias. Operæ precium est autem cognoscere, quid sit illud, quod in actis Apostolorum scriptum est, *Conuertit autem Deus, & tradidit eos seruire militiæ celi*. Verùm non intelligo, cur cùm Seruator planè dicat, *Salutem ex Iudæis esse*, ij qui aliam sectam disciplinamque sequuntur, Deum Abraham, & Isaac, atque Iacob negent. Præterea si legem Seruator implet, atque vt impleantur ea, quæ in prophetarum libris scripta sunt, hæc atque illa sunt in domini aduentu, quomodo non perspicuum est, qua ratione salus ex Iudæis fiat? Idem enim est Deus & Iudæorum, & Gentium: siquidem vnus est Deus, qui iustificabit circuncionem ex fide, & præputium per fidem. Neque enim destruius legem per fidem, sed per eam legem stabilimus & constituimus. *Sed venit hora, & nunc est, quando veri adorantes adorabunt patrem in Spiritu & veritate*. Ij, qui nulla ex parte se patrem adorare profitentur, ne Dei quidem veneratores, cultoresque nominandi sunt: Sed cùm omnes se effectorem omnium adorare, & colere profiteantur, hi quidem non iam in carne sunt, sed in Spiritu ambulant, & carnis defyderia non perficiant: alij autem non sunt in Spiritu, sed in carne, & secundum carnem militant: tum dicendum est, veros quidem adoratores esse eos, qui patrem in Spiritu, non in carne, & in veritate, non in figuris colunt: nõ veros autem eos, qui ita non sunt animo affecti, & cõstituti. Qui etiam literæ, quæ occidit, seruit, & Spiritus, qui viuificat, non est particeps: is profectò verus non est adorator & cultor, nec patrem Spiritu adorat. Idem quod totus in figuris corporeisque rebus defixus est, quas cùm aliquid magno pere videtur, tum in figura, ac non in veritate Deum veneratur: ob eam causam verus adorator & cultor dici non potest. Quamquam rectè permillum est fortasse interdū, verum etiam cultorem, qui in Spiritu, & veritate adoraret, quædam facere, quæ ad figuram pertinebant, vt cùm eos, qui figuræ seruebant, maxima cum dispensatione à figuris liberauisset, ad veritatem traduceret. Cuiusmodi Paulus in Timotheo fecisse videtur, itẽmque Cæcilius forsitan, & Hierosolymis, quemadmodum in Actis Apostolorum scriptum est. Obseruandum est autem, veros adoratores non solùm in hora, quæ futura est, verumetiam in præsentem patrem venerari in Spiritu, & veritate: sed qui in Spiritu adorant, vt acceperunt ij qui adorant in arra Spiritus, in hac hora in Spiritu adorant, cùm autem totum Spiritum acceperint, patrem adorabunt. Si verò is qui per speculum videt, etiam verum non videt, vt docetur his rebus quæ sub speculum cadunt ab iis periculis, quæ in iis versantur: Paulus autem videt per speculum, & ij qui ei similes sunt: nunc igitur vt videt, sic & Deum adorant Deum. Cùm autem hora venerit, quæ post hanc futura est, tum erit adoratio, & cultus in veritate quæ facie ad faciem, non iam per specu-

lum videbitur. Verùm illud, *Nos adoramus*, Heracleon de eo qui in æternitate est, & iis, qui cum eo venient, intelligendum esse arbitrat. Hi enim, inquit, sciunt quem adorèt, quòd in veritate venerentur: quinetiam illud, *Quia salus est ex Iudæis*, quandoquidem in Iudæa, inquit, non in Iudæis fuit, non enim in eis omnibus complacuit & acquieuit: & quòd ex illa natione salus & verbum in orbem terrarum prodiit. Ex eo autem quòd intelligitur, salutem ex Iudæis fuisse narrat, quoniam hi, eorū qui in plenitudine, perfectioneque sunt, imagines, & quasi simulacha esse existimantur. Sed eum oportuit & eos, qui eum sequuti sunt, docere quonam modo vnusquisque eorum, qui adorant, & colunt, figura & imago sit eorum qui plenum, perfectumque numerum explebunt, si modò non solùm verbo hoc dicunt, verumetiam reuera sentiunt. Idem præterea illud, *In Spiritu & veritate adorare Deum*, explanans, ait, quòd priores adoratores & cultores in carne, errorque adorassent, non patrio more atque idem, omnes qui opificem adorauerunt, in errore esse versatos: Subiicitque Heracleon, quòd seruirent creature, non creatori, qui Christus est: Siquidem omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. *Pater enim tales querit, qui adorent eum*. Exquirat pater & per filium querit, qui venit vt quæreret, & saluum faceret quod perierat: quos purgans, & instituens verbo bonisque dogmatibus, veros adoratores comparat, perisse autem ait Heracleon in profunda erroris materia, id quod patris est proprium, quòd quidem quæratur vt pater adiretur à suis. Ac si spectabar id, quòd de ouium interitu atque internecione, filijque qui à patris præceptis discessit, fertur, eius etiam interpretationem probabimus. Quoniam autem fabulam comminiscuntur ij, qui eius sectam sequuntur, non intelligo quid tandem planè proferant de Spirituali natura quæ perierit, cùm nihil nos doceant de temporibus vel seculis, quæ eius interitum perditionemque antecesserunt. Neque enim planè orationem suam explicare possunt. Ob eamque causam cùm adhuc disputauerimus, summa voluntate eos dimittemus. *Spiritus est Deus, & eos qui adorant ipsum, in Spiritu & veritate oportet adorare*. Quoniam multi multa de Deo, eiusque natura, & essentia dixerunt, ita tamen, vt nonnulli eum corporeæ naturæ, quæ ex paruis partibus constet, atque igneæ, esse censuerint: alij autem naturam eius, corporis expertem esse dixerint, alij illas antiquitate, & potestate vincere: operæ precium est nos videre, num causas, & rationes à scripturis habeamus, quibus aliquid de Dei natura essentiaque disseramus. Hoc quidem loco Spiritus quasi eius essentia esse dicitur. Spiritus enim, inquit, est Deus: in lege autem ignis. Scriptum est enim, Deus noster ignis consumens est. Apud Ioannem verò, lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ. Ac si nos simplicius, benigniusque hæc accipiemus, nihil præter verba & literam curiosius tractantes, tempus est nos Deum corpus esse dicere. Quæ autem nos incommoda sequantur, si hoc asseramus, non est cuiusuis cognoscere. Pauci enim de corporum natura explicarunt, eorumque maximè, quæ à ratione & prouidentia ornantur. Atqui ij qui id, quòd prouider, eiusdem naturæ esse dicunt, cuius ea, quibus prouidetur, ratione quæ ad generandum pertinet, perfectum,

sed tale quale est id cui prouideretur. Approbarunt autem incommoda ea quæ rationi eorum occurrunt, ij qui Deum corpus esse volunt, cum ea quæ perspicue ex ratione efficiuntur, aduersa intueri non possent. Hæc verò dico, sequens eorum supputationem, qui quintam corporum naturam præter elementa, esse dicunt. Quod si omne corpus naturam habet, quæ ex materia constat, suamque ratione qualitate est præditum, eamque habet & mutabilem & commutabilem, & omni ex parte mutabilem, & qualitatibus capacem, quas si velit ei adhibet opifex: Deus etiam, si ex materia constat, & mutabilis sit, & commutabilis necesse est. Atque illi quidem nullo pudore prohibiti, eum etiam interire posse dicunt, cum sit corpus, sed spirabile, & igneum maximè ea eius parte, quæ principatum obtinet. Cum autem interire possit, non tamen interire eum dicunt, quod non sit quod eum interimat & conficiat. Nos autem quod ea, quæ sequuntur, non videamus, si cum corpus dicamus esse, & eiusmodi corpus propter scripturam, spiritum, & ignem cõsumentem, lucemque necessariam, hoc sequenti, non approbemus: indecorè faciemus vt stolidi, & qui contra ea, quæ sunt euidencia, dicamus. Omnis enim ignis, qui materia eget, interire potest: omnisque spiritus, si spiritum simplicius accipiamus, cum sit corpus, recipit, quantum in ipsius natura est, in crassius mutationem. Vides igitur in his aut eos, qui verba, & literam sequuntur, tot, tamque magna incommoda approbare, & conuicia de Deo: vel aggredere, sicuti etiam in alijs facimus, & considera quid declarari possit ex eo quod Deus spiritus, vel ignis, vel lux esse dicitur. Primumque dicendum est, vt & oculos, & pupillas & aures, & manus, & brachia, & pedes Dei in scripturis inuenientes, & præterea pennis, ea, quæ scripta sunt ad allegoriam transferimus, contemnimusque eos, qui formam, & figuram Deo hominum similem adhibent, idque rectè facimus: sic in iis quoque nominibus, quæ cõmemorata sunt, id quod nobis est censentaneum, esse faciendum: Perspicuum est etiam ex eo, quod maiorem vim habere nobis videtur. Deus enim lux est, vt ait Ioannes: Et tenebræ in eo non sunt vllæ. Quo igitur modo ipse lux esse intelligendus sit, pro virili parte attentius cõsideremus. Duobus enim modis lux nominatur, corporea, & spiritalis, id est, quæ & ratione intelligitur: & quemadmodum scripturæ appellat. sub aspectum non cadit, vt autem Græci, *ἀσώματος*, id est, quæ vacat corpore. Ac eius quidem, quæ corporata est, exemplum hoc certum est iis qui historiam approbant. Omnibus autem filiis Israel lumen vbicunque fuissent, erat. Eius autem quæ ratione intelligitur, spiritalisque est illud, in quodam duodecim prophetarum, Seminate vobis ad iustitiam, vindemiate in fructum vitæ, illuminate vobis lucem sciētiae. Simili etiam ratione tenebræ dicuntur duobus modis: & earum quidem quæ trita sunt exemplum est eiusmodi, & vocauit Deus lucem diem, & tenebras vocauit noctem. Earum autem, quæ animo cernuntur, tale, Populus qui sedebat in tenebris, & in ymbra mortis, lux orta est eis. Hæc cum ita habeant, videndum est, quid doceat nos de Deo intelligere & sentire, cum lux dicitur, in qua tenebræ nullæ sunt. Aut enim Deus lux est, quæ oculos corporis illustrat, aut quæ eos, qui animo, at-

que ratione intelliguntur, de quibus etiam propheta loquitur his verbis, Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte. Omnibus autem hoc perspicuum esse arbitror, nos nunquam esse confessuros, Deum solis officio fungi cum alteri permittit oculos eorum illustrare, qui obdormituri sunt in morte. Deus igitur metem illuminat eorum, quos sua illustratione dignos esse indicat. Quod si mentis est illustrator, ex illo loco, Dominus illuminatio mea: necesse est nos eum qui animo intelligitur, & sub sensum oculorum non cadit, atque vacat corpore, lucem esse existimare. * ne vnquam ignis etiam consumatur. * vim habere videtur corrupticem & lignorum, & fœni, & stipulæ. Si verò, * ligna, fœnum & stipulam, aut interdum Deus est ignis, qui talis materiae consumptor est, deterioraque hæc talia obscurat & obruit, dolores qui eueniunt, & labores existere puto non ab aliqua corporea ratione iis in partibus, quæ obtinent principatum, vbi constitutum & confirmatum est ædificium, quod dignum est consumptione. Lux ergo Deus a corporea luce nominatur, traductus ad lucem, quæ videri non potest, & quæ vacat corpore: ita appellatur ex vi, quam cum oculos illustrat, habet, Ignis etiam consumens dicitur ab igne corporeo, & talis vel talis materiae confectore, quæ ratione cernitur. Idem etiã mihi de illo videtur, Spiritus est Deus. Quoniam enim cum in mediam & in eam, quæ sapius vita appellatur, Spiritus qui nos ambit, intrat, eo spiritu vitæ qui crassior dicitur, viui efficiuntur à spiritu: ex illo, si acceptum sit. Deum appellatum esse censeo, quod nos ad veram vitam ducat. Spiritus enim ex scriptura, viuificare dicitur: perspicuumque est, non media vitæ effectione, sed diuiniore. Litera enim occidit, mortemque affert, non eam quidem, quæ in animi à corpore discessu cernitur, sed eam, quæ est in animi à Deo & domino suo sanctoq; Spiritu disunctione. Illud autem, Auferes spiritum eorum, & deficient, & Emittere spiritum tuum & creabuntur: & renouabis faciem terræ: melius accipiemus, si de spiritu dictum existimemus, propterea quod is, qui diuino spiritu priuatur, terrenus efficitur. Si verò aptus se ad eum accipiendum fecerit, eumque receperit, renouabitur, & * salutem assequetur. Hoc autem etiam ita fiet, si inspiret in eius faciem vitæ spiritum, & homo in animam viuam fiat: vt spiraculum, & spiritum vitæ, & animi vitam nos spiritaliter intelligamus. Quoniam autem vis, quæ antè commemorata est, cum quasi accommodatum domicilium animum sancti viri inuenit, seipsam dat ei quæ in eo est, vt ita dicam, mansioni, scriptum esse illud existimare debemus, Inhabitabo in eis, & ambulabo inter eos, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Maiore autem exercitatione nobis opus est, vt perfecti iis etiam sensibus, qui ab Apostolo commemorantur exercitatis possimus bona à malis, veraque à falsis internoscere, contemplarique ea, quæ animo, & ratione cernuntur, quod diligentius & ad diuinitatem accommodatius quantum humana natura patitur, quoniam modo Deus lux & ignis atque spiritus sit, intelligere possimus. In tertio autem Regnorum libro spiritus domini, qui ad Eliã venit, hæc de Deo subiicit. Dixit enim, Egredere & sta in monte coram domino. Ecce trans-

3. Reg. 19.

ibit

ibit dominus, & spiritus grandis & fortis subuertens montes & conterens petras ante dominum: non in spiritu dominus: (In alijs autem inuenimus, In spiritu domini) & post spiritum commotio: non in commotione dominus, & post commotionem ignis: non in igne dominus, & post ignem sibilus auræ tenuis & paruus. Ac fortasse quidem in quibus dicendum erit de domini comprehensione, his declaratur, quæ huius temporis est exponere. Aliqua autem debebamus de Deo, qui est filius, dicere. Nemo enim nouit patrem nisi filius, vt etiam nos enuntiant patrefacienterque filio, quomodo spiritus sit Deus intelligamus, studeamusque in spiritu qui viuificat, non litera, quæ occidit, & adorare Deum, & eundem in veritate colere: ac non iam figuris, neque vmbra & exemplaribus, sicuti ne angeli quidem exemplaribus, & vmbra pro hominibus Deo seruiunt, sed iis, quæ ratione intelliguntur, ac cælestibus pontificem ordinis Melchisedec ducem habentes salutaris cultus, ac sacrificij pro rebus necessarijs, mysticæq; & occultæ contemplationis. Si autem spiritus est Deus, inquit Heracleon: Est enim eius non mixta, sed simplex & non aspectabilis atque diuina natura: at certè non intelligo, num hæc nos enuncians docuerit: quomodo Deus est spiritus. Illud verò, *Eos qui adorant, in spiritu & veritate oportet adorare*, explanare volens, ait, Pro eius qui adoratur spiritu non carne, dignitate. Etenim ij cum sint eiusdem, cuius pater natura, spiritus sunt, qui veritate, non errore adorant: quemadmodum etiam Apostolus docet rationale obsequium appellas cultum eiusmodi. Sciamus autem an non valde impium sit, eos, qui Deum in spiritu adorant, eiusdem essentia esse cuius sit non genita, & beatissima natura, dicere, quos paulò antè Heracleon ipse peccasse dixit, cum ait Samaritanam, quæ spiritalis naturæ esset, se stupro, & adulterio contaminasse, sed non * omnium * atque eorundem capacem esse. Quod si adulterium cadit in naturam spiritalem, quæ eiusdem essentia sit, cuius pater, profectò ex iis quæ de Deo disserunt & verum atq; perfectum approbare, quod ipsi tribuebatur, sed illud grato animo ad patrem refert, cum eius, qui filium præter modum laudare volebat, obiurgatione. Omnibus quidem, quæ genita sunt, non comparatione, sed eximia præstantia filium, spiritumque sanctum excellere dicimus, qui tanta aut maiore præstantia à patre superatur, quanta ipse atque spiritus reliqua non quælibet superant. Laudatio enim est eius, qui Thronis, Dominationibus, Principatibus, Potestatibus, omniq; rei quæ nominatur, non in hoc seculo tantum, sed etiam in futuro, antecellit, & præterea sanctis angelis ac Spiritibus & animis iustis, etiam dicere. Sed tamè cum ipse tãtis, ac talibus naturis præstet essentia, antiquitate, & potestate, ac diuinitate, (est enim animatum verbum) patri nulla re comparatur. Est enim imago eius bonitatis splendorque non Dei, sed eius gloriæ eiusque lucis æternæ: & radius, non patris, sed eius potestatis, synæraque præpotentis eius gloriæ fluxio, & speculum immutabilis eiusdem operationis, per quod

speculum, Paulus, & Petrus, eiusque similes Deum vident, qui ait, Qui vidit me, vidit patrem meum, qui misit me. *Dixit ei mulier, Scio quia Messias venist, qui dicitur Christus. Cum venerit illi, annuntiabit nobis omnia.* Operæpretium est videre, qui Samaritana, quæ præter Pentateuchum Moysi nihil probabat, Christi aduentum, qui solum à lege prædicabatur, expectaret. Ac verisimile est eos ex benedictione Iacob, qua Iudæ bene precatus est, sperasse aduentum etiam futurum, cum dixit, Iuda, te laudabunt fratres tui: manus tuæ super dorsum inimicorum tuorum: te adorabunt filij patris tui: Et paulò post, Non deficiet princeps ex Iuda, & dux de fœmoribus eius, donec veniant quæ reposita sunt ei: & ipse erit expectatio gentium. Verisimile est etiam ex hac prophetia Balaam eos idem sperasse, Egredietur homo ex eius semine, & dominabitur in Gentibus multis, regnumque God extolletur, & regnum eius crescet. Deus eduxit eum ex Aegypto, vt gloria moncerotis. Deuorabunt Gentes hostes illius, & ossa eorum conterent, & sagittis eius inimicum configent. Accubans dormiuit vt leo, & vt leona: quis excitabit eum? Qui benedicunt tibi, benedicantur: & qui maledicunt tibi, eis maledicunt. Deinceps idem Balaam hæc dicit, Ostendā eis, & non nunc: beatum dico, & nō appropinquat. Orietur stella ex Iacob, & consurget homo ex Israel, & confringet duces Moab, vastabitq; omnes filios Seth: & erit Edom possessio eius, & erit hereditas Esau inimicus eius: Et Israel fecit fortiter: & exurget ex Iacob, & perdet reliquias ciuitatis. Scies autem, num Moysi quoq; ad Iudam benedictio ad Christum etiã Samaritanis pertinere videatur. Ea autè his verbis exposita est, Exaudi domine vocem Iudæ, & ad populum suum introduce eum: manus eius simul cum eo indicabunt, & adiutor ex eius inimicis erit. Quoniam autem Samaritani Ioseph in prophetis ducunt, attende num benedictione, qua in Ioseph Iacob vsus est, & eam qua Moses, de Christi aduentu nonnulli dici accipiāt. Et vero, qui volent, ex ipsa scriptura quæ dixi, cognoscere licebit. Seruator autè, qui Mosem multa prophetia de Christo scripsisse sciret, Iudeis ait, Si Mosi crederetis, crederetis mihi. De me enim scripsit. Typicè quidem & obscure plurima eorum, quæ in lege scripta sunt, quæque inueniri possunt, referuntur ad Christum: quæ autem plane & aperte referantur, nisi præterea quædam, nunc non video. Messias autem Hebraicè vocatur, quod Septuaginta quidem Christum interpretati sunt: Aquilas autem, vñctum. Videndum etiam illud, *Cum venerit ille, annuntiabit nobis omnia*, num ex traditione, an ex lege dictum sit Samaritanæ. Sed non ignorandum est, quemadmodum Christus Iesus ortum se à Iudæis non solum dicebat, sed etiã demonstrabat, sic Dositheum quandam, qui à Samaritanis ortus esset, se dixisse Christum esse, qui à prophetis prædictus fuisset: à quo ad hodiernum vsque diè Dositheii orti, qui etiam libros Dositheii ferunt, & fabulas quasdam de illo, eumque mortuum non esse narrant, sed alibi viuere. Atque hæc quidem de litera & verbis * Quinetiam diuersæ sectæ opinio ad fontem Iacob qui puteus ab illa existimabatur, quam putat esse verbū perfectius, Christum nominans ait, *Cum venerit ille, annuntiabit nobis omnia.* Is autem qui expectabatur & sperabatur, præfens ei dicit, *Bibl. Hom. tom. 2. Z 2 Ego*

Ego sum, qui loquor tecum. Vide verò quid Heracleon dicat, Ait enim, Ecclesiam Christum expectasse, eumque solum sciuisse omnia credidisse. *Dicit ei Iesus, Ego sum, qui loquor tecum. Et continuo venerunt discipuli, & mirabantur, quòd cum muliere loqueretur: nemo tamen dixit, Quid queris, aut quid loqueris eum? Quærendum est, num aliquibus locis se ipse enunciauerit, eaque inter se comparanda sunt, veluti, Ego sum, qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibeo de me, qui misit me pater. Et, Si Moysi crederetis, crederetis mihi: de me enim ille scripsit: & si quid his simile in aliquo euangelistarum dictum est. Veruntamen quòd ad verba, & ad litteram attinet, ab eo discimus etiã ex hoc, quòd mitis est & humilis corde, nec grauatè fert de tam magnis, arduisque rebus cum muliere aquam baiulante differere, quam magna pernuria ex oppido haustum aquã exire coegerat. Mirantur quidem etiam discipuli cum venissent, spectata antea eius diuinitatis magnitudine, miranturque quid ita ipse, qui tam magnus esset, cum muliere loqueretur. At nos præ arrogantiã & superbia teniores contemnimus, quòd & illud de vnoquoque homine dictum obliuiscimus, Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinem nostram: nec meminerimus eius, qui in alio nos finxit, & finxit solus corda omnium, & omnia eorum opera intelligit. Non intelligimus Deum humilibus atque paruus adiumento esse solitum, & imbecillibus desperatis præsidio, eisque, quorum res deploratæ sunt, salutem. Tanquam etiam apostola hac muliere ad eos, qui in vrbe erant, vtiur: cùm eam ita verbis inflammasset, vt relicta hydria sua mulier abierit in vrbe, dixeritque hominibus, *Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæ feci. nunquid ipse est Christus?* Cùm exierunt ex ciuitate & veniebant ad eum. Atque huiusmodi quidem mulieri non posterius, sed tum seipsum apertissime declarat Verbum, vt cum venissent discipuli mirarentur, hanc mulierem quæ captata fuisset, casu colloquio à Verbo dignam esse iudicant. Sed discipuli, qui omnia præclare, honestèque à Verbo geri crederent: non increpant, nec de questione Samaritanæ posita disputant, aut de sermone, quem cum eadem haberet. Sed fortassis etiam mirantur magnam Verbi benignitatem, qui se ad spretam Sion animum, qui Samariæ monte fretus erat, demitteret. Itaque scriptum est, *Mirabantur, quòd cum muliere loqueretur.* Heracleon autem in hunc locum, *Ego sum qui loquor tecum, ait,* Si credidisset Samaritana Christum, cum venisset, nunciaturum sibi esse omnia, illum ei dicturum fuisse, Scito, illum quem expectas me esse qui tecum loquor; & cum seipsum eum esse qui venturus expectaretur, confessus esset, Venerunt, inquit, ad eum discipuli, quorum causa in Samariam venerat. Quo autem pacto discipulorum causa, qui etiam prius cum eo erant, venerat in Samariam? *Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abiit in ciuitatem & dicit hominibus. Venite & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque feci. nunquid ipse est Christus?* Non frustra Euangelistam scripsisse arbitror ea etiam, quæ de hydriæ omissione dicuntur, quæ relicta mulier in vrbe se contulit. Ad litteram quidem magnum Samaritanæ studium declarat, quæ hydriam reliquerit, nec tam corporei & humilis officij quam multorum vtilitatis rationem duxerit. Summa enim humanitate impulsæ est,*

quòd cuperet Christum oppidanis nunciare, ei testimonium dans, sibi ab eo dicta esse, quæ fecisset, omnia. Vocat autem eos, vt hominem Verbum videant, qui homine maiora haberet. Quod enim in eo oculis videbatur, homo erat. Debemus igitur etiam nos rebus corporeis obliuione obrutis, eisque prætermisissis, dare operam, vt adiuumentum, vtilitatemque, quam percepimus, aliis impertiamur. Eo enim Euangelista mulieris laudem iis, qui legere possunt scribens, prouocat, & hortatur. Quod autem ad anagogem attinet, quænam sit hydria, quam reliquerit Samaritana, cum Iesu verba quodammodo approbasset, videndum est. fortassis receptaculũ aque doctrinæ quæ ob altitudinem fiebat, eaque prius sentiebat extenuans, apud eum, qui hydria melior, & præstantior est, deponit, cum aquã accepisset, quæ iam in eo principium aquæ salientis in vitam æternã exitisset. Quomodo enim hac aquã non accepta, benignè Christum ciuibus suis prædicasset, cum eius qui promitteret quæ egit, admiratione, nisi particeps facta esset aquæ perpetuò salutari? Rebecca autem, quæ etiam hydriam humeri sustinebat, antequam finè dicendi faceret ea, quæ in mente habebat puer Abrahæ, honesta facie virgo proficisciebatur: quæ quoniam non eodẽ modo hauebat quo Samaritana, ad fontem descendit, impletq; hydriam. In ascensu ei Abrahæ puer obuianus sit, & dixit, Da mihi potum pauillum ex aqua hydriæ tuæ. Quoniam enim Abrahæ puer erat, satis ei erat paulum aquæ ex Rebecca hydria sumere: tùmque Rebecca properans in brachiũ hydriam sumpsit, eique potum dedit, quoad bibere desit. Quoniam ergo Rebecca hydria laude digna erat, ab ea non relinquitur. Illa autem Samaritanæ, cùm sexta hora esset, relinquitur. Atque hic quidem mulier Samaritanis Christum nunciat, explet autem Euangelium, resurrectionemq; Seruatoris narrat Apostolis mulier, quæ eum ante omnes vidit: sed neque hæc vt fidei perfectionem nuncians à Samaritanis inuit gratiam, cùm dicant, *Non iam propter sermonem tuum credimus. Ipsi enim audimus & scimus quia hic est verè saluator mundi.* Illi primitiue tactionis Christi non creduntur qui ei dicebat, Noli me tangere. Auditorus enim erat Thomas, Affer digitum tuum huc, & vide manus meas: & affer manum tuam & mitte in latus meum. Omnia autem quæ mulier gessit, commercium expleuerunt, quod ei cum quinq; viris fuit, & post illos, cum sexto viro, qui nõ erat proprius, quo negato, relictaque hydria, in septimo præclare acquiescit afferens vtilitatem, iis quoq; qui iisdẽ dogmatibus imbuti vrbe incolebant, id est, institutionem verborum, quæ non recta sanaque sunt, eandem quæ mulier erat, quibus etiam causam dat exeundi ex vrbe, & ad Iesum adeundi. Quod autem obseruandum est, Samaritanis deinceps Iesum rogant, non vt in vrbe, sed apud se maneat, id est, vt sit in ea sui parte, quæ obtinet principatũ: fortassis enim ipse in eorum oppido manere non poterat. quando quidem ipsi quoque recti egressi sunt ex vrbe, ad eumque veniebant. Hæc autem alia declarari, Euangelista nobis dante colligendi occasiones, ex his iudicandum est. Prius enim scriptum est, *Egressi sunt ex ciuitate, & veniebant ad eum.* Et paulò post, *Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum propter sermonem mulieris testimonium perhibens, quia dixit*

*dixit mihi omnia quæ feci. Vt ergo venerunt ad ipsum Samaritanis, rogabant eum vt maneret apud ipsos: prius igitur ad eum ex ciuitate venerunt. Deinde ad eum venerunt tum etiam, cùm ad fontem Iacob esset. Neq; enim abiisse illinc videtur. Et rogabant eum vt maneret apud ipsos. Non est scriptum deinceps, eum ingressum esse in ciuitatem, sed mansisse ibi biduum. Quinetiam deinceps nõ dictum est, Post duos autem dies egressus est ex ciuitate, sed, Et exiit illinc. Si enim Spitaltem sensum spectemus, omnis vtilitatis procuratio, quæ percepit Samaritanis, ad fontem Iacob exitit. Heracleon autem hydriam, quæ vitæ est capax, esse putat affectionem cogitationemque potestatis virtutisq; Seruatoris, quæ, inquit, ei relicta, id est, cùm haberet apud Seruatorem vas eiusmodi, in quo aquam viuam haustum venisset, in mundum Christi aduentũ nunciatum rediit: per Spiritum enim & à Spiritu ad Seruatorem animus ducitur. Considera igitur, num hydria hæc omni ex parte relicta laudari possit. *Reliquit enim, inquit, hydriam suam mulier.* Non enim additum est, relicta eam esse ab illa, & depositam apud Seruatorem. Quomodo verò non etiam absurdum sit eam quæ reliquisset capax vitæ affectionem, & intelligentiam virtutis quæ à Seruatore prodiret, atque vas in quo haustum aquam viuam venisset, eò abiisse in mundum sine his, vt vocatione Christi præsentiam nunciaret? Cur etiam ipsa quæ spiritalis esset, post tam prolixum sermonem, non apertè Christum esse credidit, sed ait, *Nunquid ipse est Christus?* Illud etiam, *Egressi sunt ex ciuitate,* explanauit de priore eorum reditu, qui ex mundo esset. Et venerunt per fidem, inquit, ad Seruatorem. Ab eo autem quærendum est, cur maneat apud eos biduum. Neque enim obseruauit, quod non paulò antè attulimus, scriptum esse eum in eorum vrbe dies duos esse commoratum. *Interea rogabant eum discipuli, dicentes, Rabbi manduca.* Post portionis mysterium, doctrinamque dissimilitudinis aquarum, sequebatur vt ea etiam, quæ cibum attingunt, scriberentur. Samaritana quidem rogata, vt potum daret dubitationibus suis, & interrogationibus quasi propter eum, qui petebat: neque enim Iesu dare poterat * dignam eo portionem, & si ille cum ea, quæ rogare cuperet, volebat illam bonis afficere * Discipuli autem * cùm abiissent in vrbe, vt ea quæ ad victum pertinebant, emerent, inuentis cibis apud eos, qui alienæ, diuersæq; sectæ erant, verba quædam accommodata ei edendi esse * ei dicunt, *Manduca,* quòd commodum ei tempus edendi esse existimarent, id quod intercessisset, postea quàm in vrbe mulier abierat, & Samaritani ad eum venerant. Nullo enim hospite aut peregrino ei cibum apposuerant, cùm Samaritana forsitan in eo occupata esset, vt videret, num discipuli ex suo oppido, ea quæ ad victum pertinebant aut vera, aut certè quæ vera haberentur magistro vellent apponere. Sed neque in conspectu Samaritanorum rectè illi dicerent, *Rabbi, manduca,* cùm vrbe suam relicta essent. Itaq; præclare illud additur, *Interea rogabant eum discipuli dicentes, Rabbi, Manduca.* Cur autem eum rogarent, ac non * operaprecium est cognoscere * Scriptum est enim, *Interea rogabant eum discipuli, Rabbi, manduca.* Illud autem, Rogare, vt manducet, & supplicare, * opus esse, fortassis aliquid ante*

considerationem declarat, interdum etiam post considerationem. Vide etiam, num venerantur, ne * Verbum * cùm corroboratum fuerit cibo ipsum rogent, quòd egere reperiantur. Quæ enim discipuli inueniunt, iis Verbum semper alere cupiunt, vt corroboratum, & contentum confirmatumque apud eos qui ipsum alunt diutius maneat, alens vicissim eos, qui sibi esculenta apponunt. Ob eamque causam stare se dicit ad ostium, & pulsare, vt, si quis ostium aperiat, intret ad eum, & cùm eo cœnet, quòd postea ei qui cœnam dare potuit, à verbo vicissim apud hominẽ cœna detur. Heracleon autem hoc ait, eos voluisse cum illo communicare ea quæ emissent deportassentq; ex Samaria. Hæc autem commemorat, vt aliqua * quinque fatuæ virgines * à sponso. Quomodo autem arbitror. * eadem habere. * quibus oclusis fatuis virginibus, operaprecium est videre ea quæ discipulorum accusationem continent, eodem modo quo fatuæ virgines, dormientium. Hoc autem eandem rationem habeat lucis ad cibum, quam potus ad cibum habet. * accusare reprehendereque interpretationem. Quanquam pro virili parte id quod ait planum facere debuit, & pluribus docere, confirmans interpretationem suam. *Dixit autem eis, Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.* Quod se ipso contentum est, nec villo eget, cibum non requirit. Quod autem cibum requirit, se ipso contentum non est: perspicuumque est eum qui comedit, comedere non quòd cibum non requirat, sed quòd eius indigeat. Et corpora quidem cùm natura fluant, aluntur, cibo locum explente eorum, quæ defluunt. Quæ autem corpore præstantiora sunt, incorporeis cogitationibus, & verbis, actionibusque bonis & ianis aluntur: non dissoluenda in nihilum, nisi alantur, neque enim corpora quæ non aluntur, in nihilũ occidunt. Dissolutio verò est, esse talia, quòd non eiusmodi alantur diuersæ dissimilisque naturæ corpora. Vt autem corpora, quæ res ad victum necessarias desiderant, neque qualitatibus aluntur, neque mensura ciborum eadem omnibus sufficit: ita etiam in iis, quæ corporibus præstant, intelligendum est. Eorum enim partim maiore, partim minore cibi copia egent, quòd æqualia nõ capiant. Quin nec qualitas verborum quæ alunt, & cogitationum in contemplatione positarum, atque actionum quæ his cõsentaneæ sunt, eadem omnibus animis cõuenit. Alius enim olus eos, qui commoditatis, quæ ab illis proficiscitur, indigent. Pueri enim, qui modò geniti sunt, vt ait Petrus, rationale ac sine dolo lac concupiscunt: & si quis Corinthiorum pueritiã habet, quibus Paulus scribit, Lac vobis potum dedi, non escam. Qui autem infirmus est, quòd non credit, olus manducet. Atque hoc etiam docet Paulus his verbis, Et alius quidem credit se manducare omnia. Qui autem infirmus est, olus manducat. Estque interdum oleris priuatio, amicitia charitatique causa, quemadmodum vituli etiam à presepi cum inimicitia abalienantur. Perfectorũ verò est solidus cibis, eorum, qui propter ipsam consuetudinem exercitatos habet sensus ad discretionẽ boni & mali. Est etiam aliquis venenatus cibis, quæ didicimus à quarto libro Regnorum, eorum qui Elisæo dicebant, Bibe mortem in: Leuita homo Bibl. Hom. tom. 2. Z 3 Dei.

Dei. Atque aliquis est quidem cibus spiritualis herbaceus animorum, qui magis à ratione auersi sunt, alius est fœnum palea, qui loco illo significantur. Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ, ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me. Esaias etiam ait, Leo ut bos paleam comedit: quæ etiam fœnum pecudibus in domo Rebeccæ præbent Abrahæ pueri. At verò si quis est homo qui rationi paulo magis obtemperet, ob eamque causam mentem sequatur, pane etiam mentis vescitur. sicut in Psalmis scriptum est, Panis confirmat cor hominis. Vino etiam mentis lætificatur non alius nisi homo. Vinum enim, inquit, lætificat cor hominis. Ascendendum est autem ratione ab iis, qui rationi non obtemperant, & ab hominibus ad angelos, qui etiam aluntur. Nō enim omni ex parte indigent. Panem enim angelorum manducauit homo. Beatus est sanè Abraham, qui tribus quæ ipsi apparuerunt ex occulto & azymos panes potuit apponere. Sed iam ad propositum nobis sermonem de Iesu cibo reuertamur. Discipuli tum non intellexerunt. Verum enim dicit Iesus, *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.* Quod enim etiam voluntatem faciens eius, qui eum ad ipsos miserat, faciebat, id opus non intellexerunt discipuli. Quò autem planius illud intelligatur, *Cibum habeo manducare, quem vos nescitis*, dicat etiam Paulus Corinthiis, quibus lacte opus erat, non solido cibo, & lac potus dabatur, non esca, quòd nondum cibum capere potuissent, *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis*: semperque & is, qui præstat inferioribus, & ij qui eadem quæ superiores cognoscere contemplarique non possunt, dicent, *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.* Nec absurdum est dicere non solum homines, & angelos spiritualibus cibus eguisse, verum etiam Christum Dei. Is enim etiam, ut ita dicam, reficitur, & instauratur semper à patre, qui solus nihil requirit, ac se ipso contentus est. Accipit autem cibum magnus eorum, qui docebantur numerus à Iesu discipulis, qui iusti erant turbis apponere. Iesu verò discipuli, ab eo, & interdum à sanctis angelis. At Dei filius à patre solo non per alium, cibum accipit. Nec alienum est etiam Spiritum sanctum ali dicere, sed quærendus est scripturæ locus, qui hoc nobis significet. Totum quidem uocationis electionisque mysterium positum est in magnæ cænæ cibus. Homo enim, inquit, fecit cænam magnam, & hora cænæ misit vocare inuitatos: recensendæque sunt ex euangeliiis parabolæ, quæ de cænâ loquuntur. Quin etiam ab Esaiâ proponunt his verbis edendi, & bibendi promissiones, *Ecce qui seruiunt mihi, comedent: vos autem sitietis.* Præterea in Genesi hominem in paradiso voluptatis Deus collocauit, leges de edendis certis cibus, ac non edendis certis aliis ferens. Immortalisque homo permâsisset, si ex omni ligno, quod est in paradiso, edisset, & ex ligno scientiæ boni, & mali non comedisset. Vide etiam ea quæ in primo, & vigesimo psalmo dicuntur de iis, qui propterea quòd comederunt, adorant, *Manducauerunt enim, inquit, & adorauerunt omnes pingues terræ.* Itaque non interficiet fame dominus animam iustam. Sed cum iusti effecti sumus, famem immittit in terram, non famem panis, nec aquæ suum, sed famem audiendi verbi Dei. Quan-

diu ergo proficimus & progressum facimus, meliora, pluraque edamus, dum eò perueniamus, ut eum cibum edamus, qui est Dei filius, quem cibum in præsentia discipuli non cognouerunt. Heracleon autem nihil in hæc verba scripsit. *Dicebant ergo discipuli ad invicem, Nunquid aliquis attrahit ei manducare?* Et si hæc Heracleon à discipulis, ut ita dicam, carnaliter dici existimat, ut qui etiam abiecius intelligerent, Samaritanamque imitarentur, quæ diceret, *Neque in quò haurias habes, & puteus altus est*: tamen operæ precium est, num quid diuini spectantes discipuli alij aliis, *Nunquid aliquis attrahit ei manducare?* dicant, cognoscere. Forsitan enim virtutem aliquam angelicam cibum ei attrahisse intelligebat. Verisimileque est eos ex hoc doctos esse, maiorem esse cibum, quem comedendum habuisset, quòd erat facere eius, qui ipsum miserat voluntatem, eiusque opus perficere. *Dicit eis Iesus, Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius qui misit me, & perficiam opus eius.* Dignus est cibus Dei filio, cum voluntati patris morem gerit, hanc ipsam in se voluntatem faciens, quæ etiam in patre erat, ut sit Dei voluntas in filij voluntate patri voluntati non dissimilis, neque ab ea diuersa, ut iam non sint voluntates duæ, sed voluntas: quæ quidem una voluntas causa fuit, cur filius diceret, *Ego & pater vnus sumus*, atque ob hanc voluntatem, qui eum vidit, vidit etiam filium, vidit & eum, qui illum misit. Decetque magis ita nos intelligere paternæ voluntati morem gerere filium, à qua voluntate ea etiam, quæ extra eum sunt qui vult, præclarè facta sunt, quam curiosius ea, quæ ad voluntatem pertinent spectantes, facere voluntatem eius qui misit, in faciendis quibusdam, quæ externa sunt, positum esse existimare. Dico autem illud, quòd extra eum, qui vult, efficitur sine patris, quæ antè exposita est voluntate, non esse quidem totam patris voluntatem, sed omnem patris voluntatè esse, id quòd à filio geratur, cum Dei voluntas facta in filio, ea facit, quæ vult Dei voluntas. Solus porro filius facit ut omnis patris voluntas intelligatur, atque capiatur. Itaque eius etiam est imago. Atque etiam de Spiritu sancto considerandum est. Cætera quidem quæ sancta sunt, nihil alienum à Dei voluntate faciunt: sed tamen satis magnam vim non habent, ut totam voluntatem expriment: atque hoc, quòd sanctum est alio quòd etiam sanctum est magis quam amplius, aut plus quam expressius alterius comparatione à paternâ voluntate capiet: rursusque præter illud erit aliquid aliud, quòd dissimiliter capiat. At verò omnem totamque Dei voluntatem faciet is, qui dixit, *Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius qui misit me.* Deinceps enim ait post hæc verba alio loco gratias agens Deo, *Non potest facere filius à se ipso quicquam, nisi quòd viderit patrem facientem.* Quæcunque enim facit pater, hæc etiam filius similiter facit. Pater diligit filium, & omnia ostendit ei quæ ipse facit. Ac propter hæc fortassis Dei, qui videri non potest, est imago. Nā & voluntas, quæ in eo est, imago est primæ voluntatis: & veræ diuinitatis imago est, quæ in eo est diuinitas. Idemque qui etiâ bonitatis Patris imago esse, ait, *Quid me dicis bonum?* Atque hæc quidem voluntas filij est cibus eius propius. Itaque cibus est id, quòd est. Id autem quòd in affectione & proposito versatur, esse voluntatem, declaratur verbum quòd secundum loco post effectum voluntatis

Certe, nā in
substantiā
est patris
filij, sed
naturā
videtur ego
fieri.

Certe, nā
videtur
angelos
ob
herem
cō
sistentiū,
de
fuisse à
Deo.

Certe, nā in
videtur
sum
dignā,
de
omnium
demonstrat
etiam de
satione.

luntatis subiicitur, Perficere voluntatem Dei. Sed diuini etiam illud considerandum est, ut quid hoc significet, *Perficiam eius opus*, intelligamus. Ac si quis simpliciter dicat, id quòd præceptum est, quicquid est esse eius, qui præcepit, ut si exempli causa eos qui ædificant aut agricolas, diceremus opus efficere eius, qui ipsos ad opus sumpserit, in eo cuius causa sumpti sunt: faciendo quispam autem dicat, si opus Dei à Christo perficiatur, perspicuum esse, inchoatum ac minus perfectum fuisse antè quam absolutum esset: quoniam igitur modo minus perfectum erat Dei opus, quoque modo opus Dei perficitur ab eo, qui ait, *Qui misit me, maior me est*: Sed perfectio operis, eius quòd rationis est particeps, erat perfectio. Hoc enim cum imperfectum esset, Verbum quòd caro factum est, eò venit ut perficeret. Ergo imperfectum creatum est opus, & Seruator mittitur, qui illud absoluat. Sed quid est, quamobrem non alienum sit, patrem quidem eius quòd inchoatum & minus perfectum est, effectorem fuisse, Seruatorem autem id quòd imperfectum erat, perfectum esse, cum minus perfectum conditum esset: Arbitror quidem in his locis aliquòd mysteriū paulo abstrusius esse abditum. Fortassis enim nō omni ex parte imperfectum erat id, quòd est rationis particeps, cum in paradiso est locatum. Quomodo enim Deus id quòd planè imperfectum erat, in paradiso eius & colendæ & custodiendæ gratia, collocauit? Qui enim vitæ lignum tractare, & colere poterat, omniaque quæ Deus seuisset, atque postea orta essent, non rectè imperfectus dicitur. Qui ergo nunquam perfectus fuit, & quodam modo in obedientia imperfectus erat, factus est, ei que opus fuit, qui ipsum ex non perfecto perfectum efficeret. Ob eamque causam Seruator missus est, primū ut eius, qui se misit, voluntatem exequeretur, cum hinc quoque eius factus esset operarius: deinde ut Dei opus perficeret, & vnusquisque perfectus solido cibo & sapientiæ adiungeretur. Perfectorem autem est solidus cibus, eorum, qui propter consuetudinem exercitatos habet sensus ad discretionem boni & mali: & qui loquitur sapientiam, inquit, Sapientiam autem loquimur apud perfectos, Et cum vnusquisque nostrum opus Dei à Iesu perfectum fuerit, tum dicit, Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruauit: in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. Nō solus autem homo ex perfecto in non perfectum delapsus est, sed etiam videntes filij Dei filias hominum, quòd pulchræ essent, accipientesque sibi ab omnibus quos elegerant, atque omnino ij omnes, qui deseruerunt domicilium suum, & non seruauerunt principium suum. Principium autem appello, nō principatum, qui potestati comparatur, sed quòd à fine altera ex parte distinguitur, primoque vicinum est. Ut quemadmodum homini principium quoddam fuit quo in paradiso esse cœpit, & finis propter violationem fortasse apud inferos infimo in loco, aut in aliquo eiusdem generis: sic etiam vnusquisque eorum quæ lapsa sunt & peccarunt, datum est principium quoddam Iesus tamen est, qui opus Dei perficit, id est, omne quòd rationis est particeps, nec hominem solum eodem modo perficit. Ea enim quæ beatiora sunt, & verbo credunt, nec laborem requirunt, solum perficiuntur à Verbo. Alia autem quæ Verbo nō

crediderunt, laborè egent, ut post laborè ad Verbum perducta, tandem aliquando eis perficiantur. Quamquam vtraque hæc cibus vnus sint filij proprius, ut & voluntatem eius, qui se misit, expleat, & opus eiusdem perficiat. Heracleo autem hoc loco, *Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius qui misit me*, Seruatorem dicit narrare & exponere discipulis id esse, quòd cum muliere tractaret, quòd cibum suum patris voluntatem diceret. Hoc enim eius cibus erat & requies, atque virtus & potestas. Patris autem voluntatem dicebat esse, homines patrem cognoscere, atque salutem consequi, quòd quidè Seruatoris opus erat, qui eius rei causa in Samariam, id est, in mundum missus est. Cibum ergo filij intellexit etiam sermonem, quem habuit cum Samaritana, id quòd aperte omnibus & abiecit & violenter acceptum explanatumque esse videri arbitror. Quo autem modo Seruatoris cibus sit patris voluntas, planè nō exposuit. Qui verò sit etiam requies voluntas patris? Ait enim quodam loco, tanquā non omni ex parte paterna voluntas ipsius esset requies, Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Veruntamen nō quòd ego volo, sed quòd tu. Vnde porro etiam vim potestatemque Seruatoris Dei voluntatem esse dixit: *Nonne vos dicitis, quòd adhuc tres menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis, Leuate oculos vestros, & videte regiones quia alba iam sunt ad messem.* Ab eis, qui simpliciter, & ad litteram hoc dictum putant, *Nonne vos dicitis, quòd adhuc tres menses sunt, & messis venit?* hæc querenda sunt, ut credant Seruatorem locutum esse sepe spiritualia vacua ab iis, quæ sensu percipiuntur, & corporea sunt. Si enim tempus cum hæc dicebat Iesus, messem tribus mensibus præcurrebat, perspicuum est tum hyemem fuisse. Messis igitur in Iudæa fieri incipit in eo circiter mense, qui apud Hebræos Nisan vocatur, cum pascha celebratur: ita ut ipsi nonnunquam azyma ex nouo frumento conficiant. Sed faciamus sanè, non in mensem illum incidere messem: certè in eum, qui illum deinceps sequitur, quem ipsi * vocant, incidebat. Si enim etiam ita res habet, in mense illo, qui temporis mensium trium erat principium, hyems sauebat. Cum ergo docuerimus, tum cum hæc dicebat, messis tempus fuisse aut aut ferè desinentis: id quòd propositum est nobis, demonstrauerimus. Notandū est autem, dici dominum post mutationis aquæ in vinum in Cana Galilææ vico ab eo factæ mysterium, eiusque matrem ac fratres & discipulos in Capharnaum descendisse, ibique non multos dies esse commoratum. Et propè erat pascha Iudæorum: & ascendit Hierosolyma Iesus; & inuenit in templo vendentes boues, & oues, & colūbas: & cætera, quæ scripta sunt, cum fecisset flagellū ex funiculis omnes eiecit ex templo: habitoque sermone quodam cum Nicodem, deinceps in Iudæam terram ipse eiusque discipuli venerunt, atque illic cum eis morabatur & baptizabat. Quantum ergo temporis eum in Iudæa commoratum esse baptizantem post pascha ponemus? Non enim aperte scriptum est. Atque illud apparet, Iesum, quòd Pharisæi eū plures discipulos efficere, atque baptizare, quam Ioannem, intellexissent, relicta Iudæa, in Galilæam profectum esse, cum ipsum per Samariam iter facere oportuit, perueniensque ad fontem Iacob, dixit, *Nonne vos dicitis, quòd adhuc tres menses sunt, & messis venit?*

venit? Quod si quis suspicetur eum post pascha plures menses in Iudæa commoratum esse, baptizantem cum suis discipulis: itaq; appetuisse tempus messis, quæ prius tribus mensibus distabat: ei asserendum est, eum cum dies duos illic apud Samaritanos mansisset, iis præteritis in Galilæam exiisse: & scriptum esse eum, quod recens pascha celebratum esset, atque ob ea quæ Hierosolymis gessisset, cum in Galilæam venisset, à Galilæis receptum fuisse, quod omnia quæ Hierosolymis in die festo egisset, vidissent. Ipsi enim etiã ad diem festum venerant. Sed verisimile est aliquem ad hæc dicturum, nihil prohibere eum cum diu in Iudæa commoratus esset, ad fontem Iacob venisse, & abiisse in Galilæam, cum tres menses messis abesse dixit. Nec absurdum alienumque est, ob ea quæ paulò antè ab eo Hierosolymis gesta fuerant, à Galilæis receptum & approbatum fuisse. Sed eis respondendum est, eum cum in Galilæa esset, in Cana Galilææ vicum venisse, ubi prius aquam in vinum verterit, ubi etiam reguli filium qui in Capharnaum ægrotabat, cum patri eius dixisset, Filius tuus vivit, curauerit. Et post hæc erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam, tum cum paralyticum, qui octo & triginta annis eo morbo laborasset, curavit. Nec verò idemne dies festus Paschæ esset, additur eius nomen, angusta redditur historiæ consequentia, maximeque quod paulò pòst subiicitur, Erat prope dies festus Iudæorum Scenopegia. Quoniam igitur hæc pluribus exquiruntur, hoc consentaneum est ut is, qui accuratius scripturarum sententiam intueretur, quærat, quid sibi vellet ac intelligeret, cum discipulis Iesus dicebat, *Nonne vos dicitis, quod adhuc tres menses sunt, & messis venit?* *Ecce dico vobis, Leuate oculos & videte regiones: quoniam alba sunt ad messem.* Ut autem dicebamus in iis quæ Samaritanam attingebant, nonnulla de aquis exquirentes: sic etiam hoc loco faciamus. Quis enim non fateatur illud, *Leuate oculos vestros, & videte regiones: quia iam alba sunt ad messem*, aliquid iam spiritale esse, & spiritale vacuum ab iis, quæ sub sensum cadunt: ex quo etiam consequens sit, discipulos discere post menses quatuor fore messem, quæ à Iesu ostensa esset, coniuncta & similis esset? Existimamus ergo talia quædam esse cum discipuli dicunt quatuor menses esse, & messem venire: plurimi autem discipuli sermonis intelligentes veritatem vix naturam hominum posse comprehendere, cum de alia vita quàm de hac acceperunt: cumque hoc loco rem ad finem eorum, quæ disputabantur, reuocarunt, existimant fore ut post quatuor elementorum cognationem, iis superatis comprehendatur veritas. Aiunt ergo verba Domini sequuti discipuli de messe, quæ est operum, quæ veritatem simul portant, finis, eam post præsentem quaternionem futuram. Mensium autem nomen ut messis verbo respondeat, corporaliter acceptum est. Non enim dicendum erat illud, *Nonne vos dicitis: quia adhuc menses quatuor sunt, messis venit?* aut, adhuc quatuor anni, & messis venit, præsertim cum Verbum multis, & iis qui in corporeo nimium defixi sunt, hoc incognitum esse velit, dum id quod mysticum est occultat, & quod facilius ac simplicius est, enunciat, ut verba quæ à Seruatore proferuntur, aperta claraque esse existimentur, aut fortassis discipu-

lorum voluntas & sententia, qui dicebant, *Adhuc quatuor menses sunt, & messis venit.* Quatuor orbis sunt elementorum quatuor, qui æthere nature subiecti sunt: in medio quidem & infima est terra, quam ambit aqua, aquam aër, aëra ignea natura, ignem luna & deinceps quæ sequuntur. Sciamus etiam, num discipuli hoc sciant, ut mundior essentia facti ij, qui hinc sunt præparati, verum comprehendant, cum etiam ignis orbem aliquis potest, non corruptus deprauatusque peccato, quod materia est vniuersi in aetherea loca. Hanc autem opinionem ut non veram & sanam refellens Verbum quod caro factum est, ait iis qui ita sentiunt, *Nonne vos dicitis, quia adhuc quatuor menses sunt, & messis venit?* *Ecce dico vobis, Leuate oculos vestros, & videte regiones, quia iam alba sunt ad messem.* Etenim nobis videtur intelligi non posse eum in his omnibus de vna messe dicere, quandoquidem sententia eorum, qui simplicius exponunt, verè dicunt dominum obiurgasse discipulos, qui, ut putant, messem post menses quatuor futuram existimarent, quam supra post quatuor menses non posse eucnre demonstrauimus, præsertim cum quasi suspicionem discipulorum corrigens dicat, *Non vos quidem hoc dicitis, sed ego hoc dico.* Præterea quid est, quam obrem non alienum sit, illud, *Leuate oculos vestros*, omni ex parte allegoriæ tropo aperte. & hoc, *Videte regiones quia iam alba sunt ad messem:* quod autem antecedit. *Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt, & messis venit?* non allegoricè accipere? Heracleon autem eodem modo quo plerique in litera verbisque mansit, quod ea anagogicè accipi non putaret. Ait enim Seruatorem frugum messem dicere, quod hæc quidem trium etiam mensium terminum haberet, illa autem messis quam ipse diceret, iam instaret, & appeteret. Messemque nescio quomodo in animo accepit, credentium dico, quod iam videntes paratique essent ad messem, aptique ut in horreum congererentur, id est, per fidem ad requiem perducerentur, omnes quidem, qui parati erant. Neque enim omnes erant, quippe cum animi alij, inquit, iam parati essent, alij futurū esset, ut parati essent, nonnulli autem futurum sit, ut sint parati, aliqui verò iam serantur. Atque hæc quidem ille. Ego autem, quomodo discipuli oculos attollentes intueri poterant animos iam aptos, ut putat, ad congerendum in horreum, an docere possit, ignoro, & præterea quæ illud verum sit in animis, *Alius est qui seminatur, & alius qui metit:* &, *Misi vos metere, quia vos non laborastis.* Quo autem modo illud, *Alij laborauerunt, & vos in laborem eorum intrastis*, in animis accipi & intelligi potest? Nos ergo messem fructus, qui in vitam æternam congregatur, accipimus perfectionem verbi, cuius in nobis per animi perceptiones & cogitationes semen insitum continemus, quod quidem verbum maiore cultura absoluitur. Quo autem pacto ab alio seratur, & ab alio metatur, deinceps explicabimus. *Ecce dico vobis, Leuate oculos vestros, & videte regiones, quia iam alba sunt ad messem.* Multis in scripturæ locis illud positum est, *Leuate oculos vestros*, hortante nos diuino verbo, ut attollamus sensus animi nostri, & mentem quæ alicubi in rebus terrenis defixa est & hæret, nec se ad id quod perfectum est contuendum, potest attollere: velut in Esaia, *Leuate in altum oculos vestros, & videte* quis

quis ostenderit hæc omnia. Et Seruator noster cum beatitudines iis qui in campum conuenissent, expositurus esset, leuatis in discipulos oculis suis, dixit, Beati hi atque illi. Nemo enim verus Iesu discipulus in inferiore loco est, ut neque is, qui in Abrahæ sinu requiescit. Itaque dies qui in tormentis erat, oculos sustulit, ut Abraham & Lazarum in eius sinu cerneret. Præterea mulier, quæ inclinata erat, nec Iesu qui eam in sublime erecturus erat, perfectionem intueri poterat, inflexa esse, nec in sublime aspicere posse inducitur, ut oculos attolleret. Nec quisquam qui est in perturbationibus, aut in corpore defixus, & liquefactus, aut rebus corporeis quasi admixtus & additus: præcepto huic, *Leuate oculos vestros*, paruit. Itaque is qui est eiusmodi ne videbit quidem agros aut regiones, etiam si iam ad messem flauescant. Nemo etiam qui carnis opera perfecit, oculos ad superiora intendit vniquam. Alba autem iam sunt ad messem regiones, eum Dei Verbum adest explanans & illustrans omnia scripturæ loca, quæ in aduentu ipsius implentur. Fortassis autem omnia etiam quæ sensibus percipiuntur, ad cælum vsque ipsum, & ea, quæ complexu suo coercet, alba sunt ad messem regiones iis qui oculorum aciem intendunt ad superiora, aperte explanato verbo quod de qua; re est, iis, qui vsque ab eo repetierint, quod in eadem imaginè reformamur à gloria in gloriam, si oculi viderint, quemadmodum vnumquodque eorum quæ effecta sunt, bonum & præclarum erat. Nam quod ad illud atinet, *Vidit Deus*, quod in vnaquaque natura creata dicebatur, eam bonam esse, eius talis est sensus, Deus vniuersi vsque rationem inspexit, viditque quodammodo, quibus rationibus vnaquaque creata natura præclara esset. Quod si quis non ita interpretatur illud, *Vidit Deus*, quia bonum, exponat quomodo in illo, Producat aquæ reptilia animarum viuentium, & volatilia volantia super terram per firmamentum cæli, hoc, *Vidit Deus* quia bonum, retineatur, maximeque cum Deus cete grandia fecit, Verbum quod de vnoquoque horum est visum Deo, est bonum illud. Eadem etiam de illo, Producat terra animam viuentem secundum genus, quadrupedia & reptilia & bestias terræ secundum genus, dicenda sunt, quibus illud quoque, *Vidit Deus* quia bonum, subiicitur. Quo enim pacto bonum essent bestia & reptilia animalia, nisi verbum, quod in eis proferitur, bonum esset? Hæc autem à nobis dicuntur propter illud, *Leuate oculos vestros, & videte regiones, quia alba iam sunt ad messem*, quod Verbum quod præsens erat, & aderat discipulis, auditores hortabatur, ut oculos attollerent, animique aciem in loca scripturæ, & in Verbi, quod in vnoquoque eorum, quæ sunt, inest, regiones intenderent, ut lucis veritatis quæ vbiq; lucet, eadorem & splendorem aliquis contempletur. Omnia enim, Salomonis sententia, eorum qui intelligunt conspectui subiiciuntur: recta autem iis qui sensum accommodare volunt. *Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam: ut & qui seminatur simul gaudeat, & qui metit.* Quot modis messis in scriptura dicatur, & in quor ponatur, necessariò exponendum existimo, ut explanata quoad eius fieri poterit, significatio, nos in qua pluribus verbum hoc loco positum sit, intellige-

re possimus. Dicemus ergo in euangelio Matthæi, tum cum discipuli ad dominum adierunt, qui hæc dicerent, *Edisserunt nobis parabolam zizaniorum agri, de hac esse doctrinam domini, quæ post alia dicit, Messis autem consummatio est seculi: messores autem sunt angeli.* Quinetiam alio in loco quo de multitudine credentium dubitant, doctrina eis explanante de iis qui credunt, Seruator noster ait, *Messis quidem multa, operarij autem pauci.* Rogare ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Præterea Apostolus semen quidem abundantiam, quæ est in hac vita, vel peccatum hominum: messem autem ea, quæ pro rectè factis aut peccatis huius vitæ, vni cuique pro meritis referuntur, vocat his verbis, *Quæ enim seminaverit homo, hæc & metet: quoniam qui seminatur in carne sua, de carne sua & metet corruptionem: qui autem seminatur in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.* Aliqua autem simili significatione prophetam quoque qui impetu spiritus ferretur, hæc in Psalmis dixisse existimo, *Qui seminatur in lachrymis, in exultatione metent.* Euntes ibant, & flebant, mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Positum est etiam nomen hoc multis in locis in ea significatione, quam consuetudo trinit, velut in libro qui Ruth inscriptus est, his verbis, *Illæ autem venerunt in Bethleem, quando primum ordea metebantur.* Quinque igitur expositis significationibus, perspicuum est, non eam quæ in mundi termino & sine posita est (neq; enim is qui metit in consuetudine, mercedem accipit, congeritq; fructum in vitam æternam) nec consentaneum est in hoc loco de messoribus angelis id, quod ad metendum inuitat intelligere. *Qui neque illud, Qui seminatur in carne, de carne & metet corruptionem: & qui seminatur in spiritu, de spiritu metet vitam æternam, hoc loco accipi potest, Qui metit, mercedem accipit & congregat fructum in vitam æternam.* Sententia enim verborum Apostoli, idem est & qui serit, & qui metit, siue in carne, siue in spiritu, ob eamque causam colligit, aut in corruptionem, aut in vitam sempiternam. Hoc autem loco alius est qui serit, alius qui metit. Itemque idem quidem serit & metit eius loci Psalmi quem protulimus sententia, qui ab Apostoli verbis differt, quod maius mysterium continet, estque occultior & abstrusior. Apostoli enim verbum simplicius planiusque dictum est, nec docet, vnde dissimilis minimum natura sumatur. Quod autem ex Psalmis sumptum est, mihi explanare videtur clariorum animorum descensum, qui huius vitæ vsuram cum salutis seminibus acceperunt: & venerunt quidem quodammodo inuiti cum gemitu, sed redeunt læti, propterea quod præclare semina cum quibus venerant, coluerint, auxerint, atque multiplicauerint. Alius est autem, qui seminatur, & alius qui metit in iis verbis quæ propostia sunt. Atque Heracleon quidem hoc dicit, sed fortasse hanc explanationem intelligentiamq; secutus aliquis, vna imperum faciens, & Ecclesiasticus, illius sensu, *Messis quidem multa, operarij autem pauci, hæc ita dicta esse ut si dicamus paratos ad messem aptosque ad colligendum iam in horreum per fidem, ut requiescant, sintq; apti ad salutem, accipiendumque verbum: Heracleonis quidem ratione & sententia propter eorum ornatum & naturam*

Gal. 6.

Cautè leges de præsertim si animarū loquuntur.

naturam: Ecclesiastici autem, propter eius partis, quæ in nobis principatum obtinet, præparationem, quæ parata est ad perfectionem, ut ne etiam metatur. Quærendum est igitur ab iis qui ita acceperint, num velint approbare nunquam ante Seruatoris nostri aduentum messem extitisse similem ei, quæ ab euangelicæ prædicationis tempore expectata sit. Si enim quod magna messis sit, multi crediderunt, et si Apostoli pauci operarij fuerint, si iis, qui Verbum receperunt, comparerentur: aut propter illud, *Videte regiones, quod albae sunt iam ad messem*, nemo ante corporeum Seruatoris nostri aduentum, credit: quin nec quicquam eorum, qui credunt operarij extitit: hoc quidem est absurdissimum dictum, Abraham, & Mosem atque prophetas nec operarij locum tenuisse, neque eorum, qui messi sunt: vel si etiam prius operarij fuerint, atque messis fuit, nihil Seruatori admirabile, inopinatumque; polliceri iis videbitur, qui oculos attollunt, ut regiones albas esse ad messem videant. Ex his igitur perspicuum quodam modo esse potest, nihil eorum, quæ antè dicta sunt, de messe hoc loco intelligi: quin ne illud quidem quod est apud Apostolum alio in loco conueniet, *Qui parca seminatur, parca & metet*: Et qui seminatur in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Quærimus ergo septimam significationem, quæ superioribus respondeat, ad illud, *Nonne vos dicitis, quod adhuc tres menses sunt, & messis veniet?* & ad hunc locum accommodatam, *Ecce dico vobis, Leuate oculos vestros & videte regiones, quia iam albae sunt ad messem*. Sermo igitur planus de scripturarum interpretatione aut de illo, Omnia quæ fecit Deus, sunt valde bona, à nobis explicatus est. Messem qui colligit duos fructus metendi habet, vnum quod mercedem accipit: alterum, quod fructum in vitam æternam congerit. Existimo etiam propter promissa, quæ posthac futura sunt, ut scriptum est, *Ecce dominus, & merces eius in manu eius, ut reddat vnicuique secundum opera eius, dictum esse illud, Mercedem accipit: vtilitatis autem eius causa, quæ ex aspectu & contemplatione percipitur, quæ hoc loco secundum naturam est, meti autem & rationi præcipua, etiã sine aliis promissionibus præter hanc, scriptum esse, *Congregat fructum in vitam æternam*, id quod perturbationum moderationem quandam in ea parte, quæ principatum tenet, declarat: quemadmodum tertio libro Stromaton protulimus cum illud explanarem, Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Heracleon autem verba hæc, *Qui metit, mercedem accipit*, dicta existimat, quod messorem semetipsum Seruatorem dicat: mercedem etiam domini nostri eorum qui metuntur salutem, restitutionemque eorum, qui eum in se reficiunt, esse censet. Illa autem, *Et congregat in vitam æternam*, dicta esse ait, aut quod id quod congeritur vitæ æternæ fructus est, aut certe ipsa vita sempiterna. Verum violentam hoc loco eius interpretationem esse arbitror, cum Seruatorem mercedem accipere dicit, confunditque in vnum mercedem, fructusque collectionem, cum planè scriptura duas res proponat, quemadmodum paulò antè commemorauimus. Si aliqua ex parte nunc oculos apostolicorum leuationem assecuti sumus, ac religionum, quæ iam ad messem flauescunt, contemplationem, sequitur ut exquiramus, quid sit, *Et qui seminatur, simul gaudeat,**

Et qui metit. Sic ergo statuo, in omni arte & scientia, quæ ex pluribus perceptis conficitur, serere quidem eum qui principia inuenit, quæ alij accipientes, & absoluentes, cum aliis ea, quæ ipsi inuenerunt tradunt, ex iis quæ ab ipsis inuenta sunt authores sunt & causæ posteris qui nec principia inuenire nec quæ sequuntur, coniungere conueniuntque possunt, nec artium scientiarumque finem absoluere, completis eiusmodi artibus & scientiis maximum fructum quasi in eorum messe percipere. Quod si in artibus verum est, nonnullisque scientiis: quanto iam magis in arte artiũ, scientiãque scientiarum animaduerti potest? Quæ enim inuenta sunt à prioribus, ea cum absoluisent ij qui eos consequuti sunt posterioribus tradiderunt, cum exploratè iis quæ inuenta essent, occasiones causasque hoc vnum veritatis corpus colligendi approbaret. Absoluto igitur completoque; omni artis artium præstantissimè opere, qui serit, simul gaudet, & qui metit, Deo qui reddit, in vnum finem omnes colligente. Vide autem, num factores quidem sint Moles & propheta qui ea scripserunt quæ ad correptionem nostram in quos fines seculorum deueniunt, pertinent, Christi que aduentum prædicauerunt: messores autem Apostoli, qui Christum probauerunt, atque eius viderunt gloriam, quæ consonat propheticis de eo verbi seminibus quæ messa & percepta sunt, perfectione intelligentiaque; mysterij quod à seculis occultum & abstrusum fuit, sed in fine temporum est enuntiatum: quodque; aliis nationibus non est agnitum, filiis hominum, ut nunc patefactum est sanctis eius Apostolis & prophetis: Semen verò erat omne Verbum patefactione mysterij quod æternis temporibus tacitum & occultum fuit, sed enuntiatum est scriptis prophetarum, ac Iesu Christi domini nostri aduentu, cum lux vera fecit ut regiones ipse eas illustrans, iam ad messem flauescerent. Hac igitur ratione regiones in quibus iacta sunt semina, legis ac prophetarum scripta sunt, quæ quidè alba non erant iis, qui Verbi aduentum non receperunt, sed talia iis efficiuntur, qui à Dei filio docentur: eique dicenti credunt. *Leuate oculos vestros, & videte quia regiones iam albae sunt ad messem*. Ut igitur veri Christi discipuli, nos quoque oculos nostros attollamus, regionisque à Moese atque prophetis fatas contemplemur, ut earum candorem videamus, & quemadmodum licet fructum metere, atque congerere in vitam sempiternam, & cum eo etiam sperare mercedem nos posse accipere à domino vicorum, & eorum qui semina suppeditant. Ac illud quidem, eum qui seminat simul, & eum qui metat gauisurum tum cum fugerit in futura vita tristitia, dolor & gemitus, omnes fatebuntur, qui quidem hoc legerint, Multi ab oriente, & occidente venient, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cælorum. Si quis autem omnem iam qui serit, vna cum omni qui metat lætari, approbare dubitat, is intelligat, Iesu, ut ita dicam, transfigurationem, cum in gloria videbatur, non solum messoribus Petro & Iacobo atque Ioanni, qui vna cum ipso in montem ascendebant messem quodam modo fuisse, verum etiam Moysi, & Elię satoribus. Cum eis enim ex aspectu glorię Dei filij gaudent quam ita illustratam à patre, eosque; illustrantem qui antea videbant, Moles & Elias nõ viderunt, ut nunc vna cum sanctis Apo-

stolis

stolis intuentur. Catholici autem ratione & sententia, idem efficere illud accipimus, *Qui seminatur mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam, ut qui seminatur simul gaudeat, & qui metit*, propterea quod deinceps plures dicantur messores, pluresque qui laborauerunt, scilicet in serendo. Dicitur enim tanquam multis messoribus, *Ego nisi vos metere, quod vos non laborastis*, & quod multi in seruire laborassent. *Et alij laborauerunt, & vos in laborem eorum introistis*. Catholico autem idem efficit, *Qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam, ut omnis qui seminatur simul gaudeat, & omnis qui metit*. Hac autem vltro quidem probabunt ij, qui non dubitant, ea, quæ abscondita occultaque; fuerunt antiquis hominum generibus, & Moysi ipsi atque prophetis patefacta fuisse sanctis Apostolis, Christi aduentu, qui eis intelligentiã, cognitionisque; scripturarum omnium lucem infuderit. Alij autem dubitant approbare, quod non ausunt Mosem tum magnum præstantemque; virum, atque prophetas tum cum etiam in hac vita essent, concedere peruenisse ad ea quæ ab Apostolis intelligebantur, atque in diuinis scripturis quæ ab eis intellectæ sunt, sparsa erant, & infra. Vtetur porro superiores hoc loco, Multi prophetæ & iusti desiderauerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Et Ecce plus quam Salomon hic. Et illo, Aliis generationibus non est agnitum filiis hominum, sicut nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius & prophetis, genites esse coheredes, & concorporales, & participes promissionis in Christo. Atque hoc qui in Daniele scriptus est post quandam visionem, Surrexit, & non erat qui intelligeret. Et illo, qui apud Esaiam, Sunt verba libri huius, ut liber hominis ob signatus, quæ daturi sint homini qui literas nesciat, dicentes, *Lege: dicit, Nescio literas*. Et dicit, *Nescio legere*, ob signatus enim est. Alteri autem hæc omnia dissoluent & explicabunt hoc loco, Sapiens intelliget ea quæ à proprio ore: in labiis autem suis feret scientiam: dicentque Mosem & vnumquemque prophetarum ea, quæ censuerint, intellexisse, non ut ea etiam aliis traderent, & explicarent mysteria: Apostolos autem vt qui in patefactionis tempore fuerint dixisse, State & tenete traditiones, quas didicistis, Et quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Illud etiam dicent, si cupiebant multi prophetæ ac iusti videre, quæ viderint Apostoli, & quæ Christo dicente audierint: non omnino ea quæ legis ac prophetarum scriptis continentur, desyderabant, sed his maiora, quæ eis Christus pollicebatur præter ea quæ in lege spiritalem sensum continent, quæ in prophetis abstrusa sunt: cuiusmodi erat illud, Audiui arcana verba, quæ non licet homini loqui: & similia iis quæ à Paracleto dicebantur. Præterea hoc etiam verbum videamus, quemnam messorem narret mercedem accipere, congregareque fructum in vitam æternam Euangelista, cum ait, *Ut qui seminatur simul gaudeat, & qui metit, mercedem accipit, & in vitam sempiternam fructum cogerit: fortasse is qui serit participes mercedis eius qui metit, etiam perceptione & collectione fructus qui in vitam*

æternam colligitur, vna cum eo qui metit lætabitur. Aliquis autem alius omnia quæ lex, & propheta docent, & probè interpretatione sensuque spiritali à Moese atque Prophetis intellecta fuerint, & vt decuit, apertè planeque scripta ea esse quæ facta sunt, dicit. Sed quoniam verbum sapiens si doctus audiat, ipsum laudabit, & ad illud addet: Perspicuum est Apostolos, cum vti essent magis arcanorum & paulò altiorum seminibus iis quæ à Moese & prophetis intelligerentur, eò penetrassent, ut ad multiplicatam veritatis contemplationem perueniret, cum Iesus eorum & oculos attolleret, & mentes illustraret: erantque ea, quæ multiplicata sunt, messis multarum regionum. Non autem vt inferiores prophetæ ac Moles ab initio omnia, quæ Apostoli in Iesu aduentu, sed vt expectantes finem temporis, in quo oportebat cum præcipuo, eximioque Iesu Christi aduentu etiam præcipua, quæ aliquando in mundo dicta fuerant aut scripta, enunciari ab eo, qui non rapinam arbitratus est se æqualem esse Deo, sed semetipsum exinanivit, formamque serui accepit. *In hoc enim verum est verbum quod aliis est qui seminatur, & alius qui metit*. Siue ab artibus & scientiis sumptum exemplum accipiamus ea, quæ hoc loco dicuntur, verum est verbum illud, Alium esse eum, qui seminatur, alium eum, qui metit: siue ex eo quod seuit quidem Moles, ac propheta, viderunt autem flauescitibus iam ad messem regionibus, & agris ij, qui oculorum aciem in Seruatoris nostri Iesu Christi horrea intenderunt, ut regiones iam albas ad messem videret, hoc etiam modo perspicuum est alium eum, qui serat esse, alium eum, qui metat. Videte autem, num hæc duo, alius & alius intelligi possint, quod illi in tali vitæ ratione iusti fierent; hi verò alia præter illam, quasi dicat alium quidem esse eum qui legem, alium qui Euangelium sequatur: quanquam simul gaudent, quod vnus finis ab vno Deo: per vnum Christum in vno sancto Spiritu vtrisque referuatur. Heracleon verò illud, *Ut qui seminatur, simul gaudeat, & qui metit*, hoc modo explanauit: Gaudet enim, inquit, is qui serit, quod serat, quodque ex ipsius seminibus aliqua congeruntur, eadem spe fretus etiam de ceteris. Qui autem metit, eodem etiam modo aliquid metet: alius quidem prior serere, alter autem metere cepit: neque enim vterque in eodem incipere poterat. Primum enim serendum erat, deinde metendum, sed cum is qui sererat, finem fecisset serendi. Metet etiam is, qui metit: sed tamen vterque in præsentis sui opus agentes communi gaudio complentur, quod commune gaudium seminum perfectionem esse existiment. Præterea in hunc etiam locum, *In hoc verum est verbum, quia alius est qui seminatur, & alius qui metit*, hæc dicit, Hic enim super locum id est, Dei filium, serit: Seruator autem qui idem est hominis filius, metit, messoresque; mittit angelos qui discipulorum nomine intelliguntur, vnumquemque ad animum suum: Sed non admodum apertè exposuit, quinam sint duo hominis liberi quorum alter serit, alter metit. *Ego nisi vos metere, quod vos non laborastis: alij laborauerunt, & vos in laborem eorum introistis*. Non est difficile ex iis, quæ paulò antè dicta sunt, intelligere vt Iesus discipulos miserit, qui id metere quod non ipsi, sed ij qui ipsos antecesserunt, laborassent. Cum enim Moles & propheta laborassent,

serent,

sent, vt mysteria capere & intelligere possent, quorum in scriptis suis nobis vestigia reliquerunt, in Mosis prophetarumque labore Apostoli Iesu eis mysteria tradente introierunt, metentes congerentesque in animi sui horrea illorum intelligentiam. Verbum autem iis, qui verè discunt superiorum labores sine simili labore eorum qui laborauerunt, planiores clarioresque reddit. Sed in omnibus, quæ ad ea, quæ ab aliis metuntur, pertinent, hoc etiam considerandum est, num, cum angeli semini hominum iactando præfecti sint, perfectionis eorum, quæ facta sunt, adiutores apostoli, in aliorum laborem ingrediantur, metantque & fructus in iis, quibus auxilium tulerint, inueniant, quos quidem Iesu aduentus paratos, apostolusque ad messem fecit, etiam ante eam, quæ post menses tres expectabatur. Quod si ita res habet, videndum est, sine molestum laboris; plenum angelorum inferendis in corporibus animis ministerium, & munus, cum duo quædam natura contraria in vna temperatione colligant, certoque & constituto tempore eam quæ vnumquemque attingit, incipiant adhibere procuracionem, & eum qui antè fictus est, ad fructum ferendum in lucem proferant. Verum erit qui his aduersari dicet, quod Deus ipse formare & fingere dicitur hoc in loco, Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me: & in illo, Antè quàm formares me in vtero, noui te: & in illo, Antè quàm exires de ventre, sanctificauit te. Ad quod respondendum est, quemadmodum lex quæ disposita est, & dicta, verbum firmum factum est, & perspicuum est illud prolatum esse à Deo: sic fieri posse, vt etiam angelis præfectis hominum ortui, Deus dicat se illum in vtero fingere. Atque haud scio, an ad id quod dubitatum & quæsitum est, hoc etiam dici possit, eos qui dixerunt, Manus tuæ fecerunt me, Iob, & Dauid, cum partes essent Dei, esse fictos. Hieremias quoque audiens, Antequam te formarem in vtero, noui te, vt qui Dei pars futurus esset, ab eo fictus est. Ij autem qui aliorum partes sunt, ab iis ficti sunt, quibus obtigerunt. Atque hoc modo accuratius tractandum verbum illud restabit, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, hoc Deo dicente de omnibus hominibus & de opere quod antegressum erat, quod quidem opus posterius & à cæteris fit, ad quos verbum factum est, portione accommodata: his Deo dicente, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: quibus etiam in linguarum confusione ait, Venite descendamus, & illic eorum linguas confundamus. Hæc autem non affirmantes & asserentes dicimus. Multæ enim probationis hæ tam magnæ res indigent, vt inueniantur, vtrum ita, an aliter se habeant. Nec verò contemnenda est hæc interpretatio, Vnusquisque homo pars est alicuius, vt ex loco illo intelligi potest, Quando diuidebat, & partiebatur altissimus gentes, & cum dispergebat filios Adam: constituit terminos gentium, secundum numerum angelorum Dei: & factus est pars domini, populus eius: Iacob funiculus hæreditatis eius Israël. Quod si pars est omnino vnusquisque alicuius, quod Deus Adæ filios disperferit, vnusquisque quidem angelus in parte sua procuranda elaborat in Seruatoris autem aduentu sumuntur captiui ad Christo obediendum ex omnibus partibus ab Apostolis, & Euangelistis, at-

Cautè lege, angelos enim præfectos sic ut videtur, animis in corpora inferendis.

que doctoribus qui Euangelio ministrant, & seruiunt: atque à Christo producuntur & adhibentur, vt Gentes fiant Christi hæreditas. Non igitur ob hanc causam Apostolis qui paulò post audiri erant, Eantes docete omnes gentes, hoc dici potest, *Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introiistis.* Quod si angeli reliquas partes præter electam adepti sunt, atque præfecti animorum rationi: nõ est absurdum neque alienum, eum qui serit simul gaudere, & eum qui metit post messem. Heracleo autem ait quoque eorum, neque ab eis hæc sparsa iactaque esse femina: sed ab Apostolis, inquit, qui cum elobauerint, sunt dispensationis nunciij, per quos vt sequestres sata, & mutata sunt. In illum verò locum, *Pos in laborem eorum introiistis,* hæc dixit, Non enim idem propositum est iis qui serunt, & iis qui metunt. Illi enim in frigore, pluuia atque labore terram fodientes serunt, totaque hyeme diligentiam adhibent, sarrientes, materiamque eligentes: hi autem in paratas certasque fruges intrantes æstate lætis animis metunt. Licet autem ei, qui ea, quæ à nobis dicta sunt, cum ea etiam quæ Heracleo ait, leget, comparabit, vtra interpretatio possit, videte. *Ex ciuitate autem illa multi crediderunt Samaritanorum propter sermonem mulieris testimonium perhibentis, quia dixit mihi omnia quæcunque feci.* Cum Samaritana relicta hydria, in urbem reuersa esset, nunciatum ea, quæ de Seruatore comperisset, venientique ad dominum ij qui mulieris verbis credebant: interea Seruator colloquens cum discipulis, verba quæ prædicta sunt, fecit, discipulis eum vt comederet rogantibus. Postea verò quàm ea dicta sunt discipulis quæ pro nostra parte explanauimus: scriptura ea reperit, quæ ad eos pertinent qui ad eum ex vrbe venerant propter mulieris testimonium, quæ dicebat, *Dixit mihi omnia quæcunque feci.* Quod si ea tenemus, quæ supra de Samaria & Samaritana, atque fonte Iacob commemorata sunt: non est difficile ad intelligendum, eos qui verbum verum, & sanum assequuntur, cum antè in variis doctrinis occupati essent, tanquam dogmatum, & decretorum urbem deserere, ex eaque egressos, rectè credere cum vna quædam ad fontem Iacob prior salutarem doctrinam accepisset, suamque hydriam reliquisset, vt etiam alios ad similem fructum cohortaretur. Heracleo autem hoc quidem, *Qui erant ex ciuitate,* pro, qui erant ex mundo, interpretatus est, illud autem, *Propter verbum mulieris,* id est, propter verbum spiritualis Ecclesiæ, & significationem dat hoc verbum, *Multi,* quasi multi sint animales. Vnam verò dicit electionis naturam, quæ non corrumpitur aut interit, & vniuersi modi est, & singularis. Occurrimus autem his paulò antè, vt potuimus. *Cum ergo venissent ad eum Samaritani, rogabant eum vt maneret apud ipsos, & mansit ibi duos dies: & multo plures crediderunt propter verbum eius.* Nõ absurdè aliquis illud, In viam gentium ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne intretis, cum hoc verbo conferent. Rogatus enim Seruator, vt apud Samaritanos maneret, biduum ibi commemoratus est, ipse qui dixit, In ciuitatem Samaritanorum ne intretis. Perspicuum est igitur, discipulos etiam eius vnà cum ipso introiisse. Ad hoc autem dicendum est, illud, In viam gentium abire, posse accipi documentum quoddam, siue doctrinam Ethnicorum à Deo Israël abhorrentem & alienam: & ire eodem modo. In-

gredi.

gredi autem in urbem Samaritanorum, esse in aliqua falsi nominis cognitione & sciētia eorum qui censent legis aut prophetarum, vel Euangeliorum, vel Apostolorum verbum inhærendum esse. Licet autem Iesu, si Samaritani urbem suam deseruerint, & ad Iesum ad fontem Iacob venerint, approbauerintque institutum eorum qui crediderunt, apud eos qui rogauerint, commemorari. Mihi porro videtur obseruatè Ioannes non fecisse illud, Rogabant eum Samaritani, vt in Samariam, aut in oppidum introiret, sed vt apud se maneret. Neque enim idem est manere apud eum qui credit, quod in eius urbem ingredi. Quod etiam deinceps sequitur, non ait, *Et mansit in illa ciuitate duos dies,* aut mansit in Samaria, sed, *Mansit illic, id est, apud eos qui rogauerunt.* Manet enim Iesus apud eos qui rogant, maximeque tum cum ij qui ipsum rogabant, ex oppido suo egrediuntur, & ad Iesum ipsum veniunt, quasi Abraham imitaturi, qui credidisset Deo dicenti, Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Duos autem dies apud eos qui ipsum rogabant, commemoratur, quod nondum tertium etiam eius diem caperent, cum præsertim miraculum capere non possent, quale ij qui in Cana Galilææ erant tertio die vnà cum Iesu cænant in nuptiis. Ac principium quidem fidei multorum qui ex Samaria credebant, fuit sermo mulieris testimonium dantis, sibi ab eo enunciatum esse quæcunque fecisset. Accessio autem & multiplicatio plurium credentium nata est non iam ex mulieris verbis, sed ex Christi oratione. Non enim eodem modo ipsum à se & per se cognoscitur Verbum, quod eum qui capit illustrat, quo cum ab alio prolatum & nunciatum, testimonium accipit. Heracleo verò hæc dicit in hæc loca, *Apud eos mansit, non in eis, & duos dies,* id est, aut eum qui est in hoc seculo, & eum qui est in futura vita in nuptiis, aut tæpus, quod eius passionem antecessit, & quod eam sequutum est, quod cum apud eos transgessit, & multo plures sermone suo conuertisset, ab eis disunctus & separatus est. Dicendum est autem contra eius obseruationem quæ videtur, scriptum esse, eum apud illos, non in eis mansisse, propterea quod similis sit locutio hæc, *Est apud eos, illi, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus.* Non enim dixit, In vobis sum. Præterea cum ait, dies duos vel hoc seculum esse, & futurum: vel id quod passionem antecessit, & quod sequutum est: neque superuentura secula post futurum intellexit de quibus ait Apostolus vt ostendatur in seculis superuenturis: nec videt Iesum non solum ante passionem, & post passionem esse cum eis qui ad ipsum veniunt, & postea ab eis disungi. Semper enim est cum discipulis, neque vnquam eos deserit, vt etiam ipsi dicant, *Viuo autem, non iam ego, viuit verò in me Christus.* *Mulier autem dicebat, Non iam propter loquelam tuam credimus. Ipsi enim audiuimus & scimus quia hic est saluator mundi.* Negant eam fidem, quæ orta erat mulieris sermone, quod illa meliorè & præstantiorè inuenissent, cum ipsum Seruatore audiuissent, ob eamque rem intelligerent & cognoscerent, eum verè mundi Seruatorem esse. Et profectò præstat verbum videre, remotisque docentis instrumentis, ipsum audire etiam speciem sui obiciens per eos qui doceant partem eam, quæ principatum obtinet, inuenire per diluciditatem

expressa veritatis vestigia, quàm non videntem ipsum, neque vi illustratum; ex eius ministris, qui illud viderint, verbum ipsum audire. Fieri enim non potest, vt is, qui ab eo qui ipsum vidit & nunciat, docetur, eodem modo afficiatur in ea parte quæ principatum obtinet, quo is qui vidit: præstatque profectò per speciem, quàm per fidem ambulare. Ob eamque causam hi quasi per speciem ambulantes, præcipuis muneribus & donis, id est, verbo sapienti per Dei Spiritum, verbisque scientiæ per eundem Spiritum præditi esse dicuntur: illi autem, qui per fidem ambulant, est munus & donum est fides, tamen quia alia ratione fides est in eodem Spiritu, ordine posteriores sunt prioribus. Considerandum est autem, vnde & cur dicat Paulus, *Per fidem enim ambulamus, non per speciem.* Quomodo enim, vt multi intelligunt, per fidem, non per speciem ambulare qui grauissimè constantissimèque ait, *Non sum liber: non sum Apostolus: nõne Iesum Dominum nostrum vidi: nõne opus meum vos estis in Domino? Videamus ergo quomodo verba hæc accipienda sint, Per fidem enim ambulamus, non per speciem, ea repetentes à superioribus quæ ita habent, Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus Spiritus. Audentes igitur semper, & scientes, quoniam, dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino: per fidem enim ambulamus, non per speciem. Perspicuum est autem, nos cum in corpore sumus, peregrinari & disunctos esse à Domino, audentes autem bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentem esse ad dominum. Hæc cum ita dicta sint, vt intelligamus quid sit esse in corpore, & peregrinari à corpore, & præsentem esse ad dominum, nosmetipsos rogemus, quid de Apostolo dicturi simus: vtrum eum cum in corpore esset disunctum fuisse à domino, an cum ex corpore excederet & ab eo peregrinaretur, esset apud dominum: Sed aperte, quoniã ij qui in carne sunt, Deo placere non possunt: sancti autem in carne non sunt, sed in Spiritu, siquidem Spiritus Dei in eis habitat: Paulus in carne non erat, neque in corpore. Verum enim pronunciat, *Puto autem etiam me Spiritum Dei habere: cum non esset in carne & corpore, quod is qui est in corpore, per fidem ambulet, non per speciem.* Vide etiam num Apostolicæ subtilitatis esse possit, non idem esse dicere, in carne esse, & in corpore *in vobis*, id est, versari & habitare. Qui enim in carne sunt, Deo placere non possunt: qui autem *in vobis*, id est, habitant in corpore, disuncti sunt illi quidem à Domino, sed tamen per fidem ambulant, etiam si nondum capiant per speciem. Ac mihi in carne quidem esse videntur ij, qui secundum carnem militant: *in vobis* autem, id est, in carne habitare, & peregrinari à Domino, ij qui spiritualia mysteria scripturæ non intelligunt, sed in eam toto etiam corpore incumbunt. Quomodo enim non peregrinaret alienatusque sit, à domino, si dominus Spiritus est, is qui viuificantem Spiritum, & quod est spiritale in scriptura capere non potest? Per fidem autem ambulat, sed peregrinatur à corpore, atque apud Deum est, is qui spiritualia spiritualibus comparans, etiam spiritualis efficitur: qui omnia iudicat, ipse autem iudicatur à nemine. Hæc autem à nobis etiam cum digressione de verbis Apostoli dicta videntur.*

Bibl. Hom. tom. 2.

A a tur

tur: tamen maximè necessaria sunt ad Samaritanorum distinguenda & explicanda verba, qui non iam mulieris verbis ducti credebant, sed qui audiissent, & scirent hunc mundi esse Seruato-

S. AMBROSII EPISCOPI Mediola. de eleemosyna, & muliere Samaritana. Hom. 1.

Dicit scriptura diuina: Sicut aqua extinguit ignem: ita eleemosyna extinguit peccatum. Magna plane & cunctis ambienda sententia, quæ hominibus pene iam mortuis, & peccatorum suorum incendio arefactis rediuuium quoddam beneficium pollicetur, vt interueniente eleemosyna: sicut aqua inter mortuis succus refrigerium arefcentibus infundatur, hoc est, vt miseri homines, qui in mortè peccatis aruerat, ad vitam eleemosynis reuiuiscant: sitq; illis misericordia fons salutis, quibus auaritia fuerat mortis incendium, vt flammam quas sibi peccando incenderant: largiendo restinguant, atque vtiliore commercio, qui pecuniam quondam dederat, vt adulterium perpetraret: nunc pecuniam erogat, vt adulter esse iam desinat, & emat sibi quodammodo innocentiam: qui sibi emerat aliquando peccatum. Dicit enim dominus ad discipulos suos: Date eleemosynam & ecce omnia munda sunt vobis. Quamuis ergo pollutus: quamuis multis criminibus circumseptus si eleemosynas feceris, innocens esse cœpisti. Abtergit enim eleemosyna, quod auaritia polluebat, & maculam quam res alienas diripiendo cōtraxeras tuas, erogando purificas. Vide ergo, quæ sit misericordiæ gratia, quæ vna & sola virtus cunctorum est redemptio peccatorum. Videamus nanque interpretationem ipsius diuinæ sententiæ, vt intelligamus cui rei eleemosyna comparetur. Ait enim: Sicut aqua extinguit ignem: ita eleemosyna extinguit delictum. Aqua ergo misericordiæ comparatur, sed aquam inuenio de fonte procedere: necesse mihi est misericordiæ fontem querere. Inuenio plane fontem misericordiæ, fons de quo dicit propheta: Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Ipse inquam est fons, qui in euāgelio à Samaritana muliere: sicut lectum iuper audiui: aquam postulat, sed peccata condonat: aquam putei reprobatur, sed fontem vitæ perennis indulget. Ait enim: Omnis qui biberit ex hac aqua: sitiet iterum; qui autem biberit ex aqua quam ego dabo illi: non sitiet in æternum. Aquam ergo saluator à muliere postulat, & sitire se simulat, vt sitientibus æternam gratiam largiatur. Neque enim poterat fons sitige, neque in quo est aqua vitæ, poterat vndam terrenæ fræis

haurire. Sitiebat ergo Christus? Sitiebat plane: non potum hominum sed salutem, sitiebat, non aquam mundi; sed redemptionem generis humani. Mirum igitur in modum fons super puteum sedens misericordiæ ibidem fluente producit, & mulierem sexto iam non viro, sed adultero fornicantem viui meatus vnda purificat, nouoque admirationis genere mulier, quæ ad puteum Samaritane meretrix aduenerat, à Christi fonte casta regreditur, & quæ aqua petere venerat: pudicitiam reportauit. Statim etiam indicante domino sua peccata recognoscens confitetur Christum, annunciat saluatorem, & relinquens aquæ vasculum ad ciuitatem non fert hydriam, sed refert gratiam. Vacua quidè videtur reuerti onere, sed plena reuertitur sanctitate. Plena inquam redit: quia quæ peccatrix aduenerat, reuertitur prædicatrix. Et quæ hydriæ vasculum amiserat: Christi plenitudinem reportabat: in nullo ciuitati suæ inferens detrimentum. Etenim si aquam ciuibus non intulit: tamen fontem salutis inuexit. Sanctificata ergo per fidem Christi mulier domum rediit. De hac igitur dixisse prophetam puto: Eiusmodi est iniqua via mulieris meretricis, quæ cum se abluerit: nihil se dicit fecisse prauum. De hac plane dictum est, quæ postea quam est fonte abluta saluatoris, delictorum vitia non meminit: virtutem prædicationis assumit, & viua aqua abstergens maculas suas ad euangelizandum non conscientia peccati retrahitur, sed fidei calore compellitur. Nihil enim se dicit fecisse prauitatis, dum sit nuntia veritatis, & obliuione abnegat impudicitiam, dum deuotione prædicat castitatem. Hæc enim virtus Christi est domini, vt quamuis peccator, qui eius vnda se lauerit, denuo in virginem reparatus non meminerit ante quod fecerit, & rediuiua natiuitate infantie innocentiam præferat, iuuentutis scelera non agnoscat, sitque virgo fidei Christi: qui fuerat adulter corruptione peccati.

EIVSDEM DE EODEM Homil. 2.

Retinet vestra dilectio ante dies cum sermone ad vos de eleemosynis faceremus primitus: nos originem misericordiarum querere voluisse, & reperto earum fonte virtutum ostendisse, quod mulieris Samaritanæ sordes melius Christi vnda diluerit, quam Samaritanæ aqua purgarit, & quod mundius misericordiæ deterserit peccata quam puteus. Mundius plane misericordiæ, quam puteus detergit maculas, quia putei aqua tantum corporis cutem abluit, misericordiæ autem bonitas animæ interna purificat. Hoc etiam demonstrasse, quod huic euāgelicæ mulieri illa prophetica meretrix conueniret, quæ postea quam viua aqua se lauit: obliuione possessa præuitatis nitore puritatis exultat. Neque enim de meretrice huius mundi talem sententiā propheta diceret: cuius pollutio non solum aqua non diluitur, sed etiam pollutur ipsa, quod tangit, dicente apostolo: Qui autem se iungit meretrici, vnum corpus est. Quia si vnum corpus tactu suo efficit, & in coherentē sibi ignominia sua membra transfundit: quomodo potest purificari ipsa cum polluat? Quæ ergo sit ista meretrix, quæ ista

S. IO. CHRYSOSTOMI Episcopi Constantin. in superioribus Euang. Hom. 1.

Samaritana mulier: cuius adulterij sordes fons Christi deterserit, sollicitius requiramus. Ego hæc mulierem ecclesiam esse puto de gentibus congregatam, quæ & transfactis annis quinque milibus, cum in sexto millesimo anno idolorum fornicationibus subiaceret: omnē ignominiam suam adueniente Christi fonte purgauit, & maculas quas adulterinis sacrilegiis contraxerat: fide saluatoris absterit, ac relinquens sicut inanem hydriam priorē patrium cursum vniuerso orbi domini amantiauit aduentum. Hæc inquam illa est meretrix, quæ postea quam lota est, nihil se dicit fecisse prauum. Postea quam enim ecclesia baptismi nitore purgata est, diabolicæ impietatis non meminit, religione veritatis exultat, factaq; de meretrice virgo: non recordatur priorum, sed gloriatur in integritate. Ait ergo propheta: Sicut aqua extinguit ignem: ita eleemosyna extinguit peccatum. Sæpe quidè videmus hæc fieri, vt aqua effusa flammam restinguit incendia, sed & econtrario interdum videmus, quod immensis ignium globi aquarum fluente consumunt, & veluti ab aliquis accepta esca, vehemētius rediuiuis ardoribus conualescat: ita vt videatur aqua non extinxisse incendia: sed auxisse. Quoniam est illa aqua quæ consumit flamas, nec ipsa consumitur à peccatoribus, sed gehennæ consumit incendia: Quæ dum per baptismum infunditur, & ipsa in hominibus & tartari restinguit ardorem. Viuit plane in hominibus, sicut ait dominus: Aqua autem quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis, & reliqua. Mirum ergo in modum aqua Christus vna eademque operatione, & viuificat extinguit. Viuificat enim animas: delicta restinguit: has lauacri sui refrigerio reparat, illas gurgitis sui vnda consumit. Et quod ad maiorem baptismatis pertinet gratiam, apud superos mysterium celebratur, & apud inferos gehenna restinguitur: hic fluunt aquæ, & illis respicit incendia: hic in fonte homo mergitur, & illic de tartaro liberatur. Sed nec mirum si in baptismi sacramento aperitur infernum: cum tunc quoque referatur ad cælum. Aperiunt enim hæc elementa, vt ad lauacrum Christi conueniat: libertas & gratia. Libertas enim resurrecturis tribuitur: gratia regnaturis. Illi eruuntur de pœna, hi assumuntur in gloria. Illi qui erant serui peccati: liberi fiunt iustitiæ. Hi qui angustiis sæculi tenebatur, paradisi amena percipiunt. In baptismi ergo Christi aperiantur cæli: aperiuntur & tartara. Inde vt spiritus sanctus adueniat: illud vt misericordiæ saluatoris accedat, deseratur de cælo vita, mors à tartaro destruat. Ita igitur eleemosyna extinguit peccata: sicut aqua baptismi gehennæ extinguit incendium. Ergo eleemosyna quodammodo animarum aliud est lauacrum, vt si quis forte post baptismum humana fragilitate deliquerit, supersit ei, vt iterum eleemosynis emundetur: sicut ait dominus: Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Nisi quod, salua fide dixerim, indulgentior est eleemosyna quam lauacrum: lauacrum enim semel datur, & semel veniā pollicetur. Eleemosynam autē quotiens feceris, toties veniā promeris. Hi ergo duo misericordiarum fontes sunt: qui & vitā tribuunt, & peccata condonant. Qui vtrūq; custodierit: regni cælestis honore ditabitur. Qui autem maculato fonte viuo ad misericordiæ fluētā cōtulerit & ipse misericordiā consequetur.

Præteriens ergo venit in ciuitatem Samaria, que dicitur Sichar, &c. Quoniam gratia tanta hunc locum diligentia narrat Euangelista? Ne postmodum audiendo mulierem dicentem, Iacob pater noster dedit nobis hunc puteum, mireris. Etenim is locus erat, vbi pro Dina Leui, & Simeon indignati grauem illam cædem patrati sunt. Et quoniam ad hoc ventum est, non ab re fuerit subtexere, vnde Samaritani originem habuerint. Locus is omnis Samaria appellatur. Vnde igitur appellati sunt? Samor mons à conditore dictus est, vt restatur Esaias, & caput Samorum Ephraim. Habitatores autem non Samaritani, sed Israelitæ appellabantur: procedente tempore Deum offenderunt, & regnante Phacee, surgens Telgamasa, & multas ciuitates occupauit, & Ele subdidit, quo interempto, Osee regnum tradidit. In hunc insurgens Samanasar, alias cepit ciuitates, & tributarias fecit. Huic Osee primum paruit: inde, defectione facta, Ethiopibus confederatus est: quod quum Assyrius rex intelligeret, gentem illam obfessam cepit, neque amplius illic habitare permisit, veritus ne iterum deficerent, sed Babylonem, & in Medos trāslati, collectitiam hinc inde multitudinem in Samariam habitatum misit, vt in posterum firmum sibi imperium familiaribus incolis infirmaret. His peractis, volēs Deus potestatem suam ostendere, quodque non imbecillitatis, sed peccatorum gratia Iudæos Assyriis tradiderit, leones in Barbaros emisit, qui vniuersam gentem perderent. His regi nunciatis, misit sacerdotem quendam, qui populo exponeret leges Dei: non tamen omnino, sed ex parte impietatem exuerunt. Procedente adhuc tempore, idolorum cultu abiecto, Dei cultum complexi sunt. Quum ita se res haberent, reuerſi Iudæi, his vt pote alienigenis, & hostibus amulabantur, & à monte Samaritanos nuncupant, nec parua hinc inter eos contentio, neque enim omnes scripturas recipiebāt, sed Mosem dūtaxat: prophetas verò parui pendebant. Nitebatur tamē in Iudaicam se inferere nobilitatē, ad Abraham, & progenitorū & genus suum referētes, vt pote qui Chaldaus fuisset, & Iacob patrē appellabāt, vt pote Abraham nepote. Iudæi autem cum cæteris & hos abominabantur: vnde Christo exprobrabant, dicentes; Samaritanus es tu, & demonium habes. Et, cum descendisset ab Hierusalem Hiericho, hac gratia Christus Samaritanum vilem, contemptumque, & abominabilem apud eos in se misericordiam operantem: & in decem leprosis vnum alienigenam, propter hoc Samaritanum dicit, & ipsis discipulis ita mandauit; In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Neque historiæ duataxat gratia prædij Iacob meminit Euangelista, sed vt Iudæos iam diu repulſos ostenderet. Siquidem progenitorum temporibus pro ipsis ea loca Samaritani occupant: quæ enim eorum maiores, cum sua non essent, ceperant, ea hi ob desidia suam & iniquitatem iam pridem possessa amiserunt. Ita & nihil maiorum virtus confert, nepotes degenerarent. Barbari enim quum primum leones experti sunt; Bibl. Hom. tom. 2. Aa 2 ad

ad Iudaicum è vestigio cultum redierunt: hi tot affecti supplicii, mores suos minimè emendauerunt. Huc itaque Christus venit, mollem; & lafciam vitam expellens, laboriofam autem, & difficilem nos erudiens. Non enim iumentis vsus est, sed adedò intentè vadit, vt ex itinere fatigetur. Hoc semper admonet, vt subiepsi quisque feruiat, neque quærat superflua, neque multis indigeat. Adedò enim ab omni nos superfluitate alienos voluit, vt multis necessariorum se fraudaret. Idcirco dicebat; Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidus: filius autem hominis non habet, vbi caput reclinet. Propterea plurimum in montibus versatus est, & in desertis, non per diu tantum, sed pernox. Hoc Dauid annuncians inquit, De torrente in via bibit: vt eius tolerantiam demonstraret. Idem hoc in loco significat Euangelista, *Fatigatus enim ex itinere, sedebat sic super fontem, &c.* Hinc itineris studium, & cibi contemptum intelligimus, quum tanquam re superuacanea vtatur, discipuli res suas displicare didicerat. Non enim parabat viaticum, quod & alius ostendit Euangelista, quum de fermento Phariseorum loquentem inducit, quod illi putabat, panes non ferre. Et esurientes inducit spicas decerptas manducare, & ad ficu ob famè venisse: hæc nil aliud quam ventris contemptum, & eius seruitium parui pendere nos admonent. Considera, quæso, hoc in loco nihil ferentes discipulos, neque à principio diei vllam victus curam habentes: sed quo tempore omnes prandent, cibos emptum proficiuntur: non vt nos, qui, cum primum mane exurgimus, ante omnia coquos aduocamus, & de parandis epulis, & mensa diligenter verba facimus: inde aliis operam damus secularia diuinis præponentes, & quæ superflua habenda essent, tanquam necessaria exequimur: ideo omnia præposterrè aguntur. Cõtrà autem spiritualium primum rationem, & quidem maximam habere, quibus perfectis, hæc alia deinceps attingere oporteret. Neque laboris studiosus tantum, sed humilitatis, non fatigatus duntaxat ex itinere se disse, sed relictus solus, dimissis discipulis, hic Iesus ostenditur. Atqui poterat vel non omnes dimittere, vel alios sibi ministros comparare. Noluit: etenim discipulos quoque his moribus assuescerat. Et quid mirum, dixerit fortasse quispiam, si humiles erant piscatores, & tenriorum opifices? Erant sanè. Verum repente ad ipsum cælum euolarunt, & cunctis regibus clariotes euaserunt, digni habitui, qui vniuersi orbis domini familiaritate fruenterent, & seum vbique admirabilem sectarentur. Illud præterea non ignoratis, quod, quanto quis humiliori gradu ad dignitates assumitur, facilius in superbiæ insaniam effertur, vtpote qui expertus sit repentinè, & insperati honoris. In hac eos humilitate Christus continuit, & vt ab omnibus se abstinerent, neque ministris indigerent. *Ipsè autem fatigatus ex itinere sedebat sic super fontem.* Vides laboris, caloris, & discipulos expectandi gratiã, sedisse Iesum? Norat enim, quid apud Samaritanos esset euenturum. Non tamen propter hoc principaliter venit. Neque, si propterea non venisset, erat adueniens muliercula repellenda, quæ summam erat attentionem præstatura. Iudæi enim ad se venientem expulerunt, Gentiles alio proficiensentem ad se trahunt. Illi inuidebant, hi credunt: illi

Mat. 8.
Luca 9.
Psal. 109.

Mat. 16.
Ibidem 12.
Ibidem 21.

indignabantur, hi admirantur, adorant. Quid igitur, erat tot hominum salus contemenda? tam prompti animi relinquendi indignum sanè diuina fuisset benignitate. Quare cum debita sapientia cuncta ab eo disponantur, sedendo corpus reficiebat iuxta fontem. Erat dies medius, quod Euangelista his verbis significauit; *Hora erat quasi sexta, & sedebat sic.* Quid autem per hoc verbum, sic, intelligitur? Non in sella, non in loco honoratiori, sed in terra, vt contingit. *Venit mulier ex Samaria haurire aquam.* Ecce mulierem propter aliud egressam ciuitatem, vt impudentibus Iudæorum obiectionibus silentium imponatur, & ne quis dicat eum suum ipsius præceptum transgredi, cum mandat, ne in Samaritanorum ciuitatem ingrediantur, ipse eos alloquatur: Quod autem dicit nondum venisse discipulos, ea id gratia meminit Euangelista, vt multas sermonis Iesu ad mulierem occasiones afferret. Quid ergo mulier? cum à Iesu aquam peteretur, dicente; *Da mihi bibere.* *Quomodo tu inquis, Iudæus cum sis, bibere à me possis, &c.* Vnde eum Iudæum esse cognouit? Ex habitu fortasse, & sermone. Tu autem mulieris ingenium considera. Nam, si cauendum erat, Iesum quam illam cauere potius decebat: Non enim dixit, non conturbar Samaritani Iudæis: sed, *Iudæi Samaritanis.* Abstinet tamen mulier à consuetudine, ne peccet, cum alterum sua causa peccaturum arbitraretur. Neque tacuit, sed sententia sua quod esset præter legem, corrigit. Sed illud posset quispiam dubitare, quam gratia ab ea bibere petierit, cum lex non permitteret. Si quis diceret Iesum præuidisse non daturam, ideo minus petere oportuit. Quid igitur dicendum? Quod nihil iam referebat eiusmodi obseruationes præuaricari. Qui enim alios ad præuaricationem inducit, ipse longè magis præuaricatur. Non enim, quod ingrediatur, inquit, per os, coinquinat animam, sed, quod procedit de ore. Non parum autem Iudæos accusat hic Iesu ad mulierem habitus sermo. Illi enim sæpenumero & verbis, & re allekti minimè passi sunt persuaderi: hæc autem breui, & nuda rogatione quamprimum capitur, ipse Iesus ratione hac, & via non instabat. Si qui accedebant, non prohibebat, quauis discipulis dixerat; In ciuitatem Samaritanorum ne intraueritis, ne accedentes offendatis. Id enim quam indignissimum erat eius humanitate, quare responderet mulieri; *Si scires donum dei, &c.* Primum dignam, quæ audiat, eam iudicat, neque contemendam: deinde quis ipse sit, celat. Nam, si hoc scisset, euestigio paruisset, quod de Iudæis haud dicendum est: qui, cum admonerentur, nihil tamen petebant, nihil dicere cupiebant, quod aliquid afferret vtilitatis, sed contumelia affectum expellebant. Mulier autem Samaritana quam mansuetè respondeat, quæso animaduerte. *Domine, neque in quo haurias habes, & puteus alius est: vnde ergo habes aquam viuam?* Iam omnem ab ea (quod vilis esset, & vnus ex vulgi hominibus) suspicionem amouit. Neque enim simpliciter hoc in loco dominum, sed honorificè appellat, quod ex sequentibus apparet. Non enim irrisit, non exprobrauit, sed primum hæsitauit. Quod si non continuo intellexit, minimè mirum. Neque enim Nicodemus intellexerat: inquit enim; *Quomodo possunt hæc fieri? Et iterum; Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? Et iterum: Nunquid potest*

Mat. 10.

Inf. 8.

Inf. 7.

Sup. 3.

potest in vterum matris iteratò introire, & renasci? Hæc autem mulier longè verecundius: *Domine, inquit, neque in quo haurias habes, & puteus alius est. vnde ergo habes aquam viuam?* Aliud Christus dicebat, aliud illa intelligebat, tantum verba accipiens, neque alium aliquid pertingere poterat. Atqui petulantius respondere licuisset; Si haberes aquam viuam, non me peteres, ipse eam acciperes: sed te iactas. Verum nihil tale locuta, mansuetè à principio per omnem sermonem respondit: *Primum inquit; Quomodo tu Iudæus cum sis, bibere à me possis? Neque tanquam ad alienum, & inimicum ita locuta est: Absit, vt tecum homine alieni à gēte nostra animi, & infesti, quicquam communicem.* Deinde cum magna loquentem audiret, & ea, quæ inimici maximè carpsissent, non derisit, non cauillata est: sed, *Nunquid, ait, tu maior es patre nostro Iacob, &c.* Animaduerte, quo pacto in Iudaicam se inserit nobilitatem: hoc est; Ille hac vsus est aqua, nec habuit quod nobis maius daret. Ostendit autem magnum quiddam, & altum ex primo responso intellexisse. Ea nanque particula, *ipse ex eo bibit, & filij, & pecora,* nihil aliud significat, quam potiore quam aquam concepisse, eam tamen neque inuenire, neque manifestè cognoscere. Vt autem apertius dicam: non potes, inquit, dicere, Iacob hunc nobis fontem dedisse, alio autem vsu: nam & ipse, & filij, & nepotes eius ex hoc biberunt, neque bibissent, si habuissent potiore. Tu ergo hoc potiore alium neque dare poteris, neque habes, nisi te (quam Iacob) maiorem profitearis. Vnde igitur quam te daturum polliceris, aquam habes? At Iudæi non tanta vsi essent modestia, qui, eadem de re sermone habito, & eiusdem aquæ mentione facta, nihil vtilitatis consecuti sunt. Cum verò Iesus Abraham meminisset, lapidibus eum persecuti sunt: mulier autem incredibili mansuetudine in medio diei æstu patienter & dicit, & audit. Nec ei quicquam in mentem venit, quod Iudæus dixisset; Credibile est ipsum insanire, & delirare, me ad fontem expectauit, & verbis iactabundus nihil præstitit: sed expectat, & sedet, dū, quod quærit, inueniat. Quod si mulier Samaritana tantam adhibet diligentiam, vt aliquid vtilitatis consequatur, neque à Christo discedit, quauis eum adhuc ignoret: quam nos veniam consequemur, qui eum non ad fontem, non in deserto, non in meridie, neque in solis æstu ardentissimo, sed sub aurora, sub hoc tecto ad vmbram intuemur, non tamen quicquam audire patimur, sed desidemus? Illa ita Iesu verbis attendit, vt alios aduocet: *Iudæi non modo neminem aduocant, sed accedentes prohibent, impediuntque dicentes; Videte num ex principibus aliquis credit in eum, aut ex Pharisæis? Sed turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti sunt: imitemur igitur Samaritanam, alloquamur Christum.* Etenim medius nostrum in præsentia adest, & per prophetas, & discipulos suos nobiscū loquitur. Audiamus, & credamus, quantum frustra, & inutiliter viuemus: facere enim, quæ deo non placent, id demum est frustra, & inutiliter viuere, vel potius perditè. Cum enim datum nobis tempus in nullam impendimus vtilitatem, inutilis impetè vltimum datur supplicium hinc migrabimus. Nunquid, qui pecunias ad negotiationem acceperit, easque prodegerit, ab eo creditor rationem exigit: qui autem vitæ munus per-

ditè consumpserit, impunè abierit? Non propterea Deus præsentem nobis vitam præstitit, non animam in hoc corpus infudit, vt hac tantum fruamur vita, sed vt totis viribus ad futuram cõtendamus. Bruta præsentem duntaxat vsui sunt: nos idcirco immortalem habemus animam, vt ad illius vitæ præparationem omnia moliamur: equorum enim, bouum, asinorum, & aliorum huiusmodi pecorum si quis vtilitatem roget, nullum præter in præsentis vitæ necessitatibus seruitiū, vsūque inueniemus. De nobis non ita sentiendum est, sed melius, & præclarius domiciliū post huius vitæ migrationem expectamus: ad quod vt clari perueniamus, omnia facienda sunt, vt cū angelis iubilemus, & semper regi assistamus: propterea immortalem nobis animam, & corpus immortale futurum largitus est, vt perpetuis cum ipso bonis fruamur: quod si terræ inniteris, quum tibi cœlestia proponantur, considera quanta ignominia afficias eorum exhibitorem, quum, contemptis quæ tibi offert, cœlestibus; ea terrenis mutare non dubites: ideo gehénam minatur, vt pote contemptus, vt intelligas quantis bonis priuaris. Sed absit, vt illud experiamur supplicium: sed Deo placentes æterna bona consequamur, gratiã, & benignitate domini Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM DE EODEM Homilia 2.

Respondit Iesus, & dixit ei; *Omnis, qui bibit ex hac aqua, sitiet iterum, &c.* Spiritus sancti gratiam, nunc ignem, nunc aquam scriptura appellat, vt non substantiæ, sed & operationis has intelligentias esse demonstrat. Non enim spiritus ex differentibus constat substantiis, cum inuisibilis, & vnus generis sit: & Ioannes quidem dicit; Ipse vos baptizabit in spiritu sancto, & igni. Christus autem; Flumina de ventre eius fluent aquæ viua: hoc autem dixit de spiritu sancto, quem erant accepturi, itidem & nunc spiritum appellat: qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Ita spiritum ignem appellat, vt excitementum, & feruorem gratiæ, & peccatorum assumptionem significet: aquam autem, vt ablutio-nem, & refrigerium, quibus ipsum accipientes animi fruuntur. Etenim tanquam hortu virètem, & fructiferis, & semper florentibus arboribus commatè, ita promptam animam disponit, vt nulla anxietate, nullis Satane insidiis distrahi sinat, sed omnia ardētia malitiæ tela extinguat. Tu autem, quæso, Dei sapientiam considera, quam leuiter mulierculam allicit: non à principio dixit; *Si scires quis est, qui tibi dicit; Da mihi bibere:* sed, postquam occasionem illi præbuit, vt ipsum Iudæum appellaret, & criminaretur, hoc propulsans inquit; *Si scires quis est, qui dicit tibi; Da mihi bibere, tu forsitan petiisses ab eo.* Quibus verbis iam ad maiora impulit, vt patriarche meminerint. Inde cum illa diceret; *Nunquid tu maior es patre nostro Iacob?* Non se maiorem dixit, visus enim esset se tantum iactare, nondum cognitus, sed latenter id significat: nō enim simpliciter dixit; Dabo tibi aquam, sed, prius Iacob aquam neglecta, suam laudat à munere natura, dantium volens differentiam ostendere.

Hom. 31. an.
Ioa.

dere, & quantum ipse patriarcham excelleret. Nam, si admiraris, inquit, patriarcham, quod hanc aquam dederit: inde ego longe meliorem tibi dederō, ea accepta, me quam Iacob maiorem confitearis necesse est. Si cum dicas; Nunquid maior est Iacob, quoniam hanc aquam dedit? Si illā meliorem à me acceperis, profecto me maiorem dixeris. Intuere verum mulieris iudicium, à re ipsa & de Christo, & de patriarcha ferentis sententiam: verum non ita Iudæi, sed, cum eicientem eum viderent dæmonia, non modo patriarchæ non prætulērunt, sed dæmonium habere dixerūt: Samaritana autem secundum Christi voluntatem iudicat, ab operibus scilicet: hinc enim ipse iudicium requirit, dicens; Si non facio opera patris mei, nolite mihi credere; si autem facio, & si mihi non creditis, operibus credite: sic mulier fide adducitur. Propterea cum audisset Iesus; *Nunquid maior es patre nostro Iacob? eo omisso, de aqua sic loquitur; Omnis qui bibit ex hac aqua, sitiet iterū. Et cōparationem non accusandi, sed excellentiam demonstrandi gratia facit. Non enim aquam illam vilem, & negligendam dicit, sed naturam ostendit. Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternam. Audiuit aquam viam mulier, sed primum non intellexit. Nam, cum aqua viua sit, etiam quæ semper scaturit, huiusmodi aquam Christum dixisse arbitrata est: ideo apertius ex vtriusque comparatione Iesus suæ aquæ præstantiam declarat. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternam. Hinc maximè ex sequentibus excellentia dignoscitur; horum enim nihil habet aqua, quam sensu deprehendimus. Quid autem prosequitur? Sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Sicut enim, si quis fontem intus habeat, nunquā sitiet: ita qui hanc aquam habuerit. Credidit continuò mulier, longè Nicodemo sapientior, sed & fortior. Ille, huiusmodi pluribus auditis, neminem aduocauit, neque sibi confidit, hæc Apostolico officio functa est, omnibus audita annuncians, & populum extra ciuitatem ad Christum aduocans, ac trahēs vniuersum. Ille (quomodo possunt hæc fieri? inquit) neque manifestū spiritus exemplum à Christo adductum accipit; mulier verò primum parumper hæsitauit, mox, non expectata confirmatione, ad eius sermonem tanquam certum accipiendum properat, dicente enim Christo; *Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam*, statim subdidit: *Da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam huc haurire.* Considera, quæso, quàm paulatim ad veræ doctrinæ altitudinem adducitur. Primum Iudæum quendam legis transgressorem suspicata est; inde, vt hoc crimen propulsauit (absurdum enim erat talem eum esse, qui tot bona comprehenderet) audita aqua viua, sensu perceptibilem existimauit, tandem spiritalem intelligens, credidit huiusmodi aqua posse se tollere sitis necessitatem, non tamen adhuc, quænam esset, intelligens, ambigebat. Et superius sensu perceptibilem credidit, certò tamen nesciebat: hinc autem diligentius intuens, nec eam penitus cōprehendens; *Da mihi, inquit, hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam huc haurire.* Primum patriarchæ Christum prætulit, quod eo fonte non indigeret, si illam aquam acciperet. Considera quanto potiore Christum duxerit, hoc gratæ, & fidelis animæ iudicium ostendit, quam de Iacob opinionem haberet, no-*

uit meliorem, mutauit sententiam: non tamen nimium credula mulier, neque temerè Christi verba acceperit; diligenter inuestigauit, nec incredula, neque pertinax, quod rogando ostendit. At qui Iudæis dixerat Christus; *Qui comedit de carne mea, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet.* Verum non modo non crediderunt, sed & scādalizati sunt. Mulier, nulla perturbatione affecta immoratur, & rogat. Iudæis inquit, *Qui credit in me, nō sitiet; mulieri crassius, Qui biberit ex hac aqua, nō sitiet.* Spiritualia nullo præscripta sine pollicebatur, ideo mulieris animum pollicitationibus erigens, adhuc sensibilibus immoratur: quoniam nondum spiritualia capere poterat. Nam, si dixisset; Si crederis in me, non sities, non vtiq̄ intellexisset, quid diceret. Sed quānam gratia non his ad Iudæos vsus est verbis? Quoniam multa signa viderant: hæc nullum, sed tantum verba audierat, propterea iam suam demonstrat potestatem, eius prædicando conditionem, & leniter reprehendendo. *Vade* (inquit) *voca virum tuum, &c.* Papæ quanta mulieris sapientia quàm æquo animo reprehensionem passa est, & cur non passa? dixerit quispiam. Cur, dic, quæso? nōne & Iudæos sepe numero & grauitè increpuit? Non idem est, & quæ animo abscondita sunt, & rem clanculum commissam in medium proferre. Alterum enim solius Dei est, neque enim alius quispiam hominis mentem nouit, quàm qui mentem habitat: alterum familiaribus cognitum. Verum Iudæi reprehensi, molestè ferunt: & dicente Iesu, *Quid me quæritis interficere?* non solum, non admirantur quemadmodum mulier, sed maledicunt ei, & conuinciantur dicentes; Dæmonium habes, quis te quærit interficere? At qui & ex aliis signis illum cognoscere poterant. Samaritana hoc duntaxat acceperat, & non modo nihil maledicunt, sed admiratur, & stupet, & prophetā autumat. At grauius hanc quàm illi os reprehendit; hoc enim vnius peccatum erat, illud commune pluribus, neque ita communibus vt propriis obiectis criminibus offendimur. Et illi magnum quid se facturos arbitrabantur, si Christum perderent: huius verò peccatum malum esse, patebat omnibus, non tamen agrè tulit, sed admiratione, & stupore percussa est. Hunc ordinem & cum Nathanaël seruauit. Non enim primum prophetauit, neque dixit; *Vidi te sub ficu.* Sed, cum ille dixisset, *Vnde me nosti?* Id respondit. Volebat enim & miracula facienti, & prophetandi occasionem ab iis, qui ad ipsum se cōferebant, capere, vt magis gloriæ susceptionem tollerent: idem hoc in loco facit. Nam, si primo eam, quod virum non haberet, increpisset, & graue visum esset, & superfluum: sed nactus ab ea occasionem, rectè omnia prosequutus est, & audientem mansuetiorem reddidit. Et quomodo prosequitur orationem hanc; dicit quispiam: *Vade voca virum tuum.* De dono sermo habebatur, & gratia humanam excendēte naturam, instabat mulier, & eam efflagitabat. Dicit Iesus; *Vade, voca virum tuum:* quasi opus esset cum eo communicare. Illa accipiendū cupida, putans hominem alloqui, vt suam celaretur turpitudinē; non habeo, inquit, virum. Hinc nactus occasionem Christus, tempore eam reprehendit, vtrumque explicans, & quot viros habuerit, & quæ in præsentia celabat. Quid ad hoc mulier? non agrè tulit, non abiit, non in contumeliam acceperit, sed magis admiratur, & perstat,

perstat. *Viden enim* (inquit) *quia propheta es tu.* Et intuerere eius prudentiam, non è vestigio in ciuitatem accurrit, sed obtupescens considerat. *Videō,* inquit: hoc est, videris mihi propheta esse, quod cum opinaretur, non amplius terrena rogat, non bonam corporis valetudinem, nō pecunias, non opes, sed tantum doctrinam; *Patres nostri* (inquit) *in monte adorauerunt. Et quomodo dicitis: quia Hierosolymis est locus, vbi adorare oportet?* Animaduertis enim quàm breui altiora aggreditur? Nā cui modo de sedāda siti cura erat, iam doctrinæ præcepta perquirat. Christus autem non soluit, neque enim hoc ei propositum erat, sed simpliciter responderet: altius tamen mulieris animum erigit, non tamè prius quam se prophetam profiteretur, vt maiorem verbis suis fidē faceret, ne amplius illa dubitaret. Pudeat igitur nos, & erubescamus: quinque virorū mulier & Samaritana, tantā in discendo adhibet diligētiam, vt neq; diei tēpore, neque aliis occupationibus à Iesu doctrina abducere- tur, nos verò non modo nihil ad diuinā rerum eruditionē inquirimus, sed in omnibus securè, & eodem modo afficimur, propterea omnia negligimus. Quis nostrum, quæso, reperita domo, aliquod Christiano dignum opus aggreditur? Quis scripturarum sensus perscrutatur? Nemo sanè: sed alueolos; & talos frequenter inueniemus, libros quàm rarissimos: quos si quis habent, ac si non haberent, clausos in scriniis seruant, vel omne in suum studium membranarum tenuitate, in literarū characteribus, quàm pulcherrimis confumunt: non vt legant, nō vt vsum inde aliquem consequantur, sed vt diuitias, vt ambitionem ostentent, in his student. Tanta est inanis gloria, nullum ambitiosum audio, qui librum intelligat, sed aureas tantum literas admiratur, *Quid, quæso, hoc lucris?* Non propterea, nobis scripturæ datæ sunt, vt in libris duntaxat habeamus, sed cordi insculpamus. Itaque librorum possessio Iudæicæ ambitionis est, quibus in literis præcepta data sunt nobis non ita, sed in tabulis cordis carnis. Non autem libros comparari prohibeo, sed admoneo, & maiorem in modum rogo, vt eos comparemus: ita tamen, vt & literas, & sensus frequenter animo repetamus, vt hoc pacto mundus efficiatur. Nam, si in quacunque domo euangelium est, illud diabolus ingredi non audeat: quanto minus animam ei assiduis lectionibus familiarem, neque dæmon, neque peccatum attinget? Sanctifica igitur animam, sanctifica corpus, hoc continget, si euangelium semper & animo habueris, & lingua. Quod si linguæ obscenitas animam coinquinat, si dæmones vocat, perspicuum est spirituali lectione eam sanctificari, & gratiam spiritus sancti affatim infundi. Diuini cantus sunt scripturæ, hinc nobis & animæ nostræ affectibus remedium petamus, cuius vtilitatem si intueremur, incredibili ei attentione vacaremus. Hæc ego frequenter dico. An non per quam absurdum est, vt fori homines, aurigarum, & saltatorum nomina, genera, ciuitates, actiones, mores, aurigarum, & saltatorum nomina, genera, ciuitates, actiones, mores, necnon equorum virtutem, & quid singuli possint, memoriter teneant: qui autem huc se conferunt, omnium penitus ignari discedant, imò & liberorum suorum numerum ignorent? Quod si voluptatis gratiā illa prosequeris, longè maiorem in his ostendam. *Quid*

enim iucundius? quæso, quid mirabilius? Hominemne cum homine, an cum diabolo hominem spectare certantem? Et corpus cum incorporea potentia congregari, & genus suum victoriam referens intueri? Has pugnas, hæc certamina contemplantur, hæc, inquam, quæ imitari & pulcherrimum, & vtilissimum est, in quibus coronam accipere licet, non in illis, quorum emulatio ignominiosa est: illam cum dæmonibus pugnam, hanc cum angelis, & angelorum domino spectabis. Dic, quæso, si tibi regum, & principum confessu spectaculis adesse liceret, nōne tibi honorificum duceres? Huc, vbi cum angelorum rege diabolus deuinctis post tergum manibus, & conatibus suis nihil praualentem spectare licet, non curris, & incredibili voluptate hoc spectaculum non prosequeris? Et quoniam pacto hoc fiet, inquires? Si librum in manibus frequenter habueris. Illic enim diaboli fossas, longa curricula, laqueos, captiones, artem deprehendis: inde & pugnat cum eo, & superare didiceris, dæmonum sunt, non hominum secularia spectacula. Quare vos hortor, vt à Satanæ festis abstineatis: nam, si in idolorum templis nephas est ingredi, longè magis in dæmonum solēnitatibus: his ego vos frequenter admonitionibus obtundo, dum aliquid proficiam. Mihi quidem non molestum est, inquam, vobis autem securum: neque grauis vobis sit, oro, hortatio mea: nam, si grauitè ferendū esset, mihi potius esset, qui non auditus in hoc vobis sepe numero confessu verba facio, quàm vobis, qui tantum aures adhiberis, nunquam proficitis. Sed absit, vt vobis molestus sim: sed hac culpa vacui, spectaculo spiritali digni futura gloria perfruamini, gratiā, & benignitate domini nostri Christi, cum quo patri, gloria simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM IN IDEM

Homil. 4.

Dixit ei Iesus, mulier, crede mihi, quia veniet hora quando, &c. Vbi que fide nobis opus est, dilectissimi, fide, inquam, bonorum matre, salutis medicina, sine qua nullam magnarum rerū doctrinam percipere quispiam potest, sed illis similis, qui sine nauis pelagus transmare aggressi, parum prouecti, laxatis manibus, pedibusque, fluctibus continuò obruantur, neque aliter qui suis nituntur rationibus ante cognitam veritatem, vt Paulus ait, naufragium faciunt: quam quidem repellentes circa fidem naufragauerunt. Quod nobis accidat, sacræ anchoræ, qua Christus in præsentia Samaritanam confirmatit, innitamur. Nā, cum illa dixisset; *Quomodo vos dicitis, quia in Hierosolymis est locus in quo oportet adorare?* Respondit Iesus; *Mulier, &c.* Maximam huic reuelauit doctrinam, & quam neque Nicodemo, neque Nathanael: Hæc snam potiorem quàm Iudæicam maiorum autoritate commentabatur. Christus nihil ad hoc respondit, tanquam supernacareum cognitu, quare patres in monte, Iudæi Hierosolymis adoraret: tollit tamen vtriusque loci cultum, & illius mentem excitat, edocetque neque Iudæos, neque ipsos aliquid de se magnum in posterum posse polliceri, & tunc differentiam adducit, præstantiores

tamen Iudæos significat, non lociratione, sed cognitione: ac si dicat, loci gratia nil contendendum est, sed in cultu Iudæi præferendi sunt Samaritanis. Vos, inquit, adoratis quod nescitis, nos adoramus, quod scimus. Et quoniam pacto nesciebant Samaritani, quod adorarent? Quoniam in certo, & circumscripto loco esse, & quasi diuidi posse Deum arbitrabantur, ita eum colebāt, ita ad Persas mitentes, eius loci Deum sibi iratum nunciarunt, nihil de eo amplius hoc pacto quam de idolo arbitrati: quare & demones, & ipsum adorabant, & quæ misceri non poterant, confundebant. Iudæi autem hac vacabant opinione, & totius orbis eum norant Deum esse, quanuis non omnes, propterea inquit; Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus. Neque tibi admirationi sit, Iesum se Iudæis annumerare: nam secundum mulieris loquitur opinionem, tanquam Iudæus propheta: ideo inquit, adoramus. Adorantis officium omnibus constar. Adorare enim creaturæ, adorari non creaturæ, sed domini est. Sed primo quasi Iudæus loquitur. Nos hoc in loco Iudæos significat. Iudæam ergo religionem extollit, tamen verbis suis fidem comparat, amouens suspensionem, ne affectu quodam suam præferat gentem: nam qui præcipuum cultus locum, & quem ipsi plurimi faciebant, negligit, tollitque, eum perspicuum est nullius ad gratiam locutum, sed verè, & propheticè: & cum rationes non adduxerit inquit; Crede mihi, mulier, & quæ sequuntur, addit, Quia salus à Iudæis est. Hoc est, vel quod orbi terrarū bona inde prouenerunt: nam & Dei cognitio, idolorumque contemptus, & cætera dogmata, & vester cultus, quamuis non rectè, à Iudæis tamen ortum habuit: salutem, inquam, vel hoc, vel sicut aduentum appellat, vel vtrunque potius ex Iudæis prouenisse testatur, quod etiam Paulus; ex quibus, inquit, Christus secundum carnem, qui super omnia benedictus Deus in secula. Vides enim, vt vereri fauet testamento, idque bonorum demonstrat originem, & nulla ex parte legi contrarium. Siquidem ex Iudæis omnia bona ortum habuisse dicit. Sed veniet hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu, & veritate. Hic & Samaritanos, & Iudæos à veris excepit adorantibus, & quamuis meliores Iudæos, venturis tamen longè deteriores, quanto figura veritate inferior est, indicauit: ecclesiam autem significat, quoniam verus, & debitus Deo cultus ipsa est: Etenim pater querit tales adoratores: si ergo tales iam pridem quærebatur, non omnino hunc illis morem constituit: permisit tamen propter hoc, vt eos quoque ad verum induceret. Qui igitur sunt veri adoratores? Qui nullo loco diuinum cultum circumscribunt, qui Deum in spiritu colunt, sicut & Paulus: Cui serui, inquit, in spiritu, in euangelio filij eius. Et iterum; Obsecro vos, fratres, per misericordiā Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctā, Deo placetē, rationabile obsequium vestrum: per spiritū autem incorporeum significat. Opus est enim incorporei hunc cultum esse, & per incorporeum, quod est in nobis, hoc est, per animam & animam mundiciā offerri, idcirco ait; Adoratores eius in spiritu, & veritate adorare oportet. Nam, quum, & Iudæi, & Samaritani, contempra anima, mundiciē corporis plurimum studerent, non ablutione, inquit, & ornatu corporis, sed incorporea nostri parte adorandum: quam-

Quæ sententia multis non probatur.

obrem non pecora, non vitulos sed te totum Deo offeras sacrificium, sic viuentem hostiam exhibebis. In veritate enim adorare oportet: nā, quæ superiori tempore figura erant, circuncisio, holocausta, sacrificia, incensum, non sunt amplius: sed omnia veritas. Non enim caro, sed malæ circuncidendæ sunt cogitationes, & nos ipsos crucifigere, & irracionales auferte cupiditates oportet: his mulier verbis implicata, & eorum sensum assecutam non fidens; Scio, inquit, quia Messias venit, &c. Et vnde Samaritani Christi aduentum expectabant, quum solum Mosem reciperent? Ex ipso Mose, qui in principio filium reuelauit: illud enim; Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram: ad filiū dictum est, & Abraham in tabernaculo filius loquitur, & Jacob de eo prophetizans, dixit, non auferetur sceptrum de Iudā, & dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est; & ipse erit expectatio gentium. Ipse præterea Moses inquit; Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit dominus Deus tuus, ipsum audies, & quæ de serpente & virga Mose, & de Isaac, & oue, & alia multa licet studiosis colligere; quæ Christi aduentum testantur. Et quam gratia, inquit, his mulieri rationibus non persuasit Christus, vt Nicodemo, cui in medium serpentem attulit, & Nathanaël, cui prophetauit? Quoniam hi viri erant, & in huiusmodi versati: Samaritana rudis, & abiecta mulier, experta omnium literarum erat, ideo nullum cum ea de scripturis verbum facit, sed aquæ tantum pollicitatione, & propheta eam allicit, ideoque in sui mentionem eam adducit, & se iam, qui sit, manifestat: quod si non rogatus fecisset, creditus esset delirare, & se iactare. Nunc pedetētim, & modestè naclis occasionem, omni se suspicione absoluit, & quidem Iudæis frequenter rogantibus; Quoniamque animam nostram tollis? Dic nobis, si tu es Christus, non palam, vt huic mulieri, se Christum esse professus est: fidelior hæc erat illis, qui non discendi, sed arguendi gratia rogabant: nam, si discere voluissent; verborum, scripturarumque, & miraculorum sufficiens doctrina. Samaritana integra, & simplici mente petiit, vt ex sequentibus facile potest intelligi. Audiuit enim, credidit, & alios ad credendum traxit, & in omni re eius diligentia, & fides integra dignoscitur. Et continuo venerunt discipuli eius. Et quidem tempestiuè, quum iam nihil amplius ad dicendum relinqueretur. O rem mirabilem, mulier Samaritana huiusmodi loquitur! Et continuo (inquit Euangelista) venerunt discipuli eius & mirabantur, &c. Sed quid mirabantur? Facilitatem, & incredibilem Christi humilitatem, quod tam clarus, & tanti nominis, pauperem, & Samaritanam mulierem benignè alloqui non dedignaretur: nihil tamen rogant, ad eod discipulorum mores imberant, ad eod magistrum, & timebant, & reuerentur plurimum: atqui nonnunquam audentiores visi sunt, & quum Ioannes supra petus eius recubuit, & quum accesserunt ad eum dicentes; Quis putas maior est in regno caelorum? & cum Zebedæi filij rogant, vt alter à dextris, alter à sinistris sedeat. Quid igitur hoc in loco filuerunt? Quoniam illic res sua agebatur, ideo necessariò percontati sunt: hæc tanta res nihil ad eos pertinebat. Porro Ioannes multis post tempore super Iesu petas recubuit, sub ipsum sinem, quum

Genesi.

Genesi. 19.

Genesi. 18.

Ioan. 10.

Matth. 21.

Matth. 10.

Ios. 19.

quum iam Christo esset familiarior, eius dilectione fretus. Hic enim erat, inquit, quem diligebat Iesus. Quid huic beatitudini par, dilectissimi? Nolumus, tamen ea contenti esse, sed totis conemur viribus, vt nos beatorum numero adscribamur, & imitemur Euangelistam, & tātā dilectionis causam contemplemur. Quenam ea est? Reliquit patrem, & nauiculam, & rete, & secutus est Iesum: verum hoc & frater fecerat, & Petrus, & Andreas, & alij item apostoli. In quo ergo excellit, quod tantam sibi Iesu conciliauerit dilectionem? Nunquid inuenimus? Ipse de hoc nullam facit mentionem, sed quod tantum diligebatur: dilectionis causam & molestè quidem subtrahit, sed quin eximie à Christo diligebatur, ambigit nemo: non tamen neq; loquedo, neque rogando præcipuum quandam apud Iesum auctoritatem habuisse apparet, vt sæpe numero Petrus, vt Philippus, vt Iudas, vt Thomas, nisi semel tantum quum obsequi, & obtemperare condiscipulo voluit: nam, quum ipsorum princeps ei innuit, tunc Iesum quis ipsum esset traditurus, rogauit: Immo nāque hi duo discipuli, & mutuo se amore prosequerantur, in templum simul ascendisse, & simul loquentes ambos legimus. Atqui ardentius aliquoties Petrus & mouetur, & loquitur, & demum audit Christum dicentem: Petre, amas me magis his? Qui autem præ cæteris diligebat, proculdubio & præ cæteris diligebatur: verum alterum amasse Iesum, alterum à Iesu amatum factis constat. Quid igitur hanc præcipuam dilectionem conciliauit? Incredibilis, arborior, Ioannis mansuetudo, & lenitas, qua remissior sæpe numero videbatur: quæ quanta sit virtus, ex Mose manifestum est, quippe quæ tantum, & talem præstitit: nihil enim humilitati comparandum. Huic Christus beatitudini principium fecit, tanquam enim quoddam immensi edificij fundamentum, humilitatem primū iecit, sine qua nemo salutem consequitur: sed, siue quis ieiunauerit, siue orauerit, siue suas pauperibus erogauerit facultates, sine humilitate hæc, & huiusmodi omnia nihil afferunt utilitatis: contra ipsius condimento gratiora omnia, iucundioraque redduntur: humiles ergo, & mansuetos nos exhibeamus, dilectissimi, ita haud difficile est bene operari. Quid, stulte, superbis? Nō intelligis humanæ naturæ imbecillitatem, & inanes spes nostras? qui te exitus maneat, considera, intueri multitudinem peccatorum: forsitan opera te tua efferunt, his tu tumescis, hoc pacto omnino mercedem amittis, quam obrem nō ad eod peccatis obnoxium, vt virtutis sectatore moderatione vti decet. Quid tandem? Quoniam ille conscientia retrahitur: hic autem nisi se diligenter contineat, continuo quasi vento quodam tollitur, & euanescit, quemadmodum Pharisæus. At pauperibus subuenit: non ex tuis, sed domini facultatibus, quæ conferuis communes sunt. Quocirca humilitate vtendum est, & in tui generis calamitatibus res tuas, & naturam tuam illis te considerare oportet, fortasse & nos talibus sumus orti progenitoribus. Quod si transiere ad nos diuitiæ, & aliquando nos deferturas credibile est. Quid autem omnino sunt diuitiæ? Vmbra iners, fumus qui citò euanescit, flos fœni, vel etiam viliores. Quid in fœno magnificis? Nōne & latronibus, & perditis hominibus, meretricibus, sacrilegis accedunt diuitiæ?

Intumescis, quod cum talibus illas communices? Sed honoris cupidus es? Verū nil honorationem te reddet, quā elemosyna. Diuitiarum honores, & potentia coacti sunt, & inuidiosi: hi voluntarij, & verò honorantium iudicio proueniūt, quare nunquam remittuntur. Quod si homines tantum honorem, tantam reuerentiam, misericordiam sibi facientibus tribuunt, & bona eis precantur, considera, quælo, quā à clementissimo, & benignissimo Deo remunerationē, quam vicem sint accepturi. Has igitur quæramus pecunias semper duraturas, vt in hac vita magni, in futura gloriosi æterna bona consequamur gratiā, & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM IN IDEM
Homil. 5.

Reliquit ergo hydriam suam mulier, &c. Multo nobis seruire opus est, multo studio, quibus excitemur, alioquin impossibile est, vt promissa nobis bona consequamur: quod significas Christus nunc quidem ait, Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus: nunc verò, Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur? Quibus verbis flagrantem, & incensum discipulū, & in omne periculum promptissimum nobis proponit. Talis etiam fuit hæc mulier. Ad eod enim, audito Iesu incensa est, vt relicta hydria, & aqua, cuius gratia eo concesserat, in ciuitatem properaret, & ad Christum vniuersum populū traheret. Venite, inquit, & videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæcumque feci. Considera mulieris studium, considera sapientiam: venerat hauriendæ aquæ gratia, & cum verum fontem inuenisset, contempsit alterum, vt nos exemplo licet paruo admoneret, spiritualium gratiā secularia omnia esse nobis contempnenda, neque eorum nisi ad necessitatem vllam rationem habendam: quod & Apostoli fecerunt, & hæc in præsentia mulier. Siquidem illi à Iesu vocati, retia reliquerunt, hæc sponte sua reliquit hydriam, &, superna proueniente gratia, apostolico munere fungitur: neque vnum aut alterum, vt Andreas, & Philippus, sed vniuersam aduocat ciuitatem, & populū ad Christum adducit. Et contemplare mulieris prudentiam, non dixit; Venite, videte Christum: sed ea, qua ipsa allecta est humilitate, allicit populares suos; Venite, inquit, & videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæcumque feci. Atqui aliter dicere potuisset; Venite, videte prophetam: sed, cum anima diuino igne exardescit, nihil amplius terrenum curat, non gloriam, non decus, sed eius flammæ seruire tantum mouetur. Nunquid ipse est Christus? Animaduerte iterum inensam mulieris sapientiam, neque affirmat Christum esse, neque reticet. Noluit huius se opinionis auctorem, sed, suo ipsorum auditu inductis, hoc ipsis persuaderi, quod longè futurum erat probabilius, sed non omnem vitam suam à Christo accepit, ex his tamē quæ didicerat, & cætera credidit. Neque dixit; Venite, & credite: sed, videte: quod & leuius erat, & persuasibilis. Animaduertis mulieris sapientiam? proculdubio intelligebat, modo illum fontem gustarent, eadem de eo, quæ & ipsa senturos:

Flom. 33. in Ioan.

Matth. 10. Luc. 12.

Matth. 4.

uros: quod si quis crassiori esset ingenio, ut cognoscere eum non posset, vitam suam à Christo patefactam in medium adducit, ut vel hinc omnes alliciat. *Interea rogabant eum discipuli eius, dicentes, Rabbi, manduca.* Hoc non improbitate quadam, sed amore, & studio in magistrum dicebant, cum itinere, & aestu fatigatum viderent, quibus Christus; *Ego, inquit, cibum habeo manducare, quem vos nescitis, &c.* Quid mirum, si mulier aque appellatione, aquam esse opinabatur, quando & discipuli eodem errore deprehenduntur, neque adhuc spiritalia intelligunt, sed ambigunt? Solitum tamen magistro honorem tribuunt, & mutuis inuicem sermonibus eum percontari non audent: quod & alias fecerunt, cum etiam cuperent interrogare. Quid Christus? *Mens cibus est, ut faciam voluntatem eius, qui misit me, & perficiam opus eius.* Hominum salutem hoc in loco cibum appellat, ut quanta salutis nostrae cura, & desiderio teneatur, ostendat: sicut enim nos cibum, ita Christus humani generis salutem desiderat. Accipe autem, quo pacto non omnia semper palam ante oculos ponit, sed primum obscuritate quadam inuoluit auditorem, ut inter dubitandum inquirendo laborans, certius veritatem inueniat, & magis excitetur auditor: quam obrem non primum dixit; *Mens cibus est, ut faciam voluntatem patris mei:* quod etsi non manifestum erat, tamen intellectu facilius, quam, *ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.* Primum igitur, ut dixi, obscuriori sermone attētiōres reddit, & ut melius, quae dicturus erat, intelligerent, assuefacit: quae verò sit voluntas patris, iam interpretatur. *Nonne vos, inquit, dicitis quod adhuc quatuor menses sunt, &c.* Ecce iterum familiaribus nominibus ad maiorem eos erigit contemplationem: nam cibi appellatione nihil aliud, quam futuram hominum salutem demonstrat: regionis autem, & messis, animarum multitudinem, quae in ipsius praedicatione erant creditur, oculos autem & mentis, & corporis significat. Iam enim uenientium Samaritanorum turbam videbat, quorum feruorem & propitissimam voluntatem albas regiones appellat. Sicut enim spicae flauescentes messes indicant, & iam manus postulant, ita illi properabant ad salutem. Et quid non apertius dixit, prompto eos animo venire, ut & docerentur, & crederent, & à prophetis persuasi fructum redderent, sed regionem tantum, & messem appellauit? Quid sibi haec volunt translationes, quibus non hic tantum, sed per totum utitur Euangelium? Idem & propheta plurimum his vi affolent. *Quānam hoc gratia? Ne enim temere spiritus sanctus ita instituit, duabus rationibus: primum ut significantius loqueretur, & magis ante oculos poneret. Mens enim, familiarium rerum imagine concepta, magis suscitatur, & tanquam in pictura rem ipsam magis amplectitur. Deinde ut iucundior narratio esset & diutius animo immoraretur. Non tam facile sententia capitur, neque ita trahit auditorum multitudinem, ut rerum narratio, & per ea maxime, quorum periculum fecimus, descriptio: similitudo quoque multa praese fert sapientiam. Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam aeternam:* huius terrae messis fructus ad aeternam non peruenit vitam, sed in haec fluxa, & caduca consumitur, ille autem perpetuo nos comitatur. Animaduertis enim verba quidem sensibi-

lia, sensus verò spirituales: & quo pacto terrena à caelestibus separant? Quod enim de aqua more suo dixit, quod qui biberit ex aqua, non sitiet: hoc & nunc dicit, quod, *congregat fructum in vitam aeternam: ut & qui seminatur, simul gaudeat, & qui metit.* Quis fator? quis messor est? Prophetae fatores, non messorum tamen, sed Apostoli: qui non propterea voluptate, & fructu laborum priuantur, sed vobiscum gaudent: quamuis vobiscum vna non messorum fuerunt: neque enim messis serendi habet difficultatem, & in messe minus laboris est, & plus voluptatis. Ad hoc vos seruauit, non ad serendum, ubi plurimum laboratur. In metuendo autem & prouentus vberis, & labor remissior. Hinc prophetarum voluntatem fuisse demonstrat, ut humanum genus ad Christum allicerent, hoc per legem communicatam: propterea seminasse, ut huc pareret fructum, & se eos misisse, & magnam inter vetus, & nouum testamentum esse cognationem, quae omnia hac similitudine ostēdit. Meminit autem prouerbij, quod in ore multorum est; *in hoc enim est verbum verum, quia alius est, qui seminatur, & alius est, qui metit.* Hoc frequens dictum erat, quando alius labores, alius fructum reportaret: quod prouerbium hic maxime verum deprehēdit dicit: Laborant enim prophetae, vos fructus inde capitis, neque dicit mercedem: neque enim multus illorum labor, sed fructus fuit, hoc & Daniel fecit, etenim ipse prouerbij meminit dicens, exiit ab iniquis peccatum. Et Dauid etiam in fletu suo eius mentionem facit, propterea hoc praecoccupans Iesus inquit; *Et & qui seminatur, simul gaudeat, & qui metit.* Cum dicendum esset; alius seminavit, alius metit, & ne quis, ut diximus, prophetas mercede fraudatos putaret, nouum quiddam, & praeter opinionem, & sensibus abhorrens, sed in spiritalibus egregium narrat: siquidem in his terrenis, si alium seminare contingit, alium metere, non simul gaudent, sed alteri dolent: utpote qui pro alio laborem susceperint, soli autem messorum gaudent: hic autem qui non metunt, quae seminantur, eadem, quae metentes, afficiuntur laetitia: unde perspicuum est eos mercedis esse participes. *Ego misi vos metere, quod vos non laborastis: alij laborarunt, &c.* His eos verbis magis hortatur. Quum enim laboriosum videretur orbem terrarum peragrare, & praedicationibus insistere: eius facilitatem ostēdit. Laboriosior erat factio, & maiori egebat sollicitudine, semina spargere, & ad Dei cognitionem animam erudire: hoc autem dixit, ne ad praedicandum dimissi, tanquam maximum onus subeuntes perturbarentur, magis enim prophetae laborauerunt, quod ratione confirmat: quoniam facilius ipsi opus susceperunt. Sic quidem ut in messe facile fructus colligitur, & breui impletur area, neque tempora expectantur, non hyems, non ver, non pluuia: ita nunc opera ipsa clamant. *Dum haec diceret, exierunt Samaritanam, & mox coactus est fructus, propterea inquit; Lenate oculos vestros, & videte regiones, quia albae sunt.* Verba res ipsa confirmant: *ex ciuitate enim illa multi crederunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris, &c.* Videbant enim non ad gratiam locutam, neque qui peccata sua narrauit admiratam, neque ut alterius sibi amorem conciliaret, suam manifestam vitam faceret. Hanc & nos mulierem imitemur, & in peccatis, quae commissimus, confitendis, neminem vereamur, Deum duntaxat, ut decet, formidamus,

Ecce confitemur peccata nostra sicut hominibus.

midemus, qui & nunc opera nostra videt, & tunc, quos in praesentia non poenitet, damnabit. At nos contra futurum iudicem minime timemus, sed qui nihil nobis possunt officere, eos & horrescimus, & pudore tremimus: idcirco in quo timeamus, in eo poenas dabimus. Nam, qui in hac vita solo hominum pudore afficiuntur, Deum vniuersa spectantem minime curant: qui in omnia scelera prolabantur, quos nihil pudet, vel mutatur, hi in die illa, non vno praesente, vel altero, sed vniuerso mundo teste, manifestabuntur. Nam, quod bonorum operum, & malorum magnum illic spectaculum pateat, ouium, & haedorum similitudo edocet: & beatissimus Paulus his verbis testatur; Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat vnusquisque propria corporis, prout gesserit, siue bonum, siue malum. Commisisti aliquod scelus, aut animo agitati, homines celas, non Deum, & nihil curas, oculos hominum formidas: intellige igitur in illo die te ne homines quidem quicquam celaturum: omnia namque oculis nostris representabuntur, vnusquisque singulorum scelera puniendi iudicabit: quod ex diuite videre licet, qui, cum Lazarum pauperem, & iam sepe numero à se contemptum, & maledictis affectum intueretur, ut, intincto in aquam digito, linguam suam refrigeret, obsecrat. Vos autem horror, dilectissimi, ut, etsi nemo opera nostra videat, ut singuli suam conscientiam ingrediantur, & iudicem sibi rationem constituent, errata sua in medium adducant, nisi velint in die illa horrenda vniuerso orbi ea manifeste patere: sanentur iam vulnera, sumatur poenitentis medicina. Potest etiam, qui innumeris sit confectus vulneribus, sanus euadere. Si dimittitis, inquit, dimittetur vobis, & sicut in baptisate abluta peccata non amplius apparent: ita & dimittendo abluuntur, si poenitere voluerimus. Ea demum est poenitentia, ne amplius peccemus. Nam, qui ad peccata reuertitur, similis est cani ad vomitum redeanti. Oportet igitur & operibus, & animo omni scelere vacuum esse: & vulneribus contrariam afferre medicinam. Verbi gratia: Rapuisti, & ditatus es: pone modum rapinae, & eius vulneri elemosyna medearis. Scortatus es, huic vlcera castitatis imponatur medicina. Fratrem calumniatus es, & offendisti: cessa à maledictis, & charitatem amplectere, & ita per singula faciamus, quae perperam commissimus, neque simpliciter his abstinemus. Instat iam, instat, inquam, tempus exigendae rationis: ideo Paulus ait; Dominus prope est, nihil solliciti sitis. Sed nobis contrarium fortassis est dicendum; dominus prope est; solliciti sitis. Illi eius qui in anxietatibus, & laboribus, atque certaminibus versabantur, iure audiebant; nihil solliciti sitis. Qui verò in rapinis viuunt, qui in deliciis, graues dantur poenas, non hoc, sed illud merito audiunt; Dominus prope est, estote solliciti. Non enim longè à fine absumus, sed iam mundus prope est: hoc bella, hoc terramorus, hoc extincta charitas significat. Quemadmodum enim corpus, iam aduentante morte, innumeris malis afficitur, & domus prope casum in rimas fatiscit: ita orbis terrarum ad finem prope est, tantis vndique malis conteritur. Nam, si Pauli temporibus dominus prope erat, nunc profecto propius: si ante trecentos annos finem temporum Paulus

esse dixit, quid nunc dicendum? Sed idcirco quidam non credunt, cum maxime sit credendum. Quo argumento homo finem appropinquare, & breui, quae praedicta sunt, euentura diffidit? Si quidem ut anni finem non vltimum duntaxat diem, sed mensem triginta dierum spatium dicimus: sic tot annorum, etiam si quadringentos annos finem dixerimus, non errabimus: quocirca tot iam temporibus finem praenunciauit. Cohibeamus igitur, dilectissimi, affectus nostros, exerceamur in Dei timore: etenim nobis licentia perditis, nihil tale expectantibus, ex improviso Dei aduentus aderit, quod his verbis Christus significat. Sicut factum est in diebus Noë, & in diebus Loth, sic erit. Et Paulus; Cum dixerint pax, & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis. Sed quid per hanc vltimam particulam intelligitur? Saepe grauidae mulieres inter ludendum, & edendum, dum balneis, dum spectaculis oblectantur, repentinis torquentur doloribus, hac & nos in hac vita conditione versamus. Simus ergo semper parati, non semper haec audiemus, non semper habebimus benefaciendi potestatem. In inferno, inquit, quis confitebitur tibi? dum hanc vitam agimus, nos poeniteat, ut Deum nobis propitium reddamus, & veniam consequamur peccatorum, gratia, & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Math. 24. 1. Thest.

Psal. 6.

EIVSDEM DE EODEM Homilia 5.

Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum, ut ibi maneret, &c. Nihil inuidia nocentius, nihil inani gloria grauius, ipsa innumera bona corrumpere consuevit. Nam, quum Iudei maiorem quam Samaritani Dei cognitionem haberent, & in prophetarum essent lectionibus educati, hinc longe inferiores apparuerunt. Samaritani mulieris testimonio fide adhibita, nullo signo confirmati, Christo obuia sunt, rogant apud ipsos moretur, Iudei tot miraculis admoniti, non modo non retinent, sed expellere contendunt. At qui eorum gradum in mundum venit, ipsi expellerunt: hi ut maneat, rogant. Num ergo non accedendum fuit? Num tantopere rogantes, & indigentes erant contemnendi, & apud insidiantes, & expellentes moram trahere, amicis, & volentibus, se non exhibere decuit? Indignum sane, & à Christi benignitate alienum. Eorum itaque obtemperauit voluntati, mansit apud eos duos dies: ipsi autem semper eum apud se habere voluissent, ut significat euangelista, quod rogauerunt eum, ut ibi maneret, quod ipse noluit, sed mansit duos dies, quibus multo plures crediderunt in eum, non tamen credibile erat, quum nullum signum viderent credituros, maxime quum Iudeos odio haberent: verum tamen, quum verba eius, & veritatem reputarent, nihil curarunt amplius, sed alius, quae quae impediabant contemplantur sunt: & Christum admirari, & venerari maiorem in modum contendebant. Dicebant enim mulieris, Quia iam non propter tuam loquelam credimus, &c. Discipuli magistrum superauerunt, hi Iudeos haud iniuria, & credendo, & accipiendo accusare possent, & quidem illi frequen-

1. Thest.

1. Thest.

Yof. 9. & 10.

ter Christum lapidibus persecuti sunt, quorum ipse gratia omnia fecerat: hi neque ad se venientem secum manere hortabantur: illi, visis signis, & miraculis, pertinaciter obduraverunt, hi sine signo aliquo plurimam in eum fidem praese tulerunt. Hi de fide contendunt, illi signa efflagitare non desinunt: ita semper fidei animo opus est, qualem veritas, modò accipiatur, facile illustrat: sin minus, non veri imbecillitas, sed volentis perfidia culpanda est. Nam & sol puros oculos nactus, facile illuminat: sin minus, oculorum culpa, non solis est. Audi igitur, quid hi loquantur; *Scimus, inquit, quia hic est verè saluator mundi.* Quam brevis Iesum orbem terrarum conuersurum nouerunt, quòd ad communem omnium salutem venierit, quòd non solis Iudaeis eius providentia praescriberetur, sed ubique terrarum verbum suum esset disseminaturus: non ita Iudaei, sed quaerentes propriam iustitiam confirmare, iustitiae Dei non paruerunt. Hi autem omnes in culpa esse consentunt, illud apostolicum sentientes, quòd omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius. Cum enim dicerent saluatorem esse mundi, intellexerunt perditum, nec simpliciter, sed in rebus maximis saluatorem. Venerunt enim multi, ut saluos facerent & prophetae, & angeli: sed hic verè saluatorem inquit, qui veram salutem elargitur, non brevis, sed perpetuò duraturam: hoc sincerae fidei argumentum. Vtrinque enim admirabiles extiterunt, & quòd crediderunt, & quòd sine signis, & miraculis, quos & Christus beatus dicit; Beati, qui non viderunt, & qui crediderunt, & quòd sincere crediderint, inde constat quòd, cum mulier dubiè loqueretur; Nunquid hic est Christus? nullam praese tulerunt dubitationem, sed scire eum esse proculdubio asseuerauerunt; neque vnum quendam ex medio vulgo Christum, sed verè saluatorem confessi sunt. At qui quem saluum fecisse viderat? verba audierant tantum, & tam certè locuti sunt. Quid si miracula vidissent? Nonne plura, & maiora dixissent? Quamnam autem gratia, quae, & quanta locutus sit, non narrat euangelista? Ut multa, & magna eos omittere intelligas, ab euentu autem omnia demonstrant: persuasit namque populo, & vniuersae ciuitati: ubi autem non persuasum est, quae dixerit, exponere coguntur: ne auditorum ignauiam in oratorem quispian duceret referendam.

S. AVGVST. EPISCOPI

Hipponensis in idem Euang. Hom.

Ex Tract. 15. in Ioan.

Am ergo his peractis, per quae peruenit ad collocationem cum illa muliere, videmus quae restat plena mysteriis, & grauida sacramentis. Oportebat autem, inquit, eum transire per Samariam. Venit ergo in ciuitatem Samariae quae dicitur Sichar, iuxta pradiu quod dedit Iacob filio suo Ioseph. Erat autem ibi fons Iacob. Puteus erat. Sed omnis puteus fons, non omnis fons puteus. Vbi enim aqua de terra manat, & vsui praebet haurientibus, fons dicitur: sed si in profu, & superficiei sit, fons tantum dicitur: si autem in alto & profundo sit, ita puteus vocatur, ut fontis nomen non amittat. Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat super fontem: Hora erat quasi sexta. Iam incipiunt mysteria. Non enim frustra fatigatur Ie-

sus, non enim frustra fatigatur virtus Dei, non enim frustra fatigatur, per quem fatigati recreantur: non enim frustra fatigatur, quo deserente fatigamur, quo praesente firmamur. Fatigatur tamque Iesus, & fatigatur ab itinere, & sedet: & iuxta puteum sedet, & hora sexta fatigatus sedet. Omnia ista innuunt aliquid, indicare volunt aliquid, indicare volunt aliquid, intentos nos faciunt, ut pulsemus hortantur. Ipse ergo aperiat & nobis, & vobis, qui dignatus est ita hortari ut diceret; *Pulsate, & aperietur vobis.* Tibi fatigatus est ab itinere Iesus. Inuenimus virtutem Iesum, & inuenimus infirmum Iesum, fortem, & infirmum. Fortem, quia in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum. Vis videre quam iste filius Dei fortis sit? Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factu est nihil, & sine labore facta sunt. Sed quid ergo illo fortius, per quem sine labore facta sunt omnia? Infirmum vis nosse? Verbum caro factu est, & habitauit in nobis. Fortitudo Christi creauit, infirmitas Christi te recreauit. Fortitudo Christi fecit, ut quod non erat esset: infirmitas Christi fecit, ut quod erat non periret. Condidit nos fortitudine sua, quaesuit nos infirmitate sua: nutrit ergo ipse infirmus infirmos, tanquam gallina pullos suos, huic enim se similem fecit: Quotiens volui, inquit ad Hierusalem, congregare filios tuos sub alas tanquam gallina pullos suos, & nolui. Videtis autem, fratres, quae madmodum gallina infirmetur cum pullis suis: nulla enim alia auis quòd sit mater agnoscitur. Videmus nidificare passeres quoslibet ante oculos nostros, hirundines ciconias, columbas quotidie videmus nidificare, quos nisi quando in nidis videmus, parentes esse non agnoscimus: gallina vero sic infirmatur in pullis suis, ut etiam si ipsi pulli non sequantur, filios non videas, matrem tamen intelligas, ita sit alis demissis, plumis hispida, voce rauca, omnibus membris demissa, & abiecta: ut, quemadmodum dixi, & si etiam filios non videas, matrem tamen intelligas. Sic ergo infirmus Iesus fatigatus ab itinere: iter ipsius est caro pro nobis assumpta. Quomodo enim iter habet qui ubique est, qui nusquam deest? Quòd it, aut vnde it, nisi quia non ad nos veniret, nisi formam visibilis carnis assumeret? Quia ergo venire ad nos eo modo dignatus est, ut in forma serui, assumpta carne appareret, ipsa carnis assumptio est iter ipsius. Ideo fatigatus ab itinere, quid est aliud quam fatigatus in carne? Infirmus in carne Iesus, sed esto: quia quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Sub hac rerum imagine Adam qui erat forma futuri, praebuit nobis magnum iudicium sacramenti; imò Deus in illo praebuit. Nam & dormiens meruit accipere uxorem, & de costa eius facta est ei vxor: quoniam de Christo in cruce dormiente, futura erat Ecclesia de latere eius, de latere scilicet dormientis: quia de latere in cruce pendentis, lancea percusso, sacramenta Ecclesiae profluxerunt. Sed quare hoc dicere volui, fratres? Quia infirmitas Christi nos facit fortes. Magna ibi imago praecessit, Potuit enim Deus carnem detrahare homini, vnde faceret foeminam, & magis videtur quasi congruere potuisse: fiebat enim sexus infirmior, & magis de carne infirmitas fieri debuit, quam de osse, ossa enim in carne firmiora

Matt. 7.

1 Tim. 1.

Matt. 23.

1 Cor. 1.

Rom. 5.

Gent. 1.

firmiora sunt: non detrahit carnem vnde faceret mulierem, sed detrahit os, & detracto osse formata est mulier, & in locum ossis caro adimpleta est. Poterat pro osse os reddere, poterat ad faciendum mulierem non costam, sed carnem detrahare. Quid igitur significauit? Facta est mulier in costa tanquam fortis: factus est Adam in carne tanquam infirmus, Christus, & Ecclesia. Illius infirmitas nostra est fortitudo. Quare ergo hora sexta? Computa in Euangelio tanquam vnam horam, vnam aetatem ab Adam vsque ad Noë: secundum a Noë vsque ad Abraham: tertiam ab Abraham vsque ad Dauid: quartam a Dauid vsque ad transmigrationem Babyloniae: quintam a transmigratione Babyloniae vsque ad baptismum Ioannis. Inde sexta agitur. Quid miraris? Venit Iesus, & humiliando se venit, ad puteum fatigatus venit, qui infirmam carnem portauit. Hora sexta, quia aetate seculi sexta. Ad puteum, quia ad profunditatem huius habitationis nostrae. Vnde dicitur in Psalms; De profundis clamaui ad te domine. Sed, ut dixi, quia humilis venit. Et venit mulier, Forma Ecclesiae, non iam iustificatae, sed iam iustificandae, nam hoc agit sermo. Venit ignara, inuenit eum, & agitur cum illa. Videamus, quid videamus? Venit mulier de Samaria haurire aquam. Samaritani ad Iudaeorum gentem non pertinebant, alienigenae fuerunt, quauis vicinas terras incolerent. Longum est originem Samaritanorum retexere, ne nos multa teneant, & necessaria non loquamur: sufficit ergo ut Samaritanos inter alienigenas deputemus, & ne hoc audacius me alitremini dixisse quam verius, audite ipsum dominum Iesum, quid dixerit de illo Samaritano, vno de decem leprosis, quos mundauerat, qui solum rediit ut gratias ageret; Nonne decem muniti sunt, & nouem ubi sunt? Non erat alius qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi alienigena iste. Pertinet ad imaginem rei, quòd ab alienigenis venit ista mulier, quae typum gerebat Ecclesiae: ventura enim erit Ecclesia de gentibus, alienigena a genere Iudaeorum. Audiamus ergo in illa nos, & in illa nos, & in illa agnoscamus nos, & in illa gratias Deo agamus pro nobis. Illa enim figura erat, non veritas: quia & ipsa praemisit figuram, & facta est veritas. Nam credidit in eum, qui de illa figuram nobis praetendebat. Venit ergo haurire aquam: simpliciter venerat haurire aquam, sicut solent vel viri vel foeminae. Quomodo tu Iudaeus cum sis, bibere a me poscis, quia sum mulier Samaritana? Non enim contumunt Iudaei Samaritanis. Videtis alienigenam, omnino vasculis eorum Iudaei non utebantur. Et quia ferebat secum mulier vasculum vnde aquam hauriret, eo mirata est, quia Iudaeus petebat ab ea bibere, quod non solebant facere Iudaei. Ille autem qui bibere quaerebat, fidem ipsius mulieris scitebat. Denique audi. Quis petebat bibere? Respondit Iesus, & dixit ei, Si scires donum Dei, &c. Petit bibere, & promittit bibere. Eget quasi accepturus, & affluit tanquam satiaturus. Si scires, inquit, donum Dei, donum Dei est spiritus sanctus. Sed adhuc mulieri rectè loquitur, & paulatim intrat in cor. Fortassis iam docet: quid enim ista hortatione suauis & benignius? Si scires donum Dei, & si scires quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu peteres, & daret tibi aquam viuam. Hucusque suspendit. Vinea aqua dicitur vulgo, illa quae de fonte exit: illa enim, quae colligitur de pluuiis in lacunas, aut ci-

sternas, aqua viuam non dicitur: & si de fonte manauerit, & in loco aliquo collecta steterit, nec ad se illud vnde manabat admiserit, sed ininterrupto meatu, tanquam a fontis tramite separata fuerit, non dicitur aqua viuam: Sed illa aqua viuam dicitur, quae manans excipitur. Talis aqua erat in illo fonte. Quid ergo promittebat quod petebat? Tamen mulier suspensa, ait: domine, neque in quo hauriam aquam habes, & puteus altus est. Videte quomodo intellexerit aquam viuam, aquam scilicet, quae erat in illo fonte. Tu mihi vis dare aquam viuam, & ego fero vnde hauriam, & tu non fers. Aqua viuam hic est, quomodo mihi daturus es? Aliud intelligens & carnaliter sapiens quodammodo pulsata, ut aperiat magister quod clausum est. Pulsata ignorantia, non studio: Adhuc miseranda, nondum instruenda. Dicit aliquid euidentiùs dominus de illa aqua viuam: Dixerat enim mulier; Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit & filij eius & pecora eius? De hac aqua viuam dare mihi non potes, quoniam hauritorium non habes, forte alium fontem promittis: Patre nostro melior potest esse, qui hunc puteum fodit, & ipse cum suis vsus est eo: dominus ergo dicat, quid dixerit aquam viuam. Sed aquam ego dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam. Apertius locutus est dominus. fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam. Qui biberit de aqua ista, non sitiet iterum. Quid euidentiùs, quia non aquam visibilem, sed inuisibilem promittebat? Quid euidentiùs, quia non carnaliter, sed spiritaliter loquebatur? Adhuc tamè illa mulier carnem sapit, delectata est non sitire, & putabat hoc secundum carnem promissum sibi esse a domino: quod quidem fiet, sed in resurrectione mortuorum: iam hoc volebat illa. Dederat enim Deus aliquando seruo suo Heliae, ut per quadraginta dies nec esuriret, nec sitiret. Qui hoc potuit dare per quadraginta dies, non potuit dare semper? Suspirabat enim illa, nolens indigere, nolens laborare, assidue venire ad illum fontem, onerari pondere, quo indigentia suppleretur, & finito quod hauserat, rursus redire cogebatur: & quotidianus ei fuit iste labor, quia indigentia illa reficiebatur, non extinguebatur. Delectata ergo tali munere, rogabat ut ei aquam viuam daret. Veruntamen non praeteramus, quoniam dominus spirituale aliquid promittit. Quid est, qui biberit de aqua hac, sitiet iterum? Et verum est secundum hanc aquam? Et verum est secundum quod significat illa aqua. Etenim aqua in puteo, voluptas seculi est in profunditate tenebrosa. Hinc eam hauriunt homines hydria cupiditatum. Cupiditate quippe proni submittunt, ut ad voluptatem haustam de profundo perueniant, & fruuntur voluptate praecedente & praemissa cupiditate: nam qui non praemiserit cupiditatem, peruenire non potest ad voluptatem. Pone ergo hydriam cupiditatem, & aquam de profundo voluptatem. Cum peruenit quisque ad voluptatem seculi huius, cibus est, potus est, lauacrum est, spectaculum est, concubitus est: Nunquid non iterum sitiet? Ergo de hac aqua qui biberit, iterum, inquit sitiet. Si autem acceperit a me aquam, non sitiet in aeternum. Satiabimur, inquit, in bonis domus tuae. De qua dicitur est, nisi de illa aqua, de qua dictum est: Apud te est fons vitae. Nam quomodo sitient qui inebriantur ab vbertate domus tuae? Promittebat

3 Reg. 19.

3 Reg. 19.

Psal. 64.

Psal. 35.

tebat ergo saginam quandam, & satietatem spiritus sancti, & illa nondum intelligebat: Et non intelligens, quid respondebat? *Dicit ad eum mulier, Domine, da mihi hanc aquam ut non sitiam, neque veniam huc haurire.* Ad laborem indigentia coquebat, & laborem infirmitas recufabat. Vtinam audiret: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam. Hoc enim ei dicebat Iesus ut non laboraret, sed illa nondum intelligebat. Denique volens ut intelligeret, *Dicit ei Iesus: Vade voca virum tuum & veni huc.* Quid est, voca virum tuum? Per virum suum ei volebat aquam illam dare, an quia non intelligebat, per virum suum eam volebat docere? Forte quomodo ait Apostolus de mulieribus; Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. Sed ibi dicitur, domi viros suos interrogent, ubi non est Iesus, qui doceat. Denique dicitur mulieribus quas prohibebat Apostolus loqui in Ecclesia: cum vero ipse dominus aderat, & præsens præsenti loquebatur, quid opus erat, ut per virum eius ei loqueretur? Nunquid per virum suum loquebatur Mariæ sedenti ad pedes suos, & excipienti verbum suum, quando Martha circa multum ministerium, etiam de fororis suæ felicitate occupatissima murmuravit? Ergo, fratres mei, audiamus & intelligamus, quod ait dominus, *voca virum tuum*, mulieri. Fortè enim & animæ nostræ dicit, *voca virum tuum*. Queramus & de viro animæ: Cur iam non ipse Iesus vir animæ verus est? Assit intellectus, quoniam quod dicitur sumus, vix capitur, nisi ab intentis. Assit ergo intellectus ut capiatur, & ipse intellectus erit fortasse vir animæ. Videns ergo Iesus, quia mulier non intelligebat, & volens eam intelligere: *Voca, inquit, virum tuum*: ideo enim nescis quod dico, quia intellectus tuus non adest. Loquor ego secundum spiritum, tu audis secundum carnem. *Que loquor, nec ad voluptatem aurium pertinent, nec ad oculos, nec ad olfactum, nec ad gustum, nec ad tactum.* Mente sola capiuntur, intellectu solo hauriuntur. Ille intellectus non tibi adest, quomodo capis quod dico? *Voca virum tuum*, præsenta intellectum tuum. Quid tibi est enim animam habere? Non est magnum, nam & pecus habet. Vnde tu melior? Quia intellectum habes, quod pecus non habet. Quid est ergo, *voca virum tuum*? Non me capis, non me intelligis. De dono Dei tibi loquor, tu autem carnem cogitas, secundum carnem sitire non vis, ego spiritum alloquor: absens est intellectus tuus, *voca virum tuum*. Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus. Ergo, fratres mei, animam habere, & intellectum non habere: hoc est, non adhibere, nec secundum eum vivere, bestialis est vita. Est enim in nobis quiddam bestiale, quo in carne vivimus, sed intellectu regendum est. Motus enim animæ secundum carnem se mouentis, & in delictis carnales immoderate diffluere cupientis, regit desuper intellectus. Qui debet dici vir, qui regitur? Proculdubio cum ordinata vita est, intellectus animam regit, ad ipsam animam pertinet: Non enim aliquid aliud est quam anima, sed aliquid animæ est intellectus: quomodo non aliquid aliud quam caro est oculus, sed aliquid carnis est oculus. Cum autem aliquid carnis sit oculus, sed tamen luce perfunditur: ea tamen membrum carnalia luce perfundi possunt, lucem sentire non possunt, solus ea

oculus & perfunditur & perfunditur: sic in anima nostra quiddam est quod intellectus vocatur. Hoc ipsum animæ quod intellectus & mens dicitur, illuminatur luce superiore. Iam superior illa lux, qua mens humana illuminatur, Deus est: erat enim verum lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Talis lux Christus erat, talis lux cum muliere loquebatur, & in illa intellectus non aderat, qui illa luce illuminaretur, nec tantum perfunderetur, verum etiam frueretur. Ergo dominus tanquam diceret, illustrare volo, & non adest quem. *Voca, inquit, virum tuum*: adhibe intellectum per quem docearis, quo regaris. Ergo constitue animam excepto intellectu tanquam feminam: intellectum autem habere, tanquam virum. Sed iste vir non bene regit feminam suam, nisi cum à superiore regitur, caput enim mulieris vir: caput autem viri Christus. Loquebatur caput viri cum femina, & non erat vir. Et tanquam diceret dominus; Adhibe caput tuum, ut ille suscipiat caput suum: ergo voca virum tuum, & veni huc, id est, adesto; præsens esto: velut enim absens es, dum non intelligis præsentis vocem veritatis. Præsens esto, sed noli sola, cum viro tuo adesto. Et adhuc illa nondum aduocato illo viro non intelligit: adhuc carnem sapit, absens est enim vir. *Non habeo, inquit, virum.* Et dominus sequitur, & mysteria loquitur. Intelligis verè istam mulierem non habuisse tunc virum, sed vtebatur nescio quo non legitimo viro, adultero magis quam viro. *Et dominus ei; Bene dixisti, quia non habeo virum.* Vnde ergo tu dixisti: *voca virum tuum*? Et audi, quia bene nouit dominus eam non habere virum; dicit ei, &c. ne forte putaret mulier ideo dixisse dominum, Bene dixisti, quia non habeo virum: excepto intellectu, tanquam feminam, quod hoc à muliere didicerit, non quod ipse istud diuinitate cognouerit: audi aliquid quod non dixisti, *quinque enim viros habuisti, & nunc quem habes, non est vir tuus.* Hoc verè dixisti. Iterum cogit de istis quinque vitis subtilius aliquid perscrutari. Multi quippe intellexerunt, non quidem absurde, nec vsquequaque improbabiler, quinque viros mulieris huius, quinque libros Moysi: vtebatur enim eis Samaritani, & sub eadem lege erant, nam inde illis & circumcisio inerat. Sed quoniam angustat nos quod sequitur; *Et nunc quem habes, non est vir tuus*: videtur mihi facilius non posse accipere quinque viros priores animæ, quinque sensus corporis esse. Quando enim quisque nascitur antequam vti possit mente atque ratione, non regitur nisi sensibus carnis anima in puero paruo, quod auditur, quod videtur, quod olet, quod sapit, quod tactu sentitur, hoc appetit aut fugit. Appetit quicquid mulcet, fugit quicquid offendet. Hos enim quinque sensus mulcet voluptas, offendet dolor. Secundum quinque sensus tanquam quinque viros, prius vixit anima quia istis regitur. Quare autem viri dicti sunt? Quia legitimi. A Deo quippe facti, & à Deo donati animæ. Infirma est adhuc quæ istis quinque sensibus regitur, & sub istis quinque vitis agit. At ubi venerit ad annos exerenda rationis, si eam susceperit optima disciplina & doctrina sapientiæ, quinque illis vitis ad regendum non succedit, nisi vir verus, & legitimus & illis melior, & qui melius regat, & qui ad æternitatem regat, ad æternitatem exolat, ad æternitatem instruat: nam isti quinque sensus non ad æter-

æternitatem nos regunt, sed ad ista temporalia vel appetenda, vel fugienda. Vbi vero intellectus sapientia imbutus regere cœperit animam, scit iam non solum fugere foueam, & ambulare in æquali quod oculi ostendunt animæ infirmæ: nec tantum canoras voces suauiter audire, dissonasque repellere: vel blandis odoribus delectari, putresque respicere: aut dulcedine capi, & amaritudine offendi: aut lenibus mulceri, & asperis lædi. Ista enim omnia infirmæ animæ sunt necessaria. Quid ergo regiminis adhibetur per illum intellectum? Non alba, & nigra discreturus est, sed iusta, & iniusta, bona, & mala, vtilia, & inutilia, castitatem, & impudicitiam, hanc, & illam, illam ut amet, istam ut vitet: charitatem, & odium, ut diligat charitatem, & vitet odium: in hac ut sit, in illa ut non sit. Hic vir quinq; illis vitis in ista muliere non successerat. Vbi enim non succedit ille, error dominatur: nam cum cœperit anima capax esse rationis, aut à sapiente mente regitur, aut ab errore: sed error non regit, sed perdit. Post istos ergo quinque sensus mulier illa adhuc errabat, & error eam ventillabat. Error autem iste non legitimus vir, sed adulter. Ideo ei dominus ait; *Bene dixisti quia non habeo virum.* Quinq; enim viros habuisti: quinque te sensus carnis primo rexerunt, venisti ad ætatem vtendæ rationis, nec ad sapientiam peruenisti, sed in errore incidisti. Ergo post illos quinque viros iste, quem habes, non est tuus vir. Et quid erat, si vir non erat nisi adulter? *Voca, inquit.* Voca itaque, non adulterum, sed virum tuum, ut intellectu me capias, non errore de me aliquid falsum sapias: adhuc enim errabat mulier, quæ aquam illam cogitabat, cum iam dominus de spiritu sancto loqueretur. Quare errabat, nisi quia adulterum, non virum habebat? Tolle ergo hinc istum adulterum, qui te corrumpit, & vade voca virum tuum: *Voca & veni, ut intelligas me.* *Dicit ei mulier, domine, ut video, propheta es tu.* Tunc cœpit venire vir, nondum plene venit: Prophetam dominum putabat. Erat quidem & propheta: nam de seipso ait; Non est propheta sine honore, nisi in patria sua. Item de illo dictum est ad Moysen; Prophetam eis suscitabo de fratribus eorum similem tui: similem scilicet ad formam carnis, non ad eminentiam maiestatis. Ergo inuenimus dominum Iesum dictum Prophetarum Prophetam. Proinde iam non multum erat mulier: *Video, inquit, quia propheta es tu.* Incipit vocare virum, adulterum excludere: video quia propheta es tu, & incipit querere, quod illam solet mouere. Centurio quippe fuerat inter Samaritanos, & Iudeos, quia Iudei in templo à Salomone adificato adorabant Deum: Samaritani longe inde positi non in eo adorabant. Et ideo Iudei meliores se esse iactabant, quia in templo adorabant Deum: Non enim contumunt Iudei Samaritanis, quia dicebant eis: Quomodo vos iactatis, & ideo vos meliores nobis esse prohibetis, quia templum habetis, quod nos non habemus? Nunquid patres nostri, qui Deo placuerunt, in illo templo adorauerunt? Nonne in monte isto adorauerunt, ubi nos sumus? Melius ergo nos, inquit, in hoc monte Deum rogamus, ubi patres nostri adorauerunt. Cōtendebant vtrique ignari, quia virum non habentes, illi pro templo, illi pro monte inflamabantur aduersus inuicem: Dominus tamen modo quid docet mulierem, tanquam cuius vir

cœperat præsens esse. Dicit ei mulier: domine, video quia propheta es tu: *Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis quia Hierosolymis adorare oportet.* *Dicit Iesus: Mulier crede mihi.* Veniet enim Ecclesia, sicut dictum est in Canticis canticorum; veniet, & pertranseat: Ab initio fidei veniet, ut pertranseat, & pertransire non potest nisi ab initio fidei. Merito etiā præsente viro audit mulier, crede mihi. Iam enim est in te qui credat, quia præsens est vir tuus: Cœpisti adeste intellectu, quado me Prophetā appellasti. Mulier crede mihi, quia nisi credideritis non intelligetis. *Ergo mulier, crede mihi: Quia veniet hora quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitur pater. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudeis est.* Sed veniet hora: quando? Et nunc est. *Quæ ergo hora? Quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate.* Non in monte isto, non in templo, sed in spiritu & veritate. *Nam & pater tales querit qui adorent eum: Quare pater tales querit, qui adorent eum, non in monte, non in templo, sed in spiritu, & veritate: Spiritus est Deus.* Si corpus esset Deus, oportebat eum adorari in monte, quia corporeus est mons; Oportebat eum adorari in templo, quia corporeum est templum. *Spiritus est Deus: Et eos, qui adorant eum, in spiritu, & veritate oportet adorare.* Audiuimus, & manifestum est, foras eramus, intromissi sumus. O si inuenirem, dicebas, montem aliquem altum, & solitarium: credo enim quia in alto est Deus, magis me exaudiet ex alto. Quia in monte es, propinquum te Deo putas, & cito te exaudiri, quasi de proximo clamantem. In excelsis habitat, sed humilia respicit. Propè est dominus: quibus? Forte altis, his qui obtriuuerunt cor. Mira res est, & in altis habitat, & humilibus propinquat. Humilia respicit, excelsa autem à longe cognoscit. Superbos longè videt, eo illis minus propinquat, quo sibi videntur altiores. Quærebatur ergo montem, descende ut attingas: sed si ascendere vis, ascende: noli montem querere: Ascensus, inquit, in corde eius: Hoc Psalmus dicit, in conualle plorationis. Conuallis humilitatem habet: ergo intus age totū. Et si forte queris aliquem locum altum, aliquem locum sanctum, intus exhibe te templum Deo. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. In templo vis orare, in te ora. Sed prius esto templum Dei, quia ille in templo suo exaudiet orantem. Veniet ergo hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu, & veritate. Nos adoramus, quod scimus: vos adoratis, quod nescitis, quoniam salus ex Iudeis est. Multum dedit Iudeis: sed noli istos reprobos accipere. Parietem illum accipe, cui adiunctus est alius: ut pacati in lapide angulari, quod est Christus, copularentur. Vnus enim paties à Iudeis, vnus à gentibus, longe à se isti parietes, sed donec in angulo coniungantur. Alienigenæ autem hospites erant, & peregrini à testamento Dei. Secundum hoc ergo dictum est; Nos adoramus, quod scimus. Ex persona quidem Iudeorum dictum est, sed non omnium Iudeorum: non reprobos Iudeorum, sed de quibus fuerant Apostoli, quales fuerunt Prophetæ, quales fuerunt illi omnes sancti, qui omnia sua vendiderunt, & precia rerum suarum ad pedes Apostolorum posuerunt. Non enim repulit Deus plebem suam, quam præsciuit. *Audiuit enim hoc mulier ista, & addidit: Iam dudum*

Prophetam dixerat. Vidit talia dicere eum, cum quo loquebatur, quæ iam plus essent ad Prophetam. Et quid respondit, videte. *Dicit ei mulier: Scio quia Messias veniet, qui dicitur Christus. Cum ergo venerit ille, omnia nobis demonstrabit. Quid est hoc? Modo ergo de templo contempto contendunt Iudæi, & nos de monte contendimus. Cum ille venerit, & montem contemneret, & templum euertet, & docebit nos ista omnia, ut in spiritu, & veritate noverimus adorare. Sciebat quos eam posset docere, sed iam docentem nondum agnoscebat. Iam enim digna erat, cui manifestaretur. Messias autem unctus est, unctus Græce Christus est, Hebraice Messias est: unde & Punice, Messe dicitur ungue cognata quippe sunt linguæ istæ & vicinæ, Hebraica, Punica & Syra. Ergo dicit ei mulier: Scio quia Messias veniet, qui dicitur Christus. Cum ergo venerit, ille nobis annuntiabit omnia. Dicit ei Iesus, Ego sum qui loquor tecum. Vocavit ergo virum suum. Factus est vir eius caput mulieris, factus est Christus caput viri. Iam mulier ordinatur in fide, & regitur bene victura. Postquam audiuit hoc; Ego sum qui loquor tecum: iam ultra quid diceret, quando Christus dominus manifestare se voluit mulieri cui dixerat: *Crede mihi? Et continuo venerunt discipuli eius, & mirabantur quia cum muliere loquebatur: quia quærebat perditam, qui venerat quærere, quod perierat. Hoc enim illi mirabantur, bonum enim mirabantur, non malum suspicabantur, Nemo tamen ei dixit, Quid quæris, aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo mulier hydriam suam. Mulier audito, Ego sum, qui loquor tecum: & recepto in cor Christo domino, quid faceret nisi iam hydriam dimitteret, & evangelizare curreret? Proiecit cupiditatem, & properavit annuntiare veritatem. Dicant qui volunt evangelizare, & proiciant hydriam ad puteum. Recordamini quid superius dixerim de hydria, vas erat unde aqua hauriebatur, Græco nomine appellatur hydria, quoniam Græce hydor aqua dicitur, tanquam si aquarium diceretur. Proiecit ergo hydriam suam, quæ iam non vsui, sed oneri fuit: auida quippe desiderabat aqua illa satiari, ut nunciaret Christum, onere abiecto: *Cucurrit in civitate, & dicit illis hominibus, Venite, & videte hominem, qui mihi dixit omnia, quæcumque feci. Pedetentim egit, ne illi quasi irascerentur, & indignarentur, & persequerentur. Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæcumque feci. Nunquid non ipse est Christus? Exierunt de civitate, & veniebant ad eum. Et rogabant eum discipuli, dicentes, Rabbi manduca. Ierāt enim emere cibos, & venerant. Ille autem dixit, Ego habeo cibum manducare quem vos non scitis. Dicebant ergo discipuli ad invicem, Nunquid aliquis attulit ei manducare? Quid mirum, si mulier illa non intelligebat aquam? Ecce discipuli non intelligunt escam. Audiuit autem cogitationes illorum, & iam instruit ut magister, non per circumitum, sicut & illam cuius adhuc virum requirebat, sed iam aperte; *Mens, inquit, cibus est, ut faciam voluntatem eius qui misit me. Ergo & potus ipse erat in illa muliere, ut faceret voluntatem eius qui miserat eum: Ideo dicebat, Sitio, da mihi bibere, scilicet ut fidem in ea operaretur, & fidem eius biberet, & eam in corpus suum irasceret, corpus enim eius Ecclesia: Ipse est ergo, inquit, cibus meus, ut faciam voluntatem eius, qui me misit. Nonne vos dicitis quia adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? In opus feruebat,****

& operatio mittere disponebat. Vos quatuor menses computatis vsque ad messem, ego vobis aliam messem albam, & paratam ostendo. *Ecce dico vobis, Leuate oculos vestros & videte, quia iam albe sunt regiones ad messem. Ergo messores missi sunt. In hoc enim est verbum verum, quia alius est qui metit, alius est qui seminat, ut & qui seminat simul gaudeat & qui metit. Ego misi vos metere, quod vos non laborastis: Alij laboraverunt, & vos in labore eorum introistis. Quid ergo? Messores misit, non seminatores. Quod messores? Vbi iam alij laboraverunt. Nam vbi iam laboratum erat, utique seminum erat: & quod seminum erat, iam maturum erat factum, falcem, & triturationem desiderabat. Quod ergo erant messores mittendi? Vbi iam Prophetæ prædicaverant, ipsi enim seminatores. Nam, si ipsi non seminatores, unde ad illam mulierem perueniret: *Scio quia Messias veniet? Iam ista mulier fructus maturus erat, & erant albæ messes, & falcem quærebant. Misi vos quoque metere, quod non seminastis. Alij seminaverunt, & vos in labores eorum introistis. Qui laboraverunt? Ipse Abraham, Isaac, & Iacob. Legite labores eorum. In omnibus laboribus eorum prophetia Christi, & ideo seminatores. Moyses, & ceteri patriarchæ, & omnes prophetæ quanta pertulerunt in illo frigore, quando seminabatur? Ergo iam in Iudæa messis parata erat. Merito ibi tanquam matura seges fuit, quando tot hominum milia precia rerum suarum afferebant, & ad pedes apostolorum ponentes, expeditis humeris à sarcinis secularibus, Christum dominum sequebantur. Verè matura messis. Quid inde factum est? De ipsa messe eiecta sunt pauca grana, & seminaverunt orbem terrarum: & surgit alia messis, quæ in fine seculi metenda est. De ista messe dicitur; *Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent. Ad istam ergo messem, non apostoli, sed angeli mittentur. Messores, inquit, angeli sunt. Ista ergo messis cre-scit inter zizania, & expectat purgari in fine. Illa vero messis iam matura erat, quo prius missi sunt discipuli, vbi prophetæ laboraverunt. Sed tamen, fratres, videte quid dictum sit; *Simul gaudeat & qui seminat, & qui metit. Disparis temporis labores habuerunt apostoli, & prophetæ, sed gaudio pariter perfruuntur, mercedem simul accepturi sunt vitam æternam. Ex civitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritani propter sermonem eius, & c.* Et hoc paululum animaduertendum est, quia lectio terminata est. Mulier primum nunciavit, & ad mulieris testimonium crediderunt Samaritani, & rogauerunt eum, ut apud eos maneret, & mansit ibi biduo, & plures crediderunt: & cum credidissent, dicebant mulieri; *Nō iam propter verbum tuum credimus, sed ipsi cognovimus & scimus quia est vere hic saluator mundi: primo per famam, postea per præsentiam. Sic agitur hodie cum eis, qui foris sunt, & nondum sunt Christiani, Christus nunciatur per Christianos amicos, tanquam illa muliere, hoc est, Ecclesia annunciant: ad Christum veniunt, credunt per istam famam, manet apud eos biduo, hoc est, dat illis duo præcepta charitatis, & multo plures & firmiter in eum credunt, quoniam vere ipse est saluator mundi.****

EIVSDEM

EIVSDEM IN IDEM

Homil. 2.

Serm. 92. de temp. **I**n lectione Evangelij infirmitatem humani generis suscepisse dominum Iesum Christum plenissime nobis sanctus Evangelista monstravit. Siquidem cum dixisset venisse dominum in civitatem Samarie, quæ dicitur Sichar, iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo, in quo prædio erat fons Iacob: addidit, Iesus, inquit, fatigatus ex itinere sedebat sic supra puteum. Venit dominus noster Iesus Christus ad prædium quod sanctus Iacob Ioseph filio suo dereliquerat, quod prædium non tã Ioseph quam Christo arbitror derelictum: Cuius figuram sanctus Ioseph patriarcha portavit, quem verè sol adoravit, & luna, & omnes stellæ benedicunt. Ad hoc prædium ideo venit dominus, ut Samaritani, qui hæreditatem sibi patriarchæ Israel vendicare cupiebant, agnoscerent possessorem suum, & converterentur ad Christum, qui legitimus patriarchæ hæres est factus: *Iesus, inquit, fatigatus ex itinere sedebat sic supra puteum. Videte diversitatem mysterij. Inter Apostolos exultabat in spiritu in monte positus, non solum confortabat eos, verum etiam gloriam his propriam demonstrabat: in Samaria constitutus fatigatus ex itinere sedebat supra puteum: Nunquid Dei virtus poterat fatigari? Non utique, sed fatigabatur quod fidelem populum invenire non poterat. Tunc ergo fatigatur Christus, quando nullam virtutem in suo populo recognoscit. Hodièque fatigatur eum inobedientia nostra, fatigatur eum infirmitas nostra. Infirmi enim sumus, quando non ea, quæ fortia sunt, atque perpetua, sed temporalia, & caduca sectamur. Bene ait, *Sedebat supra puteum, nō requiescebat, quoniam in Samaritanis nō poterat requiescere. Et hora, inquit, erat quasi sexta. Sexta die Deus de limo terre hominem figuravit, sexta hora venit Samaritaniam visitare, ut, si in eum Samaritani crederent, ipse in his inciperet requiescere, ut verum illud quietis sabbatum celebraret. Sedebat ergo dominus supra puteum, & venit Samaritana mulier haurire aquam. Magnum mysterium. Venit mulier ad puteum, & fontem quem non speravit invenit. Dicit ad eam dominus, *Da mihi bibere. Bonus dominus vltro se offert non quærenti, ut compleatur illud propheticum, Palam apparuit non quærentibus me, in-ventus sum ab his, qui non interrogaverunt nomen meum. Petit bibere daturus, sedit supra puteum, ut non in altitudine quæramus aquam, sed de eo fonte qui supra omnes aquas est salutaria nobis pocula hauriamus. Quis est fons nisi dominus noster Iesus Christus, cui dicitur. Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen? Bonus fons, qui nos de huius vitæ refrigerant incendio, & inundatione sua ariditatem nostri pectoris superavit. Unde & mulieri dicitur, *Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam vivam. Non omnes sciunt donum Dei, quia non omnes desiderant aquam vivam. Si enim desiderarent, nunquam circa se baptismi sacramenta differrent. Ipsi igitur de se pronuntiant, & vitæ suæ testimonium perdunt, qui ideo volunt tardius baptizari, ut flagitia, & scelera multa committant. Noli differre, o homo, remedia salutis tuæ, quo-****

niam nescis quando à te anima tua repetatur. Denique Samaritana ignara mysterij, dicebat. *Domine, neque hauritorium habes, & puteus est altus. Ante adventum domini & puteus altus erat, & sine hauritorio aquam sibi unusquisque haurire non poterat: Venit dominus fons vivus, ut Pharisæorum corda dilueret, sicut extingueret, pectora fatiaret, non quærens hauritorium, sed vltro se infundens mentibus singulorum. Et addidit, *Omni qui bibit ex hac aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Vnum baptismum docet, qui post ingressum æterni fontis, & celestis poculi sacramentum, unumquemque nostrum sitire non patitur. Et ideo nos, quibus tanta beneficia nullis præcedentibus meritis præstitit diuina misericordia, quantum possumus, cum ipsius adiutorio laboremus, ut tantæ pietatis gratia non nobis iudicium pariat, sed profectum. Quod ipse præstare dignetur, cui est honor, & gloria in secula seculorum. Amen.**

S. CYRIL. ALEXANDR.

Episcopi, superioris Euang. expositio.

OPortebat eum transire per mediam Samariam. Venit ergo in civitatem, & c. O prudentiam admirabilem! O aciem mentis inauditam! narratione incipiens, quæ paulo post quispiam quærere posset, statim incipiendo dissolvit. Dubitare certe possemus, quamnam ob rem dominus noster Iesus Christus Samaritanos ante tempus illuminavit, & qui ad Tyriam illam mulierem, cum filia *Math. 15.* simplex salutem peteret, non est bonum, dixit, ut filiorum panem canibus immittamus; qui, antequam Israel eum pelleret, non esse prius præservatam Iudæis gratiam, gentibus dandam significans, non esse dicebat se missum nisi ad oves perditas domus Israel, quomodo nunc Samaritanos, antequam omnino Israel salutem suam abiicisset, docebat? Ad hæc igitur omnia reprimenda, per Samariam ipsi transeundum fuisse præmisi. Non enim, inquit, huius gratia, ut alienigenas doceret, ac uniuersam penitus Hebræorum benedictionem transferret, in Samariam abiit: sed, quoniam illac transeundum erat, sapientiæ opus etiam ibi necessario fecit. Nam, quemadmodum naturalem vrendi vim ignis nunquam amittet, sic omnino impossibile est, opus sapientiæ à sapientia non proficisci. ut igitur quamuis filiorum panem canibus non esse dandum dicebat, lachrymantem tamen, constantemque in hærenti mulierculæ gratiã misericorditer præbuit; sic Samaritanos quoque suscipiebat, non ab alio commodam nunc dari occasionem discens, sed ipse vna cum patre, ac spiritu veluti Deus, ac dominus determinans, ineffabilem ergo suæ potestatis virtutem ostendens, uniuersam trāsientem regionem illuminabat: quamuis etiam eadem eius iam meditates Iudæos præmonere videatur. Hac enim in alienigenas transiitione minari quasi pellentibus videtur, in alios se ab eis, nisi respiciant, gratiam transfaturum. ita hoc per Samariam iter futurorum quædam erat figura. *Erant autem ibi fons Iacob, & c.* Cum à terminis Iudæorum exiuerit, alienigenarum regionem ingressus, super fontem Iacobi sedebat. *Bibl. Hom. tom. 2. B b 3 Vt*

Vt ænigmaticè significaret; quamuis Iudæorum genere relicto, in gentes abitura sit veritas, non tamè honor, & dignitas patrum decideret, sed cresceret potius, quasi iugibus aquis Christi irrigata. Sedet autem fatigatus ex itinere, ita pellemium impietas maior videtur: qui, cum honoribus eum afficere deberent, sudore, laboreque persequentes fatigant. Quæ res per psalmistâ prædicta erat, retribuēbant, inquit, mihi mala pro bonis. verum Iudæorum quidem in his superbia facillè intelligitur. Quid autem rursus nobis Arriani: aduersus quos meritò dicere possumus; Sodoma iustificata est à vobis; qui Iudæorum insaniam excesserunt. Ab illis enim Christus crucifixus est: ab istis infæbilis natura verbi blasphematur. Quid inquam dicent? fatigatus ex itinere sedit. Vtrum ergo propter hæc verba virtutum omnium dominum imbecillum, atque infirmum putabitis? Laborēmq; itineris vnigenito patris filio accommodabitis, vt passibilis iuxta vos inueniatur, qui pati minime potest? an hæc quidem tanquam impia recusabitis, & naturæ humanæ, quam assumpsit, atq; corpori recte facientes hæc attribuetis? Nam, quoniã in vnam personam duæ naturæ conuenerunt, idcirco nec in duos filius vnus Christus scinditur, & omnia posse vt Deus dicitur. Cumque impassibilis sit, hominis tamen sibi dolores attribuit, quos non vt Deus, sed vt homo perpeffus est. Caueamus igitur, ne quando artificio quodam, ac acie mentis ad consequendam pietatem nobis maximè opus sit: tunc quasi rudes, atque agrestes rationem incarnationis, assumptionemque hominis longè abiiciamus, & maiora quam ferre possumus onera humeris nostris imponamus. Si enim homo factus non esset, si serui formam non accepisset, conturbari iure possētis, quando seruuile aliquid de ipso dicitur. Sin verò infirmiter credimus, quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis: cum ea dixisset, aut perpeffus fuisse dicitur, quæ naturæ nostræ conueniunt, humanitati hæc eius attribuas. Non enim poteramus aliter verbum Dei hominem factum esse cognoscere: nisi & locutus, & perpeffus aliqua vt homo fuisset. Hora autem erat quasi sexta. &c. Causam attulit, qua iuxta fontē merito Iesus sedere voluit; Cum enim ad laborem intensior etiam æstus dici accesserit, non voluptate fontis captus, sed calore, laboreque vt homo fatigatus quiescit. horam verò nõ certè sextam, sed quasi sextam fuisse scribit, vt etiam nos discamus, vel in minimis non paruam veritatis curam habere. Venit mulier de samaria, &c. Non ignorauit vt Deus mulieris aduentum dominus: sed, quia venturam ad aquas sciebat, doctrinæ illi tetendit retia, ab ipsa re, quam mulier faciebat, facto colloctionis initio. Quoniam igitur ab omni re immunda cauendum esse Iudæis lex iubebat, nec cum alienigenis, aut incircumcisus conuersari (vnde ad maius illi proficiscentes, ac vana potius superstitione, quam exquisita voluntate legis cõmoti: nec tangere quidem alienigenæ corpus, aut simul comedere, biberereque patiebantur, immundòsque se putabāt, si quapiam in re cum Samaritanis conuenirent) vt ergo hac nouitate rei commota mulier, quis esset, & vnde, & cur, cum Iudæo habitu videretur, à Samaritana porum quæreret, & sic sermo posset vltèrius progredi: aquam sitiens postulans dicit, da mihi bibere. illa verò respondit; Quomodo

Psal. 37.

Exech. 16.

Joan. 1.

Leuit. 5.

tu, cum Iudæo sis, &c. Initium disciplinae quæstio est, & dubitatio prudens, radix cognoscendi, quæ ignorantur, solet fieri: hanc colloctionis originem, cum mores Iudæorum contemneret videretur, nactus prudenter saluator est. Si scires donum Dei, &c. Diuinam ignorans mulier vnigeniti naturam, & Dei verbum factum esse hominem nesciens, Iudæum nominabat. Christus verò ad hoc quidem nihil, sed ad altiora mulieris erigēs mentem, nescire ipsam ait, quis est, qui ab eo potum petit, & quantam habeat gratiam, quæ Deus largitur. Nam, si scires, inquit, tu prius aquam viuam à me posceres; his verbis eam impellit, vt harum rerum disciplinam quæreret diligenter. Animaduertendum autem vigilantius est: quomodo absque arrogantia vlla, Deum se esse ostendit. Nam primum, tarde ad intelligendum mulieri admirari oportere Dei gratiam suggerit: deinde eius se gratia largitorem profitetur. Si enim scires dona, inquit, Dei, & quis est, qui abs te potum possit, tu ab eo profecto peteres. Nemo autem potest dona Dei largiri: nisi Deus natura sit. Aquam porro viuam, viuificantem spiritus gratiam appellat, per quam humana natura ab ariditate, infecunditateque, qua diaboli artibus infecta fuerat, depulsa ad pristinam pulchritudinem, ac viriditatem irrigata recurrit, magno virtutum numero florēs, & charitate erga Deum suauissimos fructus producens. quod per Esaiam, ita futurum Deus prædixit, glorificabunt me bestię agri, dracones, & struthiones: quia dedi in deserto aquas, & flumina in terra inaquosa, vt darem potum populo meo, quem mihi formauit, vt laudes meas enarret. Iusti quoque animam quasi in fructuosissimam arborem secus aquarum fluentia positam, quidam alius fore narravit. Multa prætereo scripturæ testimonia, quibus vocabulo aquæ, spiritus sanctus intelligitur. Altissimum enim mihi, magnūmq; pelagus adhuc nauigandum relinquitur. Dicit ei mulier, Domine, &c. Nihil præter communia dictu mulier intelligit: atque ideo putabat repente ipsum sine aliquo instrumento (artibus, vt nonnulli faciunt magis) ab ipsis fontibus putei aquam haustrum: viuam enim communi pacto, quæ modo à fontibus hausta sit, aquam appellari putauit. Nunquid tu maior es patre nostro, &c. Cito seipsam non pie de Christo suspicatum, quia decantator quidam esset, mulier intellexit. Non enim poterat (nec iniuria) per gratiam eius, cuius verba attente audiebat. Quasi ergo non magus, sed propheta esset, qui aquam sine instrumento viuam, vel ab eo, vel ab alio fonte repente posset afferre, ad honestiora mutat sermonem, & quasi sanctum sancto comparans dicit; Nunquid tu maior es patre nostro Iacob: qui dedit nobis hunc puteum? Ita iam non de difficultate hauriendi, sed de qualitate aquæ loquitur. Samaritani autem, quamuis à Babylone in coloniam missi fuissent, tamen aut quia vicini Iudæis erant, aut quia nõnulla religionis Hebraicæ probauerant, maiores Iudæorum patres suos appellare non erubescabant, licet multi eorum à Iacob originem traherent. Hieroboam enim Nabath filius tempore, quo Salomonis filius Roboam regnabat, decem tribus, & mediam tribus Effrem partem, secum contraxit, & à Iudæa profectus, Samariam habitauit. Respondit Iesus & dixit ei; Omnis, qui bibit, &c. Nunquid tu maior es patre nostro Iacob: quasi confutatu impossibilem orationem mulier

Esai. 41.

Psal. 1.

4. Reg. 17.

3. Reg. 12.

mulier protulit. Saluator autem verbis quidem, sibi (ne arrogans videretur) id aperte nõ attribuit. Rebus autem hoc ipsum persuadet. In infinitum ergo differre has sensibiles aquas, atque terrenas, ab intelligibilibus ostendit; omnis, qui bibit ex hac aqua, sitiet iterum; qui verò, inquit, biberit ex aqua, quam ego præbeo, non modo nunquam sitiet, sed illum in seipso fontem continebit, qui possit ad vitam eum æternam deducere. Qui ergo maiora largitur, illo maior est, qui vix minor præbere potest. Aquam autem rursus gratiam spiritus appellauit, quam qui adeptus est, diuinæ scientiæ scaturientem fontem sic adeptus est, vt præceptis hominum non indigeat, sed facile possit ad potum verbi celestis etiam ceteros hortari, quales olim erant prophete, atque apostoli, & modo qui ministerij illorū sunt successores, de quibus scribitur; Hauriat aquas cum gaudio de fontibus saluatoris. Dicit ad eum mulier; Domine, &c. Terrena rursus mulier cogitat, nec sublime quiddam intelligit. sed totam saluatoris liberalitatem id efficere posse credit: vt sitiens à magnis hauriendi aquæ laboribus liberetur. Dixit ei; vade, &c. Probe, atque veraciter dici potest: scemineam esse sceminarum omnium mentem, Mellis enim, ac tardus earum est intellectus: docilior autem natura virorum, atque callidior. & hac de causa, vt arbitror, virum vocare suū mulier iubetur: ita & quasi rudis mulier increpatur: & ad ea, quæ sequuntur, mirabiliter oratio præparatur. Respondit mulier, non habeo, &c. Cum iam perspicuum est, non ignorasse saluatorem, nulli tunc legitime ipsam cohabitare, virum tamen illius quæsisse, vt occasio ad manifestanda occulta mulieris daretur, vt saltem hac re super hominem aliquid de ipso sentire posset. Probat autem responsum eius, quod dixerit: virum se non habere, quæ tam multis adhaerit. Non enim, qui ex voluptate conuenerunt, sed qui secundum legem ex charitate consenserunt, sanctis cohabitare nuptiis dicuntur. Dicit ei mulier; Domine, &c. Vix non perfecte, sed aliquantulum mulier respuit, prophetam enim, dominū prophetarum esse opinatur: melior tamen sensu facta est, nullo modo reprehensionem moleste ferens, & à signo magnam utilitatem colligens: A tarditate namque, & scemineo ingenio paulatim ad virile conscendit, animi oculos ad altiora iam erigens. Qua in re domini potentia, & peragens virtus vehementer miranda est, qui vel agrestes hominum mentes facillime, momentòq; pene temporis ad sublimiora conscendere facit. Patres nostri in monte hoc adorauerunt, &c. Quamuis prophetam Christum putauerit: quia tamen Iudæum ex habitu esse videbat, Samaritanorum adorandi more gloriatur, & Iudæorum arrogantiam despicit. Iudæi enim non rectam de natura Dei sententiam habentes, in Sion tantummodo, quæ Hierosolymis erat, adorandum esse Deum contendebant, quasi manufacto Deus tēplo concluderetur. Vnde voce prophetarum hoc modo ad ipsos loquitur; Cælum mihi sedes est; terra verò scabellum pedum meorum. Et quam mihi domum ædificastis, dicit dominus, aut quis est locus quietis meæ? Samaritani etiam rursus tam regione quã imperitia Iudæis vicini, in monte Garizin nominato, solū adorare Deum oportere opinantur. Quæ ridiculosa religio inde orta, quia in monte Garizin (vt in Deuteronomio legitur) data benedictio est.

Esai. 12.

Non intelligit, ad hoc quod sit verus dominus, &c. sequitur necessitate tanquam, non ad hoc quod sit verus dominus, &c. de hoc quod sit verus dominus, &c. de hoc quod sit verus dominus, &c.

Esai. 66.

Deut. 27.

Hanc igitur Samaritanorum, Iudæorumque inexplicabile, quæstionē Christo proposuit dicens, patres nostri in monte hoc adorauerunt. Dicit ei Iesus, mulier, &c. Arrogantiam, & imperitiam vtrorumque condēnat, adorandi modum ad sublimius, atque verius transferendum ostendens. Nõ enim quæretur locus, vbi Deus habitet, inquit, sed tãquam omnia replens, atque conseruans, vbique adorabitur, vt quidam prophetarum prædixit. horam autem, atque tempus istius translationis tempus conuersationis eius cum hominibus nemo fuisse ambigit. Animaduertendum autem arbitror: quomodo mirabiliter, vt de filio Dei aliquid cogitet oratione saluatoris mulier inuitatur. Patrē enim Deum appellauit, pater porro nisi filius ei sit, intelligi nequaquam potest. Quis non est de numero adorantium filius ea ratione, qua Deus est: sed vna cum patre, ac spiritu adoratur. Vos adoratis, quod nescitis, &c. Rursus quia ita dispensandum erat, quasi Iudæus loquitur, & Iudæorum religioni plus aliquid cognitionis attribuit. Samaritani enim nõ legis prophetarum doctrina vt Iudæi, sed rudiorē quadam ratione Deum adorabant. Idcirco nescire illos, Iudæos quodammodo scire affirmat, à quibus omnium, & Samaritanorum ipsorum salus est: ex semine namque Dauid, qui de tribu Iuda fuit, Christus secundum carnem natus est. Adorantibus autem, seipsum connumerat, qui cum patre, ac spiritu sancto, tam ab angelis, quam à nobis adoratur. Cum enim serui formã assumpsit, seruo conueniēs ministerium suscepit, nec amisit, ne vt Deus, ac dominus adorabilis sit. Idē ipse est etiam factus homo, vbique vtriusque naturæ ratione conseruans. Quam inauditam humilitatem cum audieris, mirari, ac imitari debes, non accusare. Tales enim etiam Paulus esse nos hortatur dicens; hoc sentite in vobis, fratres, quod & in Christo Iesu, qui, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est; se esse æqualem Deo; sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudine hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliavit seipsum. Videtis quomodo humiliatus exēplat ipse nobis factus est, qui, cum sit Deo patri æqualis, vltro ad humilitatē vltimam propter nos descendit. Quomodo enim obedientiæ, aut humilitatis habitus aliter cognosci poterat: quam rebus, & verbis humillimis, multoque minoribus, quã verbo ac filio Dei, si homo non factus esset, conuenirent? Quomodo enim descendisse eum dicemus, nisi quiquam ei deitate indignū attribuemus? Quomodo in similitudine hominū factus est (vt Paulus ait) si congruentia hominibus non assumpsit? Conuenit autem maxime hominibus: tanquam debitam Deo adorationem offerre. Adorat igitur etiam Christus, postquam factus est homo, vt homo. Adoratur autem semper cum patre, & spiritu; quoniam Deus verus secundum naturam est. Non ignoro, quia hæc verba continent Christi aduersarij, adorarique patrem à filio dicent: non vt à nobis, aut angelis, sed alia quadam adoratione sublimiore. Quibus nos dicere non ambigemus. O quam præcipuam vnigenito serui dignitatem attribuitis! Definite, oro, huiusmodi honore filium offendere, si patrē glorificare vultis. Qui enim non honorat filium, is nec patrem quidem honorat, vt scribitur. Quis enim honor vnigenito redditur, si sublimius cæteris patrem

Malach. 1.

Philip. 2.

Rom. 1.

adorat? Nempe, si adorantibus connumeratur, seruus erit: etiam si adorator præcipuus sit; nec à creaturis, vt creatura differet: sed quadam alia præstantia excellentior erit, veluti angeli hominibus præstantiores esse cognoscuntur, qui substantialiter aut ratione sanctitatis, aut quodam cumulo gloriæ, vt opifici Deo visum est, hominibus præstant. In eo autem, quod creaturæ sunt, & secundum rationem, qua vere ex nihilo producti sunt, cum cæteris creaturis conueniunt. Quare, si vlllo modo adorare filium patrem vt Deus dicitur, non effugiet, ne creatus esse credatur. Quomodo igitur filius, si creatus? Aut quomodo dominus, si adorator, ac seruus? Nam mea quidem sententia, regalis, atque dominica dignitas in eo, quod quis adoratur, perspicitur, subiecta vero, atque seruilis cõditio, in eo quod quisque adoratur, diffinitur. Quapropter vniuersam creaturam Moses hortatur dicens; dominum Deum tuum adorabis: & ipsi soli seruius. Qui ergo natura seruus est, & iugo deitatis subiicitur: huic colere, & adorareque Deum necesse est. Cum enim dicitur, dominum adorabis, ad seruum huiusmodi mandatum refertur. Cum vero, Deum, ad creaturam. Vt enim simul cum natura domino, natura seruus cointelligitur: sic cum deitate creante, quod ex nihilo productum est cointelligitur. Filius autem cum æternaliter in patre sit, cumque dominus natura sit, quia Deus, & creator: quomodo adorandi ei conditio conueniet? ego quidem non video. Illi autem nugantur dicentes, quia nec vt seruus, nec vt creatura, sed vt filium patrem adorabit. Erit ergo necesse, in ipsa filiationis ratione hanc adorationem inesse; & oportebit filium adorare, quia in hoc natus est. Veluti etiã nos rationales, mortalesque sumus animantes, mentis, & disciplinæ capaces: non quia ita volumus, sed quia in hoc nati sumus. Si ergo innatum filio naturaliter est, vt patrem adoret, & sic intelligunt, atque prædicant: quomodo in ipsum patrem impij esse non videbuntur? Talis enim etiam ipse natura necessario erit: qualis imago, & character, & filius eius est. Incommutabiliter enim quæ patri natura insunt, ea etiam filio insunt. Sin vero sponte sua filius patrem adoratur, & id est, quod sentiunt, coniecturis magis mouentur, quam rationibus veris. Et quid prohibebit pietatis simulatores dicere: quia etiam pater sponte sua filium adoret? Sed par, inquit, atque æquum est, nõ patrem filio, sed filium patri adorationis munus offerre. Ita ne rursus nobis, õ vos quasi ab adytis, tripodeque, ac lauro Apollinis vaticinamini, secundum Elamitem Samiam à corde non ab ore domini verba eruãntes? Ita bonum, & æquum in hac re dicere non erubescitis? An æquum, & bonum nõ est: vt Dei veri filius, Deus verus sit? Et is, quem creatura omnis adoratur, non adorantis sed natura adorabilis, filij pater & sit, & vocetur. Non inconcinna sapientibus hæc futura puto. Quomodo autem par esse dicemus, patrem à filio suo adorari, cum vtique detrimentum id afferat? Primum enim incommutabilem naturæ imaginem, qui adoratur, non retinebit. Quippe qui vt minor adoratur, & minor non quantitate, aut accidenti aliquo (hæc enim omnia inde absunt) sed ratione, qua vniuersi cuiusque substantia diffinitur. Etiam quomodo vere dicere poterit; qui me videt, videt & patrem meum? Quomodo præterea; non mi-

nus se quàm patrem honorandum dicit, cum ratione adorationis eandem gloriam non habeat? Deinde ipse quoque pater detrimentum, vt diximus, patietur. Magna enim ei gloria est: talem naturam filium genuisse, qualis ipse est. Sicut contra non paruam dedecus, si alterius naturæ filium edidit, quod nec ipsa creaturæ natura patitur. Omnia enim, quæ vim generandi nutu creatoris possident, similia sibi secundum naturam patiunt. Educat, inquit, herbam feni terra, & lignum pomiferum habens semen secundum genus, & similitudinẽ. Erit ergo quantum ad hanc rem, deitatis natura creaturis inferior. Quodq; probe creaturæ largitus est: eo ipse solus carebit. Quis igitur, pati poterit has nugas eorum, qui dicunt patrem à filio adorari oportere? Verum, quoniam sponte id fieri à filio dicebant, nec alia re magis quam æquo, & bono id confirmari opinabantur; age rursus à sacris litteris, vnde maximè ista sumenda sunt, veritatem scrutemur. Lex igitur à singulis Iudæorum medietatem didragmi quasi tributi loco, Deo offerri iubebat, non quoniam pecuniam Deo colligere vellent, sed quod per figuras maiora doceret. Primum, quia nemo sui capitis dominus est, sed vnum omnes habemus dominum, quem tributi depositione profitemur. deinde in re corporali spirituale tributum describebat, honora, inquit, dominum ex tuis iustis laboribus; & primitias ei offeras à tuis fructibus iusticiæ. Quod iam euangelica doctrina, cultu legali cessante, effectum est. Non enim corruptibili materia, & exteriore colendum esse Deum arbitramur, didrachmum attribuentes; sed vt veri adoratores in spiritu, & veritate adoramus. Hunc sensum in lege illa latuisse putandum est. Cum igitur in Hierosolymis esset dominus, ab exactoribus didrachmi dictum fuisse Petro scribitur; magister vester non soluit didrachmum. Iesus autem, antequam à Petro quicquam audisset, præuenit eum dicens; A quibus reges terræ capiunt cõsum, à filiis vero eorum, an ab alienis? Cumque ab alienis, Petrus respondisset; liberi ergo sunt filij, Iesus subiicit; Sed, ne scandalizemus eos, accipe, inquit, hamum, & vade in mare: & primum, qui ascenderit piscẽ, tolle, & aperiens os eius, inuenies staterem, quem da pro me, & te. Vides sub tributo nolle filium fieri: vides ipsum non pati, vt sub iugo seruitutis vt ceteri, esse credatur. Cum enim liberam naturæ suæ dignitatem esse cognoscat, nihil se Deo patri debere seruire affirmat. Liberi enim, inquit, sunt filij. Qui ergo vel figuram rei abiicit, quomodo rem ipsam sponte facere, vt dicitis, patietur? An non videtur vobis quasi spirituale quoddam tributum, & seruitutis quædam professio adorationis esse? Et cuius rei causa lex adorationem seruituti coniunxit dicens; dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli seruius: inuena enim quasi quædam, & via ad seruitutis opera, adoratio est: cum initium seruitutis, qua Deo seruire profitemur, existat. Ideo psalmista quoque hortatur nos, dicens; Venite, adoremus, & procidamus ante eum, & ploremus coram domino, qui fecit nos. Vides adorationem procidentia coniunctam esse. Hac re nihil magis, si quis recte cõditiones rerum intelligit, seruitutis habitum significari puto. Quod si nostri adhuc contendere audent aduersarij, & stiuolas accumulare rationes non erubescunt; ostendant

ostendant nobis, omni sancta scriptura reuoluta, vbi verbo, & filio Dei carne nudo, adoratio attribuitur? Nam vt homo, iure adoratur: sic antiquam homo fieret, nunquam à sacris litteris id ab eo factum esse ostenditur. Coniecturis autem falsis videntes, merito audient, erratis, nescientes scripturas, & virtutem Dei, vniuersitque gloriam ignorantes. Nam, qui ea ratione, qua verbum Dei est, non adoratur; sed factus homo propter nos, propter carnem id suscepit, non aliunde melius quam à verbis eius cognoscemus. Vos enim, ait, adoratis, quod nescitis, nos adoramus, quod scimus. Nonne igitur, cum plurali numero vtatur, & seruis seipsum connumeret, perspicuum est, hæc vt à seruitutis homine dici? Quid enim eum prohibuit singulari numero, si adorator patris prædicari velle, orationem non factus est, adorantibus, se Iudæis propter regionem connumerat. Sed venit hora, &c. Præsens aduentus sui tempus significat: in quod figuras in veritate, & vmbra in cultum spiritalem, & placentem Deo patri viuendi normam, per euangelicam doctrinam transmutari insinuat. Veri adoratores spirituales videntur homines futuros asserit: vt ad eum planiore currant itinere: Spiritus enim, Deus, quando corporibus confertur, esse intelligitur, & spiritualis adorator ei gratus est: qui non forma, & figuris Iudaicis ad pietatem obumbratur, sed euangelica virtute resurgens, recta dogmatum disciplina, veram peragat adorationem. Dicit ei mulier, Scio, &c. Cum tempus iam venturum, imo vero adesse dominus dixerit, in quo adoratores veri spiritalem cultum Deo patri offerentilico vel supra ingenium suum mulier ad memoriam Messia, qui tunc vulgo à Iudæis expectabatur reducta, venturum esse Christum confiteatur; & quamuis voluptatibus carnis data esset, non tamen omnino ignorauit, sublimioris Christum doctrinæ fore magistrum. Dicit ei Iesus ego sum, qui loquor tecum. Non rudibus, neque contentiosis, sed illis solet se dominus hominibus reuelare, qui ad discendum propensiores, & credendi radices simplici sermone paratientes, ad perfectiorem illuminati facilius cognitionem ascendunt, qualis & Samaritana fuisse videtur: quamuis agrestius, atque rudius altiora consideraret, non tamen bona voluntas ei defuit, nec ab intelligendo procul omnino erat remota. Primum enim potum petenti Christo non dedit: sed Iudæorum spernentem consuetudines videns, transgressionis huius rationem quærebatur; deinde in progressu sermonis prophetam confessa (tantum sibi ad salutem redargutio profuit) maiora diligenter quæsiuit. Patres enim, ait, nostri hic adorant: vos autem dicitis, quia in Hierosolymis adorare oportet. Et sic didicit iam adesse tempus, cum veri adoratores, determinata locorum adoratione relicta, spiritualiter patrem colerent. Cuius rei cognitionem soli Christo illa conferens, non ignoramus, inquit, Messiam venturum, qui Christus dicitur, qui, cum venerit, vniuersa hæc nobis explicabit. Vides qua sermonis serie ad fidem mulier præparata est, & quasi per gradus ascendens ex paruis interrogantiunculis in sublimiorem habitum prosiluit. Non erat igitur

tur alienum totam ei rem vniuerso verbo declarare, ac dicere; Ego sum, qui loquor tecum hoc nos moniti exemplo, qui docendi gradum in ecclesia Dei possidemus, à minoribus incipere debemus, quæ cum neophyti ruminauerint, tunc à paruis ad maiora sic adducendi sunt, vt Iesum Christum iam videant. Qui autem teneros in fide interiora sanctorum introducentes, ac illotis (vt dicitur) manibus agnum Dei committentes, sacerdotali dignitate nondum bene catechumenos ornantes, sciant se non paruam huius rei, in die iudicij rationem reddituros. Et continuo, venerunt discipuli eius. Præsentia discipulorum: colloquutionis cum muliere attulit finem. Scintilla enim fidei animo mulieris iam hæsit, quæ magnum fauore Christi flammam inferre poterat. Sic enim intelligendum puto, quod ab eo dictum est; ignem veni mittere in terram. Et miramur, quia cum muliere loquebatur. Stupet discipuli tantam saluatoris humanitatem, non enim (vt nonnulli simulatione sanctitatis colloquutiones cum mulieribus euitabat: sed misericordiam suam omnibus præbebat, re ipsa non viris solummodo, sed etiam feminis vitam per fidem attribuens. Non repellant ergo mulierculas, qui pastoris vice funguntur, nec voluntati suæ sed vtilitati seruiant prædicationis. Nemo tamen dixit, quid queris, &c. Probi officium discipuli est, tanta doctore reuerentia colere, vt nihil temere interrogare audeat, nec in turpes exeat cogitationes, si cum muliere magister colloquatur: sed pudore potius, atque timore linguam sub sepe dentium teneat, expectetque vt à magistro expositio istius rei afferatur. Mirari ergo debemus humanitatem Christi, qui cum muliere loquebatur, discipulorum quoque prudentiam, qui nihil de re dicendum esse, non ignorarunt. Reliquit ergo hydriam suam mulier, &c. Superior iam huius seculi curis, voluptuosa paulo ante mulier facta est: nullaque sitis, aut atque habens rationem, ad sublimiorem habitum per fidem instituebatur: & charitatis, quæ virtutum optima est, viribus accensa, bonum, quod ei contigit, cæteris quoque cursu præbere studebat. nec mirum, occultius enim Christus secum loquebatur dicens; gratis accepistis, gratis date. Non ergo imitandus ille seruus, qui talentum obruit; sed multiplicanda sunt, quæ accepimus, quod probemus nobis, illa mulier fecit: quæ Samaritanis omnibus, quod accepit, proposuit, quæ non aquam à terrestri haussit fonte, nec terrestrem hydriam domum reportauit; sed celestis saluatoris grãtia, & doctrina plena, ad docendos alios continuo fuit profecta. vnde discimus, maiora, melioraque à Deo nos consecuturos, si parua hæc, & temporalia neglexerimus. Et dixit illis hominibus venite, &c. O mirabilem mulieris prudentiam! ineffabilem virtutem Christi! artificiose iam loquitur, quæ paulo ante nihil intelligens, audiuit, vade voca virum tuum, & veni huc. Opera certe precium est inspicere, quam artificiose loquatur: non enim inuenisse se Christum dicit, nec statim incipiens, narrationem de saluatore texuit, ne à Samaritanis, qui mores eius cognouerãt, tanquam desipiens, & quasi maiora quam intelligere posset, dicens, derideretur. Miraculi ergo narratione præposita, præparauit auditores ad fidem, venite, inquit, & videte. Sufficiet enim solus visus ad fidem: faciet vos ille multis, ingenibusque miraculis certiores. Nam, qui cordium nouit

Idem dicitur post de istis, qui recedunt fidei nostre mysteriis, promissio vulgo, propalata, immo, et propalata esse consuevit. Luca 12.

Mat. 10. Math. 23.

Gen. 1.

Exod. 30.

Prout;

Est enim pater æternus et cum exiliis, sed internum scilicet præcipuum præponi. Mat. 17.

Deut. 6.

Psal. 94.

Deut. 6.

Hier. 23.

Jan. 14.

nouit secreta, & hæc diuinâ possidet dignitatem, quomodo cuncta non efficiet, quæ voluerit: *Exierunt ergo de ciuitate, &c.* Duricies Iudæorum à Samaritana facilitate, arguitur, & crudelitas illorū, horū humanitate reprehenditur: considera enim animos vtrorumque: vt multo magis Iesum possis admirari, qui à Iudæis recessit, & alienigenis seipsum largitus est. Iudæi enim, quibus Christus lege Mosaica vêturus prædicabatur, quibus prophetarum multitudo iam in ianuis pene ipsum ostendebat, dicens: ecce nobis dominus Deus noster, ecce dominus: quibus nouissime magnus inter natos mulierum Ioannes præsentem monstrabat dicens; ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi, quibus quod maius, ac mirabilius erat, mirabili potestate signorum seipsum saluator reuelabat: Iudæi, in quâ, omnibus istis instituti: cædem meditantur iniustam, insidiantur impie, refrenare furorem inuidiæ nequeunt, pellunt à se vitam, lucem, saluatorem omnium, viam, & ianuam regni cælorum, peccatorum remissionem, adoptionis filiorum Dei largitorem. Merito igitur Christus dicebat; Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas, quæ lapidibus petis omnes, qui ad te mittuntur, quotiens volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alis: ecce dimittitur domus vestrâ. Samaritani vero longe meliores, innatâ sibi cupiditatem felicitate morum, & obedientia superâtes; cum vnicum narrare miraculum audierint, ex vrbe ad Christum effunduntur, non prophetarum voce præmoniti, non Mosaica lege instituti, non Ioannis doctrina firmati, sed vnica muliere, & illa peccatrice, ac vili narrante, cursim ad Christum contendunt. Quare nos quoque saluatoris sententiam admirâtes, clamemus, iustus es, domine, & recta iudicia tua. *Interea rogabant eum discipuli eius dicentes, &c.* Nihil ita paruum in sacris scripturis inuenitur, quod magnam nobis vtilitatem nõ pariat: omnia enim ad nostram à sanctis viris scripta doctrinam sunt. Inspiciamus igitur, quæso, quâ præcipue, modo rei exemplar, doctoribus ecclesiæ dominus ponitur. Nam, cum cito venturos ad salutem Samaritanos non ignoraret, sic inde pender, vt, quamuis ex itinere fatigatus esset, nullam tamen corporis haberet rationem. Ita exemplo sui, saluti hominum potius quam proprio corpori studere, pastoribus ecclesiæ persuadet: ne illud propheticum audiamus, Væ, qui opus domini facitis negligenter. Vt igitur non ignoremus in huiusmodi maxime temporibus ieiunasse dominum, non prætermisit, quomodo à discipulis rogabatur, vt manducaret. *Ego cibum habeo manducare, &c.* A rebus, quæ iam instabât, responsio texitur, occultiusque significatur: quod, si discipuli scirent de Samaritanorum conuersione iam agi, de illo cibo magis cogitare, quam de corporali consulerent. Hinc etiam discimus, quanta sit erga homines Dei charitas: quasi enim cibum suum putat, perditorū hominum conuersionem. *Dicebant ergo discipuli ad inuicem, &c.* Non intellexerunt discipuli verba domini: atque ideo ab aliquo, meliorē forsân illi allatum, fuisse cibū cogitabât. *Dicit eis Iesus, meus cibus est, &c.* Omni velamine orationis reiecto, eis aperitissime dicit. Nam, quoniâ orbis futuri erant magistri, ex p̄lo sui eos docet, multo maiorem salutis hominum quam proprii corporis curam esse habendam. Cumque

Esai. 40.
Ioan. 1.

Matth. 23.

Psal. 118.

Ecce nihil va
cat in sacris
scripturis.

Hier. 23.

suauissimum sibi cibum esse dicat, vt voluntatem patris faciat, & opus eius perficiat, apostolici ministerij conditionem breuissime describit. Itaque illos affectos esse oportere ostendit, vt à sola docendi cura pendeant, & quæ corpori necessaria sunt, non ad voluptatem, sed ad conseruandam vitam solummodo accipiant. Sed hæc quidem ad disciplinam vitæ apostolicæ pertinentia sic breuiter dicta sint, nunc dogmaticè verba euangelistæ consideremus. Missum igitur se à Deo patre asserit, vel ratione carnis, quia homo voluntate patris factus, in hunc mundum venit, vel vt verbum à generante intellectum prodiens, & voluntate patris perficiens; non quasi alienæ voluntatis minister; sed, quia ipse est verbum viuens, & voluntas patris exquisitissima, qua qui perierant saluantur. Idcirco paterni operis perfectorem se appellat: omnia enim per patrem in filio sunt. Sed, quamuis & verbum, & consilium, & virtus patris filius est, idque omnibus, vt puto, pateat, non erit tamen ab re, autoritate scripturæ hoc confirmare. Verbum igitur ibi aperte dicitur, in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum; & Deus erat verbum. Consilium autem psalmista oratione ad patrem conuersa nominauit dicens; in consilio tuo deduxisti me, Voluntatem similiter dicens; domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem. Nerui enim, vt ita dicam, pulchritudinis sanctorum; totiusque virtutis habitus: à viua, & subsistente patris voluntate, id est, à filio roborantur. Virtus autem ibi dicitur; manda Deus virtuti tuæ: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. vides aperte bona voluntate Dei patris, virtutem eius, id est, filium earnem assumpsisse: vt hac, quod in nobis fabricatus est corpus, robustius redderet. Nisi enim habitasset in nobis, nullo modo natura carnis nostræ ab interitu posset liberari. Cum igitur ipse filius bona voluntas patris sit, opus eius perficit, iis, qui credunt in eum salutem largiens, Obiicit autem quispiam, si ipse filius voluntas patris est, quam voluntatem patris perficere missus est? Alius enim est, qui perficit, alius, quod perficitur. Nos autem dicimus, quia, etsi horum nominum potestas diuersa certè requirit significata, sæpe tamē in Deo pro eodem accipiuntur. Exactam enim nominum potestatem deitatis natura recusat: de qua quidquid dicimus, non vt se habet exquisite, ac absolute dicimus, sed vt lingua humana proferre, & aure percipere possumus. necesse est enim, vt, qui in ænigmate videt, in ænigmate quoque loquatur. Nonne vides, quia simplicissima illa natura vi orationis plerique, si verba quis sequitur, duplex videbitur? Ducebant, inquit, filios eorum per ignem, quod non mandauit eis, neque ascendit in cor meum. An igitur necesse non est, aliud esse cor, alium illum, cuius cor est? Quomodo igitur simplex est Deus? Sed patet, quia humano more dictum est, non enim possumus aliter de Deo loqui, intelligere autem omnia ita debemus, vt Deo congruant; & sic lingua nostrâ imbecillitas, detrimento nobis non erit. Quare, si filius quoque de voluntate patris quasi de alio quam de se loqui non nunquam videatur, sermonis humani ratio veniat tibi in mentem, quo nec dicere, nec audire aliter possemus. Hæc igitur sint, vt voluntatem patris filium plerumque appellari non ignoremus, quamuis in hoc loco necesse non sit ita

Ioan. 1.

Psal. 72.

Psal. 29.

Psal. 67.

Hier. 29.

ita intelligere, cum videatur conuenientius bonam voluntatem, qua qui perierunt, in salutem reuocantur, voluntatem patris hic appellari. *Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt, &c.* Rebus rursus sensibilibus, occasioque temporis spiritalia præ oculis ponit. Initium enim veris tunc ferè fuisse videtur, & sata vix adhuc herbescerent viriditate emiserant: quæ post quatuor menses, vt matura seges, merentium manum poterant desiderare. Nonne vos homines dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? *Uoce dico vobis, leuate oculos vestros, &c.* Si aliquantulum, ait, mentis oculos à rebus terrenis in altius leuabitis, ac spiritalia sata considerabit, messem iam adesse videbitis. tota verò hæc res similitudine quadam aspicitur. Sata enim intellectualia, & spicæ spirituales sunt: qui prophetarum voce culti ad fidem Christi perueniunt. quæ seges abescit tunc, cum iam maturus, id est, promptus ad suscipiendam fidem Christi, & veram religionem animus est, & legalibus figuris auditores abscindens, ad aream, id est, ad ecclesiam Dei transtulit: vbi labore virtutis contriti, fulgens in triticum, ac diuino dignum horreo, efficiuntur. *Et qui metit, mercedem accipit, &c.* Prædicationis, inquit, iam tempus est, quæ in fidem conuocet, à legalibus auocet, & finem totius prophetiæ aduenisse iam doceat. Nam lex quidem vmbritis, atque figuris venturum Christum significabat: prophetæ verò post legem sancti spiritus verbis, iam iam affuturū prædicabant: at apostolorum prædicatione non venturum, sed præsentem monstrabat. *Et ita messis à legali cultu, seruietes homines legi, & nudis vocibus inhærentes, & quasi manipulos in euangelicam disciplinam veri filij Dei transtulit: ac, vt breuiter dicam, terrenis affixos homines, ad vitam angelorum per fidem Christi transtulit. & hæc, inquit, messorum efficiet prædicatione, quæ sine mercede futura non est. Colliget enim fructum, qui possit æternam vitam nutrire, nec soli hac mercede lætabuntur messorum: sed, quia labore prophetarum seminata colligent, in vna celebritate cum illis triumphabunt. hoc puto Paulum etiâ, qui futura prope didicit, de sanctis patribus, & prophetis dixisse: cum asserat illos omnes fide consummatos, non accepisse repromissionem: Deo aliquid pro nobis melius providente, ne sine nobis consummarentur. Simul enim saluator voluit messorum cum seminatoribus gaudere. In hoc enim verum est verbum, &c.* Multo apertius iam totam rem ante oculos ponit, & vt prophetarum, atque apostolorum amicus, nec labores illorum à laboribus apostolorum separat, nec totam prædicationis gloriam, qua mundus conuerteretur, apostolis solum attribuit, sed vtriusque operam in vnum commiscens, vnum, inquit, futurum prædicationis per fidem fructum ex vtrorumque laboribus, quamuis præparatam multis sudoribus, & maturâ iam segetem apostoli susceperint. ita nõ dimittit prædicationis gloriæ insultari: sed honorâdos illos suadet, partim quia labore, partim quia tempore præcesserunt. hoc & nobis profuturum est, si vt regulam in similibus rebus obseruabimus. Ex ciuitate autem illa multi Samaritanorum, &c. Accusatur certe his verbis Israel, & Samaritanorum ad credendum facilitate, imperitiæ simul, & incredulitatis

Hob. 11.

crimine condemnatur. Quasi enim mirari euangelista videtur: quod multi propter verbum, & testimonium vnus mulierculæ in eum crediderunt: cum, qui & lege, & prophetis ad agnitionem eius deduceretur, omnia hæc recusauerint, vnde iure à gratia, & spe (quam in Christo habemus) decidit Israel: multitudo autem gentium locum eorum obtinuit. *Cum venisset ergo ad illum Samaritaniam, &c.* Paucis, atque simplicibus verbis, quod factum fuit exponit. vnde rursus alia quadam ratione ostendit iure decidisse Iudæos, & alienigenas in locum eorum esse transplantatos. Iudæi enim multa, & varia miracula videntes, non erubescerant saluatorem suum persequi, vt ei vel à patria sua fugere opus esset. Samaritani verò vnus mulierculæ verbo commoti, cursim ad ipsum contendunt, summopereque rogant, vt apud eos, vrbem suam ingressus, manere velit, ac salutarem eis doctrinam prædicare. quæ ambo Christus libenter concessit: quia sciebat non paruum fructum inde secururum. plures enim crediderunt propter sermonem eius. Hinc intelligere infideles oportet: quia Christus longe ab offendentibus eum recedit, habitabat autem in iis, qui humiliter obedientia, & sincera fide sibi cōiunguntur. *Et mulier dicebant, quia iam non propter tuam loquelam, &c.* A maioribus rebus Samaritanorum fides iam creuit: non enim aliorum verbis, sed ipsius Christi doctrina persuasi, Christum admirantur, cognosceretque aiunt, quia hic est saluator mundi, ita cum in eo spem salutis habere profiteantur, præcipuum fidei suæ testimonium, ac (vt ita dicam) pignus asserunt.

BEDAE VENERABILIS presbyteri eiusdem Euang. expositio.

Portebat enim eum transire per Samariam. In lectione vero euangelij, infirmitatem humani generis suscepisse dominum Iesum Christum, plenissime nobis sanctus euangelista monstrauit. Siquidem, cum dixisset venisse dominum in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar, iuxta prædium, quod dedit Iacob filio suo Ioseph, in quo prædium erat fons Iacob, addidit; *Iesus*; inquit, *fatigatus ex itinere, sedebat sic supra puteum.* Quod prædium sanctus Iacob Ioseph filio suo dereliquerat: quod nõ tam Ioseph, quam Christo arbitror derelictum, cuius figuram sanctus Ioseph patriarcha portabat, quem vere sol adorat, & luna, & omnes stellæ benedicunt. Ad hoc prædium ideo venit dominus, vt Samaritani, qui hæreditatem sibi patriarchæ Israel vendicare cupiebant, agnoscerent possessorem suum, & conuerterentur ad Christum, quia legitimus patriarchæ hæres sit factus. Dicit enim euangelista; *Iesus autem fatigatus ex itinere, sedebat sic supra puteum.* Euangelica sacramenta in domini nostri Iesu Christi dictis, factisque signata, non hominibus patent, & ea nonnulli diligenter, minusque sobrie interpretando, asserunt plerumque pro salute perniciem, & pro cognitione veritatis errorem. Hincque illud est sacramentum, quod scriptum est dominum hora diei sexta venisse ad puteum Iacob, sessumque ab itinere resedisse, à muliere Samaritana potum petisse, & cætera, quæ in eodem loco scripta, discutienda

tienda, & pertractanda dicuntur. De qua re id primum tenendum est, quod in omnibus scripturis summa vigilantia custodire oportet, vt secundum fidem sit sacramenti diuini expositio. Hora igitur diei sexta venit ad puteum dominus noster. Vnde in puteo tenebrosam profunditatem. admonet ergo intelligere mundi huius infimas partes, id est terrenas: quo venit Iesus hora sexta, id est, sexta ætate generis humani, tanquam in senectute veteris hominis, quo iubemur exui, vt induamur nouo, qui secundum Deum creatus est. Nam sexta ætas, senectus est: quia prima infantia, secunda pueritia, tertia adulescentia, quarta iuuentus, quinta grauitas. Veteris itaque hominis vita, quæ secundum carnem temporali conditione peragitur, sexta ætate, id est, senectute concluditur: quia in senectute, vt dixi, humani generis dominus noster creator eius nobis, & reparator aduenit, vt moriente scilicet vetere homine, nouum in se constitueret, quem exutum luto terreno, in caelestia regna transferret. Ergo nunc puteus, vt dictum est, mundi huius terrenum laborem, & errorem tenebrosa profunditate significat. Dictum est ab Apostolo; Et si exterior homo noster corrumpitur, sed interior autem renouatur de die in diem. Rectissime omnino quoniam omnia visibilia ad exteriorem hominem pertinent, quibus Christiana disciplina renouat, hora sexta venit dominus, id est, medio die, vnde iam incipit sol iste visibilis declinare in occasum: quoniam & nobis vocatis à Christo ad inuisibilem amorem, homo interior recreatur, ad interiorem lucem, quæ nunquam occidit, reuertitur, secundum apostolicam disciplinam non querens quæ videtur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna sunt. Quod autem fatigatus venit ad puteum, infirmitatem carnis significat: quod dedit humilitatem: quia & imbecillitatem carnis pro nobis suscepit, & homo hominibus tam humiliter apparere dignatus est. De hac infirmitate carnis propheta dicit; Homo in plaga positus, & sciens ferre imbecillitatem. De humilitate vero loquitur Apostolus ad mortem. Quamquam illud, quod sedit, quoniam solent sedere doctores, possit alio intellectu non humilitatis modestiam, sed magistri demonstrare personam. Sed quæri potest, quare à muliere Samaritana, quæ implenda gratiæ venerat, bibere postulauerit, cū ipse postea spiritalis fontis affluentiam se petentibus dare posse prædicauerit? Sed scilicet sciebat Deus mulieris illius fidem: quæ quoniam Samaritana erat, solet Samaritæ idololatriæ imaginem sustinere. Ipsi enim separati à populo Iudæorum, simulacris mutorum animalium, id est, vaccis aureis animarum suarum decus addixerant. Venerat autem Iesus dominus noster vt gentium multitudinem, quæ simulacris seruierat, ad vnitatem fidei Christianæ, & incorruptæ religionis adduceret. Nō enim est, inquit, sanis opus medicus, sed male habentibus. Ergo eorum fidem sicut, pro quibus sanguinem fudit. Dixit ergo ad eam Iesus, Mulier, da mihi bibere. Et vt nouerat quæ sitiebat dominus noster, post paululum veniebant discipuli eius, qui perrexerant in ciuitatem vt cibos emerent: qui dicunt eis; Rabbi manduca, &c. Dixit eis Iesus, Cibus meus est, vt faciam voluntatem eius, &c. Nunquid hic intelligitur

s. cor. 4.

2. cor. 4.

isa. 53.

philip. 2.

mat. 9.

aliud voluntas patris, qui eum misit, & opus eius, quod perficere velle respondit, nisi vt nos ad fidem suam à pernicioso mundi errore conuerteret? Qualis ergo cibus eius, talis & potus: quia propter hoc in illa muliere sitiebat, vt faceret in ea voluntatem patris, & perficeret opus eius. Sed carnaliter intelligens respondit? Tu cum sis Iudæus, quomodo à me bibere possis, &c. Tu magis petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. Vt hinc ei ostenderet, non se talem aquam petisse, qualem intelligebat. Sed, quia ipse sitiebat fidem eius, eidem sciendi spiritum sanctum dare cupiebat. Hanc enim recte intelligimus aquam viuam, quod est donum Dei, sicut ipse ait, si scires donum Dei: & sicut id Ioannes testatur alio loco dicens: quod stabat Iesus, & clamabat; Si quis sitit, veniat, & bibat. Consequenter omnino; Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, quia primo credimus, vt hæc dona mereamur. Hoc ergo flumē aquæ viuæ, quod illi mulieri volebat dare, merces est fidei, quam prius in illa sitiebat. De cuius aquæ viuæ intemperatione ita subiicit; Hoc autem dicebat, inquit, de spiritu quem accepturi erant ij, qui in eum credituri erant. Nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat clarificatus. Hoc itaque donum spiritus sancti est, quod post suam clarificationem dedit ecclesiæ, sicut alia scriptura dicit; Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Sed adhuc illa mulier carnaliter sapit. Sic enim respondit, Domine, neque hauritorium habes, &c. Nunc vero iam dominus exponit quid dixerit; Omnis, inquit, qui biberit ex aqua ista, &c. Sed mulier prudentiam carnis amplectitur. Quid enim respondit? Domine da mihi hanc aquam, &c. Vade, voca virum tuum, & veni huc, &c. Cum sciret eam virum non habere, cur hoc dixerit, queritur, nanque cum mulier dixit; Non habeo virum, dicit ei Iesus, Bene dixisti, &c. Sed non sunt hæc carnaliter accipienda, ne huic ipsi adhuc mulieri Samaritanæ similes esse videamur, sed de illo dono Dei, si aliquid iam gustauimus, spiritaliter istud tractemus. Quinque viros quinque libros qui per Moysen ministrati sunt nonnulli accipiunt. Quod autem dictum est; Et nunc quem habes, non est tuus vir, de seipso dominum dixisse intelligunt: vt iste sit sensus. Primo quinque libris Moysi quinque viros seruisti: nunc autem quem habes, id est, quem audis, non est tuus vir: quia nōdum credens Christo, adhuc vtrique illorum quinque virorum, id est, quinque librorū copulatione tenebatur, potest mouere quomodo dici potuerit; Quinque viros habuisti, quasi nunc eos iam non haberet, cum adhuc vtrique ipsis subdita viueret. Deinde cū quinque libri Moysi nihil aliud quam Christum prædicent, sicut ipse ait, Si crederitis Moysi, crederetis forsitā & mihi. Ille enim de me scripsit, quomodo potest intelligi à quinque illis libris recedere hominem, vt ad Christum transeat: cum ille, qui credit in Christum, non relinquendos quinque illos libros, sed spiritaliter intelligendos multo beatius amplectatur. Est ergo alius intellectus, vt quinque viri intelligantur quinque corporis sensus: vnus qui ad oculos pertinet, quo lucem istam visibilem, & quoslibet colores, formæque corporum cernimus. Alter est aurium, quo vocum, & omnium sonorum momenta sentimus. Tertius na-

ioan. 7.

phil. 4.

ioan. 3.

rium, quo varia odorum suauitate delectamur. Quartus in ore gustus dulcia, & amara sentit, & omnium saporum habet examen. Quintus per totum corpus tangendo diiudicat calida, & frigida, & dura, & mollia & lauia, & aspera: & quicquid aliud est, tangendo sentimus. Istis itaque carnalibus quinque sensibus prima hominis ætas imbuitur, necessitate naturæ mortalis qua ita post peccatum primi hominis nati sumus, vt nondum reddita luce mēris, carnalibus sensibus subditi, carnalem vitam sine vlla veritatis intelligentia transeamus. Tales necesse est esse infantes, & paruulos pueros, qui nondum possunt accipere rationem. Et quia naturales sunt isti sensus, qui primam ætatem regunt, & Deo artifice nobis tributi sunt, recte dicuntur viri, id est; mariti, tanquam legitimum quoniam non eos error virio proprio sed Deo artifice natura contribuit. Cum autem quique ad eam venerit ætatem, in qua possit capax esse rationis, si veritatem statim comprehendere potuerit, non illis sensibus rectoribus vtetur, sed habebit virum spiritum rationalem, cui sensus illos in famulatum redigat, seruituti subiiciens corpus suum: cum anima non iam viris quinque, id est, quinque corporeis sensibus subdita est, sed verbum diuinū habet legitimum virum, cui copulata, & inhærens, cum & ipse spiritus hominis hæserit Christo, quia caput viri Christus est, amplexa spiritalia, æterna vita sine vllō separationis timore perfruitur. Quinis enim se separare tenebatur, quæ significabat multitudinē seculi vanis superstitionibus subiugari post tempora illa quinque carnalium sensuum, quibus prima ætas, vt diximus, regitur, nō eam verbum Dei acceperat in coniugium, sed complexu adulterino diabolus obtinebat. Itaque illi dominus dicit, videns eam esse carnalem, id est, carnaliter sapere; Vade, voca virum tuum, & veni huc, id est, remouere ab affectione carnali in qua nunc constituta es, vnde nō potes intelligere quæ loquor: & voca virum tuum, id est, in spiritu intelligentiæ præfens esto. Est enim animæ quasi maritus quodammodo spiritus hominis, qui animalem affectionem tanquam coniugem regit: non ille spiritus sanctus, qui cum patre, & filio incommutabiliter datur, sed spiritus hominis, de quo apostolus dicit; Nemo scit quid est in homine, nisi spiritus hominis, nam & ille spiritus sanctus, spiritus Dei est: de quo iterum dicit; Sic & quæ Dei sunt, nemo scit nisi spiritus Dei. Hic ergo spiritus hominis cum præfens est, id est, intentus est, & se pietate subiicit Deo, intelligit homo, quæ spiritaliter dicuntur. Cum autem diaboli error tanquam absente intellectu in anima dominatur, adulter est. Voca ergo, inquit, virum tuum, id est, spiritum qui est in te, quo potest homo intelligere spiritalia. Si enim lux veritatis illustret, vir adesse intelligitur. Voca igitur virum tuum, vt ipse adsit cum loquor tibi, vt spiritalē aquam accipias. Cui virum se habere neganti. Bene, inquit, dixisti. Quinque enim viros habuisti, id est, quinque sensus carnis te in prima ætate rexerunt: & nunc quem habes, non est tuus vir: quia non est in te spiritus, qui intelligat Deū, cum quo legitimum potes habere coniugium: sed error diaboli potius dominatur, qui te adulterina contaminatione corrumpit. Et fortasse vt intelligentibus indicaret quinque memoratos corporis sensus, quinque virorum nomine signifi-

s. cor. 11.

s. cor. 2.

ficari, post quinque carnales responsones ista mulier sexta responsonē nominat Christū. Nam prima eius responso est; Tu, cum sis Iudæus, quomodo à me bibere petis? Secunda, Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est. Tertia, domine, da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam huc haurire. Quarta; Non habeo virum. Quinta, Video quia propheta es, patres nostri in monte hoc adorauerunt. nam ista responso carnalis est. carnalibus enim datus fuerat locus terrenus, vbi orarent. Spirituales autem in spiritu, & veritate adoratos dominus dixit. Quod post eam quàm locutus est, sexta mulier responsonē Christum fatetur omnium historiam esse doctorem. Dicit enim, Scio quoniam Messias venit, &c. Sed adhuc errat: quia eum, quem venturum sperat, venisse non videt. Veruntamen misericordia domini nunc error iste tanquam adulter expellitur. Dicit enim ei Iesus, ego sum, &c. Quod audito illa nihil respondit, sed statim, relicta hydria sua, abiit in ciuitatem festinans, vt euangelium, & domini aduentum non tantum crederet, sed etiam prædicaret. Nec hoc, quod relicta hydria discessit, negligenter prætereundum est. Hydria enim fortasse amorem seculi huius significat, id est, cupiditatem: quia sibi homines de tenebrosa profunditate, cuius imaginem puteus gerit, hoc est, de terrena conuersatione hauriunt voluptatem: qua percepta, iterum in eius appetitum inardescant, sic vt de aqua illa qui biberit, sitiat iterum. Oportebat autem vt Christo credens, seculo renunciarer: & relicta hydria, cupiditatem secularem se reliquisse monstraret, non solum corde credēs ad iustitiam, sed etiam ad salutem professura, prædicatura credidit: Dicit ei mulier, domine, video quia propheta es tu. Cæpit venire vir: nondum plene venit. Prophetam dominum putabat. Erat quidem propheta, nam de se ipso ait; Non est propheta sine honore, nisi in patria sua. Item de illo dictum est ad Moysen, Prophetam eis suscitabo de fratribus eorum similem tui. Similem scilicet ad formam carnis, non ad eminentiam maiestatis. Ergo inuenimus dominum Iesum dictum prophetam. Proinde iam non multum errat mulier ista, Video, inquit, quia Propheta es tu. Incipit adulterum excludere. Video quia propheta es: & incipit querere quod illam solebat mouere. Contentio quippe fuerat inter Samaritanos, & Iudæos, quia Iudæi in templo à Salomone fabricato adorabant Deum; Samaritani longe inde positi, non in eo adorabant: & ideo Iudæi meliores se esse volebant, qui in templo adorabant Deum. Non enim contumtuntur Iudæi Samaritanis, quia dicebant eis, Quoniam vos in templo adoratis, & ideo vos nobis meliores esse perhibetis, quod nos non habemus, nunquid patres nostri, qui Deo placuerunt; in illo templo adorauerunt? Nonne in isto monte adorauerunt, vbi nunc sum? Melius ergo nos, inquit, in hoc monte Deum rogamus, vbi patres nostri rogauerunt. Contendebant vtrique ignari, quia virum non habentes, illi pro templo, isti pro monte inflammabantur aduersus inuicem. Dominus tamen modo quid docet mulierem, tanquam cuius vir ceperit præfens esse? Dicit ei mulier, domine, video quia propheta es tu, &c. Dicit ei Iesus, Mulier, crede mihi. Credit enim Ecclesia sponso, sicut scriptum est in Canticis Canticorum, En dilectus meus loquitur mihi; Surge, propera, amica mea; & veni. Bibl. Hom. tom. 2. C c iam

luce 4.

deut. 18.

iam enim hyems transit, imber abiit, flores apparuerunt in terra. tempus putationis aduenit. vox turturis audita est in terra nostra. Merito iam presente viro audit mulier; *Crede mihi*. iam enim est in te qui credat, quia presens est vir tuus. Capisti adesse intellectum, quando me prophetam appellasti. *Mulier, crede mihi*: quia nisi crederitis, non intelligetis. Ergo mulier crede mihi, *Quia venit hora, quando neque in monte, &c.* Quæ ergo hora? *Quando veri adoratores, &c. Spiritus est Deus*. si corpus esset Deus, oportebat eum adorari in monte, quia & corporeus mons, oportebat eum adorari in templo, quia corporeum est templum. *Spiritus est Deus, &c. Quoniam salus ex Iudæis est*. Multum dedit Iudæis; sed noli istos reprobos accipere. Parietem illum accipe, cui adiunctus est alius paries, ut pariter in lapide angulari, qui est Christus, copularentur. Vnus enim paries à Iudæis, vnus à Gentibus. Longè à se istis parietes, sed donec in angulo coniungantur. Alienigenæ autem hospites erant, & peregrini à testamentis Dei. Secundum hoc ergo dictum est; *Nos adoramus, quod scimus*. Ex persona siquidem Iudæorum dictum est, sed non omnium Iudæorum, non reproborum Iudæorum, sed de qualibus fuerunt Apostoli, quales fuerunt prophetae, quales fuerunt illi omnes sancti, qui omnia sua vendiderunt, & pretia rerum suarum ad pedes apostolorum posuerunt. Non repulit enim Deus plebem suam quam presciit. Audiuit hoc mulier ista, & addidit. Iam dudum prophetam dixerat. Vidit alia dicere eum cum quo loquebatur, qui iam plus esset quam propheta: & quid responderit, videre. *Dicit ei mulier; scio quia Messias veniet, &c.* Quid est hoc? Modo, inquit, de templo contendunt Iudæi, & nos de monte contendimus. Cum ille venerit, montem spernet, & templum euertet. docebit iste omnia, ut in spiritu & veritate nouerimus adorare. Sciebat quis eam posset docere, sed iam docentem nondum agnoscebat. Iam ergo digna erat cui manifestaretur. Messias autem vnctus est. vnctus grecè Christus est, hebraicè Messias. Ergo dicit ei mulier; *scio quia messias veniet, qui dicitur Christus, &c.* Dicit ei Iesus; *Ego sum, qui loquor tecum*. Vocauit vitum suum: factus est vir eius caput mulieris: factus est Christus caput viri. Iam mulier ordinatur in fide, & regitur bene victura. Posteaquam audiuit hoc; *Ego sum, qui loquor tecum*: iam vltra quid diceret; *Ego sum, qui loquor tecum*: iam vltra quid diceret, quando Christus dominus manifestare se voluit mulieri, cui dixerat, *Crede mihi; Et continuo venerunt discipuli, &c.* quia quærebat perditam, qui venerat quære-
re quod perierat, hoc illi mirabantur. Bonum enim mirabantur, non malum suspicabantur. *Nemo tamen dixit, quid quæris, &c.* Reliquit ergo hydriam suam mulier audito; *Ego sum, qui loquor tecum, &c.* & recepto in corde Christo domino, quid faceret? nisi iam hydriam dimitteret, & euangelizare curre-
ret? Proiecit cupiditatem, & properauit annuntiare veritatem. Discant qui volunt euangelizare, proiciant hydriam ad puteum. Recordamini quid superius dixerim de hydria. Vas erat, quo aqua hauriebatur. Græco nomine appellatur *Hydris*, quoniam Græce aqua *Hydro* dicitur: tanquam si aquarium diceretur. Proiecit ergo hydriam, quæ non iam vsui, sed oneri fuit. Anida quippe desiderabat aqua illa satiari, ut nuntiaret Christum. Onere abiecto, cucurrit ad ciuitatem, *Et dicit illis hominibus; Venite & videte hominem, &c.* Et rogabant

eum discipuli dicentes, *Rabbi, manduca*. ierāt enim emere cibos, & venerant. Ille autem dixit, *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis*. Quid mirum si mulier illa non intelligebat aquam? Ecce discipuli nondum intelligunt escam. Audiuit autem cogitationes eorum, & iam instruit ut magister, non per circuitum, sicut illam, cuius adhuc virum requirebat; sed iam aperte; *Meus, inquit, cibus est, ut faciam voluntatem eius, qui me misit*. Ergo & potus ipse erat in illa muliere, ut faceret voluntatem eius, qui eum misit: ideo dicebat, Sitio, da mihi bibere. scilicet ut fidem in ea operaretur, & fidem eius biberet, & eam in corpus suum traiceret. Corpus enim eius est ecclesia. Ergo, inquit, *ipse est cibus meus, ut faciam voluntatem eius qui me misit*. Nonne vos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt, &c. In opus feruebat, & operarios mittere disponebat. Vos quatuor menses computatis ad messem, ego vobis aliam messem albam, & paratam ostendo. *Ecce dico vobis, leuate oculos vestros, &c.* ergo mes-
siores missus est, in hoc enim est verbum verum, &c. Quid ergo mesiores misit, non seminatores? Quid mesiores? vbi iam alij laborauerunt. Nam vbi iam laboratum erat, & seminatam erat, iam maturum factum, falcem & trituram desiderabat. Quid ergo erant mesiores mittendi? Vbi iam prophetae prædicauerunt, ipsi enim seminatores. Nam, si ipsi non seminatores, vnde ad illa mulier perue-
nerat; Scio quia Messias veniet? Iam ista mulier fructus maturus erat, & erant albæ messes, & fal-
cem quærebat, *Misi vos. Quid? metere quod non seminastis. Alij seminauerunt, & vos in labores eorum introistis. Qui laborauerunt? Ipse Abraham, Isaac, & Iacob, Legite labores illorum: in omnibus laboribus eorum propheta est Christi, & ideo semi-
natores Moyses, & ceteri patriarchæ, & omnes prophetae quanta pertulerunt in illo frigore, quando seminabant? Ergo iam Iudæa messis parata erat: merito ibi tanquam matura seges fuit, quan-
do tot milia hominum pretia rerum suarum afferebant, & ad pedes Apostolorum ponentes, per-
ditis humeri sarcinis secularibus, Christum do-
minum sequebantur. Vere matura messis. Quid inde factum est de ipsa messe? Eiecta sunt pauca grana, & seminauerunt orbem terrarum: & surgit alia messis, quæ in fine seculi merenda est. De ipsa messe dicitur; *Qui seminant in lacrymis, in gaudio merent*. Ad istam ergo messem non Apostoli, sed angeli mittuntur. Mesiores, inquit, angeli sunt. Ista ergo messis crescit inter zizania, & expectat purgari in fine. Illa verò messis iam matura erat, quòd prius missi sunt discipuli, vbi & prophetae laborauerunt. Sed tamen, fratres, videte quid dictum sit; *Simul gaudeat & qui seminat, & qui metit*. Dispa-
res temporales labores habuerunt, sed gaudio pariter perfuerunt, mercedem simul accepturi sunt vitam æternam. *Ex ciuitate autem illa multi cre-
diderunt, &c.* Et hoc paululum animaduertendum est, quia lectio terminata est, mulier prima nunciauit, & ad mulieris testimonium crediderunt Samaritani, & rogauerunt eum, ut apud eos maneret; & mansit ibi duos dies: & plures credide-
runt: & cum credidissent, dicebant mulieri; Non iam propter verbum tuum credimus, sed ipsi cognouimus; & scimus quia hic est verè saluator mundi. Primo per famam, postea per præsentiam. Sic agitur hodie cum iis, qui foris sunt, & non-
dum Christiani sunt, Christus annunciat per Chri-
stianos*

stianos amicos tanquam in illa muliere, hoc est ecclesia, annunciant, ut ad Christum veniant. Credunt per istam famam: manet apud eos bi-
duo: hoc est, dat illis duo præcepta charitatis: & multo plures in eum credunt firmiter, quoniam verè ipse est saluator mundi.

ERICI IN SVPERIVS Euang. Hom.

EX hac lectione vera nostri redemptoris, quæ ex nobis, & pro nobis assumpsit, humanitas commendatur. Cum enim esset verus filius Dei, beatè summus, & summè beatus, bona cuncta tri-
buens, nullius egens, propter nos redimendus homo factus, ita sese nostræ contempserat, ac còmodo discavit infirmitati, ut omnia, quæ nostræ fragilitati conueniunt, in se, excepto peccato, suscipere. Denique is, qui panis vitæ erat, esurivit; fons iustitiæ sitiuit: fatigatus est ab itinere, qui erat via: qui lux mundi, nostrum permittit membra sopori. Quid nempè modò ait Euange-
lista? *Iesus fatigatus ex itinere, sedebat sic super fontem*. Sed videndum, ex quo itinere Dominus fatiga-
tus dicatur. Suprà legitur, quòd, cum audisset Iesus, quia dixerunt de eo pharisæi, quòd plures discipulos facit, & baptizat quam Ioanes, quan-
uis Iesus ipse non baptizaret, sed discipuli eius, reliquit Iudæam, & abiit iterum in Galilæam. *Venit ergo in ciuitatem Samaria, qua dicitur Sychar, iux-
ta prædium, quod dedit Iacob filio suo Ioseph, vbi erat fons Iacob*. ac deinde, *Iesus fatigatus ex itinere*. Pro nobis ergo, & ex nobis fatigari potuit, qui in se motu stabilis, & statu mobilis semper fuit. Sedebat super fontem, ut lassitudinis incommodum releua-
ret, & personam, ac dignitatem magistrum intenderet. Sedere namque magistrorum est. Venit ergo Dominus in ciuitatem Samaritanorum, ut illis quoque in transitu doctrinæ suæ beneficium impartiret. Ad prædium verò, quòd dedit Iacob filio suo Ioseph, idcirco accessit, ut illum se esse ostenderet, quem S. Ioseph præsignauerat: quem verè sol, & luna venerantur, & cui astræ omnia famulantur, quemque fratres impij, Iudæi videlicet, iniusto odio persequebantur. Sedit super fontem, quia ibi nouerat venturam mulierem, quam credituram ante secula præsciebat. Vnde sequitur; *Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Iesus; Da mihi bibere*. Quid est quòd Dominus à muliere Samaritana potum exposcit, qui in sequentibus spiritualis affluentiam fontis in se creden-
tibus se daturum promittit? Sed sitiiebat, non tam aquam, quam mulieris salutem, & fidem. Denique qualis sit sitis Domini, ex sequentibus claret, vbi dicit; *Meus cibus est, ut faciam voluntatem patris mei*. Qualis ergo cibus eius, talis est & potus. Hoc ergo desiderabat, hoc sitiiebat, ut in illa voluntatem patris perficeret. Sed carnalis adhuc mulier, sitim Domini carnaliter accipiens, respondit; *Quomodo tu Iudæus cum sis, bibere à me possis, quæ sum mulier Samaritana?* Hoc quare miraretur, ostendit subinferes: *Nam enim conuertunt Iudæi Samaritanis*. Non conuertunt, id est, non comunicant Samaritanis. Iudæi, nullius rei vsu cum illis habent, nec in aliquo participes sunt eorum. Execrantur enim illos, & odiunt, quòd ipsorum religionem possideant, vel quòd Deum simul & ido-

la colant. Vnde & pro magna contumelia duce-
bant, si quem Samaritanum vocassent: quo nomine Christum crebrò leguntur iniuriasse. Sed audiamus quid Dominus adhuc erranti, & in tenebris agenti mulieri responderit; *Si scires, inquit, donum Dei, & quis est qui tibi dicit, Da mihi bibere, tu forsitan perisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam*. Donum Dei quid est aliud, quam spiritus sanctus? Hoc donum post suam ascensionem fidelibus dedit: quia ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Et sicut alibi idem Euangelista dicit: Nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Ostendit se ergo Dominus non talem sitiie aquam, qualem illa intelligebat. Fidem nanque eius sitiiebat, & idcirco ei sitiendi spiritum dare volebat. Hæc est aqua, de qua alibi stans in templo, dicebat; *Qui sitiit, veniat, & bibat, & de ventre eius fluent aquæ viuæ*. Quod exponens Euangelista, subiunxit; Hoc autem dicebat de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Ait ergo; *Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere, tu forsitan perisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam*. Scire Christum non poterat, quia donum Dei id est, spiritum sanctum non habebat. Atque idcirco quia Christum ignorabat, aquam viuam ab eo petere nesciebat. Sed adhuc in carnali sensu perseverans mulier, respondit; *Domine, neque in quo haurias habes, &c.* Notandum verò, quòd hæc puteum dicit, cum superius fontem nominauerit: quia nimirum omnis puteus fons, non autem omnis fons puteus. Quæ verba sicut aperta, & plana transcurrentes, audiamus quid ei Dominus responderit, superiora verba sua exponens. Ait enim; *Omni qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, &c.* Quibus Domini sermonibus delectata, & tanti muneris compos esse cupiens, & adhuc prudentiam carnis amplectens, respondit; *Domine da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire, &c.* Nouerat certè Dominus illam non habere virum, & ista loquebatur, ut paulatim eam à carnali intellectu retraheret, & ad intelligendum quis esset, qui cum ea loquebatur, perduceret. Denique mulier audiens quæ circa se erant; primò eum prophetam, postmodum Christum esse confessa est. Sed hæc historia sic est plana simplicitas, ut in ea sensuum lateat alta profunditas. Si ergo aliquid iam de hoc dono Dei, & de spirituali aqua gustauimus, spiritualiter ista tractemus. Et primò videamus quid significet, quòd hora sexta Dominus ad puteum venisse dicitur. Hora sexta, sextam mundi ætatem significat, quando tanquam in senectute mundi, Dominus, & redemptor noster hominem indutus, venit ad puteum, ad tenebrosam videlicet huius mundi profunditatem: de illa cœlorum sublimitate ad infimas terræ partes dignatus est descendere. Hora ergo sexta Dominus ad puteum venit, quando sol ad inferiores circulos à summo cœli centro incipit declinare: quia nouissima seculi, ut dictum est, ætate filius Dei ad terrenum laborem nostrum dignatus est descendere, ut nos doceret exuere veterem hominem cum affectibus suis, & induere nouum, qui secundum Deum creatus est. Quòd fatigatus venit, infirmitatem carnis: quòd sedit, humilitatem ostendit. Fatigatus ergo reledit: quia & imbecillitatem carnis pro nobis suscepit, & homo humilis inter homines apparuit. De hæc
Bibl. Hom. tom. 2. Cc 2 infir

infirmirate carnis eius dicit propheta; Vidimus eum, & non erat aspectus: & desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum, virum dolum, & scientem infirmitatem. De humilitate vero eius ait Apostolus: Humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Mulier hæc Samaritana vocatur. Samaria enim pro idololatria solet accipi. Hinc propheta Christi prænuncians incarnationem, dicit: Antequam sciat puer vocare patrem aut matrem suam, accipiet virtutem Damasci, & spolia Samariæ. Christus nanque virtutem Damasci accepit, quâdo ei Magi aurum obtulerunt, in quo quondam ipsa potentissima ciuitas confidebat. Accepit & spolia Samariæ, id est, homines idololatriæ captiuitate oppressos, ad libertatem nouæ gratiæ reduxit. Aptè igitur hæc mulier Samaritana dicitur: quia sancta Ecclesia ante Christi aduentum idololatriæ cultui dedita erat, nihilque aliud agere nouerat, quàm circa seculi curas vanis cupiditatibus occupari. Hoc enim significat, quòd cum hydria ad puteum hæc mulier aquam haurire veniebat. Poscebat Dominus ab ea bibere, salutem gentium sitiens, quatenus eas ab errore erueret, & ad Christianæ fidei religionem adduceret. Quinque viri, quos habuerat, quinque corporis sensus accipiuntur, visus videlicet, auditus, gustus, odoratus, & tactus. Et visu quidem alba, & nigra, & quoquomodo colorata videmus. Auditum rauca, & sonora captamus. Olfactu odora, fetentiaque discernimus. Gustu dulcia, & amara percipimus. Tactu verò, qui per omnia corporis membra diffunditur, calida, & frigida, mollia, & dura, lenia, & aspera sentimus. Istis quinque sensibus Ecclesia gentium ante aduentum Christi subdita erat, & lucem mentis non habens, carnalem vitam absque vlla intelligentia transibat. Et quia istos sensus non error reperit, sed natura conturbat, rectè viri quasi legitimi dicuntur, quibus primis seculi temporibus omnes homines seruebant. Sed iam venerat tempus, quo non illis sensibus rectoribus anima vteretur, sed haberet virum, id est, rationalem spiritum, cui illos priores viros, id est, quinque sensus in famularum subieceret, nec iam anima quinque viris subderetur, sed verbum Dei amplecteretur, spiritu Christo inhaereret, nec presentibus delectaretur, sed æternorum amore frueretur. Sed quoniam adhuc pristino errore tenebatur, nec eam post quinque viros, id est, post tempus quinque sensuum carnaliū verbum Dei acceperat, sed diabolus complexu adulterino illudam obtinebat, ait dominus; *Voca virum tuum, & veni huc*, quod est dicere; Remoue te ab affectione carnali, in qua nunc es, & spiritu intelligentiæ euocato, presens adesto. Vir enim animæ, est quodammodo spiritus hominis, qui animalem affectionem tanquam coniugem regit. De quo apostolus dicit; *Nemo scit hominum, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis: qui in ipso est.* Sed cum illa responderet; *Non habeo virum*, audiuit; *Benedixisti: quinque enim viros habuisti*, id est, primo tempore quinque sensibus corporis seruisti. Nunc ergo quem habes, non est tuus vir, quia non est in te spiritus, qui intelligat Deum, cum quo legitimum possis habere coniugium: sed error diaboli tibi dominatur, qui te adulterina commaculatione corrumpit. Et fortasse ad hoc pertinet, quòd hæc mulier post quinque carnales responsiones,

sextam iam Christum nominat: Nam prima eius responsio; *Quomodo tu cum Iudæis sis, bibere à me poscis, qua sum mulier Samaritana?* Secunda, *domine neque in quo haurias habes, & puteus altus est.* Tertia; *Domine, da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam huc haurire.* Quarta; *non habeo virum.* Quinta; *Vide quia propheta es tu: patres nostri in monte hoc adorauerunt.* Sexta iam responsione Christum fatetur, dicens; *Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus.* Sed adhuc errat, quia venturum eum expectabat, quem presentem habebat. Nondum virum suum vocauerat, sed vicinum erat vt error iste tãquam adulter expelleretur, & intellectus rationalis intruderetur. Ait ergo mulier; *Domine, video quia propheta es tu.* Iam quasi vir cœperat intellectus eius appropinquare, sed nondum plene veniebat. Prophetam enim dominum putabat, nec per omnia errabat. Nam & ipse se prophetam vocare dignatus est, dicens; *Non capit prophetam perire extra Hierusalem.* Et longè antè Moyses de eo dixerat; *Prophetam vobis suscitabit Deus de fratribus vestris, tanquam me, ipsum audite. Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Hierosolymis est locus, vbi adorare oportet.* Contentio erit inter Iudæos, & Samaritanos, quia Iudæi solummodo Hierosolymis in templo à Salomone constructo Deum adorabant. Samaritani verò longè positi, & ipsi Deum, sed non in illo templo adorabant. Ideoque Iudæi se extollebant, & meliores se illis dicebant, qui Deum in templo à sapientissimo hominum ædificato colebant. Quibus dicebant Samaritani: *Quare vos meliores nobis esse putatis, quia templum habetis, quod nos non habemus?* Nunquid patres nostri, qui Deo placuerunt, non in hoc monte adorauerunt? & ipsi certè templum non habebant, sed hic adorabant, vbi & nos adoramus. Vtrique contendebant, illi pro templo, isti pro monte: & vtrique ignari veritatis erant. Sed quid dominus mulierem doceat, audiamus. *Dicit ei Iesus; Mulier crede mihi, quia veniet hora, quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitur pater.* Crede, inquit, mihi. Est enim in te qui credit, quia cœpisti adesse intellectui, quâdo me prophetam agnouisti. Crede ergo mihi, quia scriptum est; *Si non crederitis, non intelligetis.* Venient, ait, dies, quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitur pater. Tempus euangelicæ gratiæ, quod iam instabat, dicit, quâdo, ablata omni vmbra figurarum, veritas pura luce mentes credentium illustratura erat. Deus enim non loco continetur, qui cælum, & terram adimplet, nec in templis manufactis, sed in sanctis mentibus habitat. *Vos, inquit, adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus.* Multum honorem Iudæis tribuit, qui Dei cognitionem habebant, legem, & prophetas acceperant, quorum est testamentum, & legisratio & promissa, quorum patres, ex quibus Christus, qui est benedictus in secula. Hoc est enim, quod dicit; *Salus ex Iudæis est:* quia saluator ex illo populo natus est. Honorabat ergo Iudæos, sed non istos reprobabat. Ipse enim erat lapis angularis, qui ex gentibus parietem parietem ex Iudæis copulat. Quòd verò ait; *Nos adoramus quod scimus*, non ad omnium personas est referendum, sed ad illos tantum, qui sapientes, & veritatis doctores erant, quales erant Apostoli, quales fuerant propheta, cæterique vel Christum venturum fide

Luc. 11.
Deut. 17.

Esa. 7.

Ier. 21.
Act. 17.

Rom. 6.

expe

expectauerunt, vel venientem fideliter susceperunt. *Dicit illi mulier; Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus.* Pietas catholica satis nouit, quia Messias Hebraicè, Christus Græcè, vnctus Latinè dicitur. Scio, inquit, ac si diceret; *Quid necesse est nos pro monte, illos pro templo contendere?* Cum enim Christus venerit, motem spernet, templum euerteret, & nos docebit, vt in spiritu & veritate adorare noscamus. Sciebat iam hac mulier à quo docenda esset, sed docentem nondum agnoscebat. Ideoque digna erat, quæ non differretur, sed cui Christus iam manifestaretur. *Dicit ei Iesus; Ego sum, qui loquor tecum.* Ecce, adest vir, quem vocare iubebat. Factus est secundum Apostolum caput mulieris, vir: caput autè viri, Christus. Sed illa postquam audiuit; *Ego sum*, nihil respondit, quia manifestè iam Christum cognouit. *Continuò discipuli eius venerunt, & mirabantur quòd cum muliere loquebatur.* Venerunt discipuli, qui erant in ciuitate, vt cibos emerent. Mirantur tantam Christi dignationem, tantam clementiam, qua perditam oem quærebant, qua gentilem, & erroneam mulierem docebat. Hanc eius misericordiam, hanc eius bonitatem inestimabilem mirabantur, non mali aliquid suspicabantur. *Reliquit ergo mulier hydriam suam, &c.* Proiecit hydriam, quam ob nimiam audiatem suam non iam vsui, sed oneri deputabat, vt expedita atque exonerata Christum annunciarer. Sed & mysticè, sancta Ecclesia, postquam ad fidem Christi venit, hydria proiecit, quia cupiditatibus seculi renunciauit. Hydria enim illa, amorem seculi figuratè exprimebat, quia sibi homines de tenebrosa, ac in imum demersa conuersatione, quasi de puteo, voluptatem hauriebant. Qua percepta, iterum sitiunt, quia expleta voluptas non satiat, sed ad maiorem sitim mali operis accendit. *Venite, inquit, & videte hominem, qui dixit mihi omnia, quacunque feci.* Paulatim venit ad prædicandum Christum. Primò vocat eum hominem, ne, si Christum primò diceret, auditores irascerentur & indignarentur, sicque ad eum exire nollent. *Interea rogabant eum discipuli, dicentes: Rabbi, manduca. Ille autè dixit eis: Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.* Dixerunt ergo discipuli eius: *Nunquid aliquis ei attulit manducare?* Quid mirum, si mulier Samaritana superius non intelligebat, quam aquam dominus ei promitteret? Ecce ipsi discipuli non intelligunt, de qua esca dominus dicat. Sed verus magister instruit eos, non sicut mulierem per anfractus, & sermonum circuitus, sed apertè ostendit spirituales se nominare cibum. Ait enim; *Meus cibus est, vt faciam voluntatem patris mei, qui in cælum est, vt perficiam opus eius.* Voluntas patris est, vt credamus in filium eius: sicut alibi dicit; *Hæc est voluntas patris mei, qui misit me, vt credatis in eum, quem misit ille.* Opus verò patris, prouisio nostræ redemptionis. Cibus ergo Christi, fides nostra, & salus est. Atque ideò perficiebat voluntatem patris, omnes in se credere docendo. Perficiebat opus eius, humana redemptionis mysterium maturando. *Nonne vos dicitis, quia adhuc quatuor menses sunt, & messis venit?* Opus illum urgebat, & quòdam seriore prope-randæ salutis exardescerebat, iamque operarios, id est, prædicatores, in mundum mittere volebat. *Vos, inquit, dicitis quòd adhuc quatuor menses, & messis venit.* Sed ego vobis aliam messem iam ortam, iam maturam, & ad metendū paratam ostendo. *Ecce,*

inquit, *dico vobis: Leuate oculos vestros, & videte regiones, quia alba sunt iam ad messem.* Ergo tempus est, vt messorum mirantur. Quod est apertè dicere; Intellectu mentis considerate, Deum mundo reconciliari, & trãfacta hyeme infidelitatis, adesse fidei calorem, iamque parata esse corda gentiū, vt ex illis messem iustitiæ vestra prædicatione colligatis. *In hoc enim verbum est verum, quia alius est, qui seminat, alius qui metit. Ego misi vos metere, quod vos non laborastis. Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis.* Non misit dominus seminare discipulos, sed metere. Diriguntur enim, vbi iam alij laborauerunt, id est, ad Iudæos primò, quibus propheta Christum prius annunciauerant. Et vbi laboratum erat, vti que seminatum erat. Quod verò seminatum erat, iam maturum, falcem, & trituram quærebat. Diriguntur ergo Apostoli, quo iam prædicauerant propheta. Ipsa enim seminauerunt hoc, quod ad huius mulieris notitiam peruenerat. Vnde dicebat; *Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus.* Hæc messis primò in Iudæa collecta est, quâdo prædicante Petro, vna die crediderunt tria millia, alia die quinque millia, & deinceps multa millia. Quando etiam qui crediderant, afferbant rerum suarum precia, & ponebant ante pedes Apostolorum, vt expediti à sarcinis seculi, liberi Christum sequerentur. De hac messe pauca grana per orbem sparsa, innumeram messem per totum mundum genuerunt, quæ in fine seculi colligenda est. Intuendum verò quod supra dixit; *Vt & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit.* Prophetæ enim seminatores, & Apostoli messorum, dispersis temporis labores habuerunt, sed vnam mercedem acceperunt, & fructum pariter in vitam æternam congregauerunt. *Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris, &c.* Primò quidam famam Domini audierunt, postmodum conspexerunt. Nec hoc sufficit, sed etiam rogauerunt eum, vt saltem aliquot dies maneret apud illos. Nec iam se propter hoc, de quo mulier testimonium perhibuerat, credere dicebant, sed seipfos verè cognouisse, & scisse, quia ipse est saluator mundi. Cita credulitas Samaritanorum exaggerat multum, & aggrauat infidelitatem Iudæorū. Samaritani certè nullum miraculum viderant, non mortuum resuscitatum inspexerant, non mare pedibus transmeatum acceperant, sed tantum quod mulier dicebat, quia dixit mihi omnia, quæcūque feci. Iudæi verò innumera quotidie mirabilia cernentes, non solum non credebant, verum etiam suæ salutis persequebantur auctorè. Sic etiam fit quotidie apud gentiles. Cum enim à Christi amicis Christum prædicari audiunt, & credant, quasi per famam mulieris prædicantis ad Christum veniunt: sicque eo apud illos manente iam robustius, per seipfos quanta veritas sit Christianæ fidei, quanta salus in Christum credentibus, ex tempore cognoscunt. Nec vacat, quòd biduo apud eos mansisse dicitur: quia nimirum in se credentes Christus duobus præceptis instruit charitatis, docens eos diligere Deum super omnia, & proximum sicut seipfos. Biduo ergo apud Samaritanos mansit, quia in eorū cordibus requiescit, quos geminæ charitatis lapide feruere cognouerit. Nec illud omitendum, quòd nulla noctis, sed solius diei fit mentio. Nam quæ potest esse societas luci ad tenebras? Ioannes enim dicit, quia Deus: charitas

est. Idem quoque alibi dicit, Deus lux est, & tenebrae in eo non sunt vlla. Si ergo Deus charitas est, & si Deus lux est, ergo charitas lux est. Vbi ergo charitatis lux est, quis tenebris locus esse potest? Et econtra, vbi charitas non est, nulla ibi lux, sed omnia terra obscuritate nigra sunt. Hinc Ioannes; Omnis, qui non diligit fratrem suum, in tenebris ambulat, & nescit quod eat. Qui autem diligit, in lumine manet. Hanc igitur in quantum possumus efficaciter teneamus, vt Christo inhabitante gaudere mereamur. Proiciamus à nobis noxiarum hydriam cupiditatum, & ad bona, quae Deo inspirante cognouimus, nobiscum alios trahere festinemus, clementiamque nostri redemptoris piis votis, ac bonis actibus exoremus, vt quibus iam suam dignatus est dare cognitionem, cum virtutum profectu vsque ad suae gloriae dignetur perducere visionem, Amen.

THEOPHYLACTI EPISCOPI
Bulgar superioris Euang. expositio.

Venit ergo in ciuitatem Samariae qua dicitur Sycchar, &c. Operae precium fuit dicere, vnde Samaritani originem duxerint, & vnde appellationem illam sortiti fuerint. Somor enim mons vocabatur ab eo, à quo possidebatur: sicut & *Isaia 7.* Esaias dicit, Et caput Somor Ephraim. Qui autem ad montem illum habitabant, primum non vocabantur Samaritani, sed Israelitae dicebantur. Quum autem offendissent Deum, traditi sunt variis temporibus Assyriis. Tandem Assyrii, quum defectionem meditarentur, superuenit, tenuitque captiuos, & non vltra in sua regionem abire permisit, suspicans iterum defecturos: sed illos quidem transtulit in Babylonios, & Maedos. Samaritiam autem gentibus ex diuersis locis congregatis coloniam dedit. Porro quum haec facta essent, Deus monstrare volens barbaris, quod non propter impotentiam, sed propter peccata illis Iudaeos seruire fecerit, immisit leones in eos, qui in Samaria habitabant barbaros, qui illos perdebat omnes. Rex vero, quum hoc audisset, misit ad quosdam ex senioribus Iudaeis, & rogauit quid faciendum, vt non vltra leones perdant eos, qui in Samaria barbaros. Illi autem enarrabant Deum Israel suspicere locum illum, & non sinere habitare illic eos, qui sua legitima ignorat. Igitur, si cura sibi sint barbari qui illic, mittat Iudaeos sacerdotes, qui Dei legitima barbaris tradant, & sic placent Deum. Obtemperat illis rex, & mittit sacerdotem quendam traditurum iis, qui in Samaria barbaris legem Dei. At illi non omnes libros receperunt, sed tantum quinque libros Moysi, Genesim, Exodum, Leuiticum, Numeros, & Deuteronomium: neque perfecte ab impietate discesserunt, & posterioribus quidem temporibus abstiterunt ab idolorum cultu, Deumque coluerunt. Itaque Iudaei à captiuitate regressi, ambulabantur illos, vt pote Assyrios genere, & à monte Samaritanos vocabant. Illi vero Abraham, & Iacob progenitores suos nominabant: quoniam Abraham Chaldaeus fuerat: & fons Iacob, quem illic habuerat, proprius illorum putabatur. At Iudaei cum gentibus aliis etiam istos abominabantur: vnde & domino opprobriantes dicebant, Samaritanus

es. Et ipse discipulis suis dicebat, In ciuitatem Samaritanam ne intraueritis. Quare autem Euangelista de loco Iacob, & fonte tam diligenter differit? Primum quidem, vt, quando audieris dicentem mulierem; Pater noster Iacob dedit nobis fontem illum, ne mireris. Locus enim ille erat Sycima, vbi filij Iacob Symeon, & Leui grauem illam caedem commiserunt, eo quod fororem illorum Dinam oppresserat Sycimorum princeps. Insuper & hoc discimus, eod quod Euangelista nobis narrat ea, quae de fonte, & loco, quod etiam olim reiecti fuerint propter peccata sua, & quum offendissent Deum gentes illorum loca possederint: & quae patriarchae propter suam in Deum fidem possederant, ea illi propter impietatem amiserunt: & ita nihil nouum, si & nunc Gethes pro Iudaeis in regnum caelorum sint introducti. Praedium autem, quod dedit Iacob Ioseph, Sycima dicebatur. quoniam enim filij Iacob Sycimitas perdiderant, & ciuitatem desolauerant: eam vt pote desolatam pater in haereditatem filio Ioseph dedit. *Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic super fontem, &c.* Fatigatum dominum ex itinere narras Euangelista, ostendit nobis dominum à fastu, & rerum abundantia alienum fuisse. Non enim iumentis utebatur ad iter, sed pedes ibat, instruens etiam nos, non multis opus habere. Insuper dicit & ipsum incedere strenue, & non ignauiter. Ex quo discimus & nos, vt cum constantia, & diligentia faciamus opus Dei. Quod autem sedebat sic, significat simpliciter, & vt forte obueniebat, & non super sede, sed simpliciter videlicet super pauimento, refocillans corpus, & apud fontem se recreans. Deinde & aliam causam inducit, quare sederit apud fontem. Erat enim tempus meridianum. *hora enim* (inquit) *erat quasi sexta:* atque etiam propter horae calorem opus habebat refrigerio, & recreatione. Vel aliter dicit, vt ne quis reprehenderit dominum, quomodo, quum praecipisset discipulis, vt ne viam gentium ingrederentur, ipse ad Samaritanos venerit: idcirco dicit, quod sedens in loco propter fatigationem fuerit, & quod colloquium cum muliere rationabilem habuerit causam, sicut scilicet. Quoniam enim sitiebat, consequenter humano more indigebat & potu. Quarenti autem occurrit mulier, anima discendi auida. Quid igitur opus erat factu? Repelleretne mulierem adeo studiosam, colloquente, & sitientem ea, de quibus dubitabat, vt audiret? Non fuisset hoc diuinae misericordiae. Vide autem oro & ex hoc, quam procul à fastu fuerit dominus. Solum enim relinquitur in via, quum discipuli abiissent in ciuitatem, vt emerent alimenta. Vsq; adeo enim nullam curam ventris agebat, vt, quo tempore ferme omnes dormiunt, illi cibos emerent, & panes duntaxat: vt & nos discamus varietatem ciborum paruifacere. Vide obsecro & diligentiam Euangelistae: neque enim dixit affirmatiue, hora erat sexta, sed vt minus à veritate excidat, *ferme sexta*, inquit, *securum facies sermonem.* *Dicit illi mulier Samaritana. Quomodo tu Iudaeus, &c.* Ab habitu, & veste forsitan, & alia corporis forma, & colloquio ipso existimauit Samaritana Iudaeum esse dominum, & ideo & ad ipsum dicit, *Quomodo tu Iudaeus quum sis, &c.* Vide autem quomodo circumspecta fuerit mulier. Nam, si cauere oportebat, dominum oportebat, non illam. Non enim dixit, quod Samaritani consuetudinem non

habent cum Iudaeis, sed Iudaei non habent consuetudinem cum Samaritanis. Atramen neque sic tacet, sed existimans dominum rem illicitam facere, corrigit, quod praeter legem fiebat. Christus autem non prius manifestat se, quam virtus mulieris monstratur. Postquam autem indicata est mulieris virtus, & quod tam circumspecta, & diligens esset, tunc tandem incipit loqui cum ea de sublimibus. *Si scires enim* (inquit) *donum Dei, hoc est, si cognosceres, quid donet Deus, nepe aeterna, & incorruptibilia: scires autem & me, quod, quum Deus sim, vt possim haec tibi dare: tu quaesiuisses vtique, & accepisses aquam viuam.* Gratiam autem spiritus sancti aquam dicit esse, propterea quod purificat, & multum refrigerij praebet suscipientibus. Porro aquam dicit non itantem, qualis est in puteis, & lacubus, putris, & corrupta: sed *viuam*, hoc est, scaturientem, & quae moueatur. Nam gratia spiritus semper agilem ad bonum facit animam, ascensionem semper disponentem. Talem aquam bibit Paulus viuente, & semper mobilem, quum obliuisceretur eorum, quae post se, & ad anteriora se extenderet. *Dicit ei mulier, Domine.* Vides quomodo statim ab humili cogitatu desistens, magnum ei honorem tribuat, dominum vocando? Neque enim in profundum verborum Christi venerat. Nam aliter quidem ille dicit, aliter autem illa intelligit verba de aqua. *Nam tu maior es patre nostro Iacob, &c.* Patrem suum facit Iacob, se intrudens in nobilitatem Iudaeam. Vide autem obsecro prudentiam mulieris, quomodo statim à varietate aquarum ratiocinatur & dantium varietatem. Dicit enim, Si talem aquam daturus es, omnino maior es patre Iacob, qui nobis dedit hanc aquam. Quod autem ipse ex eo bibit, laus est bonitatis a qua. tantum enim placuit fons ille patriarchae. Quod autem ipse biberit, & filij eius, & pecora eius, indicium est copiae aquarum. Non enim solum dulcis est aqua, & ita dulcis, vt & Iacob ex ea biberit: sed & larga, & sic larga, vt suffecerit multitudini pecorum patriarchae Iacob. Quum autem diceret mulier, *Nam tu maior es patre nostro:* Dominus quidem, manifeste non dicit, profecto maior sum, vt non videatur arrogans esse, qui nondum aliquid specimen suae virtutis exhibuisset: hoc tamen parat per ea, quae dicit. dicit enim; *tu bibis ex hac aqua, verum sitiet: qui autem ex mea bibit, non sitiet in aeternum.* Atque ita, si miraris Iacob, quid dedit aquam talem, multo magis admirari oportet eum, qui praebet longe meliorem aquam: quam enim ego do, fons fit aquae, in dieque magis, ac magis multiplicatur. Non enim quae parum accipiunt sancti à Deo, ita vsque ad finem seruant, sed femina quidem, & initia accipiunt boni per gratiam; insumunt autem & ipsae, ac crescere faciunt: id quod per parabolam talentorum significat dominus, & per hospitium. Etenim, qui acceperat duo talenta, lucratus est alia duo, sed sua praeparatione: & hospiti, qui susceperat vulneratum à latronibus, pollicetur dominus, quicquid praetera impederis de tuo, dabo tibi. Igitur & hoc loco coiectatur: equidè aquam do sitienti: illa autem, quam ego do, non manet tantum, sed etiam multiplicatur, ac fons efficitur. Dedit Paulus aquam breuem dominus, Ananiae instructiones: at breuem illum fontem doctrinarum Ananiae, Paulus fontem esse demonstrauit, ita vt à Hierusalem vsque ad Illyricum perueni-

rent illius fontis proflientes fluxus. Et mulier quomodo in his affecta est? Humiliter quidè adhuc se gerit, opinatur enim de sensibili aqua sermones haberi. profectum tamen quendam indicat. Nam primum quidem dubitabat, dicens, Vnde habes aquam viuente? Nunc autem sermonem non retrocedens suscipit, dicens, *Da mihi hanc aquam.* Videtur igitur haec esse prudentior Nicodemo. Nam ille quidem, quum multa audiuisset talia, dicebat: quomodo possunt haec fieri? Ista autem incipit contemnere etiam fontem Iacob. Nam dicit, si talem aquam habes, da mihi, vt non vltra veniam huc ad hauriendum. Vides quod praetulerit ipsi Iacob dominum. *Dicit ei Iesus, Vade, voca virum tuum, &c.* Vade, voca virum tuum. Quia videbat illam vrgentem ad recipiendum, & cogentem se ad dandum, dicit; *Vade, voca virum tuum:* quasi ostendat, quod etiam illum oporteat esse participem huius doni mei. Illa autem festinans, & vt recipiat, & vt se defendat, dicit; *Non habeo virum.* At dominus per prophetiam nunc reuelat suam virtutem, & priores eius viros numerat, & eum, qui nunc ignorabatur, arguit. Nunquid igitur illa aegre forebat, quum talia audiret? vel, relicto illo, fugiebat? Non, sed magis admirata est, & confortata, dicens; *Domine video quod propheta es tu.* Et de dogmatibus statim illum interrogat, non de corporalibus, vt de sanitate corporis, vel diuitiis, (ita sapientia auidam, & virtuti deditam habebat animam) sed dicens; *Patres nostri in monte illo adorauerunt,* quod dicit propter Abraham, & Iacob: etenim illuc tradunt Isaac in sacrificium adductum. *Et quomodo* (inquit) *vos dicitis, quod in Hierosolymis oportet adorare?* Vidisti quomodo sublimior fuerit. Nam quae paulò antè sollicita erat, ne siti vltra vexaretur, nunc de dogmatibus rogat. Idcirco & Christus, visa eius sapientia, hoc quidem eius dogma non soluit. Non enim erat factis sollicita, sed aliud quoddam magis dogma manifestat, id quod neque Nicodemo, neque Nathanaeli reuelauerat. *Venit enim,* inquit, *hora, quando neque in Hierosolymis neque in hoc loco adorabitur Deus.* Nam tu quidem, inquit, conaris ostendere res Samaritanorum digniores iis, quae apud Iudaeos aguntur: ego autem dico tibi, quod neque illa habent dignitatem, sed alius quispiam status erit illis dignior. Veruntamen & sic Iudaeos vobis Samaritanis digniores affirmo. *Vos enim,* inquit, *adoratis, quod nescitis: nos autem Iudaei, quod scimus.* Porro seipsum Iudaeis annumerat, eod quod iuxta opinionem mulieris loquitur. Illa enim suscipitur Iudaicum prophetam esse, & propterea dicit, *nos adoramus.* Quomodo autem nesciuerunt Samaritani, quod adorarent? Loco putabant colendi Deum: ideo, & quum misissent, quando à leonibus denorabantur (vt supra dictum est) & renunciaissent regi Assyriorum se à Deo loci non suscipi: ibi manserunt multo tempore, & coluerunt idola, & ipsam quoque verum Deum. Iudaei autem ab hoc errore liberi fuerunt, & sciuerunt esse vnum Deum omnium, tametsi non omnes. *Quia salus ex Iudaeis est.* Duplicem sensum hoc nobis dat. Vel enim, quod orbi ex Iudaeis bona prouenerint, scire enim Deum, & contemnere idola, inde exordium habuere, aliisque omnia sana dogmata: etiam ipsa adoratio, quae apud vos Samaritanos, tametsi non recta fuerit, à Iudaeis originem duxit. Vel salutem nominatum suum ad-

uentum, qui ex Iudæis fuit. Potest autem & dominus ipse dici salus, quia ex Iudæis fuit secundum carnem. *Sed venit hora, & nunc est &c.* Quauis nos Iudæi, quantum ad modum adorationis attinet, plus habeamus quam vos Samaritani; attamen & res Iudæorum nunc finem habituræ sunt. Non enim in solis locis mutatio erit, sed & modus colendi alterabitur; & hæc in foribus sunt, & nunc est hora. non enim sicut ea, quæ à prophetis dicta, in longum tempus differuntur. Veros autem adoratores dicit eos, qui secundum ipsius legem viuunt, qui hoc loco aliquo includunt Deum, sicut Samaritani: vel cultu colunt corporali, sicut Iudæi: sed *spiritu, & veritate*: hoc est, per animam, per puritatem mentis. Quia enim Deus spiritus est, hoc est incorporeus, oportet ipsum adorare incorporaliter, videlicet in anima. hoc enim significat, in spiritu. Etenim anima spiritus est incorporeus. Quoniam autem multi videntur adorare in anima, non tamen rectam habent scientiam, sicut hæretici: ideo addit, *& in veritate*. Oportet enim & mente adorare Deum, & sanam opinionem de ipso habere. Fortassis autem quispiam dicet, quod duæ partes nostræ philosophiæ hic insinuantur, praxis dico, & contemplatio per duo ista. Nam quum dicit, *in spiritu*, practice docetur. Quicquid enim spiritu Dei aguntur, opera corporis mortificant secundum diuinum apostolum: & iterum; Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem contra carnem. Et ita practice insinuat per hoc quod dicit, *in spiritu*. Per hoc autem quod dicitur, *in veritate*, contemplatiua. Porro hæc & Paulus dicit, Epulemur, inquit, in azymis sinceritatis, hoc est, puritatis vitæ, id quod est practice: & veritatis, id quod est contemplatiua. Contemplatio enim occupatur circa veritatem doctrinæ verbi. Vel aliter, Quoniam peculiare erat Samaritanis Deum loco includere, & dicere, quod in hoc loco oporteat adorare: apud Iudæos autem omnia in figura, & umbra fiebant: in spiritu adorare, opponitur adorationi Samaritanorum: vt dictum hunc sensum habeat, Vos quidam Samaritani localem quandam cultum offertis Deo, veri autem adoratores non locale offeret. In spiritu enim colit, hoc est, mente, & anima. Sed neq; sicut Iudæi in typo, & umbra adorabunt, sed in veritate: quia Iudaicorum morum, & obseruationum futurus est finis. Fortassis autem Iudaica secundum litteram intellecta, figura erat, & umbra. Quod dicitur, *in spiritu*, opponitur literæ. Non enim lex literæ à nobis obseruatur, sed lex spiritus. Nam litera quidem occidit, spiritus autem viuificat. Et quod dicitur, *in veritate*, opponitur umbræ, & figuræ. *Venit igitur, inquit, hora, immo nunc est, corporalis mei scilicet aduentus tempus, quando veri adoratores, neq; sicut Samaritani, vno loco adorabunt, sed omni loco secundum spiritum, & incorporaliter adorationem offerentes: sicut & Paulus dicit, Seruio in spiritu meo. Neque (sicut Iudæi) figuralem, & umbratilem futurorum ostensuum cultum adducunt, sed verum, & nihil umbratilem habentem. Tales enim querit adoratores Deus. Quoniam spiritus est, spirituales: & quia veritas est, veros. Dicit etiam, *Scio quod Messias venturus est, &c.* Vnde mulier sciebat venturum Messiam, qui dicitur Christus: & Mosaicis scripturis. Nam superius diximus, quod quinque libros Mosis Samaritani receperint. Quia igitur Mosaica receperant, ex*

Roma. 8.

Galat. 5.

1. Cor. 5.

3. Cor. 10.

2. Cor. 3.

Roma. 1.

lis cognouerunt prophetias de Christo, & quod filius sit Dei. Nam, quum dicitur; Faciamus hominem, tanquam ad filium dicta esse à patre, manifestum est. Et Abraham quoque in tabernaculo filius loquebatur, & Iacob de ipso prædicans dicebat; Non deficiet princeps de Iuda, donec veniat, cui repositum est. Et ipse Moyses quoque dicit, Prophetam suscitabit vobis dominus de fra tribus vestris: sicut me, illum audietis. Et multa alia de Christi aduentu prædicunt. Propterea dicit mulier, *Scio, quod venturus sit Messias*. At nunc se illi manifestat dominus, ita consequentia sermonis exigente. Sane, si statim ab initio dixisset, Ego sum Christus: neque mulieri persuasisset, & vilis fuisset onerosus quispiam, & arrogans: nunc paulatim illum ad hoc inducit, vt mentio fiat expectationis Christi. Ita iam se illi detegit. Cuius gratia Iudæis quidem continuo interrogantibus, Dic nobis, num tu es Christus? non reuelauit se ipsum: mulieri autem dicit; Illis quidem nihil dicit, eo quod non interrogabatur discendi gratia, sed calumniandi animo: huic autem, quia studiosa erat, manifeste se reuelat. Nam quod simplici mente, & cogitatione, discendique desiderio rogauerit, manifestum ex iis, quæ sequuntur. Nam, vt audiuit, non solum ipsa credidit, sed etiam alios ad fidem adduxit, semperque apparet & fidelis, & diligenter inquirens. Absoluto autem colloquio cum muliere, ac doctrina, tempestiue occurrerunt discipuli, & admirati sunt humilitate eius; quod, quum tam gloriosus esset, & apud omnes celebris, non dedignatus sit cum tam paupere, & Samaritana muliere tanta cum modestia sermonem habere. Admirantes autem, non audent rogare, de quo loquatur ei. adeo erant bene compositi, seruantes suam erga præceptorem reuerentiã. Quod si alicubi apparuerint sidenter loquentes, sicut Ioannes, quum recumberet super pectus, & quum accederent, & dicerent; Quis maior? & quum filij Zebedæi obsecrarent, vt vnus à dextris, & alter à sinistris sederent; illa inquirunt quasi de se attinentia, & tunc eis necessaria visa. Hoc autem loco, quia non vsque adeo ipsorum intererat querere, necessarium omnium omnino, propterea non vtuntur fiducia, eo quod non habeant tempus opportunum. *Reliquit ergo hydriam suam mulier, &c.* In tantum accensum est cor mulieris dictis dominicis, vt & aqua relinqueret. Sic igitur statim prætulit aquam Christi fonti Iacob, & sit Apostola ordinata à fide, quæ cor eius occupauerat, doceretque, & attrahit totam ciuitatem. *Venite, inquit, videte eum, qui mihi dixit omnia, quæcunque feci.* Profecto, quoniam accensa fuit anima diuino igni, ad nihil eorum, quæ in terra, respicit: non ad confusionem, non ad ignominiam, nec ad aliud quippiam. Ecce igitur & ista quamuis posset & aliter dicere: Venite, videte prophetam prophetantem: at non sic. Contemnit autem suam gloriam, & ad hoc solum spectat, vt prædicet veritatem. Non dicit autem, Hic est Christus; affirmatiue: sed, *nunquid hic est Christus?* volens etiam illos calculum addere, & facere sermonem creditu faciliorem. Etenim, si affirmasset hunc esse Christum, fortassis refugissent quidam sententiam pius, neq; tam diffamare credidissent. Intellexerunt autem quidam per quinque viros Samaritanæ, quinque libros Mosis, quos solos Samaritani recipiunt. Quem autem nunc habes, dicit, hoc est verbum meum, quod nunc

Gene. 1. 17. & 18. Gene. 48.

Deut. 18.

Matth. 26. Ioan. 13.

Ioan. 13.

Matth. 18. Matth. 20.

Genes. 9. Genes. 17.

Hebr. 1. Eccl. 6. 6.

Astrologia præteritum inlicitarie creditur, & est in errore.

à me accipis, non est vir tuus. Nôdum enim coniuncta fuisti, inquit Iesus, meæ doctrinæ. Dixerit autem quis Samaritanam gerere typum humanæ naturæ. Natura enim nostra olim quidam in monte habitabat, mète scilicet plena gratiæ diuinæ. Nã, priusquam peccaret Adam omnibus diuinis ornatus erat donis. Erat enim & propheta. Vnde & à somno expergefactus, prædixit de formatione mulieris, & habitudine viri erga illam: dicebatque, Hoc nunc os ex ossibus meis: propter hoc relinquet homo patrem suum, & matrem. Proinde tunc erat natura nostra in excelsò monte mentis. Sed vbi offendit eum, abducta est captiua, & sanctum quidem semen eius, omnem diuiniorem dico cogitationem, diabolus captiuam in Babylonem inde abduxit, hoc est, in confusionem huius mudi, & pro eis habitare fecit barbaricas cogitationes, hoc est, leones, qui bonas cogitationes, quæ habitabant in nobis, deuorabant, donec persuasum esset eis, vt reciperent diuina eloquia, nec tamen illa integre. Maltitia enim, quum semel in monte mentis nostræ habitare cæperit, suscipit quidem Mosis libros, nô autem integre bonum amplexatur, adhuc sub maledictio manet. Igitur iter faciens, hoc est, multas vias transiens, & modos pro salute nostrâ tractans, & interim minis maiorum, interim afflictionibus, interim beneficiis, interim honorum promissionibus, nostram vitam lucrari querit: & fatigatus quidem est talibus modis attentans nos corrigere: inuenit autem alium modum regendi, qui ei & placuit, vnde super illum sedit, & requieuit. Et quis ille? Fôsbaptismatis, in quo naturæ nostræ quasi Samaritanæ cuiquam benefecit. Fons autem iste baptismatis, fons Iacob merito dicitur, hoc est, supplantatoris. In fonte enim isto supplantamus diabolus, quia & dominus in illo contriuit caput draconis, quem dedit escã populis Æthiopum. Dracone autem isto non alij quidem pascuntur, & oblectantur, quam obtenebrati, & nigri anima, & diuinæ lucis non participes. Huic autem nostræ naturæ quinque viri coniuncti fuerunt, variæ scilicet leges à Deo datæ ei, nempe lex in paradiso, lex quæ tempore Noe, lex quæ data Abraham, lex quæ data Mosis, lex quæ data per prophetas. Nam & Noe post diluuium præceptum quoddam suscepit, & Abraham circumcisionem. Iis itaque quinque legibus coniuncta natura, & sextam accepit, quam tamen non habebat vt virum. nondum enim coniungebat sibi legem noui testamenti. Intellexerit autem quis per sextam legem, quam vt virum non habebat natura, legem idololatriæ. Hanc enim legem non habebat à Deo datam sibi coniugem, sed velut adulterum iungebat sibi. Ideo & propheta dicit; Et adulterabatur in ligno. Et iterum; Fornicati post omne lignum, propter scultiplia scilicet, & ligna, quæ colebant. Eo enim dementia peruenerat natura, vt & lignis pulchris propter pulchritudinem sacrificaret. Cyparissis videlicet, & Platanis, & similibus. Quando igitur sextum illum adulterum homines dilexerunt, & in idololatriam exciderunt, tunc dominus veniens liberauit nos ab ea. Ideo & dicit, quem nunc habes. Nam profecto tempore aduentus Iesu Christi, etiam Iudæorum sapientiores in Gentilium errorem inciderant. Et manifestauit hoc pharisæorum hæresis, quæ fato, & astrologiæ credebat. Est & Samaritana omnis

anima, quæ sensibus quinque imprudenter subiecta est, deinde periculofam doctrinam veluti sextum quendam adulterum suscipit, cui Iesus benefacit, vel per baptismum, vel per fontem lachrymarum. Nam & lachrymæ fons Iacob dicitur, mente supplantante malitiam: ex quo aquam & ipsa mens bibit, & cogitationes eius, quæ filij dicuntur, & pecora, ceu irracionales partes animæ, ira, & concupiscentia. Lachrymæ enim menti, & cogitationibus, & reliquis in refrigerium fiunt. *Interea rogabant eum discipuli dicentes, Rabbi, comede, &c.* Rogabant discipuli dominum, hoc est, obsecrabant vt comedere: non temeraria quadam mente, sed magna dilectione erga magistrum. Etenim videbant ipsum defatigatum ex itinere, & calore flagrante. Dominus autem sciens Samaritanam fere totam ciuitatem ad se euocaturam, & Samaritanos in se credituros, Ego, inquit, *cibum habeo comedendum*, hoc est, salutem hominum: quam tanto desiderio auebat, quanto nullus nostrum sensibilem cibum. Hunc autem cibum, quem habeo comedere, vos discipuli mei nescitis. Crassi enim quum vos adhuc sitis, & intelligere nequeatis, quæ obscurius à me dicuntur, nescitis quod cibum salutem hominum, nominem. Et aliter, Hic cibum nescitis ignoratis enim, quod Samaritani credituri sunt mihi, & saluabuntur. Quid igitur discipuli? Adhuc dubitabant, num quis attulisset ei, quod comedit. Nô autem propter solidam ipsorum reuerentiam erga illum, interrogare audent. Porro ille quamuis ipsi non interrogassent, reuelat obscurius dictum, & dicit; *Meus cibum est, quod facit voluntatem eius, qui me misit.* Voluntas enim Dei est salus hominum, & perficiam opus eius. Prophetæ quidem, & lex minime potuerunt perficere opus Dei. Imperfecti enim erant, vt pòte figuras & vmbra futurorum continentes, at dominus perfecit opus Dei, nostram dico salutem, & renouationem. Fortitan & per opus Dei intelligere potes hominem, quem solus filius Dei, ostensa natura nostra, nullis peccatis obnoxia, perfecit, hoc est, declarauit perfectum, & absolutum in omni bono opere per diuinam in carne vitam: & vsque ad finem vicit mudum. Et lex quoque Dei opus est, secundum quod digito Dei scripta: quam legem perfecit dominus. Finis enim legis, Christus; quoniam cessare fecit omnia, quæ in lege fiebant, & à corporali cultu ad spirituale eam transtulit. Cæterum dominus sæpe loquitur obscurius, vt attentiores faciat auditores, & excitet eos ad interrogandum, & discendum, quod obscure dicebatur. Cibum autem nominans hominum salutem, docet discipulos, vt ipsi quum ordinati sint magistri orbis, minoris faciant corporalem cibum, omneque desiderium suum eo transferant, vt saluent homines. Obserua autem, quod & dominus ipse accipiebat cibos à quibusdam propositos. Dicunt enim discipuli; Num quis attulit ei vt comedit? non quasi opus habens aliorum ministerio (quomodo enim aliorum indigeret ministerio, qui dat escam omni carni?) sed vt afferentes mercedem habeant; & assuescant simul & ipsi alios pascere. Et interim dat exemplum omnibus hominibus, vt non erubescamus paupertatem, neque graue putemus, sed ab aliis pascamur, præferim ij, qui docemus: & maxime necessariu est alios habere ciborum curatores, vt ipsi non diuulli curis, ministerio verbi vacemus. propterea & disci

Deut. 9.

Roma. 10.

Psal. 135.

& discipulis imperavit, ut à discipulis pascantur. *Nōne vos dicitis: adhuc quatuor menses sunt, &c.* Incipit nunc manifestius reuelare discipulis ea, quæ prius obscurius dixerat. Nam vos quidem, inquit, dicitis, hoc est putatis, quod messis sensibilis illa quatuor mensibus futura sit: ego autem dico vobis, quod adierit spiritalis messis. Hæc autem dicebat propter Samaritanos, qui iam veniebant ad ipsum. Attollite igitur oculos vestros, vel spirituales, vel sensibiles: & spectate multitudinem Samaritanorum, & animas ipsorum ad fidem alacres, & promptas, quæ quasi regiones albæ opus habet messoribus. Nam, sicut aristæ, quum fuerint albæ, paratæ sunt ad messem, ita & hæc ad salutem sunt præparatæ. *Et metens mercedem accipit, & colligit fructum in vitam æternam, ut seminans simul gaudeat, & metens, quod hūc sensum habet, Prophetæ seminauerunt, sed nō messuerunt, neque propterea priuati sunt voluptate, quamuis nobiscum non metant.* Id quod in sensibilibus messibus non est. Illic enim sic euenerit quod alius seminat, & alius metit, triuitia est non metenti. In spiritualibus autem non sic est. Sed & prophetæ antea prædicauerunt, & præmolluerunt hominum mentes: unde vobiscum gaudent, qui homines ad salutem capitis. *Ego autem misi vos ut metatis, quod vos non elaborastis.* propterea dicit dominus, ut mittendi discipuli ad prædicationem, non turbentur quasi ad rem difficilem: nam, quod onerosum erat prophetæ susceperant: vos autem in præparata mittimini. At sermonem verum dicit, prouerbiū vulgo iactatum: *Auus est qui seminat, & alius qui metit.* Obserua autem quomodo omnia auctoritatem, & dominium indicent. *Ego misi vos ad metendum.* Audiant maiestati Marcionitæ, & Manichæi, & similes, qui vetus testamentum à nouo abalienant. nam & hoc loco redarguntur. Etenim, si alienum fuisset vetus, quomodo Apostoli messuissent ea, quæ à prophetis sunt seminata? Unde, quia Apostoli messuerunt ea, quæ in veteri, non alienū est ipsum à nouo testamento: sed vtraque vnum sunt. Audiant & Ariani, quomodo tanquam dominus, & potestatem habens mittat discipulos. Mittit autem, ut de terrenis metant, & excēct eos, qui terrenis affixi erant, tã Gētilēs, quàm Iudæos: inueniantque illos in arē, Ecclesiam dico, in qua conculentur à bobus, hoc est, doctoribus: & iaceant sub illis, ac triturētur, quū omnes paleas, & ignis fomitem, & quicquid carneum est, abiecerint, & facti pura grana in cælesti penu reponantur, & deinde cibus fiat Dei, qui gaudet in salute eorum. Ita Paulus messuit, à terra refecans, & docēs nos, quod municipatus noster in cælis sit. Cauillantur autem quidam hoc dicto lepidè senes, videri regiones, quod albæ sint ad messem, propter canos scilicet, & messem mortis. *Ex ciuitate autem illa multi Samaritanorū, &c.* Propter sermonem mulieris multi Samaritani credunt, utpote prudenter apud se iudicantes, quod vitam suam mulier non vulgasset ad hoc, ut gratificaretur alteri, nisi verè magnus quis esset, & super multos, qui ab illa prædicabatur. Ideo & fidem operibus cōmonstrantes, obsecrabant illum valde, ut apud se maneat. Manere enim hoc significat, perpetuum domicilium apud illos habere. Verū ille in hoc non obtemperat, sed ad duos tantum dies manet: unde & multo plures crediderunt propter doctrinam eius. Tametsi Euangelista non enarrat particula-

tim mirabilia doctrinæ eius verba: euentu tamen docet, ut intelligamus virtutem diuinam illius doctrinæ. Nam & multa alia transeunt Euangelistæ, eò quod non ad ostentationem, sed ad veritatem declarandam scribunt. Itaque, quum dominus esset apud Samaritanos, verisimile est eum diuiniora quædam docuisse: unde, nullo viso signo, credunt, & obsecrant ut maneat. Iudæi autem, quamuis plurimis sermonibus, & signis fuerint, adhuc persequebantur. Profecto inimici hominis, domestici eius. Vide item quomodo breui multitudo præcellat eam, à qua docta fuerat, non enim prophetam vocant, neque saluatorem Israel, sed mundi: & cum articulo, hic est saluator ille, qui proprie & verè saluauit omnes. Venerunt enim multi, ut saluarent, & lex, & prophete, & angelus: sed hic est ille verus saluator.

INCERTI CUIVS DAM

sub nomine Eusebij Emisseni eiusdem Euangelij expositio.

HOc enim est illud prædium, de quo Iacob filium suum Ioseph benedicens ait: Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quæ tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo. Ibi autem erat fons Iacob. Si enim Iacob erat ille fons, bonam aquam habebat: dum scriptum sit. In ecclesiis benedicite Deo domino de fontibus Israel. Fons iste, profunda patriarcharum fides, & doctrina esse videtur. Unde non solum fons, sed & puteus vocatur. Fons quidem, propter viuam aquam: puteus verò, propter profunditatem. Valde enim profunda eis legis & prophetarum scientia. *Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic super puteum: hora erat quasi sexta.* Fatigatur enim Iesus, sed secundum carnem. Nisi enim fatigaretur, nisi esuriret, & sitiret, homo esse non crederetur. Sic igitur idē fatigatus, sedebat super puteum. Qui ergo sunt fatigati, & requiescere volunt, veniant ad puteum, veniant ad scripturas prophetarum: ibi inuenient Iesum, ibi eum dicentem audient, Venite ad me, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Ideo enim Iesus super puteum fatigatus quieuit, ut nobis ubi quietē queramus, ostenderet, *erat autem hora quasi sexta,* quia ætas seculi sexta. Prima enim ætas ab Adam vsque ad Noë: secunda vsque ad Abraham: tertia vsque ad Dauid: quarta vsque ad transmigrationem Babylonis: quinta vsque ad Christum: sexta vsque ad finem seculi. *Venit mulier de Samaria haurire aquas.* Hæc enim mulier tota illa plebs Israelitica mihi esse videtur: quæ ad puteum Iacob, ad fontes Israel, ad scripturas patriarcharum, & prophetarum quotidie venit: sed quia virum non habet, bibendo satiari nō potest. Hæc autem in sequentibus exponitur. *Dicit ei Iesus, Da mihi bibere.* Sicit Iesus, sicut fons vitæ, de quo scriptum est, quoniam apud te est fons vitæ. Sed si fons viuus est, quomodo sitire potest? Non aquam, sed fidem nostram sicut Iesus. Unde in sequentibus ait, *Meus cibus est, ut faciam voluntatem patris mei qui in cælis est.* Patris autem voluntas erat, ut populum saluaret & ad fidem conuerteret. Hoc igitur erat, quod sitiebat Iesus: *Non enim contantur Iudæi Samaritanis.* Quamuis enim Samaritani Israelitæ erant, tamen sequuti Hieroboam, qui eos idola colere

colere docuit, in tantum à lege erant alienati, ut quasi Gentiles à Iudæis haberentur. *Respondens autem Iesus dixit ei: Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam.* Si me (inquit) cognosceres, & sancto spiritu illuminata esses (donum namque Dei, est spiritus sanctus) forsitan petisses à me, sicut ego modò peto à te, & dedissem tibi aquam viuam, & aquam indeficientem, aquam in vitam æternam sufficientem, *Dicit ei mulier: Domine, neque in quo haurias habes, &c.* Tu mihi (inquit) aquam viuam promittis: viuam autem hæc aqua est, sed neque hauritorium habes, neque vas, neque funem te habere conspicio, insuper & puteus altus est, ad cuius profunditatem manibus attingere non vales. Unde ergo tibi aqua viuam? aut si mihi aliam promittis, ad cuius comparisonem hanc aquam non viuam sed mortuam intelligas, quare pater noster Iacob eam nobis non dedit? nunquid tu maior illo es? Hoc autem illa mulier dicebat, quia nōdum Christi verba intelligebat. *Sed aqua, quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Paulatim separat eam dominus à suo intellectu, ut ad meliorem intelligentiam eam trahat. Hæc autem aqua illa est, de qua alibi ait, *Qui sitit, veniat, & bibat, & de ventre eius fluent aquæ viuæ.* Quod quid significet, mox euangelista exposuit, dicens, Hoc autem dicebat de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. *Dicit ad eum mulier, Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire.* Separata iam mulier aliquantulum à priori intelligentia, non illius putei aquam intelligit: aliam aquam petit, qua semper abundans, amplius eam illuc venire non sit necesse. Sed quia iste quoque intellectus carnalis est, ad alium intellectum eam Dominus inuitat, dicens, *Vade, voca virum tuum, & veni huc.* Voca (inquit) virum tuum, adhibe intellectum tuum, & veni huc, esto præsens, noli iam per diuersa fluctuare. Vir enim animæ, intellectus est, quo & regitur, & gubernatur. *Respondit mulier, & dixit, Non habeo virum, Dicit ei Iesus, Bene dixisti quia non habeo virum: quinque enim viros habuisti, & nunc quem habes non est tuus vir: hoc verè dixisti.* Quamuis enim aliud ista significant, credendum tamen est hanc fecinam quinque viros habuisse: nunc autem alicui in fornicationem consensisse. Quod vtrique dominum nō latebat. Spiritualiter autem quinque viri, quinque sunt libri Moyfi, quibus plebs illa Israelitica (quæ per hanc mulierem significatur) ad tempus coniuncta, quasi vxor à maritis regebat, docebatur, & gubernabatur. A quibus tanto tempore diuisa erat, quanto tempore Dei sui oblita, eis inobediens erat. Sæpe enim alios amatores sequuta, & cum idolis fornicata, hos viros legitimos fugiens, errori consensit. Hic igitur est de quo hîc dicitur, *Et quem habes, non est tuus vir.* Error est, non maritus: deceptor est, non amator. *Dicit ei mulier, Domine, ut video, propheta es tu.* Hoc enim mulier non dixisset, nisi virum suum vocasset. Iam igitur error fugit, iam fornicator abscedit. *Sequitur: Patres nostri hoc in monte adorauerunt, &c.* Video, inquit, quia propheta es tu: responde igitur mihi quod interrogo & discere concupisco: quid est hoc quod vos Iudæi dicitis, quia Hierosolymis est locus ubi adorare oportet, cum certū sit quod patres nostri in monte hoc adorauerunt? *Dicit ei*

Iesus, Mulier, crede mihi, quia venit hora, &c. Veniet igitur, inquit, hora, & nunc est, quando veri, & spirituales adoratores, non in monte, vel in ciuitate, sed in spiritu, & veritate Deum adorabunt. Quamuis enim alicubi eos orare oporteat, non tamen ad montem, vel ad ciuitatem, sed potius ad cor respicit Deus. Nec montem altiorem, nec ciuitatem nobiliorem attendit, sed cor cōtritum, & humiliatum Deus non spernit. Intra igitur in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrem tuū. Ora non labiis tantum, sed spiritu & veritate. Solum autem Iudæi, soli confessores, soli legis obsecutores adorant quod sciunt: ceteri verò adorant quod nesciunt. Quare? quia salus ex Iudæis est. Ex quibus Iudæis? Audi apostolum: Nō enim qui in manifesto Iudæi, neque in manifesto quæ in carne circumcisio: sed qui in abscondito Iudæus, & circumcisio cordis in spiritu, non litera. Nos sumus igitur illi Iudæi, non Christiani, nos membra Christi: pro quibus omnibus caput nostrum modò dicit, *Vos adoratis, quod nescitis, nos adoramus quod scimus.* Sequitur: *Nam & pater tales querit, qui adorent eum: subauditur, in spiritu & veritate.* Si enim corporeus & localis esset, in monte, vel in ciuitate querendus esset: sed quia spiritus est, in spiritu adorandus est. *Dicit ei mulier, Scio quod Messias veniet, qui dicitur Christus, cum ergo venerit, ille nobis annuntiabit omnia.* Ac si diceret, Obscurè loqueris, & ea quæ dicis, non intelligo: scio tamen, quia Messias veniet, qui dicitur Christus: ille, cū venerit, omnia nobis annuntiabit, ille & tua, & aliorum prophetarum obscura mysteria nobis reuelabit. *Dicit ei Iesus, Ego sum, qui loquor tecum.* Et continuo venerunt discipuli eius, & mirabantur quia cum muliere loquebatur. Quare mirabantur? quia hoc fortasse in vñ non habebat. *Nemo tamen dixit, Quid queris? aut, quid loqueris cum ea?* nullam suspensionem habentes in eo de ea. Illis autem venientibus, sicut mulier, multum fortasse (nisi illi venissent) adhuc loquutura. Reliquit ergo hydriam suam, reliquit prauam intelligentiam, suam, cum qua de fontibus Israel carnaliter, & non spiritualiter bibere solebat. Abiit in ciuitatem: abiit ad Ecclesiam gentium, iuit in vniuersum mandum prædicare Euangelium omni creaturæ. *Et dicit illi hominibus, Venite & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque feci. Nunquid ipse est Christus? Exierunt ergo de ciuitate, & veniebant ad eum: significantes eos, qui relicta Gentilitate, vsque hodie conuertuntur ad eum. Interea rogabant eum discipuli, dicentes, Rabbi madduca, &c.* Ecce, discipuli non intelligunt de quo cibo dominus loquatur: sicut & mulier superius non intelligebat aquam, de qua ei dominus loquebatur. *Dicit ei Iesus, Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius qui misit me, ut perficiam opus eius.* Hoc cibo delector, hoc reficior: quem (quia adhuc carnales estis) nondum ad plenum intelligitis. *Nōne vos dicitis, quia adhuc quatuor menses sunt, &c.* Videns enim Iesus totam ciuitatem illam ad se confluentem, & iam ad credendum maturam, & paratam, sub messionis figura de ea loquitur. Discipulos ad videndum inuitat, & oculos eos leuare præcepit, ut verbi Dei falcem arripentes, metere incipiant, dum messes iam albas ad colligendum vident esse idoneas. Et ne labor ipse grauis, & asper esse videatur, operis mercedem eis promittit, dicens, *Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam, ut & qui seminat simul gaudeat,*

gaudeat, & qui metit. Seminatores enim prophetæ fuerunt, qui fidei, & doctrinæ semina primi in illo populo seminarunt. Messores verò, Apostoli: qui populos iam pene instructos, & credulos in Ecclesiæ aream collegerunt: pro quibus nimirum fructum suscipiet, vitam æternam, quatenus seminatores, & messores, simul gaudeant, simulque æterna beatitudine perfruantur. *In hoc enim est verbum verum, quia alius est qui seminat, &c.* Nisi enim prophetæ seminassent, & Christi aduentum & cætera, quæ de eo scripta sunt prænuñtassent, tantam fidelium messem in illo populo Apostoli non collegissent. *Et in hoc est verbum verum, quia alius est qui seminat, & alius est qui metet.* In hoc enim euāgelij verbum verum, & indubitabile esse probatur, quia hoc quod Apostoli affirmant, prophetæ prædixerunt: quod isti dicunt factum, illi dixerunt esse futurum. Vnde non tantum sua, quantum prophetarum testimonia confirmantes, non sua, sed aliorum semina metunt. Credant igitur prophetis, quia Apostolis credere nolunt, & in ore tantorum testium stet omne verbum. Ne mo illud verbum verum esse dubitet, quod vtriusque testamenti testimonio roboratur. *Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum, ut ibi manserit: & mansit ibi duos dies.* Rogemus igitur eum & nos, ut & nobiscum maneat duos dies: duos dies dixi, quatenus duo præcepta charitatis, duorumque testamentorum fidem nos & amare, & tenere doceat. Hæc enim sufficiunt nobis ad illuminationem, sufficiunt & ad vitæ plenitudinem, quia charitas nunquam excidit, charitas finem non habet. Magni igitur dies isti, qui finem non habent. Sequitur: *Et multo plures crediderunt in eum propter sermonem eius, quam propter sermonem mulieris.* Instabat mulier & prædicabat, & verbum per quem omnia facta sunt, prout poterat, verbis adiuuabat. Dicebant igitur ei, iam despicientes audire eam, *Quia iam non propter tuam loquelam credimus: nõ tua prædicatione indigemus. Ipsi enim audiuimus, & scimus, quia hoc est verum saluator mundi.* Sciebat enim dominus Iesus quales isti erant, quando eos messes maturas vocabat, dicens, Videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem. Hoc enim testimonium eis non dedisset, nisi eos ad audiendum, & credendum voluntarios præuidisset.

EVTHYMI ZIGABONI

Superioris Evangelium
expositio.

Iuxta præsum, quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Prædium illud erat, quod extra fontem dedit Iacob Ioseph, & dicebatur Sikima. *Erat autem ibi fons Iacob.* Puteum vocat fontem, quia è subterraneo loco manabat: dicebatur autem ipsius Iacob, eo quod ipsum fodisset. *Iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic, &c.* Fatigatus iuxta humanitatis proprietatem. Quum enim pedes incederet, adeo vehementer ambulabat, ut etiam fatigaretur. Quid est autem, quod additur, *sedebat sic?* Simpliciter videlicet, prout sese locum offerebat: vel, humi. Demonstrat siquidem sermo, quod omni fastu careret. Sedebat autem corpus refocillans, & iuxta fontem recreans: erat enim meridies quando sol vehementius humana attingit corpora. Simul etiam discipulos expectabat, qui abierant ut cibos eme-

rent. Vide autem euāgelistæ diligentiam: neque enim dixit, Hora erat sexta, sed, *sermo sexta*, instruens nos, ne etiam minima paruipendamus, sed in iis, quæ sese offerunt veritatem sectemur. Si quidem ne affirmando erraret, dictionem corripuit, & coniecturaliter loquutus est. *Venit mulier à Samaria, ut aquam hauriret.* Inde enim hauriebant aquam, ac bibebant, qui dictam ciuitatem inhabitabant, eo quod pauci iuxta locum essent putei. *Da mihi ut bibam.* Quemadmodum in ficu, quæ exaruit, ficus requirebat non propter esuriam, sed dispensatorie agens, vt, accepta occasione ad miraculum perueniret: ita & nunc de fonte, aquam postulat non sitis causa, sed dispensatorie, quoniam nactus occasionem cum muliere colloqueretur: præciebat enim ipsam credituram, multorumque fidei causam futuram: idcirco exorta colloquutione, aquam reliquit. *Discipuli autem eius abierant in ciuitatem, ut cibos emerent.* Si quidem viaticum non contulerant, edocti ventrem despicerent, nec anxius ipsius gerere obsequium, sed tunc solum ipsius habere curam, quum ad hoc natura cogere. Cur autem tunc miraculum operatus non est circa cibos discipulorum? Quia, si omnia tãquam Deus mirabiliter operatus fuisset, nequaquam homo esse creditus fuisset: quemadmodum ediuerso, si omnia tanquam homo fecisset, Deum esse nullo modo credidissent. Ideo quandoque vt homo operatur, ostendens, quod homo sit: interdum vero quasi Deus mirabilia operatur. Solus autem sedebat circa fontem, ex hoc etiam ostendens, quàm à fastu alienus. *Non enim commercium habent Iudei cum Samaritanis.* Non commercium habent siue non communicant, ipsos a dominantibus, tanquam solum in parte Iudaizantes. Sed vnde Iudæum esse cognouit? Ab habitu, aut etiam à loquela, Nam Christus quidem tanquam non vulgariter Iudæus, sed etiam Deus, contempta huiusmodi obseruantia, captabat non Samaritanorum tantum familiaritatem, sed & cunctarum vbique gentium. Samaritana vero existimans eum peccare, corripientis more ad memoriam reducit obseruationem. *Si scires donum Dei, &c.* Hinc plane manifestum est, quod sitim simulauerit, vt ad se errantem attraheret, ac loquutionis reti venaretur. Sitiebat certe, sed errantium conuersionem, quam etiam in processu suum vocat cibum, dicens; Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me: nunc vero ait; *Si scires donum Dei, si cognosceres, quidnam sit, quod donat Deus.* Dicebat autem hoc de ipso, paulatim se illi manifestans, vt quæ tali doctrina digna esset, eo quod ad conuersionem apta esset. Aquam viam autem, appellauit doctrinæ suæ fluueta: aquam quidem, quia in modum aquæ sordes abluit, flammæque affectionum extinguit, & incredulitatis siccitatem: ac infirmitatem curat. Viam vero quasi perennem sempërque motam. Aquæ enim vita fluere est ac moueri. Dicit autem Chrysostomus aquam viam, diuini spiritus gratiam: si quidem variis modis hunc ait appellari, iuxta diuersas ipsius operationes, nunc aquam, nunc ignem: aquam quidem, quia, sicut aqua de celo descendens nutrit, ac viuificat, quumque vnus sit speciei, vario modo operatur: dealbans in lilio, denigrans in narcisso, rubricans in tosa, pupurificans in viola, dulcorans in ficu, amaricans in abfinthio: ita diuinus quoque spiritus de celo descendens

scendens, nutrit, ac viuificat animam: quumque vnus sit, variis operationibus gratiam diuidit, ac virtutem. Ignis quoque dicitur: quia, sicut ignis, quum vnus sit speciei, varios habet effectus, calefaciens, inflamman, illuminans, & purificans: ita sane & diuinus spiritus. *Domine, neque in quo baurias habes, &c.* Quum id, quod dictum erat, non posset intelligere, suspicabatur, quod aquam viam diceret, haustum ab eodè puteo, qui aquam emittebat, ac scaturire faciebat: & opinabatur dictum esse verbum illud, quasi posset ipse citius haurire, eo quod fortior esset, magisque idoneus. Interim autem dominum vocat eum, putans magnum aliquem esse. Audierat nanque dicentem; Si scires, quis sit, qui dicit tibi; Da mihi ut bibam, &c. ideo statim tali ipsum honorat appellatione, & cum omni mansuetudine reliqua proloquitur. *Num tu maior es patre nostro Iacob, &c.* Samaritani etiam quum iã Samariam in patriam possiderent, Iacob quoque patrem suum appellabāt, tanquam iam olim possessorem, ac patrem huius ipsorum patriæ: & hinc sese intrudebant in generosam Iudæorum generationem. Quidam autem dicunt hanc mulierem, aliisque plurimos Samaritanos incolentium à Iacob descendisse: olim autem progenitoribus captis, ac Babyloniā in seruitutem ductis, hos Samaritanos comixtos & cum eis versatos, longo tempore, variisque calamitatibus ad eorum mores transfinitos. Aut vocabant patrem Iacob, eo quod & hic à Chaldæis genus traxerat. Dicit ergo nunc Samaritana, Quod si de hac non loquetis aqua: num tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum hunc tam celebrem, vt meliorem possis dare aquam? Quod autem additur; *Et ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius,* ad ipsius putei laudem dictum est. Nam, si meliorem alium habuisset, nequam cum tota familia ex hoc bibisset. Reliquum est igitur, vt, si possis dare meliorem, maior sis Iacob. Hæc itaque Samaritana de Iacob cum eo loqui persequeretur, optans, quod quæreret, inuenire: Iudæi vero etiam lapidare eum têtabant, dum Abraham faceret mentionem. Quomodo ergo æquum esset, vt huiusmodi repelleret mulierem studiosam, discendi avidam, ac inuari cupientem. *Omnia, qui bibit ex hac aqua, sitiet iterum.* Sicut aqua. *Quisquis autem biberit ex aqua, quam ego dabo, &c.* Nequaquam sitiet vnquam incredulitatis siti. *Sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aqua.* Per fontem significauit perpetuitatem, ac integritatem huiusmodi aquæ. *Saluentis in vitam æternam.* Scaturientis ad vitam æternam, eo quod vitam præbeat æternam. Vide autem, quod, quum mulier dixisset; Num tu maior es patre nostro Iacob; non dixit; Vtique maior sum: videretur enim se ipsum iactare: sed ab iis, quæ dixit, hoc intulit. Nam differentia aquarum, differentiam infert præbentium illas, quum naturaliter aqua illa consumatur, hæc autem perpetuo maneat. *Domine, da mihi hanc aquam, &c.* Paularim ad dogmatum celsitudinem prouehitur. Ab aquæ enim, quam tribuit præstantia, hunc esse maiorem Iacob credit, quodque excellèntioris naturæ aquam tribuat, intelligit: nondum autem perfecte cognoscit; aut quis sit, qui hanc donet, aut quid illa sit aqua, percipit: suspicatur tamen id, quod datur, tale quippiam esse, quod sitim hanc sensibile perueniat. Non est ergo leuis hæc mulier: neque

enim vtriusque suscepit ea, quæ dicebatur, sed post longam interrogationem: neque rursus inculda, ac contentiosa. Nam, quum maiorem eum inuenisset quàm Iacob, nõ permansit in præsumpta opinione. Atqui Iudæis dixit Christus; Qui venit ad me, non esuriat: & qui credit in me, non sitiet in æternum: illi autem non solum non crediderunt, sed offendiculum ex eo passi sunt. *Abi voca virum tuum, & veni huc.* Quum instaret, & apprehendere vellet, ait; *Abi voca virum tuum, & veni huc,* simulans, quod etiam illum cum ea communicare oporteret in dono. Atqui nouerat eam virum legitimum nõ habere, utpote omnia sciens: id tamen volebat ipsam dicere, vt, apprehensa occasione, quæ circa eam acciderant, prophetaret, ipsamque corrigeret. Vult enim vaticiniorum, ac miraculorum occasiones ab iis, quæ contingunt, accipere: vt & vanæ gloriæ suspicionem deuiter, & eos sibi familiares reddat. Si quidem alio modo dicere; Frequenter nupta fuisti, & nunc viro iuncta es illegitimo, intempestiuum videbatur, atque superfluum: accepta verò ab ea causa, tempestiuum erat, atque consequens. *Non habeo virum.* Putans simpliciter cum homine loqui, occultata rei turpitudine, fallere eum conabatur. *Bene dixisti, Non habeo virum.* Quinque enim viros habuisti, &c. Accepta, vt dictum est, occasione prophetæ, eamque arguit, adamussim omnino manifestos, ac legitimos eius viros enumerans, & eum, qui nunc occultus erat, ac illegitimus manifestans. Nam quinque viros palam, & successiue habuerat, siquid hoc permittum erat: quinto autem mortuo, nullus eam manifeste in vxorem accipere voluit: ipsa verò non ferens concupiscentiam, sibi occulte coniunctum habebat. Quinque ergo viri fuerant ipsius, quia manifeste coniuncti: is autem, cui nunc commiscebatur, suus non erat, eo quod occultus esset. *Domine, video quid propheta es tu.* Non indigne tulit, quod manifeste argueretur, neque pro iniuria duxit increpationem, sed admirata perfectam eius cognitionem, verè prophetam eum esse deprehendit: Video, inquit, siue intelligo. Et exinde nihil mundanum, aut temporale eum interrogat, sed statim de dogmatibus. Ait enim; *Patres nostri in monte hoc adorauerunt, &c.* Patres dixit Abraham, & Isaac: Verus siquidem historia tradit, Abraham in illo monte obrulisse Isaac Deo in holocaustum? Aut patres dixit Iacob, & filios eius. Nam Iacob ibi constituit altare, & adorauit Deum: Mulier itaque questionem proposuit putans Samaritanorum dogma melius esse quàm Iudæorum, & honoratiorem locum esse montis illius, quàm Ierosolyma. Christus verò primum eleuat vtriusque loci dignitatem, eo quod breui futurum esset, vt cultus diuinus in vtroque cessaret: deinde Iudæos præponit, & postmodum diuini cultus dogma manifestat. *Mulier, crede mihi, veni tempus quando neque in monte hoc, &c.* Ex hoc prædicat dissolutionem Samaritici simul, & Iudæi cultus, quàm passi sunt, exterminati post Christi passionem à Romanis. *Vos adoratis, quod nescitis; nos adoramus, quod scimus.* Quanquam enim eundem Deum colebant Samaritani, & Iudæi: tamen Samaritani ignorabant, quod omnium genitum esset dominus: opinabantur siquidem, quod solis Samaritanis, atque Iudæis dominaretur: Iudæi verò cognoscebant, quod omnium gentium esset dominus. *Bibl. Hom. tom. 2. D d nipo*

niptens. Ideo dixit ad illam; Vos adoratis, quod nescitis, hoc est, cuius potestatem non cognoscitis: & seipsum Iudæis connumeravit, dicens; Nos adoramus, quod scimus, quia & ex Iudæis erat progenitus, & Samaritanæ Iudæus videbatur. Deinde etiam inducit quod maius est; Quia salus ex Iudæis est. Samaritanorum salus ex Iudæis est: nam ab illis didicerunt Deum cognoscere, & idola respicere. Aut alio modo; Salus mundi ex Iudæis est, quum ab eis Christus sit incarnatus. Sed venit tempus & nunc est, &c. Vbi Iudæos Samaritanis præposuisset, rursus nunc Iudæis præponit Christianos; vt suspicione careat prælatio, & non appareat Iudæis gratificari tanquam Iudæus. Vbi autem dixit; Venit tempus: ne putaret illud differendum, subiūxit; Et nunc est: siue iam imminet, instat. Veros itē adoratores dicit eos, qui in se credunt, qui de ecclesia sunt, tanquam vere colentes, & non in vmbri seruitutes, sicut Iudæi, & Samaritani: nam omnis horum seruitus vmbra erat, & figura veritatis. Veri ergo adoratores adorabant patrem non in corpore, sed, in spiritu, hoc est non per corporales victimas, sed per spirituales nec in vmbri, & figuris, sed in veritate: nec cultum loco circumscribentes, veluti Iudæi, & Samaritani, sed in omni loco dominationis eius benedicentes dominum. De solo autem patre facit nunc mentionem propter mulieris imbecillitatem: neque enim repentinum dogma proponere ei oportebat. Nam & pater tales querit, qui ipsum adorant. Puta non figuratiuos, sed veros, non corporaliter, sed spiritualiter immolantes. Dicens autem. Querit, ostēdit, quod legalis immolatio displiceret, & sane olim condescendendo statuerat illam & vsque ad id tempus sustinuerat, propter Hebræorum imbecillitatem, & crassitudinem. Spiritus est Deus, &c. Spiritus, hoc est, incorporeus: ideo etiam colentes eū, spiritualiter colere oportet, non in vmbra, sed in veritate: hæc enim conueniēs est, ac Deum decet. Spiritus autem cultus, siue latria est animi modestia, Sacrificium, inquit, Deo spiritus contritus: & oratio, Sacrificium, ait, Deo sacrificium laudis: Et vt vno verbo dicam omnis virtus spiritualis; Tunc acceptabis, inquit, sacrificium iustitiæ: vbi dicitio iustitiæ, pro omni virtute accipitur, per quam homo iustus efficitur. Scio quod Messias venturus sit qui dicitur, &c. Inhiabat ad eorum, quæ dicta sunt, sublimitatem, sed modo desperat posse de illis audire. Sed vnde Samaritanis expectatio aduentus Christi? A Moisaicis scripturis; Scripsit enim Moses, Prohetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris: tāquam me illum audieris. Ego sum, qui loquor tecum. Iudæis instantibus, ac dicentibus; Quoad usque animam nostram suspensam, tenes, dic nobis, an tu sis Christus, non respondit hoc manifeste: huic autem protinus seipsum manifestavit: nam hæc æquior illis erat. Siquidem ipsi non vt crederent discere quærebant, sed vt reprehenderent: ipsa vero statim, postquam didicit, credidit. Et in hoc venerunt discipuli eius. In hoc, id est, his, dicitur; Ac mirabantur, quod cum muliere loqueretur. Quod quum talis esset, cum vili muliere disputaret, Nemo tamen dixit, Quid queris, &c. Tacuerunt honorem ipsi deferentes: siquidem instructi erant, ne omnia magistri facta curiose inquirerent: simul etiam sciebant, quod spiritualibus illius vulneribus pharmacum apponeret. Reliquit ergo hydriam suam mulier, abiit, in

Psal. 102.

Psal. 49. Psal. 50.

Deut. 18.

Infra 10.

ciuitatem, &c. Venerat ad sensibilem fontem, & inuenit intellectualem: atque accensa est igne spiritualium vndarum, adeo vt & hydriam relinqueret, & necessitatem propter quam accesserat, curreretque in ciuitatem, ac populum omnem ad Iesum attraheret: docens nos, quum spiritualia nocti fuerimus, temporalia cūcta despiciere. Et videte mulieris sapientiam. Non dixit; Venite, videte Christum, quum tamen crederet esse Christum: ne de huiusmodi re à seipsa iudicare videretur, maximum enim videbatur cognoscere eum, qui expectabatur, sed alios vocat iudices. Vtque illos magis attrahat, offert eis veluti quandam escam suorum videlicet peccatorū detectionem. Sciebat enim, quod si sermones illius vel solum gustarent, protinus ipsi irretirentur. Num hic est Christus? hoc est, Num fortassis hic est? Nam hæsitando loquitur tanquam addubitans vt ab illis detur sententia. Interea rogabant eū discipuli eius dicentes, Rabbi, comede. Videtes eum ab itinere defessum, & ab imminente solari ardore, rogabant eum. Nam hoc in loco ἰσῶραυ idē significat, quod deprecabantur: id autē vehementis est amoris non temeritatis. Ego cibum habeo vt comedam, quem vos nescitis, &c. Ipse quidem cibum dicebat hominum salutem: discipuli verò de cibo sensibili intelligētes, hæsitant inter se: nā illum interrogare verebantur. Tunc ergo verbū interpretatur. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me, &c. Volūtas patris, qui ipsum miserat, & opus illius Christo iniunctum, salus est hominum: hæc autē vocat cibum suum, ostēdens per hæc vocem desiderium, quod de hominū habebat salute. Nam sicut qui edit, cibum concupiscit: ita & ipse hominum salutē. Dicit autē, se à patre missum, vel tanquam homo, vel sicut verbum, quod à patre generatur, vel patri honorem deferendo. Nonne vos dicitis, Adhuc quatuor menses sunt, &c. Discipuli quidem de sensibili messe dicebant, ipse verò de intellectuali nūc loquitur, & hanc ostendit instare. Regiones appellans multitudinem venientium ad se Samaritanorum: albas autem dicit eas, tāquam ad fidem paratos illos. Nam & fides messis est, quæ ab infidelitate metitur, vel separatur, & conferitur ad Christum. Quemadmodum enim albæ segetes paratæ sunt ad messem, ita & illi ad fidem, Et qui metit, mercedem accipit. Et qui tales metit regiones, retributionem à Deo sumit: vniuersaliter namque loquitur hic de omnibus Samaritanis, ac Iudæis, qui erant credituri. Et congregat fructum ad vitam æternam. Qui sensibilem metit agrum, congregat fructum ad vitā temporalem, hic autem ad vitam æternam. Vt & qui seminat simul gaudeat, & qui metit. Vt congregato ibi tali fructu: & qui seminavit simul gaudeat, & qui messuit, videntes scilicet eum ibi congregatum, ac mercedem ex eo referentes: ille quidem tanquam qui seminavit, iste vero sicut qui messuit. Seminantes itaque sunt propheta; Moses & qui post illum fuerunt, vt qui vaticinia de Christo seminauerunt: metentes autem Apostoli, qui messauerunt homines ab infidelitate, ac retulerunt ad horrea æternorum tabernaculorum. In hoc enim est sermo verus, &c. Verus est sermo prouerbij; Ego misi vos ad metendum, quod vos non laborastis. Id est, ad quod vos non laborastis. Alij laborauerunt, & vos in laborem eorum introistis. Hæc dicit ostendens, quod opus illis commissum facile, & in promptu est, ac confidentiam eis inde immittens

iramittens: vt pote, perfecto eo, quod laboriosus est: Seminare namque, cum labore fit, & tarditate, metere verò cum requie, & velocitate: & seminis fructus est messis. Frequenter autem vsus est in euangelio figuratiuus, ac metaphoricis dictionibus, efficaciorē reddens doctrinam, & memoriam eorum, quæ dicuntur stabiliorem, per notas similitudines & exempla: tum quod iudicium cordi imprimitur: & sermones quidem sunt sensibiles: intellectus verò spirituales. Dixit mihi, quacunque feci, quacunque: intellige de viris, & de eo, qui non erat vir eius. Aut etiam alia fortassis multa dixit ei, quæ erant occulta. Quum ergo venissent ad eum Samaritani, orabant illum, &c. Hic rursus ἰσῶραυ, idem significat quod Obscrauit. Sermonem autem ipse, hoc est doctrinam illius. Iam non propter verba tua credimus: ipsi enim audiuimus, &c.

Ex iis, quæ eum docentem audierant, cognouerunt, quod hic vere esset saluator mundi Christus, quod orbē perditō, venisset hic, vt ipsum saluaret. Fuerunt autem Samaritani multo æquiores Iudæis: illi enim exiuerunt ad eum, & orabant illum, vt veniret ad se, quumq; nullum vidissent signum, crediderunt in eum, Iudæi verò ad se magis venientem persequebantur, & apud se manere volentem, grauius ferebant, quumque multa vidissent signa, non credebant. Quomodo ergo æquum erat, vt hos præteriret? aut qua iustitia fieri poterat, vt illis, qui se odio habebant adesset, hos autem, qui amabant, desereret? Alio autem tempore Samaritani non exceperunt eum, vt pōte amicum Iudæorum, qui aduersus se inimicitias exercebant. Nam hoc scripsit Lucas. Sed illi erant alij ab istis: illi siquidem vicum quandam Samaritæ inhabitabant, isti verò ciuitatem.

Lucæ 9.

SABBATO POST DOMINICAM III. QVADRAGESIMAE. I O A N . 8.

In illo tempore perrexit Iesus in montem Oliueti, & diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos. Adducit autem scribæ & Pharisei mulierem in adulterio ^a deprehensam, & statuerunt eam in medio, & dixerunt ei: Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autē Moyse mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum, vt possent accusare eum. Iesus autem inclinans se ^b deorsum, digito ^c scribebat in terram. Cum autem perseverarent interrogantes, ^d erexit se, & dixit eis: Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem ^e mittat. Et iterum se inclinans scribebat in terram. Audientes autem hæc, vnus post vnum ^f exhibant, incipientes à senioribus, & ^g mansit ^h Iesus solus, & ⁱ mulier in ^k medio stans. Erigens autem se Iesus dixit ei: Mulier, vbi sunt ^l qui te ^m accusabant? Nemo te condemnauit? Quæ dixit: Nemo domine. Dixit autem Iesus: Neco ego te condemnabo. Vade, & iam amplius noli peccare.

GLOSSA ORDINARIA in superioribus Euang.

Iesys autem. Quia mos ei erat die docere in templo, vespere reuerti in Bethaniam, quæ est in monte Oliueti. Mystice signat altitudinē misericordiae.

diæ. vnde nobis christiana, id est, vnctio. Mane redit ad templum: Mane, exortus nouæ lucis post tenebras legis, quo fidelibus, id est, templo eius misericordiam venit pandere & dare. Sessio est humilitas incarnationis, qua miseretur & docet. vnde libentius populus venit ad eum: sed inimici pharisei de iusticia tentant, an contra eam dicat: sciebant mansuetum & misericordiae prædicator. Bibl. Hom. tom. 2. D d 2 caro

Exod. 17.

catorem: unde placebat populo, unde putabant diciturum dimittendam esse adulteram: & in hoc diceretur hostis legis; contrarius Moysi & Deo auctori & cum adultera reus mortis. Quod si secundum legem diceret lapidandam, deriderent, quasi non haberet mansuetudinem quam prædicabat, pro qua amabatur. Ipse autem neutra capitur calumnia, sed seruata mansuetudine respondet quod est veræ iustitiæ. Qui sine peccato est, primus in illam lapidem mittat. Non autem statim iudicat, sed inclinans se digito scribit in terram. Digito Dei scripta fuit lex in lapide pro duricia illius populi. nunc iam inclinatus in homine, ipse custos legis est & lator legis, scribens in terram quæ fructum reddit. Docet autem nos auditis alicuius malis: nō temere iudicare, sed prius digito discretionis nos ipsos intus discutere, sicut ille dicit: Qui sine peccato est vestrum. q. d. Prius sitis iusti, ut post ream puniatis. Si enim lex iubet puniri reos, non tamen à similiter puniendis. Ecce plena iusticia, ut iustus mala puniat. Illi ergo vel ream dimittant, vel cum ea pœnam subeant, *Abducunt.* Mysticè. mulier in adulterio deprehensa, signat synagogam, quæ adulteravit legem Moysi, sequendo traditiones patrum, vel quæ dimissa lege Moysi, iam sequitur fidem Christi: unde Iudæus iam quasi adulteram accusat. Vel signat ecclesiam, quæ relinquens Deum, fornicata erat cum dæmonibus. quam Iudæus accusat, quod ad Christum accedat, & quæ nouum idololatriæ genus reputata est. *Iesus autem, &c.* Quid scriberet in terra, siue verba illorum, siue quid aliud, non est diffinitum, secundum quod se inclinatur, & digito scribit. Docet tamen ut antequam iudicium fiat, nos debere inclinare, id est, condescendere in iudicio aut faciendum uti discretionem. *Et iterum se inclinans.* Data sententia iusticiæ qua illi conscij malorum percussi sunt, iterum scribit in terram ex more, vultum alio vertens: ut illis sit liberum exire, quos præuidebat citius exituros, quam plura interrogaturos. Docet autem nos sicut & ante correctionem alterius, ita & post nos ipsos humiliter inuestigare, ne idem vel aliud simile in nobis sit. *Nec ego te condemnabo.* Sed quia poterat timere, ne iste qui sine peccato est eam puniret, dicit ei, ut misericors præterita peccata dimittens: *Nec ego condemnabo.* ut iustus ne amplius peccet interdicens. *Iterum ergo.* Repulsis tentatoribus, sanata culpa mulieris, apertius subdit quid possit ex diuinitate, ne ambigat de eo, homine, an possit peccata dimittere.

C A T E N A A V R E A
in idem Euang.

Iesus autem perrexit in montem Oliueti, &c. Alcu. Dominus maximè circa suam passionem hanc sibi effecerat consuetudinem, ut in die quidem in templo quod erat Hierosolymis verbū Dei prædicaret, signa & miracula ostenderet, sero reuertebatur in Bethaniam, vbi apud sorores Lazari hospitabatur, & mane iterum ad simile opus reuertebatur. Igitur secundum hunc morem cum in vltimo die scenopægiæ tota die in templo prædicasset, vesperè perrexit in montem Oliueti, & hoc est quod dicitur: Iesus autem perrexit, &c. Augu. Vbi enim decebat docere Christum nisi in

monte Oliueti? in monte vnguenti, in monte chrisimatis. Christi enim nomen à Chrysmate dictum est. Christus autem Græcè, Latine vnctio nōminatur: Ideo autem nos vnxit, quia luctatores contra diabolum fecit. Alcu. Vnctio enim olei fessis & dolentibus membris solet afferre leuamen. Mons etiam obliuarum sublimitatem dominicæ pietatis designat: oleos Græcè, Latine misericordia. Natura quoque olei mysterio aptissime congruit, superferetur enim omnibus liquoribus: & sicut ait Psal. Misericordies eius super omnia opera eius. sequitur: *Et dilu. iterum ve. in templum, vt, scilicet misericordiam cum incipiente noui testamenti lumine fidelibus in templo, videlicet suo pandendam præbendamq; signaret.* Quod enim diluculo redibat, exortum nouæ gratiæ designat. Beda, Significatur autem quod postquam per gratiam cepit inhabitare in templo suo, id est in ecclesia, ex omnibus gentibus crediderunt in eum. unde sequitur: *Et omnis populus veniebat ad eum & sedens docebat eos.* Alcu. Sessio humilitatem incarnationis insinuat. Sedente ergo domino ad eum venit populus, quia postquam per susceptam humanitatem visibilis apparuit, cœperunt eum multi audire & in eum credere, quem per humanitatem sibi proximum meminerant. Mansuetis autem & simplicibus sermonem domini admirantibus scribæ & pharisæi interrogant: non ut discant, sed ut veritati laqueos nectant. unde sequitur, *Adducunt autem scribæ & pharisæi mulie. in adul. depre. & statu. eam in medio, & dixe. ei. Magister, hæc mul. depre. est modo in adulterio.* Augu. Animaduertent enim eum nimium esse mitem. De illo quippe fuerat antè prædictum. *Procede & regna, propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam.* Ergo attulit veritatem vt doctor, mansuetudinem vt liberator, iustitiam vt cognitor. Cum loqueretur, veritas agnoscebatur: cum aduersus inimicos non moueretur, mansuetudo laudabatur. In tertio ergo, scilicet iustitia scandalum posuerunt. Dixerunt enim apud se ipsos: Si eam dimitti censuerit, iustitiam non tenebit: lex enim quod iniustum erat iubere non poterat, & ideo legem inducunt, dicentes: *In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare.* vt autem mansuetudinem non perdat in qua iam populis amabilis factus est, eam dimitti debere dicturus est: unde eius sententiam requirunt, dicentes: *Tu ergo quid dicis?* Hinc nos inueniemus ad accusandum occasionem, & reum faciemus tanquam legis præuicatorum. unde euangelista subdit: *Hæc autem dicebant, ten. eum,* vt scilicet, pos. accu. eum. Sed dominus in respōdendo & iustitiam seruaturus est, & à mansuetudine non recessurus. Sequitur enim: *Iesus autem incli. se deorsum digi. scri. in ter.* Augu. de con. euang. Tanquam illos tales in terra scribendos significaret, non in cælo: vbi monuit discipulos, vt se scriptos esse gauderent: aut quod se humiliando (quod capitis inclinatione monstrabat) signa in terra faceret: aut quod iam tempus esset vt in terra quæ fructum daret, non in lapide sterili sicut antea lex eius conscriberetur. Alcu. Per terram enim cor humanum ostenditur, quod bonarum vel malarum actionum solet reddere fructus: per digitum autem qui articulum compositionis flexibilis est, sublimitas descriptionis exprimitur. Nos ergo instruit, vt cum qualibet mala proximorum conspiciamus, non statim ea temere damne

damnemus: sed prius ad conscientiam cordis humiliter reuersi, digito discretionis ea sollicitè discutamus. Bed. Quam etiam ad historiam pertinet, per hoc quod digito scripsit in terra, illum se esse monstrauit qui quondam legem in lapide scripsit. sequitur, Cum autem perseveraret interrogantes eum, erexit se. Augu. Non dixit, non lapidetur: ne contra legem dicere videretur. Absit autem vt diceret lapidetur: venit enim non perdere quod inuenerat, sed querere quod perierat. Quid ergo respōdit? *Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.* Hæc vox iustitiæ est, puniatur peccatrix, sed non à peccatoribus: impleatur lex, sed non à præuicatoribus legis. Greg. 9. mora. Qui enim prius semetipsum non iudicat, quid in alio rectum iudicet ignorat. Et si nouit etiam per auditum, rectè tamen aliena merita iudicare non valet, cui conscientia innocentia propria nullam iudicij regulam præbet. Aug. Cum ergo eos telo iustitiæ percussisset, nec dignatus est cadentes attendere, sed auertit ab eis obtutum. unde sequitur: *Et iterum se inclinans scrib. in terra.* Alcu. Potest etiam intelligi fecisse hoc dominus iuxta consuetudinem, vt quasi aliud agens vultu intendens in aliud, liberam eis exeundi facultatem daret. In hoc etiam figuratè admoget, vt & priusquam peccantem fratrem corripiamus, & post adhibitam correctionem diligenter perpendamus, vtrum ipsis peccatis de quibus alii castigamus, aut aliis obnoxij simus. Augu. Sic igitur illi voce iustitiæ tanquam telo percussisse inspicientes & reos inuenientes, vnus post vnum omnes recesserunt: & hoc est quod subditur, *Audientes autem hæc, vnus post alium exibant incipientes à senioribus, Glof. Qui fortè magis rei erant, vel magis culpas suas cognoscebant.* Aug. Relicti sunt autem duo: miseria, & misericordia. Nam sequitur: *Et remansit solus Iesus, & mulier in medio stans.* Credo territa est illa mulier: ab illo se puniendam sperabat, in quo peccatum inueniri non poterat. Ille autem qui aduersarios eius repulerat lingua iustitiæ, leuans in illam oculos mansuetudinis interrogauit eam. unde sequitur: *Erigenis autem se Iesus dixit ei: Mulier, vbi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit: quæ dixit: Nemo domine.* Audiuimus supra vocem iustitiæ, audiamus nunc mansuetudinis. nam sequitur: *Dixit ei Iesus, Nec ergo te condemnauit: quæ dixit: Nemo domine.* quia in me peccatum non inuenisti. Quid est domine? Faues ergo peccatis? non planè. Attende quod sequitur: *Vade & amplius noli peccare.* Ergo & dominus damnauit, sed peccatum non hominem: nam si peccatorum auctor esset, diceret: *Vade, & viue vt vis: de mea liberatione esto securo.* Ego te quantumcunque peccaueris etiam, à gehenna & inferni tortoribus liberabo: non hoc dixit. Intendant ergo qui amant in domino mansuetudinem: & timeant veritatem. Etenim dulcis & reclus dominus.

S. AVGVST. EPISCOPI
Hipponensis in idem Euang. Hom.

In Tract. 33.
in Ioan.

Inde Iesus perrexit in montem Oliueti. In montem Laurem Oliueti, in montem fructuosum, in montem vnguenti, in montem chrisimatis: vbi enim decebat docere Christum nisi in

ti? Christi enim nomen à chrysmate dictum est. Chrysmata autem Græcè, Latine vnctio nōnuncupatur. Ideo autem vnxit, quia luctatores contra diabolum fecit. *Et diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedes. docebat eos.* Et non tenebatur, quia nondum pati dignabatur. Nunc iam attendite, vbi ab inimicis tentata sit domini mansuetudo. *Adducunt autem illi scribæ, &c. Hæc autem dicebant tentantes eum, vt possent accusare eum.* Vnde accusare? Nunquid ipsum in aliquo facinore deprehenderant, aut illa mulier ad eum aliquo modo pertinuisse dicebatur? Quid est ergo, *tentantes eum, vt possent accusare eum?* Intelligamus, fratres, admirabilem mansuetudinem in domino fuisse. Animaduertent eum nimium esse mitem: nimium esse mansuetum, de illo quippe fuerat antè prædictum; Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Specie tua, & pulchritudine tua, intede prospere, procede, & regna: Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam. Ergo attulit veritatem vt doctor, mansuetudinem vt liberator, iustitiam vt cognitor: Propter hæc eum esse regnaturum in spiritu sancto Propheta prædixerat: cum loqueretur, veritas agnoscebatur: cum aduersus inimicos non moueretur: mansuetudo laudabatur. Cum ergo de duobus istis, id est, de veritate, & mansuetudine eius inimici liuore, & inuidia torquerentur: in tertio, id est, iustitia, scandalum posuerunt. *Quare? Quia lex iusserat adulteros lapidare.* Et vtique lex, quod iniustum erat, iubere non poterat. Siquis aliud diceret quam lex iusserat, iniustus deprehenderetur. Dixerant ergo apud semetipsos; *Verax putatur, mansuetus videtur, de iustitia illi querenda calumnia est: offeramus ei mulierem in adulterio deprehensam, dicamus quid de illa in lege præceptum sit: si eam iusserit lapidare, mansuetudinem non habebit: si eam dimitti censuerit, iustitiam non tenebit.* Vt autem mansuetudinem, inquirunt, non perdat, in qua iam populis amabilis factus est, sine dubio eam dimitti debere dicturus est, hinc nos inueniamus accusandi occasionem, & eum reum faciemus tanquam legis præuicatorum, dicentes ei; *Hostis es legis, contra Moysen respondes; imo contra eum qui per Moysen legem dedit: reus es mortis, cum illa & tuipse lapidandus es.* Possit his verbis atque his sententiis inflammari inuidia, feruere accusatio, flagitari damnatio. Sed cui hoc? Peruersitas rectitudini, falsitas veritati, corruptum cor directo, stultitia sapientiæ. Quando illi laqueos præpararent, in quos non prius ipsi caput inmitterent. Ecce dominus in respōdendo, & iustitiam seruaturus est, & à mansuetudine non recessurus. Nō est captus cui tendebatur, sed potius capti sunt, qui tendebant, quia in eum qui eos posset de laqueis eruere non credebant. Quid ergo respondit dominus Iesus? Quid ergo respondit veritas? Quid respondit ipsa cui calumnia parabatur iustitia? Non dixit, non lapidetur, ne contra legem dicere videretur. Absit autem vt diceret lapidetur: venit enim non perdere quod inuenerat, sed querere quod perierat. Quid ergo respondit? Videte quam plenum sit iustitia, plenum mansuetudine & veritate. *Qui sine peccato est vestrum, inquit, prior in illam lapidem mittat.* O responsio sapientiæ, quomodo eos intromisit in semetipsos? Foris enim calumniabantur, se ipsos intrinsicè nō perscrutabantur: adulteram

Esai. 44.

teram videbant, sed non perspiciabant: prauaricatores legis legem implere cupiebant, & hoc calumniando: non vere, tanquam adulteram à castitate damnando. Audistis Iudæi, audistis Pharisei, audistis doctores legis, legis custodem, sed nondum intellexistis legislatorem, quid vobis aliud significat, cum digito scribit in terra? Digito enim Dei lex scripta est, sed proter duos in lapide scripta est. Nunc iam dominus in terra scribebat, quia fructum quærebat. Audistis ergo, Impletur lex, lapidetur adultera: sed nunquid in illa puniendâ, lex implenda est à puniendis? Consideret se vnusquisque vestrum, intret in semetipsum, ascendat tribunal mentis suæ, constituat se ante conscientiam suam, cogat se constiteri. Scit enim qui scit: quia nemo scit hominum, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est. Vnusquisque in se intendens, peccatorem se inuenit. Ita planè. Ergo aut istam dimittite, aut simul cum illa pœnam legis excipite. Si diceret, non lapidetur adultera, iniustus conuinceretur: si diceret, lapidetur, mansuetus non videretur. Dicat quod dicere debet, & mansuetus, & iustus: *Qui sine peccato est vestrum, prior in illam lapidem mittat*: hæc vox iustitiæ est, puniatur peccatrix, sed non à peccatoribus: impletur lex, sed non à prauaricatoribus legis. Hæc vox omnino iustitiæ est, qua iustitia illi tanquam trabali telo percussis, sese inspicientes, & reos inuenientes. *Vnus post vnum omnes recesserunt.* Relicti sunt duo misera, & misericordia. Dominus autem cum eos illo telo iustitiæ percussisset, nec dignatus est cadentes attendere, sed auerso ab eis obtutu, *Rursum digito scribebat in terra.* Relicta autem sola illa muliere, omnibusque abeuntibus, *Leuauit oculos suos ad mulierem.* Audiuius vocem iustitiæ audiamus & mansuetudinis: Plus enim credo territa erat illa cum audisset à domino dictum; *Qui sine peccato est vestrum, prior in illam mittat lapidem.* Illi ergo attendentes se, & abscellu ipso confessi de se, reliquerant mulierem cum grandi peccato ei, qui erat sine peccato. Et quia illa hoc audierat, *Qui sine peccato est, prior in illam lapidem mittat*, ab illo se sperabat puniendam, in quo peccatum inueniri non poterat. Ille autem, qui aduersarios eius repleuerat lingua iustitiæ, leuâs in eam oculos mansuetudinis. *Interrogauit eam, nemo te condemnauit? Respondit illa, Domine, nemo: & ille, Nec ego te condemnabo.* à quo te forte damnari timuisti, quia in me peccatum non inuenisti, nec ego te cōdemnabo. Quid, domine? Faues ergo peccatis? Non planè. Ita attende quod sequitur, *Vade deinceps iam noli peccare.* Ergo & dominus dānauit, sed peccatum, non hominem: nam si peccatorum fautor esset, diceret, nec ego te condemnabo, vade & viue vt vis, de mea liberatione esto secura, ego quātuncunque peccaueris, te ab omni pœna etiam gehennæ, & inferni terroribus liberabo. Non hoc dixit: intendant ergo, qui amant in domino mansuetudinem, & timeant veritatem: eremim dulcis, & rectus dominus. Amas quod dulcis est? time quod rectus est. Tanquam mansuetus dixit, tacuit: sed tanquam iustus, nunquid semper tacebo? Misericors, & miserator dominus. Ita planè, adhuc adde longanimis, adhuc adde, & misericors: sed time quod est in nouissimo, & verax: quod enim modo sustinet peccantes, iudicaturus est contēnentes. An diuitias longanimitatis & man-

Nota quam opposita dicit dicit nona-torem, qui si-dam solâ no-stram, & Dei misericordiam inculcans, ex huius doctore autoritate.
Esaia 42.
Psal. 102.

fuerudinis eius contemnis? Ignoras quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? Tu a utem secundum duriciam cordis tui, & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnique secundum opera sua. Mansuetus dominus, longanimis dominus, misericors dominus: sed & iustus dominus, & verax hominus, largitur tibi spacium correctionis, sed tu plus amas dilationem quàm emendationem. Malus fuisti heri, hodie bonus esto, & hodiernum diem in malitia peregisti, vel cras mutare: semper expectas, & de misericordia Dei tibi plurimum polliceris, quasi ille, qui tibi per patientiam promisit indulgentiam, promiserit tibi etiam prolixiorē vitā. Vnde scis quid pariat crastinus dies? Recte dicis in corde tuo, quando me correxero, Deus mihi omnia peccata mea dimittet. Negare non possumus, quod correctis, atque conuersis indulgentiam Deus promisit: nam in quo Propheta mihi legis, quia promisit correctio indulgentiam: non mihi legis, quia promisit tibi Deus longam vitam. Ex vtroque igitur homines periclitantur, & sperando, & desperando: contrariis rebus, contrariis affectionibus. Sperando qui decipitur? Qui dicit: Bonus est Deus, misericors est Deus, faciam quod mihi placet, quod libet, laxem habenas cupiditatis meis, impleam desideria animæ meæ. Quare hoc? Quia misericors est Deus, bonus est Deus, mansuetus est Deus: spe isti periclitantur. Desperatione autem, qui, cum inciderint in grauiâ peccata, putantes sibi non posse iam ignosci pœnitentibus, & statuentes se ad damnationem sine dubio destinatos, dicitur apud semetipsos, iam dānandi sumus, quare non quod volumus facimus? Animo gladiatorum, ferro destinatorū, ideo molesti sunt desperati. Iam enim quod timeant nō habent, & vehementer timendi sunt. Istos desperatio necat, spes illos. Inter spem, & desperationem fluctuat animus. Metuendum est ne te occidat spes, & cum multum speras de misericordia, incidas in iudiciū. Metuendum est rursus, ne te occidat desperatio, & cum putas iam tibi non ignosci, quæ grauiâ commisitisti, non agas pœnitentiam, & incurras in iudicem sapientiam, quæ dicit: Et ego vestræ perditioni super ridebo. Quid ergo agit dominus cum periclitantibus vtroque morbo? Illis qui spe periclitantur, hoc dicit: Ne tardes conuertere ad dominum, neque differas de die in diem: subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Illis qui desperatione periclitantur, quid dicit? In quacunque die iniquus conuersus fuerit, omnes iniquitates eius obliuiscar. Propter illos ergo, qui desperatione periclitantur, proposuit indulgentiæ portum: propter illos, qui spe periclitantur, & dilationibus illuduntur, fecit diem mortis incertum, quando veniat vltimus dies, nescis. Ingratus es, quia hodiernum habes in quo corrigaris? Sic ergo dixit ad istam mulierem: *Nec ego te condemnabo: sed facta secura de preterito, caue futura, nec ego te condemnabo: deleui quod commisisti, observa quod præcepi, vt inuenias quod promisi.*

E I V S

E I V S D E M I N I D E M

Homil. 2.

Meminit charitas vestra sermone pristino, ex occasione lectionis Euangelij locutos nos esse vobis de spiritu sancto. Ad hunc potandum cum dominus inuississet credentes in se loquentes inter eos qui illum tenere cogitabant, & interficere cupiebant, nec valebant, quia ille volebat. Cum ergo hæc locutus esset, nata est de illo in turba dissensio aliis putantibus quod ipse esset Christus, aliis dicentibus; quia de Galilæa non exurget Christus. Qui vero missi fuerat, vt eū teneret, redierunt immunes à crimine, & pleni admiratione. Nam testimoniū perhibuerunt diuinæ doctrine, cū diceret, à quibus missi erant, Quare non adduxistis eū? Responderunt enim, nunquā se audisse hominem ita locutum. Nō enim quisquam sic loquitur homo. Ille autem locutus est, quia Deus erat & homo. Tamen Pharisei testimonium eorum repellentes, dixerunt ei, Nunquid & vos seducti estis? Videmus enim delectatos vos esse sermonibus illius. Nunquid aliquis de principibus credidit in eum, aut ex Phariseis? Sed turba hæc, quæ nō nouit legem, maledicta est. Qui non nouerant legem, ipsi credebant in eum qui miserat illi qui docebant legem, vt impleteretur quod dixerat ipse dominus, Ego veni vt non videntes videant, & videntes cæci fiant. Cæci enim facti sunt Pharisei doctores, illuminati sunt populi legem nescientes, & in auctorem legis credentes. Nicodemus tamen vnus ex Phariseis, qui ad dominum nocte venerat, & ipse quidem non incredulus, sed timidus: nam & nocte venerat ad lumen, quia illuminari volebat, & sciri timebat, respondit Iudæis, Nunquid & lex nostra iudicat quenquam hominem, nisi audierit ab ipso prius, & cognouerit quid faciat? Volebant illi peruersæ ante esse damnatores quam cognitores. Sciebat enim Nicodemus, vel potius credebat, quia si tantummodo vellent eum patienter audire, forte similes fierent illis qui missi sunt tenere, & maluerunt credere. Illi responderunt præiudicio cordis sui, quod & illis, Nunquid & tu Galilæus es, id est, quasi à Galilæo seductus? Dominus enim Galilæus dicebatur, quoniam de Nazareth ciuitate erant parentes eius. Secundum Mariam dixi parentes, non secundum virile semen. Non enim quæsiuit in terra patrem, quia iam habebat desuper patrem. Nam vtraque eius natiuitas mirabilis fuit diuina sine matre, humana sine patre. Quid ergo illi quasi legis doctores ad Nicodemum? Scrutare & vide quia Propheta à Galilæa non surget, sed dominus prophetarum inde surrexit. Reuersus est, inquit Euangelista, vnusquisque in domum suam. *Inde perrexit Iesus in montem: In montem autem Oliueti, in montem fructuosum, in montem vnguenti, in montem chrisimatis.* Vbi enim decebat docere Christum, nisi in monte Oliueti? Christi enim nomen à chrisimate dictum est. Chriſta autem Græcè, Latine vinctio nuncupatur. Ideo nos vnxit, quia luctatores contra diabolum fecit. Et diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos; & non tenebatur, quia tunc non pati dignabatur. Nunc autem attendite vbi

ab inimicis tentata sit domini mansuetudo. *Abducunt autem illi scribæ, & Pharisei mulierem in adulterio deprehensam, &c.* Vnde accusare? Nūquid ipsum in aliquo facinore deprehenderant, aut illa mulier ad eum aliquando pertrinitisse dicebatur? Quid est ergo, tentantes vt possent accusare eum? Intelligimus, fratres, admirabilem mansuetudinem in domino præminuisse, animaduertit eum nimium esse mitem, nimium mansuetum. De illo quippe fuerat antè prædictum. Accingere gradio tuo circa femur tuum, potèrissime. Specie tua & pulchritudine tua, intende prospere procede & regna. Propter veritatem & mansuetudinem & iusticiam. Ergo attulit veritatem vt doctor, mansuetudinem vt liberator, iusticiam vt cognitor. Propter hæc cum esse regnaturum in spiritu sancto Propheta prædixerat. Cum loquebatur, veritas agnoscebatur: cum aduersus inimicos non moueretur, mansuetudo laudabatur. Cum ergo de duobus istis, id est, de veritate, & mansuetudine eius inimici liuore, & inuidia torquerentur: in tertio, id est, iustitia scandalum posuerunt. Quare? Quia lex iusserat adulteros lapidari, & vtrique quod iniustum erat lex iubere non poterat. Sed si quis aliter diceret quàm lex iusserat, iniustus deprehenderetur. Dixerunt ergo apud semetipsos, Verax putatur, mansuetus videtur, de iustitia illi quærenda calumnia est. Offeramus ei mulierem in adulterio deprehensam, dicamus de illa quod in lege scriptum est. Si eam iusserit lapidari, mansuetudinem non habet. Si eam dimitti censuerit, iustitiam nō tenebit. Vt autem mansuetudinem, iniquum non perdat, in qua populis iam amabilis factus est, sine dubio dimitti eam iubebit. Hinc nos inueniemus occasionem accusandi, & reum faciemus tanquam legis prauaricatorem, dicentes ei, Hostis es legis, contra Moysen respondes, immo contra eum qui per Moysen dedit legem: Reus est mortis, cum illa & tu ipse lapidandus. Posset his verbis atque sententiis inflammari inuidia, feruere accusatio, flagitari damnatio. Sed cui hæc? Peruersitas rectitudini, falsitas veritati, curum directo, stultitia sapientiæ. Quando illi laqueos pararent, in quos non ipsi prius caput iniicerent? Non est captus cui ipsi tendebant, sed potius capti sunt qui tendebant, quia non crediderunt in eum qui eos posset de laqueis eruere. Ecce dominus in respondendo & iustitiam seruaturus est, & à mansuetudine nō est recessurus. Quid enim respondit dominus Iesus? Quid respondit veritas? Quid respondit sapientia? Quid respondit ipsa cui calumnia parabatur iustitia? Non dixit, non lapidetur, ne contra legem dicere videretur. Absit autem, vt diceret, lapidetur. Venit enim non perdere, quod inuenerat, sed quærere quod perierat. Quid ergo respondit? Videte quam plenus est iustitia, plenus mansuetudine, & veritate. *Qui sine peccato est vestrum*, inquit, *prior in illam lapidem mittat.* O responsio sapientiæ, quomodo eos intromisit in se. Foris enim calumniabantur, seiplos intrinsecus nō perscrutabatur. Adulteram videbant, se non respiciebant. Præuaricatores legis legem implere cupiebant, & hoc calumniando non vere tanquam adulteria castitate damnando. Audistis Iudæi, audistis Pharisei, audistis legis doctores legis custodem, sed nondum intellexistis legislatore. Quid aliud vobis significat, cum digito scribit in terram? Digito enim

D d 4 Dei

Dei lex scripta est: sed propter duos in lapidem est. Nunc dominus in terra scribebat, quia fructum requirebat. Audistis ergo, impleatur lex, lapidetur adultera. Sed nūquid quia puniendae est, lex implenda est à puniendis? Consideret se vnusquisque vestrum, intret in semetipsum, ascendat tribunal mentis suae, constituat se ante cogitationem suam, cogat se confiteri. Scit enim qui sit, quia nemo scit hominum, quae sunt hominis nisi spiritus hominis, qui in ipso est. Vnusquisque in se intendens, peccatorem se inuenit. Ita planè. Ergo aut istam dimittite, aut simul cum illa legis poenam excipite. Si diceret non lapidetur, iustus non videretur. Si diceret, lapidetur, mansuetus non videretur. Dicit quod dicere debet: & mansuetus & iustus. *Qui sine peccato est vestrum, prior in illam lapidem mittat.* Hæc vox iustitiæ est: Puniatur peccatrix, sed non à peccatoribus. Impleatur lex, sed non à præuicatoribus legis. Hæc vox omnino iustitiæ est, qua iustitia illi tanquam trabali telo percussis sese inspicietis, & reos se inuenientes, vnus post vnum omnes recesserunt. Relicti sunt duo, misera, & misericordia. Dominus autem cum eos telo iustitiæ percussisset, nec dignatus est cedentes attendere, sed auerso ab eis obtutu rursus scribebat in terra. Relicta autem illa sola muliere omnibusque abeuntibus, leuauit oculos suos ad mulierem. Audiuius vocem iustitiæ, audiamus & mansuetudinis. Plus enim credo territa erat illa mulier, cum audisset à domino dictum, *Qui sine peccato est vestrum, prior in illam lapidem mittat.* Illi enim attendentes & ipso abscessu confessi, dereliquerunt mulierem cum magno peccato, ei qui erat sine peccato. Et quia illa hoc audierat, *Qui sine peccato est vestrum, prior in illam lapidem mittat.* ab illo se puniendam sperabat, in quo peccatum inueniri non poterat. Ille autem qui aduersarios eius repulerat lingua iustitiæ, leuans in eam oculos mansuetudinis interrogauit eam, *Nemo te condemnauit? Respondit illa, Domine nemo. Et ille, Nec ego condemnabo te.* à quo forte damnari timuisti, quia in me peccatum non inuenisti. Nec ego te condemnabo. Quid est, domine? Faues ergo peccatis? Non planè ita: attēde quod sequitur, *Vade deinceps noli peccare.* Ergo & dominus damnauit, sed peccatum, non hominem. Si autem peccatorum fautor esset, diceret, *Nec ego te damnabo, vade viue vt vis, de meā liberatione esto secura, ego te quantumcunque peccaueris ab omni poena, etiam à gehennæ, & inferni tortoribus liberabo.* Non dixit hoc. Intendant ergo qui amāt in domino mansuetudinem, & timeant veritatē. Etenim dulcis & rectus dominus. Amas quod dulcis est? time quod rectus est. Tanquam mansuetus dixit, Tacui: sed tanquam iustus, Nunquid semper tacebo? Misericors & miserator dominus. Ita plane. Adhuc adde, Longanimis. Adde adhuc, Et multum misericors. Sed ame quod est in nouissimo, Et verax: Quod enim modo sustinet peccantes, iudicaturus est contemnentis. An diuinitas longanimitatis eius contemnis? Ignoras quia patientia Dei ad poenitentiam te adducit? Tu autem secundum duriciam cordis tui & cor impetens thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei qui reddet vniciuique iuxta opera sua. Mansuetus dominus, longanimis dominus, misericors dominus, sed & iustus dominus & verax dominus. Largitur tibi spacium

Psal. 124. Eia. 42. Psal. 102. Rom. 2. Psal. 102.

correctionis, sed tu plus amas dilationem quam emendationem. Malus fuisti heri, hodie bonus esto. Et hodiernum diem in malicia peregristi, vel saltem cras mutare. Sed expectas, & de misericordia Dei tibi plurimum polliceris, quasi ille qui tibi poenitentia agenti promissit salutem, promissit tibi etiā longam vitā. Vnde scis, quid pariat craftinus dies? Recte dicis in corde tuo, quando me correxero, Deus mihi omnia peccata dimittet. Negare non possumus quod correctis, atque conuersis indulgentiam Deus promissit. Nam in quo Propheta mihi legis, quia promissit, Deus correcto indulgentiam, non mihi legis quia promissit tibi longum vitam. Ex vtroque igitur homines periclitantur, sperando & desperando contrariis rebus. Sperando decipitur, qui dicit. Bonus est Deus, misericors est Deus, faciam quod mihi placet, quod libet, laxabo habenas cupiditatis meis, impleam desideria animæ meæ. Quare hoc? Quia misericors est Deus, mansuetus est Deus. Spe isti periclitantur. Desperatione autem, qui cum inciderint in grauiā peccata, putantes sibi iam non posse ignosci poenitentibus, & statuentes se ad damnationem sine dubio destinatos, dicunt apud seipos, Iam damnati sumus, quare non quod volumus facimus? animo gladiatorum ferro destinatorū. Ideo molesti sunt desperati. Iam enim quod timeant non habent, & vehementer timendi sunt. Istos desperatio necat, illos spes. Inter spem, & desperationem æstuat anima. Metuendum est, ne te occidat spes, & cum multum speras de misericordia, incidas in iudicium. Metuendum est rursus, ne te occidat desperatio, & cum putas iam non tibi ignosci, quæ grauiā commisisti, non agas poenitentiam, & incurras iudicem sapientiam, quæ dicit, Et ego vestrae perditioni superridebo. Quid ergo egit Deus cum periclitantibus vtroque morbo? Illis qui spe periclitantur, hoc dicit, Ne tardes conuerti ad eum, neque differas de die in diem. Subito enim veniet ira eius, & in tempore vindictæ disperdet te. Illis qui desperatione periclitantur quid dicitur? Id quacūq; die iniquus conuersus fuerit, omnes iniquitates eius obliuiscat. Propter illos, qui spe periclitantur, & dilationibus illuduntur, fecit Deus diem mortis incertum. Quando veniat vltimus dies nescis. Ingratus es, quia hodiernū habes, in quo corrigaris? Sic ergo ad istam mulierem, *Nec ego te condemnabo.* Sed facta secura de præterito, caue futura. Deleui quod commisisti, observa quod præcepi, vt inuenias quod promissi.

Prouer. 23. Psal. 2. Hier. 17. Prouer. 2. Eccl. 5. Exch. 18. Str. 94. d. temp.

EIVSDEM DE EODEM
Homilia 3. Habita ad mensam sancti Cypriani, de eo quod scriptum est in Psalmo, Erudimini qui iudicatis terram: Et de muliere adultera.

ERudimini omnes qui iudicatis terram. Terram iudicare, est corpus damnare. Audiamus Apostolum iudicantem terram, Non sic pugno, inquit, tanquam aerem cædens, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte aliis prædicans ipse reprobus efficiar. Audi ergo terram, iudicantem terram, & iudica terram, ne sis terra

terra. Si enim terram iudicaueris, cælum eris, & in te factam gloriam domini enarrabis. Cæli enim enarrant gloriam Dei. Si autem terram non iudicaueris, terra eris. Si autem terra fueris, ad eum pertinebis, cui dictum est, Terram manducabis. Audiant ergo iudices terræ. Corpus castigent, libidines frænent, ament sapientiam, vincant concupiscentiam. Et vt hoc faciant erudiantur. Hæc est autem summa eruditionis, Seruite domino in timore, exultate ei cum tremore. Exulta ei, nō tibi. Ei, à quo es, quod es, & quod homo es, & quod iustus es. Si autem putaueris, quod ab illo quidem homo es, à te autem iustus es, non seruis domino in timore, nec exultas ei in tremore, sed tibi in presumptione. Et quid tibi fiet nisi quod sequitur? Ne quando irascatur dominus, & pereatis, inquit, de via iusta. Non enim ait, Ne quando irascatur dominus, & nō intretis in viam iustam: sed pereatis de via iusta. Iam enim videris tibi iustus, non rapiendo alienum, non adulterando, non homicidium faciendo, non falsum testimonium aduersus proximum dicendo, patrem, & matrem honorando, vnum Deum colendo, idolis, & demoniis non seruido. De hac via peribis, si tibi ista à teipso esse putaueris. Infideles enim non intrant in viam iustam, Superbi pereunt de via iusta. Quid enim ait? Erudimini qui iudicatis terram. Et ne forte vires & potentiam, quia iudicatis terra, vobis tribuatis, vobis ipsis eam vobis esse credatis, nolite sic, Seruite domino in timore, exultate non vobis in presumptione, sed ei in tremore. Ne quādo irascatur dominus, & pereatis de via iusta, cum exarserit cito ira eius. Quid ergo faciendum est ne pereamus de via iusta? Beati omnes qui cōfidunt in eo. Si beati qui cōfidunt in eo, miseri qui cōfidunt in se. Maledictus enim omnis, qui spem suam ponit in homine. Ergo nec in te, quia & tu homo es, si enim spem tuam posueris in alio homine, inordinate humilis eris: Si autem spem tuā posueris in te, periculose superbis. Quid autē interest? Vtrūque perniciosum. Nihil horū eligendum, inordinate humilis nō leuatur, periculose superbus percipitur. Deniq; vt nouerit sanctitas vestra, propter istū sensum redarguendū & cōsumendū, quod in se quisque cōfidit, diuertit, inquit, vobis, Seruite domino in timore, & exultate ei cū tremore: Apostolum audite hæc ipsa verba dicentē, & sententiam cur dicta sint, explanantem. Ecce Apostoli verba sunt, Cū timore, & tremore vestra ipsorum salutē operamini. Quare ergo cū timore, & tremore meam salutem operor, cum sit in potestate meā operari salutem meam? Vis audire quare cum timore & tremore? Deus est enim qui operatur in vobis, ideo cum timore, & tremore. Quia quod impetrat humilis, amittit superbus. Si ergo Deus est qui operatur in vobis, quare dictum est, vestra ipsorum salutem operamini? Quia sic Deus in nos operatur vt & nos operemur. Adiutor meus esto: Designat esse operatorem, qui inuocat adiutorem. Sed voluntas, inquit, mea bona est. Fateor tua. Sed & ipsa à quo data, à quo excitata? Noli me, ipsum Apostolum interroga: Deus est enim, inquit, qui operatur in vobis & velle, & operari pro bona voluntate. Quid est ergo quod tibi arrogabas? Quid est quod superbus ibas & peribas? Redi ad cor tuum, inueni te malum, & vt sis bonus, inuoca bonum. Non enim in te placet Deo,

nisi quod habes ex Deo. Quod autem habes ex te, displicet Deo. Si bona tua cogites, quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Solus est ille qui non nouit nisi dare. Nō habet datorem, quia non habet meliorem. Quo tu si inferior es, imò quia inferior es, gratulare quia ad eius imaginem factus es, vt in illo inueniaris qui in te peristi. Non enim potuisti in te nisi perdere te, nec scis inuenire te nisi ille, qui fecit te, quærat te. Alloquamur tamē & eos qui secundum istam visibilem, & popularem intelligentiam iudicant terrā. Iudicant enim terram reges, duces, principes, iudices. Vnusquisque pro munere, quod accepit in terra, iudicat terram. Quid est autem quod dicitur, Iudicat terram, nisi iudicat homines, qui sunt in terra? Nam si terram propriè non accipias, nisi quam calcas, agricolis ergo dictum est, qui iudicatis terrā: Porro autem si reges iudicant terram, & qui sub regibus potestatem accipiūt à regibus, erudiantur & ipsi, quia terra iudicat terram. Et timere debet eum qui est in cælo terra iudicans terram. Parem quippe suum iudicat, homo hominem, mortalis mortalem, peccator peccatorem, Si enim procedat in medium dominica illa sententia, *Qui sine peccato est, prior in illam lapidem mittat,* nōne omnis iudicans terram terram motum patitur? Euangelicum capitulum recolamus, Pharisei tentantes dominum, adduxerunt ante eum mulierem in adulterio deprehensam. De quo peccato poena fuerat lege definita, lege scilicet data per Moysen famulum Dei. Hac ergo complexione dolosa & fraudulenta ad dominum Pharisei accesserunt, vt si iuberet lapidari mulierem diffamatam, perderet mansuetudinem: Si autem quod lex iusserat prohiberet, peccasse teneretur in legem. Sicut autem interrogantes de tributo Cæsari reddendo, ore suo cepit, vicissim interrogans cuius esset prolatus nummus, cuius haberet imaginem & superscriptionem: Respondentes enim ipsi qui interrogauerunt, in nummo esse imaginem Cæsaris: respondit eis secundum os ipsorum, Reddite Cæsari, quæ Cæsaris sunt, & Deo quæ Dei sunt: vt admoneret sic reddēdem Deo in homine imaginem Dei, quemadmodum in nummo imago sua redditur Cæsari. Ita & in ista adultera interrogatores interrogauit, & ideo iudices iudicauit. Non prohibeo, inquit, lapidari, quam lapidari lex iussit, sed quare à quibus. Non enim resisto, sed legis ministrum requiro. Denique audite: lapidate vultis secundum legem, *Qui sine peccato est, prior in illam lapidem mittat.* Quando autem hæc audiuit, digito scribebat in terra, vt erudiret terram. Quando autem hoc dixit Phariseis, leuauit oculos suos & inspexit terram, & fecit eam tremere. Proinde cum hoc dixisset, iterū cepit scribere in terra. At illi compuncti & tremefacti, vnus post alterum discesserunt: O terram motum, vbi sic terra mota est vt etiam mutaret locum. Illis ergo discedentibus, remansit peccatrix & saluator. Remansit agnora & medicus. Remansit misera & misericordia: *Et aspiciens mulierem, dixit, Nemo te condemnauit? Et illa, Nemo domine:* Sed tamen adhuc sollicita erat: Peccatores enim damnare non aui sunt. Non aui sunt lapidate peccatricem, qui se ipsos intuentes similes inuenerunt. Sed adhuc mulier erat in magno periculo, quia ei ille iudex remanserat, qui erat sine peccato. *Nemo, inquit, te*

1. Cor. 4. Gen. 1. Ioan. 8. Matt. 2. Psal. 102.

damnavit: At illa. Nemo domine: Sed nec tunc secura sum. Cui sollicitudini tacita dominus voce respondit, Nec ego te condemnavo. Illos à vindicta repressit conscientia, me ad subueniendum inclinavit misericordia. Hæc attendite, & erudimini omnes, qui iudicatis terram. Omnes scilicet, qui etiã sic intelligendum est, de quibus Apostolus dicit, Omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi à Deo. Quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt: Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Principes enim non sunt timori bono operi, sed malo. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac & habebis laudem ex illa. Et si non ab illa, tamen ex illa. Aut enim iuste agis, & iusta potestas laudabit te: Aut iuste agentem etiam si potestas iniusta damnet te, Deus iustus coronabit te. Ac per hoc tu iustitiam tene, tu bene viue. Et siue damnet siue absoluat, habebis laudem ex illa. Beatus ille, cuius hic sanguis fusus est. Nonne ex illa potestate antequam & visus est iudicari, laudem inuenit? Confessionem promisit, in fide permansit. Mortem non timuit, sanguinem fudit, diabolus vicit. Ut ergo non sitis iniquæ potestatis, quicunque homines vultis habere in potestate, erudimini, ne peruersè iudicetis, & ante anima pereatis, quam quenquam carne perdat. Iudex esse vis, non potest meritis, vel pecunia, nondum reprehendo. Portasse enim prodesse cupis rebus humanis, & emis ut prois, ut seruias iustitiæ, non parcis pecuniæ. Prius propter te esto iudex in te. Prius iudica te de te, ut de penetranti conscientia securus procedas ad alterum. In teipsum redi, te attende, te discute, te audi. Ibi te volo probare integrum iudicem, vbi non quæris potestatem. Procedere vis cum potestate, ut alter tibi dicat de altero, quod tu nescis, prius intus iudica. Nihil tibi de te dixit conscientia tua: Si nolis negare, ut que dixit. Nolo audire quid dixerit. Tu iudica qui audisti. Dixit tibi de te quid feceris, quid acceperis, quid peccaueris. Vellem scire qualem sententiam protulisti. Si bene audisti, si rectè audisti, si in audiendo iustus fuisti, si tuæ mentis tribunal ascendisti, si teipsum ante teipsum in equuleo cordis suspendisti, si graues tortores adhibuisti, si timores bene audisti, si sic audisti & proculdubio penitendo peccatum punisti. Ecce & discussisti, & audisti, & punisti, & tamen tibi pepercisti. Sic audi & proximum tuum, si erudiaris sicut admonuit Psalmus. Erudimini qui iudicatis terram. Sic audi proximum tuum, quomodo audis & te. Peccata persequeris, non peccantem. Et si forte quisque durus est ad corrigenda peccata auersus à timore Dei, hoc ipsum in eo persequeris, hoc ipsum corrigere conaberis, hoc perdere & tollere laborabis ut seruetur homo, peccato damnato. Duo enim nomina sunt, homo, & peccator. Hominem Deus fecit, peccatorem seipse homo fecit. Pereat quod fecit homo, liberetur quod fecit Deus. Noli ergo vsque ad mortem, ne cum persequeris peccatum, perdas hominem. Noli vsque ad mortem, ut sit quem peniteat, homo non necetur ut sit qui emendetur. Hanc in corde retinens homo inter homines dilectionem, esto iudex terræ, & ama non currere, sed diligere. Si superbis, superbi in peccata, non in hominem. In illud scilicet quod tibi displicet & in te, non in eum qui factus est sicut tu, De vna officina existis, vnu

artificem habuisti, vnu limus est vestra materies. Quid perdis non amando quæ iudicas? Quoniam iustitiam perdis non amando quem iudicas. Adhibeantur pœnæ, non recuso, non interdicto, sed animo amantis, animo diligentis, animo corrigentis. Num enim filium tuum non erudis? Et prius agis ut si fieri potest pudore & liberalitate erudiat, & erubescat patrem offendere, nõ tanquam seuerum iudicem timeat: Gaudes ad talem filium. Sed si fuerit forte ista contemnens, adhibebis & verbera. Incutis pœnam, ingeris dolorem, sed quæris salutem. Multi amore, multi timore correcti sunt, sed per tremorem timoris ad amorem peruenerunt. Erudimini qui iudicatis terram. Diligite & iudicate. Non enim sic quæritur innocentia, ut pereat disciplina. Scriptum est, Disciplinam qui abiicit, infelix est. Bene potest addi ad istam sententiam, Sicut disciplinam qui abiicit infelix est: sic disciplinam qui negat, crudelis est. Ausus sum aliquid dicere, fratres mei, quod vobis aliquanto plenius exponere ipsius rei obscuritate compellor. Repeto quod dixi, Disciplinam qui abiicit, infelix est. Hoc est manifestum: Disciplinam qui non dat, crudelis est. Teneo propterea, teneo, & ostendo, feriendo pium, parcendo crudelem; Exemplum ante oculos pono. Vbi inuenio feriendo pium? Non eo ad alios, ad patrem, & filium eo, pater quando ferit, amat, & non vult puer cædi: Contemnit voluntatem, consulit ad vtilitatem. Quare? Quia pater est, quia hereditatem parat, quia successorem nutrit. Ecce ferendo pius est pater, ferendo misericors est. Da mihi hominem parcendo crudelem. Non recedo à personis, eos ipsos ante oculos pono. Sed si puer imperitus, & indisciplinatus sic viuat ut pereat, & pater dissimulet, pater parcat, pater perditum filium disciplinæ asperitate offendere timeat, nõne parcendo crudelem est? Erudimini ergo, qui iudicatis terram, & bene iudicando non à terra præmium, sed ab illo sperate, qui fecit cælum, & terram.

BEDAE VENERABILIS presbyteri eiusdem Euang. expositio.

Inde Iesus perrexit in montem Oliueti. Mons quippe Oliueti, sublimitate dominicæ pietatis, & misericordiæ designat: quia & græce ὄλιβητος misericordia, oleum vocatur ἔλαιον & ipsa vinctio olei fessis, ac dolentibus membris solet adferre leuamen. Sed & hoc, quod oleum & virtute, ac puritate præminet, & quemcumque ei liquorem superfundere volueris, confestim hunc transcendere, etque superferri consuevit, gratiam misericordiæ cælestis non conuenienter insinuat, de qua scriptum est: Suauis dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Tæpus quoque diluculi, exortum eiusdem gratiæ, quia, remota legis vmbra, lux euangelicæ veritatis erat reuelanda demonstrat. Pergit ergo Iesus in montem Oliueti, ut arcem misericordiæ in se constare denunciet. Venit iterum diluculo in templum, ut eandem misericordiam cum incipiente noui testamenti lumine, fidelibus, templo videlicet suo, pendendam, præbendamque significet. Et omnia, inquit, populus venit ad eum: & sedens docebat eos. Sedit

sio domini, humilitatem incarnationis, per quam nobis miseriter dignatus est, insinuat. Bene autem dicitur, quia cum sedens doceret Iesus, omnis populus venit ad eum: quia postquam humilitate suæ incarnationis proximus hominibus factus est, libentius est à multis eius sermo receptus, & à pluribus est superba impietate contemptus. Audierunt enim mansueti, & lætati sunt. Denique Iudæi tentantes adduxerunt mulierem in adulterio deprehensam, interrogantes quid de ea fieri iuberet, quoniam Moyses talem lapidare mandauerat: ut, si & ipse hanc lapidandam decerneret, derideret eum quasi misericordiam, quam semper docebat, oblitum. Si lapidari veraret, striderent in eum dentibus suis, & quasi fautorem scelerum, legisque contrarium velut meritò damnarent. Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra. Per inclinationem Iesu, humilitas: per digitum, qui articulorum compositione flexibilis est, subtilitas discretionis exprimitur. Porro per terram, cor humanum, quod vel bonarum, vel malarum actionum solet reddere fructus, ostenditur. Postulatus ergo dominus iudicare de peccatrice, non statim dat iudicium, sed prius se inclinans deorsum, digito scribit in terra: ac sic demum quam obnixè rogatur, iudicat: nos videlicet typice instituens, ut, cum quælibet proximorum errata conspiciamus, non hæc ante reprehendendo iudicemus, quam ad conscientiam nostram humiliter reuerfi, digito eam discretionis solerter exculpamus, & quid in ea conditori placeat, quidve displiceat, sedula examinatione dirimamus, iuxta illud Galat. 6. Apostoli: Fratres, etsi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos, qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis, considerans te ipsum, ne & tu tenteris. Cum autem persequerentur interrogantes eum, erexit se, & c. Quia hinc & inde domino scribit, & Pharisæi tendebant laqueos insidiarum, putantes eum vel misericordem futurum in iudicando, vel iniustum, præuidens ille dolos, quasi fila tranfit aranæ, & iudicium iustitiæ per omnia, & mansuetudinem pietatis ostendens. Ecce temperantia miserendi, qui sine peccato est vestrum. Ecce iterum iustitia iudicandi: Primus in illam lapidam missat. Ac si dixisset; Si Moyses mandauit vobis mulierem huiusmodi lapidare, videte quia non hoc peccatores, sed iustos facere præcepit. Primo vos ipsi iustitiam legis implete, & sic innocentes manibus, & mundo corde ad lapidandam ream concurrite. Primo spiritualia legis edicta, fidem, misericordiam, & charitatem perficite, & sic ad carnalia iudicanda diuertite. Dato autem iudicio, Dominus autem iterum se inclinans scribebat in terra. Et quidem iuxta morem consuetudinis humanæ potest intelligi quod ideo dominus coram tentatoribus improbis inclinari, & in terra scribere voluerit, ut alio suum vultum intendens, liberum eis daret exire, quos sua responsione percullos, citius exiratos, quam plura interrogatos esse præuiderat. Denique audientes, vnu post vnum acciebant, incipientes à senioribus. Sed figurate nos admonet, quod & ante datam, & post datam sententiam inclinans scripsit in terra, & prius quam peccantem proximum corripiamus, & postquam debitæ castigationis illi ministerium reddiderimus, nos ipsos digna humilitatis inuestigatione perpendamus, ne forte aut eisdem, quæ in ipsis reprehendimus, aut aliis qui-

bullibet simus facinoribus infetiti: sicut forte fieri poterit, ut qui homicidam reum mortis esse iudicauerit, ipse in seipso per odium fraternæ mortis reus esse ante oculum conditoris inueniatur. Similiter qui fornicationis crimen in fratre accusat, in seipso superbiæ facinus non videat. Ideo iubetur iudex alieni criminis digito discretionis in corde suo describere, ne forte reus in seipso inueniatur. Quid igitur nobis in huiusmodi periculis remedijs? Quid restat salutis? nisi ut, cum peccantè conspiciamus alium, mox inclinemur deorsum, id est, quàm deiectione nostræ conditionis fragilitate sumus, si non nos diuina pietas sustentet, humiliter inspiciamus. Digito scribamus in terra, id est, discrimine solerter pensemus an cum beato Iob dicere possimus, Neque enim reprehendit nos cor nostrum in omni vita nostra. Bene qui inclinatus scripsit in terra, erectus misericordiæ verba depromit: quia quod per humanæ infirmitatis societatem promisit, per diuinæ virtutem potentè hominibus donum pietatis impendit. Eriges, inquit, se Iesus, dixit eis. Mulier, vbi sunt, & c. Nemo condemnare ausus est peccatricem, quia in se cernere singuli cœperant, quod magis damnum cognoscerent. Sed, quia accusantium turbas prolati iustitiæ pondere fugauit, videamus accusatam quæto misericordiæ munere subleuet. Sequitur; Dixit autem Iesus, Nec ego te condemnavo. Vade, & c. Quoniam misericors & pius est, præterita relaxat: quoniam iustus est, & iustitiam diligit, ne amplius iam peccet interdicit.

ERICI IN SVPERIVS Euang. Hom.

Omnipotentissimus conditor, & benignissimus amator hominum, Dominus Deus noster Iesus Christus, cuius vniuersæ viæ misericordiæ, & veritas, hanc sibi maximè circa suam passionem familiarem effecerat consuetudinem, ut diebus quidem in templo, quod Hierosolymis erat, verbum Dei prædicaret, signa, & miracula ostenderet quibus se Dei esse filium declararet: sed autem reuenteretur in Bethaniam, & apud amicum suum Lazarum, fororsq; eius Mariam, & Martham noctibus hospitaretur: sicq; iterum diluculo ad simile prædicationis opus Hierosolymam reuenteretur. Secundum hunc igitur sibi consuetum morem, cum tota die in die festo scenopegæ, id est, tabernaculorum, in templo prædicasset: vesperascente iam die, sicut asserit sanctus Euangelista, perrexit in montem Oliueti, & inde rursus diluculo venit in templum. Mystice, mons Oliueti sublimitatem dominicæ pietatis ac misericordiæ designat: quod & ipso satis vocabulo elatè, quia mos Oliueti à misericordia nomen trahit. ὄλιβητος namque Græcè, Latine misericordia dicitur. Natura quoque olei mystice spiritum sanctum cõgenit. Superfertur enim omnibus liquoribus, atque gratiam præmonstrat misericordiæ Dei: de qua Psalmista; Suauis inquit, dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius: Olei quoque perunctio fessis, ac dolentibus membris solet adferre leuamen: Et Psalmista miserationes domini gratiosa laude commemorans: Qui propter peccata iniquitatis tuas, qui sanauit omnes iniquitates tuas. Pergit ergo dominus

minus in montem Oliueti, ibiq; manebat, vt ar-
cem misericordiae in se constare, immo se osten-
tere esse ipsam misericordiam, secundum Psal-
mista vocem; Deus, inquit, susceptor meus es, Deus
meus, misericordia mea. Tempus verò diluculi,
quo praedicatoris Hierosolymam redibat, exor-
tum nouae gratiae designat, quando remota lega-
lium umbra figurarum, lux Euangelicae veritatis
mundo reuelanda erat. Et omni, inquit, populus ve-
nit ad eum, & sedens docebat eos. Sessio domini, hu-
militatem incarnationis eius insinuat, per quam
mundo subuenire dignatus est. Domino ergo in
templo sedente, omnis populus venit ad eum: quia,
postquam per susceptam humilitatem, visibilem
se hominibus praebuit, coeperunt multi praedica-
tionem eius audire, & in eum credere: & tanto li-
bentius, quanto eum sibi per assumptam carnem
proximum factum esse meminerat. Multi autem
diximus, quia plurimi superba mente salutem
quam attulerat, contempserunt. Vnde multo an-
te per prophetam praedictum fuerat; Audiat man-
sueti, & letentur. Mansueti igitur, & simplicibus
sermonem domini mirantibus, & intentissime
audientibus, quid contemptores fecerint, audiamus;
Aduerunt autem scribae, & pharisaei mulierem in
adulterio deprehensam, & statuerunt eam in medio, &c.
O captiosa veneratio! o simulatum venenatae
mentis obsequium! o labia dolosa, in corde &
corde loquuntur! Interrogant, non vt quod rectum
est discant, sed vt veritati laqueos nectant. Scie-
bant enim idcirco vel maxime dominum a tur-
bis amari, quia misericordiam praedicebat, & pec-
catores benignissime suscipiebat. Ideoque cum
inuenissent mulierem in adulterio, exultabant
inuenisse se tentandi occasionem. Adduxerunt
ergo eam ad dominum, percontantes quid de ea
fieri iuberet. Dicebant enim ad inuicem; Si dixe-
rit, lapidanda est haec mulier iuxta decretum
Moyse, quasi crudelem, & oblitum misericordiae,
quam praedicebat, deridebimus, sicq; eum odio-
sum turbis, a quibus diligitur, faciemus. Si vero
lapidari eam prohibuerit, quasi legis aduersa-
rium, & fautorem scelerum publice comprehen-
demus, & mortis supplicio condemnabimus. Sed
quid peruersitas valeret humana contra potesta-
tem diuinam? Scriptum namque est; Non est sa-
pientia, non est prudentia, non est consilium con-
tra dominum, Sequitur enim; Iesus autem inclinavit
se deorsum, & digito scribebat in terra. Per hoc quod se
dominus inclinavit, humilitatem assumptae hu-
manitatis ostendit. Per digitem, qui coniunctio-
nibus articulorum compositus, atq; ideo caeteris
membris flexibilior est, sublimitas discretionis
exprimitur. Per terram verò, humanum cor osten-
ditur, quod bonarum vel malorum actionum so-
let reddere fructus. Expectatus ergo dominus
a Pharisaeis, vt de adultera sententiam ferret, non
statim iudicat, sed prius inclinans se digito in ter-
ra scribit, ac sic demum illis obnixè insistentibus
iudicat: vt nos hoc exemplo typicè moneat, qua-
tenus cum quaelibet mala proximorum conspi-
cimus, non statim ea temere reprehendendo
damnemus; sed prius ad nostri cordis conscien-
tiam humiliter conuersi, digito discretionis, eam
solicite disquiramus, & vtum sint in ea opera
Deo placencia, an displicencia, diligenti medi-
tatione inuestigemus. Temerarium est enim iu-
dicare de erratibus alienis, si adhuc reprehende-

ris propriis. Hinc & Apostolus dicit; Fratres, & si
praecipuus fuerit quis in aliquo delicto, vos,
qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiri-
tu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris.
Cum autem perseverarent interrogantes eum, erexit se,
& dixit eis; Qui sine peccato est vestrum, primus in illam
lapidem mittat. Pharisaei quidem, & scribae ex omni
parte laqueos tetenderant, credebantque se eum
posse ostendere vel immisericordem, vel iniustum.
Sed dominus fraudes illorum facillime sicut fila
araneae pertransiit, seruans per omnia & iustitiae
distinctionem, & pietatis mansuetudinem. Ait
enim; Qui sine peccato est vestrum, ecce temperantia
miserantis. Rursus; Primus in illam lapidem mittat,
ecce iustitia iudicantis. Ac si patenter diceret; Di-
citis quia Moyses praecipit huiusmodi lapidare:
sed hoc a iustis, non a peccatoribus fieri praecipit.
Primo igitur iustitiam esse implete, & sic mun-
dis manibus & corde ad lapidandam ream con-
currere. Primo fidem, & misericordiam, spiritua-
lia videlicet praepcepta, perficite, & sic ad carnalia
iudicia venite. Hoc iudicio dato, Dominus iterum
se inclinans, scribebat in terra. Potest intelligi fecisse
hoc dominus iuxta morem humane consuetudi-
nis, vt quasi aliud agens, & vultu alio intendens,
liberam eis facultatem egrediendi daret, quos
sua responsione perculos, & in ruborem actos,
cicui exituros, quam plura interrogaturos esse
cernebat. Denique ait Euangelista; Qui audientes,
vnus post vnum exhibant, incipientes a senioribus. In hoc
verò, quod & ante datam sententiam & post, in-
clinans se scribebat in terra, figuratè admonuit,
vt & priusquam peccantem fratrem corripiamus,
& posteaquam ei ministerium debita correptionis
impenderimus, sollicita, atque humili inuesti-
gatione perpendamus, vtum aut ipsis, de quibus
alium castigamus, aut aliis peccatis obnoxij si-
mus. Saepè enim contingit, vt ille, qui alium ver-
bi gratia, de homicidio iudicat, ipse per odium
fratris ante oculos conditoris reus homicidij ha-
beat, quia scriptum est; Omnis, qui odit fra-
trem suum, homicida est. Nonnunquam aliquis
alium de fornicatione accusat, & in se facinus su-
perbiae absconditum celat. Cum ergo peccantem
aliquem corripimus, pensemus sollicitè, quam de-
iecti, quam fragiles ex nobis simus, si non diuinae
pietatis auxilio sustentemur. Ita enim fiet, vt ne-
quaquam contra eum, quem corripimus, super-
biamus, nec proteruo spiritu iudicantes con-
demnemus: sed memores propriae conditionis,
mansuete, ac leniter ad penitentiam, & emen-
dationem delicti salubri exhortatione prouocemus.
Erigens autè se Iesus, dixit eis; Mulier, vbi sunt qui te
accusabant? Nemo te condemnavit? Qua dixit; Nemo,
Domine. Nullus quippe ausus est: condemnare pec-
catricem mulierem: quia domino accipiti verbi
sui gladio eorum conscientias penetrante, singuli
in se cernebant, quod magis damnari deberent.
Sed quia accusatores iustitiae auctoritate prostra-
uit, eam quae accusabatur, magno pietatis mune-
re subleuauit. Sequitur enim; Dixit ei Iesus; Nec ego
te condemnavo: vade & amplius noli peccare. Tanquam
pius praeterita peccata ignoscit: sed quasi iustus,
ne amplius peccare praesumat, interdicit. Quia
enim Deus erat, & homo, per id quod homo erat,
accusatae miserati potuit: per id verò, quod Deus
est, dimisso scelere eam absoluit. Venefemur ergo
eum per id, quod Deo patri aequalis est: diliga-
mus

mus eum per id, quod nobis proximus fieri di-
gnatus est. Praecipitur eius misericordiam piis vo-
cibus, iustis operibus, vt nos ab omnibus pecca-
torum nexibus soluat, & de caetero non peccare
concedat: sicq; mentes nostras sancti amoris sui
flammis accendat, vt secundum beneplacitum
suum in omni bono perseverabiles faciat Iesus
Christus dominus noster, qui cū Deo patre, &c.

INCERTI CVIVSDAM

sub nomine Eusebii Emisiani eius-
dem Euangelij expositio.

Quod enim Iesus in montem Oliueti ire, &
orare solebat, sanctam ecclesiam oliuarum
arboribus constam se diligere, semperque habi-
tare significabat. De his enim oliuis ille erat, qui
dicebat, Ego sicut oliua fructifera in domo do-
mini, sperabo in misericordia Dei mei in aeternum,
& in seculum seculi. Tales oliuae sunt, quicunq;
pacem, & misericordiam diligunt. Sed cum ite-
rum Iesus veniret in templum, & sedens doce-
ret populum, contra inimici eius scribae, & Pha-
risaei, qui semper ei insidiantes, iniquo odio eum
persequerantur, adducunt mulierem quandam
in adulterio deprehensam, & statuunt eam in me-
dio, & dicunt ei, Magister, haec mulier modo apprehensa
est in adulterio: in lege autem Moyses mandauit huiusmo-
di lapidare: tu ergo quid dicis? Sciebant enim miseri-
cordem & piū esse. Vnde potius eum ad miseri-
cordiam & pietatem, quam ad legis verba atten-
dere sperabant: quod si fecisset, illico eum de
legis transgressione accusare volebant. Vnde
& subditur: Hoc autem dicebant tentantes, vt pos-
sent accusare eum. Iesus autem inclinans se deorsum,
digito scribebat in terra, &c. Quod Iesus digito scri-
bebat in terra, stultè eratac si diceret, Vos legis
mihī testimonia assertis, vos legis mihī verba
narratis, qui legem ipsam non intelligitis. Hic est
ille digitus, qui eam scripsit: hoc digito illa tabu-
la exaratae sunt, de quibus dicitur. Descendit Moy-
ses de monte, ferens duas tabulas lapideas in ma-
nibus suis, scriptas vtraque digito Dei. Ego igitur
legem composui, & vos legis exemplis me ir-
ritare nitimini. Stulti estis, si meis argumentis me
capere & superare speratis. Praecipit enim lex
mulierem huiusmodi lapidare: sed non sicut vos
intelligitis, neque a talibus, quales vos estis. Ego
sum finis legis, in me lex completa est: ecce om-
nia noua facio: spiritualiter intelligantur, quae
hactenus ad literam intelligebantur. Qui igitur
sine peccato est, primus in illam lapidem mittat. Quis
enim sine peccato? Si enim dixerimus, quia pec-
catum non habemus, nos ipsos seducimus, & ve-
ritas in nobis non est. Potest enim aliquis sine
crimine esse, sed sine peccato quis erit? Peccatum
hoc igitur in loco pro crimine ponitur, alioquin
impossibilia iuberet Iesus. Et apostolus quidem
ad episcopatum tales eligi praecipit, qui sine cri-
mine sint. Isti igitur sunt, qui in huiusmodi mu-
lierem primi lapidem mittere debent. Dicendum
est itaque quid mulier adultera, & quid lapides
isti significant. Est enim mulier adultera, omnis
anima haeretica prauitate corrupta. Haec autem
tunc lapidatur, quando ad Episcoporum, vel sa-
cerdotum concilium ducta, & de sua iniquitate
conuicta, a toto concilio excommunicatur. Sed

primus in illam lapidem mittit ille, qui sine pec-
cato est: per quem episcopum intelligimus, quem
Apostolus sine crimine esse praecipit. Deinde au-
tem quicunq; illi sunt, qui excommunicatione
constituant, omnes in illam lapidem mittunt. Hoc
igitur Moyses significauit, quando mulierem adu-
teram lapidare praecipit. Hoc dominus exposuit,
quando eum, qui sine peccato esset, primum in
illam lapidem mittere iussit. Sed hoc Iudaei non
intelligebant, & quid contra dicerent, non habe-
bant. Sic enim suum sermonem temperavit Iesus,
vt legi non contradiceret, & pietatem non amit-
teret. Audientes autem vnus post vnum exhibant incipien-
tes a senioribus: & remansit solus Iesus, & mulier in medio
stans. Quare exhibant? Quia omnes peccatores esse
sciebant: ille autem solus remansit, qui solus erat
sine peccato: adhuc mulier timebat, adhuc mu-
lier in medio stabat: huic misericordiam, & inde
iudicium expectabat. Quid est enim in medio, ni-
si inter misericordiam & iudicium? Bene igitur
Psalmissa ait, Misericordiam & iudicium canta-
bo tibi domine. Nemo te condemnavit? Que dixit, Ne-
mo domine. Non igitur condemnavit eam Iesus in eo quod
ait, Qui sine peccato est, primus in illam lapidem mittat.
Si enim eam condemnavisset, nequaquam ei dixisset,
nemo te condemnavit? Dixit autem ei Iesus, Nec ego te
condemnavo. noli timere, esto secunda, crede tantum-
modo consiliis meis: non abiicio peccatores, pœ-
nitentes suscipio: vade, & amplius noli peccare. Sic
igitur liberata est misera, iubente misericordia.

EVTHYMII ZIGABONI

superioris Euang. expositio.

Iesus autem perrexit in montem Oliuarum. Decli-
nans nocturnas insidias. Et omnis populus venit ad
eum, sedensque docebat illos. Populum hic appellat
eos, qui dicebant; Hic est vere propheta: itemque
eos qui dicebant; Hic est Christus: quod non fe-
rentes Iudaei, vide quid malignentur. Magister, hanc
inuenimus actum adulterium perpetrantem. In autem opus,
hoc est manifeste, & deprehense, ita vt negari non
possit. In lege autem praecipit nobis Moyses, &c. Cogno-
scentes enim eum misericordem esse, ac compa-
rentem, cogitabant, quod esset illi parciturus: &
ita habituri essent aduersus eum accusationem,
vt pote legis transgressione illi parcentem, quae
secundum legem lapidanda erat. Iesus vero deorsum
inclinatus, digito scribebat in terra. Quod frequenter
facere solent, qui respondere nolunt importuna,
indignaque rogantibus: cognita enim illorum
machinatione, scribebat se in terra scribere, nec iis
attendere, quae dicebant. Quum autem persevera-
rent interrogantes eum, &c. Vide sapientiam eius,
qui ipsa est sapientia. Nam sagaciter illorum de-
cipit machinationes: simul & seruando legem, &
parcendo mulieri. Siquidem ei, qui ex ipsis a pec-
cato immunis esset, permisit, vt eam lapidare in-
ciperet: sciens omnes peccatis esse obnoxios. Rur-
sumque inclinatus scribebat in terra. Et, dum ipse in
eos respiceret, emberscerent lenius redarguti: vt-
que ita illo in scribendo occupato, liceret eis sen-
sum abscedere, antequam manifestius condem-
narentur: nam sua summa benignitate, ipsis par-
cebat. At illi quum audissent, singularim alius post alium
exibat, &c. Nullus enim a peccato immunem se
dicere poterat. Et relictus est Iesus solus ac mulier &c.
Bibl. Hom. tom. 2. E e Recedue

Recedentes namque dimiserant eam intactam; utique non condemnata, quod ad se pertinebat, alioqui oppressissent eam. *Que dixit nemo, domine. Nisi autem Iesus, neque te condemno.* Nam si illi, cum homines sint, te non condempnerunt, multo

magis ego, qui Deus sum, legisque dominus te non condemno. Abi & iam posthac ne peccaueris. Satis enim erat talis divulgatio, & coram tot aduersariis erubescencia pro supplicio: maxime cum sciret, quod illam toto corde peniteret.



DOMINICA III. QVADRAGESIMAE.

I O A N . 6 .



^a Id est, in refecto Ioanne voluit dignitatem humanitatis & deitatis per miracula ostendere, nominando locum & tempus.

No illo tempore abiit Iesus trans mare Galilææ, quod est Tyberiadis. Et sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. Subiit ergo in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum Pascha, dies festus Iudæorum. Cum subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum: Vnde ememus panes, ut manducet

^b Vt ignorantiam discipuli demonstraret. ^c Eadem illius de futuro miraculo consulens.

hi? Hoc autem ^b dicebat ^c tentans eum. Ipse enim sciebat, quid esset factururus. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut

^d Eadem simplicitate qua Philippus.

vnusquisque modicum quid accipiat. Dicit ^d ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri: Est ^e puer vnus hic, qui habet quinque panes hor-

^e Puer hic, vel vnus de discipulis fuit, vel aliquis de turba.

deaceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? Dixit ergo Iesus: Facite homines discumbere. Erat autem ^f fœnum multum in loco. ^h Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque milia. Accepit ergo Iesus, panes, & cum

^f Neque iste adhuc perfectus in fide. ^g Doctores non perfecte intelligentes legem dicent, quid confert lex salutem? ^h Adhuc in eis caro vivebat.

gratias egisset, distribuit ⁱ discumbentibus. Similiter & ex piscibus quantum volebant. Ut autem impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quæ suprauerunt ^k fragmenta ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim

ⁱ Per se & per apostolos.

^l cophinos fragmentorum, ex quinque panibus hordeaceis & duobus piscibus quæ superfuerunt his qui manducauerant. Illi ergo homines cum vidissent

^k Illa subtilia sacramenta, quæ non possunt imperfecti capere: quæ nunc committuntur apostolis.

quod Iesus fecerat signum dicebant: Quia hic est verè ^m propheta qui ^m venturus est in mundum.

^l Vacia vasa ad porrandum deputata.

GLOSSA ORDINARIA

in superius Euang.



Rost hac abiit. Post verba quibus deitatis suæ & humanitatis arcana monstravit miraculo quinq; panum quis esset subdit: vnde ait, *Post hac abiit.* Id est, hæc inuisitata & visibilia quæ ad cognitionem inuisibilis Dei ducunt, sed & mystica sunt. Mare enim est seculum. Galilææ, id est, rotæ: quia hic est

volubilitas, non erectio ad Deum. Hoc transit Iesus resurgendo, vnde eum quem primum vna gēs Iudæorum; iam sequitur multitudo gentium, cupiens instrui, sanari & satiari. Iesus autem discipulis in monte spiritualibus altiora committens, turbis inferioribus simpliciora; proximo Pascha hoc agit, docens eos quibus facit debere transire de mundanis ad cælestia. Oculi Iesu sunt dona spiritus, quæ miseris aperit, ne errent venientes ad se. Ipse sciens tentat discipulum, ut ille tarditatem suæ fidei agnosceret, qui præsentem creatore de

de paucis sufficientiam multis posse fieri, dubitare non debuit. Et per eius ignorantiam significat spiritualem intelligentiam Iudæos in lege ignorare. *Trans mare.* Tyberiadis, & Capharnaum in eodem litore ex parte nostra: vltra in alio litore opposito, locus est vbi miraculum istud factum est. Nec propriè vocatur mare, sed quædam magna Iordanis refluxio. *Et sequebatur.* Viso hoc miraculo, gentium magna turba sequitur, quia sicut eos quos à corporis infirmitate sanabat intus spiritus reintegrabat, sic ipsos à morbo incredulitatis sanabat. *Cum subleuasset:* Exemplo suo nos admonet leuare oculos cordis nostri, ut si fortè eoducente ad altitudinem actionis & sciētiae ascendere permittamur. Turba sequentium carnalium cogitationum nos non perturbet, nec ab altitudine contemplationis deiciat, sed eam spiritualibus efcis quatum capere possit pascere curemus. *Respondit.* Adhuc Philippus lacte doctrinæ nutritus solidum fidei & cogitationis cibum capere non valens, iuxta suæ virtutis facultatem respondit, impossibile existimans tot paucis posse refici, sed eruditur Deo nihil esse impossibile. Philippus etiam (qui interpretatur os lampadis) figuram gerit prædicantium, quibus in altitudine cum Christo constitutis, de carnalium hominum cogitationum turba pascēda dominus quotidie loquitur. *Ducentorum.* Centenarius duplicatus significat perfectionem bonæ actionis, & rationalis scientiæ, quæ erudiendis in fide non sufficiunt, nisi eis altitudo theologiæ addatur, quæ animas per bonam operationem purgatas, & per scientiam rerum creatarum illuminatas, ad consummatam spiritualium refectionum plenitudinem perducit. *Est puer vnus.* Hic puer est Moyses legislator, cuius lex neminem ad perfectum perduxit. *Vnus,* quia vnitatem ecclesiæ futuram præfigurabat. Hic, id est, in ver. Testa, quod quamuis nouo clarescente iam vilescit, adhuc tamè omnino non recessit. *Quinq; panes,* sunt vetus lex, in quinque libris Moysi. *Hordeacei,* quia cibus est rudium. *Medulla hordei,* tenacissima palea & vix separabili tegitur, sic spiritualis sensus, Hebræus populus puerili sensu legem portat quasi onus, nec clausis pascitur, nec alios pascit. *Duo pisces,* prophetæ & Psalmi, iam temperantes austerum saporem legis. *Vel duo pisces,* duæ personæ constitutæ in regimine populi: Regia & sacerdotalis: quæ inter turbas fluctuantis populi quassantur, nec deficiunt, in quibus vnus Christus significatur rex & sacerdos. *Fœnum,* quia carnaliter sapiebāt, in carnalibus quiescebant. *Quibus verò venit Christus rex & sacerdos,* carnem calcant ut spiritualiter reficiantur. *Quinque millia,* populis qui sub lege ut languidi in quinque porticibus. *Sed viri,* id est, perfectiores qui sunt digni numero præter infirmam ætatem, & fragilem sexum, sunt quinque milia, id est, perfectè quinque sensibus corporeis dominantur: & hi reficiuntur à Christo. *Accepit panem,* non nouos creauit quia antiquam scripturam non soluit, sed impleuit & docuit. *Gratias agit,* docens nos de omnibus beneficiis gratias agere, & intimans de nostra refectione se gaudere & salute, Multiplicauit, quia de paucis illis tot scripturæ emanauerunt. *Fragmenta,* sunt secretiora, quæ communis non capit populus: hæc colligit apostoli & committuntur abiectis mundi, & corde perfectis. *Videtes propheta*

tam vocant forsitan ideo, quia adhuc in sceno resident. Sed & verè propheta dicitur, quia dum aliquid præsens docet, Angelus dicitur: dnm futurum prædicit, propheta. Tamen quia verbum caro factum est, dominus est Angelorū & prophetarum. *Sed hæc quid, &c.* Quasi dicat. Legis litera, vel corporei sensus quid profunt ad multitudinem in te crediturorum, qui spiritualia alimenta sunt petituri, quæ omnem literam, omnemque corporeum sensum superant? *Facite homines.* Magister veritatis prius in simplicitate literæ quasi in infimis locis, & in simplicitate visibilis creaturæ audiores erudiuit, ut sic in altitudinem contemplationis erigantur. *Illi ergo homines cum vidissent quod, &c.* Illi nondum plena fide proficiebant, quare hunc Deum dicere nesciebant, Nos certiores illis dicimus: Hic est verbum, sine quo non est propheta vel Angelus.

CATENA AVREA

in idem Euang.

Chysof. Sicut iacula cum in durum aliquid inciderint, cum multo impetu iaciuntur, cum autem non habuerint aliquid obuians, dissoluitur citò immisso, & quiescit: & ita & si cum audacibus hominibus impetuosè incessemus, sœniunt magis. Si autem cesserimus, facilè molliemus eorum insaniam. Propterea Christus furorē ex præmissis sermonibus tantum secedendo mitigauit in Galilæam vadens, non tamen ad eadem loca vnde in Hierusalem ascenderat, non enim in Chana Galilææ, sed vltra mare iuit. vnde ait: *Post hæc abiit Iesus trans mare Galilææ quod est Tyberiadis.* Alci. Hoc mare pro diuersitate locorum diuersis nominibus vocatur, sed quatum ad præsentem locum mare Galilææ propter prouinciā: Tyberiadis autem à ciuitate dicitur. Mare autem dicitur, non quia sit amara aqua, sed iuxta Hebraicum modum omnium cōgregationes aquarum, maria vocantur. Quod mare dominus etiam frequenter transit, ut populis ibi manētib; verbum prædicationis impēdat. Theo. Transit enim de loco ad locum probando populi voluntatem, & audiores homines vniuscuiusque ciuitatis & sollicitiores reddens. vnde sequitur: *Et seq. eum mult. mag quia vide. si. que. fa. super. his. qui. infirmabantur.* Alci. Scilicet quod cæcos illuminabat, & alia huiusmodi. Et sciendum est, quod quocunq; in corpore sanabat, eos pariter reformabat in anima. Chryf. Tanta autem doctrina potentes à signis magis mouebantur, quod grossioris mentis erat. Signa enim ut ait Paulus, non sunt data fidelibus, sed infidelibus. Sapientiores autem erant illi, de quibus in Luca dicitur, quod stupebant in doctrina eius. Sed quare non dicit quæ signa videbant eum facientem? quoniam hic euangelista maiorem partem libri in sermonibus domini cōsumere studuit. Sequitur: *Subiit ergo in montem Iesus, & ibi sede. cum. discip. suis.* In montē quidem ascendit propter signum, quod fieri debebat. Sed quod discipulos secum ascendere fecit, accusatio multitudinis erat, nō sequentis eum. Ascendit etiam in montem erudiens nos à tumultibus, & ab ea quæ in mūdo est turbatione quiescere: apta enim ad philosophiam solitudo est. Sequitur: *Erant autem prox. pa. di. se. lu.* Vide qualiter in anno integro

nihil plus euangelista nos docuit de signis Christi quam quoddam paralyticum sanauit, & filium reguli: non enim studuit vniuersa annuntiare, sed ex multis magna & pauca. Qualiter igitur non scendit ad diem festum? Paulatim enim soluebat legem, occasionem capiens à Iudaica nequitia. Theo. Quia enim Iudei eum persequabantur, occasionem recessus accipiens legem exclusit, inueniens obseruantibus quoddam veritate adueniente omnis cessat figura: & quoddam legibus non subiicitur ut legalia festa perficeret. & vide hoc quoddam non erat festum Christi, sed Iudeorum. Bed. Si quis autem verba euangelistarum diligenter considerauerit, facile cognoscat quia vnius anni spatium fuit inter decollationem Ioannis & passionem domini. Cum enim Matthæus dicat, quia dominus audita nece Ioannes secessit in desertum locum, & ibi turbas pauit, & Ioannes dicit quoddam proximum erat pascha Iudeorum quando turbas pauit: aperte demonstratur, quia imminente paschali festiuitate decollatus est Ioannes, Euolutio autem vnius anni spatium, passus est Christus in eadem festiuitate. Sequitur, *Cum subleuasset ergo oculos Iesus, &c.* Dicit, *cum subleuasset oculos Iesus*, ut disceremus quoddam oculos non erigebat huc atque illuc, sed publice sedebat attentus cum discipulis suis. Chry. Neque etiam simpliciter sedebat cum discipulis suis, sed diligenter loquens aliquid eis, & eos ad seipsum conuertens. Deinde respiciens vidit turbam ad se venientem. Cuius igitur gratia Philippum interrogat? sciebat enim quoddam discipulorum eius congregatio, ampliori indigebat doctrina. Talis autem erat Philippus qui postea dixit: *Ostende nobis patrem, & sufficit nobis*: propterea igitur prius eum erudiebat. Nā si simpliciter factum esset miraculum, non tantum appareret: nūc autem prius cogit cōfiteri inopiam, ut certius discat miraculi magnitudinem. vnde sequitur: *Hoc autem dice. ten. eum.* Non quidem ignorans id quod debebat ab ipso dici, sed humanè hoc dictū est. Sicut enim quoddam dicitur, *Qui scrutatur corda hominum, non ostendit ignorantiam scrutationem, sed certissimam cognitionem*: ita cum hic dicat quoddam tentauit eum, nihil aliud dicit quam quoniam sciebat certissimè. Sed & aliud dicit dicere quoniam probatiorem eum faciebat, per talem interrogationem inducens in certissimam signi cognitionem. Propter hoc & euangelista ne infirmitate locutionis minorationem aliquam suspiceris subiungit: *ipse enim scie. quid esset facturus.* Alcu. Interrogat igitur non ut ignorata discat, sed ut discipulo adhuc rudi propriam tarditatem ostendat, quam ipse in se perpendere non volebat. Theo. Vel etiam ut aliis ipsum ostēderet, non tanquam cor eius ignorans. Augu. de con. euan. Sed si dominus secundum narrationem Ioannis prospectis turbis quæ suat à Philippo tentans eum, vnde illis escæ dari possent: potest mouere quomodo sit verum quod alij narrauerunt, prius dixisse domino discipulos ut dimitteret turbas. Quibus ille respondit secundum Matthæum, Non habent necesse ire, date eis vos manducare: intelligitur igitur post hæc verba dominum inspexisse multitudinem, & dixisse Philippo quod Ioannes commemorat: alij autem prætermiserunt. Chryf. Vel aliter: Alia quidem sunt illa: alia autem sunt hæc, non eisdem facta temporibus. Theo. Philippum igitur dominus tentans vtrum fidem habe-

ret, inuenit eum adhuc humanis passionibus subiaccem, quod patet ex hoc quod sequitur: *Respondit ei Philippus, Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut vnusquisque modicum quid acci.* Alcu. In quo tarditatem suam ostendit, nam si perfectè de creatore intelligeret, de eius potentia largitate non diffideret. Augu. de con. euan. Quod autem Philippus hic apud Ioannem respondet, hoc Marcus à discipulis responsum esse commemorat: volēs intelligi hoc ex ore cæterorum Philippum respondisse: quanquam & pluralem numerum pro singulari vtitissimè ponere potuerit. Theo. Sed & Andream dominus similem Philippo inuenit, quamuis altius de illo contemplantem, sequitur enim: *Dicit ei vnus ex discipulis eius Andre. fra. Si. Pet. Est puer hic qui habet quinque panes hordeaceos & duos pisces.* Chryf. Estimo quidem non sine causa id eum dicere, sed quia audierat signum quod Eliseus de panibus ordeaceis fecerat, pauit enim de xx. panibus centum homines: Ascendit igitur mente in aliquod excelsum, sed ad summum non potuit peruenire, quod patet per hoc quod subdit: *Sed hæc quid sunt inter tantos?* Estimabat enim quoddam de paucioribus pauciora, & de pluribus plura facturum esset qui miracula faciebat, sed hoc non erat verum. Similiter enim ei facile erat, & de pluribus & de paucioribus pascere turbas: non enim materia subiecta indigebat, sed ne viderentur creaturæ alienæ esse ab eius sapientia ipsi creaturis vtrius ad materiam miraculorum. Theoph. Confundantur Manichei qui dicunt quoddam panes & omnia huiusmodi creata sunt à malo Deo, quia boni Dei filius Iesus Christus panes multiplicauit: nam si creaturæ malæ fuissent, nequaquam bonus mala multiplicasset. Augu. de con. euan. Quod autem Andreas apud Ioannem de quinque panibus & duobus piscibus suggestit, hoc cæteri pluralem numerum pro singulari ponentes ex discipulorum persona retulerunt. Chryf. Discamus autem hic qui voluptati attendimus, quæ comedebant mirabiles viri illi & magni: & quantitatem eorum quæ inferebantur, & vilitatem mensæ eorum. Nondum autem apparentibus panibus iussit eos discumbere, ut discas quoniam nō entia vt entia ei subsistunt, sicut Paulus ait: *Qui vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt.* Sequitur enim: *Dicit ei Iesus, Facite ho. discumb.* Alcu. Ad literam homines discumbere dicimus iacendo comedere more antiquo, vnde sequitur: *Erat autem fenū multum in loco.* Theoph. id est, herba viridis. Erat enim pascha quod in primo mense veris perficiebatur. Sequitur: *Discubue. ergo viri nu. quasi quinque mi.* Soli viri numerantur ab euangelista, quia legalem consuetudinem sequebatur. Etenim Moyses à xx. annis, & supra populum cōnumeravit nulla mentione de mulieribus facta: inueniens quoddam omne quod virile est & iuuenile, dignum & honorabile est apud Deum. Sequitur: *Accepit et. te. panes. & cum gratias egisset, distri. discumb. similiter ex piscibus quantum volebant.* Chry. Sed quare paralyticum debens sanare non orat, neque suscitans mortuos, neque mare quietans: hic autem orat gratias agens vt scilicet, ostēdat eos, qui cōmestionem incipiūt gratias agere oportere Deo. Sed & aliter in minoribus maximè orat, vt discas quoddam non propter indigentiam orat. Si enim indigeret orare, multo magis in maioribus hoc fecisset. Quia verò illa ex autoritate facit, manifestum

stum est quoddam hic descendendo nobis orat: & adhuc quoniam turba multa erat præfens oportebat eis suaderi quoddam secundum voluntatem Dei aduenerat, & ideo cum occultè aliquod miraculum faciebat non orabat, sed coram multis orabat, ne crederet quod esset Deo contrarius. Hildebrandus tri. Quinque igitur panes offeruntur turbæ, & franguntur, subrepunt in frangentium manus quædam fragmentorum procreationes, non imminuitur: vnde perfingitur, & tamen perfingentis manum fragmenta occupant, non sensus, non visus profectum tam conspicibilis operationis assequitur: est quod non erat, videtur quod non intelligitur: solum superest, vt Deus omnia posse credatur. Augu. Vnde enim multiplicat de paucis granis fetes, inde in manibus suis multiplicauit quinque panes: potestas enim erat in manibus Christi, panes autem illi quinque quasi femina erant, non quidem terræ mandata, sed ab eo qui terram fecit multiplicata. Chryf. Vide autem quanta est serui, & domini differentia: nam propheta quasi ex mensura habentes gratiam ita miracula faciebat, Christus autem absoluta virtute faciens cum multa superabundantia omnia operabatur. Sequitur: *Vt autem im. sunt, &c.* Non quidem hæc ostentatio superflua fuit, sed ne phantasmam existimarent quod factum est, propter quod etiam ex subiecta materia miraculum fecit. Sed quare non turbis dedit fragmenta portanda, sed discipulis? quoniam hos maximè erudire volebat, qui orbis terrarum debebant esse magistri. Ego autem non solum admiror multitudinem panum quæ facta est, sed & certitudinem superfluum, quia neque plus, ne minus fecit superfluum esse, sed tantum quantum volebant, scilicet 12. copinos secundum numerum 12. Apostolorum. Theo. Addiscimus autem ex miraculo perpetrato non fieri pusillanimes in coarctationibus paupertatis. Bed. Turbe autem cum vidissent signum, quoddam fecit dominus, mirabantur quia nondum eum Deum esse cognouerant, ideoque euangelista subdit. Illi ergo homines quia carnales erant & carnaliter intelligebant. *cum vidissent quod fecerat signum, dicebant: quia hic est verè propheta, qui venturus est in mundum.* Alcu. Nondum pleni fide dominum vocant prophetam, qui nondum Deum dicere nouerant, sed iam multum profecerant ex virtute miraculi: qui eum secerentes ab aliis prophetā vocabant, sicut sciebant in populo illo prophetas aliquando miracula fecisse, nec falluntur si dicunt eum prophetam, cum ipse dominus nouerit se prophetam, dicens: Non capit prophetam perire extra Hierusalem. Augu. Sic autem propheta est Christus & dominus prophetarum, sicut angelus & dominus angelorum. ex eo enim quod præfens annuntiavit, angelus erat: ex eo quod futura prædixit, propheta erat: ex eo quod verbum caro factū est, & angelorum & prophetarum dominus erat: nullus enim propheta sine verbo Dei. Chry. Ex hoc autem quod dicunt: *qui venturus est in mundum*, manifestū est quoddam prophetam quandam principalem expectabant. Et ideo quod dicitur: *Hic est verè propheta*, in græco cum adiectione articuli ponitur, ad ostendendū, scilicet eum esse discretū ab aliis prophetis. Augu. Considerandum autem quod dicitur, quia Deus non est talis substantia quæ oculis videri possit, & miracula eius quibus totum mundum regit,

vniuersamque creaturam administrat, assidue viluerunt, seruauit sibi quædam quæ faceret opportuno tempore: præter vstratum cursum ordinemque naturæ: non vt maiora, sed insolita videndo stuperent, quibus quotidiana viluerunt: maius enim miraculū est gubernatio totius mundi quam saturatio quinque millium hominum de quinque panibus, & tamen hoc nemo miratur. Illud mirantur homines, nō quia maius, sed quia rarum est. Nec tamen sufficit hoc intueri in miraculis Christi, quia enim dominus est in monte, verbum Dei est in alto: proinde non quasi humiliter iacet, nec transeunter prætereundum est. Alcu. Mystice enim nomine maris turbidum seculum designatur. Mox autem vt Christus mare mortalitatis nostræ adit nascendo, calcavit moriendo, transit resurgendo, secuta sunt eum credendo & imitando turbæ credentium ex vtroque populo collectorum. Bed. Tunc autem dominus subit in montem, quando cælum ascendit, quod designatur per montem. Alcu. Quod enim turbis in inferioribus relictis ad altiora cū discipulis ascendit, ostendit quod simplicibus minora præcepta sunt committenda, perfectioribus altiora: quod imminente pascha illos reficit, significat quia quisquis pane diuini verbi & corpore & sanguine domini desiderat refici, debet spirituale pascha facere, id est, de vitiis ad virtutes transire. Oculi verò domini sunt dona spiritualia: quæ cū dominus electis suis misericorditer concedit, tūc in eos oculos suos dirigit, id est, respectum pietatis impendit. Augu. lib. 83. q. Quinque autem panes ordeacei significant veterem legem, siue quia nondum spiritualibus, sed adhuc carnalibus data est lex, id est, quinque corporis sensibus deditis. Nam & ipse turbæ quinque millia hominum fuerunt, siue quia per Moysen lex ipsa data est. Moyses enim quinque libros scripsit. Et quod ordeacei erant panes, bene significauit per ipsam legem, quæ ita data erat vt in ea vitale animæ alimentum corporalibus sacramentis obregeretur. Hordei enim medulla tenacissima palea tegitur. Vel ipsum populum nondum exspoliatum carnali desiderio tanquam palea cordi eius inherabat. Bed. Hordeum etiam pabulum est iumentorum, & cibus seruorum, & lex vetus data est & seruis & iumentis, id est, carnalibus. Augu. lib. 83. q. Duo autem pisces qui saporem suauem pani dabant, duas illas personas videntur significare quibus populus ille regebatur, regiam scilicet, & sacerdotalem: quæ tamen duæ personæ dominum nostrum præfigurabant, ambas enim ille sustinuit. Alcu. Vel duo pisces dicta vel scripta prophetarum & psalmodum significant, & cunctinarius ad quinque sensus corporis referatur, mille ad perfectionem refertur. Qui verò quinque sensus corporis perfectè regere student, viri dicuntur à viribus quos feminea mollities nō corrumpit, sed sobriè & castè viuunt: & cælestis sapientiæ dulcedine merentur recreari. Augu. super Ioan. Puer autem qui ista habebat fortè populus Israel erat, qui sensu puerili ea portabat, nec manducabat. Illa enim quæ portabat clausa onerabant, aperta pascebant. Bed. Pulchrè autem dicit: *Hæc quid sunt inter tantos*, quia lex vetus parum proficiebat, quousque eam suis manibus suscepit, id est opere impleuit, & eandem spiritualiter intelligendam esse docuit, quia lex neminem ducebat

ad perfectum. August. super Ioan. Frangendo autem panes multiplicati sunt. Quinque enim libri Moyfi multos libros cum exponuntur tanquam frangendo, id est, disserendo fecerunt. August. lib. 83. q. Dominus etiam tanquam frangendo & aperiendo quod durum erat & clausum in lege discipulos impleuit, cum eis post resurrectionem aperuit scripturas. August. super Ioan. Quia aut ignorantia populi erat in lege, propterea tentatio domini ignorantiam discipuli demonstrabat. Super fenem autem discumbant, quia carnaliter sapiebant, & in carnalibus quiescebant: omnis enim caro fenem. Illi autem de panibus domini implentur, qui quod auribus audiunt, operibus implent. Aug. Quæ sunt autem fragmenta nisi quæ populus non poterat manducare? Quid ergo restat nisi ut secretiore intelligentia quæ non potest capere multitudo illius credantur, quod idonei sunt, & alios docere valent, sicut erant apostoli, unde & duodecim cophini impleti sunt. Alcu. Cophini enim seruilia implentur videlicet officia. Cophini igitur sunt apostoli, & eorum imitatores, qui licet in presenti sint despiciabiles, spiritualium sacramentorum diuitiis sunt interius referti. Dicuntur autem apostoli fuisse cophini, quia per apostolos fides sanctæ trinitatis erat prædicanda in quatuor partibus mundi. Quod autem novos panes noluit facere, sed allatos cumulauit, signat, quia veterem scripturam non reprobauit, sed apertiendo patefecit.

S. IO. CHRYSOSTOMI

*Episcopi Constantin. in superius
Euang. Hom. 1.*

Ex Hom. 41. in 1o. Post hæc abiit Iesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis, &c. Nolimus, dilectissimi, prauos, & maledicos homines prosequi, & insectari, sed eos, & eorum malitiam toleremus, cum nihil ab his virtus nostra offendatur, nihil detrimenti accipiat: ita enim omnis eorum impetus frangitur. Et, quemadmodum sagittæ in durum aliquod signum immissa magno impetu huc illuc disperguntur, mollius verò assecuta, figuntur, & desinunt: ita & maledicos, & feros repugnando magis exasperamus, cedendo mitigamus facile, & eorum mollius infaniam. Idcirco Christus, cum audivisset Pharisæi, ipsum plures quam Ioannes discipulos habere, & baptizare, abiit in Galilæam, ut eorum inuidiam, & furorem, quem ex se audito ortum credibile erat, extingueret, non tamen eundem locum, quem antè, petiit: non enim in Cana Galilææ, sed trans mare concessit. Sequebatur autem eum multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat. Quænam? cur non enumerat? Quoniam hic Evangelista plurimum in Christi sermonibus, & doctrina versatur, considera in toto anno: etenim nunc in festo Paschæ non aliud quæ paralytici, & filij reguli nobis signum exposuit. Neque enim omnia narravit, neque potuisset, sed ex multis, & magnis pauca. *Sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat.* Non philosophicis admodum subtilitatibus vertitur: ad tantam enim doctrinam magis signis adducebatur, & rudiores maximè. Signa, inquit, non fidelibus, sed incredulis, sed non huiusmodi apud Mattheum populus, verum stupebat omnes doctrinam eius,

quia docebat eos tanquam potestatem habens. Quid autem, montem subit, & ibi sedebat cum discipulis suis? Propter futurum signum. Quod autem soli cum ipso discipuli ascenderunt, multitudinis non sequentis desiderium coarguit. Ad hoc etiam nos admonet à perturbationibus, & tumultu discendere. Idoneus siquidem ad philosophiam locus solitudo: aliquando Christus solus montem ascendit, & orat: ut ostendat, qui Deo vult frui, eum ab omni cura, & solitudine vacare, & quietum locum quærere oportere. *Erant autem proximum pascha dies festus Iudeorum.* Quam gratia, omnibus ad solemnitatem Hierosolymam properantibus, ipse in Galilæam, & inde Capernaum non modò abiit, sed & ducit discipulos? Ut paulatim legem soluat, cum à Iudeorum malitia occasionem acceperit. *Cum subleuasset Iesus oculos, & vidit multitudinem magna venit ad eum.* Non abs te cum discipulis sedere ostendit, sed aliquid diligentius, & magna omnium attentione disferere. Ex quo Iesu studium, & humilitatem in discipulos videre licet. Sedebat intentus in magistrum oculis. *Inde cum subleuasset Iesus oculos, & vidit multitudinem venientem, alij Evangelistæ dicunt discipulos obsecrasse Iesum, ne ieiunos dimitteret: Ioannes autem, Iesum Philippum rogasse.* Vtrunque mihi verum videtur, alio & alio tempore: illud, quàm hoc, antiquius. Sed quam ob rem Philippum interrogat? Norat qua discipuli magis doctrina indigerent. Hic est, qui postmodum ait, Ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Propterea eum rogavit, ut magis appareret miraculum, & coactus confiteri penuriam, melius intelligeretur miraculi magnitudo, quàm si simpliciter id fecisset. Ait ergo, *Unde ememus panes, ut manducent hi?* Sic & in veteri testamento, non prius signum fecit Deus, quàm Moysen interrogaret: Quid est hoc, quod tenes in manu tua? Nam cum admirabile aliquid, & repentinum primum nonnunquam oblivionem facere solet, primum eum propria confessione alligari, voluit, ut nullo stupore obliuisci iam possit. Vult præterea comparatione signi magnitudinem intelligi. *Ducentorum denariorum panes, inquit, non sufficimus, &c.* Quid significat? *Tentans eum:* Num quid esset responsurus, ignorabat? Minimè: Quid igitur? Ex veteri testamento licet intelligi, ubi inquit, Quæ postquæ gesta sunt, tentauit Deus Abraham. Ille respondit, Adsum. Ait illi; Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac. Non dixit hoc, ut an pareret experiretur, cum omnia Deus videat, priusquam fiant: sed hominis more vtrunque dictum est. Sicut enim, cum dicit; Scrutatur corda hominum, non ignorantia est, sed certissimæ cognitionis: ita tentauit, nihil aliud quàm certam scientiam significat, vel quod probatiorem ipsum fecit. Ut ergo Abraham: ita & Philippum interrogando admonet, ut miraculum diligentius consideret. Ideo Evangelista ne quid his verbis absurdum de Christo suspicareris, & in magnum prolabereris errorem. Ipse (inquit) sciebat, quid esset factururus. Ut igitur hoc loco Evangelista diligenter hoc notat, ne decipiamur: ita cum inquit, Propterea magis quærebant eum Iudei interficere: quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo: Nisi ea esset Christi operibus confirmata sententia, eam quoque correxisset suspitionem. Nam, si in Iesu verbis ti-

met

met euangelista, ne quid perperam suspicemur: multo magis in aliorum sermonibus, si non verum ideo opinari intelligeret. Sed nihil dixit, norat enim eam fuisse Christi sententiam, quod esset æqualis Deo, nec eos perperam opinatos. *Cum igitur interrogasset Philippum, dixit Andreas frater Simonis, &c.* Prudentior quàm Philippus Andreas, non tamen penitus rem intellexit. Puto autem eum adductum prophetarum miraculis: ut Helisæi ex panibus. Præcessit ergo Andreas Philippum, non tamen in ipsum cacumen euaſit. Hinc delicias dedit intelligant, quid magni illi viri, & admirabiles comederint, quàm vilis, & modice eorum mensa fuerit. Intueamur eorum in omnibus abstinentiam. Cum dixisset, *Habet quinque panes ordeaceos:* subdit; *Sed quid hæc inter tantos?* Putabat enim ex paucioribus paucioræ, & pluribus pluræ facturum miraculorum authorem, in quo decipiebatur. Similiter enim & ex pluribus, & paucioribus panes multiplicare poterat: neque subiecta materia indigeret Deus. Sed, ne creatura ab ipsius sapientia aliena videretur, ut secuti homines Marcionis opinionis infecti calumniati sunt, ipsa vrus est creatura in miraculorum subiectum. Et cum ambo discipuli nihil sperarent, signum ostendit: ita prius rei difficultate confessi, maius lucrum consequitur. Diuina enim demonstrabatur potentia, & cum signum superiori tempore à prophetis factum, licet non eodem modo facturus, & gratias prius acturus, ne stultè eius imbecillitatem opinarentur. Considera quoniam pacto ex omnibus mentes erigit, & differentiam demonstrat. Si quidem, non dum visis panibus, ut intelligas, quæ non sunt, sicut ea, quæ sunt, ei subdita esse: ut Paulus testatur, Vocans, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt, tanquam paratis epulis precepit illos statim discumbere, ut hinc discipulorum animos excitaret. Cum enim ex sermone illo lucrati essent, continuò paruerunt, neque perturbati sunt dicentes; Quid hoc est? quid iubes discumbere? nihil est paratum. Sed ante miraculum credere coeperunt. Et qui paulò antè Deo diffidebat, ut, vnde emerent panes, nesciret, iam fidenter discumbere turbam faciunt. Sed quid tandem cum sanaturus esset paralyticum, cum suscitaturus mortuum, cum maris sedaturus tempestatem, non agit gratias, hæc agit? ut ostendat ante cibum gratias Deo agendas. Accedit ad hoc, quod in minoribus maximè gratias agit, ut non indigentiam intelligas. Nam, si indignisset, longè magis id in maioribus fecisset, quæ si autoritate, & virtute propria operabatur, & illa operatum constat. Præterea & multitudo magna aderat, quam persuaderi oportebat, diuina id fieri voluntate. Quamobrem cum solus facit signa, nihil eiusmodi dicit: præsentem autem multitudinem, ne Deo, & patri aduersari putaretur, gratias agendo omnem penitus aufert suspitionem, & dedit discumbentibus, & impleti sunt. Ecce inter dominum, & seruum differentia. Illi enim ad mensuram habentes gratiam, diuersa faciebant miracula. Deus autem absoluta potestate perquam abundè operatur, & superfluerunt, inquit, fragmenta quæ fuerunt superflua, sed ideo factum, ne imaginatio quædam existimaretur. Et idcirco ex subiecta quoque materia operatus est. Sed quam gratia non dedit turbæ, ut ferrent, sed discipulis? Quoniam hos magis erudiri volebat, qui totius orbis

magistri erant futuri. Multitudo enim parè emolumentum à miraculis erat consecutura: mox namque obliuiscunt, & petunt aliud signum. Discipuli plurimam consecuti sunt utilitatem. Erat autem & hoc non parum ad Iudæ damnationem, qui cophinum portabat. Sed quod eorum eruditionis gratia id fecerit, in sequentibus in memoriam his verbis reducens significat; Nondum scitis quot cophinos accepistis; & quod æquali numero discipulis fuerint cophini fragmentorum: aliàs verò, cum non amplius admonendi essent, non duodecim cophini, sed septem sportæ superfuerunt. Ego autem non panis modo copiam, & multiplicationem admiror, sed quod tantum quæ duodecim sportulæ caperent fragmenta, superfuerunt, quod præuiderit, quantum essent consumpturi: tantum enim superesse voluit, quod profectò ineffabilis potentia est. Confirmant igitur fragmenta miraculum vtrunque indicantia: neque imaginationem esse & ex illis, quæ comederant, superesse. Piscium reliquæ nullæ superfuerunt, sed post resurrectionem non amplius est subiecta materia: quamobrem? Ut intelligas nunc materia usum, non propter necessitatem non quod ea pro fundamento indigeret, sed hæreticis silentium imponeret. *Turba autem dicebat: Quia hic est verè propheta.* O gula incredibilem audiatem! Maiora his miracula, & quidem innumera operatus est Iesus, neque hoc vnquam confessi sunt: nisi nunc exaturati. Vnde constat, quod prophetam aliquem eximium expectabant. Etenim illi dicebant; Tu es propheta: Et hi; *Hic est verè propheta, qui venturus est in mundum.* Proh quæta gula vis! quàm mutabilis sententia iam non amplius calumniatur, nec sabbati transgressionem curant, neque Dei zelo mouentur: omnes has curas pleno ventre abiecerunt, propheta erat, regem volebant.

S. AVGVST. EPISCOPI

Hipponensis in idem Euang. Hom.

Tract. 24. in Ioan. Miracula, quæ fecit dominus noster Iesus Christus, sunt quidem diuina opera, & ad intelligendum Deum de visibilibus admovent humanam mentem. Quia enim ille non est talis substantia, quæ videri oculis possit, & miracula eius, quibus totum mundum regit, vniuersamque creaturam administrat, assiduitate viluerunt, ita ut pene nemo dignetur attendere opera Dei mira & stupenda in quolibet seminis grano secundum ipsam suam misericordiam seruauit sibi quædam, quæ faceret opportuno tempore præter visitatum, ordinemque naturæ, ut non maiora sed insolita videndo stuperent, quibus quotidiana viluerant. Maius enim miraculum est gubernatio totius mundi, quàm saturatio quinque milium hominum de quinque panibus, & tamen hæc nemo miratur. Illud mirantur homines, non quia maius est, sed quia rarum est. Quis enim & nunc pascit vniuersum mundum, nisi ille, qui de paucis granis segetes creat? Fecit ergo quomodo Deus. Vnde enim multiplicat de paucis granis segetes, inde in manibus suis multiplicauit quinque panes, potestas enim erat in manibus Christi. Panes autem illi quinque, quasi semina erant, non quidem terræ mandata, sed ab eo, qui terram fecit, multiplicata. Hoc ergo admotum est sensibus,

E c 4 bus,

bus, quo erigeretur mens, & exhibitum oculis, ubi exerceretur intellectus, ut inuisibilem Deum per visibilia opera miraremur, & erecti ad fidem, & purgati per fidem, etiam ipsum inuisibiliter videre cuperemus, quem de rebus visibilibus inuisibiliter nosceremus. Nec tamen sufficit hæc inveni in miraculis Christi. Interrogemus ipsa miracula, quid nobis loquantur de Christo. Habent enim si intelligantur linguam suam: nam quia ipse Christus verbum Dei est etiam factum verbi, verbum nobis est. Hoc ergo miraculum sicut audiimus quam magnum est, queramus etiam quam profundum sit. Non tantum eius superficie delectemur, sed etiam altitudinem perferentemur: habet enim aliquid intus, hoc miramur foris. Vidimus, expectauimus magnum quiddam, præclarum quiddam, & omnino diuinum, quod fieri nisi à Deo non possit. Laudauimus de facto factorem. Sed quemadmodum si literas pulchras alicubi inspiceremus, non nobis sufficeret laudare scriptoris articulum, quomodo eas pariles, æquales, decorasque fecit, nisi etiam legerimus quid nobis per illas indicauerit, ita factum hoc qui tantum inspicit, delectatur pulchritudine facti, ut admiretur artificem: qui autem intelligit quasi legit. Aliter enim videtur pictura, aliter videtur litera. Picturam cum videris, hoc est, totum vidisse laudasse: literas cum videris, non hoc est totum, quoniam commoneris & legere, etenim dicis, cum videris literas, si forte non eas nosti legere. Quid putamus esse quod hic scriptum est? interrogas quid sit, cum iam videas aliquid. Aliud tibi demonstraturus est, à quo queris agnoscere quod vidisti. Alios ille oculos habet, alios tu. Nonne similiter apices videtis: sed non similiter signa cognoscitis. Tu ergo vides, & laudas, ille videt, laudat, legit & intelligit. Quia ergo vidimus, quia laudauimus, legamus & intelligamus. Dominus in monte, multo magis intelligamus, quia dominus in monte, verbum est in alto. Proinde non quasi humiliter iacet, quod in monte factum est: nec transeunter prætereundum est, sed suscipiendum. Turbas vidit, esurientes agnouit, misericorditer pauit, non solum pro bonitate, verum etiam pro potestate. Quid enim sola prodesse bonitas, ubi non erat panis, unde turba esuriens pascere: nisi bonitati adesse potestas, ieiuna illa turba, & esuriens remaneret. Denique & discipuli qui erant cum domino in fame, & ipsi turbas volebant pascere, ut non remanerent inanes, sed unde emerentur panes ad turbas pascendas. Et ait scriptura: *Hoc autem dicebat tentans eum. discipulum scilicet Philippum, quem interrogauerat. Ipse autem sciebat quid esset facturus.* Cur ergo bonus tentabat, nisi quia ignorantiam discipuli demonstrabat? Et forte in demonstratione ignorantie discipuli aliquid significauit. Apparebit ergo cum ipsum sacramentum de quinque panibus cepit nobis loqui, & quid significet indicare. Ibi enim vidimus, quare dominus in hoc facto ignorantiam discipuli voluit interrogare quod sciebat ostendere: nam interrogamus aliquando quod nescimus, audire volentes ut discamus: aliquando interrogamus quod scimus, & scire volentes, utrum ille sciat, quem interrogamus: utrumque hoc nouerat dominus, & quod interrogabat sciebat, & quid esset facturus ipse nouerat, & hoc nescire Philippum sciebat similiter. Quare itaque inter-

rogabat nisi quia illius ignorantiam demonstrabat? Et hoc quare fecerit, ut dixi, postea intelligemus. *Andreas ait, Est hic puer quidam qui habet quinque panes, & duos pisces, sed hoc quid sunt ad tantos?* Cum dixisset Philippus interrogatus ducentorum denariorum panes non sufficere, quibus tanta illa turba reficeretur, erat ibi quidam puer portans quinque panes hordeaceos, & duos pisces. *Accipit autem dominus Iesus panes, gratias egit, iussit frangi panes, poni ante discumbentes.* Fracti sunt panes, positi ante discumbentes, non iam quinque panes, sed quod adiecerat qui creauerat, quod auctum erat, *Et de piscibus quantum sufficiebat.* Parum est, turbam illam fuisse satiaram, etiam fragmenta refederunt, & ipsa colligi iussa sunt ne perirent. *Et impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum.* Breuiter ut curramus, quinque panes intelliguntur quinque libri Moyse, si merito non triticeis, sed hordeaceis, quia ad vetus testamentum pertinent. Nostis autem hordeum ita creatum, ut ad medullam eius vix perueniatur, vestitur enim eadem medulla tegmine palee, ipsa palea tenax & inhaerens, ut cum labore exuatur. Talis est litera veteris testamenti, vestita tegminibus carnalium sacramentorum: sed si ad eius medullam perueniatur, pascit, & sariat. Ferebat ergo puer quidam quinque panes, & duos pisces. Si queramus quis fuerit puer iste, forte populus Israel erat. Sensu puerili portabat, nec manducabat, illa enim, quæ portabat, clausa onerabant, aperta pascebant. Duo autem pisces videntur nobis significare duas illas in veteri testamento sublimes personas, quæ vngentur ad populum sanctificandum & regendum, sacerdotes, & reges. Et ipse venit in mysterio aliquando, qui per illas significabatur, venit aliquando qui per medullam hordei ostendebatur, per paleam vero hordei occultabatur. Venit ipse vnus utramque personam in se portans, sacerdotis, & regis. Sacerdotis per victimam, quam seipsum obtulit pro nobis Deo. Regis quia regitur ab eo, & aperitur, quæ clausa portabatur. Gratias illi impleuit per se, quod per vetus testamentum promittebatur, & frangi iussit panes: frangendo multiplicati sunt. Nihil verius. Quinque enim libri Moyse, quam multos libros cum exponuntur, tanquam frangendo, id est, discernendo fecerunt? Sed quia in illo hordeo ignorantia primi populi tegebatur, de quo primo populo dictum est, *Quandiu legitur Moyses, velamen supra corda eorum positum est.* Nondum enim ablatum erat velamen, quia nondum venerat Christus. Nondum velum templi fuerat illo in cruce pendente conscissum. Quia ergo ignorantia populi erat in lege, propterea illa domini tentatio ignorantiam discipuli demonstrabat. Nihil igitur vacat, omnia innunt, sed intellectorem requirunt: nam & iste numerus pasti populi populum significabat sub lege constitutum. Cur enim quinque millia erant, nisi quia sub lege erant, quæ lex, quinque libris Moyse explicatur? Unde & quinque illis porticibus languidi probebantur, non sanabantur. Ille autem ibi curauit languidum, qui & hic turbas de quinque panibus pauit: nam & super fœnum discumbentibus. Carnaliter ergo sapiebant, & in carnalibus quiescebant. Omnis enim caro fœnum. Quæ sunt autem illa fragmenta, nisi quæ populus non potuit manducare? Intelligantur ergo quædam secretiora intelligentiæ, quæ multitudo non potest capere. Quid ergo restat, nisi

nisi ut secretiora intelligentiæ, quæ non potest capere multitudo, illis credatur, qui idonei sunt, & alios docere, sicut erant Apostoli, unde duodecim cophini impleti sunt? Factum est hoc, & mirabiliter, quia magnum: factum est, & vtiliter, quia spiritualiter factum est, quia tunc viderunt, admirati sunt, nos autem non miramur cum audimus. Factum est enim ut illi viderent, scriptum est autem, ut nos audiremus. Quod in illis oculi valuerunt, hoc in nobis fides: cernimus quippe animo, quod oculis non potuimus. Et prælati sumus illis, quoniam de nobis dictum est: Beati qui non vident, & credunt. Adde autem quia forte & intelleximus, quod illa turba non intellexit. Et vere nos pasti sumus, qui ad medullam hordei peruenire potuimus. Denique homines illi, qui viderunt hoc, quid putauerunt? Illi, inquit, homines cum viderent quod fecerat signum, dicebant, quia est vere propheta. Adhuc forte ideo Christum prophetam putabatur, quia super fœnum discumbentibus. Erat autem ille dominus prophetarum, impletor prophetarum, sanctificator prophetarum, sed & prophetarum & Moyse dictum est: Suscitabo eis prophetam similem tui: similem secundum carnem, non secundum maiestatem. Et de ipso Christo illam domini promissionem habere intellectum, aperte in actibus Apostolorum exponitur, & legitur. Et ipse dominus de se ait: Non est propheta sine honore, nisi in patria sua. Propheta dominus, & verbum Dei dominus, & nullus propheta sine verbo Dei prophetat. Cum prophetis verbum Dei, & propheta verbum Dei. Meruerunt priora tempora prophetas afflatos, & impletos verbo Dei: meruimus nos prophetam ipsum verbum Dei. Sic autem propheta Christus dominus prophetarum, sicut angelus Christus dominus angelorum: nam & ipse dictus est magni consilii angelus. Veruntamen alibi quid dicit propheta? Quia non legatus, neque angelus, sed ipse veniens saluos faciet eos: id est, ad saluos eos faciendos non mittet legatum, non mittet angelum, sed veniet ipse. Quis veniet? Ipse angelus. Certe non per angelum, nisi quia iste sic angelus, ut etiam dominus angelorum. Etenim angeli latine nuntii sunt. Si Christus nihil annuntiaret, angelus non diceretur: si Christus nihil prophetaret, propheta non diceretur: exhortatus est nos ad fidem, & ad capeffendam vitam æternam. Aliquid præsens annunciauit, aliquid futurum prædixit. Ex eo quod præsens nunciauit, angelus erat: ex eo quod futurum prædixit propheta erat: ex eo quod verbum Dei caro factum est, & angelorum, & prophetarum dominus erat.

S. CYRIL. ALEXANDR. Episcopi, superioris Euang. expositio.

Post hæc abiit Iesus trans mare, &c. Primum illud dictum perutile puto, quod à Hierosolymis non absque cogente causa, dominus semper abire videtur. Vbiq; autem tanquam in talibus variis nobis secundum rerum conditionem mysteria depingit. Sed quænam sit huius recessus causa, & quid inde significatur, tempore suo dicemus. Nunc, quod primum occurrit, primum quoque declarandum est. Post hæc, inquit, abiit Iesus, Quæ-

rendum diligenter est, quænam ista sunt, de quibus dixit, post hæc. mirabilis igitur medicus dominus in Hierosolymis visus est, qui triginta, & octo annorum ægrotum, nulla medicina, nullo remedio, sed solo verbo ut Dens, potestate, nutu, atque imperio suo curauit. Surge namque dixit, & tolle lectulum tuum: & vade in domum tuam; verum, quoniam sabbatum erat, moleste tulerunt Iudæi qui ruditati nimium literaliter herebant, qui magis peccati, quam ægrotus ille morbi vinculis stringebantur, qui semper sabbatum, id est, bonorum priuationem habent, qui mentem, & animum dissoluti sunt: ad quos recte dici potest, & confortate manus dissolutas, genua debilia roborate. Moleste autem ferunt: quoniam debitus honor sabbato, etiam à legis conditore non redditur. Condemnant Christum ut transgressorem, scriptum illud contemnentem ipsius, qui dicit regis legem transgredieris. Ad hæc multa dicta sunt à saluatore, & sermo longior habitus est: quo demonstratur sabbatistum, ociumque illius diei, prificis figurate per legem datum fuisse, & quod dominus est etiam sabbati filius hominis. Sed, qui nihil boni poterant intelligere, qui ad omne malum parati erant, insurgent in doctore. eadem eius meditabantur, qui ad sapientiam eos reuocabat, mala ei pro bonis (ut scribitur) retribuentes. Post hæc omnia igitur gesta simul, ac dicta necessario à Hierosolymis abiit: Et, quoniam festus dies Iudæorum prope erat, ut paulo post legitur, in quo lex Moisaica omnes vndique ut tabernaculorum solennitatem peragerent ad Hierosolymam Iudæos proficisci iubebat, festum diem dominus declinans, paludem Tyberiadis, mare propter magnitudinem à Iudæis vocatam, nauigauit. Per hunc festum scenopegiæ diem sanctorum ad Christum congregationem spiritualiter intelligimus, quando ab vniuerso terrarum orbe, post resurrectionem mortuorum ad cælestem Hierusalem veræ scenopegiæ solennitatem perpetuo acturi congregabuntur: gratias ægetes domino de resurrectione corporum suorum, & interitu mortis. Historice autem infinitam pene multitudinem ad diem illum festum solitos fuisse in Hierusalem ascendere dicitur. Quo quidem in tempore multum necessario pharisæi poterant. Nam, cum propugnare legi videbantur, facile in tanta, tanquam imperita, multitudine aduersus transgressores aut quos illi transgressores putabant clamantes, turbas incitabant: quæ solent fluctus morte, aut etiam ignis ingentem materiam nacti, quasi ventis principum verbis, huc, atque illuc vehementius exagitari. Hæc non ignorans dominus: clam inde cum discipulis abiit, & ultra mare Tyberiadis cum discipulis se traiecit. Quod autem eadem suam cupientes Iudæos declinat, ipse nobis euangelista declarat, dicens; post hæc ambulabat Iesus in Galilæa; Non enim volebat ambulare in Iudæa: quia Iudæi quærebant eum interficere. Sed hæc ita esse non inficior, diceret quispiam qui autem diem festum etiam declinaret, id discere cupio. Eos igitur, qui fratres eius putabantur, audias: qui Christo in Galilæa dicebant, ascende hinc in Iudæam: ut discipuli tui videat signa, quæ facis. Ad quos dominus, ascendite vos: ego non ascendo in solennitatem hanc: quoniam tempus meum nondum adest. Perpicuum ergo est, à Hierosolymis illum abiisse: scelerate

lere Iudæorum, & persequentium crudelitate coactum, ac inuidiæ tela, artificiose sola sui depellens absentia, non quia pari aliquid congerat nolens, sed ut exemplum nobis, non timiditatis, sed charitatis proximorum seipsum poneret. Hinc enim discimus; persequentes inimicos, etiam si nihil officere possunt, declinandos tamen esse, ut hoc modo ira, & imperus eorum deferueat: & sic multo magis illis quam nobis conferamus, Non enim nostra tantum, verum etiam aliorum **1. Cor. 13.** quarere debemus. Opus quippe charitatis est: non insurgere in maleuolos, nec viribus nostris uti, ne impotentiæ illorum redarguta, maiore concitentur odio, Charitas enim (ut Paulus ait) non querit ea quæ sua sunt. Verum, si iterum, atque iterum euangelica verba consideres, mirabilem dispensationem in saluatoris ab Hierosolymorum vrbe recessibus facile inuenies. Nam, cum crudelitate Iudæorum sæpius ad alienigenas abierit, quoniam apud hos & tutari seipsum videbatur & honorifice tractabatur gentium ecclesiæ iure datam palmam re ipsa ostendebat, & impietatem Iudæorum pietate alienigenarum præ oculis ponebat, ad crudelitatem illorum horum mansuetudinē in medium trahebat. Ita vndique merito à repromissione patrum expulsi sunt. Propterea recedens ab Hierosolymis, non ad finitima castella diuertit, sed trans mare Tyberiadis abiit, ut re ipsa Iudæis intimaretur tam longe se propter impietatem eorum ab eis migraturum; ut inaccessibilis ad eum via futura sit. Non enim est possibile pedibus hominum maria transiri. Quod & verbis minatus est paulo post dicens; quæretis me, & non inuenietis: & quo ego vado, vos non potestis venire. Facilis enim, & plana iusticiæ omnibus est, qui per fidem ad eum proficiunt: aspera vero, atque ardua, imo autem omnino inaccessibilis iis, qui sua incredulitate dominum irritant, iuxta propheticum illud: rectæ sunt viæ domini; & iusti ambulabunt in ipsis, impij vero infirmabuntur in ipsis. Interiectum igitur maris spacium difficilem, imo vero impossibilem Iudæis viam, propter crudelitatem eorum, atque impietatem futuram significat. Sic impiæ animæ viam vallo, ac fossa prohibitorum se Deus apud quandam prophetam minatur. Ideo (inquit) ego sepio viam eius vallo: & non inueniet semitam eius. Quod igitur ibi vallum facit, id ipsum hic mare peragit, sanctum à sceleratis disseparans. Ita Hebræorum populus, qui ab Ægyptia seruitute liberatus, repromissionis loca petebat, quem Ægyptiorum rex in seruitutem iterum redacturus persequebatur, qui per medium mare tutus transiit, & hostem vidit eodē mari submersum eum, à quo saluatus fuit, maria modo transire coegit. Surgat igitur Moyses: atque ista non æquo animo ferens, repetat, quæ prædixit; generatio praua, & adultera, hæc domino retribuitis? non erubescitis trans maria illum pellere: qui per medios fluctus à seruitute vos reduxit? Merito igitur submergimini: qui enim persequuntur, non qui fugiunt, iure illud patiuntur. Propterea David etiam canebat dicens: nō me demergat tempestas aque. Naufragium enim hoc Iudæorum significans, deprecabatur, ne cum illis in profundo impietatis submergeretur. Sed Ægyptij quidē corpore periclitati sunt, Iudæi vero animarum iacturam fecerunt. Ita iure de vtriusque vltio facta est. Tybe-

riada verò paludem, aut quia magna est, mare (ut diximus, quod vulgo factitatum est) appellauit; aut scripturam securus est, apud quam congregationes aquarum maria nuncupantur: *Et sequitur eum multitudo magna, &c.* Cum ab Hierosolymis abierit dominus, ut apud prophetas dictum est, dereliqui hereditatem meam: cum ab infrenato Iudæorum populo ad alienigenas peruenit, tūc magna sequitur eum turba: ipse vero in montem ascendit, ut re ostendat, quod dixit; si exaltatus fuero, omnia ad me ipsum contraham. Exaltatus enim fuit de terra: quando in crucem pro nobis ascendit. Exaltatus vero aliter est; cum in altum quasi montem, in honorem, & gloriā deitatis ascenderit. Non enim, ut Hebraicus populus, quasi hominem nos nudum contemnimus; sed ut Deum, & saluatorem, & dominum adoramus. Illi enim quasi abiectum quandam etiam Samaritanum appellare nō erubescunt; & qui modestius de ipso loquebantur, fabri filium vocitabant. Apud fideles autem, ut vere Deus (quod signis apparuit) glorificatur. Audis etiam eos, qui secuti fuisse modo scribuntur, signis commotos, quæ super iis faciebat, qui infirmabantur, magno studio id fecisse, à miraculis ad cognitionem eius progredientes, & à potestate, quæ ut Deus utebatur, diuinos ei honores conferendos esse intelligētes. Hac certe via saluator ad vitam omnes inducit; Ipsa enim opera, inquit, quæ facio, testimonium de me perhibent. Et rursus, si non facio patris mei opera, nolite mihi credere, sin vero facio, & si mihi non creditis, operibus meis credite. Nā, quemadmodum à magnitudine, pulchritudineque creaturarum, creator Deus cognoscitur: sic à signis deitatis potestas percipitur, & sequentium fides iure laudatur. Ego autem arbitror acutiorem etiam sensum in his verbis latere. Non enim propter signa simpliciter Christum mirabantur: sed addit propter signa, quæ in infirmis, agrotisq; faciebat. Contrarius igitur animus istorum, Iudæorum (ut puto) animo demonstrat. Illi propter curationem agroti, vehementius turbabantur: isti non solum talia signa mirantur, verum etiam propter hæc quasi Deum sequuntur. Fugiamus igitur, oro, qui Christum Deum, atque dominum profitemur, turpem Iudæorum imperitiam: ad hæreamus Christo per patientiam: imitemur patientissimos illos discipulos, qui nunquam ab illo recedebat: qui re ipsa, quod postea Paulus verbis explicuit, conclamabant, quis nos à charitate Christi separabit? Sequamur etiam ipsum fugientem: ut & in motem ascendamus, & ibi cum eo sedeamus, id est, ad sublimem gloriam veniamus, & cum eo simul regnemus. Ipse enim nobis pollicitus est: quod vos, qui me secuti estis in tentationibus meis, quando in regeneratione in sede maiestatis suæ filius hominis sedebit: etiā vos in duodecim thronis sedebitis, iudicantes duodecim tribus Israel. Hæc enim puto hinc significari: quod ad montem cum saluatore discipuli conscenderent, ac ibi cum eo sederent. *Cum subleuasset, et ait, &c.* Optimam disciplinam, & sacris consentaneam viris, suis modo discipulis Christus proposuit. Nam etiam in montibus, & deserto paratos esse docuit oportere, ad hospitalitatis virtutem. Qua quidem re, quid homini, qui Dei Charitatem assequi velit, maius excogitari potest? Cum enim quasi auarum fluentia in-

Genes. 7. Hier. 12.

Joan. 12.

Joan. 8. Math. 23.

Prover. 10.

Psal. 64. Joan. 6.

Joan. 10.

Sap. 13.

Joan. 14.

Rom. 8. Luc. 22.

numeri homines ad eum confluerent, ad sustentandos illos cibo, discipulis iussit. Cuius rei cum propter multitudinem hominū, tum propter locorum solitudinē magnitudine, atq; difficultate, quis diues non fuisset perterritus? sed omnem huic modum formidinem spe gratiæ suæ abiiciendam monet. Sed historice quidem facilis sic verborū est sensus. Spiritualiter vero dicimus, quasi ex alto monte præscientiæ suæ adeo omnes, qui feruenti fide illum exquirunt, præuideri, sicut apud Paulum dicitur, quos præsciuit, hos & prædestinauit cōformes imaginis filij eius, hos etiam vocauit. Subleuatis igitur oculis, Christus eos videt, qui visitari ab eo (quoniam ipsum querant, ac diligant) digni sunt. veluti etiam benedictionis modo ad Israel dictum est, Conuertat dominus faciem suam ad te: & det tibi pacem. Verum non in visitatione sola, gratia terminatur, sed alimenta, & dapes quoque præparantur, ut verum illud, quod in parabolis dicitur, esse cognoscas; non occidet dominus fame animam iustum. seipsum enim ut panem de celo apponeret: & fidelium animas nutriet, omnia vitæ necessaria ipsis præparans, ut in Psalmis dicitur; paraisti escā eorum: & quia sic paratio tua. Et ipse Christus in euangelio ait; amen dico vobis: qui ad me venit, nunquam famescet. Dabit enim (ut diximus) calestem escam: & variam spiritus, copiosamque gratiam, præparabitque, antequam quicquam ab eo petatur: nescimus enim orare, ac petere, ut decet. Quare ipse nobis porrigit, quæ ad salutem æternam conducunt. *Dixit enim ad Philippum; unde emerit panes?* Non est alienum considerare, quare ad Philippum. Libenter Philippus discerebat, quærebaturq; sæpius: sed nō erat adeo acutus, altiora ut posset intelligere. Quod inde patet: quia magno tempore saluatorem secutus, & varia deitatis eius signa indes aspiciens, & tam rebus, quam verbis ad cognitionem attractus, quasi nihil adhuc didicerit, in vltimo fere dispensationis tempore dicit ad Iesum, domine ostende nobis patrem: & sufficit nobis. Et, quoniam absque malicia interrogabat, probe docebatur. Tanto enim tempore, ait, vobiscum sum; & non cognouisti me, Philippe? ut ergo rudiorem ad sublimiora ingenio consequenda, & ad fidem vocans, & roborans, rogar. hoc significauit euangelista; cum tentantum à domino illum fuisse dixerit. *Ipse enim (inquit) sciebat, quid esset facturus.* Vnde autem emerit panes, dixit: ut paupertatem discipulorum ostenderet, qui, iam pridem colligendi æris abiecto studio, vnde emerent non habebant. Illud etiam artificiosissime facit. Vnde namque istud, non frustra dictum est: sed, quia omnem viam colligendæ pecuniæ illis conclusit, ad illud erumpere interrogando cogit: si voluerit multitudinem alere, cum nihil esse discipulis sciat, oportebit ipsum ineffabili virtute, ac potestate ut dominum alimenta producere; hoc enim solum reliquum erat, & ad hoc illos prouocabat, ut gentium poëtæ dicunt, ferro vlceri opus est. *Ducentorum denariorum panes non sufficiunt, &c.* Subiecte Philippus valde, atque humiliter respondet. Nam, cum vnde illud audiuisset, non virtutis, omnipotentiaque Christi sibi venit in mentem, sed trepidus ad solam pecuniarum viam refugit, nullo alio modo hanc rem peragi posse existimans, nisi communitritoque pecuniarum medio. Quare quantum ad

paupertatem discipulorum atinebat, quantum etiam ad Philippi sententiam nondum perfecte de saluatore sentientis, ad impossibile iam liberalitas nutriendæ multitudinis deducta erat, Sed quod impossibile est apud homines, possibile est apud Deum, & naturæ ipsius terminis deitatis natura superior est, omnia facile peragens etiam quæ mentem nostram excedunt. *Dicit et vnus ex discipulis, &c.* Similiter Philippo imbecillā de Christo fidem Andreas quoque habere arguit. Non enim etiam ipse ab aliis signis, quæ viderat, omnia Iesum posse, intelligere potuit. propterea significauit quidem nonnulla inueniri apud quandam adolescentulum: sed hæc, ait, quid faciunt in tam multos? Oportuisset certe, si firmior apud eos fides fuisset, non magnum sibi videri cibaria tunc illi multitudini præparari posse ab eo, qui cuncta produxit ex nihilo. Inerat tamen in verbis eorum quædam vtilitas. Nam, cum clare dixerint, alter, quia ducentorum denariorum panes eis nō sufficiunt, alter, sed quid hæc sunt in tam multos; extollunt quodammodo his verbis miraculum, ac faciunt, ut maiores Christi vires videantur, cuius virtute mox tanta multitudo ad saturitatem erat peruentura; ita incredulitatis illa vis in certius conuersa testimonium fuit. nam, qui vltro fatebantur grandem ad suscipiendos illos pecuniam non sufficere: illi ipsi ineffabilem Christi virtutem hac sua incredulitate esse demonstrant, huiusmodi fidem apud Mosem quoque fuisse in deserto competiemus, Flebant enim Hebræi Ægyptiæ, memores copiæ, & diuinorum obliuitorum, in Mosem ductorem suum insultabāt. Deus verò non ignorabat cupiditate carniū illos exagitari: & daturum se illis carnes ad saturitatem promisit. Quæ res cum impossibilis factu in deserto videretur, accessit clamans Moyses. Sexcenta milia hominum hic sunt: & tu dixisti, dabo eis mense vno carnes ad saturitatem. Quid igitur ad hæc Deus? An ait manus domini non sufficiet? Quid enim non poterit Deus: hæc ad Philippum, Atq; Andream dicere possumus, Nōne manus domini non sufficiet? His nos exemplis communiti, extremum omnium malorum incredulitatem putemus. Et, cum Deus fecisse aliquid, aut facturus esse dicitur, simplici fide, omni temeraria cura longe remota, facile illud Deo esse credamus, nec imbecillitate nostra diuinas vires metiamur. Modesti enim, prudentisq; viri est, credere, quemadmodum oculis non tantum cernimus, quantum volumus, sed quantum videndi acies ferre potest (nam, quæ valde remota sunt, discernere non possumus) sic & humanam mentem, etiam si munda sit, ad certos vsque terminos protendi. Nil enim supernaturalium comprehendere certius possumus; sed credimus, nulla tenentes principia; vnde illa colligere queamus. Credendo igitur, nō querendo, ista comprehenduntur. & ut laudatur, qui credit, ita culpa nō caret, qui dubitat, quod saluator ipse testatur dicens, Qui credit in filiū, nō iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est. Quod ad vtilitatem legētiū etiam sacris litteris, ita comprobemus: ut velin hac vita securā animaduersionem ostendamus. Iubebatur olim, magna populo siti laborante, Moyses, ut vna cum fratre Aaron, lapide virga percusso, fontes aquarum educeret. Sed, cum non omnino dicenti Deo credidisset, fluctuanti

Luc. 18.

Nom. 11.

Joan. 5.

animō,

Galilææ Iesum multitudo maxima sequebatur, quæ doctrinæ sanationis & refectionis ab eo cælestis summa perciperet, quia priusquam dominus in carne appareret, sola illum gens Iudæa sequebatur credendo: postquam vero per incarnationis suæ dispensationem fluctus vitæ corruptibilis adiit, calcavit & transit, maxima mox cum multitudo credentium secuta est nationum, spiritaliter instrui, sanari ac satiari desiderās, & cum Psalmista deprecans, domine ad te confugi, doce me facere voluntatem tuam. Et Miserere mei domine, quoniam infirmus sum: sana me domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Et iterum de percipiendis ab eo vitæ perpetuæ alimentis confisa, dominus, inquit, pascit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocavit. Quod autem subiens in montem Iesus ibi sedebat cum discipulis suis, sed veniente ad eum multitudine descendit, sed hanc in superioribus refecit, quam in inferioribus pauld ante curauerat, nequaquam frustra factum credamus, sed ad significandum mysticè: quia doctrinam & charismata sua dominus iuxta percipientium capacitatem distribuit, infirmis quidem adhuc mētibus ac paruulis spiritu simpliciora credens sacramenta, celsioribus autem quibusque, & perfectioribus sensu secretionis suæ maiestatis arcana referans, arctiora devotæ conuersationis itinere suggerens, & altiora præmiorum cælestium dona promittens. Denique cuidam sciscitanti, quid faciens vitam æternam possideret, quasi inferius adhuc posito communia suæ dona largitatis impendit dicens: Non occides, non mœchaberis, nō furtum facies, non falsum testimonium dices, honora patrem tuum & matrem. Cui postmodum maiora sequenti, & velut ad montem virtutis ascendere cupienti, Si vis, inquit, perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni sequere me. Cuius discretionem moderaminis non solum per se dominus in carne docens exhibuit, verum nunc quoque per verbi sui ministros exhibere non cessat. Vnde de eisdē sub vnus boni serui persona testatur, quia dare debeant conferuis in tempore tritici mensuram, id est, pro captu audientium opportunè & mensuratè verbi dapes suggerere. Quod vero appropinquante Pascha dominus turbas docet, sanat & reficit, possumus ita mysticè interpretari, quia Pascha transitus dicitur, & quoscunque dominus interna munerum suorum suauitate recuperat, ad salubrem profecto transitum præparat, vt carnis videlicet concupiscentias mentis sublimitate transcendat, infirma mūdī desideria prospera pariter, & aduersa cælesti spe, & amore conculent: & si necdum anima vel carne ad superna valeant pertingere, quia hoc nimirum in futuro promittitur, quicquid tamen carnales quasi altum amplecti conspiciunt, comparatione æternorum quasi nihilum despiciant: iuxta exemplum illius, qui videns impium superexaltatum & eleuatum super cedros Libani, transit temporalia contemplando, & quasi non esse videbat, quō cito tollendum præuidebat. Quod subleuasse oculos Iesus, & venientem ad se multitudinem vidisse perhibetur, diuinæ pietatis inditium est: quia videlicet cunctis ad se venire quærentibus gratia misericordiæ cælestis occurrere consuevit. Et ne quærendo errare possint, lucem sui spiritus

Psal. 142.

Psal. 6.

Psal. 118.

Matth. 19. Marc. 10. Luc. 18.

Matth. 24.

Psal. 136.

aperite currentibus solitus est. Nam quoddam oculi Iesu dona spiritus eius mysticè designant, testatur in Apocalypsi Ioannes, qui figurate loquens de illo, Et vidi, inquit, agnum stantem tanquam occisum, habentem cornua septem, & oculos septem, quæ sunt septem spiritus Dei missi in omnem terram. Quod tentans Philippum dominus, Vnde, inquit, ememus panes, vt mādūcent hi, prouida vtique dispensatione facit, non vt ipse quæ non nouerat discat, sed vt Philippus tarditatem suæ fidei, quam in magistro sciente ipse nesciebat, tētatus agnoscat, & miraculo factō castiget. Neque enim dubitare debuerat præsentem rerum creatore, qui educit panem de terra, & vino lætificat cor hominis, paucorum denariorum panes sufficere turbarum milibus non paucis, vt vnusquisque sufficienter acciperet, & iam saturatus abiret. Quinque autem panes, quibus multitudinē populi saturauit, quinque sunt libri Moysi, quibus spiritali intellectu patefactis, & abūdantere iā sensu multiplicatis auditorū fidelium quotidie corda reficit. Qui bene hordeacei fuisse referuntur, propter nimirū austeriora legis edicta, & tegumēta literæ grossioris, quæ interiori spiritalis sensus quasi medullam celabant. Duo autem pisces, quos addidit, psalmistarum nō inconuenienter & prophetarum scripta significant, quorum vnum canendo, alterum colloquen do suis auditoribus futura Christi, & ecclesiæ sacramēta narrabant. Et bene per aquatilia animantia figurantur illius æui præcones, in quo populus fidelium sine aquis baptisimi viuere nullatenus posset. Puer, qui quinque panes, & duos pisces habuit, nec tamen eos esurientibus turbis distribuit, sed domino distribuendos obtulit, populus est Iudæorum literalis sensu puerilis, qui scripturarum dicta clausa secum tenuit, quæ tamen dominus in carne apprensus accepit, & quid intus haberent vtilitatis ac dulcedinis ostendit, & quæ multiplici spiritus gratia, quæ pauca, ac despecta videbantur, exuberanter patefecit, & hæc per Apostolos suos Apostolorumque successores cunctis nationibus ministranda porrexit. Vnde bene alij ferunt Euangelistæ, quia panes, & pisces dominus discipulis, discipuli autē n. instrauerunt turbis. Cum enim ministerium humane salutis initium cœpisset enarrari per dominum ab eis qui audierunt, in nos confirmatum est. Quinque siquidem panes, & duos pisces fregit & distribuit discipulis suis, quando aperuit illis sensum vt intelligerent omnia, quæ scripta sunt lege Moysi, & prophetis, & Psalmis de ipso. Discipuli apposuerunt turbis, quando profecti prædicauerunt vbi que, domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Fœnum in quo discumbens turba reficitur, concupiscentia carnis intelligitur, quam calcare, & premere debet omnis qui spiritalibus alimentis satiari desiderat. Omnis enim caro fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos fœni. Discumbat ergo super fœnum & florem fœni conteret, id est, castiget corpus suum, & seruituti subiciat, voluptates carnis edomet, luxuriæ fluxa restringat, quicquid panis vini cupit suauitate refici: quisquis supernæ gratiæ dapibus renouari amat, ne infima vetustate deficiat, caueat. Quinque milia viri qui manducauerunt, perfectionem eorum qui verbo vitæ reficiuntur, insinuant. Virorum quippe nomine solēt in scripturis perfectiores

Apo. 1.

Psal. 109.

Matth. 9. Luc. 9. Marc. 6.

Luc. 24.

Es. 40.

2. Cor. 9.

res quique figurari, quos feminea mollicies nulla corrumpit, quales cupit eos esse, quibus dicit Apostolus, Vigilate, stete in fide viriliter agite, & confortamini. Millenarius autem numerus, vltra quem nulla nostra computatio succrescit, plenitudinem rerum de quibus agitur indicare consuevit: quinario vero numero quinque notissimi corporis nostri sensus exprimentur, visus videlicet, auditus, olfactus, gustus, & tactus. In quibus singulis quicunque viriliter agere, & confortari satagunt sobriè, & piè, & iustè viuēdo, vt cælestis sapientiæ mereantur dulcedine recreari, hi nimirum quinque milibus virorum, quos dominus mysticis dapibus satiavit, figurantur. Nec pretereundum, quod refecturus multitudinem gratias egit. Egit quippe gratias, vt & nos doceret de perceptis cælestis muneribus gratias semper agere, & ipse quantum de nostris profectibus gratuletur, & de nostra spiritali refectione gaudeat intimaret. Vultis enim nosse, fratres, quantum nostræ congaudeat salutis? Narrat Euangelista Lucas dedisse eum discipulis potestatem calcandi supra omnem virtutem inimici, eorumque nomina scripta indicasse in cælis, & statim infert. In ipsa hora exaltavit in spiritu sancto, & dixit; Confi-teor tibi pater domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Claret ergo quia salutis, ac vitæ fidelium cōgratuletur, qui patrem gratias agendo collaudat quoddam ea, quæ superbientibus abscondit, humilibus spiritu secreta reuelauerit. Quod autem saturata multitudo iussit discipulos colligere, quæ superauerant fragmentorum, ne perirent, hoc signat profecto, quia plerique sunt arcana diuinorum eloquiorum, quæ vulgi sensus non capit, nonnulla, quæ per se quidem minus docti assequi nequeunt, sed à doctioribus exposita mox intelligere queunt. Hæc ergo necesse est, vt qui valent diligentius scrutando colligant, & ad eruditionem minorum suorum dicto, vel scripto faciant peruenire: ne alimenta verbi illorum desidia pereant plebibusque tollantur qui hæc domino dona interpretando colligere norunt. Collegerunt, inquit, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum. Quia duodenario numero solet perfectionis cuiuslibet summa figurari, recte per duodecim cophinos fragmentorum plenos omnis spiritualium doctorum chorus exprimitur, qui obscura scripturarum, quæ per se turbæ nequeunt, & meditando colligere, & meditata & mandata literis suo pariter, & turbatum vsui conferuare, iubentur. Hoc ipsi fecere Apostoli, & Euangelistæ, non pauca legis, & prophetarum dicta mystica suis interpretatione addita inferendo opusculis. Hoc sequaces eorum ecclesiæ toto orbe magistri, etiam integros nonnulli vtriusque testamenti libros diligentiori explanatione discutiendo: qui quamuis hominibus despecti, cælestis tamen gratiæ sunt pane fecundi. Nam seruilis cophinis solent opera fieri. Vnde de populo, qui in luto quondam, ac lateribus seruebant in Ægypto, dicit Psalmista: Manus eius in cophino seruiuerunt. Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat signum, dicebant: Quis hic est vere propheta qui venturus est in mundum. Recte quidem dicebat dominum prophetam magnum magnæ salutis præconem iam mundo futurum. Nam & ipse propheta se vocare dignatur vbi ait: quia non capit perire prophetam extra Hierusa-

Th. 2.

Luc. 10.

Psal. 80.

lem. Sed necdum plena fide proficiebant, qui hūc etiam Deum dicere nesciebant. Ergo illi videntes signum quod fecerat Iesus dicebant: Quia hic est vere propheta qui venturus est in mundum. Nos certiori cognitione veritatis, & fidei videntes mūdum, quem fecit Iesus, & signa quibus illum repleuit dicamus: Quia hic est vere mediator Dei & hominum, qui implet mundum diuinitate, & mundus per ipsum factus est, qui in propria venit genus humanum quærere, & saluare quod perierat, ac recreare mundum quem fecerat, qui cum suis fidelibus per præsentiam diuinitatis est in mundo omnibus diebus vsque ad cōsummationem seculi, qui in cōsummatione seculi per humanitatem venturus est in mūdum, vt reddat singulis secundum opera eorum: impios quidem, & peccatores æternum proiciēs in ignem, iustos autem in vitam introducens æternam, in qua viuunt, & regnant cum patre in vnitate spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum, Amen.

1. Tim. 2. Ioan. 1.

Matth. 8. Psal. 61. Apoc. 22. Rom. 2.

HAYMONIS EPISCOPI Halberstat. superioris Euang. expositio.

A Bijt Iesus trans mare Galilææ, quod est Tyberiadis. Post hæc trans mare Galilææ. Hoc mare propter diuersitatem locorum, diuersis vocabulis est nuncupatum. Sed quantum præsens locus expetit mare Galilææ dicitur propter prouinciā huius nominis contiguam. Mare autem Tyberiadis à ciuitate eiusdem prouinciæ vocabulū mutauit. Sed quæritur cur hoc stagnum mare dicatur, cum iuxta fidem doctorum nō amaris aquis sit in potationem, sed dulcibus aquis habilitissimam potationem circunciectis viculis subministrat? Nimirum propter idioma Hebraicæ linguæ mare appellatur, secundum quod cunctæ congregationes aquarum appellantur Maria. Extenditur hoc mare in longitudinem sui centum quadraginta stadiis, in latitudinem verò quadraginta, cui Iordanis interfluens tendit vsque ad mare mortuum, quæ olim fuit regio Pentapolis, ibique perdit suas laudabiles aquas. Speciali verò intellectu, mare quod ab amaritudine, vel à meādo, hoc est à motu dicitur, eò quod semper in motu sit, præsentis seculi turbidam & inquietam habitationem designat, quæ nunquam in eodem statu permanet. Quia in hunc mundum per natiuitatem accedimus, & per mortem recedimus. Et aliquādo prospera, aliquādo comitatur nos tristitia, semperque in motu sumus, vbi carnales homines tanquam pisces profundis gurgitibus dediti, in imò pasci desyderant. Vnde congruè hoc mare Galilææ cognominatur, quod interpretatur rota vel volubilitas; quia nimirum amor labentis seculi corda quæ obrinet in vertiginem, id est, in amantiam mittit. Hinc Psal. de reprobis dicit: In circuitu impij ambulat. Quod verò abeuntem dominum trans mare Galilææ turbæ multæ sequuntur, figuratè indicat, quia mox vt Christus carnem nostræ mortalitatis adiit nascendo; calcavit moriendo transiit à mortuis resurgēdo, secuta sunt eum turbæ multæ credentium ex vtroque populo collectorum. Secure sunt autem non gressu pedum, sed imitatione fidei, & morum, vt imple-retur, quod idē dixit: Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Vnde Psal. Exal-

1. Tim. 2. Ioan. 1.

Matth. 8. Psal. 61. Apoc. 22. Rom. 2.

rare super cælos, Deus, & super omnem terram gloria tua. Sequitur autem & dicitur, qua causa illum turbæ comitabantur. *quia videbant, inquit, signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur.* Nouissima sunt signa, quæ dominus circa infirmitates operabatur, cæcos illuminabat, leprosos mundabat, mortuos suscitabat. Sed inter hæc sciendum, quia dominus quoscunque corporali sanitati donabat, eos pariter in anima perfectæ salutis reformabat. Ita verò signa per semetipsum egit, & apostolis post se operanda donauit, dicens: Signa autem eos, qui in me crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eiiciet, linguis loquentur nouis, serpentes tollent. *Subijte ergo in monte Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis.* Quod dominus turbas in parte inferiori montis sanauit, docuit, ac refecit, & cum discipulis in montem celsiorem conscendit, hoc mysticè signat, quia dominus iuxta capacitatem fidelium munera suæ largitatis impedit, perfectioribus scilicet alta suæ doctrinæ mysteria demonstrans, infirmis autem & paruulis simplicia quæque præcepta committens. Vel etiam non abs re turbas pasturus cum discipulis in montem conscendit, signas quia doctores quoscunque possunt, ad celsitudinem supernæ scientiæ erigere debent. Videndum est ergo, exempli gratia scilicet quo ordine ipse Dei filius auditorem suum ad superiora nitentur extollere, vt euangelistæ manifestant, accessit ad eum quidam diues ex filiis Iudeorum dicens: Magister quid faciendum vitam æternam possideo? Et dominus: Madata, inquit, nosti, nō occides, nō adulterabis, non furtum facies, non loqueris cōtra proximum tuum falsum testimonium. Dixit ei adolescens: Hæc omnia à iuuentute mea custodiui. Hæc dicens in quadam valle erat positus, quia perfectionem virtutis nondum erat assecutus. Vnde dominus, vt illius imperfectionem suppleret, dicit ei: Vis perfectus esse? vade, & vende omnia, quæ possides, & da pauperibus, & reliqua. Sed ille, quia diues erat, recessit mœrens in domum suam. Hoc exemplo B. Paulus Apostolus sublimabat auditores suos, quibus dicebat: Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Et Sapientiam loquimur inter perfectos. Et simplicibus: Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Quantum verò ad litteram pertinet, mons hic latissimus erat, in cuius media parte alius mons eminens exurgebat, in quem dominus refecturus turbas ascendisse memoratur, quas in inferiori monte paulò antè docuerat, atque sanauerat. *Erat autem in proximo Pascha dies festus Iudeorum.* Paschalis festiuitas à Iudeis per singulos annos celebrabatur antiquitus in memoriâ liberationis de Ægypto. Sed sine certigratia sacramenti euangelista hoc in loco paschalis festiuitatis non facit mentionem, quasi occultè innuens, illos supernæ refectiois fercula percepturos, qui in præsentem verum pascha, hoc est, transitum spiritualem celebrare satergerint. *Cum ergo subleuasset oculos Iesus, & vidisset, quia multitudo maxima venit ad eum, dicit ad Philippum.* Subleuatio oculorum Dei respectum misericordiæ illius indicat, quo ad se omnes venientes, pia mansuetudine dignatur colligere. Oculi namque illius dona sunt sancti spiritus, quæ Esaias propheta, in eo requieuisse commemorans, ita enume-

Esai. 11.

rat. Et requieuit super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, & repleuit eum spiritus timoris domini. Zacharias quoque in vno lapide septem oculos describit. Quod quid est aliud quàm plenitudo spiritualium donorum in vno mediatore Dei, & hominum? Hinc Ioannes dicit: Vidi agnum tanquam occisum, habentem cornua septem, & oculos septem: quo in loco agnus Christus accipitur, qui tanquam occisus dicitur, quia resurgens à mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Quid verò sunt septem cornua, nisi vniuersitas regnorum omnium, quæ per cornua exprimitur? Septenario enim numero crebro vniuersitas designatur. Septem igitur cornua agnus habet, quia Christus cuncta cæli, ac terræ regna sua potestate ac providentiâ obtinet. Quid verò sunt septem oculi? Vt præmissum est, dona spiritus sancti. Qui spiritus cum vnus sit, septiformis tamen dicitur, quia per illum omnia beneficiorum diuinorum charismata fidelibus cōferuntur, vt Paulus apostolus dicit: Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, alij signorum genera, alij interpretatio sermonum. Hæc omnia operatur vnus, atque idem spiritus. Hos profecto oculos dominus Iesus Christus in electos suos dirigit, atque vt ad se venire valeant, respectum eis suæ pietatis impendit. *Dicit ad Philippum: Vnde panes ememus, vt manducent hi?* Soliti sunt periri magistri, à delectis discipulis nonnulla stipulari seu interrogare, non vt discant quod nesciunt, sed vt illorum ignorantiam doceant, dum se nescire, quod quaritur, profiteantur. Simili ratione dominus discipulum interrogat, non vt ignota discat, sed vt propriam tarditatem rudi adhuc discipulo ostendat, quam ipse in se necdum perpendere valebat. In ipsa enim responsione sua, qua dicit: *Ducentorum denariorum panes non sufficiunt ei, vt vnusquisque modicum quid accipiat.* Tarditatem fidei suæ ostendit Philippus. Nam, si integrè sapuisset, præsentem rerum creatorem de paucis panibus, aut etiam de nihilo multa millia hominum diceret saturari. Idem enim, qui iam corporaliter hoc impleuit, quotidie de terra panem producit, & vinum, quod lætificat cor hominis, & tamen nemo miratur. Diuina nanque miracula assiduitate vluerunt. Suscitauit quattuoriduanum Lazarum, & omnes mirati sunt. Quotidie creat in vteris matrum eos, qui non erant, & nemo miratur, cum amplius sit hominem educi de nihilo, quam reuocari hominem de sepulchro. Quod verò dicit Euangelista: *Hoc autem dicebat tentans eum, breuiter intimauit tentationem in hoc loco, non eam accipi quæ decipit, sed quæ probat.* De qua & Moses, Tentat (inquit) vos Deus vester. *Dicit ei vnus ex discipulis eius Andreas frater Simonis Petri: Est puer vnus hic, qui habet quinque panes ordeaceos, & duas pisces, sed hæc quid sunt inter tantos?* Sed nec iste adhuc perfectus erat in fide. Res gesta iuxta historiam, præclaram ostendit Christi potentiam, cui non est impossibile, quod voluerit, posse. Iuxta verò spiritualem intellectum considerata, gratissima data mysteriorum resurgunt. Quinq; enim panes designant quinque libros Moysi, quos populus Israeliticus vt omnes seruaret accepit. Signanter autem eos non simpliciter panes, sed cum additamento ordeaceos fuisse narratur. Hoc enim genus

Ioh. 11.

Deut. 11.

nus pabuli seruorum, & iumentorum cibus existit. Et Iudæi nihilominus tanquam serui, brutaq; animalia, sarcinam legis acceperunt. Cui sensui aptè conuenit, quod ordei medulla paleis tenacissimis operitur. Nam & lex exterioris literæ velamine palliata, interioris sacramenti velamen in gentibus occultabat. At puer ille eundem populi typum tenet, pro eo quod legem pueriliter intellexit, hoc est in superficie. Et sicut puer, antè quàm videatur, tangatur, olferatur, quæ requirere nouit, sic idem populus solum modò his quæ exteriora sunt inhians intendebat, audiens à domino per prophetam. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Et per Mosem. Dabo vobis terram lacte, & melle manantem. Ferebat panem; & tamen non comedebat, nec turbis dabat. Quia gens Israelitica legem quidem superficie tenens lectitabat, sed nec ipsam interiorem intelligentiam obrinebat, nec aliis explanandam porrigebat. Duo verò pisces signant prophetarum, & Psalmorum melodiam, quæ vtraque scriptura cōcorditer domini nostri Iesu Christi prænunciabam aduentum. Sicut enim pisces panibus ordeaceis ad hoc additi sunt, vt eorum austeritatem suo sapore mitigent: sic prophetæ & Psalmi legi Moisaicæ ea ratione sunt copulati, vt illius importabilem duritiam sua lenitate mitigarent. Cuius rei exempla numerosissima facile est reperire, quorum duo sufficiunt. Lex enim grauissimam austeritatem indicat, quando præcipit redere oculum pro oculo, & dentem pro dente, & cætera quæ in lege iubentur. Quod Psalmista mollire videtur, cum dicit: Si reddidi retribuentibus mihi mala, id est, non reddidi. Rursum lex dicit, imò Deus in lege. Ego sum Deus zelotes, id est, vltor, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam, & quartam generationem. At per prophetam: Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij. Aut certè alio sensu. Duo pisces figurant illas duas principales personas, quibus idem populus regebatur, regum scilicet, & sacerdotum, qui soli in veteri testamento oleo consecrationis perungebantur, sicut legimus, Aaron iniunctum cum filiis suis, Saul, Dauid, & Salomon in Syon. Nam quemadmodum pisces tunduntur fluctibus, & non deficiunt, sic præfata personæ subiectorum suorum sedulo in correctis moribus, quos sanabant, & semper in virtute crescebant. Quorum typum redemptor noster adueniens in veritatem conuertit, quia illorum officia veraciter in semetipsum suscepit, & factus est sacerdos sui corporis hostiam in cruce offerendo: & rex regnum perenne suis imitatoribus tribuendo. Sacerdos etiam est, quia nos sanctificat, sicut dicitur ei in Psalmo: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Rex sicut ipse dixit: Ego autem factus sum rex ab eo. Et data est mihi potestas in cælo, & in terra. *Ait ergo Iesus: Facite homines discumbere.* Notandum ad litteram, quia discumbere dicimus iacendo comedere more antiquo. *Erat autem seruum multum in loco.* Non frustra euangelista signauit plurimum scenum in illo loco fuisse sed vt ostenderet, quia qui cibaribus dominicis animari desiderat: florem sceni immaturitatem scilicet vitiorum necesse est cōterat. Nam per scenum cum aliis carnales illecebræ, aliæ flagitiorum nequitia designentur, maximè libido

designatur. Vnde scriptum est: omnis caro scenum. *Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque milia.* Vt alij euangelistæ produnt multæ mulieres, & paruuli hoc conuiuio sunt refecti. Sed Ioannes non nisi viros hoc numero comprehendit, ob significationem scilicet spiritualem. Viri enim dicuntur à viribus. Viros ergo solummodò in hoc loco commemorat, vt innuat, quia illi cælestis libri numero introscribi digni sunt, qui efficaces, & viriles in sanctis actionibus inueniuntur. Quibus & dicitur: Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cælis. At qui enerues sunt, & sceminea inconstantia euitati, ab hoc numero sunt excludendi tanquam superflui. Qui enim numerum excedunt, per significationem in sortem reproborum numerantur. De quibus Psal. Annunciaui, & loquutus sum, multiplicati sunt super numerum. Numerus enim ad sanctos pertinet tantum, qui cum Christo sunt regnaturi. Quinario autem crebro quinque corporis sensus notissimi exprimuntur. Millenarius verò semper pro perfectione earum rerum ponitur, de quibus ratio agitur. Illi enim nulla nostra calculatio valet excedere. Quinque ergo milia fuerunt vt ipso numero designetur, quia illi, qui quinque corporis sensus à peccato custodiunt, eos diuina gratia super signat conuiuio æterno. *Accipit ergo panes Iesus.* Signandum, quod cum posset nouos panes creare, noluit, sed eos, qui illati sunt, turbarum refectio cum lauit. Quid signant, nisi quia in mundum veniens, non veterem scripturam reprobaui, & nouam condidit, sed ipsam, quæ antiquitus fuit cōdita, quid in se salutaris mysterij gereret, discipulis surgens à mortuis aperiendo patefecit. Hinc ipse in euangelio ait: Non veni soluere legem, sed adimplere. *Et cum gratias egisset.* Refecturus multitudinē turbarum, gratias egit, vt suo exemplo nos instrueret, quatenus omnipotenti Deo gratias referamus, quotiens aut spirituali cibo, aut corporali alimonia ab ipso reficimur. Vel certè ideo gratias egit, vt quantum de profectu nostræ salutis gratularetur, intimaret. Si enim nosse volumus, quantum saluator noster nostræ gaudeat salutis, illud ad mentem reuocandum est, quod Lucas narrat: *Regressis à prædicatione discipulis, cum quidem nomina eorum scripta in cælis esse indicasset, in ipsa hora exultauit in spiritu & dixit: Confiteor tibi, pater, domine cæli, & terræ. Distribuit discumbentibus.* Alio euangelista narrate didicimus, quia dominus accipiens panem dedit discipulis, discipuli autem apposuerunt turbæ. Et hoc est, quod scriptum est: Cum enim initium nostræ salutis per dominum enarrari cœpisset, ab his, qui audierunt, in nos confirmatum est. Christus enim resurgens ex mortuis cum triumpho victoriæ, apostolis suis archana diuinarum scripturarum reuelauit, quando aperuit illis sensum, vt intelligerent omnia, quæ de eo scripta erant in lege, & prophetis, & dixit: Ite, docete omnes gentes. Illi autem profecti prædicauerunt vbique. Possumus & apertius dicere: Accipit panem, & benedixit, secundum alium euangelistam, quando omnia, quæ de eo scripta erant in lege, & prophetis, spiritualiter in se compleuit, ea, quæ tunc minus erant suppleuit, ostēdens legem à Deo esse datam. Fregit, aperuit discipulis sensum vt intelligerent scripturas, distribuit illis, vt apponerent cum dixit: Euntis docete omnes gentes, baptizantes eos

in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Illi autem apposuerunt turbæ, quando profecti prædicauerunt, ubique domino cooperante, & sermone confirmante sequentibus signis. Mystice hoc domini præcepto signatur, quia vberiora sacramenta, quæ rudes turbæ penetrare non sufficiunt, perfectiores quique solerti cura debent recondere, vt & congruente tempore valeant ad incrementum aliorum promulgare, & explanare docendo, & scribendo, sicut fecerunt sancti apostoli, & sancti doctores, vt Augustinus, Hieronymus, & Gregorius & ceteri, qui dicto, & scripto mysteria altiora scripturarum nobis exposuerunt. Possunt etiam per fragmenta fortiora præcepta, & altiora instituta vitæ intelligi; sicut est contemptus seculi, de quo dominus dicit: Si quis non renunciauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Virginitas quoque, de qua dominus loquitur, qui potest capere, capiat, ista est, quam generalis multitudo, & simplices quique implere non prævalent; perfectiores quique debent obseruare, maxime prædicatores. *Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum plenas.* In cophinis vilia officia geri solent, & quid per cophinos accipere debemus, nisi apostolos, & reliquum ordinem imitatorum illorum, apostolicos scilicet viros? Qui licet in tempore præsentis despiciabiles, vilesq; appareant, spiritualium tamen sacramentorum diuitiis interius sunt referti; quorum vnus dixit: *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, & tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium perisplema vsque adhuc.* Notandum verò breuiter, quod hoc differt ista turbarum refectio ab altera, quæ de septem panibus celebrata legitur, quia cum hic panes ordeacei memorantur, illic verò nil tale dicitur. Per hanc lex exprimitur, per illam euangelium signatur. Vtraque tamen in monte geritur, quia vtraque dominum nostrum Iesum Christum, qui est verus mons, panis voce pronunciat, vtraque altitudinem iustitiæ, diuinorumque præceptorum mysteria nobis commendat. Sed meritò quæritur, quid signat quòd dominus Iesus has turbas reficiens, primò de quinque panibus quinque milia, Secundò de septem panibus tria milia panis, cur primò de paucis panibus plures, cur secundò de pluribus pauciores? Quæstio mystice est notanda. In illo enim cõiuiio septem panum quod nouum testamentum, vt præmissum est, designat, de pluribus panibus pauciores satiauit, quasi volens ostendere paucos esse, qui perfectionem euangelicam sequi; atque opere exercere, aut velint, aut valeant. At verò in illo, quod de quinque panibus factum, legè antiquitatis datam designat, de paucioribus plures reficit, innuens & numerosiores inueniri, qui leuia, carnaliaque legis decreta implere eligunt, quàm qui euangelicæ authoritatis arduam obseruationem velint attingere. Claret enim legis mandata ad implendum faciliora esse quàm præcepta sancti euangelij, illi ergo homines, cum vidissent, quod fecerat signum, dicebant: *Quia hic est verè propheta, qui venturus est in mundum.* Hinc liquido patet, longè nos aliter credere quàm turbæ tunc temporis de Christo sentiebant. Quantum licet errarent, tamen errorem illorum cum deuotione aliquid veritatis inesse deprehenditur, Nempe quidem idem dominus se prophetam nãcupari quòd voluerat, quàm

2. Cor. 4.
3. Cor. 4.

plurima exempla suppetunt: e quibus ipso dicente proferimus. Non capit perire prophetam extra Hierusalem. Propheta namque dicitur, quia antè quam secundum humanitatem nasceretur, vniuersa futura per legem, & prophetas præfigurare potuit. De quo & Moses: *Propheta vobis suscitabit Deus de fratribus vestris, tanquam me ipsum audite.* Ita verò duntaxat Christum prophetam debemus credere, vt fateamur etiam dominum prophetatum, sicut regem regum, & dominum dominatum. Quocirca nos, qui iam per illius dignationem illuminati ad fidem sumus, amplioris fidei indicia de certiori cõfessione declaremus. Quia hic est Deus omnipotens, filius Dei patris vngenuus, qui in principio mundi fabricæ, nos, cum non essemus, condidit, & opportuno tempore, cum perditii essemus, propria nos passione redemit. Idem denique, qui à mundo est iudex, & arbiter omnium seculorum creditur esse venturus, vt electos omnes à mudi origine pia retributione pro laboribus cunctis remuneret, reprobos autem nihilominus pro admisis facinoribus meritis supplicis damnent, istis tristitem sententiam intonando; *discedite à me maledicti in ignem æternum; illis verò clementer beneuolentia inferendo, venite benedicti patris mei, possidete præparatum vobis regnum ab origine mundi.* Cuius desyderatissimè vocis auditores, & participes ipso opitulante, existere mereamur in secula seculorum, Amen.

THEOPHYLACTI EPISCOPI *Bulgar superioris Euang. expositio.*

Post hac abiit Iesus trans mare Galilæe, &c. Postquàm dominus loquutus est Iudæis durioribus verbis, quibus in inuidiam accendebatur, & stomachabantur, demulcet nunc eos secedendo, & abiit trans mare Tyberiadis. Mare autem dicit stagnum. Congregationes enim aquarum, maria vocauit diuina scriptura. Et aliter, Descendit de loco in locum, probans multitudinis studium. Ignauiores etiam manebant in suis locis, studiosiores autem sequebantur eum. Verum tamen vide, quòd etiam sequentes nõ propter doctrinam, sed propter corporalium miraculorum vtilitatem sequuti sunt. Nam propterea dicit, quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur. Meliores autem sunt, & sapientiæ audiores. Obstupecebant enim, inquit, in doctrina eius, quia docebat illos tanquam potestatem habens. Ascendit autem in montem propter miraculum futurum. Non enim arrogans erat, & vanè gloriæ cupidus, vt in medijs ciuitatibus miracula operaretur; sed fugiens vanam hominum gloriam solitudinem quærebat; etiam nos erudiens. Insuper volens mystica quædam discipulis communiare, ascendit in montem, id quod semper solebat facere, quia & opus est, vt ab omni tumultu liberetur; & locum quærat ab omni strepitu purum, si quis talia loqui velit. *Erant enim prope, inquit, dies festus Iudæorum,* nec tamè ascēdit, sed in Galilæam ascendit, non enim vltra præceptis legalibus erat obnoxius, vt & festos dies legis perfi

perficeret. Et aliter, Persequente & ipsum malitia Iudaica, occasionem apprehendit, vt paulatim legem abroget, ostendens animaduertentibus cessasse figuram, vt aduenit veritas. Obserua autem, quod festum fuerit Iudæorum, non autem fuerit dies festus Christi. *Quum sustulisset ergo oculos Iesus, &c.* Quare dixit, *quum sustulisset oculos suos?* Vt discamus, quòd non solitus sit hinc, & inde vagari oculis, sed compositus, & attentus sedere, vt pote docens discipulos diuina quædam. Denique vidit discipulos, & rogat de turba, quomodo alenda sit. Non alium autem interrogat, quam Philippum. Ipse enim maiori indigebat eruditione, qui postea dicebat; *Ostende nobis patrem, ac sufficit nobis, & propterea antea illum instruit, & per interrogationem inducit eum, vt miraculi semper sit memor.* Nam, si quidem miraculum simpliciter fuisset factum, non vsque adeo visum fuisset illi miraculum: nunc autem prius quam fieret, illum compellit fateri paucitatem panum, vt euidentius addiscat futuri miraculi magnitudinem, & non è memoria reiiciat ea, quæ confessus est. Idcirco dicit: *Vide ememus panes, vt comedant hi?* Dicit autem hæc tentans Philippum, volens notum facere, quam haberet ille fidem. Neque enim vt ignorans de sententia Philippi interrogabat, sed aliis monstrare volebat. Nam ipse dominus sciebat, quid facturus esset. Igitur vt tentauit Philippum, nunquid haberet ille fidem, & inuenit ipsum adhuc affectum vt hominem: in super & Andream quoque talem inuenit, tamen si sublimius quiddam Philippo sentientem. Illo enim dicente, quòd ducentorum denariorum panes non sufficiunt, ille quinque panes ordeaceos, & duos pisces commòstrauit, cogitans forte prophetarum miracula, & Helisæi in panibus lignum, quum Samaria in extremam venisset inopiam. Redarguitur tamen & Andreas nihil dignum dominum cogitans, dicit enim; *Sed hæc quid sunt inter tam multos?* Existimabat enim quod multiplicaturus quidem panes esset dominus, sed si essent plures, & maior & multiplicatio futura esset, periculose omnia intelligens. Nam dominus etiam ex nihilo potuisset panes facere, qui turbæ sufficerent: attamen, ne videretur creatura non esse ex ipsius sapientia, ipsa creatura vsus est in materiam miraculorum, & acceptis quinque panibus, vt materia quadam, præclarum istud miraculum fecit. Confundantur Manichei, dicentes, quòd panis & omnes creature factæ sint à malo Deo: & propterea si quis dederit eis panem, non accipiunt illum de manibus illius, sed procul quidem illum abiici iubet, stantes autem, & maledicentes ei, qui dedit, dicunt, *Qui seminavit te, dispergatur: qui pinsuit te, pinsatur carne, & similia.* Confundantur itaque dicentes, quòd boni Dei filius Christus panes multiplicarit. Nã, si mala fuisset creatura, beatus Deus illam vtique non multiplicasset: vt taceam interim, quòd & ipse panes comedit. Cæterum, si quis interrogauerit, num idem sit hoc miraculum panum cum eo, quod apud Matthæum describitur: dicimus, certe idem est. Quamuis autem illic quidam discipuli accedunt admonentes de turba, vt dimitteretur, hoc autem loco ipse Iesus interrogat, vnde pascatur: non opus est admirari. Verisimile enim est vtrunque factum esse, & discipulos prius admonuisse dominum de turbis dimittendis, &

Ioh. 14.

4 Reg. 6.

Mat. 14.

tunc Philippum interrogatum esse à domino, vnde alantur. *Dixit autem Iesus, Facite vt homines discumbat. Erat autè gramen multum in eo loco, &c.* Iussit eos facete discumbere, quasi parata mensa. Discipuli autè, quamuis prius increduli, a tramè alacriter recumbere faciunt homines. Erat autè gramen, quoniam ver erat. *Erant enim, inquit, pascha,* quod in primo mensè veris perficiebatur. Porro soli viri numerantur ab Euangelista, qui legis sequitur cõfuetudinem. Etenim & Moses à vicesimo anno, & supra numerauit populum, nulla mentione facta mulierum: quòd docetur omne, quod virile, & iuuenile est, dignum censeri, vt numeretur apud Deum. Et acceptis panibus, gratias agit, ostendens quod ante cibum gratiæ agenda sint Deo. Insuper, quia turba erat, ideo coram turba gratias agit, vt omnibus persuadeat, quòd secundum voluntatem Dei aduenerit, quòd sit aduersarius Deo, sed omnia referat in patrem. Nam, quando secorsum facit miraculum, nihil tale facit, etiam si maius quoddam faciat: quando autem coram multis miraculū operatur, tunc ad Deum respicit. Ostendit autem, quòd nõ ex infirmitate sanatur, sed propter dispensationem, quam diximus, ex eo quòd maiora faciat autoritate quadam, & tanquam dominus. Dicunt insuper quidam, quòd etiam propter hoc gratias egerit, vt ignoraretur à principe mundi vsque ad tempus passionis, & ex hoc dæmon non cognosceret ipsum esse Deum, sed deciperetur, & inescaretur, atque sic per crucem conficeretur. Cæterum permittit dominus, vt supersint tot fragmenta, non propter ostentationem, sed ne credatur per phatasmata satiatis esse homines, appareat autem omnibus, quòd vere satiati fuerint, quandoquidem tot residua fuerunt: atque propter hanc causam iussit etiam fragmenta colligi, vt videntes ea, miraculi facti magis essent memores. Oportet autem non solum mirari, quòd superauerint, sed etiam quòd non plures, neque pauciores, quàm qui numero pares essent discipulis, cophini reliquiarum, vt omnes gestet, & neq; Iudas ipse experts relinquatur, sed habens etiam hoc miraculum, quòd monstrat sibi Deum esse magistrum, inde vtilitatem capiat: quamuis etiam hoc propter malitiam eius in condemnationem ipsius cesserit. eum enim, qui tantas reliquias fecerat, de quibus & ipse cophinum portauit, prodidit. Nõ enim sine causa imperauit apostolis, vt cophinos gestarent, sed vt memores essent miraculi, vt pote magistri orbis futuri. Nam multitudo quidem non magnam vtilitatem perceptura erat. statim enim obliuisceretur miraculi. At discipuli non vulgare lucrum inde habituri erant. Discamus item ex hoc miraculo, ne pusillanimes simus in angustiis, & paupertate, neque timidi simus in hospitalitate, & communionem: sed credamus, quòd etiam si vnum tantum panem habeamus, illum multiplicaturus sit, qui ex quinque panibus tantum superesse fecit: Per allegoriam autem dominus quando exiuit Hierosolyma, secundum quod in prophetis dictum est, *Dereliqui domum meam, reliqui hereditatem meam:* tunc sanè in Galilæam gentium vadit, Gentiles suscipiens: & turba illum magna sequitur. Ascendit autem in montem, hoc est, crucem, vt ad se rapiat omnes vel in cælum, & honorem, & gloriam Deo dignum. Vt enim ascendit in cælum, & glorificari cœpit à nobis vt Deus, & nõ vt nudus

Num. 26.

Hier. 12.

Infrā 21. ora Marcionistarum obstrueret, qui creaturam calumniantur delirantes, asserendo non esse à Deo factam. Hic est vere propheta ille qui venturus erat in mundum. O manifestam gulositatem! quum innu-

mera prius vidissent, quæ hoc erant mirabiliora, nihil tale confessi sunt: quum autem impleri sunt, tunc hunc esse prophetam dixerunt, qui ex Moysis promissione ab eis expectabatur.

Deut. 18.



FERIA II. POST DOMINI- CAM III. QVADRAGESIMAE. I O A N. 2.



In illo tempore Pascha Iudæorum: & ascendit Iesus Ierosolymam, & inuenit in templo vendentes boues & oues & columbas, & nummularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funi-

culis, omnes eiecit de templo: oues quoque, & boues, & nummulariorum effudit æs: & menfas subuertit. Ei his qui columbas vendebant, dixit: Aufferete ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negociationis. Recordati verò sunt discipuli eius, quia scriptum est: Zelus domus tuæ comedit me.

Responderunt ergo Iudæi & dixerunt ei. Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Respondit Iesus, & dixit eis: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud. Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo surrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat: & crediderunt scripturæ, & sermoni quem dixit Iesus. Cum autem esset Ierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius: videntes signa eius quæ faciebat. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis: eo quod ipse nosset omnes: & quia opus eius non erat, vt quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim uisciebat quid esset in homine.

GLOSSA ORDINARIA in superius. Euang.

In prope erat Pascha. Pascha agimus, dum à vitiis ad virtutes transimus. Ad hoc Iesus venit, dum ecclesiam quotidie visitat, & actus cuiusque considerat, & eos eiecit qui inter sanctos, vel fictè bona, vel apertè mala faciunt. Per boues qui arant, prædi-

catores doctrinæ cælestis significantur: hos vendunt qui non amore Dei, sed pro quæstu temporali prædicant. Oues innocentes sua vellera vestientis præbent. per has signantur opera mundicie & pietatis, quæ venduntur, dum pro humana laude geruntur. Spiritus, vt columba apparuit, vnde per columbam spiritus accipitur, quam vendunt Symoniaci. Nummos dant mutuo in ecclesia, qui non simulate cælestibus, sed aperte terrenis seruiunt. Hi omnes eiciuntur de parte sortis san-

sanctorum, qui vel fictè bona, vel apertè mala faciunt, & funiculis peccatorum modo flagellantur ad correctionem: qui si incorreæti permanerint, in fine ligabuntur. Oves quoque & boues eiecit, quia talium vitam & doctrinam ostendit reprobam. Et menfas subuertit, quia in fine ipse res quas dilexerunt, destruantur. Et as. Si ipse, qui dedit, decreta Dei custodit, docet quanta cura hominibus debet esse vacare orationibus & Dei sollicitatibus. Bis legitur ad pascha ascēdisse. Semel primò anno prædicationis, nondum incarcerato Ioanne: vnde hic agitur. Secundo cum ad passionem iret, & in vitro que vendentes eiecit de templo. Et in. in tem. Si in figurali templo quod est domus orationis, prohibet negociationem quæ honesta putatur, cum sit de his, quæ in templo offeruntur, quantò magis prohibet portationes & cætera grauiora? De funicu. Funiculi quibus eiciuntur sunt incrementa actionum malarum. vnde Isa. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. Et Salomon: Funiculis peccatorum suorum quisque constringitur. Qui columbas. Non solum vendentes columbas, sed etiam alij domum Dei faciunt domum negociationis, id est, omnes qui quærunt quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi. Zelus domus. Bonus zelus est feruor animi, quo mens abiecto humano timore, pro defensione veritatis accenditur. Ab eo comeditur, qui quælibet praua quæ viderit, corrigere satagit: si nequit, tolerat & gemit. Quod si ostendit nobis, quia hæc facis? Quia signum quærunt, quare solita commercia de templo eiecit? & ait: Soluite. Quasi dicat. Qua hoc templum, significat templum corporis in quo nulla est macula: & merito hoc figurale purgo, qui illud ab hominibus morte solatū diuina potentia suscitare queo. Soluite temp. Quod de proprio corpore quod est templum Dei dicit Iesus, Excitabo. Iudæi non intellexerunt. Licet ignorantes diuinitus responderent dicentes: Quædraginta sex an. quia non conuenit lapidi, sed homini suscitatio. Nam lxxvj. diebus corpus Christi, vt cuiuslibet hominis in vtre matris organizatur, sed destructum à Iudæis, à morte die tertio suscitatur. Quod etiam dictum nec apostoli intellexerunt, donec die tertio suscitatus eis apparuit. Sed quod intelligere non poterant, patienter tolerabant quousque spiritus sancto reuelante, surrexisset eum viderunt. Vnde exemplum accipimus, vt quod intelligimus, superbiendo ne amittamus: quodq; intelligere subito non valeamus, vilipendentes ne despiciamus: sed humiliter expectemus orantes ac exercentes mentes nostras, donec intelligamus. Nam is sermo Dei & prophetarum mos est, vt quæ videntur in eis nobis aperta, clausa latent, ne cito intellecta iactantiam generarent, & exercitio acquisita, corrigendo delectarent. Nam carnali sensui clauduntur, spiritualiter autem laboranti & diligenter attendenti dantur: vt non margaritæ proiciendæ sint ante porcos, ne conculcentur. Dixerunt er. Carnales carnaliter sapiebant: ille spiritualiter loquebatur. Quod euangelista nobis aperit: Ille autem dicebat de templo corporis sui. Quadragesim. Anatole Græcè, oriens: dysme, occidens: arctos septentrio: menses mbria, meridies. Primæ literæ horum. 4. nominum, id est alpha, delta, item alpha, mi, continentur in nomine Adæ, qui est orbis terrarum. & alpha significat vnum, delta quatuor, item alpha,

vnum, mi. xl. & sunt simul. xlvj. Aedificatum. Augt. Aedificatio Salomonis septem annis perfecta est. reedificatio sub Zozobabel impediens inimicis. xlvj. annis. Hic numerus conuenit perfectioni dominici corporis: quia vt dicunt physici, tot diebus forma humani corporis perficitur. Hic numerus in literis Adam inuenitur, cuius nomen ex quatuor primis literis climatū constat, quæ literæ significant Adam dispersum per quatuor partes mundi in filiis suis. Hoc numero corpus Christi (quod est ex Adam, de quo dicitur: Soluite templum hoc: sicut & illi dicitur: Terra es & in terram ibis) in vtero matris ædificatur, vt significet illum Adam, qui dispersus erat, colligendum esse de illis quatuor partibus in vnum corpus Christi, quod est ecclesia. vnde dicitur electos esse congregandos à quatuor ventis. Cum autem. Conuentus adibat, vt verbis & signis plures conuenteret. Et quia aliqui solis signis moti credebant in eum, verè quidem, sed tamen ita, vt possent postea in passione eius scandalizari: & quia nondum erant renati ex aqua & spiritu, non erant digni quibus se crederet Iesus, & familiariter cohabitaret. Sciebat enim quid esset in illis, melius quàm ipse homo de se. Hæc fides conuenit catechumenis, qui credunt in eum: sed quia non sunt renati, non creditur eis communio corporis & sanguinis Christi. De talibus erat Nicodemus, qui credens dicit eum à Deo venisse, propter signa quæ viderat: sed nondum renatus erat. & ideo nocte venit, non die, quia nondum illuminatus cælesti lumine.

CATENA AVREA in idem Euang.

Et prope erat Pascha Iudæorum. Orige. Sed quid intendit ibi appositio Iudæorum? non enim nationis alterius Paschæ solemnitas fuerat. Forfan verò quia quoddam est Pascha humanum, eorum qui procul à proposito scripturæ celebrat istud: quoddam verò diuinum & verum, quod in spiritu & veritate perficitur. Ad distinctionem ergo diuini, dicitur Iudæorum. Sequitur: Et ascendit Hierosolymam. Alcu. Bis in euangelis legitur Iesum ascendisse Hierosolymam: semel in primo anno prædicationis, dum adhuc Ioannes non erat missus in carcerem, de hoc ascensu agitur: & iterum illo anno quo erat passus dedit autem nobis exemplū dominus, quanta cura diuinis subdi debeamus imperiis. Si enim ipse Dei filius decreta legis à se data implebat, celebrans solennitates cum cæteris hominibus, quāto studio bonorum operum serui debent solennitates præuenire & celebrare? Orig. Mysticè autem cum facta est nuptiarum præparatio in Chana Galilææ, descendit vnà cum matre, & fratribus & discipulis Capharnaū, quæ interpretatur ager consolationis. Oportebat enim post vini alacritatem ad agrum consolationis vnà cum matre & discipulis ascendere saluatorem, consolaturum in futuris fructibus, in agrorum multitudinem suscipientes disciplinam eius, & animam quæ illum spiritu sancto concepit & iungendos ibi. Sunt enim quidam fructificantes, ad quos dominus ipse descendit, vnà cum verbi ministris atque discipulis, adiuuans huiusmodi præsentem matre sua: videntur autem qui

Exch. 3
Gen. 3.

Math. 11.

Isa. 5.
Prov. 5.

1. Cor. 10.

Math. 7.

Capharnaum ducti sunt, non capere diuturnam apud se Iesu presentiam, quoniam illuminatio- nem quæ de pluribus dogmatibus est, inferioris consolationis angelus non capit, cum paucorum capax existat. Alcu. Vel Capharnaum villa pulcherrima est, & significat mundum, in quem verbum patris descendit. Bed. Non multis autem diebus ibi mansit, quia paruo in hoc mundo tempore cum hominibus conuersatus est. Orige. Est autem Hierosolyma ciuitas regis magni, velut ipse saluator ait, ad quam nullus eorum qui manent in terris descendit nec ingreditur. Sed quælibet anima quæ naturalem obtinet celsitudinem & acumen intelligibilem perspicuum eius ciuitatis est incola, ad quam solus Iesus ascendisse dicitur. Videntur tamen post discipuli fore presentes dum recedunt. Zelus domus tuæ comedit me, sed quasi in quolibet discipulorum Iesus ascendit. Et inuenit in templo vendentes oues & boues & columbas, &c. Beda, Dominus Hierusalem adueniens, continuo templum oraturus adiit, nobis dans exemplum vt quocunque properamus, domum Dei primo ingrediamur, dominum deprecaturi. vnde dicitur, *Et inuenit in templo vend. oues & bo. & columbas.* Aug. Sacrificia enim illi populo pro eius carnalitate talia data sunt, quibus teneretur ne ad idola deflueret, & immolabant boues & oues & columbas. Beda, Sed quia de longinquo properates quæ iusta sunt immolari domino, secum ferre non poterant: eorum precia deferebant: vnde nacta occasione hæc animalia in templo scribæ & pharisæi vendi instituerunt vt venientes emerent & offerrent. Eademque oblata ipsi aliis venderent: & sic sua lucra accumularent. Vnde & numularij ad hoc sedebant ad mensam, vt inter emptores venditorisque hostiarum prompta esset pecunia, vnde subditur: *Et numularios sedentes.* Dominus autem nolens aliquid in domo sua terrenæ esse negotiationis, neque eius quæ honesta putaretur, negotiatores omnes expulit foras. Aug. Et qui flagellandus erat ab eis, prior illos flagellauit. vnde sequitur: *Et cum fecisset quasi flagellum de funic. &c.* The. Neque solum eos eiecit qui vendebant & emebant, sed etiam res eorum. vnde subditur, *Oues quoque & boues & numu. effudit as, & inuertit:* scilicet numularias quæ erant quasi vasa denariorum. Orige. Consideremus autem ne forte enorme videatur quod Dei filius captis funiculis parat sibi flagellum ad eiiciendum de templo. Vnum tamen refugium ad horum responsionem relinquitur diuina potestas Iesu, vt cum volebat, posset iracundiam hostium suffocare, quauis essent innumeri, & sedare mentium turbines. Dominus enim dissipat cogitationes gentium. Presens autem historia in nullo minorem potestatem prærendit his quæ ab eo miraculosus ædita sunt, quinimò constat hanc maiorem demonstrare potentiam miraculo, quo aqua conuersa est in vinum: eo quod illic inanimata subsistit materia, hic verò tot millium hominum domantur ingenia. August. de con. euang. Manifestum est autem non semel, sed iterato hoc factum esse à domino. Sed illud primum commemoratur hic à Ioanne, illud vltimum à cæteris tribus. Orige. Et Ioannes quidem hic dicit quod expulit vendentes de templo. Matt. autem ait quoniam expulit vendentes, & ementes. Multò autem maior erat numerus ementium quam vendentium, quorum expulsio

transcendebat dignitatem eius qui reputabatur filius carpentarij, nisi quoddam diuina potestate sibi omnes subiecit vt dictum est. Bed. Commendatur autem in hac lectione vtraque Christi natura: humana quidem in hoc quod matrem comitè habuisse perhibetur, diuina verò in hoc quod verus Dei filius demonstratur. Sequi enim: *Et his qui vendebant columbas dixit, Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negotiationis.* Chryso. Ecce patrem vocat, & non irascuntur, æstimant enim simpliciter eum dicere; sed quia postea apertius loquebatur vt solam repræsenteret parilitatis intelligentiam, propterea sequebantur. Et Mattheus quidem dicit quoddam eiiciens eos dicebat: Nolite facere domum meam speluncam latronum. Illud enim fecit ad passionem veniens, ideo durioribus sermonibus utebatur. Hoc autem in principio signorum fecit: vnde non ita aspera, sed remissa quodammodo increpatione vitur. August. Ecce templum illud figura adhuc erat, & eiecit inde dominus omnes qui ad nundinas venerat. & quæ ibi vendebant: quæ opus habebant homines in sacrificio illius temporis. Quid si ibi ebriosos inueniret? si negotiationis non debent fieri domus Dei, potationis fieti debet? Chryso. Sed cuius gratia tali vehementia Christus vsus est? Quia enim in sabbato curaturus erat, & multa facturus quæ videbantur ab eis legis transgressio, vt non videatur Deo contrarius hoc cum periculo fecit, dans intelligere quoddam qui periculum se exponit pro bono ornatu domus, dominum domus non cõtemnit. & ideo vt ostenderet sui consonantiam ad Deum, non dixit: Domum sanctam: sed, *domum patris mei.* Et propter hoc etiam subditur: *Recordati verò sunt discipuli eius, quia scriptum est: Zelus domus tuæ comedit me.* Bed. Discipuli enim videntes in eo huc feruentissimum zelum, recordati sunt, quia zelo domus patris saluator eiecit impios de templo. Alcu. Zelus, cum in bono accipitur, est quidam feruor animi, quo mens relicto humano timore pro defensione veritatis accenditur. Aug. Comeditur ergo zelo domus Dei, quia omnia quæ videt ibi peruersa, cupit emendare: & si emendare non potest, tolerat & gemit. Si ergo in domo tua, ne quid peruersum fiat fatagis, in domo Dei vbi salus proposita est, debes pati quantum in te est si quid peruersi videris? Amicus est, admonetur leniter: vxor est, seuerissime frenetur: ancilla est, etiam verberibus compescatur. fac quicquid potes pro persona quam portas. Alcu. Mysticè autem quotidie Deus spiritualiter suam ecclesiam intrat: & qualiter ibi vnusquisque cõuerteretur attendit. Caveamus ergo ne in ecclesia Dei fabulis, vel risibus, vel odiis, vel cupiditatibus vacemus: ne improuisus veniens nos flagellet, & de ecclesia sua eiiciat. Orige. Possibile est enim Hierosolymitarum quoque delicto subiacere, & capacissimos deuicare: qui nisi post delictum citissime cõuertantur capacitatem amittunt. inuenit igitur in templo, id est sacris vel in enuntiatione ecclesiastici sermonis quosdam qui patris domum negotiationis constimebant: qui scilicet venales exponunt boues, quos oportet obseruare ad aratrum; ne retrocedentes non disponantur ad regnum Dei. Qui etiam præferunt mammonam iniquitatis ouibus, ex quibus habent ornatus materiam: qui etiam solertiam columbarum priuata qualibet amaritudine vilipendunt. Cum ergo hos inueniret

inueniret saluator in domo sacrata, facto de funiculis flagello fugat illos, vna cum venalibus ouibus & bouibus suis. Et spargit aris pondera, velut indigna in domo Dei retineri: subuertitque constitutas tabulas in animabus auarorum, & mandat ne vltius in domo Dei columbæ vendantur. Arbitror autem & exemplum ipsum statuisse per prædicta secretius, vt intelligamus per hoc si quid agi debet erga sacram illam oblationem à sacerdotibus non debere ritusensibilium oblationum agi, nec legem obseruari debere vt carnales Iudei volebant. Nam Iesu propellente boues & oues, iubente auferri columbas, quæ plurimum offerrebantur iuxta consuetudinem Iudæorum: & subuertente mensas materialium numorum, non expresse sed figuratè continentium diuinas impressiones, ea scilicet, quæ secundum legis scripturam videbantur honesta: & vntente eo in plebem flagellis, dissoluenda & dispergenda hæc erant, translatò regno ad eos qui ex gentibus crederentur. Aug. Vel vendentes in ecclesia sunt qui quæ sua sunt quaerunt, non quæ Iesu Christi. Venale habent totum: quia volunt redimi. Simón ideo volebat emere spiritum sanctum, quia vendere volebat. Erat enim de illis qui columbas vendunt, etenim in columba apparuit spiritus sanctus. columba autem non est venalis, gratis datur, quia gratia vocatur. Bed. Vendunt igitur columbas qui acceptam spiritus sancti gratiam, non gratis, vt præceptum est, sed ad præmiũ dant. Qui manuum impositionem qua spiritus sanctus accipitur, & si non in quaestum pecuniæ, ad vulgi tamen fauorem tribuunt: qui sacros ordines non ad vitam meritum, sed ad gratiam largiuntur. Aug. Boues autem intelliguntur apostoli & prophete, qui nobis scripturas sacras dispensauerunt. Qui ergo ipsis scripturis fallunt populos, à quibus quaerunt honores, vendunt boues, id est, ipsas plebes: & cui vendunt nisi diabolo? Quicquid enim de vnica ecclesia percipitur, quis tollit nisi leo rugiens? Bed. Vel oues sunt opera munditiæ & pietatis. Vendunt ergo oues qui humanæ gratia laudis opera pietatis exercet. Nummos mutò dant in templo, qui aperte terrenis rebus in ecclesia deseruiunt: domum etiam domini faciunt domum negotiationis, non solum hi qui propter sacros ordines precium pecuniæ, vel laudis, vel honoris quaerunt, verum etiam hi qui gradum vel gratiam spiritualem quam in ecclesia domino largiente perceperunt, non simplici intentione, sed cura humanæ retributionis exercent. Aug. Signum autem quoddam nobis ostendit dominus, quod fecit flagellum de resticulis, & inde negotiationem in templo facientes flagellauit. Etenim vnusquisque in peccatis suis restem sibi textit, dum peccata addit peccatis. Quando ergo aliquid patiuntur homines propter iniquitates suas, agnoscant quia dominus facit flagellum de resticulis: & adhuc admonet eos, vt mutet se. Nam si se non mutauerint, audient in fine: Ligatè illi manus & pedes. Bed. Facto igitur de funiculis flagello illos eiecit de templo, quod de parte sortis sanctorum eiiciuntur, qui inter sanctos positi vel sicut vel aperte faciunt opera mala. Oues quoque & boues eiecit, quia taliu vitam pariter & doctrinam ostendit esse reprobam. Nummulariorum quoque effudit as, & mensas subuertit: quia damnatis in fine reprobis etiam ipsarum quas dilexerunt re-

rum tollet figuram: vditionem columbarum de templo auferri præcepit: quia gratia spiritus quæ gratis accipitur, gratis dari debet. Orige. Potest etiam per templum intelligi anima studiosi, propter inhabitans verbum Dei, in qua ante doctrinam Iesu constiterant terrestres, & bestiales motus. Signum autem terrestrium motuum bos est, quoniam est agri cultor. Insensatorum autem motuum ouis, quod est pluribus animalibus irrationalius. Leuium verò atque inconstantium mentium signum est columba. Eorum verò quæ bona videntur signa sunt æra, quæ Christus verbo doctrinæ expellit, vt non ultra domus patris eius sit forum. *Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis, &c.* Theo. Quia Iudæi videbant Iesum talia facere cum potestate multa, & dicentem: *Nolite facere domum patris mei, domum negotiationis,* signum ab eo petunt, vnde dicitur: *Responderunt ergo Iudæi & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis?* Chryso. Sed nunquid signa opus erant, vt ea quæ malè fiebant, cessare faceret? Nonne zelum talem accipere pro domo Dei maximum signum virtutis erat? Non autem illius prophetiæ meminerant, sed signum petebant: simul quidem de suo turpi lucro impedito dolentes, simul autem & per hoc prohibere non valentes: opinantur enim eum, aut prouocare ad miracula, aut cessare ab his quæ fiebant, propterea non dat eis signum, sicut & post petentibus signum respondit dicens: *Generatio mala & adultera signum quaerit: & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ prophete.* Sed tunc quidem manifestius, nunc autem obscurius respondet idem. Non autem vtique cui non petentes præoccupat & signa dat, hic petentes auertisset, nisi mentem eorum cognouisset dolosam. Sequitur enim: *Et dixit eis, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Beda: Quia enim signum quaerebant à domino, quare solita commercia proicere debuisset ex templo, Respondit: Quia ipsum templum significabat templum corporis sui, in quo nulla proforsus esset alicuius macula peccati. Quasi dicat. Sicut inanimatum templum à vestris commerciis sceleribusque mea expio potestate, ita & hoc corporis mei templum cuius illud gestat figuram, vestris manibus dissolutum, tertia die resuscitabo. Theoph. Nequaquam ramè illos ad homicidium prouocat, dicēs soluite, sed hoc eis affectantibus, non sibi esse absconditum demonstrat. Audiant autè Arriani quomodo dominus mortis destructor dixit: *Excitabo,* virtute videlicet propria. Aug. Resuscitauit eum quidem & pater cui dicit in Psalmis: *Excita me, & reddam illis.* Sed quid fecit pater sine verbo? quomodo ergo eum pater resuscitauit, sic & filius resuscitauit: quia filius dixit, Ego & pater vnus sumus. Chryso. Propter quid autem signum resurrectionis dat eis? quoniam, scilicet, hoc maxime erat quod ostendebat eum non esse hominem purum, posse aduersus mortem statuere triumphum, & tyrannidem eius longam velociter dissoluere. Orige. Vtraque autem scilicet & corpus Iesu & templum exemplar mihi fore videtur ecclesiæ, eo quod ex viuis lapidibus constituitur in domum spiritualem, in sacerdotium sanctum: & propter illud: Vos estis corpus Christi, & membra de membro. Quauis autem dissolui lapidum videatur structura, ac dissipari omnia ossa Christi aduersitatibus tribulationum.

institurabitur tamen ac resuscitabitur die tertia, qui in nouo caelo & noua terra praesens erit. Sicut enim illud Christi corpus sensibile crucifixum est ac sepultum, & postea resurrexit: sic & totale sanctorum Christi corpus concrucifixum est Christo. Quilibet enim eorum in nullo alio gloriatur nisi in cruce Christi, per quam ipse crucifixus est mundo, sed & consepultus est Christo: & resurrexit cum eo, quia in quadam nouitate vitam ambulat: sed secundum beatam resurrectionem nondum surrexit. vnde non scriptum est, Tertia die restaurabo illud, sed, in tribus diebus, perficitur enim eius erectio in omnibus, tribus diebus. Theo. Iudaei enim de inanimato templo putantes eum hoc dicere, deridebant eum. vnde sequitur: *Dixerunt ergo Iudaei: Quadragesima & sex annis edificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud?* Alcu. Et notandum quod non de prima aedificatione, quae a Salomone septem annis perfecta est, sed de reaedificatione quae facta est sub Zorobabel per quadraginta & sex annos impediens inimicis, respondebant. Orig. Vel dicit aliquis quadraginta & sex annorum exurgere compositum, ex quo Dauid allocutus est Nathan prophetam consulens de constructione templi, ex tunc fatagens ad congreganda materia templi. Animaduerte vero si possibile est quadragenarium numerum statui erga templum propter quatuor elementa mundi, ac senarium propter hoc quod homo sexto die creatus est. Aug. 4. de tri. Vel hic numerus perfectioni dominici corporis apte congruit. Quadagesies enim sexies seni sunt ducenta septuaginta sex, qui numerus dierum complet nouem menses & sex dies. Ipsa autem perfectio corporis domini tot diebus ad parum producta comperitur, sicut a maioribus traditum suscipiens ecclesiae custodit auctoritas. Octauo enim calendae Aprilis conceptus treditur, quo & passus. Natus autem traditur octauo calendae Ianuarii. Ab illo ergo die vsque ad istum computati ducenti sexaginta sex reperiuntur dies, qui senarium numerum quadagesies sexies habent. August. Octuagesies. terti. quaestio. Dicitur etiam conceptio humana sic procedere & perfici, vt primis sex diebus quasi lactis habeat similitudinem, sequentibus noue diebus conuertatur in sanguinem, deinde 12. diebus solidetur, reliquis decem & octo diebus formetur vsque ad perfecta ligamenta omnium membrorum: & in reliquo tempore vsque ad tempus partus magnitudine augetur. Sex autem & noue & 12. & 18. in vnum coacti, fiunt 45. addito ergo vno fiunt 46. qui si fuerint multiplicati per ipsum senarium numerum, qui huius ordinationis caput tenet, fiunt ducenti & septuaginta sex, id est, nouem menses & sex dies. Non ergo absurdè 46. annis dicitur fabricatum esse templum quod corpus eius significabat, vt quot anni fuerint in fabricatione templi, tot dies fuerint in corporis dominici perfectione. Aug. super Ioan. Vel aliter, Quia deminus noster de Adam corpus accepit, non de Adam peccatum traxit: templum corporeum inde sumptum, non iniquitatem quae de templo pellenda est. Si autem facias quatuor nomina graeca: Anatole quod est oriens, Dysis quod est occidens, Arctos quod est septentrio, Mesembria quod est meridies, capita verborum Adam habent. A quatuor enim ventis dominus se collecturum dicit electos

suos cum venerit ad iudicium. Habent autem literae nominis Adam numerum secundum Graecos: & ibi inuenitur 46. annis aedificatum templum. Habet enim Adam alpha, quod est vnum: & delta, quod est quatuor: & alpha, quod est vnum & m. quod est quadraginta: & sic habes quadraginta sex. Sed Iudaei quia caro erant, carnalia sapiebant, ille spiritualiter loquebatur: & de quo templo diceret, per euangelistam nobis aperuit. Sequitur enim. *Ille au. dice. de templo corporis sui.* Theo. Ex hoc autem Apollinaris contradictionem sumit, volens ostendere quod caro Christi esset inanimata, eo quod templum sit inanimatum. ergo carnem Christi & lapidem & lignum facies, quia ex his templum consistit. Si autem quod dicitur, Anima mea turbata est: & potestatem habeo ponendi animam meam, nequaquam dici dixeris: vbi pones illud. In manus tuas domine commendo spiritum meum? non enim hoc de anima irrationali intelligere poteris. Neque quod dicitur, Non dereliques animam meam in inferno. Orig. Ideo autem corpus domini templum intelligitur, quia sicut templum gloriam Dei continebat habitantem in ipso, sic corpus Christi repraesentans ecclesiam vnigenitum continet, qui est imago Dei & gloria. Chry. Duo autem erant quae obstabant discipulis ne interim intelligerent: vnum ipsa resurrectio: alterum vero quod maius erat, scilicet quod erat qui in illo corpore habitabat: quod dominus occultè ostēderat di. Soluite templum hoc &c. Et ideo subditur, *Cum ergo resurrexerit mortuus, &c.* Alcu. Ante resurrectionem non intelligebant scripturas, quia nondum acceperant spiritum sanctum. Sed in die resurrectionis apprensus dominus aperuit discipulis sensum, vt intelligerent quae de ipso scripta erant in lege & prophetis: & tunc crediderunt scripturam prophetarum qui praedixerunt Christum tertia die resurrecturum: & sermoni quem dixit Iesus, Soluite templum hoc. Orig. Secundum anagogem vero complementum fidei attingemus in magna corporum resurrectione totius corporis Iesu, id est, ecclesiae eius, cum fides quae est specie multum differat ab ea quae est per speculum in aenigmate. *Cum autem esset Hierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt, &c.* Beda, superius euangelista narravit quid dominus Hierosolymis adueniens gesserit, nunc vero eodem Hierosolymis comorante quid ab aliis erga eum actum fuerit refert, vnde dicitur: *Cum autem esset Hierosolymis, &c.* Orig. Respicendum autem quomodo ex signis eius plerique videntes credebant in eum. Non enim dicitur prodigia fecisse Hierosolymis nisi forte cum facta sint, in scripturis non habentur. Animaduerte vero si possibile est miraculis deputari quod fecerit flagellum ex funiculis, & cunctos ex templo protulerit. Chry. Prudentiores autem fuerant discipuli qui ad Christum accesserant, non propter signa, sed propter doctrinam. Nam grossiores quidem per signa trahuntur, rationabiliores vero per prophetias seu doctrinam. vnde subditur: *ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis.* Aug. Quid sibi vult hoc? Illi credebant in nomine eius, & ipse Iesus non credebat semetipsum eis? An forte non credebant ei & fingeant se credidisse? Sed non diceret euangelista: Multi crediderunt in nomine eius. Magna ergo res & mira. Credunt homines in Christum, & Christus non se credit hominibus:

bus: praesertim quia filius Dei est: & vtrique volens passus est: & si noller nunquam pateretur, sed tales sunt omnes catechumeni. Si dixerunt catechumeni: credis Christo? respondet, credo & signat se. Si interrogemus eum: Manducas carnem filij hominis? nescit quid dicimus, quia Iesus non se credidit ei. Origen. Vel dicendum quod Iesus non se credidit credentibus in nomine eius: & non in illum. In illum enim credunt qui angustam viam vadunt ducentem ad vitam: qui autem credunt signis, non in eum, sed in nomine eius credunt. Chry. Vel hoc dicit, quia non confidebat in eis vt in discipulis perfectis: neque committebat eis omnia dogmata, vt iam firmiter fidelibus fratribus. Non enim intendebat exterioribus verbis, ad mentem eorum intrare & tempus opportunitum manifeste sciens: vnde sequitur: *Et quod ipse nescit omnes: & quia opus non erat, vt quis testimonium perhi. de ho. ipse enim sciebat quid esset in homine.* Scire enim ea quae sunt in corde hominum est Dei, qui solus corda plasmavit: non iudicebat ergo testibus vt priorum plasmatum mentem addiscat. Aug. Plus etiam nouerat artifex quid esset in opere suo quam ipsum, opus quid esset in semetipso. Nam & Petrus nouerat quid in ipso esset quando dixit, Tecum ero vsque ad mortem: sed dominus nouerat quid esset in homine dicēs, priusquam gallus canteret, ter tunc negabis. Beda, Quapropter monemur vt nunquam de conscientia nostra securi simus, sed semper solliciti formidemus: quia quod nos laetet, aeternum arbitrium latere non valet.

ORIGENIS PRESBYT.

eiusdem Euang. expositio.

Et prope erat Pascha dies festus Iudaeorum. Cum Ioannis sapientissimi hominis diligentiam per me considerarem, quarebam, quid sibi veller verbi Iudaeorum adiunctio. Cuius enim alterius gentis Pascha festus est dies: Itaque satis erat dicere, *Et prope erat Pascha.* Sed non ita est: quandoquidem Pascha est quoddam humanum eorum, qui illud non ex scriptura praescripto, ac voluntate perficiunt: aliud autem diuinum, & verum, quod spiritu fit & veritate ab iis qui spiritu, & veritate Deum adorant distinctum est ad diuino id quod Iudaeorum dicitur. Audiamus enim Deum Pascha sanctientem, quid dicat, cum etiam primum in scriptura nominatum est. Et dicit Deus Moyse & Aaron in terra Aegypti, dicens, Mensis iste vobis initium mensium erit: primus erit vobis in mensibus anni. Loquere ad vniuersum coetum filiorum Israel, dices, Decima die mensis huius sumat vnusquisque agnum per familias. Et paulo post, in quibus Pascha nondum nomine expressum est, subiicit, Sic autem comedetis illum: Renes vestros praecingetis, & calceamenta in pedibus vestris erunt, & virgae in manibus vestris: & comedetis illud festinantes. Pascha est domini, Non enim ait, Pascha est vestrum. Et paulo post iterum ita festum diem nominat: Et erit, si dicant vobis filij vestri, quid sibi vult hic cultus & haec religio? eis dicetis, Sacrificium Pascha domini est: qui protexit domos filiorum Israel. Rursusque paulo infra, Dixit autem dominus ad Moysem & Aaron, dices, Ista est lex Pasche. Omnis alienigena non comedet ex eo. Rursus paulo post, Si quis vero accesserit ad vos advena, & fecerit Pascha, circumcudatur eius omne masculinum. Obseruandum est enim nusquam in lege Pascha vestri dici, sed semel quidem in iis quae protulimus, sine omni adiunctione: ter autem, Pascha domini. Vt autem hoc ita esse domini Pascha, Iudaeorumque Pascha approbemus, & assentiamur, ea etiam quae apud Esaiam hoc modo scripta sunt, videamus, Calendas vestras, & sabbata, & magnum diem non fero. Ieiunium, & ocium, calendaeque vestrae & solennitates vestras odit anima mea. Non enim sua esse dicit dominus ea, quae a peccatoribus perficiuntur, & quae eius anima odit, nec calendas, nec Sabbata, nec magnum diem, nec ieiunium, nec festos dies. Quamquam in latine legis Exodi haec de Sabbatis dicuntur. Dixit autem Moyses ad eos, Hoc est verbum, quod locutus est dominus, Sabbata requies sancta est domino. Et paulo post, Dixit autem Moyses, Comedite. Hodie enim est sabbatum domino. Et in Numeris, ante hostias quae in vnoquoque die festo immolabantur, quasi dies festus esset ex lege sacrificij sempiterni & vniuersiuique diei, haec scripta sunt. Locutusque est dominus ad Moysem, Annuncia filiis Israel, dicesque ad eos dicens, Dona mea, munera mea, sacrificia mea in odore suauitatis custodietis, vt mihi offeratis in festis meis. Et dices ad eos, Haec autem sacrificia, quae offeretis domino. Suos enim dies festos nominauit, non eorum qui eos lege sancierunt, eos qui in scriptura exponuntur, & dona sua, suaque munera. Simile etiam quiddam de populo in Exodo scriptum est, qui a Deo proprius esse dicitur, cum minimè peccat: detestans autem eum in vitali conflatione, Moyses populum vocauit. Pharaoni enim, inquit, dices, Haec dicit dominus, Dimitte populum meum, vt seruiat mihi in deserto. Quod si nolueris dimittere populum meum, ecce ego imittam in te & in seruos tuos, & in populum tuum, & in domos tuas omne genus muscarum: & implebuntur omnes domus Aegyptiorum muscis diuersi generis, & terra in qua fuerint. Faciamque mirabilem in die illa terram Gessem in qua populus meus est, vt non sint ibi muscae, vt scias quoniam ego dominus, dominus sum vniuersae terrae. Ponamque diuisionem inter populum meum & populum tuum. Locutus est autem dominus ad Moysem dicens, Vade, descende: peccauit populus tuus, quem eduxisti de terra Aegypti. Vt igitur populus qui non peccat, Dei est, qui autem peccat non iam eius dicitur: sic dies festi, cum eos dominus odit, peccatorum sunt dies festi: cum autem a Deo lege sanctiuntur, domini esse dicuntur. Dierum autem festorum vnus est etiam Pascha: quod in euangelio, quod nobis proposuimus, non domini, sed Iudaeorum esse dicitur. Et quodam loco, Hi, inquit, dies festi domini, quos sanctos vocabitis. Atque ex domini quidem verbis contradici non potest iis, quae protulimus. Probabiliter autem aliquis ex Apostolo quaeret, qui in epistola ad Corinthios scribit his verbis, Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Non enim ait, Pascha domini immolatus est Christus. Ad quod respondendum est, vel Pauli simplicius pascha nostrum quod immolatum est id, quod causa nostra immolatum est, dixisse, vel omnem diem festum, qui

Hrb. 12.

Col. 3.

verè domini vnus est, pascha esse, non in hoc seculo, neque in terra, sed in futuro, & in cælis, cum regnum cælorum perficiendum sit. Ac de illis quidem festis diebus, duodecim prophetarum vnus ait, Quid facietis in diebus solemnitatis, & in diebus festis domini? Paulus autem in epistola ad Hebræos, Sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viventis Hierusalem cælestem, & multorum millium angelorum frequentiam, & Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cælis. Et in epistola ad Colossenses, Nemo igitur vos iudicet in cibo, & in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, vel sabbatorum, quæ sunt vmbra futurorum. Quo autem modo in cælestibus, quorum erat vmbra apud Iudæos qui corpori, & literæ seruiebant, festos dies nos agamus, qui sub vera lege prius quasi prædago regimur à tutoribus & curatoribus, quoad plenitudo & perfectio temporis illic instet, filique Dei perfectionem capiamus: opus est sapientiæ, quæ in mysterio abstrusa est, declarare, & ea quæ de cibis lege sancta sunt, figuras esse eorum quæ illic alent, fortè que facient ac confirmabunt animum nostrum, cognoscere: & si aliquem esse qui visus sit videre immensitatem tam multarum cogitationum, & velit obseruare quoniam modo sacrificiū, quod sit hoc in loco, exemplar est & vmbra cælestium: atque hostias, & ouem intelligere velit, est etiam in Apostolum inuadere, qui artollere & erigere quidem sensum nostrum de legis decretis à terrenis voluit, sed non planè ostendit quomodo hæc futura sint. Quod si pascha festorum dierum vnus est, & ad futurum seculum referuntur: multò etiam diligentius videndum est, quoniam modo hoc etiam tempore pascha nostrum immolatus est Christus, & post hæc immolabitur. Sed pauca ad quæstionem dubitationemque explicandam proferenda sunt, cum opus esset nobis tractatione præcipua, multorumque librorum, omnique legis mystica ratione, & propriè iis quæ ad dies festos, & nominatim quæ ad pascha pertinent. Iudæorum quidem pascha est ouis, quæ immolabatur, & fumebatur ab vnoquoque per familias, perficiebaturque & agnorum magno, & hædorum maiore numero pro domorum populi multitudine. At pascha nostrum immolatus est Christus. Rursus illorum est panis fermenti expers, eiecto, exterminatoque omni fermento ex eorum ædibus. Nos autem festum diem agimus & epulamur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitie, sed in azymis sinceritatis & veritatis. Sine autem tertium quiddam præter duo quæ dicta sunt, pascha domini, & Azymorum diem festum, diligentius accuratiusque considerandum est, propterea quod illi exemplari vmbraque illarum cælestium seruiant, nec solum cibi, & potus, calendæque, ac sabbata, sed etiam dies festi rerum futurarum vmbra sint. Primum ergo, quod Apostolus dicat, Pascha nostrum immolatus est Christus, aliquis cum eo disputabit hoc modo, Si ouis figura, & imago est Christi immolationis apud Iudæos, aut vna, ac non plures apud eos oues immolandæ erant, vt vnus est Christus: aut si multæ oues immolabantur, videlicet multi etiã Christi immolandi erant, vt res imaginè responderet. Querendum est autem, vt hoc prætermittamus, quomodo ouis, Christi imaginem contineat, cum ouis ab iis qui legi

parebant, immolaretur, Christus autem ab iis interficiatur, qui eam violant. Præterea quomodo hoc explanandum sit in Christo, Comedent carnes nocte hac assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus comedent: & illud, Non comedetis ex eis armum, nec aliquid in aqua elixum, sed assum igne. Caput cum pedibus & intestinis non relinquetis ex eis vsque manè: nec os confringetis ex eis, sed quæ residua erunt ex eis vsque manè, comburentis. Videtur autem Ioannes illo loco, Os non confringetis ex eo, in Euangelio vsus esse, quasi ad Christi Seruatoris mysterium referretur, & quod in lege ij qui ouem edunt, os eius iubentur non confringere. Scribit autem his verbis, Venerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui cum eo crucifixus erat. Ad Idem autem cum venisset, os viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit: & exiit continuò sanguis & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est eius testimonium: & ille scit, quia verum dicit, vt & vos credatis. Hæc autem facta sunt, vt scriptura impleatur, Os eius non confringetis. Atque etiam alia innumerabilia sunt requirenda in verbis Apostoli & de azymis, & de pascha: exquirenda autem sunt vt paulò antè diximus, dicit scriptura, quæ multis libris continetur. Nunc autem quasi compendio quodam & breuiter propter id quod nobis est propositum, his propositis, quæ videntur paucis ita explicare conabimur, si illud commemorauerimus, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: quoniam in pascha & ex agnis, & ex hædis sumi iubet. Videbitur enim etiam Euangelistæ consentiens cum Paulo, in eiusmodi eorum, quæ exquiruntur dubitationibus teneri. Respondendum est autem, si Verbum caro factum est, & dominus ait, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo: num hæc caro sit agni, qui peccatum mundi aufert: atque hic sit sanguis, ex quo ponendum est in duobus postibus, & in superliminari ædium, in quibus pascha comedimus: atque agni huius carnibus in mundi tempore, qui nox est, vesci debemus. Assæ autem igni carnes edendæ sunt, vnà cum pane, qui nihil fermenti habeat. Dei enim Verbum non solum est caro: ait enim, Ego sum panis vitæ: & Hic est panis, qui de cælo descendit, vt, si quis ex eo manducauerit, non moriatur: Ego sum panis viuus, qui de cælo descendit: si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Non tamen ignorare debemus, omnem cibum per abusionem panem dici, vt de Mose in Deuteronomio scriptum est, Quadraginta diebus panem non comedit, & aquam non bibit, pro, nec sicum, nec humidum alimentum cepit. Hoc autem à me obseruati est, quod etiam in Ioannis Euangelio dicatur, Et panis, quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita: aut propter peccatorum nostrorum poenitentiam, qui tristitia, quæ ex Deo est,

est, afficimur, & quæ poenitentia in salutem stabilem nobis operatur. Carnes agni, & azyma edimus cum agrestibus lactucis: aut propter probationes, dum quærimus, & alimur ex veritatis cognitionibus, & perceptis, quæ reperiuntur. Non igitur nobis agni caro sic edenda est, vt faciunt literæ serui, more animantium rationis expertium, & quæ efferata sunt in eos, qui verè rationis sunt participes, quod intelligere spiritalia volunt, rationis participes ferarum bestiarum. Danda igitur opera est ei, qui elixum armum scripturæ capit, ne ad humorem nimium, aut aquam & dissolutionem scripturam transferat: id quod faciunt ij, quibus aures pruriunt, & à veritate quidem abducuntur, eamque deprauant & corrumpunt, ad dissolutum remissumque & humidius viuendi genus anagogas eius reuocant. Nos autem eas capiemus, Christo in nobis loquente, dicamus, Nonne cor nostrum ardens erat in via, dum aperiret nobis scripturas? Vt autem hoc ipsum velimus, igni assare agni carnes, proferenda est confessio eius rei quam sibi Hieremias in verbis Domini vsuuenisse scribit his verbis, Et factum est, vt ignis comburens flammescens in ossibus meis, & vndique resolutus sum, nec ferre possum. Initium autem edendi faciendum est à capite, id est, ab iis dogmatibus de cælestibus rebus, quæ summum primumque locum tenent: finisque faciendum est in pedibus, id est, vltimis institutis, quærendo de postrema in iis quæ sunt natura, aut de iis quæ paulò crassiores sunt, aut quæ inferos incolunt, aut de malis Spiritibus impurisque demoniis. Qui enim de iis sermo habetur, cum diuersus sit, & insit in scripturæ mysteriis, per tropum agni pedes nominari potest. Nec verò ab intestinis interioribusque partibus, atque abditis abhortendum, & abstinendum est: sed accedendum ad vniuersam scripturam vt ad vnum corpus: nec angusta loca, quæ in totius eius compositionis consensione constantissima firmissimæque sunt, confringi, incidique debent: id quod fecerunt ij qui Spiritus, qui in omnibus scripturis insidet, vnitatem, quantum in ipsis est, frangunt. Hic autem agni cibus quem paulò ante dixi, nocte sola huius vitæ tenebrarum nos alat. Quasi enim orientur dies eorum, quæ post hunc vitæ cursum euenient, nihil nobis relinquendum erit, cum in hoc tantum tempore nobis ita cibus hic sit vtilis. Cum enim nox antegressa erit & præterierit, illuxeritque dies qui hæc consequetur: tum quoniam panem fermenti expertem non ab iis, quidem qui verus & inferius fermentum commiscunt, habebimus, eo yescemur, qui nobis profuturus est, quoad post panem fermenti expertem, nobis manna, id est, angelicus, non humanus cibus præbeatur. Quare ab vnoquoque nostrum singulæ oues in singulis familiarum nostræ domibus immolantur: fierique possit, vt vnus aliquis contra legem faciat, is qui ouem non immolabit: alius autem omnibus præceptis pareat, quod immolet & coquat, nec eius os effringat. Atque ita, vt breuiter ac paucis, conuenienter Apostolica intelligentiæ, & agno Euangelico, hoc explicatum est, Pascha nostrum immolatus est Christus. Neque enim

historica res historicarum imagines figuræque esse existimandæ sunt, & corporearum: sed corporearum spiritualium, & historicarum carum, quæ ratione intelliguntur: orationem autem nostram etiam ad tertium pascha, quod in innumerabilium angelorum frequentia & multitudine in perfectissimo beatissimoque exitu perficiendum est, venire, nunc non est necesse, præsertim cum hæc etiam pluribus & fufius dicta sint, quàm id quod recitauimus & legimus, postulare. Nec verò prætermittendum est quærere, quomodo pascha Iudæorum immineret, tum cum dominus cum matre, & fratribus atque discipulis in oppido Capharnaum commorabatur. In Matthæi quidem Euangelio cum à diabolo relictus angelis accendentibus, eique ministrantibus, Ioannem in vincula coniectum auditione accepisset, in Galilæam secessit, decessitque ex Nazareth, venisset Capharnaum, ibi habitauit: deinde initio facto prædicationis, cælestique quatuor Apostolis piscatoribus, cum in cuncta Galilæa synagogis docuisset, curassetque omnes qui ipsi oblari essent, ascendit in montem, beatitudinesque pronunciat, & quæ cum eis cohærent. Perfecta autem ea docendi ratione, cum ex monte descendisset, iterum Capharnaum intrat: & illinc naue conscensa, traiecit in Gergesenorum agrum: rogatusque vt abiret ex eorum finibus, conscensa naue traiecit, venitque in ciuitatem suam, vbi curatis nonnullis, oppida omnia, vicisque obiuit: docens in eorum synagogis: aliæque multa deinceps geruntur antequam Matthæus paschæ tempus noter: In cæteris quoque Euangelistis posteaquam Capharnaum commoratus est, pascha proximum fuisse dici inuenitur. Vtrorum autem voluntas, & sententia defendi potest, si ea quæ de Capharnaum à nobis supra dicta sunt, considerauerimus. Commoratio illa cum Iudæorum pascha instaret, paulò melior hoc ipso facta fuit, eoque præstantior, maximè quod in die festo paschæ Iudæorum, in templo inueniuntur, qui boues, & oues, columbæque vendebant, propter quos multo etiam magis pascha illud non domini, sed Iudæorum esse additum est. Vt enim patris domus facta est domus negotiationis ab iis, qui eam sanctam non efficiebant: sic etiam pascha domini, humanum & Iudaicum pascha erat, apud eos qui illud abiecerunt & accommodatiùs ad corpus erant sequuti: Commodius autem aliis locis videre licebit paschæ tempora quod verno æquinoctio fiebat, atque demonstrare, si quid aliud quæstio postulet. Heracleon autem hunc diem festum magnum esse dicit. Mortis enim Christi Seruatoris, vt ait, erat imago, & figura: cum non solum mactabatur ouis, sed etiã cum edebatur, quietem affererat: & cum immolabatur, Seruatoris passionem in mudo significabat: cum autem comedebatur, quietem nuptiarum. Eius autem verba prouulimus, vt cum virum in tam magnis rebus tam leuiter dissolutèque resellere sine ulla probatione cognouerimus, eum magis contemnamus. Et ascendit Iesus Hierosolymam, & inuenit in templo vendentes boues & oues & columbas, &c. Notandum est, Ioannem secundum Iesu factum scribere, de iis qui in templo inuenti sunt ab eo, oues, & boues; columbæque vendere. Cæteri autem ferè ad extremum in passionis mysterio simile faciunt.

Matthæus quidem hoc modo, Et cum intrasset Hierosolymam, commota est vniuersa ciuitas, dicens, Quis est hic? Populi autem dicebant, Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilææ. Et intrauit Iesus in templum Dei: & eiciebat omnes vendentes & ementes in templo: & mensas numulariorum & cathedras vendentium columbas euerit, & dicit eis, Scriptum est, Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum. Marcus autem scribit his verbis, Et veniunt iterum Hierosolymam. Et cum introisset in templum cœpit eicere vendentes & ementes in templo: & mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit: & non sinebat, vt quisquam trāsferret vas per templum. Et docebat, dicens eis, Nōne scriptum est, Quia domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus? vos autem fecistis eam speluncam latronum. Lucas verò, Et vt appropinquauit, videns ciuitatem, fluit super illam dicens, Quia sicognouisses & tu; Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & coangustabunt te vndique, & ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt: & non relinquent in te lapidem super lapidem, eò quod non cognoueris tempus visitationis tuæ. Et ingressus in templum, cœpit eicere vendentes & ementes, dicens illis, Scriptum est, Quia domus mea, domus orationis est: vos autem fecistis illam speluncam latronum. Præterea hoc etiam obseruandum est, Ioannem similia iis, quæ à tribus de domini in urbem Hierosolyma profectio in qua hæc in templo fecit, dicta sunt, post multa facta esse scripsisse, post alterum eius aduentum in urbem Hierosolymam. Sic autem considerari debent, quæ dicta sunt, ac primum quidem ea quæ Matthæus scribit his verbis, Et cum appropinquassent Hierosolymis, & venissent Bethphage ac montem Oliueti: tunc Iesus misit duos discipulos, dicens eis, Ite in castellum, quod contra vos est: & statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea. Soluite & adducite in hinc. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia dominus his opus habet, & confestim dimittet eos. Hoc autem factum est, vt adimpleretur, quod dictum est per prophetam dicentem, Dicite filia Sion, Ecce rex tuus, venit, tibi mansuetus, sedens super asinam & pullum filium subingalis. Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Iesus: & adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via. Turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant dicentes, Osanna, filio Dauid, Benedictus qui venit in nomine domini. Osanna in altissimis. Hæc sequuntur deinceps, Et cum intrasset Hierosolymam, commota est vniuersa ciuitas: quæ paulò ante hæc protulimus. Secundo autem loco Marti verba hæc, Et cum appropinquarent Hierosolymam & Bethania ad montem Oliuarum, mittit duos ex discipulis suis, & ait illis, Ite in castellum, quod contra vos est, & statim introeuntes illuc inuenietis pullum ligatum super quem nemo adhuc hominum sedit, Soluite illum & adducite,

Marc. 11.

Luc. 19.

Matth. 21.

Et si quis vobis dixerit, Quid facitis? dicite, Quia domino necessarius est, & continuò dimittet illum huc. Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio, & soluunt eum. Et quidam de illic stantibus dicebant illis, Quid facitis soluentes pullum? Qui dixerunt eis, sicut præceperat illis Iesus: & dimiserunt eos. Et duxerunt pullum ad Iesum, & imponunt illi vestimenta sua: & sedit super eum. Multi autem vestimenta sua strauerunt in via; alij autem frondes cædebant de arboribus, sternebant in via. Et qui præibant, & qui sequebantur, clamabant, dicentes, Osanna. Benedictus qui venit in nomine domini. Benedictum quod venit regnum patris nostri Dauid. Osanna in excelsis. Et introiit Hierosolymam in templum: & circumspexit omnibus, cum iam vespere esset hora, exiit in Bethaniam cum duodecim. Et alia die cum exiret à Bethania, egressus est: Et post ficus arefactæ mysterium, veniunt iterum Hierosolymam: & cum introisset in templum, cœpit eicere vendentes. Et quæ apud Lucam deinceps sequuntur hoc modo, Et factum est, cum appropinquasset ad Bethphage & Bethaniam ad montem, qui vocatur Oliueti, misit duos discipulos suos, dicens, Ite in castellum quod contra vos est, in quod introeuntes inuenietis pullum asinæ alligatum, cui nemo vnquam hominum sedit. Soluite illum, & adducite. Et si quis vos interrogauerit, Quare soluitis? sic dicetis ei, Quia dominus operam eius desyderat. Abierunt autem qui missi erant, & inuenerunt, sicut dixit illis, stantem pullum. Soluitibus autem illis pullum, dixerunt domini eius ad illos, Quid soluitis pullum? At illi dixerunt, Quia dominus eum necessarium habet. Et duxerunt illum ad Iesum. Et iactantes vestimenta sua supra pullum, imposuerunt Iesum. Eunte autem illo substernebant vestimenta sua in via. Et cum appropinquaret iam ad descensum montis Oliueti, cœperunt omnes turbæ discipulorum gaudentes laudare Deum voce magna super omnibus quas viderant virtutibus, dicentes, Benedictus qui venit Rex in nomine domini, Pax in cælo & gloria in excelsis. Et quidam Phariseorum de turbis dixerunt ad illum, Magister, increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait, Dico vobis, quia si tacuerint, lapides clamabunt. Et appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit super illam, & quæ sequuntur, quæ protulimus. Ioannes tamen post plurima & omnia quæ sunt huius loci, Et ascendit Hierosolymam Iesus, & inuenit in templo vendentes boues & oves: alterum exponens domini introitum in urbem Hierosolymam, hæc ait, post eam cenam quæ ei data est Bethania ante sex paschæ dies, In crastinum autem turba multa, quæ venerat ad diem festum, cum audissent, quia venit Iesus Hierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obviam ei, & clamabant, Osanna, Benedictus qui venit in nomine domini, Rex Israel. Et inuenit Iesus asellum: & sedit super eum, sicut scriptum est, Noli timere filia Sion: Ecce Rex tuus venit sedens super pullum asinæ. Hæc autem et si pluribus verbis ex Euangelistis protuli, tamen necessariò fecisse me arbitror, vt componerem discrepantiam eam quæ in verbis est, trium quidè qui ea in vno domini Hierosolymam aduentu narrat, quæ à multis eadem esse existimantur, quæ à Ioanne scripta sunt: Ioannes autem, qui ait

Zach. 9.

Zach. 9.

ait facta esse ea quæ exposita sunt in duplici domini Hierosolymam aduentu, qui ex multis itineribus, rebus gestis quæ interiectæ fuerunt, narrat facta esse quæ exponuntur. Ac ego quidem eos, qui nihil præter historiam in his accipiunt, eam discrepantiam, quæ videatur, congruentem esse docere non posse ex timore. Si quis autem non rectè nos accepisse putat, intelligeret iterum in iudicium hanc talem nostram sententiam vocet. Ea verò quæ nos in consensionem de his impellunt, ita pro eo capti qui nobis datus est, exponemus, si eum rogemus qui dat cuius petenti, & ei qui statim dat operam vt quærat, pulsemusque vt nobis scientiæ clauibus ea, quæ abstracta sunt in scriptura, aperiantur. Ac primum quidem Ioannis verba videamus, quæ ab hoc loco, Et ascendit Iesus Hierosolymam, incipiunt. Hierosolyma ergo est, quemadmodum ipse in Matthæi Euangelio docet, magni regis ciuitas, non in valle, nec humili in loco sita, sed in excelsis monte ædificata est, & montibus vndique cingitur, cuius participatio in idipsum. Et illuc ascenderunt tribus domini, testimonium in Israel. Vocatur autem etiam hæc vrbis Hierusalem, in quam nemo eorum, qui in terra sunt, ascendit neque intrat. Atque omnis quidem animus, ipse & naturalem curram habet, & acumen, quod ea quæ animo intelliguntur, cogitat, huius vrbis est ciuis. Fieri autè potest, vt in peccato sit Hierosolymitanus. Peccare enim possunt etiam ij, qui commodissimis sunt moribus, nisi redierint ad se post peccatum, celeritè amittentes cōmodos mores ita vt vrbem vnam alieni Iudææ non solum incolant, sed futurum etiam sit, vt eius ciues ascendant. Ascendit Hierosolymam Iesus, postea quàm eis qui in Cana Galilææ erant, opem tulit, ac de iisdem bene meritus est, ac deinceps Capharnaum descendit, vt Hierosolymis ea quæ scripta sunt, faceret. Inuenit ergo in templo, quod etiam domus patris esse dicitur à Seruatore, id est, in Ecclesiastici, & sani verbi promissione, nonnullos, qui domum Patris, domum negotiationis facerent: semperque in templo aliquos Iesus inuenit. Quando enim in Ecclesia, quæ est Dei viui domus, columnaque, & firmamentum veritatis, non sunt aliqui numularij, qui sedent, dignique sunt plagis, quas flagellum quod à Iesu ex funiculis factum sit, infligat, & numularij, qui digni sint, quorum & æs effundatur, & mensæ deiciantur? Quando verò non sunt, qui mercatorum ritu vendant boues, quos ad aratum seruare debent, vt manus ad illud applicantes, nec post se aspicientes, regni Dei electi fierent? Quando non sunt, qui mammona iniquitatis ouibus, quæ ipsis materiam se ornandi præbent, anteponant? Semper autem multi sunt, qui doli expertem ac simplicem, vacuamque quidem ab omni acerbitate & iracundia contemnunt, ac miseri quæstus & lucri causa eorum qui mysticè columbæ dicuntur, curam studiumque produunt. Quoniam igitur Seruator in templo, id est, domo patris eos, boues & oves, atque columbas vendebant, & mensarios sedentes offendit: ipsos adhibito flagello quod ex funiculis confecisset, eiciit cum vendibilibus suis ouibus ac bubus: effuditque, vt quæ indignæ habeantur, pecunias commutatitias, eas docens esse inutiles: euertitque mensas, quæ in auarorum animis insunt, dicens

etiam eis qui columbas vendebant, Auferte ista hinc, vt ne iam in templo Dei mercentur. Eum porò iis quæ obscurius dicta sunt, etiã latentem intelligentiã significasse arbitror, vt figuram hæc facta esse intelligamus, non fore iam, vt cultus Dei, qui in templo illo procurabatur, à sacerdotibus perficeretur hostiis, quæ sub sensum cadant: nec legem planè iam etiam si Iudæi qui corpori seruiunt, velint, posse seruari. Quia enim Iesus boues, & oves abigit, iubetque illinc columbas auferri, non iam boues, & oves, ac columbæ diu Iudæorum mori erant immolanda: fierique poterat, vt numi, qui legum corporearum, & quæ Dei figuram non haberent, figuræ erant, effunderentur: quandoquidem latio legis, quæ splendore literæ magnifica esse videbatur, cum Iesus venisset flagrisque populum cecidisset, dissoluenda, effundendaque erat, translata, vt ita dicam, visitatione ad gentes, quæ Deo per Christum crederent, ablatæque ab illis regno Dei, & tradito Genti, quæ eius fructus faceret. Potest autem etiam natura templum esse animus, qui in ratione bene institutus & propter innatam rationem corpore superior: ad quem ab vrbe Capharnaum, quæ in loco infimo sita est, Iesus ascendit: in quo inueniuntur motus terreni, stulti, & graues, qui inerant ante Iesu castigationem, eaque, quæ præclara ducuntur, nec sunt, quæ à Iesu ratione connexta ex iis, quæ demonstrandi coarguendique vim habent, expelluntur, nec iam Patris eius domus, nūdinationis domus sit, sed Dei cultum accipiat, qui cælestibus spiritalibusque legibus eius pluriusque salutis causa perficitur. Terrenorum quidem bos, latens est significatio, terram enim colit. Amentium autem & pecudum similitudinem, quoniam seruire est animal magis, quam pleuraque eorum, quæ rationis sunt expertia. Columba verò leuium instabiliūque cogitationum. Minuta æra, earum quæ bonæ existimantur. Quod si quis occurrat huic tali explanationi, quod munda sint ea animalia, quæ in scriptura prodita sunt: respondendum est ineptam & absurdam fore scripturam eam, quæ ex historia & re quæ fieri poterit narret. In Dei enim templo narrari non poterat fuisse alium gregem animantium, quàm eorum, quæ munda erant: nec vendi alia, nisi quæ immolarentur. Itaque iis animalibus, quæ mercatores, qui Iudaicorum dierum festorum temporibus fuissent, in exteriorem porticum inferebant, vsus est Euangelista, vt mihi videtur, eamque rem, quæ gesta est, simul vsurpauit. Quanquam is, cui studio est accuratior, diligentiorque indagatio, videbit, num pro ea dignitate, quam in hac vita Iesus obtinuit, eius fuerit, qui fabri filius putaretur, rem tantam audere facere, vt mercatorum abigeret multitudinem, qui ad diem festum venissent, & tam magno populi numero oves venderet, quæ per domos familiarum maximo numero immolarentur: & boues locupletioribus, atque eos sex mensium ad immolandum: & columbas, quas plerique vt in die festo epulaturi emissent, num etiam fuerit mensariorum, contumeliæ Iesum accusare cum & pecunias effundi, & mensas deiici cererent. Quis verò flagello ex funiculis ab eo, qui apud eos humilis habebatur, pulsatus, & expulsi, atque arreptus non clamauit, vltisque est continuò iniuriam, quam sibi factam putabant, maximèque cum tantam multitudinem

tudinem eorum, qui contumelia affici visi sunt, adiutricem aduersus Iesum haberet? Cogitemus autem Dei filium, funiculos fumentem, & ex iis flagellum conficientem & contextentem, ut illos ex templo abigar: an non declarent hæc omnia adesse, contumaciã, audaciam, & inconstantiam? Sed perfugium vnum ad horum omnium defensionem relinquitur ei, qui historiam integrã seruare, ac obtinere velit, vis & potestas Iesu diuinior, qui poterat, cum vellet, etiam hostium furorē concitatum, & inflammatum restinguere, innumerabilisque diuino munere superare, dissipareque tumultuantes cogitationes. Dominus enim dissipat consilia gentium, & reprobat cogitationes populorum: consilium autem domini in æternum manet. Itaque historia, quæ loci est propria, nullo eorum, quæ ab eo magna cum admiratione gesta sunt, & vocauerunt diuinitate ipsa ad fidem eos, qui spectatores fuerunt, vim, quæ operata est, inferiorem esse declarat: siquidē ipsa quoque res gesta est. Eademque maior censerī potest, ea, quæ in Cana Galilææ vico facta est, cum aqua in vinum mutata, & versa fuit: propterea quod illic quidem materia inanimata fuerit, hic autem tot millia principum in seruitutem redacta sint. Hoc autem animaduersione dignum est, in nuptiis quidem matrem Iesu fuisse, inuitatos fuisse Iesum, eiusque discipulos, Capharnaum autē præter Iesum scriptum esse descendisse neminem. Quamquam videntur etiam discipuli postea adfuisse, siquidem recordati sunt huius loci, Zelus domus tuæ comedit me. Ac Iesus fortasse in vnoquoque discipulorum ascēdebat Hierosolyma, ob eamque causam non est scriptum, Ascendit Iesus Hierosolymam & discipuli eius, quemadmodum, Descendit in Capharnaum ipse, & mater eius, & fratres, & discipuli eius. Iam verò ea, quæ coniuncta cum loco illo, Eiectos esse ex templo eos, qui domum patris domum negotiationis facerent, apud ceteros posita sunt, considerari debent: ac primum ea quæ apud Matthæum, qui ait, Cum introisset Iesus Hierosolymam, commotam esse vniuersam ciuitatem, quæ diceret, Quis hic est? narrat autem paulò antè ea quæ asinam & pullum attingunt qui Domini iussu sumpti sunt à discipulis duobus, qui ab illo ex Bethphage in vicū siue castellum quod è regione eius sitū erat, nisi fuerant, quos vbi inuenissent, asina etiam quæ antea ligata fuisset, soluitur à duobus discipulis, quos Dominus iusserat, si quis eis aliquid diceret, respondere, domino suo eis opus esse, qui eos statim remissurus esset. Narrat autē iis, quæ gesta sunt, prophetiam esse completam, quæ his verbis esset expressa, Dicite filiæ Sion, Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, & sedens super asinam & pullum filium subiugalis, quam apud Zachariam inuenimus. Cum autem profecti discipuli, parentisque Iesu præcepto, asinam, pullumque adduxissent, imposuerunt, inquit, super eos vestimenta sua, & dominus in eis, scilicet in asina pulloque sedit. Tum etiam maxima hominum multitudo strauit vestimenta sua in via; alij autem ramos ex arboribus amputantes, in via sternebant, turbis quæ antecedeabant, & quæ sequebantur, clamantibus, Osanna filio Dauid, Benedictus, qui venit in nomine domini, Osanna in excelsis. Veruntamen quasi harum rerum causa ipse intrasset Hieroso-

lyma, commota est tota est ciuitas, dicens, Quis est hic? turbæ videlicet quæ antecedeabant, quæque sequebantur, rogantibus, quis veniret, respondebant, Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilææ. Et intrauit Iesus in templum Dei, & eiciebat omnes vendentes & ementes in templo, & mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbas euerit: & dicit eis, Scriptum est, Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum. Queramus ergo ab iis, qui nihil quod ab historia abhorreat, remotumque sit, putant propositum fuisse Matthæo, qui euangelium scribebat, quid esset, quod impelleret Christū, ut mitteret duos discipulos in vicum siue castellum, quod è regione erat Bethphages, ut cum ipsi asinā & pullum ligatos inuenissent, ad ipsum adducerent? Quid verò atinebat scribere id, quod ei, qui in asina, & pullo sedit, & in urbem intrauit, accidit? Cur autem deinceps Zacharias de Christo prophético spiritu hæc dicit, Gaude vehementer filia Sion, prædica filia Hierusalem, Ecce rex tuus venit tibi iustus, & saluator, ipse mansuetus, & sedens in iumento, & pullo. Si enim propheta hæc, id solum quod est scriptum apud Euangelistas, & quod ex litera atque historia sequitur prædicat: seruent eandem nobis integram, cum hæc ait, Et perdet currus ex Ephraim, & equum ex Hierusalem, & dissipabitur arcus belli, & multitudo, & pax ex gentibus: & imperabit ab aquis, vsque ad mare, & à fluminibus vsque ad fines terræ, & sequuntur. Sciendum est autem, Matthæum non ita exposuisse, ut apud prophetam posita sunt verba. Pro hoc enim, Gaude valde, filia Sion, prædica, filia Hierusalem, posuit, Dicite filiæ Sion, contraque prophete sententia, hoc prætermisit, Iustus, & saluator ipse: & cum dixisset ut positum est, Mansuetus, & sedens; pro, in iumento & pullo scripsit, Super asinam, & filium subiugalis. Iudæi autem prophetiæ seriem cum iis quæ de Iesu scripta sunt conferentes, non absurdè nobis negocium facerent, quærentes, quomodo Iesus perdidit currus ex Ephraim, & equum ex Hierusalem, atque arcum belli dissipauerit, & quæ sequuntur, fecerit. Atque hæc quidem de prophetia. Si autem via, itinerisque longitudinem accuserent, quod nihil dignum filij Dei dispensatione inueniant in iis, quæ de asina, pulloque dicuntur: primum quidem ij, qui stadia quindecim, quæ breue interuallum, & spacium sunt, adhibent, defensionem viæ consentaneam non afferent. Deinde iidem nobis respondeant, quid ita in tam breui itinere duo animalia desyderauerit. Sedit, inquit, in eis. Illud etiam, Si quis vobis aliquid dixerit, dicite, Quia dominus his opus habet, & confestim dimitteret eos: filij Dei diuinitatis magnitudine dignum esse non arbitror, ita ut dicamus tam magne naturæ opus fuisse, & asina, quæ à vinculis soluta est, & pullo, qui cum ea venit. Quamquam enim hæc rerum vniuersitas magna esse debet, tamen filius Dei nullo eget, idque eius bonitate dignum est. Præterea maxima populi multitudo, quæ vestes suas sternebat in via, cum eos dominus ferret, nec obiurgaret, quemadmodum ex iis, quæ apud alios posita sunt, perspicitur, Si hi tacuerint, lapides clamabunt: an non contemptum quædam eius, qui in iis ambularet, declarat, nisi aliud iis significetur: atque ramos, qui

qui præputabantur ex arboribus, sterna in via, asinis prætereuntibus, impedimentum porius videatur esse turbæ, quam cogitata, prouisaque approbatio. Quæ autem de iis, qui ab eo ex templo eieci sunt, disputauimus, hæc sunt, atque etiam maiora dicenda. In Ioannis enim Euangelio ementes eicit: Matthæus autem ab eo abactos esse dicit, & eos qui vendebant in templo, & eos qui emebant. Multo autem maior erat, ut verisimile est, ementium numerus, quam vendentium. Atque intelligamus, si omnes eieci non fuissent, qui in templo vendebant & emebant, num contra dignitatem fuisset eius, qui fabri filius haberetur, nisi forte, ut illic etiam dicebamus, diuina quadam virtute omnes subegit, cum grauiora, & acerbiora, ut est scriptum apud omnes Euangelistas excepto Ioanne, audiuissent. Nam Ioannes quidem eis à Iesu hæc dicta esse scribit, Nolite facere domum patris mei, domum negotiationis. Apud ceteros autem conuincuntur, inueniunturque fecisse speluncam latronum, domum orationis, cum in domum patris non cadat, ut latronum spelunca fiat, sed eò audaciæ peccatores prouehantur, ut ex ipsa efficiatur domus negotiationis. Sola autem orationis domus, cum non omni ex parte domus patris esset, neglecta latrones etiã recipit, quæ non eorum domus facta erat, sed spelunca: res, quæ non ab architectura, & rationis industria facta esset. Ac scire quidem, habeatne, an nõ habeat, sensus est veri, veraque intelligentiæ, quæ dicentibus datur. Nos autem illud, Sensum Christi habemus, ut sciamus, quæ à Deo donata sunt nobis, maius esse quàm quod in nos datur credimus. Neque enim vacua est à perturbatione pars illa nostri, in qua est principatus, neque oculi, quales pulchra Christi sponsa oculi esse debent, de quibus sponsus ait, Oculi tui colubarum, fortassis obscure indicans vim intelligendi spiritualium, quod etiã Spiritus ad Seruatore colubæ specie, & figura venerit, & ad vnumquemque dominus. Et quamquam is sit naturæ nostræ status, tamē nõ dubitabimus inuestigantes, & scrutantes, verba vitæ, quæ dicta sunt, conari ea accipere, cum vis in eum, qui cum fide tractauerit, influat. Igitur Iesus est Dei verbum, qui Hierosolyma, id est, in animum, sedens in asina, quæ à discipulis à vinculis soluta est, ingreditur, id est, in simplicibus veteris testamenti literis, quæ à discipulis duobus, qui eas dissoluunt, aperiuntur, dū Deus ea, quæ scripta sunt ad animi culturam refert, eaque in eo obscure declarat: & futura veraque bona per ea, quæ in vmbra sunt, exhibet. Vehitur autem etiam nouo pullo, id est, nouo testamento. In vtroque enim veritatis Verbum inueniri potest, quod & nos mundet, & cogitationes omnes, quæ in nobis vendūt, & emūt, abigat. Solus verò in animum, qui Hierosolyma dicitur, nõ venit, quin nec cum paucis aliquibus. Multa enim quæ Dei Verbum, quod nos perficit, antecēbat, in nobis inesse debet, aliisque maximo numero, quæ eundem sequuntur, quæ tamē eum hymnis, & gloria afficiant, suumque ornatum & amictum ei susternat, ut eius vecturæ terram non contingant, cum habeant cælum vnde delapsa sint, quod ad ipsa rursus venit. Et quò excelliores terra sint noua, & recentia scripturarum verba, quæ cum vehunt, amputandi sunt rami de arboribus, ut in iis, quæ rectè exposita sunt, ince-

dant. Possunt autem ij populi, qui eum antecēdunt, & sequuntur, angelica etiam auxilia declarare: nonnulla quidem quæ ei in animis nostris, viam parant, qui ipsi ornati sunt, alia autem eiusdem in nobis præsentiam sequuntur, de qua cum sæpe dixerimus, nunc ad hoc probandum testimoniis non egemus. Nec verò absurdè forsitan asinæ voces, quæ Verbum circumstant, quod eas ad animum ducit, comparant: præsertim cum animal hoc onus ferat. Magnum autem onus, & graue pondus cum ex litera ipsa esse declaratur, cum maximè ex antiquiore, quemadmodum perspicuū est ei, qui ea quæ à Iudæis sunt, attenderit. Nec verò ita onus fert pullus, ut, asina. Si enim graue est omne literæ onus, iis, qui Spiritus leuitatem ferre non possunt: at certè noua litera, & scriptura minus ac leuius onus habet, quàm antiquior. Scio autem esse nonnullos, qui vincam quidem, & ligam asinam eos esse acceperunt, qui ex circumcissione credunt, quod multis vinculis ab iis soluti sint, qui verè à Verbo spirituali sensu instituti, doctique sunt: pullum autem eos, qui à Gentibus orti, remissi pigrique sunt, antequam Iesu verbum approbarint, & ab omni imposto iugo ea parte, quæ repugnat, & voluptate alitur, soluti sunt, ac liberi, quamquam hi non Moisi & prophetis eos, qui antecēdebant, comparauerunt, eos autem, qui sequebantur, sanctis Apostolis: qui omnes ingrediuntur, in quam urbem Hierosolyma, quantum est in hoc quidem Verbo, quærendum est, cum habeat venditores & emptores multos, qui à Dei filio abigantur: ac forsitan est cælestis Hierusalem, in quam ascendet dominus, aurigæ instar ducens eos, qui ex circumcissione & ex Gentibus credunt, antecedentibus eum & sequentibus aut prophetis & apostolis, aut angelis & nunciis, qui ei ministrant. Possunt enim etiam hoc modo declarari, ex iis, qui eum antecēdunt, & sequuntur. Dicatur nunc, habuerintne ante eius ascensum ea, quæ spiritualia nequitia appellantur, in cælestibus, Chanaanæos, Chertæos, & Amoræos, aliisque populi hostes, atque vno nomine, alienos quasi illic etiam prophetia compleri possit, cuius hæc verba sunt, Terra vestra deserta erit, & vrbes vestrae igne comburentur: regionem vestram alieni coram vobis deuorabunt. Hi enim sunt, qui cælestem patris domum, id est, sanctam Hierusalem, domum orationis inquinant, latronumque speluncam fecerunt, nec aliorum, quàm suum argentum adulterinum habent, dantque obolos & minutas pecunias nullius precij iis qui ad se accedunt. Hi sunt, qui ab animis dum eos antiquant, ea quæ magni precij sunt, auferunt, surripiuntque præstantiora, ut ea dent quæ nullius sunt precij. Veruntamen profecti discipuli inueniunt alligatam asinam, atque soluant, quæ propter velamen legi impostum Iesum non habebat. Pullus etiam cum ea inuenitur: quandoquidem vtrique apud Deum sunt perdit, id est, ij qui ex circumcissione sunt, & ij qui ex gentibus postea crediderunt. Quo autem modo hi postea quæ Iesus sedens Hierosolyma ascendit, statim remittantur, non alienum est exponere. Mysterium est enim coherens, sanctorum in angelos, qui mittendi sunt post hoc seculum eodem modo, quo mittendi sunt in ministerium administri spiritus propter eos qui ex his vitam æternam iure hæreditario consequentur. Quod si

Cautè lege it
& Demones
saluos esse
falso opinantur.

asina

afina & pullus scripta vetera & noua sunt, quibus Verbum Dei vehitur: non difficile admodum erit explicare, quomodo mittatur, cum Verbum apparuerit in eis, qui posteaquam Verbum Hierosolyma intrauit, non manent in iis, quæ ij qui omnes cogitationes vendunt, & emunt, amiserunt. Ego verò non frustra vicum siue castellum esse existimo locum eum, in quo afina ligata erat, & pullus, atque id vacare nomine. Terra enim vicus est in quo alligati sunt pullus, & afina, si omni mundo, qui in cælis est, comparatur: atque vicus satis vocatus est sine alterius nominis adiunctione. Matthæus autem scribit à Bethphage mitti eos, qui asinam pullumque acciperent, quæ quidem locus erat sacerdotum, qui domus maxillarum dicitur. Atque hæc quidem pro virili parte commodius & diligentius dicenda erunt, cum dabitur nobis vt Marthæi verba interpretemur. Marcus autem, & Lucas narrant pullum ligatum, in quo nemo homo etiam tum sedisset, inuentum esse iussu domini à duobus discipulis, quem cum soluisent, ad eum adduxerint. Sed Marcus hoc addit præterea, eos inuenisse pullum ad ianuam in biuio. Quis verò extra erat, nisi ij, qui orti à gentibus crediderunt, qui hospites testamentorum & alieni à promissione Dei, in biuio, non sub tecto vel domi quiescebant, peccatis suis ligati, soluique fuerunt à duplici, quam dixi, Iesu amicorum scientia. Vincula autem pulli, qui ligatus erat, sunt peccata, quæ præter rectam rationem commissa sunt, conuicta & reprehensa ab eo, qui est ostium & vita. Ad ostium, inquam, illud erant, non intus, sed foris. Neque enim intra ostium fortassis vinculo vitij, loci aliquid relinqui potest. Steterunt autem ad pullum deligatum vt Marcus ait, id est, vt mihi videtur, ij qui eum deligauerant, quem admodum Lucas scribit his verbis, Dixerunt domini pulli ad discipulos, Quid soluitis pullum? Domini enim qui cum qui peccauit subegerunt atque vinxerunt, iniqui & improbi sunt, qui verum dominum, à pullo ipsorum vincula auferentem intueri nequeunt. Quoniam igitur aiunt discipuli, dominus his opus habet, cum nihil improbi domini respondere potuissent, pullum nudum ad Iesum adducunt: vestes ornatumque suum inferunt, vt dominus instratis discipulorum vestibibus sedens requiesceret. Cætera autem ex iis, quæ scripta sunt apud Matthæum, non erunt obscura, quemadmodum Hierosolyma intrat, atque ipse ingressus in templum, eos, qui in eo vendebant, & emebant, abigere cœperit: vel cum appropinquasset, videns ciuitatem, super eam fleuerit, & ingressus in templum eos, qui vendebant, eiicere cœperit. Nam quibus quidem principibus, & magistratibus templum erat, in iis omnes, qui in templo vendebant, & emebant eiicit. In aliis autem, qui non firmiter Dei Verbo credebant, initium facit eiiciendi eos, qui vendebant, & emebant. Tertij verò sunt præter hos, in quibus vendentes non etiam ementes abigere cepit. Sed apud Ioannem omnes cum ouibus, & bubus flagello, quod ex funiculis confectum erat, abiguntur. Diligenter autem sciendum est, possintne dissolui eorum, quæ scripta sunt, immutationes, atque discrepantiæ sine anagoges vniuersiueque Euangelistæ tropo, qui diuersas verbi actiones in diuersis, dissimilibusque ani-

morum moribus, describat, quæ non eadem, sed aliqua similia efficiant. Atque etiam interruptio professionum, quas Iesus Hierosolymam suscepit, quæ apud eum, qui hoc quod in manibus habemus, euangelium scripsit; videtur aliter atque apud tres, vt eorum verbis exposuimus: hoc tantum modo defendi potest quod in res similes Ioannes incidit, qui pro ramis, qui ex arboribus præcidebatur, aut paleis ex agris, stratis in via, ramos palmarum sumpserit, ac dixerit, turbam multam, quæ ad diem festum venisset, præiisse domino obuiam, clamantem; Benedictus qui venit in nomine domini Rex Israël. Veruntamen hic ait ab ipso Iesu, inuentum esse affellum, in quo Christus sederit, in quo manus quiddam per tropum affellus declarat, dans manus beneficium eo qui illum accepit, non ab hominibus, nec per hominem, sed per Iesum Christum. Nec verò Ioannes ad verbum prophetiæ exposuit, sed hæc eius verba sunt, Noli timere, filia Sion: ecce Rex tuus venit sedens super pullum asinæ, pro his, Ascendens super pullum nouum. Illud autem, Noli timere, filia Sion, non est scriptum omnino. Sed videamus, cum ab omnibus expositum sit verbum propheticum, an non necesse sit filiam Sion valde gaudere: melioremque hæc filiam Hierosolymam, non solum gaudere vehementer oporteat, sed etiam prædicare, cum ipsius rex veniat iustus, & Seruator, & mansuetus, quod ascenderit in iumentum, & pullum nouum. Omnis enim, qui eum exceperit, non iam eos metuet, qui aliena sentiunt, armatos verbis ad persuadendum accommodatis, quæ currus Ephaim nominantur, & à domino delati sunt: neque salum equum ad salutem, id est, furentem libidinem, quæ coniuncta est cum rebus sub sensum cadentibus, & multos eorum, qui Hierosolymis habitare cupiunt, veramque rationem audire, spectant. Operæ precij est autem latari ex eo, quod ab eo qui in iumento nouoque pullo vehitur, omnis arcus bellicus dissipetur, cum iam tela ignea inimici vim nullam habeat in eum, qui Iesum in templum suum receperit. Quinetiam magnus erit gentium numerus cum pace Hierosolymis in aduentu Seruatoris, qui aquis, & mari imperat, vt draconum capita in aqua obrerat, & maris fluctus conculcemus, cum ad fines omnium terrarum fluminum venerimus. Marcus autem de afina scribens dictum esse à domino, In quo nemo hominum sedet, mihi obscure indicare videtur, nondum verbo semetipsum subiecisse eos, qui postea ex gentibus crediderunt, antè quam Iesus ad eos veniret. Nemo enim homo quidem fortasse in pullo tum sederat: sed bestia, aut qui à verbo alieni erant, nonnulli sederant: quando quidem contrariarum virtutum diuitiæ etiam apud Esaiam prophetam ab asinis, & camelis diuitias eorum. Quærendum est autem rursus ab iis, qui soli literæ additi sunt, an non frustra eorum ratione, illud scriptum esse videatur, Super quem nemo adhuc hominum sedet. Quis enim in affello præter hominem sedet? Atque hæc quidem nostra. Ea autem etiam, quæ Heracleon scribit, videamus: qui domini ascensum ad urbem Hierosolymam, quæ sit ab iis locis, quæ terrena sunt, in spiritalem locum

locum reditus imago, reditum in urbem Hierosalem declarare dicit. Illud autem, *Inuenit in templo.* & non in superioribus dictum putat, ne vocatio solum intelligatur ea quæ est sine Spiritu, à domino adiuuari. Templum enim sancta sanctorum esse existimat, in qua solus ingreditur pontifex: quem in locum Spirituales procedere, eum dicere arbitror: ea autem quæ templo propolita sunt, vbi etiam Leuitæ stabant, figuram esse eorum, qui extra plenum numerum hominum animalium, qui in salute reperiuntur. Præterea eos, qui in templo inueniuntur vendere boues, & oues, atque columbas, ac mēfarios qui federe, interpretatus est dicit pro iis, qui nihil gratia ducti dāt, sed hospicium, & peregrinorum in templum introitum mercatum & questum esse existimant, cum quæstus sui, auaritiæque causa hostias, quæ ad cultum Dei pertinent, præbeant: flagellumque ex funiculis à Iesu factum esse, qui nō ab alio accepisset, proprio modo narrat cum ait, flagellum virtutis, actionisque, & operationis Spiritus sancti qui deteriores, vt ita dicam, exufflet, esse imaginem. Scribit etiam & flagellum, & torcular, & sindonem, quæque sunt eiusdem generis imaginem esse Spiritus sancti potestatis, & operationis. Deinde sibi sumpsit id, quod non est scriptum, cum lignum flagelli figuram crucis esse interpretatus, huic ligno suffixos esse ait, & per illud delatos aleatores, mercatores, & omnivitiū. Ac nescio quomodo nugans, ex his rebus duabus flagellum cōtextum esse dicit, dum quærit id quod à Iesu factum est. Neque enim ex pelle mortua id fecit, vt Ecclesiam construeret, non iam latronum mercatorumque speluncam, sed patris sui domum. Dicendum est autem id quod necessarium est maxime de diuinitate cōtra eum, atque id ex iis quæ dicta sunt. Si enim templum Hierosolymitanum Iesus patris sui domum esse dicit: templum autem illud, gloriæ causa eius, qui cælum terramque effecit, ædificatum est: quid est, quam obrem non planè doceamur existimare, non alterius esse filium, nisi eius, qui cælum ac terram effecerit, Dei filium in patris Iesu domum, vt quæ domus orationis esset? Atque etiam Apostoli, vt in actis eorum scriptum inuenimus, proficisci, atque vitæ disciplinæque huius verba populo exponere ab angelo iubentur. Quinetiam per speciosam portam orationis causa illuc vt in domum orationis adeunt: neque hoc vnquam fecissent, nisi eandem intellexissent Deo placere, qui ab iis coleretur, qui templum illud consecrarent. Itaque Petrus & Ioannes & Apostoli qui Deo magis, quam hominibus obediret, ita loquuntur, Deus patrum nostrorum suscitauit Iesum, quem vos interemistis suspendentes in ligno. Neque enim Iesum ab alio excitatum esse sciunt, nisi à Deo horum patrum, cui etiam Christus gloriam tribuens, eum Deum Abrahamæ, Isaac & Iacob esse dicit, quod mortui non essent, sed viuerent. Quo autem pacto etiam discipuli recordati fuissent huius loci qui est psalmo octauo & sexagesimo positus, Zelus domus tuæ comedit me? Sic enim positum est in propheta, non emulatur enim in vnoquoque nostrum Christus Dei domū maxime quod eam domum nundinationis esse nolit, neque domum orationis, latronum speluncam, cum Dei æmulus, studiosusque sit filius. Si benignius huiusmodi scri-

pturæ verba audiamus, quæ per metaphoram dicta sunt à rebus humanis, vt hoc doceatur, Deum nihil velle alienum à voluntate sua animo admilseri, cum omnium hominum, tum eorum maxime qui fidei qua nihil est diuinius, nihil approbare cōstituunt, præter octauum & sexagesimum psalmum, in quo illud est positum, Zelus domus tuæ comedit me: & paulò post, Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto, quorum vtrumque in euangelis scriptum, intelligendum est ex Christi persona dici, qui nullam personæ dicentis mutationem indicat. Heracleon autem sine vlla obseruatione illud, Zelus domus tuæ comedit me, ex persona virtutum, quæ à Seruatore eiectæ consumptæque sint, dici autumat, cum non possit prophetiæ, quæ est in psalmo, seriem obseruare, intelligi dici ex persona virtutū, quæ expulsiæ consumptæque sint. Cōsentaneum est autem etiam illud, Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto, quod in eodem psalmo scriptum est, eodem modo eius ratione dici. Sed vt verisimile est, illud, Comedit me, perturbauit, quasi à Christo dici non potuerit, cum non caperet affectionum humanarum quæ in Deo, & Christo dicantur, consuetudinem. Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei, Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Respondit Iesus & dixit eis, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Corporis, ac literæ consecratores, atque eos, quibus res, quæ sensu percipiuntur, gratæ sunt, Iudæi significare mihi videntur: qui ob ea, quæ à Christo abigebantur, faciunt domum patris, domum negotiationis, molestæque ferentes res, quas consecratur, signum postulant, quo consentanea videatur oratio quam illi non probant. Hæc faciens, connectens autem Seruator vnam, quæ de illo templo, & de corpore suo habebatur, orationem, ad illud, *Quod in signum ostendis nobis, quia hæc facis?* hoc respondet, *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Et si enim innumerabilia etiam alia signa ostendere poterat, non tamen ad illud, *Quia hæc facis,* ea quæ ad templum pertinebant honestè pro aliis signis præter ea quæ ad templum referebantur, respondisset. Vtrumque tamen & templum & corpus Iesu vna intelligentia figura mihi videtur Ecclesiæ, quod ex viuis lapidibus ipsa lætificetur, dum domus spiritualis in sacerdotium sanctum efficitur, ædificata super fundamentum apostolorum & prophetarum lapide angulari Christo Iesu, appellaturque templum. Per illud autem, Vos autem estis corpus Christi, & membra ex parte, etiam si dissoluatur lapidum templi coagmentatio & coniunctio, atque dispergi videatur, vt in primo & vigesimo psalmo scriptum est, omnia Christi ossa impetu quo in eum in persequutionibus, & tribulationibus ferebantur ij, qui vnitatem templi oppugnabant: tamen in persequutionibus templum, & corpus die tertio excitabuntur post malitiam, vitiumque diei, quod in eo instat, & illum consummationis consumptionisque mundi, qui hunc sequitur. Tertius enim in nono cælo, nouaque terra instabit, cum ossa hæc omnis domus Israel in magno die Dominico, victa morte, excitabit. Itaque Christi etiam à morte crucis facta resurrectio, resurrectio totius Christi corporis mysterium continet. Vt autem illud Iesu corpus, quod sub sensum cadebat, cruci suffixum est, & sepultum, ac deinceps

ceps excitatum à mortuis: sic etiam torum Sanctorum Christi corpus simul cruci suffixum est, & nunc non iam uiuit ut Paulus in nullo alio gloriatur, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem crucifixus est mundo, eiusque mundus. Non solum igitur cum Christo cruci suffixus est, & mundo crucifixus, sed etiam cum Christo sepelitur. Consepulti enim, inquit Paulus, sumus cum Christo: & quasi arra quadam resurrectionis accepta, hoc ait, Cōsurreximus cum eo, quoniam in uitæ nouitate ambulabat, ut qui beata, perfectaque resurrectione, quæ expectatur, nondum esset excitatus. Aut ergo cruci quidem suffixus est, post autem sepelitur: aut nunc sepelitur etiam à cruce ablatum, sed aliquando ea parte, qua sepultus est, excitabitur. Magnum est autem, nec facile à multis cognosci potest, resurrectionis mysterium, idque & in multis aliis scripturarum locis exponitur, & non minus in Ezechiele commemoratur his uerbis, Et facta est super me manus domini, sustulit me in spiritu, & posuit me in medio campi, & hic erat plenus ossibus humanis, & circumdedit me ad ea circuitu: & ecce erant valde multa in superficie campi, & valde sicca, & dixit mihi, Fili hominis, Si uident ossa hæc: Et dixi, Domine, Domine, tu scis hæc. Et dixit mihi, propheta super ossa hæc, & dices, Ossa sicca, audite uerbum domini. Et paulò infra. Et loquutus est ad me dominus dicens, Fili hominis, Ossa hæc sunt domus Israel: & ipsi dicunt, Exaruerunt ossa nostra: perit spes nostra: & ideo cōtempsumus. Quibus enim ossibus dicitur, Audite uerbum domini, quasi sentiant uerbum domini, ut quæ sint in domo Israel, vel in Christi corpore: de iis quoque dicebat dominus, Dispersa sunt omnia ossa mea, cum eius corporis ossa nō solum non dissipata fuerint, sed ne fractum quidem vllum eorum fuerit. Cum autem uerum, perfectumque Christi corpus excitabitur: tum Christi membra, quæ nunc sunt sicca ad futurum uelata, colligentur, cōnectenturque os cum osse, & compages siue commissura cum commissura, ita ut nihil eorum, quæ compage priuata erant, occursum sit in perfectum uirum in mensuram etatis plenitudinis Christi corporis: tumque membra multa corpus unum erūt, quod omnia membra fierent. Iudicium autem pedis, manus, oculi, auditus & olfactus, quæ propriè quidem caput complent, separatim autem pedes, ceteraque membra, & quæ infirmiora sunt, & quæ abiectiora, & inhonesta, & honesta, solius Dei est facere, qui temperabit corpus, tumque magis quam nunc ei, cui deest, maiorem honorem dabit, ut nullo modo sit schisma in corpore, sed pro inuicem sollicita sint membra, & si doleat unum membrum, condoleant membra omnia siue gloriatur, simul omnia glorientur. Hæc à me non aliena à templo nec ab iis, qui ex eo expulsi sunt, de quo ait Seruator, Zelus domus tue comedit me, dicta sunt: nec à Iudeis qui petebant, ut sibi signum ostenderetur, & à domini ad eos responsione, qui tēplum cum suo corpore copulabat his uerbis, *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Ex hoc enim templo, quod est Christi corpus, hæc, quæ à ratione aliena sunt, & mercatoriam attingunt, expellenda sunt omnia, ut iam non sit nundinationis domus templumque hoc soluendum est ab iis,

qui Dei uerbo insidias parant, & posteaquam solutum erit, tertio die qui à nobis paulò antè dictus est, excitadum. Quo etiam die discipuli quod dicebant, antequam templum Dei, uerbum eius solutum esset, eius recordabuntur, credentque perfecta tum etiam fide eorum cum scientia. Quinetiam uerbo, quod Iesus protulit unusquisque etiam horum talium, Iesu eum mudante repudiatis, detractisque iis, quæ à ratione auersa sunt, & quæ uendunt propter uerbi, quod in eis est studium dissoluatur, ut à Iesu excitetur, non tertio die, quantum ex uerbis, quæ nobis proposita sunt, intelligi licet: non enim scriptum est, Soluite templum hoc, & tertio die excitabo illud, sed, *tribus diebus.* Excitatur enim primo quàm solutum est templum die, & secundo, tribus autem integris diebus eus compleretur excitatio. Ob eamque rem & euenit resurrectio & erit, si modò cum Christo sepulti fuerimus, & cum eo resurrexerimus. Quoniamque non illic in totam resurrectionem simul excitati sumus, in Christo uiuificabimur, sed unusquisque suo ordine. Primitiæ Christus, deinde ij qui sunt Christi in eis aduentu: deinde in Dei paradiso esse: resurrectionis autè die, cum appuit ait, Noli me tangere: nōdum enim ascendi ad patrem. Perfectio uero resurrectionis tum fuit, cum ad patrem uenit. Quoniam autem ij, qui eodem in loco patrem, & filium ponunt, & confundunt, illud Pauli colligentes, Inuenimur autem & falsi testes Dei, quoniam testimonium diximus aduersus Deum, quod suscitauerit Christum, quem non suscitauit, quæ & his similia, declarant alium esse, qui excitauit, atque is sit, qui excitatus est: & illud, *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud:* putabant his doceri patrem, & filium numero non differre, sed unum utrunque, non solum essentia, uerum etiam subiecto esse certis quibusdam sensibus, & intelligentiis, non ex hypothesis patrem & filium dicitur contra eos proferenda sunt, primùm quidem uerba ea, quæ precipuè confirmant, filii alium esse, alium patrem: & necesse esse filium patris esse filium patremque filij patrem. Deinde uero non alienum est eum, qui nihil se facere posse fateatur, nisi quod patrem facere uiderit, & qui dicat, Quod pater facit, hoc similiter etiam filius facit, quod corpus erat mortuum, excitauisse, quod ipsi hoc à patre concessum fuisset, qui primò, ac precipuè Christum à mortuis excitauisse dicendus est. Heracleon autem illud, *In tribus diebus,* pro in tertio, positum esse dicit, quod non indagasset, scrutatusque esset, etiam si sciret illud, *In tribus,* quemadmodum tribus diebus resurrectio eueniat: præterea tertium etiam diem spiritalem esse dicit, in quo Ecclesie resurrectionem declarari putant. Quibus consentaneum est, primùm diem terrenum esse dicere, & secundum animalem, cum in eis Ecclesie non eueniret resurrectio. Videtur quidem ea quæ in Matthæi, Marci que euangeliis scripta sunt, ad falsorum testimonium, qui in euangelio extremo dominum nostrum Iesum Christum accusant uerba, referri hoc in loco, *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Nam is quidem de corporis sui templo loquebatur: illi autem ea ab illo de templo quod ex lapidibus edificatum erat dici, ea quæ hic commemorata sunt, accusatorio animo dicebant, Hic dixit, Possum destruere templum

plum Dei, & per tres dies illud edificare. Vel, ut Marcus ait, Nos enim audiuimus dicentem, Quoniam ego destruam templum hoc manufactum, & in tribus diebus illud non manufactum edificabo. Cum etiam pontifex surgens ei dixit, Nihil respondes his qui aduersus te testificantur? Iesus autem tacebat. Aut ut Lucas, Et surgens summus pontifex in medio, interrogauit Iesum dicens, Nihil respondes ad ea quæ isti aduersus te testificantur? Iesus autem tacebat, & nihil respondit eis. Hæc etiam necessario relationem criminis habere existimo in hoc uerbum, quod tractamus, Dixerunt ergo Iudæi, *Quadragesima & sex annis edificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus edificabis illud?* Quomodo sex & quadragesima annis edificatum est templum, Iudæi dicant, non habemus, si historiam sequamur. Scriptum est enim in tertio Regnorum libro, Iudæos lapides, & ligna tribus annis præparasse: quarto autem anno mense secundo regnante Salomone rege in Israel rex præcepit, ut portarent lapides magnos ingentis precij ad fundamentum domus, & quadratos lapides, quos dolauerunt cæmentarij Salomonis & Hiræ cæmentarij: & locauerunt eos quarto anno, ieceruntque fundamenta domus domini mense Nisan: & secundo mense uidecimo anno in eodem mense Baal, qui erat mensis octauus, perfectaque est domus in omni opere suo, & in omnibus utensilibus suis. Ut igitur uniuersam præparationem cum edificationis tempore coniugamus, decem annis omnia, quæ ad structuram pertinebāt, complentur. Quomodo igitur Iudæi dicunt, *Quadragesima & sex annis edificatum est templum hoc,* nisi fortè aliquis coactus studeat exponere sex & quadragesima annorum completum tempus, ex quo Dauid Nathan propheta dixit, cum de edificando templo cogitasset, Ecce ego habito in domo cedrina, & arca domini iacet in medio tabernaculi. Si enim prohibitus est ut uir sanguinum, illam edificare: uidetur quod occupatus in colligenda templi materia fuisse. Ait ergo in primo libro Paralipomenon, Dauid rex omni concioni, Salomō filius meus unus, quæ Deus elegit, puer paruulus est & tenellus: & magnum est opus, neque enim homini, sed domino Deo habitatio præparatur. Pro uili parte præparauit ad domum domini mei aurum, argentum, æs, ferrum, lignum & lapides onychinos, & perfectos, lapidesque præstantes ac diuersorum colorum, omnemque preciosum lapidem, & marmoreum abundantissimè. Et super hæc quod mihi domus Dei probatur, de peculio meo aurum, & argentum do in templum Dei mei, exceptis iis quæ præparauit in ædem sanctam, tria milia talentorum auri de auro Ophir, & septem millia talentorum argenti probatissimi, ad deaurandos parietes domorum: & ubicunque opus est aurum, de auro: & ubicunque opus est argentum, de argento, opera fiant per manus artificum. Regia enim potestate præfuit Dauid septem annos in Hebron, & triginta tres Hierosolymis. Si ergo docere possit, structuræ templi principium exiisse, colligente eo accommodatam, necessariamque materiam à quinto imperij sui anno, poterit exprimens & extorquens sex, & quadragesima dicere. Aliquis autem alius dicit templum, quod monstraretur, non esse id, quod à Salomone edificatum fuerit, atque illud captiuita-

tis temporibus euersum fuisse, sed id, quod ab Esdra fuerit edificatum: de quo uerba de sex, & quadragesima annis uera esse apertè docere non possumus. Videtur etiam Maccabæorum temporibus magna, variatque in populo, & templo facta fuisse mutatio: atque haud scio an tum tot annis edificatum sit. Heracleon autem, qui historiam non sit sequutus, templū, quod Seruatoris imago esset, à Salomone sex, & quadragesima annis edificatum esse dicit: ac sex numerum ad materiam, id est, ad effictionem refert, quadragesima autem numerum, qui est quaternio quæ, ut ait, copulari connectique non potest, ad inflationem, semēque inflationis. Vide autem, num quadragesima quidē numerus propter quatuor mundi elementa in iis, qui certauerunt, in templo enumerata sunt, accipi possit: sex autem numerus, quod sexto die homo factus sit. *Ille uero dicebat de templo corporis sui.* Cum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat, & crediderunt scripturæ, & sermoni quem dixit Iesus. Si corpus filij templum eius dictum est, operæ precium est querere, idne simplicius approbandum sit, an unumquodque eorum, quæ scripta sunt de templo, studiosius reuocandum ac referendum ad disputationem de sensu corporis, id est, uel quod à Virgine accepit, uel ab Ecclesia, quæ eius corpus esse dicatur, ita ut etiam nos corporis eius membra apud Apostolum nominemur. Atque aliquis quidem, se à negotio liberans non probando unumquodque eorum, quæ de templo dicuntur, posse ad corpus referri, ut rolibet modo res se habeat, ad id, quod simplicius, planiusque eo, confugiet, si dicat corpus idcirco utroque modo intellectum, templum nominari, quod quemadmodum templum in gloria Dei insidentem habebat, sic primogenitus omnis creaturæ, qui Dei imago sit, & gloria, illustratque corpus uel Ecclesiam, iure ac merito Dei templum sit nominatus. Nos autem, qui de singulis, quæ in tertio Regnorum de templo differuntur, dicere difficile ad narrandum animaduertimus, maiusque nostra oratione, præsertim cum ad eam scripturam, quam tractamus, non pertineat, differimus. Quanquam autem in his quæ eiusmodi sunt, maximè quod maiora sunt quam pro natura hominum, diuineque est sapientie, proprietatem scripturæ diuinæ exprimere suadentes sapientiam in mysterio absconditam, quam nullus principum huius seculi cognouit: intelligimus nos præcipua Spiritus sapientia egere ad tam magnas res dignè intelligendas, tamen quanta maxima breuitate licebit, huius loci sententiam explanare conabimur. Quoniam Ecclesiam domumque Dei ex lapidibus uiuis edificatam esse domum spiritalem in sacerdotium sanctum, ex B. Petro cognoscimus, ut Christi figura ex hoc esset Dauidis filius, is qui templum edificauit, qui, inquam, post bella pace maxima facta, templum in terrena Hierusalem ad Dei gloriam edificauit, ne iam in re mobili, id est, in tabernaculo sacrificium perficiatur: singula eorum, quæ ad templum pertinent, ad Ecclesiam referre conabimur. Si enim inimici omnes Christi pedibus supponantur, & mors extrema inimica deleatur, profectò maxima pax erit, cum Christus Salomon, qui pacificum declarat, erit, impleta de eo propheta, quæ expressa est his uerbis, Cum iis, qui oderunt pacem, eram pacificus. Tū unus-

quisque lapis, templi lapis erit pro vita, quam hic egit, dignitate, aliquis in fundamento quidem Apostolus, aut propheta impositos sustinens; aliquis autem alius eos, qui in fundamento insunt, sequetur, qui ab Apostolis quidem sustinebitur, sed tamen cum Apostolis inferiores sustinebit. Et aliquis erit in intimis lapidibus, ubi erit arca, & Cherubim & propitiatorium: alius autem in ambitu, alius etiam extra ambitum Leuitarum, & sacerdotum, lapis altaris holocaustorum. Harum autem procurationi, & ministerio præerunt sanctæ illæ, cælestique naturæ, id est, angeli Dei, quarum nonnullæ sunt dominationes, aliæ throni, aut principatus aut potestates. His autem subiectæ erunt eæ, quarum figura erant tria milia magistratum, & sexcenti præfecti operi Salomonis, & triginta milia eorum, qui onera portabant, & octoginta milia latomorum in monte, qui opera faciebant, lapidesque & ligna dolabāt. Notandum est autem, eos, qui delecti erant ad onera portanda, septenarij numeri vim, & nomē tenere: cæmentarios verò, qui lapides poliebant, ut ad templum accommodarentur, octonario; præfectos porro operis sexcentos, senario numero, qui perfectus est, ut qui per se multiplicetur, conuenire. Ea verò, quæ ad lapidum, qui ad structuram portabantur & parabantur, præparationem pertinebant, tribus annis perfecta, mihi significare videntur spacium temporis, quod æternæ Trinitati conuenit. Hæc autē erunt tum, cum pax perfecta erit post quadringentos, & triginta annos mysterij earum rerum, quæ profectio ex Ægypto congruunt, atque earum, quæ per Ægyptum cum Iosue mysticè gestæ sunt, & post triginta annos à fœdere, quod Deus cum Abraham fecit, ut sit ab Abraham usque ad ædificationis templi principium numeri requietis duo, septingenti, & septuaginta. Cùm etiam imperabit rex lapides ad templi fundamentum, lapides, dico magnos & preciosos, dolatos, ut dolentur, non à quibusuis opificibus, sed à Salomonis filiis. Hoc enim in tertio libro Regnorum scriptum inuenimus. Tum verò propter magnam pacem Hiram rex Tyri ædificium templi iuuabit, dās filios suos Salomonis liberis, ut simul magnos lapides, atque gemmas sancto laudabilique anno quarto ad templi Dei fundamentum parent & dolent; Ogdoadem autem annorum domus octauo mēse anni octauo à fundamentis perficitur. Sed non alienum erit interea iis, qui nihil præter historiam iis declarari putant, verba, quæ suadeant proferre, ut Spiritus, qui Spiritus est scripturarum, intelligentiam his dignam quæramus. Ergo regum liberi in dolandis lapidibus magnis, atque preciosis ociū, & tempus consumebant, repetentes artem à nobilitate regia abhorrentem. Numerus etiam baiulorum, cæmentariorum, & præfectorum, temporis dolationis lapidum, significationisque similitudinem, fortè temerè, & casu scriptus est. Sancta autem domus, quæ Deo in pace ædificata est, cōstrui debuit sine cemento, sine dolatione, omnique ferro instrumento, ut nihil turbulentum in Dei templum caderet. Rursus quæro ab iis, qui litteræ seruiunt, qui fieri poterit, ut, cùm latomorum octoginta essent milia, ex lapidibus politis, ac dolatis ignauis, Dei domus ædificaretur, quin in domo eius, cùm ædificaretur, permixto materia, dolabrum, omnēque ex ferro instrumentum

audiretur. Sed ne fortè lapides viui sine sono, & tumultu dolerentur extra templum, parati ad accommodatum sibi ædificij locum veniant: atque ascensus quidam circum domum Dei non angularis, qui directos sonos habeat. Scriptum est enim, Et ascensus flexuosus erat in medium, & ex medio in tria laquearia. Tortuosum enim ascensum in templo Dei esse oportuit, quod flexus cocleæ circulum maximè æqualem imitaretur. Ut autem domus hæc firma sit & stabilis, quàm potuit maximè, ædificantur ei per totam domum ligaturæ quinque, cubiti altitudine, ut à rebus sub sensum cadentibus ad sensus qui diuini vocantur, ascensus declaretur situs esse in altitudine ad ea consideranda quæ animo & ratione cernuntur. Felicitiorum autem lapidū locus videtur esse id, quod Dabir nominatur, ubi arca fœderis domini locata erat. Erant, ut ita dicam, Chirographum Dei, tabulæ eius digito scriptæ. Domus verò tota inauratur. Totam enim domum, inquit, inaurauit usque ad fastigium. Cherubim autem duo erant in Dabir quod propriè interpretari non potuerunt ij, qui Hebraica nomina in Græcum sermonem conuertunt. Minus verò propriè illud templum dixerunt, cùm sit quiddam præstantius. Omnia autem aurum sita sunt, quæ erant in templo, ut significaretur mens omnium perfici ad ea accurate percipienda, quæ animo intelliguntur. Quoniamque omnibus non sunt peruia & nota omnia, velum atrij efficitur, quod multis Leuitis & sacerdotibus ea, quæ interiora sunt, non enuncietur. Operæ precium est autem quærere, cur ut rex quidem Salomon etiam ædificare templum dicitur: ut autem architectus Hiram, quem Tyro Salomon accersit, videtur filius: atque idem ex tribu Nephtholim, & pater eius Tyrius faber aris, & præditus erat intelligentia, & scientia efficiendi opera omnia ex ære, qui ad Salomonem regem introductus, omnia opera perfecit. Sed diligenter considero, num Salomon quidem pro primogenito omnis creaturæ accipi possit, Hiram autem pro homine, quem hic accepit ex hominum tumultu, & perturbatione. Tyrii enim interpretatione idem valent, quod continetes eum, qui natura genus habet. Qui instructus omni arte, intelligentia, & scientia, intermissus est, & Salomonem omnis naturæ creatæ primogenitum in ædificando templo adiuuit: in quo etiam fenestræ humiles, & decliues fiunt, ut splendorem luminis Dei salubriter recipere posset. Sed quid me de singulis attinet dicere, ut Ecclesia, quæ Christi corpus est, rationem, similitudinemque Spiritibus templi Dei que templi habere reperitur? Nā, quemadmodum paulò antè dixi, cùm sapientia, quæ in mysterio abscondita est, quæque egemus, ab eo solo recipi possit, qui hoc potest dicere, Nos autem sensum Christi habemus, ut ex eius voluntate, qui hæc scribenda procurauit, Spirituali sensu vnumquodque eorum quæ dicta sunt, interpretemur, præsertim cùm hoc loco non liceat vnumquodque eorū, quæ lecta sunt explicare: hæc etiā satis magnā vim habent, ut illud quodammodo intelligatur. Ille autem dicebat de templo corporis sui. Operæ precij est autē deinceps videre, potuerintne aliquando, aut possintne ea, quæ facta esse in templo literarum monumentis proditū est, Spirituali domui conuenire. Ratio quidem vtraque ex parte premere & vrgere videbitur. Si enim dicemus

cemus fore aut fuisse quandam rationem & similitudinem inter templum & domum spiritalem, iis quæ historia literaque complectitur: ij, qui audient, dubitanter ac timidè tam magnorum bonorum mutationem probabunt: primū quod nolent, deinde quod bonorum mutationem fore non probent. Si autem, quod immutabilia serua-re ac tueri bona, quæ semel sanctis data sunt, velimus, ea, quæ sunt historiarum inter se non coaptabimus: idem quod hæretici hoc loco facere videbimur, quod narrationis scripturarum cōsensionem à principio ad finem non tueamur. Quod si aniliter & Iudaicè promissiones quæ cùm apud prophetas omnes, tum maximè apud Esaiam scriptæ sunt, intellectu sumus, ut quæ in terrena vrbe Hierusalem saluæ sint: necesse etiam erit, si post captiuitatem, euerisionemque templi nonnulla præclara euenisse ad templi ædificationem, populique statum, & constitutionem à captiuitate dicantur: dicere nos fuisse populū templumque in captiuitatem redactum iri, & reuersurum in Iudæam, & Hierosolimam: atque Hierusalem ædificatam iri lapidibus preciosis. Atque haud scio, an longis diuturnisque temporum conuersionibus, quæ reuertantur, similia in peius rursus verti possint. Promissiones autem apud Esaiam ita habent, Ecce ego præparo tibi carbunculum lapidem tuum, & fundamenta tua sapphirum, & propugnacula tua iaspidem, & portas tuas lapides crystalli, & muros tuos lapides electos, & omnes filios tuos discipulos Dei, & multa pax erit filiis tuis, & in iustitia ædificaberis. Et paulò post ad eandem Hierusalem, Gloria Libani ad te veniet in cyparisso & pino, & cedro simul: gloriificantur nomen sanctum meum: * & ibunt ad te timentes, filij eorum qui te humiliauerunt, & qui te irritauerunt: * & vocaberis ciuitas domini Sion sancti Israel, quod fuisti derelicta & odio habitata, & non erat qui auxiliaretur, ponam te exultationem, gaudium generationum in generationes. Et surges lac gentium, & diuitias regum comedes. Et scies quia ego dominus, qui saluum te feci & qui erui te Deus Iacob. Pro ære afferam tibi aurum: & pro ferro dabo tibi argentum: & pro lignis tribuam tibi æs, & pro lapidibus ferrum. Et dabo principes tuos in pace: & præpositos tuos in iustitia. Et non audietur vltra iniquitas in terra tua, neque contritio & miseria in sinibus tuis: sed vocabuntur salutare muri tui, & portæ tuæ sculptura. Et non erit tibi sol vltra in lucem diei, neque ortus lunæ lumen præbebit tibi nocte, sed erit tibi dominus lux æterna, & Deus gloria tua. Non enim occidet sol tibi: & luna tibi non deficiet. Eruntque dominus lux sempiterna: & complebuntur dies luctus tui. Hæc enim aperte de futuro seculo prophetico spiritu prædicantur Israelis filiis, qui sunt in captiuitate, ad quos missus venit is, qui diebat, Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Quod si ij, qui captiui sunt, hæc in patria sua recipient, cùm ad eos confugerint, ex eo quod dicitur, Ecce aduenæ ad te venient per me, & ad te confugerint: perspicuum est eos, qui captiui aliquando ad templum erant, iterum etiam illuc reuersuros esse ut iterum ædificent, lapidibus effecti præstantiores. Vitori enim apud Ioannem in Apocalypsi promittitur, fore, ut columna sit in templo Dei, ex quo non sit egressurus. Hæc autem à nobis dicta sunt

omnia, ut nos leuiter, atque aliqua ex parte res, quæ ad templum domumque Dei, & Ecclesiam, atque Hierusalem pertinent, de quibus nunc singillatim dicendum non est, intelligere doceremus. In his autem accuratissimè & usque ad quemuis terminum diligentissimè versari debent ij, quos legendis prophetarum scriptis à quærendo Spirituali mysticòque sensu labor minime deterret. Atque hæc quidem de templo eius corporis. Quoniam autem cùm resurrexisset à mortuis, recordati sunt eius discipuli, quia hoc dicebat, & crediderunt scripturæ, & sermone quem dixit Iesus, exponendum est, si literam spectemus, discipulos, posteaquam à mortuis excitatus fuisset dominus, ea, quæ de templo dicta fuissent, intellexisse ad eius mortem referri, & ad resurrectionem, propterea quod illud, *In tribus diebus excitabo illud*, resurrectionem significabat, cùm etiam crediderint scripturæ, & sermone quem dixit Iesus, nec antea se scripturæ, nec sermone, quem dixit Iesus, credidisse dixerint. Propriè enim fides est ex baptismo eius, qui toto animo id, quod creditur, approbat. Quod autem ad anagogen attinet, quoniam dicta, & commemorata est à nobis totius domini corporis resurrectio, sciendum est, discipulos qui recordati sunt ex eius effectu, quæ cùm in vita manerent, non satis explorata erat, subiecta eorum oculis scriptura, atque exposita, quarundam rerum cælestium exemplar atque vmbra fuisse iis qui credunt, qui prius non credebant etiam sermonis Iesu quem ante resurrectionem, ut volebat qui diceret, non intellexerunt. Quo enim pacto aliquis propriè credere scripturæ dici potest, qui sancti Spiritus sensum non cognoscat, quem credi vult Deus potius quàm literæ voluntatem, & sententiam? Ex hoc dicendum est, neminem eorum, qui corporis appetitus sequantur, ea quæ lex spiritualia continet, credere, quibus nec principio videatur. Quamquā beatiōres esse dicunt eos, qui non viderunt, & crediderunt, iis, qui viderunt, & crediderunt, ij, qui perpetram acceperunt illud, quod apud Ioannem in fine, Thomæ dictum est à domino, Beati qui nō viderunt, & crediderunt. Nō enim beatiōres esse eos, qui non viderunt & crediderunt, iis, qui viderunt, & crediderunt. Hac enim eorum interpretationes, ij, qui a postolos sequuti sunt, beatiōres sunt apostolis: quo nihil est absurdius. Cernere autē mente, & animo ea, quæ fidei sunt, cum, qui beatus futurus est, quemadmodum apostoli, qui illud audire potuerunt, Beati oculi vestri, quia vident, & aures vestra, quia audiunt: Et illud, Multi prophetæ, & iusti voluerunt videre, quæ videris, & non viderunt: & audire quæ auditis & non audierunt. Satis autem esse debet inferiori beatitudinem hanc adipisci, Beati qui non viderunt, & crediderunt. Qui verò oculi ij, qui à Deo beati esse dicuntur ex iis, quæ videntur, beatiōres iis sunt, qui ad talion rerum aspectum non peruenierunt? Symeon autem contentus erat, accepto in brachia Dei Seruatore, eoque viso, dixit, Nunc dimittis seruum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace: Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Itaque danda opera est, ut Salomonis sententia, oculos aperiamus, ut panibus satiēmur. Air enim, Aperi oculos tuos; & saturare panibus. Atque hæc quidem propter locum, *Crediderunt scripturæ & sermone quem dixit Iesus*, à nobis dicta

dicta sint: ut fidei perfectionem ex iis quæ de fide quaerita sunt, nobis datum iri comprehendamus in magna sanctæ Iesu Christi Ecclesiæ quæ totum eius corpus est ex mortuis resurrectione.

1. Cor. 13. Quod enim de scientia dictum est, Nunc cognosco ex parte: id etiam de aliis omnibus eum dicere consentaneum esse arbitror. Atqui vnum cæterorum est fides. Itaque hæc scribit, Nunc credo ex parte: cum autem venerit, quod perfectum est, euacuabitur, quod ex parte est, quod fides quæ per speciem habetur ei quæ, ut ita dicam, per speculum & in ænigmate, multo præter: quod eodem modo de * Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, sed quod ipse nosset omnes, &c. Quæret aliquis, cur Iesus iis quibus fidei in ipsum testimonium dictum sit, se non crederet. Respondendum est, Iesum non iis qui in se credidissent, semetipsum non permisisse, sed iis qui eius nomini crederent. Credere enim in eum, & in nomine eius credere differunt. Qui enim propter fidem non est iudicandus, is quod in eum credat, non iudicatur, non quod in eius nomen. Ait enim dominus, Qui credit in me, non iudicatur: non autem, Qui credit in nomen meum, non iudicatur. Nec verò etiam dicit, Qui credit in me, iam iudicatus est. Qui enim in eius nomē credit, fortasse credit ille quidem: ob eamque causam non est dignus, qui iam iudicatus sit: sed inferior eo est, qui in eum credit: ob eamque rem non semetipsum Iesus credit ei, qui in ipsum credebat. Ad eum igitur potius, quam ad nomen eius adhærescere debemus, ne eius nomine virtutes facientes, ea audiamus dicere, Omnia autem possum in eo, qui me confortat, Iesu Christo. Hoc etiam obseruandum est, paulo supra Ioannem dicere, *Propè erat pascha Iudeorum:* hic autem non, *In pascha Iudeorum, sed, in pascha Hierosolymis erat Iesus.* Et illic quidem cum Iudeorum pascha dicitur, non dictum est, in die festo: hoc autē loco scriptum est, Iesum esse die festo. Cùm enim esset Hierosolymis, in pascha, dies etiam festus erat, quod multi in eius nomen crederent. Quo quidem loco animaduertendum est, multos non in eum, sed in nomen eius dici credere. Qui autem in eum credunt, ij in angusta & pressa porta ambulant, quæ ducit ad vitam, ut quæ a paucis reperitur. Multi tamen eorum, qui in eius nomen credunt, cum Abraham, Isaac & Jacob in regno cælorum possint accumbere. Nam multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham & Isaac & Jacob in regno cælorum, quod est patris domus, in qua multæ sunt mansiones. Illud quoque obseruandum est, multos qui in eius nomen credunt, non ut Andreas & Petrus atque Nathanael, ac Philippus crederent, credere: sed Ioannis testimonio, cum dicit, Ecce agnus Dei, vel Christo qui ab Andrea inuentus est, aut Iesu qui Philippo dixit, Sequere me, aut ei qui Philippo dicit, Quem scripsit Moyses & propheta, inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth. Multi autem crediderunt in nomine eius, videntes signa quæ faciebat. Et signa credunt, non in eum, sed in eius credunt nomine: *Iesus non credidit semetipsum eis, cum omnes nosset, nec ei opus esset ut quis testimonium perhiberet de homine, quod sciret quid in vnoquoque homine esset.* Hoc autem loco, *Non opus ei erat, ut quis testimonium perhiberet de homine, commodè vtendum*

1. Cor. 13.

Phil. 4.

est ad docendum, Dei filiū à se posse vnumquemque hominem cognoscere, nec cuiusquam testimonium requirere. Hoc verò, *Opus ei non erat, ut quis testimonium perhiberet de homine, distinguendum est ab illo, Opus nō habebat, ut quis testimonium perhiberet de aliquo.* Si enim verbum Hominis accipiatur pro omni, qui ad imaginem Dei factus est, aut omni qui rationis est particeps, non erit ei opus, ut quis testimonium de eo dicat, id est, de quouis eorum qui rationis sunt participes, cum à se & per se omnes cognitos habeat ea vi & potestate, quæ ei à patre data sit. Si verò nomen hoc Homo, solum in animali mortali quod rationis est particeps, seruetur, non dicet aliquis, ei opus esse, ut quispiam testimonium dicat de iis quæ homini præstant, neque ei qui possit ea quæ ad illos pertinent, æquè, ac ea quæ hominem attingunt. Sed alius dicit, ei qui se exinanit & abiicit, opus non esse, ut quis de homine testimonium dicat, ei tamen opus esse, ut de iis dicat, quæ hominibus præstantiora sunt. Hoc autem quaerendum est, quorū quantæque eius signa videntes, plerique in eum crediderint. Non enim scriptum est, eum signa fecisse Hierosolymis, nisi fortè signa quidem sunt edita, sed scripta non sunt. Vide verò, num in signis numerari possit, quod flagellum ex funiculis confecit, omnesque abegit ex templo, & oues ac boues: mensariorumque ara minuta effudit, mensasque deiecit. Iis autem qui ei non opus esse testibus, de solis hominibus suspicati sunt & senserunt, responde, Euangelistam ei duarum rerum testimonium dedisse, & cognitionis omnium nullius indigere testimonii cuiusquam de homine. Si enim omnes nouerat, non solum homines, sed ea etiam quæ homine superiora sunt, cognita habebat, & omnes qui sunt extra corpora eiusmodi, quidque in homine inesse, intelligebat, cum maior iis esset, qui prophetiæ munus exequentes, coarguebant, & iudicabant, cordisque consilia & arcana enunciabant omnium, quæ spiritus eis suggereret. Potest autem illud, *Scirebat quid esset in homine,* accipi etiā pro iis naturis deterioribus aut melioribus, & iudicantibus operantibus. Si quis enim locū det Diabolo, intrat in eum satanas, quemadmodum Iudas dedit, cum diabolus ei suasset, ut Iesum proderet. Itaque post buccellam introiit in eum satanas. Si verò det Deo locum, Beatus efficitur. Beatus enim, cuius est auxilium à Deo, & ascensiones posuit in corde suo. A Deo sciebas quid esset in homine, qui nosti omnia, fili Dei.

S. IO. CHRYSOSTOMI
Episcopi Constantin. in superius
Euang. Hom. 1.

Propterea, inquit, quod non multò post ascendit Hierosolymam, paucis itaque ante Pascha diebus baptizatus, venit Hierosolymam, vbi rem miram aggressus est. *Venit in templum, & vendentes oues, boues, columbas, & numularios sedentes eiecit.* Alius Euangelista eum dicentem meminit; Nolite facere domum mei patris mei speluncam latronum: hic autem, inquit, *Domus negotiationis.* Non ut iniuicem discordent, sed quod bis eos eiecerit, non eodem tempore: sed hoc in operum suorum initio, illud iā passionis tempore appropinquante; quare vehè

En Hom. 21. In Ioan. Matt. 21. Luca 19.

vehementiori castigatione vsus, latronum speluncam appellauit, nunc in ipso principio remissus agit, ex quo verisimile est, illud iterum factum. Propterea quaerit dignum est, qua gratia adeo Christus hic indignatus est, & maxime, quæ alias iniuriis, contumeliisque affectus Samaritanus, & dæmonium habens appellatus, nihil tale fecerit: nunc non contentus flagello, verbis etiam in eos inuehitur: *Contrà, cur Iudæi qui in collatis beneficiis Christum accusabant, & persequebantur, qui credible esset tam acri castigatione grauius exandescere, æquo animo tulerunt? Nulla enim in eum contumelia vsi sunt, sed quod signum, inquit, ostendis nobis, quia hæc facis? Animaduertis inuidiam incredibilem, & quoniam pacto in alios collata beneficia magis eos irritabant? Sed, cum speluncam latronum ab his templum fieri dicit, ostendit, quæ vendebantur, à furto, rapina, auaricia, & alienis calamitatibus comparata: quum autem domum negotiationis, impudentes eos in negociando significat. Sed qua gratia hoc fecit? Cùm morbos esset sabbato curaturus, & alia facturus, quæ illis transgressio legis videbantur, ne Dei contemptor, & patri contrarius existimaretur, id fecit, ut eorum tolleretur suspitionem. Non enim par erat, ut, qui pro templi honore tantam ostendisset indignationem, ab eius domino alienum animum haberet. Sufficientes sanè erant superiores anni, quibus legi paruera, qui eius erga legislatorem reuerentiam ostenderet, quodque non præuaricaretur: atqui, quum credible esset superiorem vitam aut obliuioni mandatam, aut incognitam, utpote in paupere, & vili casa educati, & cum vilibus conuersati, iam in omni frequentia prope diem festum, quum multi concurrerent, hoc sui facit experimentum. Neque tantum illos eiecit, sed euertit mensas, dispersit argentum, ut illi secum reputarent, quod, qui se pro domus honore periculis exponeret, eius dominum minimè contemneret. Neque simulationem in ipso quispiam poterat coniectari, cum non verbotenus monuisset, sed periculis, & contumeliis in medio vulgi, & sacerdotum furori se obieciisset, rem minimè contemnendam peregit. Hoc sanè non simulatis, sed nihil pro diuini templi honore recusantis officium fuit, hac gratia operi verba consenserunt. Non enim dixit domum sanctam, sed, *patris mei* Patrem appellat, neque Iudæi indignantur: simpliciter nanque patrem acceperunt. Quum autem in posterum expressius se illi æqualem ostendit, tunc exacerbati sunt. Quid igitur illi? *Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis?* O summam demetiam, quoniam signo opus erat, cum malefacta corripere, & Dei domum tanta purgaret ignominia? Zelus ille pro domus Dei honore maximum fuit virtutis signum, quod boni aduerterunt. *Recordati nauis sunt discipuli eius tunc, quia scriptum est, Zelus domus tuæ comedit me.* Illi autem prophetiæ non meminerunt, sed signum quaerebant, dolebant turbæ lacrum auferri, & ut eum ab incepto auerterent, ad miraculum trahere admittunt, ideo à signis abstinuit, ut antea cum idem peterent: responderunt enim; Generatio mala, & adultera signum quaerit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ propheta: Sed tunc quidem manifestius, nunc latentius, ob nimiam eorum stulticiam. Neque enim, qui primum non petentibus signum dederat, pe-*

tentibus negasset, nisi prauam, & fraudulentam eorum mentem cognouisset. Intellige, quaeso, quid statim rogerint: intellige malitiæ plenam percontationem; consentaneum erat, ut Christus eam curam suscipere, & tandem domus ignominia commoueretur: illi autem accusant, & vendere sibi licere contendunt, neque à vendendo desistendum, nisi ipse signum ostenderet. Quid ad hæc Christus? *Soluite, inquit, templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Multa tunc obscura ad eos locutus est, quæ ad implendam prophetiam erant futura clarissima, ut nunc contigit. *Nam, cum resurrexisset, inquit, à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat de corpore suo: & crediderunt scripturæ, & sermone, quem dixit Iesus.* His verbis alij dubitabant, alij responderunt, *Quadragesima sex annis edificatum est templum hoc, & tu tribus diebus excitabis illud?* Secundam templi ædificationem meminerint, prima nanque viginti annis absoluta est. Sed qua gratia dubitantibus non aperuit, se templum carnem suam appellare? Euangelista id interpretatur, Christus tacuit. Qua, inquam, gratia? quoniam ipsius verbis fidem non adhibuissent: quod si discipuli non erant idonei, qui ea audirent, multo minus turbæ. Inquit enim, *Cum surrexisset à mortuis, tunc recordati sunt, & crediderunt sermone, & scripturæ.* Duo nanque eis proponebantur, alterum resurrectio, alterum longè maius, an Deus in ipso esset: vtrumque his verbis significauit, *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Quod & Paulus non paruam esse diuinitatis signum ostendens, inquit; Qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi. Quare & hic, & alibi sapenmeto hoc signum in medium afferit: Cùm exaltaueritis, inquit, filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum: & iterum; Non dabitur vobis signum, nisi signum Ionæ propheta. Et hic iterum? In tribus diebus excitabo illud. Quoniam hoc vel maximè argumento se non esse purum hominem, & mortem sibi subesse, & eius vim, & bellum grauissimum mox soluturū ostendebat; idcirco inquit; Tunc scietis, Tunc, quando? quando, videlicet, in resurrectione orbem terrarum ad me traham, tunc scietis me ut Deum, & Dei filium dilectissimum, ad paternam viciscendam contumeliam hoc fecisse. Quid tadem? Non dixit, quibus signis à negociatione mala abstincere oporteret, sed daturum promisit, quoniam id eos magis irritasset, hoc autem magis exterruit. At illi nihil responderunt, cum id incredibile videretur, & impossibile ut impossibile percontari neglexerant: Quod si sanæ mentis fuissent, quod tunc incredibile visum erat, post tot signa, & miracula profectò quaerere, & percontari debuissent, ut eam soluerent dubitationem: sed stulti, aut eius verbis aures non adhibebant, aut iniqua interpretatione deprauabant: propterea Christus obsecrè ad eos locutus est. Est autem hoc in loco quaerit dignum, quomodo discipuli Christum à morte resurrecturum ignorabant. Quoniam adhuc spiritali gratia indigni erant. Ideoque, cum frequenter eis Christus resurrectionem prædixisset, nihil tamè manifestè intellexerunt, sed quid id esset, inuicem percontabantur. Videbatur enim haudquaquam credibile, quod seipsum posset aliquis suscitare, & ita suscitari. Nec aliā ob causam Petrus reprehensus est, quam quod, cum nihil

Rom. 2.

Inff. 3. Ionæ 2. Matt. 16.

de resurrectione sciret, inquit; Absit à te, domine. *Math. 10.* Neque Christus ante rem ipsam manifestè discipulis revelavit, ne scilicet, à principio tanquam rei maximè incredibili diffusi perturbarentur: neque enim adhuc planè norant quis esset. Manifestis nanque operibus nemo non credidisset: solo autem verbo non ita fides prestari affolet. Hac ratione obscurè primum locutus, cum re ipsa fidem confirmavit, tunc & verbis prudètiā, & tantam spiritus gratiam infudit, ut repente omnia ad se traheret. Ille vobis cōmemorabit omnia, inquit.

Isa. 14. Nam, si vno duntaxat vesperi, pudore abiecto, discipuli fugientes, Christum negauerunt: minimè superioris temporis operum, & verborum essent recordati, nisi spiritus sancti gratiam supernè afflati accepissent. Quod si à spiritu, inquit quispiā, audituri erant: quid oportuit Christum id prius communicare, præsertim cum non intelligerent? Quoniam nō docuit eos spiritus, sed Christi doctrinam in memoriam reduxit, quod non parum in istius gloriam cessit. Spiritus itaque gratiæ infusio, tam larga, tam exuberans à Dei gratia ortum habuit, inde sua ipsi virtute donum conservauerunt. Vitæ enim honestate, atque sapientia effulserunt, magno subierunt labores, & præsentem contempserunt vitam, nullius eam momenti arbitrati, hinc super omnes elati, tanquam aquile leues altè volantes, operibus suis in ipsum cælum euaserunt. Hinc ineffabilem spiritus sancti gratiam consecuti sunt. Hos & nos, dilectissimi, imitemur, neque extinguamus lampades, sed elemosyna clariore reddamus. Huius ignis lux ita servatur, si in vasa oleum, dum hanc vitam vivimus, colligamus: quod nobis neq; post hinc migrationem amplius: neque nisi per manus pauperum colligere permittitur. Colligamus, inquam, abunde, si cum sponso ingredi volumus: sin minus, excludemur. Impossibile enim, impossibile, inquam, est; et si innumera faciamus bona, sine elemosyna cælestis regni vel vestibulum quidem attingere. Quamobrem multa in pauperes utendum est liberalitate, ut arcanis, & ineffabilibus illis fruamur bonis, quæ utinam omnes consequamur, gratia, & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

Vides aliquid à nobis præsumendum etiam divinam gratiam possidētibus.

Intelligendū de iis, qui præstare possunt.

EIVSDEM DE EODEM
Homilia 11.

Ex Hom. 23. in Math.

Qum autem esset Hierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius. Christi temporibus alij in errore perstabant, alij veritatem oppugnabant, nōnulli eam complexi, pauld pōst deferebant; hos Christus seminibus comparavit, radices tantum superficie diffundentibus, quæ quamprimum arefcunt. Hos nobis euangelista in præsentia significat; cum autē in esset Hierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, &c. Firmiores erant discipuli, non signorum tantum gratia, sed doctrinæ Iesu secuti. Qui crassiori erant ingenio, signis trahebantur: acutiori verò, prophetis, & doctrina: quibus qui crediderant, signis deinde magis confirmabantur, hos Christus beatos appellavit, Beati, qui non viderunt, & crediderunt. Quod autem hi non verè crede-

Infr. 20.

rent, ex sequentibus ostendit; *Ipse enim*, inquit, *Iesus non credebatur seipsum eis.* Quare? Ed quod ipse nosset omnes, & quia ei opus non erat, ut quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine, hoc est, non curabat exteriora verba, qui in ipsos animos ingreditur, in humanas cogitationes irrumpit, qui eorum feruorem mox infrigescere cognoscebat: neque, ac si perfecti essent discipuli, eis fidebat, nec arcanorum doctrinam tanquam fidelibus credebatur. Humanorum autem cordium cognitio solius Dei est, qui ea formavit. Tu enim, inquit, cognoscis corda solus. Non opus erat Iesu testibus, ad eas, quas formarat, mentes cognoscendas. Norat igitur eorum infirmitati non credendum. Homines enim, utpote qui neque præsentia, neque futura intelligunt, cum fraudulentis, & instabilibus se penumero res suas sine suspitione communicant: Christus autem abscondita cordium manifestè intuebatur. Tales multi sunt his quoque temporibus, qui sibi fidei nomen vendicant, facile ad credendum adducuntur, his neque nunc Christus fidei, plurima occulit: & quemadmodum nos non eodem modo amicis nomine, & re credimus, ita neque Deus. Audi quid discipulis dicat; Non iam vos dico seruos. Vos amici mei estis. Vnde, & quamobrem? Quia, quæcunque audiui à patre, nota feci vobis. Hac gratia nulla Iudæis ne petentibus quidem signa ostēdebat, quoniam tentandi gratia percontabantur. Nōne & nunc quoque signorum petitio tentantium est? Sunt sanè & hæc nostra ætate, qui quærant, quare & nunc signa non fiunt? Si fidelis es, ut oportet: Si Christum diligis, ut diligendus est, non indiges signis: signa enim incredulis dantur. Cur igitur, inquis, Iudæis non data sunt? Sunt, inquam, maxime. Quod si petentes aliquando non acceperunt, ideo factum est, quoniam non ut ab incredulitate desisterent, ea quærebant: sed ut magis malicia sua obdurefcerent.

Act. 1.

Infr. 15. ibidem.

S. AVGVST. EPISCOPI
Hipponensis in idem Euang. Hom.

Et propè erat pascha Iudæorum, & ascendit Hierosolymam. Aliam rem nobis Euangelista narrat, sicut se habebat recordatio annunciantis. Et inuenit in templo, vendentes boues & oves & columbas, & numularios sedentes. Et cum fecisset qua flagellum de resticulis, omnes eiecit de templo: boues quoque & oves, & numulariorum effudit as, & mensas subuertit, & his qui columbas vendebant dixit? Auserte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Quid audivimus, fratres? Ecce templum illud figura adhuc erat, & eiecit inde dominus omnes, qui sua quærebant, qui ad nundinas venerant, & quæ ibi vendebant illi, quæ opus habebat homines in sacrificiis illius temporis. Nouit enim charitas vestra quod sacrificia illi populo pro eius carnalitate, & corde adhuc lapideo talia data sunt, quibus tenebatur, ne in idola deflueret, & immolarent ibi sacrificia, boues, & oves, & columbas. Nostis quia legistis. Nō ergo magnum peccatum, si hoc vendebant in templo, quod emebatur ut offerretur in templo, & tamen eiecit inde illos. Quid si tibi ebriosos inueniret, quid faceret dominus, si vendentes ea, quæ licita sunt & contra iustitiam non sunt?

Ex Tract. 10. in Ioan.

sunt? Quæ enim honeste emuntur, non illicite venduntur: expulsi tamen, & non est passus domum orationis fieri domum negotiationis. Si negotiationis domus non debet fieri domus Dei, potationis debet fieri? Nos autem quando ista dicimus strident dentibus suis aduersus nos, & consolatur nos Psalmus quem audistis, Striderunt in me dentibus suis. Nouimus & nos audire vnde curemur, et si ingeminantur flagella Christo, quia flagellatur sermo ipsius. Congregata sunt, inquit, in me flagella, & nesciebam. Flagellatus est flagellis Iudæorum, flagellatur blasphemis falsorum Christianorum: multiplicat flagella domino Deo suo, & nesciunt. Faciamus nos quatum ipse adiuvat: ego ante cum mihi molesti essent, inducibam me cilicio, & humiliabam in ieiunio animam meam. Dicimus tamē, fratres: & enim ipse pepercit illis, qui flagellandus erat ab eis. Prior illos flagellauit, signum quoddam nobis ostēdit, quod fecit flagellum de resticulis, & inde indisciplinatos negotiationem in Dei templo facientes flagellauit: Etenim vnusquisque in peccatis suis restem sibi rexit: Propheta dicit, Væ his, qui trahunt peccata sua sicut restem longam. Et quis facit restem longam? qui peccato addit peccatum. Quomodo adduntur peccata peccatis? Cum peccata, quæ facta sunt, cooperiuntur aliis peccatis. Furtum fecit, ne inueniatur qui fecit, quærit mathematicum: sufficeret furtum fecisse. Quare vis adiungere peccatum peccato? Ecce duo peccata. Cum ad mathematicum prohiberis accedere, blasphemias episcopum, ecce tria peccata. Cum audis, mitte illum foras de Ecclesia: dicis, duco me ad partem Donati: ecce addis quartum. Crescit restis. Time restem, Bonum est tibi ut hic inde cū flagellaris, corrigaris, ne in fine dicatur; Ligate illi pedes, & manus, & proiicite eum in tenebras exteriores. Crinibus enim peccatorum suorum vnusquisque confringitur. Illud dominus dicit, illud alia scriptura dicit. Sed vtrumque dominus dicit; De peccatis suis ligatur homines, & mittitur in tenebras exteriores. Qui sunt tamen qui vendunt boues? Ut in figura quæramus mysterium facti, qui sunt, qui oves vendunt, & columbas: isti sunt, qui sua quarunt in Ecclesia, non quæ Iesu Christi. Venale habent totum, qui nolunt redimi: emi nolunt, & vendere volunt: bonum est eis ut redimantur sanguine Christi, ut perueniant ad pacem Christi. Quid enim prodest acquirere in hoc seculo quodlibet temporale & transitorium, siue sit pecunia, siue sit voluptas ventris, & gutturis, siue sit honor in laude humana? Nōne omnia fumus, & ventus: nōne omnia transeunt & decurrunt? Et væ his, qui inhæserint transeuntibus, quia simul transeunt. Nōne omnia ut fluiuius præceps currens in mare? Et væ ei, qui ceciderit, quia in mare trahetur: ergo tenere debemus omnes affectus à talibus concupiscentiis. Fratres mei, quia talia quærent, vendunt: nam & Simon ille ideo volebat emere spiritum sanctum, quia vendere volebat spiritum sanctum, & putabat Apostolos mercatores tales esse, quales dominus de templo flagello eiecit: talis enim ipse erat, & quod venderet emere volebat, de illis erat, qui columbas vendebant: etenim in columba apparuit spiritus sanctus. Qui ergo vendunt columbas, fratres? Qui dicunt, nos damus spiritum sanctum. Quare enim hoc dicunt, & quo

precio vendunt? precium honoris sui accipiunt. Accipiunt precium cathedras temporales, ut videantur ipsi vendere columbas. Cauent à flagello de resticulis. Columba non est venalis, gratis datur, quia gratia vocatur. Ideo, fratres mei, quo modo eos videtis, qui vendunt propolarios? Quisque quod vendit laudat? Quot proposita fecerunt? Alterum propositum habet Carthagine Primianus, alterum habet Maximianus, alterum habet in Mauritania Rogatus, alterum habent in Numidia illi & illi, quos iam nec nominare sufficimus. Circumit ergo aliquis emere columbam, vnusquisque ad propositum suum laudat quod vendit. Auertatur illius cor ab omni vendente, veniat vbi gratis accipitur. Nec sic erubescat fratres, quia per ipsas dissensiones suas amaras, & malitiosas, cum sibi tribuunt, quod nō sunt, cum extolluntur, putant se aliud esse, cum nihil sunt, tot partes de se fecerunt. Sed quid in eis impletum est, quod nolunt corrigi, nisi quod audistis in Psalmo? Discissi sunt, nec compuncti sunt. Qui ergo boues vendunt? Boues intelliguntur, qui nobis scripturas sanctas dispensauerunt. Boues erant Apostoli, boues erant propheta: vnde dicit Apostolus, Boui trituranti os non infrenabis. Nunquid de bobus pertinet ad dominum? an propter nos dicit? Propter nos enim dicit, quia debet in spe, qui arat, arare & triturari in spe participandi. Ergo illi boues reliquerunt nobis memoriam scripturarum. Non enim de suo dispensauerunt, quia gloriam domini quæsierunt. Quid enim audistis in ipso psalmo? Et dicat semper, magnificetur dominus, qui volunt pacem serui eius. Seruus Dei, populus Dei, Ecclesia Dei. Qui volunt pacem Ecclesie ipsius, magnificent dominum, nō seruum, & dicant semper magnificetur dominus, qui volunt pacem serui eius: Ipsius populi, ipsius serui vox est illa euidentis, quam in lamentationibus audisti in Psalmo, & mouebamini cū audiretis quia inde estis: quod cantabatur ab vno, de omnibus cordibus resonabat. Felices qui se in illis vocibus tanquam in speculo cognoscebant. Qui ergo voluit pacem serui eius, pacem populi eius, pacem vnus illius, quam dicit vnica, & quam vult erui de leone, & de manu canis vnica meam, qui dicunt semper magnificetur dominus: ergo illi boues dominum magnificauerunt, non se. Videte bouem magnificatorem dominum suū, quia agnouit bos possessorem suum. Attendite bouem timentem, ne deferatur possessor bouis: & in bone præsumatur, quo modo expauescit eos, qui voluit in illo ponere spem. Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Quod dedi, nō ego dedi, gratis accepistis, colubade cælo descendit. Ego, inquit, plantavi, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Et dicant semper magnificetur dominus, qui volunt pacem serui eius. Isti autem de scripturis ipsis fallunt populos, ut accipiunt ab ipsis honores, & laudes, & non cōuertantur homines ad veritatem. Quia verò ipsis scripturis fallunt populos, à quibus quærent honores, vendunt boues, vendunt & oves, id est, ipsas plebes. Et cui vendunt? Diabolo. Namque, fratres mei, si Christi vnica Ecclesia est, & vna est, quicquid inde præciditur, quis tollit nisi leo ille rugiens, & circumiens, quærens quem deuoret? Væ his, qui præciduntur: nam illa inter-

Galat. 6.

Psal. 34.

1. Cor. 9.

Psal. 34.

Psal. 21.

Esai. 1.

1. Cor. 1.

1. Co. 3.

Psal. 34.

gra permanebit. Nouit enim dominus, qui sunt eius. Tamen, quantum in ipsis est, vendunt boves, & oves, vendunt & columbas, obseruant flagellum peccatorum suorum. Certe quando aliquid tale patitur propter istas iniquitates suas agnoscant, quia dominus fecit flagellum de resticulis, & ad hoc admonet eos, vt mutant se, & non sint negotiatores: nam si se non mutauerint, audient in fine, Ligate illis manus & pedes, & proicite in tenebras exteriores: tunc dictum est, Zelus domus tuæ comedit me. Recordati sunt discipuli quia zelus domus Dei exciuit illos de templo domini. Fratres, vnusquisque Christianus in membris Christi zelo domus Dei comedatur. Quis comedatur zelo domus Dei? Qui omnia, quæ forte ibi videt peruersa, satagit emendare, cupit corrigere, nõ quiescit. Si emendare non potest, tolerat, gemit: non excutitur de area granum, sustinet paleam, vt iniret in horreum, cum palea fuerit separata. Tu ante horreum, si granum es, noli excuti de area, ne prius ab auibus colligaris, quàm in horreum congregeris. Aues enim cæli aereæ potestates expectant aliquid rapere de area, & non rapiunt nisi quod inde fuerit excussum: ergo zelus domus Dei comedat te. Vnumquemque Christianum zelus domus Dei comedat, in qua domo Dei membrum est. Non enim magis est domus tua quàm domus vbi habes salutem sempiternam. Domum tuam intras propter requiem temporalem, domum Dei intras propter requiem sempiternam. Si ergo in domo tua, ne quid peruersum fiat, satagis, in domo Dei, vbi salus proposita est, & requies sine fine, debes pati, quàm in te est, si quid forte peruersum videris: Vnumquemque Christianum zelus domus Dei comedat: verbi gratia, Vides fratrem currere ad theatrum, prohibe, mone, contristare, si zelus domus Dei comedat te. Vides alios currere & inebriari velle & hoc velle in locis sanctis, quod nusquam decet: prohibe quos potes, tene quos potes, terre quos potes, quibus potes blandire, noli quiescere: tamen si amicus est, ad moneatur leniter: vxor est, seuerissimè reſtinetur. ancilla est, etiam verberibus compeſcatur. Fac quicquid potes, pro persona quã portas: & perficis, zelus domus tuæ comedit me. Si autem fueris frigidus, marcidus, ad te solum expectans, & quasi tibi sufficiens & dicens in corde tuo; Quid mihi est curare aliena peccata? sufficit mihi anima mea, ipsam integram seruem Deo. Eia, non tibi venit in mentem seruus ille, qui abscondit talentum, & noluit erogare? Nunquid enim accusatus est, quia perdidit, & non quia sine lucro seruauit? Sic ergo audite, fratres mei, vt non quiescatis: ego vobis consilium daturus sum: det ille qui intus est, quia & si per me dederit, ille dat. Nostis quid agatis vnusquisque in domo sua cum amico suo, cum inquilino, cum cliente suo, cum maiore cum minore, quomodo dat Deus aditum, quomodo aperit ianuam verbo suo, nolite quiescere lucrari Christo, quia lucrati estis à Christo. *Dixerant illi Iudæi, Quod signum ostendit nobis, quia hac facis? Et dominus, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi, Quadraginta & sex annis edificatum est templum hoc, & tu dicis tribus diebus excitabo illud?* Caro erant, carnalia sapiebant, ille vero loquebatur spiritaliter. Quis autem possit intelligere de quo templo dicebat? Sed non multum querimus: per Euangelistam nobis aperuit, de quo

Matt. 21.

Psal. 68.

Matt. 25.

templo dicebat? Sed non multum querimus: per Euangelistam nobis aperuit, de quo templo diceret; Soluite templum hoc, & tribus diebus excitabo illud. Quadraginta sex annis edificatum est templum, & triduo suscitabitur illud. *Dicebat autem, ait, Euangelista, de templo corporis sui.* Et manifestum est occisum dominum post triduum resurrexisse. Hoc modo omnibus nobis notum est, & si Iudæis clausum est, quia foris stant, nobis tamen apertum est, quia nouimus, in quem credimus. Ipsi templi resolutionem & reedificationem anniuersaria solemnitate celebraturi sumus. Ad quam vos exhortamur, vt præparetis vos, si qui estis catechumeni, vt accipiatis gratiam. Iam nunc tempus est, iam nunc parturiatur, quod tunc nascatur: ergo illud nouimus. Sed forte hoc exigitur à nobis, vt utrum habeat aliquod sacramentum quadraginta sex annis edificatum templum. Sunt quidè multa, quæ hinc dici possunt, sed quod breuiter dici potest & facile intelligi, hoc interim dicamus, fratres. Diximus enim iam, nisi fallor, hesternò die, Adam vnum hominum fuisse, & ipsum esse totum genus humanum: Nã ita diximus si meministis, quasi fractus est, & sparsus colligitur, & quasi conflatus in vna societate atque concordia spiritali, & gemit vnus pauper modo ipse Adam, sed in Christo innouatur: quia sine peccato venit Adam, vt peccatum Adam solueret in carne sua, & vt redintegraret sibi Adam imaginem Dei. Adam ergo caro Christi de Adam, ergo de Adam templum quod destruxerunt Iudæi, & suscitauit dominus triduo: resuscitauit enim carnem suam. Videte, quia Deus erat æqualis patri. Fratres mei, dicit Apostolus. Qui eum excitauit à mortuis, De quo dicit de patre. Factus, inquit, obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus illum excitauit à mortuis, & dedit ei nomen, quod est super omne nomen. Resuscitatus, & exaltatus est dominus. Resuscitauit eum à mortuis, quis pater: cui dixit in Psalmis, Excita me, & reddam illis. Ergo pater eum resuscitauit, non seipse? Quid autem facit pater sine verbo? Quid facit pater sine vnico filio suo? Nam audi, quia & ipse Deus erat, Soluite templum hoc, & tribus diebus excitabo illud. Nunquid dixit, Soluite templum quod triduo pater meus resuscitauerit? Sed quomodo cum pater suscitauerit, & filius suscitauerit: sic cum filius suscitauerit, & pater suscitauerit: quia filius dixit; Ego, & pater vnus sumus. Quid ergo sibi vult numerus quadragenarius senarius? Interim ipse Adam quia per totum orbem terrarum est, audistis iam hesternò die in quatuor literis Græcis, quatuor verborum Græcorum. Si enim ista verba quatuor scribas subinuicem, id est, nomina quatuor partium mundi. Orientis Occidentis, Aquilonis, & Meridiani, quod est totus orbis: vnde dicit dominus, à quatuor ventis collecturum electos suos cum venerit ad iudicium. Si ergo facias ista quatuor nomina Græca ἀνατολή, quod est, Oriens: δύσις, quod est Occidens: ἀρκτική, quod est Septentrio: μεσημβρία, quod est Meridies. Anatole, dysis, arctos, mesembria: capita verborum Adam habent. Quomodo ergo ibi inueniemus quadragenarium senarium numerum? Quia caro Christi de Adam erat. Ad literas numeros computat Græci, quod & nos facimus. A literam ipsi lingua sua ponunt alpha, & vocatur alpha vnum. Vbi autem in numeris scribitur beta, quod est b ipsorum, vocatur in numeris duo.

Vbi

Vbi scribunt gamma, vocatur in numeris ipsorum tria. Vbi scribunt delta, vocatur in numeris ipsorum quatuor: & sic per omnes literas numeros habent. M, quod nos dicimus, & illi dicunt mu, quadraginta significat. Dicunt enim τετρακκισία. Iam videre, istæ literæ quem numerum habeat, & ibi inuenietis quadraginta sex annis edificatum templum. Habet enim Adam alpha, quod est vnum. Habet delta, quod sunt quatuor, habes quinque. Habet iterum alpha, quod est vnum, habes sex. Habet mu, quod est quadraginta, habes quadraginta sex. Hæc fratres mei etiam ab anterioribus maioribus nostris dicta sunt, & inuentus est iste numerus in literis quadragenarius senarius. Et quia dominus noster Iesus Christus de Adam corpus accepit, non de Adam peccatum traxit, templum corporeum inde sumpsit, non iniquitatem quæ de templo pellenda est. Ipsam autem carnem quia traxit de Adam (Maria enim de Adam, & domini caro de Maria) Iudæi crucifixerunt, & ille resuscitaturus erat ipsam carnem triduo, quam illi in cruce erant occisuri. Illi soluerunt templum quadraginta sex annis edificatum, & ille triduo resuscitauit illud. Benedicimus dominum Deum nostrum, qui ad lætitiã spiritalem congregauit nos. Simus in humilitate cordis semper, & gaudium nostrum penes ipsum sit. Non de prosperitate aliqua huius seculi inflemur, sed nouerimus felicitatem nostram non esse nisi cum ista transferint. Modo gaudium nostrum, fratres mei, in spe sit, nemo gaudeat quæ in re præsentia, ne hæreat in via. Totum gaudium de spe futura sit, totum desiderium vitæ æternæ sit. Omnia suspiria in Christo habent, ille vnus pulcherrimus, qui & fecdos dilexit, vt pulchros faceret desideretur. Ad illum vnum curatur, illi ingemiscatur, & dicant semper magnificetur dominus, qui volunt pacem serui eius.

EIVSDEM IN IDEM

Homil. 2.

Et Tract. 11.

in Ioan.

Opportunè nobis dominus procurauit hodierna die lectionis huius ordinem: nam quia ex ordine Euangelium secundum Ioannem considerare, atque tractare suscepimus, credo quod aduerterit charitas vestra. Opportunè ergo occurrit, vt hodie audiretis ex Euangelio, quia nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non videbit regnum Dei. Tempus ergo est, vt vos exhortemur, quia adhuc estis catechumeni, qui sic credidistis in Christum, vt adhuc vestra peccata portetis. Nullus autem regnum calorum videbit oneratus peccatis, quia nisi cui dimissa fuerint, non regnabit cum Christo. Dimitti autem non possunt, nisi ei qui renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto. Sed modo verba quemadmodum se habeant aduertamur, vt hic inueniat qui pigri sunt, quanta sollicitudine sibi festinandum sit ad onus deponendum, quia si ferrent aliquam sarcinam grauem aut lapidis, aut ligni, aut alicuius etiam luceri, si frumentum portarent, si vinum, siue pecuniam, currerent, vt deponerent: Nunc onera quia portant sarcinam peccatorum, pigri sunt currere: currendum est vt deponatur hæc sarcina, quæ præmit, & mergit. Ecce audistis, quia. Cum esset dominus Iesus Christus Hierosolymis in pascha in die festo,

multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius, quæ faciebat. Multi crediderunt in nomine eius. Et quid sequitur? Ipse autem Christus non credebat semetipsum eis. Quid sibi hoc vult? Illi credebant in nomine eius, & Ipse Iesus non credebat semetipsum eis. An forte non crediderant ei, & fingebant se credidisse & propterea Iesus non credebat semetipsum eis? Sed non diceret Euangelista, multi crediderunt in nomine eius, nisi verum illis testimonium perhiberet. Magna ergo res, & mira res. Credunt homines in Christum, & Christus se non credit hominibus, præsertim quia filius Dei est: vtique volens passus est, & si nollet nunquam pateretur: qui si nollet nec nasceretur. Si autem hoc solum veller, vt nasceretur tantum, & non moreretur, & quicquid veller faceret, quia omnipotentis patris filius omnipotens est. Ex ipsis rebus probemus, quia cum voluissent eum renere, discessit ab eis. Loquitur Euangelium; Et cum voluissent de vertice montis præcipitare, discessit ab eis illæsus. Et quando venerunt ad eum comprehendendum, iam venditum à Iuda proditore, cum ille putaret in potestate se habere tradere magistrum suum, & dominum suum, & ibi ostendit dominus voluntate se pari, non necessitate, nam cum eum comprehendere Iudæi voluissent, dixit illis. Quem queritis? At illi dixerunt; Iesum Nazarenum. Et ille, Ego sum. Hac voce audita, redierunt retro, & ceciderunt. In eo quod eos respondens deiecit, ostendit potestatem, vt eo quod ab eis comprehensus est, ostenderet voluntatem. Ergo quod passus est, misericordie fuit: traditus est enim propter delicta nostra & resurrexit propter iustificationem nostram, audi verba ipsius; Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Nemo tollet eam à me, sed ego pono illam à meipso, & iterum sumo eam. Cum ergo haberet tantam potestatem, cum eam dictis prædicaret, factis ostenderet, quid nolenti nocituri, aut aliquid nolenti facturi, præsertim quia iam crediderant in nomine eius? Et de ipsis dicit Euangelista, Crediderunt in nomine eius, de quibus dicit; Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis. Quare? Quod ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat, vt quis testimonium perhiberet de homine, ipse enim sciebat quid esset in homine. Plus nouerat artifex quid esset in opere suo, quàm ipsum opus quid esset in semetipso. Creator hominis nouerat quid esset in homine, quod ipse creatus homo non nouerat. Nonne hoc probamus de Petro, quia non nouerat quid in ipso esset quando dixit. Tecum ero vsque ad mortem? Audi quia dominus nouerat quid esset in homine. Tu mecum vsque ad mortem? Amen amen dico tibi, priusquam gallus cantet, ter me negabis. Homo ergo nesciebat quid esset in se, sed creator homini nouerat quid esset in homine: crediderant tamen in nomine eius multi, & ipse Iesus non se credebat eis. Quid dicimus, fratres? Forte consequentia indicabunt nobis, quid sibi vult mysterium verborum istorum, quia crediderant in eum homines, manifestum est, verum est, nemo dubitat, euangelium loquitur, verax Euangelista testatur. Item quia ipse Iesus non credebat semetipsum illis, & hoc manifestum est, & hoc nullus Christianus dubitat, quia & hoc Euangelium loquitur: & idem verax Euangelista testatur. Quare ergo crediderunt illi

Ioan. 20.

Luc. 4.

Ioan. 18.

Rom. 18.

Ioan. 10.

Ioan. 13.

illi in nomine eius, & Iesus non credebatur semetipsum illis:

S. CYRIL. ALEXANDR. Episcopi, superioris Euang. expositio.

ET prope erat Pascha Iudeorum, &c. Reprehenduntur etiam hinc Iudaei, quasi nullam legem habeant curam, & avaritiae magnopere studeant. Nam, cum multis, variisque modis purificari secundum legem illos oporteret, qui templum ingressuri essent, argentarii, caeterique huiusmodi homines, qui lucro, sacrorum, & omnino pecuniae student, templum impleverant, adeo ut, qui haec prohibere debebant, ne fierent, imperare, ut fierent, viderentur: ita verè de ipsius scriptura locuta est, pastores multi demoliti sunt vineam meam: conculcauerunt partem, dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis, posuerunt eam in dissipationem. Corrupta enim certè fuit domini vinea: quae avaritia praesulum inculta, conculcare pietatem didicit. Et cum fecisset flagellum, &c. Iure contemptu, avaritiamque Iudeorum saluator mouetur; non enim negotiationis locus, sed orationis (ut scriptum est) templum erat, Nec verbis solum moleste se tulisse ostendit: verum etiam verberibus tanquam iniquos seruos merito caedens, è templo eiecit. Serui certè fuerunt: & in ea conditione permanserunt, qui libertatem Dei filium, per fidem suscipere recusarunt, ita quasi in tabula apostolicum illud depingebatur; si quis templum Dei violauerit, disperdet eum Deus. uide te ista hinc, &c. Sicut dominus imperat: & sicut doctor ad aequum, & iustum horatur, peccataque illorum exponit, ut pudore victi, iure se de templo extrudi cognoscant. Aduertendum est autem diligenter: quia ut solus secundum naturam filius Dei, sui solius patrem Deum appellat. Nam, si eo modo, quo creatura, per gratiam, ut nos, filius esset: cuius rei gratia communem omnibus dignitatem rapiebat, non domum patris nostri dicens, sed domum patris mei? Ita enim congrue magis dixisset, si adoptione, non natura filius esset. Qui enim aduentitia quadam dignitate filij sumus, orantes dicimus, pater noster. Vnigenitus autem non gratia filius, sed ex substantia patris genitus, vere, & proprie solus patrem suum, Deum appellat. Sed perspicere, quae, alius: quomodo futurus rerum habitus, duobus his proximis Christi actibus designatur, à Galilaeis enim, qui Chanam habitabant, inuitatus ad nuptias, atque honoratus, & miraculo profuit, & vini laetitia repleuit, ac in eadem cum eis mensa, & conuiuio fuit. sic ab initio statim doctrinae Christi per Galilaeos, vniuersae gentes fidem Christi susceptrae monstrabantur, quae per fidem in caeleste thalamum peruenirent, spiritali conuiuio vna cum sanctis apostolis, & ipso Christo aeternaliter perfuerunt, nullo priuati gaudio. Laetitia enim aeterna (inquit) super caput eorum: quod expressus à domino alibi dicitur, multi enim, ait, venient ab oriente, ac occidente: & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob. incredulos verò Iudaeos, à sanctorum conuersatione retrahet, ac suppliciiis peccatorum suorum catenis deuinctos tradet, nullo modo inique factis sacrificiis suis placatus.

2. Tim. 3. 2.

Matth. 2. 1.

1. Cor. 3.

Matth. 6.

2. Tim. 3. 5.

Matth. 8.

Auferte namque, inquit, ista hinc. Haec Esaias praedixisse mihi videtur: holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui; cum veniretis ante conspectum meum, quis quaesuit haec de manibus vestris? non ambulabitis in atris meis: ne offeratis ultra sacrificium frustra. Incensum abominatio mihi: neomeniam, & sabbatum, & festiuitates alias non feram: ieiunium, & solemnitates vestras odit anima mea: facti mihi estis in fastidium. Id optime flagellum à funibus factum (supplicij namque instrumentum est) quasi figura quaedam obumbrabat. Recordati enim sunt discipuli eius, &c. Indies vndique rebus singulis scripturam discipuli conferentes, ad maius fidei robur progrediuntur. Respondetur ergo Iudaeis, &c. Miratur de potestate Christi Iudeorum multitudo: molesteque ferunt omnes qui sedentes in templo emolumenta (quibus nunc merito priuantur) sibi conquirebant. Et negare quidem nequeunt non oportere templum Dei negotiationis domum fieri: sed ut moribus suis vtantur, illo confugiunt, ut non esse sibi credendum veluti filio Dei contentant: nisi hoc ita esse, signo demonstrauerit. Soluite templum hoc, &c. Quemadmodum omnibus, qui bene petunt, facile Deus cuncta largitur; sic iis, qui tentantes postulant, non modo nihil praestat, verum etiam quasi malignos, aspernatur. Sic alio loco pharisaeos, cum signum peterent, acrius carpsit, dicens; maligna, & adultera generatio signum quarit, nec dabitur ei, nisi signum Iona prophetae. Sicut enim Iona tribus diebus, & tribus noctibus fuit in ventre ceti: sic filius quoque hominis erit in corde terrae tribus diebus, & tribus noctibus. Id ipsum in istis etiam nunc alio exemplo similiter tentantibus responderet. Quod quidem signum nisi propter salutem omnium futurorum omnino esset, nunquam tentantibus illis dedisset. hoc ipsum est, quod male ab eis intellectum falso accusantes, postea dicebant iste dixit, possum dissoluere templum Dei. quae quidem falsa eorum testimonia prophetae praedixerunt; surgentes testes iniqui, quae ignorabam, interrogabant me, & rursus; insurrexerunt in me testes iniqui: & mentita est iniquitas sibi. Non impellit autem eos ad caedem suam, cum dicat, soluite templum hoc: sed, quod facturos sciebat, ad vtilitatem eorum potius, si quid sensus habuissent, subaperit. Dixerunt ei Iudaei; Quadraginta & sex annis, &c. Profunditatem mysterij non intelligentes, ut temerarij signo illudunt. Difficultatemque rei proponentes, causam inuenisse putant, ne illi pareant, cui, si quid etiam facilius dixisset, nequaquam obtemperassent. ita scripturae veritas iam emergebat, obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Quasi enim inclinati propter nefaria eorum delicta, ac sola terrena respicientes, iure patrocinio Dei ab eis ablato, sublimia Christi dogmata speculari non possunt. Contemnunt enim tanquam insani, Christi doctrinam, aduersus salutem suam irruentes. Dominus enim noster, proprium sui patrem appellabat dicens; nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Illi autem haec verba sua contemnent, quasi homo esset nudus, magnitudinem temporis, quo templum aedificabatur, obiciunt. Sed, o mente capti ex superbia homines, iure quisquam dixerit, si Dei templum, illud vestrum esse credebatis, quomodo non

Esa. 1.

Gen. 1.

Luc. 11.

Matth. 11.

Ionas 1.

Matth. 26.

Psal. 34.

Psal. 26.

Psal. 68.

do non intellexistis natura illum Dei filium esse? Qui absque vlla trepidatione, nulloque periculo magna voce clamare confidebat; nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Nam, si hoc in mentem vobis venisset, non ambigui essetis in tribus illis diebus vnam posse domum restaurare, qui septem dierum spacio, è nihilo vniuersa produxit. nec tamen indiget spacio temporis: cuius nutui omnia parent. Ille autem dicebat de templo corporis sui, &c. Sicut sapiens facile sapientiae verba retinet, sic in discipulis Christi, tanquam in molliore cera sermo saluatoris impressus conseruabatur. Probi ergo viri, ut contentiosi non sunt, ita veræ doctrinae tenaces. Duræ autem ceruicis homines non iniuria maligni nuncupantur. Ut ergo probi, faciliusque animi discipuli diligenter scripturarum ruminant verba, ad maiorem pietatis cognitionem quotidie confidentes. Verum, quoniam corpus Christi templum appellatum est: quomodo non erit natura Deus vnigenitus Dei filius, qui in eo habitat? Non enim dicitur, qui Deus non est, in templo habitare. Nec de corpore nudi hominis dictum id in scriptura quispiam vnquam inueniet. Quis maior beato illo Baptista: qui ad apicem virtutis peruenit, qui nulli fuit pietate secundus, qui pro lege diuina tyrannico furori caput suum obiecit: nunc tamen ita de corpore illius scriptura loquitur; sed venientes, inquit, discipuli eius, Ioannis videlicet, tulerunt cadaver eius. Si ergo de Ioannis corpore cadaver dictum est: quomodo templum, cuiusuis hominis corpus appellabitur? Nec ignoro templum Dei fideles appellari; sed hoc, quoniam propter habitantem in nobis spiritum dicitur, Dei templa non nostra sumus. Sed obiciet forsitan quispiam; quomodo igitur ipse saluator cadaver corpus suum nominauit? Eo enim inquit a quibus conuenient; ubi cadaver est? Sed hoc non de corpore suo, verum ut similitudine, futurum sanctorum ad sese cursum significaret, quando in maiestate patris de caelo apparebit, ita prolatum est. Quemadmodum enim, ait, rapacissimarum auium greges veloci ad cadauera volatu deferuntur: sic & vos ad me conuolabitis. Quod Paulus enodans ait; Sonabit buccina: & mortui suscitabuntur. Et alibi; in nubibus rapiemur obuium domino in aerem: & sic semper cum domino erimus. Nihil ergo veritati obest: quod per imaginem, atque similitudinem dictum, aliam quandam rem ante oculos posuit. Cum autem esset Hierosolymis, &c. Non desinit Christus alios verbis, atque doctrina, alios miraculorum veritate ad fidem pertrahere. sic dictis eius sapientiores, miraculis multi persuasi, Deum esse credebant, qui talia & dicere, & facere poterat. Ipsa autem Iesus non credebatur semetipsum eum. Non est stabilis fides eorum, qui nuper crediderunt; nec mens firma inest in fide recentibus: cum adhuc pietate firmati non sint. Quare nec Christus huiusmodi se hominibus credidit. Quauis etiam hinc nobis ostendat, non repente, sed longa meditatione bonorum habitum roborari. Discant igitur omnes, quibus saluatoris mysteria credita sunt, non nimium cito ad diuinam mensam neophytos accipere, nec, antequam firmiores catechumeni sint, Christum eis, priusquam oporteat, baptismi mysterio commédare. Habemus enim, quemadmodum & in aliis omnibus, Christi exemplar nobis propositum: qui recipit quidem cre-

dentis, nondum autem penitus seipsum illis tradidisse videtur, ut tu non dubites, nõ paruo tempore in catechumenorum statu, nuper venientes in fidem, esse retinendos. Sic enim vix longa exercitatione in nostris firmati, tutius possunt recipi. Eo quod ipse nosset omnes, &c. Verò Deo solummodo, nec vlli creaturarum haec dignitas attribuitur. Vnde psalmista quoque dicit; qui finxit sigillatim corda eorum: qui omnia opera eorum intelligit. Si ergo solus Deus, quae sunt in cordibus nostris, intelligit; quomodo non erit verus Deus saluator, qui profunda, & abdita cordium nouit? Quis enim hominum sciuit, quae hominis sunt; nisi hominis spiritus, qui in ipso est? Cum igitur nullus sciat; solus Deus non ignorat. quoniam cum caeteris omnibus non connumeratur: de quibus iure, nullus, adiicitur. Est enim extra numerum omnium Deus: nec quicquam eorum ignorat, quae sub pedibus eius posita sunt. Viuus est enim sermo Dei, & efficax (ut ait Paulus) & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens vsque ad diuisionem animae, ac spiritus, compagum quoque, & medullarum, & discretor cogitationum cordis. & non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius, omnia autem nuda, & aperta sunt oculis eius. audit quippe omnia, qui plantauit aurem, & considerat cuncta, qui finxit oculum. Vnde ad Iob ipse dicit, quis est, qui celat me consilium: continens autem verba in corde putat me celare? Ut igitur natura Deum vnigenitum esse credamus, diligenter ab euangelista scriptum est, non esse illi opus, ut quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat, quid esset in homine.

Psal. 12.

1. Cor. 2.

2. Tim. 4.

Psal. 93.

Iob 42.

BEDAE VENERABILIS presbyteri eiusdem Euang. expositio.

QVod autem appropinquante Pascha, Iesus ascendit Hierosolymam, nobis profecto dat exemplum quanta animi vigilantia dominicis subiici debeamus imperiis, cum ipse in hominis infirmitate apparens, eadem, quae ex diuinitatis auctoritate statuit, decreta custodiat. Ne enim putaret serui absque crebris orationum, bonorumque actuum victimis, vel flagella euadere, vel praemia se posse percipere, & ipse inter seruos ad orandum, immolandumque Dei filius ascendit. Qui veniens Hierosolymam, quid ibi gerentes inuenerit, quid ibidem ipse gesserit, videamus. Et inuenit, inquit, in templo vendentes oves, &c. Boves, oves, & columbae ad hoc emebantur, ut offerrentur in templo. Numulatij ad hoc sedebant ad mensas, ut inter emptores, venditor esque hostiarum prompta esset pecuniae taxatio. Videbantur ergo licite vendi in templo, quae ad hoc emebantur, ut in eodem templo offerrentur domino. Sed nolens ipse dominus aliquid in domo sua terrena negotiationis, ne eius quidem, quae honesta putaretur, exhiberi, dispulit negociatores iniustos, & foras omnes simul cum iis, quae negociabatur, eiecit. Quid ergo, fratres mei, quid putamus faceret dominus, si rixis dissidentes, si fabulis vacantes, si risu dissolutos, vel alio quolibet scelere reperiret irretitos, qui hostias, quae sibi immolarentur, ementes in templo vidit, & eliminare festinauit? Haec propter illos diximus, qui ecclesiam ingressi,

Ex comment. in Ioan.

gressi, non solum intentionem orandi negligunt, verum etiam ea, pro quibus orare debuerant, au-
 gent insuper & arguentes se pro huiusmodi stul-
 titia, conuitis, odiisque vel etiam detractionibus
 insequuntur, addentes videlicet peccata peccatis,
 & quasi funem sibi longissimum incaute eor-
 um augmentatione texentes, nec timentes ex eo
 districti iudicis examinatione damnari. Nam bis
 quidem in sancto euangelio legimus, quod ve-
 niens in templum dominus huiusmodi negocia-
 tores eiecit, nunc videlicet, id est, tertio ante pas-
 sionem suam anno, sicut ex huius euangeliste se-
 quentibus scriptis agnoscimus: & ipso quo pas-
 sus est anno, cum ante dies quinque Pasche sedes
 in asino Hierosolymam venisset. Sed hoc idem
 etiam in templo sancte ecclesie, & examine coti-
 diane visitationis agere omnis, qui recte sapit,
 intelligit. Unde multum tremenda sunt hæc, di-
 lectissimi, & digno expauescenda timore, sedula-
 que præcauendum industria, ne veniens impro-
 uisus, peruersum quid in nobis, vnde merito fla-
 gellari, ac de ecclesia eiici debeamus, inueniat: &
 maxime in illa, quæ specialiter domus orationis
 vocatur, obseruandum ne quid ineptum geramus,
 ne cum Corinthiis audiamus ab Apostolo; Nun-
 quid domos non habetis ad agenda, vel loquen-
 da temporalia? aut ecclesiam Dei contemnitis? &
 à propheta cum Iudæis; Dilectus meus in domo
 mea fecit scelera multa. Et quidem gaudendum
 est, quia ipsi sumus in baptismo templum Dei
 facti, teste Apostolo, qui ait, Templum Dei san-
 ctum est, quod estis ipsi. Ciuitas regis magni,
 de qua canitur; Fundamenta eius in montibus
 sanctis, id est, fundamentum ecclesie, in soliditate
 fidei apostolorum, & prophetarum. Sed nimis
 tremendum, quia præmisit Apostolus dicens; Si
 quis autem templum Dei violauerit, disperdet il-
 lum Deus. & ipse iudex iustus; Disperdam, inquit,
 de ciuitate domini omnes, qui operantur iniqui-
 tatem. Gaudendum, quia in nobis pasche solen-
 nitas agitur, cum de vitis ad virtutes transire fa-
 tagimus. Pascha quippe transitus dicitur. Gau-
 dendum quia dominus nostra pectora, ciuitatem
 videlicet suam, visitare, quia idem pascha nostræ
 bonæ actionis præsentia suæ pietatis illustrare
 dignatur. Sed timendum satis, ne nos in ciuitate
 sua aliud quam ipse diligit agentes inueniat, &
 ipse se nobis qualem nõ diligimus districtus red-
 ditor ostendat. Ne nos in templo numularios, ne
 venditores bouum, ouium, columbarumve repe-
 riens, damnet. Boues quippe doctrinam vitæ cæ-
 lestis, oues opera munditiæ, & pietatis, columbæ
 sancti spiritus dona designant: quia in marium
 bouum iuuamine solet ager exerceri. Ager autem
 est cor cælesti excultum doctrina, & suscipiendis
 verbi Dei præparatum ritè seminibus. Oues in-
 nocentes sua vellera vestiendis hominibus præ-
 stant, Spiritus super dominum in columbæ spe-
 cie descendit, Vendunt autem boues, qui verbum
 euangelij non diuino amore, sed terreni quæstus
 intuitu impendunt, quales reprehendit aposto-
 lus, quia Christum non annunciant sincere. Ven-
 dunt oues, qui humanæ gratia laudis opera pie-
 tatis exercent, de quibus dominus ait; Quia re-
 ceperunt mercedem suam. Vendunt columbas,
 qui acceptam spiritus gratiam, non gratis, vt præ-
 ceptum est, sed ad præmium dant: qui impositio-
 nem manuum, quæ spiritus accipitur, etiam non ad

Matth. 21.
 1. Cor. 11.
 Hier. 2.
 1. Cor. 3.
 Psal. 86.
 1. Corin. 3.
 Psal. 110.
 Titum 1.
 Matth. 6.
 Matth. 10.

quæstum pecuniæ, ad vulgi tamen fauorem tri-
 buunt. Qui sacros ordines non ad vitæ meritum,
 sed ad gratiam largiuntur. Numos mutuo dant
 in templo, qui non simulate cælestibus, sed aper-
 te terrenis rebus in ecclesia deseruiunt, sua quæ-
 rentes, non quæ Iesu Christi. Verum huiusmodi
 operarios fraudulentos quæ merces maneat,
 ostendit dominus, cum, facto de funiculis flagel-
 lo, omnes eiecit de templo. Eiiciuntur enim de
 parte fortis sanctorum, qui inter sanctos positi,
 vel facte bona, vel aperte faciunt mala. Oues quo-
 que, & boues eiecit, quia talium vitam ostendit
 esse reprobam. Funiculi quibus flagellando im-
 pios de templo expulit, clementia sunt actionum
 malarum, de quibus materia damnandi repro-
 bos iudici datur. Hinc etenim Esaias dicit; Væ
 qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, &
 in Prouerbis Salomon; Iniquitates, inquit, suc-
 capiunt impium, & funibus peccatorum suorum
 cõstringitur. Qui enim peccata peccatis, pro qui-
 bus Arrius damnetur, *accumulat, prolongat.
 Numulariorum quoque, quos expulerat, effudit
 as, & mensas subuertit, quia damnatis in fine re-
 probis, etiam ipsarum, quas dilexere rerum, tol-
 let figuram, iuxta hoc quod scriptum est; Et mun-
 dus transibit, & concupiscentia eius. Et eis qui co-
 lumbas vendebant, dixit, &c. Venditionem columba-
 rum de templo auferri præcipit, quia gratia spiri-
 tus gratis accipi, gratis debet dari, vnde Simon
 ille Magus, qui hanc emere pecunia voluit, vt
 maiore precio venderet, audiuit; Pecunia tua te-
 cum sit in perditionem. Non est tibi pars, neque
 fors in sermone hoc. Notandum autem, quia non
 soli venditores sunt columbarum, & domum
 Dei faciunt domum negociationis. qui sacros or-
 dines largiendo, precium pecuniæ, vel laudis vel
 etiam honoris inquirunt, verum ij, quoque, qui
 gradum, vel gratiam in ecclesia spiritalem, quam
 domino largiente, percipere, non simplici inten-
 tione, sed cuiuslibet humanæ causæ retributio-
 nis exercent, contra illud Apostoli Petri; Qui lo-
 quitur, quasi sermones Dei: qui ministrat, tanquã
 ex virtute, quam administrat Deus: vt in omni-
 bus honorificetur Deus per Iesum Christum. Qui-
 cunque ergo tales sunt, si nolunt, veniente domi-
 no, de ecclesia auferri, auferent ista de suis acti-
 bus, ne faciant domum Dei domum negociatio-
 nis. Nec prætereundum, quia solite nobis scri-
 ptura vtranque saluatoris nostri naturam, & hu-
 manam videlicet commendat, & diuinam. Vt
 enim verus Dei filius intelligeretur, audiamus
 quid ipse dicit; Nolite facere domum patris mei, domum
 negociationis. Aperte namque se filium Dei patris
 ostendit, qui templum Dei domum sui patris
 cognominat. Vt rursum verus hominis filius sentia-
 tur, recolamus, quod in eius capite lætionis de-
 scendens in Capharnaum, matrem comitem ha-
 buisse perhibetur. Sequitur; Recordari vero sunt di-
 scipuli eius quia scriptum est, &c. Zelo domus patris
 Saluator eiecit impios, de templo. Zelamus &
 nos, fratres charissimi, domum Dei, & quantum
 possumus, ne quid in ea prauum geratur, insista-
 mus. Si viderimus fratrem, qui ad domum Dei
 pertinet, superbia tumidum, si detractionibus af-
 fuetum, si ebrietati seruientem, si luxuria enera-
 tum, si iracundia turbidum, si alio cuiquam vitio
 substratum, studeamus, in quantum facultas sup-
 petit, castigare: polluta, ac peruersa corrigere: & si
 quid

Esai. 5.
 Prou. 5.
 * forte legem-
 dum, pro qui-
 bus grauius
 dantur, de
 cumulati sunt
 prolongati.
 1. Jo. 2.
 Actus.

quid de talibus emendare nequimus, non sine
 acerrimo mentis sustinere dolore, & maxime in
 ipsa domo orationis, vbi corpus Dei consecratur,
 vbi angelorum præsentia semper adesse non du-
 bitatur, ne quid ineptum fiat, ne quid nostram,
 fraternamve orationem impediatur, totis viribus
 agamus. Sequitur; Responderunt ergo Iudæi, &c. De
 quo templo diceret, euangelista post aperuit, vi-
 delicet de templo corporis sui, quod ab illis in
 passione solum, ipse post triduum excitauit de
 morte. Quia ergo signum quærebatur à domino,
 quare solita cõmercia proicere debuisset ex tem-
 plo, respondit ideo se rectissime impios exter-
 minare de templo, quia ipsum templum significa-
 uerit templum corporis sui, in quo nulla profus
 esset alicuius macula peccati. Neque immerito
 typicum purgavit à sceleribus templum, qui ve-
 rum Dei templum ab hominibus morte solum,
 diuinæ potentia maiestatis excitare posset à mor-
 tuis. Dixerunt ergo Iudæi; Quadrageinta, &c. Quo-
 modo intellexerunt, ita responderunt. Sed ne nos
 quoque spiritalem domini sermonem carnaliter
 sentiremus, euangelista sublequenter, de quo tẽ-
 plo loqueretur exposuit. Quod autem aiunt tem-
 plum quadraginta, & sex annis ædificatum, non
 primam, sed secundam ædificationem illius si-
 gnificant. Primus enim Salomõ templum in ma-
 xima regni sui pace decentissimo septem anno-
 rum opere perfecit: quod destructum à Chaldæis
 post lxx. annos, iussione Cyri Persæ laxata capti-
 uitate, reedificari coeptum est, sed filij transmi-
 grationis opus, quod principibus Zorobabel, &
 Iesu faciebant, propter impugnationem gentium
 vicinarum ante quadraginta & sex annos imple-
 re nequiverunt. Qui etiam numerus annorum
 perfectioni dominici corporis aptissime cõgruit.
 Tradit etenim naturalium scriptores rerum, for-
 mam corporis humani tot dierum spatio perfici:
 quia videlicet primis sex à conceptione diebus
 lactis habeat similitudinem: sequentibus nouem
 conuertatur in sanguinem: deinde duodecim so-
 lidentur: reliquis decem, & octo firmetur vsque ad
 perfecta lineamenta omnium membrorum: &
 hinc iam reliquo tempore vsque ad tempus par-
 tus magnitudine augeatur. Sex autem, & nouem,
 & duodecim, & decem, & octo, quadraginta quin-
 que faciunt: quibus si vnum adicerimus, id est
 ipsum diem, quo discretum per membra corpus,
 clementum sumere incipit: tot nimirum dies in
 ædificatione corporis domini, quot in fabrica
 templi annos inuenimus: quia templum illud
 manufactum, sacrosanctam domini carnem, quam
 ex virgine sumpsit, vt ex hoc loco discimus, figu-
 rabat: quia æque corpus eius, quod est ecclesia,
 quia vniuersumque fidelium corpus, animamque
 designabat: vt in plerisque scripturarum locis in-
 uenimus. Adam vero primus post peccatum au-
 diuit: Terra es, & in terram ibis. Secundus vero
 Adam de se ipso ait; Soluite templum hoc, & in
 tribus diebus excitabo illud. Sparsum vero fuit
 primus Adam per vniuersum mundum, qui in
 secundo collectus est: quod significat nomen
 Adam, quod quatuor literis scribitur, id est a, d,
 iterum a, & u. quæ quatuor literæ, quatuor par-
 tes orbis designant, in quas sparsus est Adam in
 filiis suis: ideo in principijs nominum partium
 mundi hæc quatuor literæ leguntur. Nam a, d, u, &
 quod est Septentrio, ab a incipit: & abois, quod est

occidens, à d incipit, & à uero ab quod est oriens, ab
 a incipit: uerum a, quod est meridianus, à u incipit.
 Quæ sunt quatuor partes orbis, ab his qua-
 tuor literis incipientes. quæ literæ si in computo
 Græco considerentur, quadraginta sex faciunt.
 nam a vnum, d quatuor, & iterum a vnum, u qua-
 draginta. qui simul ducti quadraginta sex, mysti-
 ce designant quadraginta sex dies, quibus tẽplum
 corporis Christi in vtero virginali ædificatum
 est. Caro autem Christi, quæ de eadem sumpta
 est, destructa est à Iudæis, & à seipso iterum ædifi-
 cata secundum scripturas prophetarum. & ideo
 dicit Euangelista; Hoc enim dicebat de templo corporis
 sui, &c. Scilicet prophetarum, qui prædixerant
 Christum tertio die resurgere, Et sermone quem di-
 xit Iesus, id est, quod ait; Soluite templum hoc, & in
 tribus diebus excitabo illud. Hoc est, tertia die resusci-
 tabo, quod vobis soluetis in cruce. Sequitur; Cum
 autem esset Iesus Hierosolymis, &c. Non enim sic cre-
 debant in eum, vt digni essent Christum habita-
 re in eis: quorum fides catechumenis comparari
 potest: qui credunt in Christum, sed Christus non
 credit seipsum eis: quia nisi quis renatus fuerit
 ex aqua, & spiritu, non potest introire in regnum
 Dei. Nemini vero se credit Christus, nisi qui di-
 gnus est introire in regnum Dei. Nullus vero di-
 gnus est introire in regnum Dei, nisi qui renatus
 est ex aqua & spiritu. Inde ecclesiastica consuetudo
 catechumenis corporis, & sanguinis Christi
 communionem non tradit, quia non sunt renati
 ex aqua, & spiritu, quibus tantum creditur parti-
 cipatio corporis, & sanguinis Christi. Ex his autem
 multis, qui credebant in Iesum, vnus erat Nico-
 demus iste: & ideo nocte venit, & non die, quia
 necdum illuminatus erat cælestis gratiæ luce.

ERICI IN SVPERIVS
 Euang. Hom.

B Eatus Ioannes, quia vltimus omnium euan-
 gelistarum suum scripsit euangelium, idcirco
 plenius, ac profundius ea, quæ à tribus euangeli-
 stis omissa fuerant, describere curauit. Illi enim
 ea tantum scripserunt, quæ à domino duobus an-
 nis ante passionem eius gesta sunt, incipientes à
 tempore, quo Ioannes Baptista missus est in car-
 cerem. Ergo diligentissime sancti euangelij nar-
 ratione considerata, reperimus bis dominum sal-
 uatorem ad Paschalem solennitatem celebran-
 dam Hierosolymam venisse: semel primo anno
 sue prædicationis, quod Ioannes scribit: & iterum
 ipso, quo passurus erat anno, quando quinta die
 ante pascha in asino sedes, Hierosolymam intrauit.
 Vtraque tamen vice auaritiam scribarum, sacer-
 dotumque impietatem detestatus, quam in tem-
 plo exercebatur, eos cum omnibus, qui negotia ibi
 habebant, eiecit. Qua de re patet, non esse hanc
 ipsam lætionem, quæ apud Matthæum, & Lucam
 legitur, quoniam bis idem miraculum in pascha
 gestum est: Primo scilicet anno prædicationis,
 qui est tertius ante passionem, & tertio imminete
 iam hora ipsius passionis. His per excessum ne-
 cessariò præmissis, ad exponendam per ordinem
 accedamus sancti euangelij lætionem. Propè, in-
 quit, erat Pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosoly-
 mam. Quod dominus appropinquante pascha Hie-
 rosolymam ascendit, nobis profecto exemplum
 Bibl. Hom. tom. 2. I i dedit,

Gene. 3.
 Ioh. 2.

Matth. 21.
 Luc. 19.
 Ioh. 2.

THEOPHYLACTI EPISCOPI *Bulgar Superioris Euang. expositio.*

Luc. 10. **Math. 23.** **E**tin propinquo erat pascha Iudaorum, &c. Quod autem dicit Evangelista fuisse prope pascha, ostendit, quod non ante multos dies pascha fuerit baptizatus. Porro, ubi ascendit in Hierusalem, rem fecit magnae autoritatis. Videntes enim oves & boues eiecit. Iam quod factum hoc & Matthaeus commemorat, scias, quod non semel hoc Christus fecerit, sed hoc, quod Matthaeus commemorat, fecit prope tempus passionis: quod autem apud Ioannem, in exordio signorum. Idcirco hoc loco adnectit dicens; *Ne feceritis domum patris mei, domum mercatus.* Initium enim signorum adhuc erat, & nondum tanta signorum ostensorum erat auctoritas. Illic autem apud Matthaeum dicit, Non facite, inquit, speluncam latronum: Manifeste enim illos latrones nominavit, quod ex iniustis modis lucrum facerent. Quando enim quis ex eo quod parui precij est, multum precij petiit, & a pauperibus fortassis, & viduis lucrum corradit, sicut ferme solent ij, qui necessaria vendunt, quid aliud quam opus latronis facit, ex calamitatibus aliorum lucra comportans? Et quare illos e templo eiicit? Non immerito. Quia enim in sabato sanaturus erat, & soluturus legem: ut ne videatur contrarius Deo, corrigat hoc loco opinionem illam. Neque enim tantum zelum propter domum offendens: spreuisset Deum, dominum domus. Non enim simpliciter eiicit, sed & flagello plexo percudit, & subuertit mensas, & lucrum, hoc est, pecuniam numulariorum, effudit. Et opus periculosum attentans, non se in periculum coniecisset pro domo Dei solutis legem Dei ut aduersarius: sed omnino ut filius Dei, & aequalem habes potestatem patri qui legem de sabato statuerat. Ideo autem non dixit domum Dei, sed domum patris mei, ostendens, quod potestatem habeat sicut filius patris omnium. Numularij autem, qui & collybiae, sunt ij, qui parua numismata vendunt. Collybos enim apud Graecos minimum numisma est, quod Romani nummum vocant. Multi autem pontificibus in hunc modum peccant. Nam & ipsi negociatores vendunt boues in Ecclesia: hoc est, qui praestantes sunt in verbo doctrinae, non iuuant, sed tradunt iis, qui affligere volunt. Insuper & oues, hoc est, simpliciores, & communem populum: & columbas, hoc est, spiritalia dona vedunt, & maiores dignitates conferunt iis, qui plura dant: quos dominus eiicit e templo, indignos iudicans sacerdotio. Ad haec si quis talerum, & nummum, hoc est, & sermonem & dogma vendat, & fortassis quum sit doctor, non annunciet verbum, nisi lucrum habeat, etiam eius mensam subuertit dominus; sedem dico doctrinae, sermonem, quem ille cohibet propter malitiam, non dans illum omnibus, dominus Iesus per misericordiam effundit, populisque dat, illum quidem a principatu deiiciens, & alium in doctrina sedem collocans. Recordati sunt autem discipuli eius quod scriptum sit, Zelus domus tue comedit me. Paulatim enim incrementa boni sumentes, & scripturarum recordantur, inde testimonia recipiendo, & firmiorem de Christo scientiam apud se constituendo. *Respondunt ergo Iudaei,*

& dixerunt ei, &c. Postquam viderunt Iudaei dominum magna potestate haec facere, & dicere; Ne feceritis domum patris mei mercatum, dicunt, Persuade nobis signo aliquo quod filius Dei sis tu, & quod illinc missus sis. Vnde enim manifestum quod pater tuus sit, qui domus illius est dominus? At ille per aenigma eis respondit, *Soluite, dicens, templum hoc, corpus omnino suum dicens, quod in ipso habitabat omnis diuinitas unigeniti.* Vbi autem dixit, *Soluite,* non exhortatus est ad eadem, ablit: sed, quoniam sciebat facturos, certo euerum affirmat. Audiant vero Ariani quomodo sicut dominus, & mortis destructor dicat, *Excitabo;* Non enim dicit, Excitabit pater, sed, *ego excitabo,* propria virtute vsus nullaque externa indigens. Ceterum Iudaei de inanimato templo ipsum dicere autumates hoc, derident eum. Quum quadraginta & sex annis sit aedificatum, quo patet (dicunt) tu dicis in tribus nullaque excitarum? Sciendum autem, quod, quando a Salomone templum primo extructum est, viginti annis omnia perfecte absoluta fuerunt, postea autem post captiuitatem, & Hebraei, accepta potestate illud reaedificandi, ceperunt quidem sub Cyro rege aedificare: impediti autem ab iis, qui inuidebant eis, prorogauerunt structuram vsque ad Artaxerxen regem, sub quo nacti omnium rerum copiam, omni studio vix potuerunt perficere opus. Vnde & dicitur Iudaeos aedificantes altera manu gladium, altera tenuisse aedificatorum instrumentum. vsque adeo timebant vicinos Idumeos, no autem Persas, a quibus (ut dixi) omnes accipiebant sumptus. Iam itaque structuram post captiuitatem auit quadraginta sex annis factam, eo quod prohiberetur, & impedirentur Iudaei a Cyro vsque ad Artaxerxen. Et no est mirandum, quod Iudaei miraculum non agnouerint, quandoquidem neque discipuli agnoscebant. Obstabant enim duo magna, vnum, quod resurrectio per se tam difficilis capti, immo omnibus ignota esset: alterum quod Deus corpus eius inhabitaret. Etenim post resurrectionem cognouerunt discipuli, & crediderunt scripturae: cui scripturae? Omni, quae de resurrectione tradit: manifestissime autem ei, quae dicit, Non derelinques animam meam in inferno. Et illi, dominus voluit purificare a plaga, ostendere lumen. Manifeste enim illa de resurrectione dicitur. Apollinarij autem tentat hoc loco patrocinium suae haereseos inuenire. Volens enim persuadere inanimatam esse carnem domini, dicit quod templum dicatur caro, templum autem inanimatum sit, inanimata ergo & caro est. Attonite, & versute: tu & ligna, & lapides domini carnem facies, quandoquidem ex his est templum? Quando autem audieris dominum, Nunc turbata est anima mea; & Potestatem habeo ponendi animam meam: quomodo ea intelligis? Quod si tu non de mentali, & rationali anima haec dicta asseris, quo referes hoc, Pater, in manus tuas commendo spiritum meum? Vtique hoc de inanimata anima non intellexeris. De hoc autem, Non derelinques animam meam in inferno, quid tibi videtur? At tu propter tua corruptis. *Quum autem esset Hierosolymis in pascha in die festo, &c.* Videbantur quidem nonnulli credere in nomine Iesu, quum esset in festo, sed non firma illorum fides erat. Ad tempus enim attendebant Christo non ut Deo, sed ut homini, qui Deo afflatur: ac iterum a fide illa contempti.

Psalm. 15. Eja. 53. Ioan. 12. Ioan. 10. Luca 23. Psalm. 55.

EVTHYMII ZIGABONI *Superioris Euangelij expositio.*

Math. 21. **E**rat prope pascha Iudaorum, &c. Similia quoque scripsit Matthaeus, neque ad ista autem proprie dicitur permutatores, quos Matthaeus *numularios* nominauit; hoc est numularios. Et sicut *numularius* obolus est, qui pro permutatione monetae datur, id est, ut vulgo dicitur, cambium; sic & *numularius* congeries est obolorum, aut minorum numerum, quibus sit permutatio. Praeterea *numularius* genus est flagelli: erat autem contextum; nam & eorum, qui eieci sunt, conuersatio contexta erat absurdis verbis, & operibus: & rursus euidentibus conuersatio contexta erat ex supernaturalibus verbis ac operibus, sine rebus diuinis, & humanis. Opus itaque operatus est multa plenitudine auctoritate. Nam, quia sabbatho curaturus erat, multaque familia facturus, quae Iudaeis legis transgressio videbatur; ne haec tanquam Deo contrarius facere videretur, hinc primum huiusmodi aufert suspicionem. Qui enim tantum zelum erga domum Dei demonstrauit, tantaque vehementia, ac indignatione propter hanc vsus est, ut nulli omnino parceret, sed seipsum in periculum conijceret, & tum caupones illos, tum Iudaeos id ipsi permittentes in se exacuit, omnia sustinere paratus pro honore templi, nequaquam posset templi domino esse contrarius. *Et is, qui vendebat columbas dixit; Ausere ista hinc, &c.* Non facis solum, sed & verbis ostendit Deo se non esse contrarium. Sed ipse quidem Deum natura patrem suum vocauit; Iudaei autem adoptione patrem ipsum nominasse putantes, non sunt hoc verbo turbati. Sed neque iis, quae fecit, exasperati sunt: siquidem arguebat illos conscientia, ac confundebat, ostendens, quod iuste haec & fecisset, & dixisset. Domum autem negotiationis, hoc est, cauponam, aut tabernam. Praedicto vero Matthaei loco dixit, Speluncam latronum. Ex quo adnotare possumus, quod zelum, ac libertatem arguendi bis demonstrauerit aduersus eos, qui in templo cauponabantur, & in principio euangelij; & circa finem. Quae ergo in principio euangelij contigerunt, Ioannes hoc loco descripsit: quae vero circa finem, Matthaeus. *Zelus domus tua comedit me.* Nam id scriptum est in libro Psalmorum. *Zelum autem dicit nunc iustam indignationem. Comedit, hoc est, valde amplectitur, & inflammat me.* Scire autem oportet, quod homines; factio flagello, non verberauit, sed ipsos quidem exterruit, ac expulit: oues vero, ac boues verberauit, & eiecit. *Quod signum ostendis nobis quod haec facias? Sciens se se condemnatos, ipsum quidem reprehendere*

aussi non sunt, sed dixerunt ei, Quum haec facias, siue, quum dominium tibi vindices, quod signum ostendis nobis tuae autoritatis? O ingenitem demetiam! quum beneuolos esse oporteret, ipsumque laudare, qui domum Dei tanta purgaret ignominia, aut oritatis signum hauriunt, inuidia tabescentes, & signum carpere volentes. Nam alibi quoque dixerunt; In qua potestate haec facis? *Soluite templum hoc, & in tribus diebus erigam ipsum.* Potentiae suae autoritatis signum dat eis, puta tertij diei resurrectionem. Nam templum dicit corpus suum: ipsum enim domus est, & templum non animae solum, verum etiam diuinitatis. *Soluite* autem dixit, non adhortans eos ad sui interfectionem, sed, quia cognouit, quod facturi erant, figuratiuo sermone praedixit. *Soluite* ergo, siue in terram subuertite, ab anima separate, & coniunctionem, quae cum illa est, dissoluite. *Quadraginta & sex annis aedificatum est templum istud, &c.* Prior quidem structura viginti annis a Salomone absoluta est, altera vero per quadraginta, & sex a Zorobabel. Priori namque a Babyloniis destructa, cepta est posterior circa annum primum regis Cyri: deinde inuidia, & calumnia circummorantium Samaritanorum impedita, ita quadraginta annis permansit. Circa secundum vero annum Darij Hystaspis missus Zorobabel in sex annis ipsam perfecit: & ita annis quadraginta, & sex aedificatum est templum, qui numerantur ab initio aedificationis vsque ad consummationem. *Quando ergo surrexit a mortuis, recordati sunt discipuli eius, &c.* Quum autem hoc diceret, haesitabant quid nam diceret, nec credebant. Multa quoque talia loquitur, primum quidem audientibus incerta, postmodum vero manifesta, ut ostendatur prauidisse, quae dicebat. Et quare aenigma non dissoluit, dicens, quod templum intelligeret corpus suum? Quia tunc ei fides habenda non erat. Siquidem duo tunc obstabant: vnum quidem resurrectionis opus, alterum vero, quod Deus esset, qui tale templum inhabitaret. *Quum autem esset Ierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomen eius, &c.* Crediderunt in eum, non tamen firmiter: nam illi firmius credebant, qui non propter signa tantum, verum etiam propter doctrinam eius credebant: nam signa etiam attraherant, doctrina vero, ac prophetiae mente subtiliores. Ideo quoque constantiores sunt ij, quibus etiam apratur id, quod dicitur; Beati qui non viderunt, & crediderunt. *Ipsae autem Iesus non credebant seipsum eis.* Neque credebant, neque tanquam legitimis discipulis confidebat: quare? *Eo quod ipse nosset omnia.* Omnem hominem siue constans esset, siue inconstans. Vel, omnia, quae in omnibus sunt.
† *Hae diuersa oritur interpretatio, quod narra, pro quo in vulgari translatione legitur omnes, Graecis accusatiuus est masculinus singularis aut neutrius generis pluralis, & ita verti potest in omnes, aut omnia. Plurima tamen exemplaria Graeca habent narras, hoc est, omnes & ita legitur videtur, qui vulgarem edidit translationem. Et non erat opus ei ut quis testimonium ferret de homine. De quacunque homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine. In quocunque homine, utpote, cordium cognitor Deus.*

1. Reg. 6. & 7. 1. Esd. 4. 5. 1. Esd. 7.

FERIA III. POST DOMINI-
CAM IIII. QVADRAGESIMAE.
IOAN. 7.



Lillo tempore. Iam die festo ^a mediante, ^b ascendit Iesus in templum, & ^d docebat. Et ^e mirabantur Iudaei, dicentes: Quomodo hic literas scit, cum ^f non didicerit? Respondit eis ^g Iesus, & dixit: ^h Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Siquis voluerit voluntatem eius ⁱ facere, cognoscat de doctrina, vtrum ex Deo sit, an ego à meipso loquar. ^k Qui à ^l semetipso loquitur, ^m gloriam propriam quærit. Qui autem quærit gloriam eius qui misit illum, hic verax est, & iniustitia in illo nõ est. Nonne Moyses dedit vobis legem? Et nemo ex vobis ⁿ facit legem. ^o Quid me quæritis interficere? Respondit ^p turba & dixit ei: ^q Dæmonium habes. ^r Quis te quærit interficere? Respondit Iesus & ^s dixit eis: Vnum opus feci, & omnes miramini. Propterea Moyses dedit vobis ^t circumcisionem, non quia ex ^u Moysè est, sed ex ^v patribus. Et in ^w sabbato circumciditis hominem. ^x Si ^y circumcisionem accipit homo in sabbato, vt non solvatur lex Moysi, ^z mihi cur indignamini, quia ^a totum hominem ^b sanum feci in sabbato? Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. Dicebant ergo quidam ex Ierolymis. Nonne hic est quem quærunter interficere? Ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid verè cognouerunt principes, quia hic est Christus? Sed hunc scimus vnde sit. ^c Christus autem cum venerit, nemo scit vnde sit. Clamabat ergo Iesus in templo, docens & dicens: Et me scitis, & vnde sim scitis: & à me ipso non veni: sed est verus qui misit me, quem vos nescitis. Ego scio eum, & si dixero quia nescio eum, ero similis vobis mendax. Sed scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit. Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo misit in illum manus, ^d quia nondum venerat hora eius. De turba autem multi ^e crediderunt in eum.

^a Mediat in illis diebus, id est, quarta die festi. ^b Maxime feruente zelo Iudeorum. ^c Sicut non manifeste ascendit, non palam docet, sed quasi latenter. ^d Vtens auctoritate scripturarum. ^e Omnes mirabantur, sed non omnes conuertebantur. ^f In eius educatione sciebant eum nunquam didicisse. ^g Admiratio, insinuande veritatis est occasio. ^h Ecce quomodo scit literas. ⁱ Id est, credere in eum, quod a libi dicit opus Dei, id est, quod Deo placet. ^k Ille autem. ^l Scilicet Antichristus. ^m Non Dei. ⁿ Vnde Apostolus, Extollitur super omne quod dicitur Deus. ^o Quia quæritis me interficere. ^p Quia causa est. ^q Hoc non dicerent nisi dæmonium haberent. ^r Negaat quod volebant. ^s Dolose. ^t Non turbatus vt illi, sed tranquillus, non reddens maledictum pro maledicto. ^u Quæ significat sanationem animæ & corporis, quam ego facio. ^v Incepta. ^w Quia Abraham in sabbato prius accepit à Deo. ^x Quo iubemini vacare, si occurrit octauus dies, iubemini circumcidere. ^y Ergo. ^z Quæ ad salutem instituta est, id est, si in signo veræ salutis non est violatio sabbati. ^a Quæ veram salutem operor. ^b Id est, humanum genus totum in nouo. ^c Curatus est vt sanus esset in corpore, & si crediderit sanus esset in mente. ^d Quod est impossibile. ^e Id est, quia nondum volebat. ^f Predicatione & miraculis moti, simplices credunt, & verba & facta domini glorificant.

GLOSSA

RESPONDIT eis: Mea doctrina, hominis, non est mea: sed Dei. Vel quia nõ est verbum nullius sed alicuius doctrina eius, id est, ipse verbum. doctrina eius non est sua: sed eius à quo est. quod est: Ego non sum à meipso. Et quia hoc profundum vidit non omnes intellecturos, dedit consilium: Si vis intelligere, crede. Hoc est: Siquis credit me filium Dei, cognoscat de doctrina, id est, intelligat, quod doctrina mea non est mea. *Qui à semetipso.* Antichristus non est verax, & iniustitia in illo est: quia quærit gloriam suam, non Dei: à quo non est missus, sed venire permittus. *Qui au. que gl.* Id est, ego qui licet æqualis patri, tamen in serui forma quæro gloriam patris, non meam, in hoc exemplum humilitatis tribuit, vt omnia bona Deo tribuamus. *Non Moy.* Ego ex Deo loquor & gloriam eius quæro. verax, iustus, sed vos qui gloriamini in lege, contra legem quæ vetat occidere, quæritis me interficere. *Dæmonium.* Querunt occidere, & quod est dicunt eum dæmonium habere, qui dæmonia pellit. *Vnum opus &c.* De vno miramini, quid si omnia videritis: vnum opus fuit, quod totum hominem sanauit in sabbato. vnde turbati sunt stulti obseruatores sabbati: sed conuincit eos Moyses, iubens circumcidere octaua die. quod aliquando occurrit in sabbato fieri. Et hoc est. Propterea ne quis turbetur, si salus semper sit etiam in sabbato. Et sciant omnes semper debere fieri quæ salutis sunt. *Circumcisionem.* Propter tres causas data fuit circumcisio. Primò, in signum magnæ fidei Abraham. Secundò vt per hanc à cæteris nationibus distingueretur. Tertiò vt (facta in virili membro per quod generatur creatura mortalium) castitatem mentis debere obseruari indicaret. Signat autem baptisma, quo peccata dimittuntur, & cor à cupiditatibus spoliatur. *Si circum. sc.* Quasi vos qui in lege gloriamini contra legem quæ me nunciat, de morte mea tractatis: sed non est contra legem, quod totum hominem sanum feci in sabbato ego dominus sabbati. Custodia enim sabbati sicut cætera omnia propter salutem hominis sunt, sicut vos ipsi circumcidentes in sabbato, (quia ad salutem pertinet) non soluere vos sabbatum creditis. *Nolite iudicare.* Nõ debetis mihi irasci de saluatione hominis in sabbato, sicut non irascimini de circumcissione in sabbato: quia non est iudicandum secundum faciem, id est, actionem personarum, vt quod licuit Moysi, mihi nõ liceat, sed iustum iudicium, id est, secundum veritatem rerum qua cognita, nec me, nec Moysen damnabit, nec me contrarium illi dicetis. In quo illos arguit, nos instruit: ne in iudicandis causis personas accipiamus, non quod pro diuersitate graduum diuersimodè personas non honoremus. *Dicebant.* Quia etsi occultus ad festum ascendit, palam loquitur: & apparet potestas quæ putabatur timiditas. Miratur aliqui, à qua potentia non tenetur cuius mors tantopere quærebatur: & nõdum plenè intelligentes eius esse potentia, putant esse scientia principum, quia cognouerunt cum esse Christum. vnde sibi ipsis obiciunt, non esse hunc Christum: cum nemo sciat vnde sit Christus. Quia etsi per prophetas dicitur locus natiuitatis & huiusmo-

di: tamen æterna natiuitas eius ex patre nescitur. Vnde propheta: Generatione eius quis enar. Vnde Christus ad vtrumque respondet, & de infirmitate, & de maiestate. *Et me sci.* Id est, effigiem vultus mei, & vnde sim natiuitatem & parentes, quod est, secundum carnem me nescitis, sed non secundum diuinitatem: quia à meipso nõ veni: nesciebant eum Dei filium esse, nec à patre missum, nesciebant etiam Deum patrem qui verus est genitor ipsius veritatis. Sed vnde possunt scire subdit: *Ego scio.* Ergo à me quærite, in me credite. Quia nemo nouit patrem nisi filius, & cui filius voluerit reuelare. *sed scio eum.* Ideo scio eum, quia ab ipso sum, ipse &c. Breuiter vtrumque complectitur: ab ipso sum, quia filius de patre: pater nõ de alio. & in carne me videris, quia ipse me misit: In quo ei magna generantis auctoritas, & sibi communis cum hominibus natura. *hora eius.* Non quod necessitas sit fieri, sed oportunitas voluntatis. Voluit enim opportuno tempore nasci, præmissa longa serie præconum. Similiter prædicato euangelio voluit opportuno tempore mori.

CATENA AVREA
in idem Euang.

Chryso. Dominus tardatione sua auditores attentiores facere volens, non in primis diebus ascendit, sed circa solennitatis medium: vnde dicitur, *an autem die festo mediante, &c.* Qui enim primis diebus eum quæsierunt repente eum præsentem videntes magis intendebant docenti: & qui bñum eum dicebant, & qui malum illi quidem vt aliquid lucrarentur & admirarentur, huiusmodi vt comprehenderent. Theo. Nam in principio festi his quæ festi erant magis attendebant: vnde postea Christum attentius audierunt, Aug. Quatum enim datur intelligi ipsam festiuitatem diebus pluribus celebrabant, & ideo dicit: *iam die festo mediante.* id est, cum illius diei festi tot dies remansissent quot præterissent, vt etiam impleteretur quod ait: *Non as-en-tan ad diem festum hunc,* id est, ad quem vos vultis, primum vel secundum diem: ascendit autem postea die festo mediante. Aug. de quæ. no. & ver. test. *Tunc etiam ascendit, non quasi ad diem festum, sed quasi ad lucem.* Illi verò ascenderunt quasi ad perfruendum deliciis diei festi. Christo verò ille fuit dies festus, quo passione sua redemit mundum. Aug. su. Ioan. Ille autem qui prius latebat, docebat & palam loquebatur, & non tenebatur. Illud enim quod latebat, erat causa exempli: hoc potestatis. Chry. Quid autem docebat, non dixit euangelista, sed quod mirabiliter docebat, hoc solum ostendit: tanta enim erat virtus docentis, vt qui dixerant, seducit turbas, transmutati mirarentur. vnde sequitur: *Et mirabantur Iudei dicentes, quomodo hic litere scit, &c.* Vide admirationem nequitia plenam. Non enim dicit quod in doctrina admirarentur, sed in aliam admirationem inciderunt. August. Omnes quidem quantum arbitror, admirabantur, sed non omnes conuertebantur. Et vnde admiratio? quia multi nouerant vbi natus, quem admodum fuerat educatus. Nunquam eum viderant literas discentem, audiebant tamen de lege disputantem, legis testimonia proferentem, quæ nemo posset proferre nisi legisset: nemo legere, nisi literas didicisset, &

ideo mirabantur. Chry. Ab hac autem quaestione cognoscere debebant, quoniam hæc scientia humanitas non erat in eo, sed quia diuinitus; sed hoc ipsi nolebant reuelare, sed in sola admiratione stabat, dominus hæc reuelauit. Sequitur enim: *Respon. Iesus, & dixit: Mea doctrina non est mea, &c.* Aug. Videtur autem hoc esse contrarium quod dicit, *Mea & non mea: nam si dixisset, Ista doctrina non est mea, nulla esset quaestio. Quæ est ergo doctrina patris, nisi verbum patris? Ipse ergo Christus est doctrina patris, si verbum patris est. Sed quia verbum non potest esse nullius, sed est alicuius, & suam doctrinam dixit seipsum & non suam, quia patris est verbum, quid est tam tuum quam tu, & quid tam non tuum quam tu, si alicuius es quod es? Breuiter ergo hoc mihi dixisse videtur: *Mea doctrina non est mea, ac si diceret: Ego non sum à me ipso. Sabellianam heresim sententia ista dissoluit, qui dicere ausi sunt esse ipsum filium qui est & pater, duo esse nomina, sed vnam rem. Chry. Iost. Vel suam dicit, quoniam eam docuerat: nõ suam autem, quoniam patris erat doctrina. Sed si omnia quæ sunt patris eius sunt, ex hoc ipso quod patris est, deberet esse & sua. Sed hoc quod dicit: Non est mea, vehementer ostendit & sui & patris vnam esse doctrinam, ac si diceret. Nihil habeo permutatum aut diuersum, sed ita ago vt dico, vt non æstimeretur aliud quid præter patrem dicere vel agere. Aug. primo de trinita. Vel aliter: Secundum aliud suam dixit, secundum aliud non suam: secundum formam Dei suam, secundum formam serui, non suam. Aug. Si quis autem hoc parum intellexerit, audiat cõsiliium quod dominus consequenter dat, dicens: *Si quis voluerit voluntatem eius facere, &c.* quid est si quis voluit, voluit eius facere? hoc est credere in eum, ipse enim supra dixit, Hoc est opus Dei vt credatis in eum quem ipse misit. Quis autem hoc nesciat, hoc esse facere voluntatem Dei, operari opus eius? Cognoscere autem, hoc est intelligere, ergo noli quaerere intelligere, vt credas, sed crede vt intelligas, quia nisi crederitis, non intelligeris. Chry. Vel hoc ita dicit, ac si dicat: Auferte iram & inuidiam & odium, quod sine causa in me habetis, & nihil erit quod prohibeat vos cognoscere: quoniam Dei verba sunt, quæ loquor. Deinde aliud inducit argumentum insolubile, ab his quæ sunt in consuetudine hominum nos erudiens. vnde sequitur: *Qui à semet ipso loquitur, gloriam propriam quaerit, non quia aliquam propriam vult instituire doctrinam, propter nihil aliud hoc vult, quam vt gloriam acquirat. Si verò ego gloriam eius qui misit me quaero, eius gratia aliena vellem vos docere? Et hoc est quod subdit: Qui autem qua. glo. eius qui misit illum, hic verax est, & iniustitia in illo non est.* Theo. quasi dicat. Verax sum, quia doctrina mea cõtinet veritatem. Iniustitia in me nõ est, quia alterius gloriam non vsurpo. Aug. Qui quaerit gloriam propriam, antichristus est. Dominus autem noster magnum nobis exemplum præbuit humilitatis, dum habitu inuentus, vt homo quaerit gloriam patris, non suam: sed tu quando aliquid boni facis, gloriam tuam quaeris: quando aliquid mali facis, Deo calumniam meditaris. Chryso. Vide ergo quoniam causa quædam propter quam humilia de se dicit, hæc est: vt credant quoniam non desiderat gloriam, neque principatum: & etiam propter imbecillitatem audientium, & vt doceat homines mo-**

derata sapere, & nihil de se dicere magnum, sed semper humile. *Nõne Moyses dedit vobis legem, &c.* Chry. Duas criminationes Iudæi cõtra Christum inducebat: vnam quod sabbatum solueret, aliam quod patrem suum dicebat Deum, æqualem se ipsum faciens Deo. Hoc igitur prius confirmauit, dum ostendit, quod non est Deo contrarius, sed eadem illi docet. De reliquo ad sabbati solutionem instat, dicens: *Nõne Moyses de. vo. legem, & nemo ex vobis faciet legem? Ac si diceret, Lex dicit, non occides: vos autem occiditis, & hoc est quod subditur: Quid me quaeritis interficere? Ac si diceret, Etsi ego dissolui legem hominem sanans, transgressio fuit, sed in salutem: vos autem transgredimini in malum, vnde non habeo à vobis de solutione legis diiudicari. In duobus ergo eos corripuit: & dicendo, *quid me quaeritis interficere?* ostendendo quoniam occisionem meditantes, non sunt digni alium diiudicare. Aug. Vel hoc dicit, quia si legem facerent, in ipsis literis Christum agnoscerent, & præsentem non occiderent. Respondit autem ei turba non pertinentia ad ordinem, sed ad perturbationem. Sequitur enim: *Respondit turba & dixit: Demonium habes, quis te querit interficere?* Et dictum est quod dæmonium haberet, qui dæmones expellebat. Dominus autem non turbatus, sed in sua veritate tranquillus, non reddidit maledictum pro maledicto, sed respondit tranquille. Beda, In quo nobis patientie reliquit exemplum, vt quoties nobis ab aliquibus falsa obiiciuntur conuicia, patienter toleremus, & vera quæ possumus non obiiciamus, sed salutaria monita prædicemus. Sequitur enim: *Respondit Iesus & dixit eis, vnum opus feci, & omnes miramini.* Aug. Ac si diceret, Quid si omnia opera mea videretis? Ipsius enim opera erant quæ in mundo videbant, & ipsum qui fecit omnia non videbant, fecit vnam rem & turbati sunt, qui saluum fecit hominem in sabbato quasi si quisquam eorum ægrotus sabbato sinceraret, alius illum sanum fecisset quam ille qui eos scandalizaret, quia vnũ hominem sabbato saluum fecit. Chryso. Hoc enim est, quod dicit, *Miramini:* hoc est turbamini, tumultuatis. vide autem quomodo prudenter à lege eos syllogizat. Vult enim ostendere quod facere hoc opus non erat legem soluere, sunt enim multa principaliora quam lex de obseruatione sabbati, per quorum obseruationem lex nõ soluitur, sed impletur, & ideo subdit: *Propterea Moyses dedit vobis circum. non quia ex Moysse est, sed ex patribus, & in sabbato circumciditur hominem.* Aug. quasi dicat. Bene factum est, vt acciperetis circumcisionem à Moysse, non quia ex Moysse est, sed ex patribus. Abraham enim primus accepit circumcisionem à domino. Et in sabbato circumciditis. Conuicit vos Moyses, accepistis in lege vt vacetis 7. die. Si octauus dies illius qui natus est occurrit ad diem septimum sabbati, circumciditis hominem, quæ circumcisio pertinet ad aliquod signaculum salutis, & non debent homines sabbato vacare à salute. Alciui. Propter tres enim causas data fuit circumcisio. Primò, vt signum esset magnæ fidei Abrahæ: secundò, vt per eam à cæteris nationibus discernerentur: tertio vt illam in virili membro suscipientes, castitatem mentis & corporis obseruare deberent. Et tantum conferebat tunc circumcisio quantum nunc baptisma, nisi quod ianua nondum aperta erat. Con-*

cludit

cludit ergo ex præmissis: *Si circum. accipit homo, &c.* Chry. quasi dicat. Sabbati soluti in circumcisioe legis est obseruatio, sic & ego hominem curans sabbato legem seruaui. Vos qui non estis legislatores, vltra modum legem defenditis. Sed Moyses iubet legem solui propter mandatum quod non erat ex lege, sed ex patribus. Per hoc autem quod dicit: *totum ho. sa. in sab.* ostendit circumcisionem esse particularem sanationem. Aug. Fortè autem illa circumcisio ipsum dominum significabat. Quid enim est circumcisio, nisi carnis expoliatione? Significauit ergo expoliationem à corde cupiditatum carnalium. Nõ ergo sine causa data est in eo membro per quod procreatur creatura mortalium, quia per vnum hominem peccatum intrauit in mundum. Ideo autem quisque cõ præputio nascitur, quia omnis cum vitio propaginis nascitur: & non mundat Deus siue à vitio cum quo nascimur, siue à vitio quæ malè viuendo addimus, nisi per Christum. Cultellis enim petrinis circumcidebant, & petra nomine Christum figurabant. Ideo autè octauo die: quia post septimum sabbati dominus die dominico resurrexit. Ipsa autem resurrectio nos circumcidit, id est, abstulit desideria carnalia. Intelligite hoc significari opus bonum quod ego feci totum hominem saluum in sabbato, quia & curatus est, vt sanus esset in corpore, & creditus, vt sanus esset in anima. Estis autem prohibiti seruilia opera facere sabbato. Nũquid seruile opus est hominem sanare in sabbato? Manducatis siquidem & bibitis sabbato, quia pertinet ad salutem, per quod ostenditis opera salutis nullo modo esse die sabbati omitenda. Chry. Non autem dixit, Ego maius circumcisione operatus sum: sed solum factum narrans, iudicium eis concessit. vnde subditur: *Nolite iudic. secundum sa. sed iustum iudicium iudicare.* quasi dicat. Non quia Moyses apud vos habet maiorem gloriam quam ego, ex personarum dignitate feratis sententiam, sed à rerum natura: hoc est enim iuste iudicare. Nullus autem inculcauit Moysen de hoc quod iussit sabbatum solui propter mandatum circumcisionis, quod erat aliunde quam ex lege inductum: ergo fide dignior vobis est Moyses, qui iubet solui legem à mandato non legali. August. Hoc autè quod dominus notauit hoc loco, euadere in hoc seculo magni laboris est, non personaliter iudicare admonuit quidem dominus Iudæos, admonuit & nos. quod enim preciosum sonabat de ore domini, & propter nos scriptum est, & nobis seruatum, & propter nos recitatum. sursum est dominus, sed etiam hic est veritas domini. Corpus enim domini in quo surrexit vno loco esse potest, veritas eius vbique diffusa est. Quis ergo est, qui non iudicat personaliter? qui æqualiter diligit. Non enim cum homines diuerso modo pro suis gradibus honoramus, timèdum est ne personam accipiamus: nonnunquam enim est iudicium inter patrem & filium. nõ æquamus filium patri in honore, sed preponimus si bonam causam habet, filium patri in veritate: & sic tribuimus honorem debitum, vt non perdat æquitas meritum. Dicebant ergo quidam ex Hierosolymis: *Nõne hic est quem Iudæi, &c.* Aug. Supra dictum est, quod dominus ideo velut occultè ascendit ad diem festum, non quia timebat ne teneretur, cui potestas erat vt non teneretur: sed vt significaret etiam in ipso die festo, qui celebrabatur à Iudæis, se occultè

tari, & suum esse mysterium. Nunc autem apparet potestas, quæ putabatur timiditas. Loquebatur enim palam in die festo, ita vt mirarentur turbæ. vnde dicitur: *Dicebant ergo qui. ex Hierosol. &c.* Nouerant enim qua scititia quærebat: mirabantur qua potestiam non tenebatur. Chryso. Addit autem euangelista, *Ex Hiero.* quoniam qui magis potiti erant signis, hi omnes erant miserabiliores: qui deitatis eius signum videntes maximum, omnia iudicio corruptorum principum mittebant. An non magnum signum, insipientes & quaerentes interficere, habere eum in manibus, & repente quiescere? Aug. Igitur non plenè intelligentes Christi potentiam, putauerunt esse principum scientiam quod ei pepercerunt. vnde subdunt: *Nũquid verè cognouerunt principes, quia hic est Christus?* Chryso. Sed ipsi neque principum sequuntur sententiam, sed aliam proferunt corruptam, & propria amentia dignam. vnde subditur: *Sed hunc scimus, &c.* August. Hæc opinio apud Iudæos non inaniter nata est, inuenimus tamen quod scripturæ dixerunt de Christo, quoniam Nazareus vocabitur: ergo prædixerunt vnde sit. Iudæi etiam dixerunt Herodi quæretis, quod Christus in Bethlehem Iudæa nasceretur, & testimonium etiã propheticum attulerunt. vnde ergo nata est hæc opinio apud Iudæos, quod Christus cum venerit, nemo sciat vnde sit: nisi quia vtrunque pronuntiauerunt scripturæ: secundum hominem prædixerunt vnde esset, secundum Deum latebat impios & quærebat pios. Hanc igitur opinionem in eis generauerat, quod per Esaiam dictum est, Generationem eius quis enarrabit? Denique dominus ad vtrunq; respondit, & quia nouerant eum vnde esset, & quia non nouerant. vnde sequitur: *Clamabat ergo Iesus docens in templo, & dicens: Et me scitis, & vnde sim scitis:* hoc est dicere, & vnde sim scitis, & vnde sim nescitis. vnde sim scitis, Iesus à Nazareth, cuius etiam parentes nostis. Solus enim in hac causa latebat virginis partus, quo excepto totum nouerant in Iesu, quod ad hominem pertinet. Rectè ergo dixit, *Et me nostis:* & vnde sim scitis. secundum carnem & effigiem hominis quam gerebat: secundum diuinitatem autem à me ipso non veni, sed est verus qui misit me. Chryso. Per quod ea quæ in mente habebant reuelat, ac si diceret: Non sum de numero eorum, qui sine causa venerunt, sed est verax qui misit me: & si verax est, in veritate misit: & qui missus est, congruum est veracem esse. Rursum autem ex propriis sermonibus eos capit. quia enim dicebant, Cum venerit Christus, nullus cognoscit vnde est: ostendit etiam inde se Christum esse, quoniam à patre venit, quem ipsi nesciebant, & ideo subdit: *Quem vos nescitis.* Hilar. 6. de tri. Nunquid autem non omnis homo licet in carne ex Deo natus est, & quomodo negat ab his vel se ipsum, vel vnde ipse sit sciri, nisi id vnde est ad naturæ suæ referrer auctorem? Nam id quod vnde sit ignoratur, naturam ex qua est, dum vnde sit nescitur, ostendit. Ignorari enim vnde sit, non potest, quicquid subsistit ex nihilo: quia hoc ipsum quod non ignoratur, ex nihilo ignoracionem eius vnde sit, non habet. Ob hoc autem quid sit ipse nescitur, dum ignoratur à quo sit: non enim confitetur filium, qui negat natum: nec natum intelligit, qui putabit eum esse ex nihilo. Chryso. Vel ignorantiam hinc dicit, quæ est per opera, sicut Paulus ait: Confiteatur se nosse Deum, factis

factis autem negant. Dupliciter autem eos redarguit. Et primum quidem quæ occultè loquebantur, hæc in medium inducit, clamans ut eos recundari faciat. August. Denique ut ostenderet eis vnde possent scire subiecit, *ego scio eum*. Ergo à me quærite, ut sciatis eum. Patrem enim non cognoscit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. *Et si dixerit: quia nescio eum, ero similis vobis mendax*. Chryl. Quod est impossibile, quia enim verax est qui misit, cõgruum est eum, qui missus est, veracem esse: vbiq; autem cognitionem patris soli sibi attribuit, quia à patre est: vnde sequitur, *Et ego scio eum, quia ab ipso sum*. Hilar. 6. de tri. Quæ autem vtrum id quod ab eo opus est, in eo creationis aut naturam generationis ostendat. Si opus est in eo creationis est, vniuersa quoque, quæ creantur à Deo sunt, & quomodo patrem nõ vniuersa nouerunt, cum filius eum idcirco, quia ab eo est non nesciat? Si verò idcirco ei quia ab eo sit eum nosse sit proprium, quomodo non hoc ei qui ab eo est erit proprium, scilicet, ut verus filius, ex natura Dei? Habes igitur proprietatem cognitionis de proprietate generationis: tamen ne fortè id quod ab eo est, aduentus sui tempus hæretis inuaderet, continud subiecit. Et ipse me misit. Tenuit ordinem euangelici sacramenti, natum se professus & missum. August. Ab ipso inquit, sum, quia filius de patre: quod autem videtis me in carne, ipse me misit: vbi noli intelligere naturæ dissimilitudinẽ, sed generantis auctoritatem. Chryl. Irritauerunt autem Iudæos ea, quæ dicebantur, propter hoc quod dixerat: *quem vos nescitis*, quia simulabant se scire. vnde sequitur, *Quæbant ergo eum apprehendere, &c.* Vide furorem inuisibiliter refrenatum. Euāgelista verò humanius & humiliter loqui volens, ut ex hoc Christus homo putaretur, non dixit, quod eos inuisibiliter detinuit, sed subiecit: *Quia non tunc venerat hora eius*. August. Hoc est, quia nolebat: non enim dominus sub fato natus est, hoc nec de re credendum est: quāto magis de illo, per quem factus es: si tua hora voluntas est illius, hora quæ est, nisi voluntas sua? Non ergo horam dixit: qua cogeter mori, sed qua dignaretur occidi. *De turba autem multi crediderunt in eum, &c.* Aug. Humiles, & pauperes saluos faciebat dominus: vnde dicitur, *De turba autem, &c.* Turba enim quæ suam ægritudinem cito vidit, etiam illius medicinam sine dilatione cognouit.

S. IO. CHRYSOSTOMI

Episcopi Constantin. in superioribus

Euang. Hom. 1.

Ex Hom. 48. in Io. **I**am autem die festo mediante, ascendit Iesus in templum, & docebat. Ob dilationem attentiores reddidit. Nam qui primis eum diebus quærebant repente præsentem, alij bonum, alij malum iudicabant, illi ut aliquid lucrarentur, hi ut comprehenderent. Illud autem verbum, *Seducit turbas*: propter eius doctrinam dicebant, quum eam non intelligerent. Illud autem, *quia bonus*, propter signa. Eorum igitur iram molliens, ita inquit, ut verba sua diligenter audirent, neque amplius indignati, aures obstruerent. Quod diceret, silentio præterit euāgelista. Quod autem tam mirabiliter, ut eos mouerit, & venerationis eorum mutaret sententiam, id tantum dicit. Nam quem turbas seducere dixe-

rant, iam mirabantur quomodo literas sciret, qui non didicerit. Vides eorum plenam malitiã: admirationem? Non enim doctrinam admirabatur, neque capiebant. Sed alia eos mouebat admiratio, vnde id sciret, quum potius hinc cognoscere debuissent, nihil humani in eo esse: sed quum nolent hoc confiteri, sed tantum admirarentur: audi quid Christus dixerit, *Mea doctrina non est mea*. Ad eorum responderet suspicionem, ad patrem id referens, ut eis silentium imponeret. *Qui facit voluntatem eius, is cognoscat de doctrina, vtrum ex Deo sit, an ego à meipso loquar*. Ac si dicat, hanc amonete dubitationem, & iram, & inuidiam, & inane contra modum, & nihil vos impedit, quin cognoscatis Dei verè verba mea esse. Nunc hæc vobis tenebras offundunt, & rectum, verumque iudicium corumpunt: quæ si reuerteris, nõ in hac essetis sententia. Verum non his verbis vsus est, ne vehementius eos irritaret, sed hoc totum significauit, quum inquit; *Qui facit voluntatem eius, cognoscat de doctrina, vtrum ex Deo sit, an ego à meipso loquar*: hoc est an alienum aliquid, & ei cõtrarium, dicam: *A meipso autem, semper ad hoc refertur, quod nihil præter Dei voluntatem loquitur, sed quæ pater vult: Qui autem facit voluntatem eius, cognoscat de doctrina*: hoc est, si quis sit amator virtutis, verborum meorum vim intelliget: si quis voluerit prophetias persecrari, an secundum eas loquar, cognoscere poterit. Et quonam pacto sua est, & non sua? Non enim dixit; *Doctrina ipsa non est mea: sed cum sibi eam tribuisset dicendo; Doctrina mea: addidit, nõ est mea*. Quomodo idem eiusdem potest esse, & non esse? Esse, quia à nullo doctus loquebatur: non esse, quia patris doctrina erat. Quomodo igitur dicit; *Omnia, quæ sunt patris, mea sunt; & quæ mea, patris*? Si quia patris doctrina est, propterea non est tua, falsum illud est. Ideo enim tua esse debuit. At hoc verbum; *Nõ est mea*: maiorem in modum patris, & suã vnam esse doctrinam indicat, quasi dicat, nihil habet diuersum tanquam alterius. Quod si persona alia sum, idem tamen & dico, & facio: vt nõ existimetis aliud à patre, sed idem me dicere, & facere. Inde aliam adducit rationem, cui contradici non potest; humana quadam vtens cõsuetudine. Qui propriam quandam doctrinam instituere vult, nulla alia ratione se velle dicit, quàm vt gloriam sibi comparet. Nam, si ego gloriam meam quæro, quare propriam quandam doctrinam non constituo? *Qui à seipso loquitur*: hoc est, proprium quiddam, & separatim loquitur, idcirco loquitur, ut gloriam ipse aucupetur: sed quia mittentis gloriã quæro, ideo eius doctrinam doceo. Vides causam, cur nihil à semetipso facere dicat? Vt neque gloriam, neque principatum desiderare credatur: propterea quum humiliter loquitur; *Ego patris gloriam quæro* (inquit) vt persuadeat se gloriam nullam quærere. Sunt & aliæ causæ, ne ingenuus, ne Deo contrarius, ne carnem nostram non accepisse putaretur: vt auditorum imbecillitati consulere, vt denique eos modestiam seruare, & minime se iactando extollere doceret. Se verò efferendi vna duntaxat causa inueniri potest, naturæ præstantia. Nam, si dicendos se ante Abraham fuisse, scandalizati sunt; quidnam fecissent, si semper magna audissent? *Nõne Moses dedit vobis legem, & tamen nemo ex vobis facit legem? Quid me queritis interficere? Quam habet hoc à superioribus cõsequen-*

tiam? Quid cum his communicat? Duo Iudæi in Iesu reprehendebant: vnum quod sabbatum solueret: alterum, quod patrem Deum diceret, & ei se æqualem faceret, non ipsorum suspitione, sed propria Christi sententia. Quod autem non vt multi solent, sed eximie, & propriè patrem appellaret, inde cõstat. Multi sæpe Deum patrem suum dixerunt, quod ipse vnus creauit nos, quod pater sit omnium nostrum, non tamè propterea æqualis est populus Deo. Quare non fuissent scandalizati? Et quemadmodum eum dicebant ex Deo non esse, & sabbatum transgredi, sæpenumero eorum respondit suspitioni: ita sic illi essent suspicati, ipsi autem id non sentiret, eos falsò id opinari profectò docuisset, dixissetque; *Quid me Deo æqualem arbitrari? Non sum. Sed se omnino æqualem professus est ex sequentibus*. Illa enim particula, *Sicut pater suscitauit mortuos, & viuificauit, sic & filius viuificat*: & illa; *Vt omnes honorificent filium, sicut honorificat Patrem*; & Opera quæ ille facit, hæc & filius similiter facit. Hæc omnia æqualitatem constituunt. Et de lege ait; *Nolite putare quia veni soluere legem, aut prophetas*. Hoc pacto malas è mentibus suspitiones notat euellere. Hic cum patre æqualitatem confirmat. Quare alibi, cum alij dicerent; quia te Deum facis, minime se purgavit, sed id esse asseueravit inquit; *Vt autem sciatis quod potestatem habet filius hominis dimittendi peccata in terra, dicit paralytico; Tolle grabbatum tuum, & ambula*. Illud igitur primum intendit, vt æqualem se Deo faciat: & quod non sit contrarius, sed idem quod ille & dicat, & doceat. Inde circa sabbati transgressionem infat, dicens; *Nõne Moses dedit vobis legem, & nemo ex vobis seruauit legem? Quasi dicat, sancit lex, non occidit: vos occiditis, & me tanquam legis transgressorem accusatis. Quare autem dixit, nemo? Quoniam omnes quærebant eum interimere, ego si solum legem, inquit, hominem tamen liberaui, vos ad malum soluitis: Ego si transgredior, saluti consulo. Neque à vobis, qui in grauibus rebus legem soluitis, me accusari oportuit, vos omnino legem euertitis. Deinde etiam certat, atque quum multa, & diu disputauerit, tunc quidem altius & secundum dignitatem suam, nunc autem humiliter. Quid tandem? Noluit frequentius eor irritare. Nunc ira augebatur, & in eadem procedebat; quare remissus loquitur, & duobus his eos sedat: arguendo audaciam, cur ipsum vellent interficere: & mansuetè loquendo, ostendendo homicidas indignos esse, qui alios iudicent. Tu autem humilem Christi interrogationem, & asperum eorum responsum animaduerte. *Demonium habes, quis te querit interficere?* Verbum iræ, & furoris, & impudetiæ plenum, quum præter opinionem reprehenderentur, & ipsum se perterrere existimarent. Vt enim latrones in insidiis, ne insidiari videntur, concinunt, vt incustoditum aggrediantur: ita & hoc in loco Iudæi. Ipse autem, ommissa reprehensione, ne impudentiores eos faceret, iterum de sabbato se excusat, à lege eos arguens. Et intueret prudentiam. Nõ mirum, inquit, si mihi non auditis, cum ne legi quidem, quam à Mose latam arbitrari, audiat. Quid ergo nouum, verbis meis non acquiescitis? Cum enim dixissent; *Mosi locutus est Deus, hunc autem nescimus, vnde sit*: ostendit quod illi etiam contumeliam inferunt: etenim legem ille dedit,*

& non audistis. *Vnum opus feci, & omnes miramini*, propterea vbi me excusari oporteret, etiam vitio datus: Quod enim pater fecerit, non meminit, sed suam inducit personam. *Vnum opus feci*, quo innuit, si non fecisset, se legem soluisse, & multa esse magis propria quàm lex, & contra legem Mosen mandatum magis proprium accepisse. Si quidem circuncisio quam sabbatum, magis propria est: quãuis non legis sit, sed patrum. Ego autem magis proprium feci, & melius quàm sit circuncisio. In de legalis mandati non meminit, videlicet quod sacerdotes sabbatum coinquinarent, vt iam dixit, sed ex maiori abundantia locutus est. *Miramini autem, hoc est perturbamini*. Nam, si legem firmam esse oporteat, non sanè circuncisio magis propria fuisset, neque se circuncisione maius quiddam fecisse dixit, sed significauit his verbis; *Si circuncisionem accipit homo in sabbato*. Vides quo pacto tunc maximè stat lex, quum soluitur? & sabbati solutio, legis seruatio est, vt, nisi sabbatum soluitur, necessarium sit legem solui, quam ego constitui. Et non dixit, mihi irascimini, quod circuncisione maius quiddam feci: sed rem tantum ostendit, illisque iudicium reliquit, an magis necessaria sit totius hominis sanitas, quàm circuncisio: vt si gnium accipiat homo, nihil ad sanitatem conferens, soluitur lex; vt à tanto morbo liberatus sit, indignamini? *Nolite iudicare secundum faciem*. Hoc est, non propterea quod Moses apud vos maioris est authoritatis, feratis sententiam, sed à rerum natura: hoc est enim iudicium. Quare nemo accusauit Mosen: quare nemo credit inubenti, sabbatum addito extrinsecus legi mandato solueretur? Verum ille mandatum non sub lege, sed extrinsecus inductum propria lege firmius ducit, quod permixtum est: vos autem, qui non legislatores estis, præter modum legem defenditis: sed maioris quàm vos authoritatis est Moses, qui solui legem per mandatum non legitimum iubet. Illa autem particula; *Totum hominem*: particularem sanitatem circuncisionem afferre ostendit. Et quænam circuncisionis sanitas? Anima, inquit, hominis sine circuncisione peribit. Ego autem non ex parte, sed totum corruptum sanitati restitui. Nolite igitur secundum faciem iudicare. Hoc autem non illius seculi hominibus tantum dictum est, sed & nobis, vt nullo pacto iustitiam oppugnemus, sed totis viribus eam defendere contendamus. Nullus sit nobis respectus, an pauper quis sit, an dives. Rem ipsam inuestigemus. Non misereberis, inquit, pauperis in iudicio: hoc est noli flecti, noli moueri, inquit, si pauperem iniustum iudicaturus es, cui si non est ignoscendum, longè minus diuiti. Hæc ergo non ad iudices tantum, sed ad omnes homines orationem habeo, ne quis iustitiam transgrediat, sed integram seruet. Diligit enim iustitiam dominus. Qui autem diligit iniustitiã, odit animam suam. Nolimus, quæso, odio habere animas nostras, nolimus diligere iniustitiam, cui quātulum lucri est parum, imò nihil: nam paulò post malè peribimus, vel potius in hac vita minime iniustitia nostra fruimur. Nonne si malè nobis conscij sumus, omnes delitiæ pœna sunt, & supplicium? Amplectamur ergo iustitiam, cuius legem nullo pacto transgrediamur. Quem enim ex præfenti vita fructum reportabimus, nisi hunc virtute præditi mi-grauerimus? quid illic amicitia, quid necessitudines,

nes, quid clarorum virorum gratia nobis prode- rit? Et quid ergo cuiuspiam gratiam memoro? si Noë, si Iob, si Daniel nobis pater esse, nihil conferrent, si propriis meritis vacui reperiremur, sed sola animæ virtute opus est, ipsa nos saluos fa- cere, & sempiterno igni liberare sola poterit, ipsa nos ad cælorum regnum transmittet. Quod vti- nam omnes consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM IN IDEM Homil. 2.

Ex Rom. 49. In Ioan.

Dicebant ergo quidam ex Hierosolymitanis, Nonne hic est, quem querunt, &c. Nihil in diuinis scripturis temere positum est, quippe quæ spiritu sancto prolata sunt. Quamobrem omnia diligenter inuestigemus: etenim ex vna particula, tota possumus inuenire sententiã, quæ nobis in præsentia proponitur; Multi enim ex Hierosolymitanis dicebant, Nonne hic est quem querunt interficere, &c. Cur, ex Hierosolymitanis dixit? Ut ostenderet euangelista, quod qui multa, & magna videbant miracula, hi miserabiliores erant. Qui maximum diuitatis signum acceperant, perditorum principum iudicium sequebantur: nonne maximum fuit insanientium, homicidarum, & insidiantium, & quærentium se interimere, & iam comprehendendum furorem fedare? Quis tantam faciliè extinxisset insaniam? Tamen post tot signa stultitiam eorum, atque insaniam intueri. Nonne hic est, quem querunt interficere? Vide quo pacto seipso accusant; Querunt interficere, & nihil ei dicunt. Ecce palam loquitur. Que loquendi libertas magis eos irritabat, sed nihil faciebant. Nunquid verè cognouerunt principes, quia hic est verè Christus? Vobis autem quid videtur? quam de eo fertis sententiam? Contrariam, inquit, propterea dicebat; sed hunc scimus vnde sit. O malitiam! o pertinaciam! non sequuntur principum sententiam, sed aliam corruptam afferunt propriæ stultitiæ consentaneam. Scimus hunc, inquit, vnde sit. Atqui principes vestri interrogati, dicebant in Bethlehem nasciturum. Et iterum quidam alij; Nos scimus, quod Mose locutus est Deus; hunc autem nescimus vnde sit. Scimus vnde est, & nescimus, inquit: verba profecto ebriosorum: & iterum; Nunquid ex Bethlehem castello? Ecce insanorum sententiã. Scimus & nescimus. A Bethlehem venit Christus. Et enim veniet Christus, nemo nouit. Quid hoc magis contrarium? Id enim tantum sibi persuaserant, ne crederent. Quid ergo adhuc Christus? Et me scitis, & vnde sim scitis, &c. Et alio in loco; Si me sciretis, & patrem meum sciretis. Quomodo ergo dicit, à Iudæis sciri vnde sit: & iterum: neque, se, neque patrem ab eisdem sciri: num contraria loquitur? Absit, sed valde sibi constar, alteram autem dicit sententiam, dicendo; Nescitis quemadmodum cum dicit; Filius Heli, filij Belial nescientes dominum: & iterum, Israel autem me non cognouit. Et Paulus; Confitentur se nosse Deum, factis autè negant. Stat igitur, vt qui sciat, nesciat. Inquit ergo; Si me scitis, scitis quia Dei filius sum. Illa autem particula; Vnde sum, locum non denotat, vt ex sequentibus constat. Et à meipso non veni, sed verus est qui misit me, quem vos nescitis. Ex

Mich. 5.

2. Reg. 2. Esai. 1. Th. 1.

quo notat operum inscitiam, sicut & Paulus inquit, Cõfitentur se nosse Deum, factis autem negant. Neque enim inscitie peccatum erat, sed prauit animi, qui cum scirent, scire nollent. Sed quænam hæc consequentia? Quomodo enim reprehendendo eorum dicta confirmat? Nam, cum illi dicerent; Hunc autem scimus vnde est: addidit; Et me scitis. Quid enim dixerunt illi quod nescirent? Minimè; sed se quoque scire profitebantur, verum ea sententiã quod solum è terra esset, & fabri filius: ipse autem in cælum eos erexit, inquit, scitis vnde sum, hoc est, non ex hoc mundo, vt suspicamini, sed vnde ille, qui misit me. Dicendo autem, A meipso non veni: significat eos scisse à patre missum, licet non confiterentur. Dupliciter ergo eos reprehendit. Et primum quidem, quod secretè loquebantur medium adducit, aperte eos confundens. Deinde etiam mentem eorum aperit: quasi dicat; Non sum vilis, non sum abiectus, sed verus est, qui misit me quem vos nescitis: hoc est, si verus est, in veritate misit. Si verus est, qui misit, verum esse & qui mittitur, non est ambigendum. Præterea & propriis eos conuincit rationibus. Cum enim diceret Christus cum venerit, nemo scit, vnde venit: hinc ostendit, se esse Christum. Et enim illi hanc particulam; Nemo scit: ad distantiam localis cuiusdam definitionis dicebant: Vnde se Christum esse, & à patre venisse profitentur, & semper sibi duntaxat patris cognitionem esse testatur, dicens: Non quod patrem quis vidit, nisi qui est à patre, quibus verbis irritati sunt. Dicendo enim; Nescitis cum, & scitis, scire dissimulatis: nõ immeritò eos tangebatur, & irritabat. Queriebant ergo eum apprehendere, &c. Videtne eos inuisibiliter derentos, & furorem eorum cohibendum? Cur autem non aperte dixit, sed tantum; vnde venit, & hora eius? Humilius loqui voluit, vt homo crederetur. Cum enim frequenter sublimia de se loquatur, hac gratia hæc nonnunquam interserit. Cum autem dicit; Ab ipso sum, non vt propheta, sed vt qui eum viderit, & cum eo fuerit, loquitur. Noui eum, inquit, qui ab ipso sum. Vides quo pacto vndique id dictum confirmat? A meipso non veni: & illud. Qui misit me, verus est. Id contendens, ne Deo alienus putaretur.

Matth. 13.

Ex Tract. 19. in Ioan.

1. Cor. 6.

S. AVGVST. EPISCOPI Hipponensis in idem Euang. Hom.

Quod sequitur de euangelio & hodie lectum est, consequenter & nos videamus, & quod dominus donauerit, hinc dicamus. Hesternò die hucusque lectum erat, quia licet non vidissent dominum Iesum in templo per diem festum, loquebantur tamen de illo: Et alij dicebant, bonus est: alij autem non, sed seducit turbas. Dictum enim hoc est ad eorum solatium, qui postea prædicantes verbum Dei, futuri erant vt seductores, & veraces. Si enim seducere decipere est, nec Christus seductor, nec Apostoli eius, nec quisquam seductor debet esse Christianus: si autem seducere aliunde aliquem ad aliud persuadendo ducere est, quærendum est vnde, & quò: Si à malo ad bonum, bonus seductor est: si à bono ad malum, malus seductor est. In hac ergo parte qua seducitur homines de malo ad bonum, vti nam omnes seductores & vocemur & sumus. Ascendit ergo postea

postea dominus ad diem festum mediante die festo & dicebat, & mirabantur Iudæi dicentes: Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? Ille qui latebat, docebat, & palam loquebatur, & non tenebatur. Illud enim vt lateret erat causa exempli, hoc potestatis. Sed cum doceret, mirabantur Iudæi: omnes quidem quantum arbitror mirabantur, sed non omnes conuertebantur. Et vnde admiratio? Quia multi noverant vbi natus, quemadmodum fuerit educatus: nunquam eum viderant literas discentem. Audiebant autem de lege disputantem, legis testimonia proferentem, quæ nemo posset proferre, nisi legisset, nemo legeret nisi literas didicisset, & edoceat mirabantur. Eorum autem admiratio, magistro facta est insinuandæ altius veritatis occasio. Ex eorum quippe admiratione, & verbis, dixit dominus profundum aliquid, & diligentius inspicere, & discutere dignum. Propter quod intentam facio charitatem vestram, non solum ad audiendum pro vobis, sed etiam ad orandum pro nobis. Quid ergo dominus respondit eis admirantibus quomodo sciret literas, quas non didicerat? Mea, inquit, doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Hæc est profunditas prima: videtur enim paucis verbis quasi contraria locutus. Non enim ait, ista doctrina non est mea: sed, mea doctrina non est mea. Si non tua, quomodo tua? Si tua, quomodo nõ tua? Tu enim dicis vtrique, & mea doctrina, & non mea. Nam, si dixisset, ista doctrina non est mea, nulla esset quæstio. Nunc vero, fratres, primitus intendite quæstionem, & sic ordine expectate solutionem: nam qui non videt quæstionem, quæ proponitur, quomodo intelligit, quod exponitur? Hoc est ergo in quæstione quod ait, mea, non mea. Hoc videtur esse contrarium, quomodo mea, quomodo non mea. Si ergo intueamur diligenter, quod ipse in exordio dicit sanctus Euangelista: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: inde pender huius solutio quæstionis. Quæ est doctrina patris, nisi verbum patris? Ipse ergo Christus doctrina patris, si verbum patris. Sed quia verbum non potest esse nullius, sed alicuius, & suam doctrinam dixit seipsum, & non suam, quia patris est verbum. Quid enim tã tuum quam tu? Et quid tam non tuum quam tu, si alicuius est, quod es? Verbum ergo & Deus est & doctrinæ stabilis verbum est, non sonabilis per syllabas & volatilis, sed manentis cum patre ad quam conuertamur manentem, sonis transeuntibus admoniti. Nõ enim non ita admonet, quod transit, vt ad transitoria nos vocet: ita admonemur, vt diligamus Deum. Torum hoc quod dicit, syllabæ fuerunt, percussum aërem verberauerunt, vt ad sensum vestrarum aurium peruenirent sonando transferunt, non tamen illud, quod vos admonuit transire debet, quia ille, quem vos diligere admonui, non transit. Et cum transeuntibus syllabis admoniti, conuersi ad eum fueritis, nec vos transibitis, sed cum manente manebitis. Hoc est magnum in doctrina, altum, & æternum quod manet, quod vocat omnia, quæ temporaliter transeunt, quando bene significant, nec mendaciter proferuntur: Omnia quippe signa, quæ proferimus sonis, aliquid significant, quod nõ est sonus: Non enim duæ breues syllabæ, Deus est, & duas breues syllabas colimus, & duas breues syllabas adoramus, & ad duas breues syllabas peruenire desideramus, quæ pene antè desinunt sonare,

quam coeperunt, nec in eis secundæ locus est, nisi prima transierit. Manet ergo aliquid magni, quod dicitur Deus, quamuis non maneat sonus cum dicitur Deus. Sic intendite doctrinam Christi, & peruenietis ad verbum Dei: cum autem peruenieritis ad verbum Dei, intendite: Deus erat verbum, & videbitis verum dictum esse, mea doctrina. Intendite etiam cuius est verbum, & videbitis recte dictum esse, non est mea. Breuiter ergo dico charitati vestræ: hoc videtur mihi dixisse dominus Iesus Christus; Mea doctrina non est mea: ac si diceret; Ego nõ sum, à meipso. Quamuis enim filium patri dicamus, & credamus æqualem, nec ullam in eis esse naturæ, vel substantiæ distantiã, nec inter generantem, atque generatum aliquod interfuisse temporis intervallum, tamen hoc seruato, & custodito, ista dicimus, quod ille pater est, ille filius. Pater autem non est, si non habeat filium, & filius non est, si non habeat patrem: sed tamen filius Deus de patre, pater autem Deus, sed non de filio. Pater filij, non Deus de filio, ille autem filius patris, & Deus de patre. Dominus enim Christus dicitur lumen ex lumine. Lumen ergo quod non ex lumine, & lumen æquale quod ex lumine simul vnum lumen, non duo lumina. Si intellexerimus, Deo gratias: si quis autem parum intellexit, fecit homo quousque potuit, cætera videat, vnde speret. Forinsecus vt operarij possumus plantare, & rigare, sed Dei est incrementum dare. Mea, inquit, doctrina non est mea, sed eius, qui misit me. Audiatur consilium, qui dicit, nondum intellexi, quippe res, profunda cum fuisset dicta, vidit vtrique ipse dominus Christus hoc tam profundum non omnes intellectuuros, & in consequenti dedit consilium. Intelligere vis, crede: Deus enim per Prophetam dixit; Nisi credideritis, non intelligetis. Ad hoc pertinet quod etiam hic dominus secutus adiunxit; Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscat de doctrina, vtrum ex Deo sit, an ego à meipso loquar. Quid est hoc: Si quis voluerit voluntatem eius facere: Sed ego dixeram, si quis crediderit, & hoc consilium dederam, si nõ intellexisti, inquam crede. Intellectus enim merces est fidei. Ergo noli quærere intelligere, vt credas, sed crede vt intelligas: quoniam nisi credideritis, non intelligetis. Cum ergo ad possibilitatem intelligendi consilium dederim obedientiam credendi, & dixerim dominum Iesum Christum hoc ipsum adiunxisse in consequenti sententiã inuenimus eum dixisse; Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscat de doctrina eius. Quid est, cognoscat? Hoc est intelligere. Quid est autem, si quis voluerit voluntatem eius facere? Hoc est credere. Sed quia cognoscat, hoc est intelliget, omnes intelligunt. Quia vero quod ait: Si quis voluerit voluntatem eius facere, hoc pertinet ad credere, vt diligentius intelligatur, opus est nobis ipso domino nostro expositore, vt indicet nobis vtrū reuera ad credere pertineat facere voluntatè patris eius. Quis nesciat hoc esse facere voluntatè Dei, operari opus eius: id est, quod illi placet? Ipse autè dominus aperte alio loco dicit; Hoc est opus Dei, vt credatis in eum, quæ ille misit. Vt credatis in eum, non vt credatis ei. Sed si creditis in eum, creditis ei. Non autem continuo qui credit ei, credit in eum: nam & demones credebant ei, & non credebant in eum. Rursus etiam de Apostolis ipsius possumus dicere, Credimus Paulo, sed non credimus in Paulum: credimus Petro, sed nõ credimus in Petrum. Bibl. Hom. tom. 2. K k dimus

Ergo filius habet etiã deitatem à patre contra Caluistum.

Esai. 7.

Rom. 4. 3. sen. dist. 23. cap. Aliud est.

Galat. 5.

3. Thess. 2.

Joan. 5.

Joan. 1.

Joan. 14.

Joan. 10.

Philipp. 2.

dimus in Petrum. Credenti autem in eum qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iustitiam. Quid est ergo credere in eum? Credendo amare, credendo diligere, credendo in eum ire, & eius membris incorporari. Ipsa est ergo fides, quam de nobis exigit Deus: & non invenit, quod exigat, nisi donaverit quod inveniat. Quæ fides nisi quam definiuit alio loco Apostolus plenissime dicens; Neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides, quæ per dilectionem operatur, non qualiscunque fides, sed fides, quæ per dilectionem operatur. Hac in te sit, & intelliges de doctrina Dei. Quid enim intelliges? Quia doctrina ista non est mea, sed eius, qui me misit: id est, intelliges quia Christus Dei filius qui est doctrina patris, non est ex seipso sed filius est patris. Sabellianam hæresim sententia ista dissolvit. Sabelliani enim dicere ausi sunt ipsum, qui est & pater, duo esse nomina, sed vnam rem. Si duo essent nomina, & res vna, non diceretur, mea doctrina non est mea. Vtique si tua doctrina non est tua; o domine, cuius est, nisi alius sit cuius sit? Quod dixisti, Sabelliani non intelligunt, non enim trinitatem viderunt, sed sui cordis errorem secuti sunt: nos cultores trinitatis, & vnitatis, patris, & filij, & spiritus sancti, & vnus Dei, intelligamus de doctrina Christi, quomodo non est eius, & ideo dixit se non à seipso loqui: quoniam Christus patris est filius, & pater Christi, est pater & filius de Deo patre Deus est pater autem Deus, non de filio Deo Deus est. Qui à seipso loquitur, gloriam propriam querit. Hoc erit ille, qui vocatur antichristus, extollens se, sicut Apostolus ait supra omne quod dicitur Deus, & quod colitur. Ipsum quippe annuncians dominus gloriam suam quaesitum, non gloriam patris, ait ad Iudæos; Ego veni in nomine patris mei, & non suscepistis me; alius veniet in nomine suo & hunc suscipietis. Significavit eos antichristum suscepturos, qui gloriam nominis sui quaesiturus est: in flatus, non solidus, & ideo non stabilis, sed vtiq; ruinosus. Dominus autem noster Iesus Christus, magnum exemplū nobis præbuit humilitatis: nempe æqualis est patri, nempe in principio erat verbum, & verbum erat apud Deū, & Deus erat verbum: nempe ipse dixit, & verissime dixit: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovistis me? Philippe, qui videt me, videt & patrem: nempe ipse dixit & verissime dixit: Ego & pater vnum sumus. Si ergo ille cū patre vnum æqualis patri, Deus de Deo Deus apud Deum, coæternus, immortalis pariter incommutabilis, pariter sine tempore, pariter creator & dispositor temporum: tamen quia venit in tempore, & formam serui accepit & habitus est inuentus ut homo, quarit gloriam patris, non suam. Quid tu homo facere debes, qui quando aliquid boni facis, gloriam tuam quaris; quando autem aliquid mali facis, Deo calumniam meditaris? Intende tibi, creatura es, agnosce creatorem: servus es, ne contempnas dominum: adoptatus es, sed non metritis tuis. Quære eius gloriam à quo habes hanc gratiam. Homo assumptus cuius gloriam quaerit? Eius cuius est vnicus natus. Qui autem quarit gloriam eius, qui misit illum, hic verax est, & iniustitia in illo non est. In antichristo autem iniustitia est, & verax non est, quia gloriam suam quaesiturus est, non eius à

quo missus est: non enim est missus, sed venire permittus. Omnes ergo pertinentes ad corpus Christi, ne inducamur in laqueos antichristi, non quaeramus gloriam nostram: sed si ille quaesit gloriam eius qui eum misit, quanto magis nos eius qui nos fecit?

EIVSDEM DE EODEM

Homil. 2.

Evangelij sancti lectionem, de qua pridem charitati vestra locuti sumus, ista, quæ modo lecta est, hodierna consequitur. Dominum loquentem audiebant, & discipuli & Iudæi: veritatem loquentem audiebant, & veraces, & mendaces: charitatem loquentem audiebant, & amici, & inimici: bonum loquentem audiebant, & boni, & mali. Illi audiebant, sed ille discernebat, & quibus sermo prodesset, & profuturus esset, videbat, & prævidebat. In illis enim qui tunc erant videbat, in nobis qui futuri eramus prævidebat. Nos itaque sic audiamus. Euangelium, quasi presentem dominum, nec dicamus: O illi felices, qui eū videre potuerunt: quia multi in eis qui viderunt, & occiderunt: multi autem in nobis, qui non viderunt, & crediderunt. Quod enim preciosum sonabat de ore domini, & propter nos scriptum est, & nobis servatum est; & propter nos recitatur, & propter posteros recitabitur, & donec seculum finiatur. Sursum est dominus, sed etiā hic est veritas dominus. Corpus enim domini, in quo resurrexit, vno loco esse potest: veritas eius ubique diffusa est. Dominū ergo audiamus, & quod ipse donaverit de verbis eius, & nos dicamus: *Nōne Moyses, inquit, dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem? Quid me queritis interficere?* Ideo enim queritis interficere, quia nemo ex vobis facit legem: nam si legem faceretis, in ipsis literis Christum cognosceritis, & presentem non occideretis. Respondit enim turba. Respondit quasi turba pertinentia ad ordinem, sed ad perturbationem. Denique turba turbata, videte quid responderit? *Demonium habes, quis te querit occidere?* Quasi non peius fuit dicere, *demonium habes*, quam eum occidere. Ei quippe dictum est, quod dæmonium haberet, qui demones expellebat. Quid posset aliud dicere turba turbulenta? Quid posset aliud olere cœnum commotum? Turba turbata est: Vnde? A veritate. Turbam lippitudinis turbavit claritas lucis. Oculi enim non habentes sanitatem non possunt ferre luminis claritatē. Dominus autem non planē turbatus, sed in sua veritate tranquillus non reddidit malū pro malo, nec maledictum pro maledicto: Quibus si diceret, *demonium habetis vos*, verum vtiq; diceret. Non enim talia illi veritati dicerent, nisi eos falsitas diaboli irritaret. Quid ergo respondit, audiamus tranquille, & tranquillum bibamus: *Vnum opus feci, & omnes miramini.* Tanquam dicens; Quid si omnia opera mea videritis? Ipsius enim opera erant quæ in mundo videbant, & ipsum qui fecit omnia, non videbant. Fecit vnam rem, & turbati sunt, quia saluum fecit hominem sabbato. Quasi vero si quisquam ægrotum sabbato sanaret alius illum sanum fecisset quam ille, qui eos scandalizavit, quia vnum hominem saluum fecit sabbato. Quis enim alius alios saluos fecit quam ipsa salus, qui illam

Tract. 30. 4. Ioan.

1. Petri 3.

Psal. 35.

Genes. 17.

Exod. 20.

1. Cor. 16. Rom. 16.

illam salutem, quam dedit huic homini, dat & iumentis? Salus enim corporalis erat. Salus carnis & reparatur, & moritur, & cum reparatur, mors differitur, non auferitur. Tamen, fratres, etiam ipsa salus à domino est, per quemlibet detur, quocūque curante, & ministrante impertiarur, ab illo datur; à quo est omnis salus cui dicitur in Psalmo: *Homines, & iumenta saluos facies, domine: sicut multiplicasti misericordiam tuā, Deus.* Quia enim Deus est, multiplicat misericordiam suam, peruenit etiam ad salutem carnis humanæ, peruenit etiā ad salutem mutorum animalium. Sed qui dat salutem carnis hominibus iumentisque communem, nunquid nulla salus est, quam seruat hominibus? Est certe alia, quæ non solum non cōmunis est hominibus, & iumentis, sed nec ipsis hominibus communis est bonis, & malis. Denique cum ibi de ista salute dixisset, quam communiter accipiunt pecora, & homines propter illam salutem, quam sperare debent homines, sed boni homines: *secutus adiūxit; Filij autem hominum, sub tegmine alarum tuarum sperabunt: Inebriabuntur ab uberate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Hæc est salus, quæ ad bonos pertinet, quos appellavit filios hominum, cum supra dixisset; *Homines, & iumenta saluos facies, domine.* Quid enim? Illi homines non erant filij hominum, ut cum dixisset homines, sequeretur, & diceret: *Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt? Quasi aliud erant homines, & aliud filij hominum.* Non tamen arbitror sine aliqua significatione distinctionis hoc dixisse spiritum sanctum. Homines ad primum Adam, filij hominum ad primum hominem: filij autem hominum pertinent ad filium hominis. *Vnum opus feci, & omnes miramini, & continuo subiungit: Propterea Moyses dedit vobis circumcissionem.* Bene factum est ut acciperetis circumcissionem à Moysē. *Non quia ex Moysē est, sed ex patribus.* Abraham quippe primus accepit circumcissionem à domino. *Et in sabbato circumcidistis.* Cōvincit vos Moyses: in lege accepistis ut circumcidatis octavo die: accepistis in lege ut vacetis septimo die: si octavus dies illius, qui natus est, occurrerit ad diem septimum, quid facietis? Vacabitis, ut seruetis sabbatum, an circumcidetis, ut impleatis sacramētum diei octavi? Sed noui, inquit, quid facitis, circumcidetis hominem. Quare? Quia circumcisio pertinet ad aliquod signaculum salutis, & non debent homines sabbato vacare à salute: ergo nec mihi irascimini, qui saluum feci totum hominē sabbato. *Si circumcissionem, inquit, accipit homo in sabbato, ut nō soluat lex Moysi.* Aliquid enim per Moysē in illa constitutione circumcissionis salubriter institutum est, mihi operati salutē in sabbato quare indignamini? Forte enim illa circumcisio ipsum dominū significabat, cui isti curanti, & sanati indignabatur. Iussa est enim adhiberi octavie circumcisio. Et quid est circumcisio nisi carnis expoliatio? Significat ergo ista circumcisio expoliationem à corde cupiditatum carnalium: non ergo sine causa data est, & in eo membro iussa fieri, quoniam per illud membrum procreatur creatura mortalium, & per vnum hominē mors, sicut per vnum hominem resurrexio mortuorum, & per vnum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors. Ideo quisque cum

præputio nascitur, quia omnis homo cum vitio propaginis nascitur, & non mundat Deus siue à vitio, cum quo nascimur, siue à vitis, quæ male viuendo addimus, nisi per cultellum petrinum, id est dominum Iesum Christum. Petra enim erat Christus. Cultellis enim petrinis circumcidebāt, & petra nomine Christum figurabant, & præsentem non agnoscebant, sed insuper eum occidere cupiebāt. Quare autem octavo die, nisi quia post septimum sabbati dominus die dominico resurrexit? Ergo resurrexio Christi, quæ facta est tertio quidem die passionis, sed octavo die in diebus hebdomadis, ipsa nos circumcidit. Audi circumcisos vera petra, Apostolo admonente, *Quæ sursum sunt quærite, non quæ super terram.* Circuncisis loquitur, Resurrexit Christus, abstulit vobis desideria carnalia, abstulit concupiscentias malas, abstulit superfluum, cum quo nati eratis, & multo peius quod male viuendo addideratis. Circuncisi per petram, quare adhuc sapitis terram? Et ad extremum quia legem dedit Moyses, & circumcidetis hominem sabbato, intelligite hoc significari opus bonum, quod ego feci totum hominem saluum sabbato, quia & curatus est ut sanus esset in corpore, & credit ut sanus esset in anima. *Nolite iudicare personaliter, sed rectum iudicium iudicate.* Quid est hoc? Modo quia per legem Moysi circumcidetis sabbato, non irascimini Moysi, & quia ego die sabbati saluum feci hominem, irascimini mihi. Personaliter iudicatis, veritatem attendite: Ego non me præfero Moysi, ait dominus, qui erat & ipse Moysi dominus. Sic attendite quomodo homines nos duos tanquā ambos homines: iudicare inter nos, sed verum iudicium iudicare: nolite me honorato, illum damnare; sed illo intellecto, me honorate. Hoc enim eis alio loco dixit, Si crederetis Moysi, crederetis vtiq; & mihi, de me enim ille scripsit. Sed hoc loco noluit hoc dicere, tanquam se, & Moysē ante illos constitutis. Propter legem Moysi circumcidetis, quando etiam sabbatum occurrerit, & ego sanitatum faciendarum beneficentiam non vultis ut exhibeam per sabbatum? Quia dominus circumcissionis, & dominus sabbati, salutis est author. Et seruilia opera prohiberi cœtis facere sabbato, si verè intelligatis seruilia opera non peccatis. Qui enim facit peccatum, seruus est peccati. Nunquid seruile opus est, hominem sanare sabbato? Manducatis, & bibitis, ut aliquid dicam ex admonitione domini nostri Iesu Christi, & ex verbis eius. Vtique quare manducatis, & bibitis in sabbato, nisi quia pertinet ad salutē quod facitis? Per hoc ostenditis, opera salutis non esse vlllo modo die sabbati omittēda. Ergo nolite personaliter iudicare, sed rectum iudicium iudicate: attendite me quomodo hominem, attendite Moysē quomodo hominem: si secundum veritatem iudicetis, neque Moysē neq; me condēnabitis: & veritate cognita me cognoscetis, quia ego sum veritas. Hoc vitium, fratres, quod dominus notauit hoc loco, euadere in hoc seculo magni laboris est, non personaliter iudicare, sed rectum iudicium retinere. Admonuit quidem dominus Iudæos, sed monuit & nos: illos conuicit, & nos instruxit: illos redarguit: nos exacuit, non putemus hoc nobis non ideo dictum, quia tunc ibi non fuimus: scriptum est, legitur, cum recitaretur audiuius, sed tanquam Iudæis dictum audiuius, non nos

1. Cor. 10.

Colos. 3.

2. Cor. 5.

Joan. 8.

Joan. 14.

ponamus post nos, & quasi intueamur iniquos reprehensos, & ipsi nos faciamus quod in nobis veritas ipsa reprehendat. Iudæi quidem personali- ter iudicabatur; sed ideo non pertinent ad nouum testamentum, ideo non habent in Christo regnum cælorum, ideo non iunguntur sanctorum societati angelorū: terrena quærebant à domino. Terra enim promissionis, victoria ab inimicis fecunditas pariendi, multiplicatio filiorum, abundantia fructuum, quæ illis omnia à Deo quidem vero, & bono, tamen vt carnalibus promissa sunt: omnia hæc fecerat illis vetus testamentum. Quid est vetus testamentum? Quasi hæreditas pertinet ad hominem veterem. Nos innouati sumus, homo nouus facti sumus, quia & ille homo nouus venit. Quid tam nouū quàm nasci de virgine? Quia ergo non erat quod in illo in nouaret præceptum, quia nullum habebat peccatum, nouus partus est datus. In illo partus nouus in nobis homo nouus. Quid est homo nouus? A vetustate innouatus. Ad quam rem innouatus? Ad desideranda cælestia, ad concupiscenda sempiterna, ad patriam quæ sursum est, quæ hostem non timet desiderandam: vbi non perdimus amicum, non timemus inimicum: vbi viuemus cum bono affectu, sine defectu: vbi nemo nascitur, quia nemo moritur: vbi nemo iam proficit, & nemo deficit: vbi non esurit, & non sititur, sed satietas est immortalitas, & cibus veritas. Hæc habentes promissa, & ad nouum testamentum pertinentes, & nouæ hæreditatis facti hæredes, & ipsius domini cohæredes aliam spem valde habemus, nõ personaliter iudicemus, sed rectum iudicium teneamus. Qui est, qui non iudicat personaliter? Qui diligit æqualiter: Dilectio æqualis facit non acceptari personas: nõ homines diuerso modo pro suis gradibus honoramus, tunc nõ timendū est ne personas accipiamus. Sed quando inter duos iudicamus, & ali- quando inter necessarios, fit nonnunquam iudicium inter patrem, & filium: queritur pater de malo filio, aut queritur filius de duro patre, seruamus honorificentiam, quæ debetur patri à filio, quæ deficit à filio. Non æquamus filium patri in honore, sed preponimus, si bonam causam habet, filium æquamus patri in veritate, & sic tribuimus honorem debitum, vt non perdat æqualitas meritum: ita verbis domini proficimus, & vt proficiamus, gratia illius adiuvamur.

EIVSDEM DE EODEM
Homilia 3.

Ex Tract. 31. in Ioan.

Meminit charitas vestra pristinis sermonibus, & lectum esse in Euangelio, & à nobis, vt potuimus, disputatum, quod dominus Iesus ideo voluit occulte ascendere ad diem festum, non quia timebat, ne teneretur cuius potestas erat, ne teneretur: sed vt significaret etiam in ipso die festo, qui celebrabatur à Iudæis, se occultari, & suū esse mysterium. Hodierna ergo lectione apparuit potestas, quæ putabatur timiditas: loquebatur enim palam in die festo, ita vt mirarentur turbæ, & dicerent, quod audiuimus, cum lectio legere- rit: *Nõne hic est, quem quærebant interficere, & ecce palam loquitur, & nihil illi dicunt, nunquid vere cognouerunt principes, quia hic est Christus? Qui nouerant, quia scruitia quærebatur, mirabantur, quæ poten-*

tia non tenebatur: deinde non plene intelligen- tes illius potentiam, putauerunt principum esse scientiam, quod ipsi cognouerant eundem esse Christum, ideo pepercerunt ei, quem tantopere occidendum quæserunt: deinde illi ipsi apud se ipsos, qui dixerant; *Nunquid cognouerunt principes, quia hic est Christus, fecerunt quæstionem quæ eis videretur, quod non ipse esset Christus: adiun- gentes enim dixerunt; Sed istum nouimus vnde sit, Christus autem cum venerit, nemo scit vnde sit.* Hæc opinio apud Iudæos vnde nata fuerit, quod Chri- stus, cum venerit, nemo scit vnde sit? Non enim inaniter opinio nata est. Si consideremus scriptu- ras, inuenimus, fratres, quomodo sanctæ scriptu- ræ dixerint de Christo, quoniam Nazareus vo- cabitur: ergo prædixerunt vnde sit. Rursus, si lo- cum natiuitatis eius queramus, tanquam inde sit vbi natus est, nec hoc latebat Iudæos propter scri- pturas, quæ ista quærent adorare, venerunt ad He- rodem, & dixerunt quid quærent, & quid vel- lent. Ille autem cõuocatis eis, qui legem sciebant, quæsiuit ab eis, vbi Christus nasceretur. Illi dixe- runt; In Bethleem Iudæ, & testimonium etiam propheticum protulerunt. Si ergo Prophetæ præ- dixerant & locum vnde erat origo carnis eius, lo- cum vbi eum peperit mater eius, vnde nata est ista opinio apud Iudæos quam vnde audiuius, *Christus cum venerit, nemo scit vnde sit, nisi quia vtrū- que prædicauerant, & prænuiciauerant scriptu- ræ.* Secundum hominem prædixerunt scripturæ vnde esset, secundum Deum latebat impios, & quærebat pios: ad hoc enim & isti dixerunt, *Chri- stus cum venerit, nemo scit vnde sit:* quia hanc illis opi- nionem generauerat, quod per Esaiã dictum est; Generationem autem eius quis enarrabit? Deni- que & ipse dominus ad vtrunque respondit, & quia nouerant eum vnde esset, & quia non noue- rant, vt attestaretur prophetiæ sanctæ, quæ de illo ante prædicta est, & secundum humanitatem in- firmitatis, & secundum diuinitatem maiestatis. Audite ergo verbū domini, fratres, videte quem- admodum confirmauit eis, quod dixerūt, *Christus cum venerit, nemo scit, vnde sit. Clamabat ergo docens in templo Iesus, Et me scitis, & vnde sim scitis, & à me ipso non veni, sed est verus qui me misit, quem vos nescitis.* Hoc est dicere, & me scitis, & me nescitis: hoc est dice- re, & vnde sim scitis, & vnde sim nescitis. *Vnde sim scitis, Iesus à Nazareth, cuius etiam parentes no- stis: solus enim in hac causa latebat virginis par- tus, cui tamen testis erat maritus, ipse enim hoc poterat fideliter indicare, qui posset maritaliter & cælare.* Hoc ergo excepto virginis partu, totum nouerant in Iesu, quod ad hominem pertinet. Facies ipsius nota erat, patria ipsius nota erat, genus ipsius notum erat, vbi natus est, sciebatur. Recte ergo dixit, *& me nostis, & vnde sim scitis, secundum carnem, & effigiem hominis, quam gerebat: se- cundum autem diuinitatem, & à me ipso non veni, sed verus est, qui me misit, quem vos non scitis, sed vt eum sciat, credite in eum quæ misit, & scietis:* Deum enim nemo vidit vnquam, nisi vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit: & Patrem nõ cognoscit nisi filius, & cui voluerit filius reuela- re. Denique cum dixisset; *Sed est verus, qui misit me, quem vos non scitis: vt ostenderet eis vnde possent scire quod nesciebant, subiicit, Ego scio eum.* Ergo à me quærite vt sciat, eum. Quare autem scio eum?

Math. 1.

Math. 5.

Esai. 55.

Ioan. 1.

Math. 11.

Circa Calu- nam, qui in filio, & Spi- ritu sancto excoꝑiamur, vñ. dicitur.

eum? *Quia ab ipso sum, & ipse me misit.* Magnifice vtrunque monstrauit, *Ab ipso, inquit, sum, quia fili- us de patre, & quicquid est filius, de illo est, cui- us est filius.* Ideo dominū Iesum dicimus Deum de Deo, patrem non dicimus Deum de Deo, sed tantum Deum: & dicimus dominum Iesum lu- men de lumine, patrem non dicimus lumen de lumine, sed tantum lumen: ad hoc ergo pertinet, quod dixit; *Ab ipso sum.* Quod autem videritis me in carne, ipse me misit. Vbi audis, *ipse me misit,* noli intelligere naturæ dissimilitudinem, sed generan- tis auctoritatem. *Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo misit in illum manus, quia nondum venit hora eius.* hoc est, quia nolebat. Qui est enim, *nondum venit hora eius?* Non enim dominus sub fato natus est, hoc nec de te credendum est, quanto minus de illo per quem factus es? Si tua voluntas est illius, illius hora, quæ est nisi voluntas sua? Non ergo horam dixit, quæ cogere mori, sed qua di- gnaretur occidi: tempus enim expectabat, quo moreretur, quia & tempus expectare voluit, quo nasceretur, de hoc tempore Apostolus loquens, ait; Cum autem venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum. Ideo multi dicunt; Quare non ante venit Christus? Quibus respondendum est, quia nondum venerat plenitudo temporis, mo- derante illo, per quem facta sunt tempora, sciebat enim quando venire deberet. Primo per multam seriem temporum, & annorum prædicendus fuit: non enim aliquid paruum venturum fuit, diu fuerat prædicendus, semper tenendus. Quanto maior iudex veniebat, tanto præconum longior series præcedat. Deniq; vbi venit plenitudo tem- poris, venit & ille, qui nos liberaret à tempore: li- berati enim à tempore, venturi sumus ad æterni- tatem illam vbi non est tempus. Nec dicitur ibi, quando veniet hora: dies est enim sempiternus, qui nec præceditur hesternis, nec excluditur crasti- no. In hoc autem seculo voluuntur dies, & alij transeunt, & alij veniunt, nullus manet, & mo- menta, quibus loquimur, inuicem se expellunt: nec stat prima syllaba vt sonare posset secunda. Ex quo loquimur aliquantum sensiuimus, & sine vlla dubitatione senior sum modo, quàm mane, ita nihil stat, nihil fixum manet in tempore. Ama- re itaque debemus per quem facta sunt tempora, vt liberemur à tempore, & figamur in æternitate, vbi iam nulla est mutabilitas temporum. Magna igitur misericordia domini nostri Iesu Christi, fa- ctum esse eum propter nos in tempore, per quem facta sunt tempora, factum esse inter omnia, per quem facta sunt omnia, factum esse quod fecit: factus est enim quod fecerat: factus est homo, qui hominem fecerat, ne periret quod fecerat. Secun- dum hanc dispensationem iam venerat hora na- tiuitatis, & natus erat: sed nondum venerat hora passionis, ideo nondum passus erat. Denique vt noueritis non necessitatem, sed potestatem mori- entis, propter nonnullos hoc loquor, qui cū au- dierint, nondum venit hora eius, & edificantur ad credenda fata eius, & sunt corda eorum fatua. Vt ergo noueritis potestatem morientis, ipsam passio- nem recolite, crucifixum intuemini: dixit in li- gno pendens, Sitio. Illi hoc audito, in arundine per spongiam obrulerunt ei acerum in cruce, ac- cepit & ait. Perfectum est: & inclinato capite tra- didit spiritum. Videtis potestatem morientis, quia hoc expectabat volens, donec omnia comple-

Galat. 4.

Ioan. 29.

rentur, quæ de illo prædicta fuerant ante mor- tem futura: dixerat enim Propheta; Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto: expectabat vt hæc omnia complerentur: postea quædam completa sunt, dixit: Perfectum est: & abscessit potestate, quia non venerat necessita- te: ideo quidam plus mirati sunt istam potesta- tem morientis, quàm potentiam miracula facien- tis. Ventum est enim ad crucem, vt corpora de- ponerentur de ligno, quoniam sabbatum illuce- scebat: & inuenti sunt latrones viuentes: suppli- cium quippe crucis ideo durius erat, quia diutius cruciabat, & omnes crucifixi longa morte neca- bantur. Illi autem ne remanerent in ligno, cruri- bus fractis, coacti sunt mori, vt possent inde de- poni. Dominus autem inuentus est mortuus, & admirati sunt omnes: & qui eum viuum contem- pserunt mortuum sic mirati sunt, vt dicerent qui- dam; Vere filius Dei est hic. Vnde est illud, fratres, vbi ait quærentibus se, Ego sum: & illi retro re- deuntes omnes ceciderunt: erat ergo in illo potes- tas summa. Nec hora cogebatur mori, sed horam expectabat quia opportune fieret voluntas, non qua inuiti impleretur necessitas. *De turba autem multi crediderunt in eum.* Humiles, & pauperes sal- uos faciebat dominus: principes insaniebant, & ideo medicum non solum non agnoscebant, sed etiam occidere cupiebant. Erat quædam turba, quæ suam ægritudinem cito vidit, & illius medi- cinam sine dilatione cognoscebat.

Psal. 68.

Math. 27.

S. CYRIL. ALEXANDR.
Episcopi, superioris Euang. expositio.

Iam solennitate mediante, &c. Sacerdotio digna sal- uatoris doctrina, quare ibi etiam præcipue ad- hibetur, vbi Deus habitare credebatur. Nam, etsi omnia Deus repleat, quia circumscripibilis loco non est, nec secundum naturam suam in loco esse intelligatur, decentius tamen in sacris eum locis habitare dicimus. Nam quod figuris significauerat, id modo in veritatem traducit. Dicit enim ad Mosem; & impones propiciatorium super arcam, & loquar ad te desuper ab altari inter duo Cherubim, quæ sunt in arca testimonij. Dominus igitur noster Iesus Christus mediante iam solenni- tate in dedicata Deo loca ingressus, ibi turbas al- loquitur. Ascendit autem occultius, quem admo- dum in tabernaculum propiciatorij ita clã ascen- debat; vt tunc solum ibi esse videretur, quando loquebatur, & vt ad Mosem illis temporibus so- lū Deus verba faciebat; sic modo Christus vnus adhuc Iudæorum genus instituere studet, non- dum effusa ad omnes gentes liberius gratia. Non autem ingressum ait fuisse in templum, sed ascen- disse. ardua sane res est, atque sublimis, loca in- gredi sancta, & docendi munus recte suscipere: rei autem umbra Christum significabat. Moses enim, qui figura Christi erat, cum sanctificari po- tius homo à locis sanctis soleat, contra ipse taber- naculum vngens oleo sanctificabat, quia non fi- guræ sed veritatis gratia hæc fiebant. quod & in prophetis aspicere licet. Alius enim fornican- ti mulieri vel nolens cohabitare iubeatur; Alius nudus ambulare; Alius super dexterum latus non paruo dierum numero iacere: quæ omnia non Bibl. Hom. tom. K k 3 propter

Deum decen- tius dicimus habitare in sa- cris locis, quàm in prophetis.

Exod. 30.

Osai. 1.

Esai. 20.

Exec. 4.

propter seipsa, sed propter ea, quæ significabantur, fiebat. Ita igitur etiam Moses, quævis à tabernaculo ipse sanctificandus erat: sanctificare tamen illud videbatur, ut Christum intelligas: à quo templum suum sanctificatum est: Conuersatur autem carne cum Iudæis, & in carne illos alloquitur, ut olim in propiciatorio Deus. *Mirabantur Iudæi dicentes, &c.* Non iniuria mirabantur, orationis, & prudentiæ inauditam in eo vim videtes, qui litteras non didicerit. Capax enim sapientiæ mens est humana: & quamuis nihil adhuc cõsecuta sit, naturaliter tamen ad prudentiam, & scientiam aptitudine pollet. Quæ ut quasi manna est in non exercitatis, ita in iis, qui plurimum in discendo laborarunt, multa commodissime parare, ac edere solet. Stupet ergo Iudæi hominem nudum Christum esse putantes, quia & sapientia, & litteris inexercitatus exercitatis lóge præstabat. Stulte igitur etiam modo loquuntur, non videntes ex tam multis signis opificem omnium sapientiam, ut hominem eos alloquentem. Quomodo autem in superioribus, quasi non aliunde quia signis Christum cognoscentes, nec quis, aut vnde esset, scientes, vbi est ille, clamabant: nunc vero ita exacte cognouisse videntur, ut magna voce audeant dicere, cum litteras non dicerit. Sed alterum ab iis, qui eum sola nouerant fama, quasi per contemptum dicebatur: alterum ab iis, qui eum cognouerant, qui & maiora (ut mihi videtur) luent supplicia. Nam, ut ignorantibus parata est deprecatio, sic cognoscentibus acerbior impendet punitio. Propterea vulgo fertur, meliorem esse ignorantiam. In sciendo enim cruciatus maior, quando voluptatis illecebris seducti, veritatem negligimus. Iesus igitur, ut Iudæi dicebant, litteras non didicit. Moses autem vniuersa Ægyptiorum sapientia fuit perdoctus; & tamen quasi nihil penitus sciens, ad meliorem diuinitus cognitionem erudiebatur. Ita humana omnis sapientia imbecilla, & fragilis est ad diuinam comparata, per quam Christi mysteria discimus. Christus igitur est perfectum bonum in omnibus: qui sapientiam, cognitionemque rerum, non per doctrinam, sed per naturam habet insitam, atque innatam. *Quo-*
circà Elaias etiam, dicit de ipso; antequam cognos-
cat puer bonum, aut malum, eliget bonum. Nec
sic erimus amentes, ut rationis, atque prudentiæ
opere, bonum ab illo electum esse putemus. Sed,
quemadmodum, si quis de igne diceret, non suscipi
ab eo frigidum, sed calidum semper retinet; non
voluntatis sed stabilem naturæ inclinationem in-
telligeremus; sic & in Christo. Natura enim in-
sunt in Deo omnia bona, quare non fornicus etiam
sapientia in eo est, imo vero ipse est fons sa-
pientiæ, ipse proprie, atque singulariter sapientia
est: cuius participatione quævis rationalis crea-
tura sapiens dicitur. Respondit eis Iesus, & dixit, Mea
doctrina, &c. Vere illud dictum esse à sapientibus
inuenimus; Spiritus domini repleuit orbem, &
auris auditionis audit cuncta. Ad eos etiam, psal-
mista clamat dicens; intelligite, insipientes in po-
pulo, & stulti, aliquando sapite: qui plantauit au-
rem, non audiet? Quomodo enim fieri potest, ut,
qui omnia fecit, qui sensum audiendi auribus de-
dit, non audiat vniuersa? Ex hoc igitur intellige
natura illum esse Deum: qui quod turbæ clamur-
murabant, non ignorauit, omnia enim videt, au-
ditque ut Deus: etiam si propter metum Iudæo-

rum nihil palam de ipso loquantur. Verum, quoniam stupentes multi cogitabant, aut etiam inuicem clam loquebatur; quomodo hic litteras scit, cum non didicerit? Deo patri, quem omnes nihil didicisse credunt, in quo naturaliter cognitionis thesauros reconditos putant, æqualem se esse ostendit. Et poterat quidem hoc etiam ab operibus suis demonstrare. Quæ enim pater facit, hæc & filius similiter facit. Sed opportune modo cum illi scire litteras ipsum secum admirentur, quas non didicerit; ita hoc inesse sibi demonstrat, quem admodum patri. Quis igitur huius demonstrationis modus? ex eo videlicet, quia eandem cum patre docendi sapientiam habeat, ipse nanque sapientia ex Deo patre est; cui similis in omnibus, non alia, quam ille, potest docere. Nam, aut quia eadem est patris, & filij doctrina, aut quia ipse sapientia patris est, per quam loquitur vniuersa, & sanxit pater: suam esse patris doctrinam asserit. Ad hæc illud etiam ad audientium salutem commode dixit; Nam, quoniam hominem videntes, doctrinam eius mirabilem quidem, sed propter humanam carnem, diuinam non putabant; Deo patri eam attribuit, simul & rem, ut se habet, exponens, & formidine auditores ad suscipienda verba sua impellens, ne Deo patri repugnare videantur. Missum autem se dicens à patre, non minorem se patre ostendit. Non enim feruilius hæc missio est: quamuis merito ita dici possit, quia formam ferui accepit: sed mittitur etiam ut verbum ex mente, ut splendor solis ex sole, ac generaliter fulgor ex re fulgente. Hæc enim omnia, & ea, in quibus sunt, quoniam foras progredi videntur, modo quodam ostendunt, & insunt naturaliter, atque indiuisibiliter in illis. Non qua verbum ex mente, aut quia ex sole splendor emanauit, idcirco mentem verbo, aut solem splendore suo carere vllus vnus putabit. Sed hæc illis, & illa in istis inesse videmus. Nunquam enim mens sine verbo est, nec verbum absque concipiente, formæque mente intelligi potest, quod de aliis quoque proportionaliter dici potest. *Si quis voluerit voluntatem eius, &c.* Quanquam simpliciter propter miracula, veritatis verba suscipere debebant, non posse aliter rem se habere credentes, secundum doctrinam eius; tamen propter incredulitatem eorum firma quadam vtitur ratione: quæ autem ratio sit, iterum dicemus, quoniam propter curatum hominem in sabbato interimere ipsum quærerent; propterea occultius nunc arguit, quod voluntatem eorum potius quam diuinam legem eius sequantur. Tunc enim cognoscentes, inquit, ex Deo patre doctrinam esse meam, quando volueritis voluntatem illius potius quam vestram amplecti. Est autem voluntas Dei, qui legem sanxit, non interimere hominem. Tunc, inquit, nullo præoccupati odio, facile cognoscere poteritis, vtrum ex Deo doctrina mea sit, an ego à me ipso loquar, ita vtiliter arguit, & iure accusat: quia immerito doctrinam eius reprehendant, quam pater comprobauit: vel, quod verius est, quam vna cum filio exponit, atque interpretatur. *A me ipso autem, id est, separatum, atque diuisum. Patris enim sunt, quæ filius loquitur. Nam pater ut per verbum, & sapientiam suam, ita per filium loquitur, nec imaginari possimus aliter ipsum loqui, quæ velit. Quia seipso loquitur, gloriam propriam quærit.* Augmentum hoc asserit, quod sibi gloriam docendo non quærit: quia non

non cõtraria, neque aliena à lege, doctrina vtitur. Hoc enim est à seipso loqui: sequi enim scripturam (sola inutili vmbra remota) spiritualiter eis persuadet: hoc & apud Matthæum dicit; Non veni soluere legem, sed adimplere; hoc etiam hic occultius tetigit: solam enim transformationem spiritalem euangelica continet doctrina. Nam, si mosaicas figuras ad decentius transformabis, facile spiritualis cultus cognitionem habebis. Non ergo à seipso loquitur Christus, id est, non alienum, atque contrarium quicquam asserit. Non enim doctrinam legis improbat, sed obumbrata in lege, fulgenti colore perficit. optime autem Iudæorum etiam benenolentiam, Deo patri gloriam referens, captat: quo solummodo, verbum eius ignorans, datam fuisse legem putabat: qua conseruata, honorari; neglecta vero, cõtemni patrem arbitrabantur: quamuis ergo eadem sit patris, & filij gloria, quamuis ad Mosem per filium Deus pater locutus sit; dispensatio tamen (nihil enim nocbat veritati, sed opinioni illorum) patris se gloriam quærere docendo dicit, nihil à seipso loquens, sed legislatoris Dei doctrinam exponens. Ad hæc illud etiam dicendum: occulte adhuc illos reprehendit, & suã potius quam Dei gloriam quærere solitos, in ea incidere crimina subaperit, quibus alios accusent. Legis enim mandata contemnerentes, ad voluntatem suam deferebantur, præcepta hominũ docentes, ut scribitur. vnde commode arguuntur aduersus ipsum legislatorem delinquere, non: præcepta illius auditoribus, sed sua proponentes. Cum igitur absolute, atque in genere dicatur, qui à se ipso loquitur, gloriam propriam quærit, pharisæorum arrogantia morbus manifestatur, qui sua ideo potius, quã diuina præcepta plebi proponebant, ut debitam Deo gloriam in se traducerent. *Qui autem quærit gloriam eius, &c.* Nam, qui Dei gloriam non quærit, sed suam, is & mendax simul, & iniustissimus est; Mendax quidem, quia simulatione legis seruandæ, suam voluntatem auditori proponit: Iniustissimus vero, quia, legislatoris dignitate neglecta, dominicis præceptis sua præferre audeat. Iustus ergo, & verax Christus, in quo nihil horum criminum inuenitur. *Nonne & Moses dedit vobis legem, &c.* Multis, ac variis saluatoris oratio inuentis ad vnã intentionem concluditur. Nam, cum occultius pharisæos reprehenderit, quia nõ diuina mandata, sed sua prædicarēt, nec Dei gloriam, sed suam quærerent, omnibus modo inuolucris orationis procul remotis, apertissime illos arguit; inique igitur, quod sabbatum non obseruaret accusatus, non vnus, aut alterum, sed totum Iudæorum genus mosaicam legem paruifacere ostendit; dicite namque ait, qui misericorditer agerem in sabbato accusatis, qui crudelem in benefactores proferre sententiam non dubitatis, qui atrocitatem impudenter laudatis; nonne per Mosem, quem admiramini, data vobis diuinitus lex est, ne hominem occidatis? nõ audistis dicentem, innocentem, & iustum non interimis? Cur igitur etiam Mosem vestrum tam facile paruipenditis? non enim Mosem dicere potestis, nolle vos id facere, cum me iniuste interficere quæratis. Acerrime igitur temeratio impetu, quia hominem in sabbato curauerit, in eadem atrocissimam peccatorum omnium lapsos ostendit. Magna igitur voce clamare videtur; Ego in die sabbati ab incurabili

morbo misericorditer hominem liberaui, & his meis meritis vos incitati turpiter me persequimini, & vita priuare vultis: quæ igitur supplicia scelere vestro condigna inueniantur? Ecce vos etiam legem transgredimini, nec preuaricatio ista vestra illi conferenda est, quam iniuria mihi attribuitis: non enim bene alicui (ut ego) vos facitis; sed sola præiudice animi in sanguinem hominis ruitis. Vbi ergo vobis est Moses, quem à me paruipendi, nõ vere dicitis? Nõne ipse vobis legem de cæde dedit? Cur legem eius, quam plurimi facere falso dicitis, transgredimini? Hæc Christus iure dicere videtur. Cumque ipse legem tulerit, soli hoc patri modo id attribuit, ut saltem hoc pacto Iudæos reprimeret, Mosem etiam nominauit; quem Christo maiorem putabant, incarnationis mysterium non cognoscentes. *Respondit turba, &c.* Senserunt illata manifeste crimina, cumque ad negationem refugiant, summopere student, ne mandata legis prætereire videantur. *Vide-*
nt enim solummodo pharisæi volebant: quapropter
sepulchra illos dealbata dominus appellabat, quæ
artificio forniculæ splendent, cum in-
tus foridibus ferulentis abundant. Ego vero pro-
pterea etiam puto, ita dictum à Pharisæis fuisse;
quo, timore illius (ut putabant) sedato, facilius in-
sidiarentur, ac fiducia in maiorem loquendi li-
bertatem illum trahentes, ne formidine præstus
occultius degeret. Non enim putabant difficile
sibi esse, quancumque vellent, eum opprimere:
dum id eos cogitare nesciret. Malignitatis ergo
hæc negatio fuit, & alius quidam modus impic-
tatis. Nam, cum quasi mendacem appellerent, ini-
*quitatem iniquitati, ut scribitur, adiciunt. *Vnum**
opus feci: & omnes miramini? Interrogationis spiritu hic locus proferendus est: cuius sensum diligentius oro cõsideretis. Mirabilem enim Iudæis rem, quam in sabbato fecerat narrans, non dixit, curauit hominem, ne temeraria multitudinis ira inflamaretur; sed summissius quid protulit, dicens; *vnum opus feci.* fertur enim imperu multitudo, & absque iudicio conspiratione subito facta, initio dato ad scelus ruit. Humili ergo nimium, mitique sermone vtitur dicens; *Vnum opus feci, & omnes miramini?* Vna inquit hæc re ad salutem hominis facta, sabbati solummodo respicientes honorem, miraculi magnitudine non commoti, benefactorem damnatis. Cumque laudare potius tantam rem deberetis, miramini, quia salus homini in die sabbati restituta est. Ruditas enim Iudæorum hinc apparet; quia motum animi magnarum rerum stupore solitum fieri, ad rem friuolam transtulerunt. Occulte autem, ac quasi per figuram tale quid subostendit, vno enim inquit crimine (ut vos putatis) à me commisso, miramini de animo meo, quia mosaicam nolim legem seruare. Quantum igitur æstimatis aduersus vos Deum esse irritatum, cuius legem non semel, neque in minimis, sed in omnibus, & semper transgredimini? *Propterea Moses dedit vobis circumcisionem, &c.* Latet altior in hoc loco sensus, & difficilis tam intellectu, quã dictum est. Sed gratia saluatoris illuminante, in medium protrahetur. Cum igitur ab importuna Iudæos ira propter sabbatum commotos multis rationibus reuocauerit, quia nihil adhuc propter eorum perniciam actum est, ad aliud transit, ac ipsum Mosem legis ministrum propter circumcisionem, quam ex consuetudine patrum traditam

acceptit, legem de sabbato dissoluisse ostendit. Vt hac ratione ipse quoque iure videatur paternam consuetudinem sabbato antepone. Et, quoniam in sabbato Deus operatur, idcirco se quoque, qui idem semper cum patre velit, in die sabbati iure operari asserit, propterea dicebat; Pater meus vsque modo operatur: & ego operor. Ne igitur, inquit, mirum vobis videretur, quod die sabbati operarer, praeuenit Moses, ac, circumcisionis lege firmata, legem de sabbato dissoluit. Quia porro de causa id fecit: non putauit consuetudine patrum, inquit, propter honorem sabbati contempnam. Idcirco etiam in sabbato circumciditur homo. Quod si consuetudinem patrum, sabbati honori Moses anteposuit; cur frustra de me turbamini, & quasi contemporem legis persequimini, quia patrem in omnibus sequor? Vt, quoniam ipse operetur in sabbato, ego quiescere non possim. Datum vero à Mose ait circumcisionem, quae tamen à patribus tradita est, quibus vt circumcideretur, mandatum fuit diuinitus: quia exquisitius, quaeque ad ipsam pertinent, scriptis Moses explanauit. Circuncisus enim & Abraham fuit, sed non octo dierum, nec columbarum, aut turturum par secundum posteriorem Mosis praecceptionem obtulit. Si circumcisionem accipit homo in sabbato, &c. Quoniam distinctione quadam indiget textus, idcirco, vt facilius intelligatur, membra transponemus. Si circumcisionem, inquit, accipit homo in sabbato, mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbato, vt non saluatur lex Mosis. Non enim idcirco circumciditur homo in sabbato, vt non soluatur lex Mosis; soluatur enim omnino propter circumcissionem, quae in eo die peragitur: circumcisio enim non à Mose, sed à patribus est: propter quam lex Mosis de sabbato soluatur. Membrum igitur illud; vt non soluatur lex Mosis, non antecedentibus, sed consequentibus coniungendum est. Nunc totius loci quamuis alte latentem sensum consideremus. Superat inquit circumcisio, & curatio huiuscemodi vulneris Mosis constitutionem de sabbato. Necessesse enim est, vt medicinalis cura, eodem die de circumcisio habeatur. Quomodo igitur prohibere vos vultis, ne totum quis corpus hominis die sabbati curet, cum ipse Moses in parua quadam particula id concesserit? Circumciditur enim, curaturque circumcisus absque ulla culpa in sabbato. Frustra ergo indignati praenaricatore me putatis: qui totum hominem sanum feci in sabbato. Ita huius rei quasi figura videtur fuisse, quod Moses statuit: cui vos, vt putatis, inherentes, vel atrocem suscipere caedem, leges illius contempnentis, conamini. Nolite iudicare secundum faciem, &c. Lex, inquit, qua defendere videmini, aperte clamat, non esse considerandam personam in iudicio, quia iudicium Dei est. Vos ergo, qui me propter sabbatum incusatis, & hac de re mihi irascimini; nolite negligere legem, nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate; & cum Mosem, qui propter circumcisionem à patribus traditam, legem de sabbato dissoluit, praenaricatore (recte facientes) non putatis, filium quoque vnigenitum (qui, quae pater facere solet, eadem natura facit) ab omni absolute crimine. Si vero solum filium condemnatis, Mosem quamuis simile omnino fecerit absoluentes, nonne secundum faciem, lege sprete, inique indicatis, mandatis meliorem diuinis Mosem facientes? ita de sabbato legem soluere

Joan. 5.

Gen. 17.

Leuit. 12.

Deut. 9.

solam falso accusatus, multas illos transgredi leges ipsa te arguit, illud quasi euangelicum clamans: festucam in oculo fratris tui vides, & trabem, quae in tuo est, sentire non potes. Pessima profecto res est, iudicium efferre de aliis. Nam, in quo alium quis iudicat, in eo semetipsum condemnat, vt scribitur. Propterea etiam à saluatore dicebatur: Nolite iudicare, & non iudicabimini; non condemnate alios, si condemnatum iri non vultis. Verum saluator noster non modo propter ea, quae diximus, transgressor minime fuit: verum etiam & quia tempus constitutum iam venerat, in quo, quas praeceps dederat vmbrae, ad veritatem, & spiritalem sensum transponeret. Sed, quoniam de sabbato, & circumcissione mentio facta est, non erit inutile studiosis, si diligenter considerabimus, quid sabbatissimus, & quid circumcisio in octaua die data, significabat, & quamnam ob rem etiam in ipso sabbato circumcisio fiebat. Ordine igitur procedentes, legem de sabbato primo positam inspiciamus. Cum igitur ab Aegyptiorum seruitute, per Mosem in priscam libertatem Hebraeorum genus Deus vèdicaret, per media traductum maria terram repromissionis proficisci iussit, & ad continentiam, probitatemque animi illos exercens, in montem Synai, concione vocata, in ignis specie descendit, & salutaria dabat mandata dicens: Ego sum dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti à domo seruitutis, non habebis deos alienos coram me: non facias tibi sculptile in omnem similitudinem, quae est in caelo desuper, & quae in terra deorsum, nec eorum, quae sunt in aquis sub terra, non adorabis ea, neque coles: ego enim sum dominus Deus tuus fortis, & zelotes. Oportebat profecto hinc incipere, ac cognitionem Dei hominibus iis imprimere, qui seiplos in obsequium Dei dedicauerunt: omnium enim virtutum Dei cognitio fundamentum, radixque est: fides porro recte pietatis firmissima basis est: falsis ergo deis abiectis, spiritusque sculptilibus, punitionem transgressoribus imponit, clamans, Non assumes nomen domini Dei tui in vanum, id est, non adicies horribile nomen Dei sculptilibus: nec enim infontè habebit dominus eum, qui assumpserit nomen eius in vanum. His itaque pro conditione, atque statu hominum, qui, cum molliores adhuc essent, maiora non suscipiebant, imperitatis, alteram intulit legem. Memento, inquit, vt diem sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua: septima autem die, sabbata domini Dei tui: non facies in ea omne opus. Subiecit deinde de imitatione Dei hoc esse facturos, sex enim, inquit, diebus fecit Deus caelum, & terram, & mare, & omnia, quae in eis sunt, & requieuit die septimo: idcirco benedixit dominus diei septimo, & sanctificauit eum. Quid igitur hoc significat, quispiam dicit: aut cur statim, postquam transgressoribus primae legis minatus est, secundo loco hanc collocauit? Dicimus ergo non solum terrore, ac minis ad colendum verum Deum Hebraeos impelli, verum etiam praemiis inflammari, quae quidem praemia in figura illis tradidit. Vmbra enim futurorum bonorum lex continet, vt scribitur: exercitationes autem quaedam veritatis quamuis tenuiter propter vmbrae in ea inueniuntur, cessare namque ab omni opere, septimo, id est, vltimo die iubet: futuram sanctorum requiem hinc significans, quando, laboribus

Luca 6.

Rom. 2.

Luc. 6.

Exod. 12.

Exod. 20.

Exod. 20.

Exod. 20.

Gen. 1.

Heb. 10.

bus huius vitae liberati sudore corporum detestato, beatam cum Christo (vt à quodam propheta dicitur) & iocundissimam vitam agent: obliuiscuntur, inquit, tribulationis primae: nec ascendet in cor eorum; sed aeterna laetitia super caput eorum, laus, & gaudium apprehendet eos: effugiet inde dolor, tristitia, gemitus. Ita, qui creatoris imitatione in septimo die quieuit, à sudoribus vitae huius ereptus, ad beatitudinem ascendet, quae in fine seculorum à Christo dabitur. Animaduertendum autem est diligenter, negatiue dictum esse; non adorabis deos alienos, ac de sabbato non sic, sed, memento vt diem sabbati sanctifices. Quamobrem? quoniam iam non adorandi Dei alieni tempus aderat: idcirco ad actum statim ipsos impellit. Memento autem dicit de sabbato: quia, quae vmbrae depingebantur, vt futura speculari debebant. Ad haec mirabili certe ordine, postea quam ad veri Dei cultum induxit, futuram statim repromissionis memoriam collocauit. Alias deinde leges sanxit: Honora patrem, & matrem. Non occidas, &c. Ita, ne iustificari opere putemus, ne gratiam Dei meritis nostris, sed fide affuturam nobis speremus, idcirco, priusquam leges, & disciplinam viuendi poneret, statim cum fide futurorum bonorum gratiam posuit. Laudabile igitur sabbati ocium sanctorum vitam in requie, atque sanctificatione tunc futuram ostendit, quando, omni huius vitae cura deposita, bonis aeternis fruuntur. Beatus quoque Paulus sabbatissimi modum inquirens, ait. Quibus autem iurauit non introire in requiem suam nisi incredulis? videmus enim eos ingredi non potuisse. requietis enim terra illa etiam reputata est, ad quam ab Aegypto proficisci Hebraei iubebantur, in figura illius acceptam, quam viuentium terram Dauid appellauit, quamque viri sancti Iosue, id est, domini nostri sortitione adipiscuntur, quod autem figuram hanc significabat, vt diximus, aperte Paulus demonstrat dicens, quoniam praeceps propter incredulitatem ingressi non sunt, idcirco post multa tempora per Psalmistam diem certum determinat. Ait enim: hodie si vocè eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Si enim Iosue illos in requiem reduxisset: nou de alio die multo postea locutus esset. Vides quam cito latentem obiectionem dissoluit. Nam, ne diceret deductum in repromissionis terram populum fuisse, requieuisseque in ea: aliud Psalmita requietis tempus post multa tempora determinat. Vnde sapienter totam illam rem gestam, imaginem futurorum ostendens Paulus, occultam vsque ad tempora sua hominibus sabbatissimi rationem subaperuit, concludens, relinquitur ergo sabbatissimus populo Dei. Qui enim requieuit suam ingressus est, ab omnibus vitae huius operibus profecto requieuit, illam igitur vitam sabbatissimus significat: in qua omnibus bonis cum Christo viuentes fruemur, peccato radicitus extirpato, secundum illud, non erit ibi leo, nec praua bestia illuc ascendet: sed erit ibi via pura, & via sancta vocabitur. Omnia enim bona in visione Dei mens sanctorum adipiscitur: ideo qui ligna in sabbato colligebat, lapidibus obruebatur, quoniam veritate in figura violauit. Qui enim ad illam quietem perueniet, nunquam inde amplius exibat. Hac de causa iubebatur Iudaeus à suo tabernaculo die sabbati non recedere, Nam nutricem, & matrem ignis, peccatum dico, ibi ne-

Psal. 65.

Exod. 20.

Psal. 118.

Heb. 4.

Psal. 118.

Heb. 4.

Psal. 118.

Heb. 4.

Psal. 118.

Heb. 4.

Psal. 118.

Heb. 4.

Psal. 118.

Heb. 4.

Psal. 118.

Heb. 4.

Psal. 118.

Heb. 4.

Psal. 118.

Heb. 4.

Psal. 118.

Heb. 4.

Psal. 118.

Heb. 4.

Psal. 118.

Heb. 4.

Psal. 118.

Heb. 4.

Psal. 118.

Heb. 4.

Psal. 118.

Heb. 4.

Psal. 118.

Heb. 4.

Psal. 118.

Heb. 4.

Psal. 118.

Heb. 4.

Psal. 118.

Heb. 4.

mo colliget, vt nec Iudaeus ligna, non intelligens ex amentia, quo obumbrata illa tendebant; atque ideo inanimis lapidibus tanquam insensatis obruebatur, vt in supplicio suo morum quasi qualitatem ostenderet. Peccatum igitur ibi nullum erit; sed nec bonum aliquod sudore acquireretur: quod etiam anigmatice in scriptis Mosaicis perspicere licet. Roris enim modo manna Iudaeis Deus praebat: & lege de eo sanxit dicens: Sex diebus colligetis; septima vero die sabbati non colligetis; vnde significabat ita nobis hac in vita, quae ad aeternam illam conducunt esse colligenda, quemadmodum illi tunc per vastas solitudines transcurrentes, vndique manna congregabat. In septimo autem atque vltimo die, id est, in fine seculorum nulla conferentium erit collectio, sed acquisitionis fruemus, vt scribitur; Labores fructuum tuorum comedes. Deus igitur, non, quia vmbrae gaudebat, sed, quia per eas ad veritatem omnes inducere voluit, quiescere in sabbato iussit; vnde per Mosem increpando dicebat; quousque non vultis audire mandata mea, & legem meam cognoscere? Ideo dominus dedit vobis in sexta die duorum dierum panem, vt domi vestrae sedeat, nullus vestrum exeat de domo sua die septima. Intelligis ab omni labore liberam vitam praefigurari, nihil agere in sabbato praecipit, colligere quicquam non permittit, in suo quaeque loco morari iubet: quibus omnibus quid nos doceat dicemus, si Hieremiae consimilem locum repetemus. Hec dicit dominus, custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die sabbati, nec inferatis per portas Hierusalem, & nolite eicere onera de domibus vestris in die sabbati; & omne opus non facietis. Sanctificate diem sabbati; sicut praecipit patribus vestris. Non permittit aliquem onere de primis; quia nemo tunc delictorum pondere agitabitur, nec egredi à Hierusalem iubet, quia sanctorum multitudo caelestem Hierusalem ingressa, nunquam inde amplius exibat, nec illis bonis vnquam priuabitur: vocatio enim, & gratia Dei firma est, vt Paulus ait. Iterum autem eandem repetisse rem videtur, dicens; non exhibitis loco vestro, sub ostendens multas esse apud patrem mansiones: cuius rei figuram varietate sua tabernaculum obtinebat; dabitur enim vnique mansio secundum merita sua: & qui tabernacula illa possidebunt, nunquam horum munerum diuinitus sibi donatorum iacturam faciet. Cui rei etiam Esaias attestatur dicens; Oculi tui videbunt Hierusalem ciuitatem diuitem, tabernacula, quae non quantentur, nec mouebuntur in seculum: immobile enim atque stabilem illam vitam fore ostendit: sancta enim omnino, & Christo dedicata erit. Hac etiam aliis scripturae locis simili quodam modo dicuntur. Scribitur enim in Exodo; sex annos seres agros tuos, & colliges fructus eius: in septimo vero in cultos dimittes ipsos: & in Leuitico, cum ingredi mini in terram, quam ego dabo vobis, requiescet terra, quam ego do vobis, sabbata domino. Sex annos seres agros tuos, & sex annos putabis vites tuas, in septimo vero requies erit agrorum, sabbata domino: non enim insensatos agros praecipue quiescere voluit, sed à labore propter futurorum figuram illos remouebat, multis modis solennitatem Christi significans, in qua perfectam libertatem in sanctificatione per gratiam sancti spiritus adipiscemur. Quod madatis etiam quibusdam

Psal. 127.

Exod. 16.

Hier. 17.

Rom. 11.

Joan. 14.

Esai. 33.

Exod. 23.

Leuit. 25.

Exod. 12.

quibusdam Moses significauit, dicens; Si frater tuus, aut soror tua, id est, Hebræus, aut Hebræa tibi venderetur, sex annis seruiet tibi, septimo vero anno dimittes. Nam, qui peccato seruiimus, & illecebris voluptatis diabolo nos vèdidimus, iustificati per fidem Christi, ad verum, & sanctum peruenimus sabbatissimum, libertatem gratiæ induti in bonis diuinitus resplendentes. Verù, quoniam fati pro vitibus nostris de sabbato dictum est, de circuncisione modo dicamus, omnem laborem pro cognitione harum rerum libenter ferreas. Scrutemur igitur diligenter, gratia illius precibus inuocata, qui tenebras illuminat, quid circuncisionis figura priscis hominibus data spiritaliter significat; nec nos pudebit (quamuis non ignoremus parua hæc esse, multa que perfectiora edi posse illis, qui se longe à peccato remouerunt) humilia hæc nostra legenti proponere. Prima igitur de circuncisione à Deo hæc lex Abrahæ illi data fuit, seruabis, ait, testamentum meum tu & semè tuum post te in generationes suas: circuncidetur omne masculum, & circuncidimini carnem præputij vestri, infans octo dierum, circuncidetur omne masculum. Hanc figuram mysterij necessariam ostendens, pœnam transgressoribus infert, dicens; Et erit testamentum meum super carnem vestram in testamentum æternum: & masculus, qui non circuncidetur carnem sui præputij in die octauo, disperdetur anima illa è genere suo; quia testamentum meum non seruauit. Diuinus quidem Paulus in signum fidei, quam in præputio habuit Abraham, ei circuncisionem datam asseruit: voluit enim, vt mihi videtur, & res ipsa clamat, vocationem, & iusticiam fidei omni legali mandato priorem, & superiorem ostendere: vt facilius persuaderet Hebræis, ne iusticiam fidei præuaricationem legis putarent, sed reditum quendam, atque recursum in priorem hominis statum. Sed alium etiam quendam modum circuncisionis tradere inuenitur, Iudæis enim consulens ne in carne se iactent, non est, inquit, in manifesto Iudæus, neque que in manifesto in carne circuncisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu, non in littera; cuius laus nõ ex hominibus, sed ex Deo: hinc aperte ostendit non in signum circuncisionem solummodo datam fuisse, sed maius præterea quiddam, ac spiritale significare. Aliud igitur consideremus, quænam sit spiritalis circuncisio, cuius figura erat, quæ in carne fiebat. Scrutemur etiam, quamobrem non quouis, sed octauo solummodo die adhibebatur, Illud igitur perspicuum est, propterea omni nos preparari modo oportere, atque mundari, vt per fidem Christo cõiungi possimus. Quoniam omnis intentio nostra est, per Christi mediacionem Deo cõnecti. Cuius rei habes imaginẽ, quod à Deo ad Mosẽ dicitur; Vade ad populum, & sanctifica illos hodie, & cras lauẽt que vestimenta sua, & sint parati in diem tertium. In die enim tertio descendet dominus coram omni plebe super montem Sinai: probitatem enim morum studiose acquirendam significat; lotione autem indumentorum corporis puritatem ostendit; indumentum enim animæ, quodammodo corpus est. Quoniam ergo preparari, præmudari que omnes oportet, qui Deo coniungi studet (sancti, ait, sitis, quia ego sanctus sum) propterea purificationis signum circuncisione carnis priscis ho-

Rom. 4.
V de scõpõ 5.
Paulus in epistola ad Romanos nõ esse abolere iustificationẽ quoniam que opus nõ indifferens est, vt nouato res iactant.

Exod. 19.

minibus datum fuit. Quod quidem facile intelligemus, si conditionem considerabimus nostram. Voluptas quædam ante omne peccatum præcurrit, & feruens cupiditas ad delicta solet illicere: quæ ante peccandi actum insidet, & mentis consensum arripit, persuadens facile hac via veniendum nobis esse, quo gliscimus: quod verum Christi discipulus ostendit dicens; Nemo, qui têtatur, dicat à Deo se tentari. Neminem enim Deus tentat; sed vnusquisque à sua cupiditate distractus, atque seductus tentatur: Cupiditas deinde, postquam conceperit, parit peccatum: porro conuulsio mortem generat. Vides quomodo ex cupiditate improbitas ortum ducit: vides quomodo ex voluptatis semine delicta producuntur. Hac de causa iussit Deus illam corporis particulam, in qua & per quam voluptatis fontes scaturiunt, ferro circuncidi, vt hoc ænigmate perdiscamus, nullo nos pacto mundos vnquam futuros, nisi diuini verbi actum in corde quasi acutam spiritus bipennem retinẽtes, omnem turpem ex animo cupiditatem eiiciamus, nec, quæ voluptas expetit carnis, quamuis iocundissima videantur, sed sola, quæ Deo placent, faciamus: hæc cum vera circuncisio sit, merito ad eos dicimus, qui carnis circuncisione gloriantur; Circuncidimini Deo; & circuncidimini duriciam cordis vestri omnes, qui habitatis Hierusalem. Nihil enim facit, qui carne circunciditur, nisi qui in carne circuncisus est. Qui autem in spiritu hoc peragit in octauo (id est, in resurrectione saluatoris) die, viuet in Christo, vt ait Paulus, mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum autem apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Vere naque dicere possumus mortuos esse omnes mundo, qui voluptates mundi propter Deum contemnunt: qui cum Paulo dicere possunt, non gloriamur nisi in cruce Christi, per quam nobis mundus crucifixus est, & nos mundo. Participes enim illius per spiritum facti, qui absque manu nostram radicibus immundiciam circuncidit: mortui mundo sumus, viuimus autem Deo. In octauo igitur die circuncisio fiebat neque octauum, quoniam resurrectionis erat figura. Non enim est datus ante resurrectionem Christi, sed post illam spiritus: quando in discipulos sufflans dixit; accipite spiritum sanctum. Sed Iudæis quidem, qui sub lege adhuc, ac serui erant, circuncisio carnis ferro facta conueniebat, accipitur enim à lege ferrum in punitionem: nobis autem, qui liberi, spiritualesque sumus, spiritalis circuncisio, atque purificatio congruit, quæ omnes animi sordes exterminat, & perfectionem per pietatem fidei adducit. Quod autem spiritali hac circuncisione, quæ per pietatem perficitur, gloria nostra impletur: si diligentius considerabimus, quæ de Abraam scripta sunt, facile cognoscemus: nonaginta nouem ergo annorum fuisse Abraam scribitur, quando ei Deus circuncisionem tradidit. Quæ re aperte ostenditur, quod ianua quædam ad perfectionem circuncisio sit; nec posse quemquam vllò perfici pacto, nisi obumbratam purificationem circuncisionem possideat. Perfectionis enim signum denarius in se reuolutus numerus est. Ante perfectionem circuncisio datur: quæ nos ad perfectionem facile deducit; hæc autem spiritalis circuncisio solis per Christum liberis hominibus debetur. Nemo enim libet est, nisi in Christo

Leuit. 19.

Iacob. 1.

Eccl. 4.

Coloss. 3.

Galat. 6.

Ioh. 20.

Gen. 17.

Christo peccati iugum, & diaboli seruitutem excusserit, & vinculis delictorum diruptis, iusticia gloria redimitus sit, eius inquam iusticia, quæ in fide Christi habetur: quod autem liberis non seruatis in octauo circuncidi die conuenit, ipsa nos scriptura docebit, Ismael enim Abrahæ filius de serua natus, non in octauo die, sed in tertio decimo anno fuit circuncisus. Ita seruientis Hierusalem filium, id est, Iudaicum populum & ab octauo die, & à duodecimo excidisse ostendit. Nam ab octauo quidem excidit, quia resurrectione Christi salutarem factam in octauo, nequaquam suscepit: euangelicam enim Christi doctrinam repulit: cui si credidisset, spiritaliter etiam circuncidit potuisset. A duodecimo vero excidit: quia sanctorum apostolorum consortium recusauit, nec vllò pacto voluit prædicationem illorum gustare. Sed non ita liber Abrahæ filius ex libera natus. In octauo enim circunciditur, quia supernæ Hierusalem filij octauum diem, resurrectionem Christi suscipientes, & in libertatem vendicati, spiritali circuncisione locupletati sunt. Nam à peccato, & à morte, quæ per peccatum, & ex peccato est, liberati, in Christi vitam reformati sunt: quod autem mors soluat, & interitus per spiritalẽ hanc circuncisionem euertatur, non difficile ab Exodo cognoscemus: vbi scribitur Moses ad Ægyptiorum tyrannum diuinitus missus, cum esset in itinere in diuersorio, angelo occurrisse, qui volebat eum occidere, sed cepit, illico, inquit, Sephora petram acutissimam, & circuncidit præputium filij sui, dicens; Stetit sanguis circuncisionis filij mei. Attende, examinaque ista diligentius, oro. Nam, nisi mystica quædam ratio nobis hac de re traderetur, non videro, qua de causa circuncisione pueri Moses saluaretur: ridiculum enim videretur, nisi altius quicquam in historia lateret, angelum, qui vt atrox bestia in Mosẽ insurgebat, circuncisionis sanguine placatum, illico recessisse. Nõ sufficit igitur Mosi circuncisio, quam habebat, non enim depellere potest mortem virus circuncisionis legalis; cum prauis similiter, ac bonis præbeatur: spiritalis autem circuncisio, quæ per Sephoram, id est, per ecclesiam optime celebratur, terret exterminatorem, fugatque à nouo, nuperque nato populo etiam nolentem. Sed quomodo, dicit aliquis, nõ solum nouus populus spiritaliter circuncisus, verum etiam omnes, qui spiritalis circuncisionis expertes sunt, à morte resurgunt? Sed non dubito, quin, inquam noluerunt hebræi resurrectione Christi suscipere, regnatura perpetuo mors fuisset: verum, quoniam multi crediderunt, per eos in omne genus humanum resurrectionis gratia penetrauit. Ita per spiritalẽ credentium circuncisionem, omnibus simpliciter resurrectio donata est, quamuis multum inter resurrectionem, & resurrectionem interesse videatur; alteri enim in iudicium, & condemnationem resurgunt, quia vitæ largitorem non susceperunt, alteri ad vitam æternam, qui resurrectionem Christi admirati, spiritaliter se circunciderunt: quamuis ergo credentibus solum resurrectionis gratia debeat, transfunditur tamen in omnes per eum, qui totam naturam restituere voluit. Vnde Paulus ait; Sicut enim aliquando & vos non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter illorum increduli-

Genes. 17.

Exod. 4.

Ioh. 5.

Rom. 11.

tatem: ita & isti non crediderunt nunc in vestram misericordiam, vt & ipsi misericordiam consequantur. Transmittit enim etiam ad eos Christus resurrectionis suæ bonum per fidem vestram: bonitate namque sua, quod credentibus debetur, vniuersæ naturæ largitur. quare Paulus resurrectionis breuiter aperiens mysterium, primitias eius Christo attribuit. Primus enim resurrexit; deinde fide Christo coniunctos ante alios resurrecturos dicit, debitam hinc eis resurrectionem ostendens. Nam, etsi tota natura id habebit, misericordia tamen hoc fit eius, qui mortem omnino voluit destruere. Animaduertendum etiam, non ferro circuncidi à Sephora puerum (in punitionis enim signum accipi ferrum solet, & legi subditis idoneu est) sed acutissimo lapide, quem in figuram Christi adhiberi à scriptura non ignoramus. Solidum namque, ac firmum, quod nullo pacto frangi potest, natura vnigeniti hoc modo significatur: quamobrem adamas etiã à Deo patre per prophetas Christus appellatur. Ecce, inquit, ego excolabo adamantina in medio populi Israel: per figuram enim adamantis nullo modo vinci, superarique posse ab aduersariis ineffabilem verbi naturam significat. Sic post Mosẽ Iosue Iudæos purificabat, & circuncisione aduersus durissimos hostes armabat, non aliter inuictum populum fore videns, nisi circuncisionis bono: sic enim de ipso scribitur. Et ait eo tempore dominus ad Iosue: fac tibi cultros lapideos ex lapide acuto, & circuncide filios Israel. Lapis igitur (vt diximus) stabilem, atque infringibilem naturam verbi denotat, acuties vero penetratiuam virtutem, atque actionem eius significat, Ideo Paulus etiam ipse diuinus viuum efficac, & penetrabilis omni gladio ancipiti verbum Dei appellat, penetrareque ipsum ait vsque ad diuisionem animæ, & spiritus. hoc igitur Dei verbum ita subtile, atque incisuum, cum ad corda nostra per spiritum sanctum penetraverit, ab omni peccatorum sorde nos liberat, & circuncisos spiritu suo immaculatos, & sanctos efficit. Vide igitur, quæ so, perspicuam veritatis imaginem. Iosue circuncidebat: & nouus populus circuncidebatur, nam qui ab Ægypto recesserunt, propter duritiã suam ira Dei perierunt in deserto, nec viderunt terram, quam iurauit dominus patribus eorum: qui vero post illos sub Iosue fuerunt, noui populi figuram tenebant, qui per Christum Iesum spiritaliter circuncisus est: vetus autem Israel, perfidia sua periit. Circuncisi autem fuerat postea quam Iordanem traicerunt, quia spiritalis hæc circuncisio, nisi quis mysticum Iordanem, & sanctas tranauerit aquas, in corde suscipi nullo pacto potest. Sed vtilitatem quoque circuncisionis vide. Scribitur enim statim postquam circuncisi fuerunt, quia hodierno die opprobrium Ægypti abstuli à vobis, quod porro est hoc opprobrium: seruitus profecto, & rapiendi ex imbecillitate cupiditas, labor præterea in luto, & latere, spiritalis etiam circuncisionis virtus à diaboli potestate liberat homines, & à tyrannide peccati eripit, & luto, ac lateribus facit superiores: non enim patitur in sordida corporis voluptate, aut in terrenis; caducisque rebus noluit volutari: à morte quoque, ac interitu redimit, & demum naturæ nos diuine facit participatione saluatoris participes. Scribitur enim consequenter, & fecerunt filij Israel pascha

Non ita facile admiserim, beneficij loco etiã reprobitate resurrectionẽ tribuendam, quin potius ad maius supplicium resurrectione resurrecturos dixerim.

Esai. 28.

Iosue 5. Esai. 4.

pascha quarto decimo die mensis, & comederunt ex frumento terrae panes azymos atque recentes. Non enim possumus aliter veri agni, qui tollit peccata mundi, fieri participes, nec azymum euangelij, & recens consequi nutrimentum, nisi prius mysticum transgressi Iordanem, à viuente verbo circuncidamur, ac Aegypti opprobrium, inherentes dico delicti maculas, penitus abiiciamus. Quod enim incircuncisos quasi fordibus plenos Deus non propter carnem, quam ipse creauit, sed propter voluptatem aspernatur, facile cognoscemus, si ad Moysen, atque Aaron diuinitus dici audiamus; hæc est lex Paschæ; Omnis alienigena non comedat ex eo: & omnem seruum, & emptum argento circuncides prius, & tunc peruenire non possimus, nisi prius ab actione peccandi cessauerimus: & inde gradum facientes, ad hoc maius facilius confendamus. Sed cessatio quidem à delinquendo in nobis quoque esse videtur: desinemus enim à malo, si toto animo probitatem coplectemur: abiectione vero turbationis omnis, atque cessatio nullo pacto in nobis est, sed Christi, qui pro nobis passus est, ut omnes ad nouam vitam reformaret, opus est proprium. Propterea iure octauum circuncisio die retinetur, diem resurrectionis, qua reuouamur, nobis adducens, Cessatio vero proximam illi septimam diem obtinet. Inferior enim (ut tetigimus) cessatio à peccando gradus est, vnde ad abiectionem turbationum perpetuam per gratiam Christi ascendimus.

Reliqua desiderantur.

PETRI CHRYSOL. EPI-
scopi Rauen. in superius Euan. de duobus filiis prodigo, & frugi. Ser. 1.

Eti aliqua videntur occulta sui profunditate mysterij, nulla tamen est Ecclesiastici cultus instructiuola solennitas: diuina festiuitas non pro nostris est voluntatibus consecranda, sed pro suis est percolenda virtutibus: Christianus animus, quæ sunt traditione Patrum, & ipsis roborata temporibus, nescit in desperationem deducere, sed venerari ea toto desiderat deuotionis eloquio. *Iam die festo, ait, mediante, ascendit dominus in templum. Quod templum? Nescitis, quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis: Ascendit hodie dominus nostri pectoris in templum, qui tam clementer nostri corporis descendit in formam: quod autem ascensus Dei fit in humani cordis excelso, beatus Propheta asserit, cum decantat, Beatus vir, cuius est auxilium abs te, domine, ascensus tui in corde eius. Iam die festo mediante, ascendit dominus in templum. Merito, die festo mediante, ascendit dominus in templum, quia nobis erat perfectum diem festum præstaturus è cælo: quicquid sublime, quicquid ad cælum tendens in cordibus habebatur humanis, vsque ad infernum Dominicæ pondus incurauerat passionis. Id namque est, quod Christus quadraginta diebus residet, & remoratur in terris: & si dici fas est, patris occursum disfert, patris suspendit amplexum, donec totum se releuet, & reformet suæ ascensionis in gloriam. In cuius ergo templo hinc non ascenderit Christus, cælum non ascendet ille cum Christo. *Ex mirabantur Iudæi, dicentes, Quomodo hic literas scit, cum non didicerit?* Bene mirantur*

Exod. 21.

Esabetur in liturgis Graecis, ubi post imperatorum missionem, ante diuinorum mysteriorum participationem, Diaconus clamat, Sancta Sancti. Iosue 24.

Math. 11.

Ser. 85.

* forte, desit, cionem.

1. Cor. 3.

Psal. 83.

Act. 1.

rantur Christum, quod non didicerit, scire; quando ipsi probantur, quæ didicerint, & doceant, legis præcepta nescire: dicente Domino; Tu es doctor in Israël, & hæc ignoras: Mirantur Iudæi iam rebelles, non lunt credere: mirari norunt, detrectat sapere, nescire possunt. *Mirabantur Iudæi, dicentes, Quomodo hic literas scit, cum non didicerit?* Quod virgo peperit, derogas, non miraris; quod Deus nostro sentitur, & operatur in corpore, abrogas, non fateris: quod cæcus videt, surdus audit, claudus currit, surgit mortuus, & tota Christus arcana Dei loquitur, non miraris hoc solum, quod sciat, cum non didicerit, hoc miraris: Hic est ipse, qui nõ didicit literas, sed donauit: hic est, qui sensum condidit, per quem litteræ finguntur: Peritus legis, auctor omnium cur litteras non didicerit, admiratur: Deus utique adest, origo cunctorum, qui facit esse, quod non fuit: cum non didicerit, docet. *Deesse videntur non pauca.*

BEDAE VENERABILIS
presbyteri eiusdem Euang. expositio.

Ex comment. in Iohann.

Ascendit ergo Iesus ad diem festum mediante die festo, &c. Ille, quia latebat, docebat: & palam loquebatur, & non tenebatur. Illud enim ut latebat, erat exempli: hoc potestatis. Sed cum doceret, mirabantur Iudæi. Omnes quidem, quantum arbitror, mirabantur, sed non omnes conuertebantur. Vnde admiratio quia multi nouerant ubi natus, & quem admodum fuerat educatus. Nunquam eum viderant literas discens, audiebant tamen de lege disputantem, legis testimonia proferentem, quæ nemo posset proferre nisi legisset: nemo legeret, nisi literas didicisset: & ideo mirabantur. Eorum autem admiratio, magistro facta est insinuandæ altius veritatis occasio. Ex eorum quippe admiratione, & verbis dixit dominus aliquid profundum, & diligentius inspiciendum. Quid ergo respondit dominus eis admirantibus quomodo sciret literas, quas non didicerat? *Mea, inquit, doctrina non est mea, sed eius qui misit me.* Hæc est enim profunditas. Videtur enim paucis verbis quasi contraria locutus. Non enim ait, ista doctrina non est mea, sed, *mea doctrina non est mea.* Quomodo mea, & non mea, quæstio est, quomodo fieri possit vtrunque, & mea, & non mea? Si enim diligenter intueamur, quod ipse in exordio dicit sanctus euangelista, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: inde pender huius solutio quæstionis. Quæ est ergo doctrina patris, nisi verbum patris? Ipse ergo Christus, doctrina est patris, si verbum patris, sed quia verbum non potest esse nullius, sed alicuius: & suam doctrinam dixit seipsum, & nõ suam, quia patris est verbum. hoc ergo dixisse videtur dominus Christus, *Mea doctrina non est mea, ac si diceret; Ego non sum à meipso. Quamuis enim filij patri dicamus & credamus æqualem, nec vllam in eis esse naturæ, vel substantiæ distantiam, nec inter generantem, atque generatum aliquod interfuisse interuallum, tamè hoc seruato, & custodito, ita dicimus, quod ille pater est, ille filius. Pater autem non est, si non habeat filium: filius non est, si non habeat patrem, sed tamen filius Deus de patre, pater autem Deus, sed non de*

filio pater, non Deus de Deo. filius verò Deus de Deo, lumen de lumine. Pater lumen, filius lumen: non duo lumina, sed vnum lumen. Pater Deus, filius Deus: non duo dij, sed vnus Deus pater, & filius, spiritus sanctus de patre, & filio procedens, & ipse Deus. sicut pater Deus, sicut filius Deus, sic etiam spiritus sanctus Deus: non tres dij, sed vnus Deus, vnum lumen, vna substantia, vna natura, vna maiestas, vna æternitas, vna magnitudo, vna potentia, vna bonitas. Vidit itaque ipse dominus Christus Dei sapientia hoc tam profundum arcanum non omnes intellecturos. in consequenti dedit consilium, Intelligere vis? crede. Deus enim prophetans dixit, Nisi credideritis, non intelligetis. Ad hoc pertinet quod hic etiam dominus secutus adiunxit; *Si quis voluerit voluntatem eius facere, &c.* Quid est hoc, si quis voluntatem eius voluerit facere? Sed ego dixeram, si quis crediderit, & hoc consiliu dederam, si non intellexisti, inquam, crede. Intellectus enim, merces est fidei. Ergo noli quærere intelligere ut credas: sed crede, ut intelligas: quoniam, nisi credideritis, non intelligetis. Cum ergo ad possibilitatem intelligendi consilium dederim obedientiam credendi, & dixerim dominum Iesum Christum hoc ipsum coniunxisse, in consequenti sententia inuenimus eum dixisse; *Si quis voluerit voluntatem eius facere, hoc est, credere.* Sed quia cognoscit, hoc est, intelligit, omnes intelligunt: quia vero quod ait, *si quis voluerit voluntatem eius facere:* hoc pertinet ad credere: ut diligentius intelligatur, opus est nobis ipso domino nostro expositore, ut indicet nobis vtrum re vera ad credere pertineat facere voluntatem patris eius. Quis nesciat hoc esse facere voluntatem Dei, operari opus eius, id est, quod illi placet? Ipse enim dominus aperte alio loco dicit; Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem ille misit. Ut credatis in eum, non ut credatis ei. Non autem continuo qui credit ei, credit in eum. Nam & dæmones credebant ei, & non credebant in eum. Rursus etiam de Apostolis ipse possumus dicere, Credimus Paulo: sed non, credimus in Paulum. Credimus Petrum, sed non, credimus in Petrum. Credenti in eum, qui iustificat, deputatur fides eius ad iustitiam. Quid est ergo credere in eum? Credendo amare, credendo diligere, credendo ad eum ire, & eius membris incorporari. Ipsa est ergo fides, quam de nobis exigit Deus, quæ per dilectionem operatur. Si intelligis verba Dei, intellige quia Christus filius est Dei, & doctrina patris: non est ex seipso, non ex nihilo, non ex aliis substantiis, sed ex patre tantum, in patre manens, æqualis patri. *Quis à se metipso loquitur, gloriam propriam quærit.* Hic erit qui vocatur Antichristus, extollens se, sicut Apostolus dicit, super omne quod dicitur Deus, & quod colitur. Ipsum quippe annuncians dominus gloriam suam quæsiturum, non gloriam patris, ait ad Iudæos; Ego veni in nomine patris mei, & nõ suscepistis me: alius veniet in nomine suo, & hinc suscipietis. Significauit eos Antichristum suscepturos, qui gloriam nominis sui quæsiturus est, inflatus, non solidus, & ideo non stabilis, sed vti que ruinofus. Dominus autem noster Iesus Christus magnum exemplum nobis præbuit humilitatis. Nepe æqualis est patri, nempe in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, Nempe ipse dixit, & verissime dixit

Bibl. Hom. tom. 2. L Tanto

Gal. 6.

Mat. 17. Iaco. 2.

Rom. 4.

Gal. 3.

1. Thes. 2.

Ioh. 5.

Io. 14. Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui me videt, videt & patrem. Nempe ipse dixit, & verissime dixit; Ego, & pater vnum sumus. Si ergo cum patre vnum æqualis patri, Deus de Deo, Deus apud Deum, coeternus, immortalis, pariter incommutabilis, pariter sine tempore, pariter creator, dispensator temporum: tamē quia venit in tempore, & formam serui accepit, & habitu inuentus est vt homo, quętur gloriam patris, non suam. **Quid tu, homo, facere debes,** qui quando aliquid boni facis, gloriam tuam quæris: quando autem aliquid mali facis, Deo calumpniā meditaris? Intēde tibi, creatura es. Agnosce creatorem, seruus es. Ne contempnas Deum, adoptatus es, sed nō meritis tuis. **Quare gloriam eius, à quo habes hanc gratiam homo adoptatus, cuius gloriam quærui,** qui est ab illo vnicus natus. **Qui autem quærat gloriam eius qui misit illum, &c.** In Antichristo autem iniustitia est, & verax non est, quia gloriam suam quæraturus est, non eius à quo missus est. Non est missus, sed venit permissus. Omnes ergo pertinentes ad corpus Christi, ne inducamur in laqueum Antichristi, non quæramus gloriam nostram. Sed, si ille quærui gloriam eius, qui eum misit, quanto magis nos eius, qui nos fecit? Sequitur; **Nonne Moyses, inquit, dedit vobis legem, &c.** Ideo enim quæritis interficere, quia nemo ex vobis facit legem. Nam, si legem fecissetis, in ipsis literis Christum agnosceretis, & præsentem non occideretis. Et illi responderunt. Respondit enim turba. Respondit quasi turba non pertinentia ad ordinem, sed ad perturbationem. Denique turba turbata vide quid respōderit. **Dæmonium habes, quis te quærat occidere?** Quasi non fuerit peius dicere, dæmonium habes, quam eum occidere. Ei quippe dictum est, quod dæmonium habebat, qui dæmones expellebat. **Quid possit aliud dicere turba turbulenta? quid possit aliud olere cœnum commotum, nisi putidum?** Turba turbata est, vnde veritate. Turbam lippitudinis turbauit claritas lucis. Oculi autem non habentes sanitatem, non possunt ferro luminis claritatem. Dominus autem non planē turbatur, sed in sua veritate tranquillus, non reddidit malum pro malo, nec maledictum pro maledicto: quibus si diceret; **Dæmonium vos habetis: verum diceret.** Nam vnde hoc illi dicerent de veritate; **Dæmonium habes, nisi eos diaboli falsitas irritaret?** **Quid ergo responderit tranquillus, audiamus, & tranquille viuamus.** **Vnum opus fecit, & omnes miramini,** tãquam dicens, quid si omnia opera mea videretis? Iplius enim opera erant, quæ in mundo videbant: & ipsum, qui fecit omnia, non videbant. Fecit vnam rem, & turbati sunt, quia saluum fecit hominem in sabbato: non intelligentes dominum esse sabbati, filium hominis, qui sabbatum propter hominem constituit, non hominem propter sabbatum. Nec sabbatum destruxit, qui sanum fecit hominem in sabbato, quia ad salutem hominum hominibus sabbati custodia data est. **Propterea Moyses dedit vobis circumcissionem.** Bene factum est, vt acciperetis circumcissionem à Moysē, **Non quia ex Moysē est, sed ex patribus.** Abraham quippe primus accepit circumcissionem à domino. **Et in sabbato circumcidiu.** Cōuincit vos Moyses in lege. Accepistis vt circumcidatis octauo die, accepistis in lege, vt vacetis septimo die. Si octauus dies illius, qui natus est, occurreret ad diem septimū sabbati, quid

facieris? Vacabitis, vt seruetis sabbatum: an circumcidetis, vt impleatis sacramentum diei octauo? Sed noui, inquit, quid facitis. Circumciditis hominem: quare? quia circumcisio pertinet ad ali-quod signum salutis, & non debent homines sabbato vacare à salute. Ergo nec mihi irascimini, quia saluum feci totum hominem in sabbato. **Si circumcissionem,** inquit, **accipit homo in sabbato, vt non soluatur lex Moysi.** Aliquid enim per Moysen in illa constitutione circumcissionis salubriter institutum est: mihi operanti salutem in sabbato, quare indignamini? Forte enim illa circumcisio ipsum dominum significabat, cui isti curanti, & sananti indignabantur. Iusta est enim adhiberi octaua die. Et quid est circumcisio, nisi carnis expoliatio? Significat ergo ista circumcisio expoliationem à corde cupiditatum carnalium. Non ergo sine causa data est, & in eo membro fieri iusta, quoniam per illud membrum procreatur creatura mortalium: & per vnum hominem mors, sicut per vnum hominem resurrectio mortuorum: & per vnum hominem peccatum intrauit in mundū, & per peccatum mors. Ideo quique cum præputio nascitur, quia omnis homo cum vitio propaginis nascitur: & non mundat Deus siue à vitio, cum quo nascimur, siue à vitio, quæ male viuendo addimus, nisi per cultellū petrinum, id est, dominum Iesum Christum, Petra enim erat Christus. Cultellis enim petrinis circumcidebant, & Petra nomine Christum figurabant, & præsentem non agnoscebant, sed insuper occidere eum cupiebāt. Quod vero circumciditis hominem in sabbato, intelligite hoc significare opus bonum, **Quid ego feci totū hominem saluum in sabbato** quia & curatus est, vt sanus esset in corpore: & credidit, vt sanus esset in anima. **Nobis te iudicare personaliter, sed rectum iudicium iudicare.** Quid est hoc? nisi quia si per legem Moysi circumciditis sabbato, nō irascimini Moysi: & quia ego die sabbati saluum feci hominem, irascimini mihi: personaliter iudicatis, veritatem attendite, & iustum iudicium iudicate. Si secundum veritatem iudicatis, neque Moysen, neque me condemnabitis: & veritate cognita, me cognoscetis, quia ego sum veritas. Hoc vitium, fratres, quod dominus notauit hoc loco, euadere in hoc seculo, magni laboris est, non personaliter iudicare, sed rectum iudicium retinere. Admonuit quidem dominus Iudæos, sed monuit nos: illos cōuincit, nos instruxit: illos redarguit, nos exauit. Non putemus hoc nobis ideo non dictum, quia tunc ibi non fuimus. Nos itaque sic audiamus euangelium, quasi præsentem dominum: ne dicamus; O illi felices, qui eum videre potuerunt: multi in eis, qui viderunt eum carnaliter, occiderunt: multi autem in nobis, qui non viderunt, crediderunt. Quis est, qui non iudicat personaliter, nisi qui æqualiter diligit? Qui æqualiter omnes diligit, æqualiter de omnibus iudicat. Nec hoc dictum putemus de illis, quos pro honore graduum diuerso modo honoramus, sed de illis, quorum causas diiudicare iubemur. Dominus igitur Iesus non manifeste, sed occulte ascendit ad diem festum: non quia timebat ne teneretur, cuius potestas erat vt non teneretur, sed vt significaret etiam in ipso die festo, qui celebrabatur à Iudæis, occultari, & clausum esse mysterium. Sed mox apparuit potestas, quæ purabatur timiditas. Loquebatur enim palā in die festo, ita vt miraretur

tur turbæ, & dicerent, quod audiuimus cum le-
tio legeretur; **Nonne hic est, quem quærebant interficere?** Qui nouerant, quæ factitia quærebatur, mirabantur, quæ potentia non tenebatur. Vnde non plane intelligentes illius potentiam, putauerunt esse principum scientiam, quod ipsi cognouerant eundem esse Christū, & ideo pepercerunt ei, quo tempore occidendum quæsierunt, deinde illi ipsi apud seipsos, qui dixerant; **Nunquid cognouerunt principes, quia hic est Christus?** fecerunt sibi quæstionem, quæ eis videretur nō esse Christum. Adiungentes enim dixerunt; **Sed istum nouimus vnde sit, &c.** Quid est quod dixerunt Iudæi: **Christus, cum venerit, nemo scit vnde sit,** dum Herode interrogante, locum natiuitatis eius, demonstrauerunt iuxta prophetiam Micheæ propheta: & ex hoc certum est locum natiuitatis illius eos nosse: Sed considerandū est, quid se nosse putarent, & quid non se scire dixerunt. Locū enim natiuitatis illius sciebāt per prophetarū dicta, sed diuinā eius natiuitatē, quæ ex deo patre æternaliter natus est, propter impietatē cordis sui nesciebāt, Esaiā dicente, **Generationem eius quis enarrabit?** Denique & ipse dominus ad vtrunque respondit, & de humanitatis fragilitate, & de diuinitatis maiestate, dicens, **Clamabat ergo docēs in templo Iesus, Et me scitis, & vnde sim scitis.** Recte ergo dixit; **Et me nositis, & vnde sim, scitis.** Id est, secundum carnem natiuitatem meam nositis, & nobilitatem parentum meorum, & effigiem vultus mei nositis. Secundum diuinitatem autem non nositis, **Quia à moysa non veni, sed est verus qui me misit, quem nescitis.** Sed vt eum sciat, credite in eum, quem misit: & sciat quiddē nemo Deum vidit vnquam nisi vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit: & patrem nemo cognouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Denique cum dixisset, **Sed est verus qui misit me, quem vos nescitis:** vt ostenderet eis, vnde possent scire, quod nesciebant, subiicit; **Ego scio eum:** ergo à me quærite, vt sciat eum. Quare autem scio eum? **quia ab ipso sum, & ipse me misit.** Magnifice vtrunque monstrauit: **Ab ipso,** inquit, **sum:** quia filius de patre & quicquid est filius, de illo est, cuius est filius. Ideo dominum Iesum dicimus Deum de Deo: patrem non dicimus Deum de Deo, sed tantum Deum, & dicimus dominum Iesum lumen de lumine, patrem non dicimus lumen de lumine, sed tantum lumen. Ad hoc ergo pertinet quod dixit, **Ab eo sum.** quod autem videtis me in carne, **ipse me misit.** Vbi audis, **ipse me misit.** noli intelligere naturæ dissimilitudinem, sed generantis autoritatem. **Quærebant ergo eum apertē benedire, &c.** Hoc est, quia nolebat. Qui enim voluntate natus est, voluntate & passus est, Sicut horam præuiderat natiuitatis suæ, ita horam prædestinavit passionis suæ. Si hora mortis nostræ, illius voluntas: quanto magis hora passionis suæ in arbitrio voluntatis suæ venit? Magna igitur misericordia domini nostri Iesu Christi, factum esse eum propter nos in tempore, per quem facta sunt omnia: factum esse, quod fecit. Factus est, quod fecerat. Factus est enim homo, qui hominem fecerat: ne periret quod fecerat. Secundum hanc dispensationem iam venerat hora natiuitatis, & natus erat: sed nōdum venerat hora passionis: ideo nōdum passus est, quia nec dum venerat hora, in qua pati voluisset. Ideo in cruce legi-

tur eum dixisse, dum omnia perfecta fuerunt secundum scripturas prophetarum. Cōsummatum est: & inclinato capite, tradidit spiritum. Dum vero voluit, consummata fuerunt, quæ de eo scripta sunt, & consummatas omnibus, potestate propria emisit spiritum. **De turba autem multi crediderunt in eum.** Humiles, & pauperes saluos faciebat dominus: principes insaniebant, & ideo medicum non solum nō agnoscebant, sed etiam occidere cupiebant. Erat quædam turba, quæ suam ægritudinem cito vidit, & illius medicinam sine dilatione cognouit, quæ continuo miraculis credidit, principibus in infidelitate manentibus.

ERICI IN SVPERIVS Euang. Hom.

IN lectione, quæ hanc præcedit, narrat sanctus Euangelista, quia ambulabat dominus in Galilæam non enim volebat ire in Iudæam, quoniam Iudæi quærebant eum occidere. Cum ergo ibi esset, & (vt iam dictum est) propter concitatum contra se persecutionem delitesceret, essetque in proximo dies festus Scenopægiæ, dixerunt fratres eius ad eum, Transi hinc, & vade in Iudæam vt & discipuli tui videant opera tua, quæ facis. Quos vidēs dominus, labilem, & caducam huius mundi gloriam querere, & caelestem paruipendere respondit; Vos ascendite ad diem festum, ego non ascendam ad diem festum istum. Cum igitur hæc, & plura alia ad redarguendos, confundendosque humanæ laudis cupidos dixisset, tum quiddem mansit in Galilæa. **Am autem mediante die festo:** (nam per octonos dies agebatur ipsa solennitas) sicut nunc lectum est, & ipse Iesus ascendit. **Et mirabantur Iudæi dicentes: Quomodo hic literas scit, cum non didicerit?** Quiddam hoc est, quod antequam dominus ad festiuitatem veniret, quærebant eum, & murmur magnū de eo erat: Ecce adest, qui quærebatur, docet; qui latebat, palā loquitur, & non tenetur? Sed illud erat exēpli, hoc potestatis. Latuit enim, vt nos doceret, persecutionem debere fugere, secundum quod alibi præcepit; Si vos persequuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. **Et mirabantur, inquit, Iudæi.** Mirabantur, non tamen ab infidelitate conuertebantur. Sed vnde mirarentur, aperitur, eum subditur, **Vnde hic literas scit, cum non didicerit?** Nouerant vbi natus, & quomodo fuerit educatus. Nunquam eum viderant literas discitentem, audiebant tamen eum de lege disputantem, legis & prophetarum testimonia profertem, quod nemo alius faceret, qui legem ipsam non legisset. Nemo autem ipsam legem legeret, nisi prius literas didicisset. Hac de causa mirabantur, non intelligentes, eum legis auctorem, & dominum. Quod si credere voluissent, nequaquam mirarentur, si ille legem nosset, qui ipsam legem dedisset. Verum hæc illorum admiratio facta est veritatis magistro altioris doctrinæ insinuandæ occasio. Respondit enim dominus aliquid profundum, & attentius inspicendum, nam sequitur, **Respondit eis Iesus, Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me.** Paucis verbis quasi contrarium aliquid dominus dixisse videtur: non enim ait: **Ista doctrina non est mea:** Sed; **Mea doctrina non est mea.** Querendū ergo, quid sit, **Mea doctrina non est mea,** Si enim sua, quomodo nō sua? Sed recolamus, quid

beatu Ioannes in exordio huius euāgelij dixerit, & ibi reperire poterimus solutionē huius quaestionis. Ait enim; In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Quae est ergo doctrina patris, nisi verbum patris? Verbum enim, alicuius est verbum. Et idē suam doctrinam dixit non suam, quia ipse non à se est, sed est verbum patris. Quod ergo ait; *Mea doctrina non est mea*, tale est, ac si diceret: Ego qui doceo, non sum à meipso. Cū enim credamus & confiteamur filium patri esse aequalem per diuinitatem, nec vllam recipiamus inter generantem, & genitum; vel naturae, vel substantiae differentiam, tamen ille pater, ille filius. Et pater quidem de nullo, quia de se Deus est: Filius verò non de se, sed de patre genitus est Deus, sicut spiritus sanctus à patre procedit, & filio. Et hi tres vnus Deus, vnum lumen, vna potentia, vna maiestas. Et quia hoc tam profundum mysterium videbat non omnēs posse intelligere, dat consilium, quid agentes ad illud pertingere valerent. *Si quis, inquit, voluerit voluntatem eius facere, cognoscat de doctrina mea, verum ex Deo sit, an ego à meipso loquar.* Si quis voluerit voluntatem patris facere, hoc est, si quis voluerit in filium eius credere, cognoscat de doctrina mea, hoc est, intelliget. Ergo intellectus est merces fidei. Non ergo intelligendum est, vt credamus, sed prius credendum, vt intelligamus. Scriptum namque est; Si non credideritis, non intelligetis. Ergo faciamus voluntatem patris, hoc est, credamus in filium Dei patris. Haec est voluntas patris, iuxta quod alibi idem filius dicit, hoc est opus Dei, vt credatis in eum, quem misit ille. Cognoscenda sane est necessariò huius verbi structura: aliud enim est, cum dicimus per datiuum casum, Credo tibi: aliud per accusatiuum, Credo in te. Dicimus certè credere nos Paulo, sed non in Paulum. Dicimus credere nos Petro, sed non in Petrum. Ergo aliud est credere Deo, aliud est credere in Deum. Credere enim Deo, est verbis illius fidem accommodare, secundum quod & daemones credunt ei, & contremiscunt. Credere verò in Deum est Deum credendo amare, credendo diligere, membris eius credendo incorporari. Haec est fides, quam à nobis exigit Deus, quae per dilectionem operatur. Si quis ergo facit voluntatem patris credendo in filium eius, cognoscat de doctrina Christi: quia non aliunde, non de nihilo, sed de patre est, manens in patre, aequalis patri. *Quia à semetipso loquitur, gloriam propriam quarit.* Quibus verbis Antichristum notat, thesaurum malitiae, & perditionis filium: *Qui (vt Apostolus ait) aduersatur, & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur: ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se, tanquam sit Deus.* Hic ergo cū venerit, à semetipso loquetur, sua se autoritate venisse non à Deo missum dicens: nec Dei, sed suam gloriam quaesiturus est. De quo alibi dicit; Ego veni in nomine patris mei, & non suscepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. *Qui autem querit gloriam eius, qui misit eum, hic verax est, & iniustitia in illo non est.* Se vtique dominus his verbis insinuat, qui cū per diuinitatem aequalis esset patri, tamen per susceptam serui formam apprensus in tempore, qui erat creator temporum, non suam quaesituit gloriam, sed patris. Vel nobis certè per hoc praebuit humilitatis exemplum, vt nos, qui puri homines sumus, nec ex nobis boni

Non intelligendum, quod pater sui fuerit principiu, sed quod sit sine principio, à nemine alio dependens.

1. Jo. 6.

1. Jo. 5.

Credere Deo.

1. Jo. 2.

1. The. 2.

1. Jo. 5.

quicquam possumus, totum Deo tribuamus, ad eius laudem, & gloriam referamus, cū vel boni aliquid facimus, vel eius largiente clemētia rectè scripturas illius intelligimus. Sed nos econtra bona, quae agimus, nobis superbe ascribimus, mala verò nostra creatori nostro irrogamus, causantes, quod tales nos fecerit. Christus verò dominus noster gloriam patris quaerebat, & idcirco verax est, & iniustitia in illo non est. In Antichristo verò iniustitia est, & verax non est: quia suam, non Dei gloriam quaesiturus est. Non est à Deo missus, sed venire permixtus. *Nonne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem? Quid me queritis interficere?* Illi quidem gloriabantur se legis praeccepta implere, sed aperta reuincuntur sententia. Lex enim homicidium verat. Quomodo ergo legem faciebant, qui saluatorem interficere cogitabant? Nam si legem rectè legissent, & opere impleissent, in ipsis scripturis suis Christum agnoscerent, & nunquam de eius morte tractarent. Respondit ei turba. Turba, inquit, semper incerta, & turbata, nullo rationis ordine praedita. *Demonium habes. Quis te querit interficere?* O scelus inexpressibile! ò blasphemia, neque in hoc seculo, neque in futuro remittenda! Nam peius fuit hoc dicere, quam Christum occidere. Ei namque dicebant; *Demonium habes*, qui suo imperio daemones expellebat. Obturandae essent aures ad tam scelestam contumeliam, nisi ipse dominus exemplo disceremus habere patientiam. Neque enim à furiosis, & turbatis haec audiens turbatus est, sed in sua veritate tranquillus permanens, non reddidit malum pro malo, nec maledictum pro maledicto. Quibus si respondere voluisset; Vos potius habetis daemoneum, verum utique diceret: quia nisi pleni daemoneio essent, tam peruersè de Deo loqui non possent. Respondit ergo eis; *Vnum opus feci, & omnes miramini. Ac si diceret, Qui tantū miramini in sanatione vnus hominis, quantum miraremini, si omnia opera mea videretis?* Vnam enim rem fecerat: sanauerat in sabbato paralyticum, qui triginta, & octo annis decumbebat, & turbati sunt, quia non intelligebant eum esse auctorem sabbati. Non destruxerat sabbatum, hominem in eo sanando: quia ad salutem hominum, sabbati custodia hominibus data fuerat. *Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem: non quia ex Moysse est, sed ex patribus.* Moyses quidem legem decreuit, vt circumcisio seruaretur, sed non ipse auctor est circumcisionis. Multò enim ante legem tempore Abraham primus recepit circumcisioem à domino, in signum magnae fidei suae. *Et in sabbato, inquit, circumcidit hominem.* Tanquam diceret: Reuincit vos Moyses. Praecipitur in lege, vt hominem octaua die circumcidatis: praecipitur etiam, vt sabbatizetis septimo die. Si ergo octaua dies illius, qui natus est, euenerit die septimo, hoc est, in sabbato, quid facietis? Vacabitis, vt custodiatis sabbatum: an circumcidetis infantem, vt impleatis octauae diei sacramētum? Sed noui quia circumcidetis, quoniam signum salutis est, & non debet homo in sabbato vacare à salute. Ergo nec mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbato: quia & curatus est, vt sanus esset in corpore: & credidit, vt sanus esset in anima. *Si circumcisioem accipit homo in sabbato, vt non solnatur. lex Moysi: mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbato?* Illa fuerit circumcisio ob tres praecipue causas data fuerat. Primò, vt signum esset magnae

1. Jo. 5.

Exod. 12.

Gen. 17.

Leuit. 12.

magnae fidei Abrahā. Secundò, vt per eam à ceteris nationibus discernerentur in corpore, sicut fimbriis palliorum distinguebantur in veste. Tertiò, vt illam in virili membro fulcipientes, castitatem mentis, & corporis se obseruare debere cognoscerent. Et tantum valebat tunc circumcisio, quantum & in nouo testamento baptisma: quia omnia peccata per eam dimittebantur, excepto quoddam ianuam regni caelestis nequaquam aperire poterat. Non ergo à tam vtili, & propicia re propter inanis ocij sabbatum, vacare debebant. Mysticè verò illa circumcisio figurabant baptisma, quod nunc in Ecclesia geritur, quo verissime omnia peccata dimittuntur, & caeleste regnum credentibus aperitur. Exhibebatur verò circumcisio in virili membro, per quod humana propagatio ministratur: vt ostenderetur, per vnum hominem peccatum intrasse in mundum, & per peccatum mortem: & sicut omnis homo cum originali peccato generatur, à quo cum omnibus vitis per baptismum, quod est vera & spiritalis circumcisio, expoliamur. Petrinis autem cultris circumcidabantur homines, quia, vt ait Apostolus; Petra erat Christus: per cuius nominis inuocationem, simplex aqua baptismatis spiritali potentia fecundatur, vt hominibus spiritali possit praestare generationem. *Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate.* Secundum faciem iudicare, est personam in iudicio considerare. Et isti personaliter iudicabant, quia illis, qui in sabbato paruulos circumcidabant, non irascebantur: domino autem indignabantur, quia in sabbato totum hominem saluū fecisset. Iustum, inquit, iudicium iudicate: quod si facitis, neque me, neque Moysen condemnabitis: sed veritatem perspexite, nullatenus mea opera Moysi praecceptis contraire videbitis. Sanè haec domini admonitio, non solis facta est Iudaeis: nos etiam dominus monuit, nos instruxit. Sic ergo verba eius audiamus, quasi praesens nobis loquatur. Ait enim; *Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate.* Magni laboris est hoc vitium effugere, id est, non ad intuitum personae iudicare, sed iustum iudicium proferre. Nullus quippe alius hoc potest implere, nisi ille, qui omnes aequaliter diligit: qui in iudicandis causis non attendit ambitum, sed meritum, nec considerat quis iudicandus, sed vnde sit iudicandum. Nec hoc dicimus de illis, quos pro gradu honoris diuerso modo iubemur honorare: sed de illis, quorum causas discere, ac diiudicare iubemur. *Dicebant autem quidam ex Hierosolymis, Nonne hic est, quem quaerunt interficere? Ecce palam nunc loquitur, & nihil ei dicunt.* Isti, qui hoc dicebant, nouerant, quia Dominus à Iudaeis quaerebatur: sed non intelligebant, quod sua potentia non tenebatur: atque idē putauerunt principes iam credidisse, quia ipse esset Christus. Dicunt enim; *Nanquid verè cognouerunt principes, quia hic est Christus?* Sed ostendunt se nondum credidisse, cū subiungunt; *Sed istum nouimus vnde sit: Christus autem cum venerit, nemo scit, vnde sit.* Quid est quod dicunt; *Christus cum venerit, nemo scit vnde sit?* Nam & Herode locum natiuitatis Christi requirente, responderunt, quod in Bethleem nasciturus esset, & ipsa sua verba prophetica autoritate confirmauerunt. Sed nouerant locum natiuitatis eius, non autem poterant comprehendere gene-

1. Cor. 10.

rationem diuinitatis eius, propheta dicente: Generationem eius quis enarrabit? Ac si dicerent: Istum sicut aliquem ex ceteris hominibus nouimus: nihil in illo diuinum, nihil regale attendimus. Christus verò noster Deus omnipotentissimus venturus est, & vniuerso mundo imperaturus. Haec erat causa morbi illorum. Ideo enim in Christum credere, nolebant, quia humanitatem solam in eo considerabant, diuinitatem perpendere non valebant. Vnde & dominus illis ad vtrumque respondit, videlicet & de humanitatis fragilitate, & de diuinitatis maiestate. *Clamabat enim, docens in templo: Et me scitis, & vnde sum scitis.* Hoc de sua dixit humanitate, secundum quam & locum natiuitatis eius, & parentum nobilitatem, & vultus effigiem nouerant. Sciebāt ergo eum, quia de regali stirpe descenderat, & nobilitatis lampade illustris, latere non poterat. *Et à meipso non veni, sed est verus qui misit me, quem vos nescitis.* Hoc ad suam retulit diuinitatem, secundum quam ignorabant eum esse Dei filium, & à patre missum in mundum. Nesciebant etiam Deum patrem, qui verus est ipse genitor veritatis, quem nesciebant: quia ignorantes filium, nec in eum credentes, ad Dei patris notitiam peruenire non merebantur. Denique subiungit; *Ego autem noui eum.* Si ergo eum cognoscere vultis, à me quaerite vt sciat: quia ab illo sum, & ille me misit. Pulcherrimè, & quam breuissimè diuinitatem simul, & humanitatem suam complexus est. *Ab ipso, inquit, sum: quia filius de Deo patre natus sum.* Quicquid enim est filius, ab ipso est, & ei debet, cuius est filius. *Et ipse me misit.* Hoc est, incarnari constituit: hoc est, quod me videtis, quod praesentem attenditis. Cū autem audiamus Deum patrem misisse filium, non cogitemus naturae dissimilitudinem, sed patris auctoritatem. *Quaerebant ergo eum apprehendere, & nemo in eum misit manus, quia nondum venerat hora eius.* Nemo, inquit, in illum misit manus hoc est, nullus vim fecit, nullus eum rapere praesumpsit: quia nondum venerat hora eius, hora videlicet voluntatis illius. Sicut enim voluntate natus, sic & voluntate passus est. Nam sicut ante secula praedonauit matrem virginem, de qua naceretur, sic etiam praesciuit, & praelegit mortem, quam pateretur, & tempus quando pateretur. Huius horae reminiscens dum pendere in cruce, dixit; *Consummatum est.* Et inclinatus capite tradidit spiritum. Non ergo potuerunt cum Iudaei comprehendere: quia ipse mortem suam, & ministros mortis suae in sua habebat potestate, ac cū ipse voluit pati, etiam si voluissent à nece eius Iudaei abstinere, non potuissent. In altero igitur misericordia, in altero veritas praerogata est. Misericordia quidem in humilitate carnis, qua pati voluit: Veritas in potestate diuinitatis, qua donec ipse voluit, comprehendere nequiuisset. Vtrumque propter nostram salutem gestū est, propter quos homo factus fuerat, qui hominem fecerat, ne periret, quod fecerat. Non ergo simus ingrati tantis beneficiis, quae ab ipso immeriti accepimus, & indigni. Obediamus praecceptis eius, vt simus compotes promissionis eius. Queramus spiritali desiderio vultum eius, quaramus faciem eius semper. Queramus eum, non sicut Iudaei, vt eum occidamus, sed vt ab ipso viuificemur. Queramus, non vt eum à nobis expellamus, sed vt cum eo in perpetuum maneamus, Amen.

1. Jo. 19.

THEOPHYLACTI EPISCOPI *Bulgar superioris Euang. expositio.*

Cum autem dimidium festi peractum esset, ascendit Iesus, &c. Quare ascendit, quum esset dimidium festi? ut leniret illorum animum, & insuper ut maiori attentione audirent ea, quæ ab ipso dicebantur, ne festi strepitus eorum aures occluderet. Nam in principio festi verisimile est eos in iis, quæ festi erant, occupatos fuisse. Quum igitur repente apparuisset eis, simpliciter audierunt omnes, partim illum bonum, partim impostorem dicentes: & alij quidem ut lucri inde quiddam perciperent, & admirarentur: alij autem ut illum inuaderet, & comprehenderent veluti seductorem. Porro quid docuerit non dixit Euangelista, quod autem mirabilia quædam dixerit, per quæ illos cohibuerit, & mentem illorum in miraculum mutauerit, manifestauit per hoc, quod dicit; *Admirabamur, quomodo literas sciret, qui nunquam didicisset.* Veruntamen quamuis admirarentur, artamen neque sic liberata est mens illorum à malitia. Non enim doctrinam admirabantur, neque, quæ dicebantur, suscipiebant, sed admirabatur, quomodo sciret literas, hoc est, obtupescebant: id quod solet inuidis accidere, veluti, si pauper quispiam vicinus repente in splendidiore vestitu prodeat, & videat eum vicinus inuidus, dicit; *Quomodo hic tam sumptuosius vestibus indutus est, qui dudum pauperimus erat? Vnde huic vestis illa? Hæc autem dicit, non quod re ipsa admiretur, sed quod aduratur inuidia, vsus talibus sermonibus: Omnino enim, dicit, furatus est vestem.* Sic igitur & Iudæi; *Quomodo hic scit literas? profecto ex Beelzebubul habet.* Tamen si inde illos coniectare potius oportebat non esse hoc humanum: sed, quia hoc ipsi fateri noluerunt, ipse respondet eis, docens quod à Deo, & patre sit doctrina illa. Nihil meum est, inquit, neque à me ipso tanquam aduersarius Deo loquor, sed quæcunque illa fuerint, patris hæc, & mea verba sunt. *Si quis voluerit voluntatem ipsius facere, sciet, &c.* Dixerat, Mea doctrina non est mea, hoc est, aduersaria Deo: sed patris mei est, inquit. Si quis voluntatem Dei fecerit, hoc est, si virtutem amplexatus fuerit, & inuidiæ non feruetit, neque vano contra me odio obrebratus fuerit, sciet meorum sermonum virtutem, & num ea, quæ patris sunt, loquar, vel aliena, & indigna quædam. Voluntatem autem Dei facit & qui scripturas, & prophetas scrutatur. Igitur qui talis est, poterit scire de doctrina domini, quod ex Deo sit. Nam propheta non inducunt dominum Deo aduersarium, & à se ipso loquentem, sed omnia, quæ Deo congruunt, dicentem, & facientem. Insuper & aliam rationem subdit, dicens, *Qui à se ipso loquitur, hoc est, qui vult propriam statuere doctrinam, propter nihil aliud hoc facit, quam ut gloriam quandam inanem inde percipiat.* Si autem ego (inquit) gloriæ propriæ fructum nolo, sed gloriam eius, qui me misit, quero, cuius gratia velim illa docere: verax igitur sum, & non est iniustitia in me: hoc est, non rapio gloriam alteri debitam. Hoc enim iniustitiæ foret, atque ita doctrina mea & veritatem complectitur, & iustitiam in se. Non enim ex arrogantia sit, ut mendacium habeat, ac iniustitiam. Atrogans vero & mentitur, eo quod

de se plus quàm meretur, dicit: & iniuste agit, quia alienam, & sibi non conuenientem gloriam rapit. At dominus, quia, quæ patris sunt, quærebat, & nihil de se arroganter dicebat, omnino & verax est, & iustus. Sæpe autem diximus, & nunc quoque dicimus, quod, quado dominus humilia quædam dicere videtur, non existimandum hæc illum dicere, quod natura minor sit pat, sed ne habeatur aduersarius Deo, & propter auditorum imbecillitatem, & propterea carne amictum sese, docereque nos modestos esse, & nihil magnum de nobis ipis dicere. Quando autem sublimia & de sua diuina gloria loquitur, oportet credere nos, quod grandia hæc ut æqualis patri loquatur, propter magnitudinem suæ naturæ. *Nonne Moyses dedit vobis legem? &c.* Videntur quidem hæc cum superioribus non coherere, bene autem consideranti & valde consequentia apparent. Nam, quum criminarentur eum, quod sabbatum solueret, & legem præuaricaretur, ad hoc vrget, ostendens eis, quod ipsi magis præuaricatores sint legis. Nam lex quidem inquit, Ne occidas: vos autem quæritis me occidere: & ita vos soluitis legem, non ego. Igitur, quum à vestra condemnatione desistitis, me calumniâmini quasi præuaricatem legem, eo quod hominem in sabbato curauerim. Nullus autem ex vobis facit legem, dixit, eo quod omnes, cum quibus loquebatur, querebant eum occidere. Vide autem quomodo ipse quidem mansueti voce loquatur, illi autem contumeliose, & audacter dicunt; *Demonium habes:* eo quod putabat se tertere illum, & animam eius contumeliis cruciare. Cæterum Moysen dicit dedisse legem, quamuis ipse, qui erat dominus Moysi, & legis dator, dedisset propter infirmitatem Iudæorum, & quod insensati erant. Nam quomodo sustinuisent dicentem; Non Moyses dedit vobis legem, sed ego, qui dominus Moysi, & legis? *Respondit Iesus, & dixit eis: Vnum opus feci, &c.* Syllogismo quodam ostendit eos sine causa odio sui laborare, cū dicit; *Vnum opus feci in sabbato, paralytici videlicet sanationem, & omnes admiramini propterea,* hoc est, turbamini, & tumultuamini: quamuis Moyses ille legislator sabbatum soluerit, eo quod iusserit omnem animam die octauo circumcidi. Sæpe enim accidit, octauum diem, in quo necesse circumciditur puer, diem sabbati esse: atque ita sabbatum solutum est ab ipso Moysen propter circumcicionem, & nihil prohibebat sabbati die circumcidi hominem: sed, etsi sabbatum fuerit, vel octauus dies, soluitur lex de ocio sabbati, ut ne solvatur lex circumcicionis. Si hæc igitur ita se habent, quid mihi succensetis, & irascimini, quod in sabbato hominem integrum sanum feci? quamuis circumcicio non Moysi fuerit, sed patrū: attamen illa etiam eam, quæ non est Moysi, legem de sabbato à Moysen datam soluit. Et circumcicio quidem, quæ dolorem affert, non prohibetur in sabbato: ego autem, qui liberum feci hominem à dolore, & sanum feci, arguor. Ne iudicet secundum faciem, sed iuste & absque personarum acceptione iudicet. Neque Moysen, qui soluit sabbatum propter circumcicionem, extra reprehensionem ponitis, si me iudicaueritis, maxime bene faciendo homini, sabbatum non obseruauit. Manifestum enim est, quod personam recipiatis, si me propter humilitatem condemnatis, & Moysen propter eius dignitatem non condemnatis.

Dicebant

Dicebant ergo quidam ex Hierosolymitanis, &c. Non simpliciter, & absque causa adiecit, Quidam Hierosolymitanorum, sed vt ostendat, quod, quum maxima illis miracula euenissent, omnium fuerint miserum. Quomodo enim non miseri, qui, viso magno deitatis illius signo, adhuc corruptum habent iudicium? Etenim magnum quidem habuissent signū, si voluissent, quod inuitis, & infanientibus ipsi contra eum, libere in medio ipsorum ambularet, neque pateretur ab eis. Sed nolabant hoc signo virtutem eius cognoscere. Dubitat autem dicentes; *Nū forte & principes cognouerunt, quod hic est vere Christus;* & neque in hac sententia permanent, sed colligunt, quod nullus quidem sciat, vnde venturus sit Christus: illum autem scimus, vnde sit: non igitur hic est Christus. Cæterum vide malitiam, quomodo & illi sibi aduersarij sint. Principes enim ipsorum, quum interrogarentur ab Herode, dicunt in Bethleem Iuda nasci Christum. Illi autem dicunt, quod nullus sciat, vnde sit Christus. Vides dictorum contrarietatem? Et iterum alibi quidem dicunt; Non scimus, quod Moysi locutus est Deus, hunc autem nescimus, vnde sit. Porro hoc loco dicunt, hunc scimus vnde sit. Vidisti insanientem sermonem, scimus, & nescimus? Quid huic pugnantia verborum par? Ad vnum enim spectabant, ne credant. Itaque, quando in illorum rem erat dicebant; Scimus: quando vero minus, negabant. Vnde malitiæ fuerit hæc sententiarum varietas. At, si quis quasi uerit, vnde mouentur illi dicunt, quod Christus, quando uenerit, nullus sciet vnde sit. Neque, nisi testimonium quoddam & ex scripturis habuissent, vel solidam traditionem, ita manifeste contraria dixissent scribæ Herodi, qui clare dixerant, quod in Bethleem Iuda nascatur, & iterum dicunt, quod ex Bethleem ciuitate Christus ueniet. Quid igitur dicendum? Ex scripturis utraque dicebat, & quod nascetur in Bethleem, & de ciuitate David esset, Habebat enim testē prophetæ Micheæ, sicut & Matthæus dicit, Et tu, Bethleem, terra Iuda, nequaquā minima es in principibus Iuda. Ex te enim egredietur dux. Et iterum ex eadem sententia eundem Micheam citant; Quia egressus eius ab initio, à diebus seculi. Id quod ignotum eius egressum, hoc est, natiuitatem declarat. Nullus enim hominum scit, quomodo ab initio, & a diebus seculi exitum, hoc est natiuitatem habeat. Homines enim in tempore, ille autem in diebus seculi, & ab initio. Quod autem æternum, quomodo ij, qui sub tempore, cognoscunt? Sed & Elaias dicit, Generationem eius quis enarrabit? Ex his igitur persuasi dicebant; Nemo scit, vnde sit Christus. Non enim intelligebant, quod duplex esset dominus Iesus: & secundum natiuitatē à carne erat à virgine, & sciebatur vnde erat, nempe quod in Bethleem natus: secundum incorpoream vero eius natiuitatem, qua ineffabiliter à patre ante secula natus est, supra omnem sermonem natiuitas eius est. Hierosolymitani igitur illi natiuitatem in carne fatentur se scire vnde sit: illam autem, quæ ante secula est, secundum quam nemo scit Christum vnde sit, non fatentur. Idcirco, quum non intelligerent esse eum duplicis naturæ, & vna quidem sciebatur, altera vero non: dicunt, quod non sit Christus. *Clamauit igitur in templo docens Iesus, &c.* Quoniam non alia de causa dicebant, Hunc, vnde sit, scimus, quam

vt ostendere uellent, quod de terra sit, & quod fabri filius, propterea reducit eos ad cælum, dicens; *Et me scitis, & scitis, vnde sim,* nempe, quod ex cælo, hoc est, quamuis propter malitiam reticeatis, scitis tamen vnde sim, & quod ab illo missus sim, qui est verus. Quia autem ille verus, ideo & ego utique verax, & non mendax. Non enim verax impostorem, & mendacem mittere uellet. Hunc autem, qui misit me, vos quidem nescitis, & ignoratis, quandoquidem id operibus non declaratis. Nam (sicut Paulus inquit) in scientia ignorantia est. Deum, inquit, fatentur scire, opere autem inficias eunt. Et vos quidem Iudæi nescitis patrem meum, propter opera uestra mala, & pessimum animum. Ego autem illum scio, neque enim obstant mihi uel mens mala, uel opera, quæ illi displicent, quo minus illum cognoscā. ab ipso enim sum, hoc est, ex ipso, non ab alia substantia, uel alienus ab eo: & ille me misit. Vide autem & hoc loco duas naturas in Christo manifestari. *Querebant igitur illum apprehendere, &c.* Ostendens Euangelista, quod inuisibiliter cohiberentur, & quod ipse pateretur, & non ex imbecillitate, dicit; *Querebant illum apprehendere; nullus autem misit in illum manus.* Quod autem nondum uenerit hora eius, dixit non, quod temporibus esset obnoxius, sed quod omnia tempore opportuno, & hora conuenienti fecerit. Quando enim tempestiuum existimauit, quod pateretur, tunc & crucifixoribus se permisit. Omnia enim temporibus opportunis, & accommodis facit, ac moderatur: & sicut & legem dari conueniebat tempore congruo, ita similiter & prophetas, & euangelium. Vnde nomen horæ ostendit euidenter prudentiam, & sapientiam saluatoris. Multi autem crediderunt ei, dicentes; Nunquid Christus plura signa faciet, quam hic fecit? Dicitur autem de uino in Cana Galilææ, de filio regis, de paralytico, de panibus, & in summa de aliis omnibus, de quibus neque euangelista propter multitudinem ipsorum mentionem fecerunt, quum audieris, quod multi crediderint, scias illorum fidem exactam non fuisse, sed qualem uerisimile est esse in vulgari multitudine, subinde mutante sententiam.

INCERTI CUIVS DAM

sub nomine Eusebij Emissemi eiusdem Euangelij expositio.

Diximus superius hanc festiuitatem septem diebus celebrari, quod igitur ait, *iam die festo mediante,* tale est ac si diceret, Cū adhuc media pars dierum superesset de tota festiuitate, ascendit Iesus in templum & docebat. Mirabantur autem Iudæi eum audientes, quoniam mira loquendi suauitate de lege & prophetis eum scholasticè disputare audiebant, quem nunquam in scholis literas didicisse cognouerant. Quia enim solum hominem uidebant, nihil nisi hominem eum credebant. Sed later diuinitas, omnis huius doctrine informatrix, atque magistra. Vnde etiam ipse dominus subinfersens, ait: *Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me.* Sed si sua erat, quomodo non sua erat? & si sua non erat, quomodo sua erat? Ipse enim utrunque dicit, & suam & non suam. Sed sua erat, quia diuinitatis erat: & sua non erat, quia humanitatis non erat, sic igitur & sua erat, & sua

& sua non erat. Similiter enim & illud intelligitur quod superius ait. Quia descendit de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Et quidem vnum sunt & pater, & filius. Hoc enim ipse ait, Ego, & pater vnum sumus. Vna igitur voluntas vtriusque. Si igitur facit voluntatem patris, facit & voluntatem suam. Facit igitur & voluntatem suam, & non voluntatem suam. Facit enim voluntatem suam secundum diuinitatem; sed non facit voluntatem suam secundum naturam humanitatis. Dicebat igitur dominus Iudaeis admirantibus in doctrina eius, *Mea doctrina non est mea. Mea doctrina non est hominis, mea doctrina non est humanae sapientiae, neque ego ab homine dedici eam, nolite mirari, diuinitatis est, intrus est magister, qui me talia docuit.* De quo suo magistro per Esaiam sic ait, *Erigit mane, mane erigit mihi aurem, ut audiam quasi magistrum. Idem igitur ipse, & magister & discipulus est. Magister, secundum diuinitatem: discipulus, secundum humanitatem.* Planum est itaque quod ait, *Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me.* Tale quidem etiam discipulis ait: *Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscat doctrinam vtrum ex Deo sit, an ego à meipso loquar.* Soli igitur illi hanc doctrinam intelligere, & cognoscere possunt, qui patris voluntatem faciunt. Est autem voluntas patris, ut in eum credamus, quem ipse misit. Nisi igitur crediderimus, non intelligemus. Vnde & Esaias ait: *Nisi credideritis, non intelligetis.* Fides igitur nobis est necessaria, ut ad hanc doctrinam peruenire valeamus. Sed quid est quod ait, *Vtrum ex Deo sit, an ego à meipso loquar,* nisi vtrum secundum diuinitatem loquar? Loquitur enim dominus à seipso, sed secundum alteram partem sui ipsius. Qui à seipso loquitur, gloriam propriam quaerit: qui autem quaerit gloriam eius qui misit illum, hic verax est, & iniustitia in illo non est. Non generaliter de omnibus, sed specialiter de seipso & de Antichristo dicit Iesus. Ille enim non à spiritu sancto loquetur, sed à semetipso: ille non Dei, sed suam gloriam quaerit, qui supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, se exalabit, ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus. E contra verò Christus qui verax est, imò qui veritas est, & in quo iniustitia nulla est, vbiusque patris, qui misit illum, & non suam gloriam quaerit. Vnde ipse ait: *Zelus domus tuae comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Nonne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem?* Hoc autem quare dixerit, subiungens ostendit. *Quid me quaeritis interficere?* Si enim legem fecissent, si legis mandata custodissent, nunquam innocentem, & iustum interficere quaesissent. Respondit turba, & dixit, *Daemonium habes, quis te quaerit interficere?* Sic enim respondit turba, sicut sordida & turbata, sicut turbulenta, & turbida. Respondit Iesus, & dixit ei: *Vnum opus feci, & omnes miramini.* Non eorum responsione mouetur, non conuictis conuicta reddit: vnum (inquit) opus feci, & omnes miramini. Miramini quidem non quia magnum aliquid feci, (talis enim admiratio bona est) sed quia in sabbato feci. Quare ergo & vobis ipsis non indignamini, qui in sabbato circumciditis hominem? Si circumcisionem accipit homo in sabbato, ut non soluat lex Moysi, mi-

hi indignamini, quia totum hominem sanum in sabbato feci. *Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem, videlicet ut vos ab infirmitate sanaret. Non quia ex Moyses est circumcisio, sed ex patribus.* Prius enim quam de circumcisione aliquid diceret Moyses, circumcisi sunt Abraham, Isaac, & Iacob, & multi alij. Omni ergo die fieri licet, quicquid ad salutem pertinet, & idcirco in sabbato circumciditis hominem. Iniustum est igitur, ut mihi indignemini, quia totum hominem sanum feci in sabbato. Si enim mihi non licet, nec vobis licet. Licet autem: si enim non licuisset, Moyses non iussisset. Praecipit enim Moyses, ut octauo die circumcidatur infantulus, siue ipsum sabbatum, siue alius quilibet dies occurrat. *Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate.* Aut simul mecum Moysen reprehendite, aut me quoque simul cum Moysè iustificatote. Ambo enim idem facimus, ambo in sabbato salutem operamur. Sed illum non reprehenditis, quia timetis: hoc etenim est secundum faciem iudicare. *Nunquid verè cognouerunt principes, quia hic est Christus? Sed hunc scimus vnde sit: Christus autem cum venerit, nemo scit vnde sit.* Hoc autem tale est ac si dicerent: decepti sunt principes nostri, si Christum hunc esse putant, cuius nos & natiuitatis locum, & parentes cognouimus. Quod enim dicunt, *Christus autem cum venerit, nemo scit vnde sit,* ex eo loco hoc testimonium sumpsisse videntur, ubi dicitur, *Generationem eius quis enarrabit?* Sciebant tamen Iudaei in Bethleem Iuda Christum dominum nasciturum esse: secundum illud, *Et tu Bethleem terra Iuda: ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israel.* Clamabat ergo docens in templo Iesus, & dicens: *Et me scitis, & vnde sum scitis, & à meipso non veni, sed est verus qui misit me, quem vos nescitis.* Quid enim aliud his verbis significatur, nisi quia & me scitis, & me nescitis? Cum enim vnum sit & pater & filius, qui patrem nescit, & filium nescit. Sciebant igitur eum, quia Deum esse credebant: & nesciebant eum, quia Deum esse ignorabant. Sciebant esse quoque de Nazareth, sed non sciebant eum esse de patre. Dicit igitur & me scitis, & vnde sum scitis: & à meipso non veni, (sicut ille de quo supra dixi) alius veniet in nomine suo, illum accipietis: *Sed est verus qui misit me pater.* Verus igitur & ego: ego enim & pater vnum sumus, quem vos nescitis. *Ego scio eum: & si dixerò quia nescio eum, ero similis vobis mendax. Ego enim eum scio, quia ab ipsa sum, & ipse me misit.* Ab ipso enim est: quia Deus de Deo, lumen de lumine, eiusdem cum patre substantiae est. Pater enim de nullo, filius de patre, spiritus verò sanctus ab utroque procedit. Quid est autem quod ait, *quis misit me,* nisi qui me hominem fieri, & carnem suscipere voluit? Hæc autem operatio totius Trinitatis, & non solummodo patris est. Notandum igitur quomodo vbiusque patrem honorat, atque glorificat. *Quaerebant ergo eum apprehendere, & nemo in illum misit manus, quia nondum uenerat hora eius.* Illa videlicet, qua tradendus, & crucifigendus erat. Hæc autem hora, nisi eo volente, venire non poterat. Potestatem enim habebat, (sicut ipse ait, ponendi animam suam & iterum sumendi eam. *De turba autem multi crediderunt in eum.* Hoc est enim quod ipse alibi ait: *Confitebor tibi, domine pater caeli, & terræ, qui abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.*

paruulis. Et dicebant: *Christus cum venerit, nunquid plura signa faciet, quam quae hic facit?* Optimum argumentum, & huic assertioni valde idoneum. Sic enim & ipse dominus ait: *Opera, quae ego facio in nomine patris mei, ipsa testimonium perhibent de me.*

EVTHYMII ZIGABONI superioris Euang. expositio.

Qum autem iam dimidium festi peractum esset, &c. Ascendit quidem quum cognouisset extinctam esse illorum ferocitatem. Docebat autem ostendens sui admirationem. Postquam dimidium festi peractum erat, quarto videlicet die scenopogiorum: nam septem diebus illa celebrabant. *Et mirabantur Iudaei dicentes, &c.* Admirabantur non ea, quae docebat, sed quomodo literas nosset, quum non didicisset. Considerabant enim ea, quae docebat, omni sapientia esse plena: nec talia eum posse docere existimabant absque cognitione literarum. Oportuit autem cognoscere, quod Deus esset, ipsa sapientia, & qui omnem adinuenerat viam prudentiae. *Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me.* Quid dicit, *mea,* veritatem ostendit: quod autem ait, *non mea,* dispensationem ad honorandum patrem, ac Deum, & ad ostendendam modestiam, utque facilius ipsa reciperetur. Neque tamen ob id falsum est, quia dispensatorium: Nam, quae filij sunt, omnino sunt & patris: sicut etiam, quae patris, omnino sunt & filij: utraque enim sunt ambobus communia, utpote aequalibus. Alio quoque profundiore intellectu. Quae mea apparet esse doctrina, non est mea propria, neque enim vllam habeo propriam, sed patris est, utpote illo eadem per me docente, propter naturam, ac voluntatis identitatem: & quia verbum illius sum, quantum enim ego alia sim hypostasis, ita tamen dico, ac facio omnia, ut nos vnum esse intelligatis. *Si quis voluerit voluntatem eius facere, &c.* Voluntatem Dei vocat nunc operari virtutem, & prophetiam, quae de ipso sunt, attendere: virtus siquidem purgat mentem, prophetiae verò ipsam lucide docent. A seipso autem loquitur, qui ea, quae suae sunt voluntatis, loquitur. Deinde etiam syllogismum inducit, cui nullatenus possit contradici. *Qui à seipso loquitur, gloriam propriam quaerit, &c.* Gloriam intelligit hoc in loco honorem: nam vbiusque patrem, ac Deum praeponebat, & ad illum omnia referebat, etiam propria opera: qui ergo gloriam suam non quaerebat, quam ob causam aliena docturus erat? qui autem aliena non docet, sed quae illius sunt, qui misit ipsum, omnino verax est. Et vide quomodo omnes ad fidem, quae in se est, attrahebat, ac dicebat: *Qui non honorat filium, non honorat patrem, qui misit illum, siquidem ex hoc propriam gloriam quaerere videbatur: non tamen quasi propriae amator gloriae hæc dicebat, aut faciebat, sed quasi hominum cupiens salutem: nam hanc per fidem, quae in ipsum erat, procurare oportebat.* Pater namque dixit: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est, ipsum audite, aliaque multa huiusmodi per prophetas. Et iniustitia in illo non est.* Neque enim iniustus est, qui eius quaerit gloriam, qui misit illum. *Quidam autem iniustitiam hoc in loco mendacium intellexerunt. Plurimae itaque erant causae, cur humilia Christus lo-*

queretur: tum ne ingenitus esse putaretur: aut Deo contrarius crederetur: ad hæc propter auditorum imbecillitatem: praeterea ut homines doceret modestos esse, & nihil de seipsis magnificum dicere: demum ut tanquam homo loqueretur, ac propter alia huiusmodi. Vnica autem causa erat, cur sublimia loqueretur, celsitudo videlicet diuinitatis. Quia verò hi Iudaei duo crimina ipsi impingebant, puta legis transgressionem, & quod Deo esset contrarius: quod sabbatum solueret, ac patrem suum diceret esse Deum, aequalem sese faciens Deo. De vno quidè ibi respondit eis, ostensum, quod Deo contrarius non esset: de altero autem nunc respondet, & ostendit illos potius esse legis transgressores. *Nonne Moyses dedit vobis legem? Legem vniuersaliter appellat legalia praecepta, quae dedit Moyses, quum à Deo ipsa detulisset, & ea illis scripsisset. Interrogat ergo, Nonne Moyses dedit vobis legem, quem honoratis, & pro quo belligeratis, cui loquutus est Deus? Et nemo vestrum facit legem.* Facit, siue seruat. Deinde etiam addit quomodo non seruent legem. *Quid me quaeritis interficere? Quum lex dicat: Non occides, quid me occidere nitimini: neque legem seruantes, neque Mosem veriti, qui eam vobis tradidit: impudentiae siquidem est, legis accusare transgressores alia legis transgressionem. Respondit turba & ait, Daemonium habes, &c.* Hoc dicit turba volens rem gratam praestare magistratibus, & eum, qui omnem excidit honorem, iniuria afficiunt, in gratiam primatum, quia iniuria digni erant. Negant autem se illi procurare cedem, propter sceleris grauitatem: & ut incaute deinceps ambulans traderetur infidiatoribus. *Vnum opus feci, & omnes miramini.* Vnum opus dicit illius in sabbato curationem, qui triginta & octo annos in infirmitate vixerat. *Et omnes miramini,* siue turbamini, aut tumultuamini: nam hi erant, qui ex eo tempore infamantes quaerebant eum interficere. Deinde ait: *Moses tradidit vobis circumcisionem, & sabbato circumcidunt, quando videlicet octauus infantis dies sabbato occurrerit.* Iam ergo argumentatur. Si sabbato circumciditur homo, quomodo ergo de circumcisionis opere Mosem non accusatis, quod opus fieri praepere in sabbato? *Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem, &c.* Dicitio *Propterea,* non est hic causae redditua, sed vulgari modo, ac superflue Hebraico more ponitur. Dicit ergo: *Moses tradidit vobis circumcisionem, & in sabbato circumciditis hominem.* Quae autem in medio sunt verba addidit, ostendens, quod licet Moyses illam tradiderit, attamen ante illum fuerat. Ait enim: *Non quod ex Moysè sit.* Tradidit vobis illam, non quod à sua legislatione principium sumat: non quod tunc inceperit: sed ex patribus est, qui tempore Abraham fuerunt: nam illi primum data est in praecipitum: & tamen, quum aliunde ascititia videatur, firmior sabbato efficitur. *Si circumcisionem accipit homo in sabbato, ne lex Moysi soluat, &c.* Ut non contemnatur lex Moysi, quae de circumcisione est. Ipsam autem dixit Moyses tanquam ab eo traditam, sicuti diximus. Ait ergo: *Si circumcisionem accipit homo in sabbato, mihi irascimini, quod totum hominem sanum reddiderim in sabbato:* quum Mosi non sitis indignati, qui ante me permisit circumcisionem fieri in sabbato: Totum autem hominem dixit: nam, quum totum eius corpus paralyti dissolutum fuisset, totum reddidit sanum. Aut ostendit, quod

Supra 5.

Exod. 10.

Genes. 17.

Sup. 5.

Matt. 3.

quod non corpus tantum, sed & animam eius curauerit. *Nolite iudicare secundum aspectum.* Ne iudicaueritis ex acceptione personarum, illi quidem tanquam apud vos magno, & præclaro remittentes accusationes, me verò quasi vilem, & inglorium accusantes. *Sed iusto iudicio iudicate.* Non ad personas spectantes, sed ad res ipsas. Item & aliter. Circuncisio quidem solum Hebræis signum erat; quod autem à me factum est, integra fuit sanitas, ac veritas eius, quod significabatur. *Et ecce palam loquitur, & nihil illi dicunt.* Siquidem silèrium illis imposuerat. *Num verè cognouerunt principes, quod hic verè Christus sit?* Tunc enim & principes in turba erant. *Christus verò quum venerit, nemo cognoscit vnde erit.* Atqui principes vestri interrogati ab Herode, vbi nasciturus esset Christus, dixerunt ei; In Bethleem Iudææ: quin & prophetiam, quæ hoc significaret addiderunt: quomodo ergo nugamini, dicentes, quod Christus, quum venerit, nemo cognoscit, vnde erit? Præterea, si hunc nostis vnde sit, quomodo quidam ex vobis dicunt; Hunc non nouimus vnde sit? Hoc modo malitia non intelligit, quod sibi ipsi contradicat, ac plane mentiat: nam est quædam animæ ebrietas. Quod si quis dictum illud. *Vnde sit?* non de loco, & patria, sed de genere, & patre intellexerit, dicere poterit eos dixisse: Huius quidem genus, & patrem nouimus, puta Ioseph, vt credebatur: Christi verò genus, & patrem nemo cognoscit, eo quod non sint hæc literis prodita, vt dici possit. *Clamabat ergo Iesus in templo docens ac dicens, &c.* Clamabat confundens eos, dum illi de industria male agerent: simul etiam omnibus manifestans, quæ ab ipsis occulte dicebantur. Dicit autem; *Et me nostis quis sim.* quia Deus: *& nostis vnde sim,* quia à patre Deo: quanquam vos scire fingatis, quod à Ioseph sim

progenitus. Dicebat autem, quod illi ipsum nouerant à testimonio Ioannis, de quo dixit; Alius est, qui testimonium perhibet de me ab operibus suis, de quibus ait; Ipsa opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me: & à scripturis, de quibus similiter ait; Illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me. Et quomodo dixit apud Matthæum; Nemo nouit filium nisi pater? Quia illud de natura diuinitatis suæ dixit, hoc autem simpliciter de noticia, quod Deus sit Dei quæ filius. *Et à me ipso non veni.* Etiam hoc, inquit, nostis: nam & id prædicta docent testimonia, & maxime, quia gloriam propriam non quero, sed gloriam eius, qui misit me. *Sed est verax, qui misit me.* Pater, ac Deus, qui videlicet misit me, sicut promiserat per Prophetas: quod si verax est, qui misit; utique & verax est, qui missus est, quum eiusdem sint naturæ. *Quem vos non nouistis.* Vtpote negantes illum operibus. At enim & Apostolus, Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. *Ego autem noui eum, quod ab ipso sum.* Quia ex ipso sum, ex ipso natus sum. Nam & in superioribus dixit; Non quod patrem quippiam viderit, nisi is qui à Deo est. *Et ille me misit.* Continue de missione loquitur, volens illis persuadere, quod à Deo missus esset, nec Deo contrarius esset, sicut antea diximus. Simul etiam ad medendum diuinis verbis, quibus illos offenderat, quæ frequenter verbis humano more dictis permiscebat. *Querebant ergo eum apprehendere.* Nam ægre audierant dicentem; Quem vos non nouistis. *Et nemo in illum misit manum.* Tenebantur siquidem ab vnica ipsi diuina virtute. *Quia nondum venerat hora eius.* Qua teneri, ac pati decreuerat. *Multi autem è turba crediderunt in illum.* A prædictis signis, & à sermonibus modo dictis capti.

Matth. 12.

Infra 9.

Supra 5.

Matth. 12.

Th. 2.



FERIA III. POST DOMINICAM
CAM III. QVADRAGESIMAE.
IOAN. 9.



In illo tempore præteriens Iesus vidit hominem cæcum à natiuitate, & interrogauerunt eum discipuli eius: *b* Rabbi, qui peccauit hic aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? Respondit Iesus: Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed vt manifestentur opera Dei in illo. *c* Me oportet operari opera eius, *e* qui misit me, *f* donec dies est, *g* Venit enim, *h* quando nemo potest operari. *i* Quandiu sum in mundo, *k* lux sum mundi. *l* Hæc cum dixisset, expuit in terram, & fecit *m* lutum ex sputo, & liniuit lutum super *n* oculos eius, & dixit ei: *o* Vade, & laua in *p* natatoria Siloe, quod interpretatur

a Id est, miserius est.
b Magistrum appellant, quia scire desiderant.
c Enim. *d* Prædicare, illuminare cæcos.
e Quia filius de illo, ipse de nullo: vnde gloriam dat illi.
f Ecce ille missus in quo cæcus oculos lauit.
g Id est, dum sum in mundo.
h Quare dum dies est.
i Quia.
k Seruum Dei præferunt.
l Quod Moyses docuit, à Deo accepit.
m Nesciebant autem diuinitatem.
n Vnde hoc accepit.
o Nos scimus, quia *p* Moyse loquutus est Deus: Hunc autem nescimus vnde sit: respondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis vnde sit, & aperuit meos oculos. Scimus autem, quia peccatores Deus audit, vt Publicanus confitentem. *q* Magna res est.
r sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. A seculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati. Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quidquam. Responderunt, & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit Iesus, quia eiecerunt eum foras, & cum inuenisset eum, dixit ei, Tu credis in filium Dei? Respondit ille, & dixit, Quis est domine, vt credam in eum? Et dixit ei Iesus, Et vidisti eum, & qui

tatur missus. Abiit ergo, & lauit, & venit videns. Itaque vicini & qui viderant eum prius, quia mendicus erat, dicebant: *a* Nonne hic est qui sedebat & mendicabat? Alij dicebant: quia hic est. Alij autem *b* nequaquam, sed similis est eius. Ille verò dicebat, quia *c* ego sum. Dicebant ergo ei. Quomodo aperti sunt tibi oculi? *d* Respondit. Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit, & vnxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatorium Siloe, & laua. Et abij & laui, & video. Et *e* dixerunt ei: Vbi est ille? Ait, nescio. Adducunt ad pharisæos eum qui cæcus fuerat. Erat autem sabbatum, quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum Pharisæi quomodo vidisset. Ille autem dixit eis: Lutum posuit mihi super oculos: & laui & video. Dicebat ergo ex Pharisæis *f* quidam: Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Alij autem dicebant: Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos. *g* Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid *h* dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: *i* Quia propheta est. Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuisset, & vidisset, donec vocauerunt parentes eius qui viderat: & interrogauerunt eos dicentes: Hic est filius vester quem vos dicitis, quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc videt? Responderunt eis parêtes eius, & dixerunt: Scimus, quia hic est filius noster: & quia cæcus est natus: Quomodo autem nunc videat, nescimus: aut quis eius aperuit oculos, nos nescimus: Ipsum *k* interrogate: Aetatem habet: ipse de se loquatur. Hæc dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudæos. *l* Nam enim conspirauerat Iudæi, vt si quis eum confiteretur esse Christum, *m* extra synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt: quia aetatem habet: ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursus hominem qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da *n* gloriam Deo: Nos scimus, quia hic homo peccator est. Dixit ergo ille: Si peccator est, *o* nescio: vnum scio, quia cæcus cum essem, modo video. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis: Dixi vobis iam, & audistis. Quid iterum vultis audire? Nunquid *p* & vos vultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus illius sis: nos autem *q* Mosi discipuli sumus. Quia *r* Quia. *s* Seruum Dei præferunt. *t* Quod Moyses docuit, à Deo accepit. *u* Nesciebant autem diuinitatem. *v* Vnde hoc accepit. *w* Nos scimus, quia *x* Moyse loquutus est Deus: Hunc autem nescimus vnde sit: respondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis vnde sit, & aperuit meos oculos. Scimus autem, quia peccatores Deus audit, vt Publicanus confitentem. *y* Magna res est. *z* sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. A seculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati. Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quidquam. Responderunt, & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit Iesus, quia eiecerunt eum foras, & cum inuenisset eum, dixit ei, Tu credis in filium Dei? Respondit ille, & dixit, Quis est domine, vt credam in eum? Et dixit ei Iesus, Et vidisti eum, & qui

qui

p Qualem credit, indicat.

qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait. ^p Credo domine. Et proci- dens adora-
uit eum.

GLOSSA ORDINARIA in Superius Euang.

Et prete. Non stans in via peccatorum, sed secus via nostra mortalitatis. *Cæcum.* Cæcus, significat humanum genus, in quo cæcitas naturalis, quia peccate primo homine, vitium propter naturam inoleuit. vnde secundum mentem omnis homo cæcus natus est. *Neque hic p. n. e.* Peccauerunt quidem, sed non illo peccato factum est, vt cæcus nasceretur: sed hæc est causa, vt manife. ope. Dei in il. Sed vt ma. Vt eum illuminando: & per eum quid in cæcitate humani generis facturus sit significando, filius Dei manifestetur. vnde subdit: Me oportet operari. *Quandiu sum.* Non solum tunc Christus lumen erat in mundo, sed & semper vsque ad consummationem seculi per fidem eius electis, & est tempus operandi. Nox illa est infernalis, in qua nulli licet operari, vt nec ardenti diuiti licuit. sed tantum est tempus recipiendi. *Et se. lu.* Sicut primum hominem de limo terræ formauit, ita per idem genus lutum genus humanum reformauit. De salua lutum fecit, quia verbum caro factum est. Saliua; est sapia quæ ex ore altissimi prodit. Terra, est caro Christi. Vnxit oculos, id est, catechuminum fecit, qui credit verbum carnem fac. Vnctus nodum videt, sed mittitur vt lauet, id est, baptizetur in misso, id est, in Christo: propter quod nomen piscine interpretatur. Baptizatus à peccatis lumen recepit. *Vade & la.* Siloa fons est ad radicem montis Sion, qui non iugibus aquis, sed incertis horis ebullit per concaua terrarum, vbi cæcus lota facie lumen recepit: quia cæcitas Iudæorum vel quoruncunque infidelium non potest sanari, nisi doctrina aquarum Christi, quæ sine strepitu & clamore verborum leniter fluit. vnde Isa. Aqua Siloe quæ vadunt cum silentio. *Et venit vi.* Queritur quo modo istum sine fide sanauerit, cum legatur neminem sine sanatione interiori, exterius sanasse: Sed hoc dicitur de illis qui propter peccata infirmabantur. iste non propter peccatum, sed propter gloriam Dei languebat. *Non est hic homo.* Ille spiritaliter custodit sabbatum, qui est sine peccato: illi non, qui serui sunt peccati. *Tu quid ei.* quarunt calumniam, vt ille de synagoga pelleretur, sed à Christo inueniretur. *Ille autem adhuc.* Adhuc inunctus in corde, qui nondum filium Dei confitetur, non tamen mentitur. *Donec voca.* Mysti. parentes, id est, diabolus vel vitia, qui dicunt: *Etatem habet, ipse de se loquatur: qui noluit hominem confiteri Christum. Da gloriam Deo.* Dare gloriam Deo, est veritatem de aliquo quasi præsentem Deo dicere, hoc est: Confiteri istum non esse Deum sicut nos, sed peccatorem. *Quid iterum vul.* August. Stomachatur contra duriciam eorum, de cæco factus videns, & cæcos iam non ferens. *Maledi.* Secundum cor eorum maledictio est: Sed quod dicitur optabile est omnibus, vt discipuli Christi sint. August. De stulta maledictione eos redarguens dicit, Ma-

Matt. 23.

Luc. 16.

Genes. 2.

Ioan. 1.

Eccl. 2. 4.

y. 2. 8.

ledictio ista veniat super nos, ac si diceret: Vtinam talia opera facere possimus, vt discipuli eius fieri mereremur. *Hunc aut nes.* Superius dixerant: Hunc scimus: vnde hinc dicunt se nescire: sed nescire nos dicimus quæ abicimus. Ille nescitur, latet humilitate, proditur signorum virtute: Nescitur vnde sit: & vt Deus cæcos illuminat. *Nisi esset, & c.* Spreta eorum ira, liberè veritatem confitetur. Hæc enim non nisi à domino, nec à discipulis fierent, nisi Deus in eis: *In peccatis.* Id est, cum clausis oculis: quod dicunt esse pro peccatis parentum: sed Christus totum sanat: extra oculos, intus cor aperit. *Et tu doces, & c.* Totiens interrogando vt disceret, magistrum fecerant: sed ingrati docentem proiecerunt foras. Sed quia expulsus, magis factus est christianus. *Quis est.* Adhuc inunctus his verbis ostendit se iam dudum cor ad credendum habuisse paratum: sed in quem credere debeat, ignorasse: *Et vidisti.* Iam dominus lauat faciem inuncti, iam cordis oculos illuminat: & ille non tantum filium hominis, sed etiam confitetur filium Dei.

CATENA AVREA in idem Euang.

Et præteriens Iesus, vidit hominem cæcum à natiuitate & interrogauerunt eum discipuli eius, Rabbi, quis peccauit hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? Respondit Iesus, Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed vt manifestentur opera Dei in illo, Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est: Venit nox, quando nemo potest operari. *Quandiu sum in mundo, lux sum mundi.* Hæc cum dixisset, exiit in terram, & fecit lutum ex sputo, & limiuit lutum super oculos eius cæci, & dixit ei, Vade & laua in natatoria Siloe, quod interpretatur, missus. *Abijt ergo & lauit, & venit videns.* Chry. Quia Iudæi sermonum Christi altitudinem non susceperant, exiens de templo curauit cæcum, sui absentia eorum furorē mitigās, & per operationē signi eorum duritiam molliens: & de his quæ dicta sunt à se faciēs fidem, vnde dicitur: Et præteriens Iesus, & c. Vbi considerandū quod egrediēs de templo studiosè venit ad opus sui manifestatiuū, ipse enim vidit cæcum, non cæcus ad eum accessit. Et ita studiosè respexit, vt discipuli eius vidētes eum studiosè aspicientē interrogarent. Sequitur enim, Et inter. eum disci. eius, Rabbi, quis, & c. August. Rabbi magister est. Magistrum appellant, quia discere cupiebant, quæstionem quippe propoluerant domino tanquam magistro. Videtur tamen hæc quæstio peccare, neque enim susceperant Apostoli nugas Gentilium, quoniam anima in alio seculo viues peccauit, sed diligenter intuenti non apparet simplex hæc quæstio. Chry. Venerunt ergo ad hanc interrogationem, quia prius supra paralyticum curans dixit: Ecce sanus factus es, non vltra pecces. Illi igitur cogitantes, quia propter peccata fuerat ille paralyticus resolutus, quærun de isto, Si hic peccauit, quod non est dicere, à natiuitate enim cæcus est. Aut parentes eius: sed neque

neque hoc, filius enim pro patre non sustinet peccatum. Sequitur: Respondit Iesus, Neque hic peccauit, neque parentes eius. August. Nunquid vel ipse sine originali peccato natus erat, vel viuendo nihil addiderat? Habebant ergo peccatum & ipse & parentes eius, sed non ipso peccato factum est vt cæcus nasceretur. Ipse autem causam dicit quare cæcus sit natus, cum subdit: sed vt manifestentur opera Dei in illo. Chryso. Non autem ex hoc ostendit quod alij cæci facti sunt propter peccata parentum. Neque enim contingit vno peccante, alium puniri. quod autem dicit, Vt manifestetur gloria Dei, de seipso dicit, nō de patre. Illius enim gloria iam manifesta erat: sed nunquid iste iniusta passus est? Sed ego eum beneficiū accepisse dico: per cæcitatē hanc interioribus respexit oculos. Qui verò ex non ante adesse eum deduxit, potestatem habebat absque iniuria, & ita eum dimittere. Dicunt autem quidam quoniam, vt hic, non est causatiuum, sed significat euentum: sicut & illud, Lex subintravit, vt abundaret delictum: sic & hoc consecutum est, vt dominus oculos clausos aperiens, & alia naturalis infirmitatis nocumenta corrigens, suam demonstrauit virtutem. Greg. 1. Mo. Alia itaque est percussio, qua peccator percuitur, vt sine retractione puniatur: alia qua peccator percuitur, vt corrigatur: alia qua quisque percuitur, non vt præterita corrigat, sed ne ventura committat: alia per quam nec præterita culpa corrigitur, nec futura prohibetur. Sed dum inopinata salus percussione sequitur, saluantis virtus cognita ardentius amatur. Chry. Et quia de seipso dicit, vt manifestetur gloria Dei, subiungit: Me oportet operari opera eius qui misit me, id est, me oportet manifestare meipsum, & facere ea, quæ manifestet me patri eadem faciendam. Bed. Cum enim filius se operari opera patris asserit sua, & patris opera eadem esse monstrauit, quæ sunt infirma saluare, debilia roborare, homines illuminare. Aug. Per hoc autem quod dicit: Qui misit me, vniuersam gloriam dat illi de quo est, quia ille habet filium, qui de illo sit, ipse non habet de quo sit. Chry. Addit autem, Donec dies est, id est, donec licet credere hominibus in me, donec vita hæc consistit, oportet me operari. Et hoc ostendit subdens: Venit nox quando nemo potest operari. Nox dicta secundum illud, Proiicite eum in tenebras exteriores. Ibi ergo erit nox, vbi nemo potest operari, sed recipere quod operatus est. Cum viuus fac, si quid facturus es. Chry. Vltra enim neque fides est, neque labores: neque poenitentia. Aug. Si autem modò operamur, hic est dies: hic est Christus, vnde subdidit: *Quandiu sum in mundo: lux sum mundi.* Ecce ipse est dies. Dies iste qui circuitu solis impletur, paucas horas habet, Dies præsentia Christi vsque in consummationem seculi extendetur. Ipse enim dixit, Ecce ego vobiscum sum vsque in consummationem seculi. Chry. Quia verò sermonem quem dixerat, per opera credi fecit, subiugit euangel. Hæc cum dixisset exiit in terram, & fecit lutum ex spu. & li. lu. su. ocul. cæci. Qui autem maiores substantias de nihilo ad esse produxit, multò magis oculos sine materia fecisset. Sed voluit docere seipsum esse creatorem qui in principio vsus est luto ad hominis formationem. Ideo autem non aqua vitur ad lutum faciendum, sed sputo, vt nihil ascribatur fonti. sed discas, quoniam virtus oris eius oculos

aperuit & plasmauit, & deinde vt non videatur eis ex virtute terræ esse curatio, iussit lauari, vnde sequitur: Et dixit ei: Va. & la. in na. Si. quod interpretatur missus, vt discas quoniam non indigeo luto ad faciēdos oculos. Et quia in Siloe erat virtus Christi, quæ omnia operabatur, propter hoc & interpretationem nobis euāgelista adiecit, dicens: Quod interpretatur missus: vt discas quoniam & illic Christus eum curauit. Sicut enim Apostolus dicit, quod petra erat Christus, ita & in Siloe spiritualis erat, cuius repentinus aquæ defluxus occultè insinuat nobis Christi manifestationem præter omnem spem. Sed quare non statim eum fecit lauare, sed ad Siloe misit? vt destruat Iudæorum inuenotio. Conueniens enim erat omnes eum videre euntem, & lutum super oculos habentem. Et etiam volēs ostendere, quoniam non alienus est à lege & veteri testamento: mittit eum ad Siloe. Non autem erat timendum ne Siloe sumeret hanc gloriam, multi enim lauantes ibi oculos, nullo tali beneficio sunt potiti. Et iterum, vt discas cæci fidem qui non contradixit, neque cogitavit apud seipsum: Lutum solet magis excæcare: multoties laui in Siloe, & in nullo sum adiuuus: si quam virtutem haberet, præsens vtique curasset: sed simpliciter obediuit, vnde sequitur: Abijt ergo & la. & ve. videns. Sic igitur manifestauit suam gloriam: non enim parua gloria est, vt æstimetur author creationis. Ea enim quæ de maiori est fides, quod minus est, certificat, in vniuersa autem creatione honorabilior est homo. Eorum autem quæ in nobis sunt membrorum, honorabilior est oculus. hic enim corpus gubernat: hic ornat visum. Et quod sol est in orbe terrarum, hoc est oculus in corpore, vnde superiorem locum sortitur, sicut in quodam regali loco collocatus. Theo. Quidam tamē dicunt quod lutum non fuit depositum, sed in oculis est conuersum. Bed. Mystice autem postquam expulsus est de cordibus Iudæorum, mox transiit ad Gētium populum. Præterire autem eius vel iter facere, est de cælis in terram descendere. Itaque videt cæcum, cum misericorditer respexit genus humanum. Aug. Genus enim humanum est iste cæcus: hæc enim cæcitas contigit in primo homine per peccatum, de quo omnes originem duxerimus: cæcus est ergo à natiuitate. Spuit dominus in terram, de salua lutum fecit: quia verbum caro factum est: & inunxit oculos cæci. Inunctus erat, & nondum videbat: quando enim inunxit, fortè eum catechuminum fecit. Mittit illum ad piscinam quæ vocatur Siloe, quia baptizatus est in Christo, & tunc eum illuminauit. Pertinuit autem ad Euāgelistam, vt commendaret nobis nomen huius piscine, & ait: quod interpretatur missus. Nisi enim ille fuisset missus, nemo nostrum esset ab iniquitate dimissus. Gregor. 10. Mo. Vel aliter. Per saluam sapor intimæ contemplationis accipitur, quæ ad os à capite defluit, quia de claritate conditoris adhuc in hac vita nos positos gustu reuelationis tangit: vnde dominus saluam luto miscuit, & cæci nati oculos reparauit. quia superna gratia carnalem cogitationem nostram per admixtionem suæ contemplationis irradiat, & ab originali cæcitate hominem ad intellectum reformat. *Itaque vicini & qui viderant eum prius, qui mendicus erat, dicebāt: Nōne hic est qui sedebat & mendicabat? Alij dicebāt, quia hic est. Alij autē, nequaquam, sed*
Bibl. Hom. tom. 2. M m similis

similis est ei. Ille verd dicebat, quia ego sum. Dicebant ergo ei. Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit, Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit, & unxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoria Siloe, & lava. Et abij, & laui, & video. Et dixerunt ei, Vbi est ille? Ait, nescio. Adducunt eum ad pharisaeos qui cecus fuerat. Erat autem sabbatum, quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum pharisaei quomodo vidisset. Ille autem dixit eis: Lutum mihi posuit super oculos, & laui, & video. Dicebant ergo ex pharisaeis quidam: Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Alij autem dicebant: Quomodo potest peccator homo haec signa facere? Et schisma erat inter eos. Dicunt ergo ceteri: Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Quia propheta est. Chryso. Inopinabilitas facti miraculi incredulitatem inducebat, & ideo dicitur, Itaque vicini & qui vi. eum prius quia mendicabat. Mirabilis Dei clementia quo descendebat? Eos qui mendicabant cum multa deuotione curabat, & hinc Iudaeorum os obstruens. quoniam non praeclaros, non insignes, neque principes, sed ignobiles sua dignos ducebat prouidentia: etenim in salute omnium venerat. Sequitur: Alij dicebant, quia hic est. Cæco enim per longam viam eunte diligentes inspectores facti ex inopinabilitate eius quod viderant, non ultra poterant dicere: Non est hic. Sequitur: alij autem nequaquam, sed similis eius est. Aug. Aperti enim oculi vultu mutauerant. Sequitur, Ille autem dixit quia ego sum, Vox gratiae damnetur ingrata. Chry. Non enim verecundatus est de prioris cecitate, neque formidauit furorem plebis, neque renuit ostendere seipsum, vt prædicet benefactorem. Sequitur: Dicebant ergo ei, quomodo aperti sunt oculi tui? Hunc modum neque nos scimus neque ipse qui curatus est, nouit: sed quod quidem factum est nouerat, modum autem comprehendere non poterat. vnde sequitur: Respondit, Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit, & liniuit oculos meos. Vide quomodo verax est: non dixit, vnde fecit. Quod enim non nouerat non dicit, neque enim sciuit quoniam in terra exiit, quoniam autem superunxit, per sensum tactus didicit. Sequitur: Et dixit, Vade ad natatoria Siloe & lava. Et hoc etiã ex auditu testatus est, recognouit enim eius vocem ex disputatione cum discipulis. Et quia ad vnum se præparauerat, scilicet omnia sibi suaderi à iubente subiungit. Et abij & laui, & vidi. Aug. Ecce annuntiator factus est gratiae, ecce euangelizat & confitetur Iudæis. Cæcus ille confitebatur & cor impiorum stringebatur, quia non habebant in corde quod iam ille habebat in facie: vnde sequitur, Et dixerunt, vbi est ille? Chryso. Dicebant autem hoc, occasionem meditantibus: iam enim aduersus ipsum conspirauerant. Christus autem non aderat his qui curabantur, non enim quærebat gloriam neque se ostentare. Recedebat etiam curans Iesus: vt omnis suspicio tolleretur signorum. Qui enim non cognoscebant eum, qualiter ob gratiam eius se curatos confiterentur: vnde sequitur: Ait, nescio. Aug. in his verbis inuncto similis erat, nondum videnti prædicat: & nescit quid prædicat. Bed. Vnde figuram tenet catechuminarum, qui est credit in Iesum, adhuc tamen eum quasi nesciunt, quia nondum loci existant. Pharisaeorum autem erat approbare opus vel improbare. Chry. Iudæi igitur quærentes: Vbi est ille? Vole-

bant eum inuenire, vt eum ducerent ad eos: quia verd non habuerunt eum, ducunt cæcum: vnde sequitur, Adducunt eum ad pha. qui cæ. fue. vt scilicet vehementius eum interrogarent. Propterea autem, & euangelista subdit: Erat autem sabbatum, &c. Vt scilicet eorum malam mentem demonstraret & causam propter quam eum quærebant, vt scilicet occasionem contra eum inuenirent, & vt detraherent miraculo per æstimatam legis præuentionem: quod etiam manifestum est ex his quæ sequuntur. Sequitur enim: Iterum ergo interrogauit eum, &c. Vide autem qualiter non turbatur cæcus: nam quando quidem turbis dicebat sine periculo interrogatus, non ita magnum erat veritatem dicere. Mirabile autem est nunc quod in ampliori periculo constitutus, neque negat, neque contraria dicit prioribus. Sequitur enim: Ille autem dixit eis, Lutum posuit mihi super oculos meos, & laui, & video. Hoc autem ad eos qui iam audierant succinctius loquitur. Non enim dixit nomen dicentis, neque quoniam dixit mihi, Vade & lava: sed confestim, Lutum posuit, &c. Et sic contrarium passi sunt eius quod volebant. Duxerunt enim eum vt negaturum, sed ab eo certius didicerunt. Sequitur: Dicebant ergo ex pha. Aug. Non omnes, sed quidam: iam enim inungebantur quidam. Dicebant ergo, nec videntes, nec inuncti: Non est hic homo à Deo qui sabbatum non custodit. Ipse potius custodiebat qui sine peccato erat. Sabbatum enim obseruare spiritualiter est non habere peccatum: & hoc admonet Deus, quando commendat sabbatum. Omne opus seruale non facietis. Quid sit opus seruale à domino audite: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati: sed isti sabbatum carnaliter obseruabant, spiritualiter violabant. Chry. Malitiosè autem quod factum est, silentes, æstimatam præuentionem in medium ferebant. Non enim dicebant quoniam sabbato curat, sed, Quoniam sabbatum non seruat. Sequitur: Alij dicebant: Quomodo potest homo peccator haec signa facere? A signis enim inducebantur, sed imbecilliter erant dispositi: congruum enim erat ostendere qualiter sabbatum non soluitur, sed nondum hanc habebant mentem quod Deus esset, vt possent respondere quoniam dominum sabbati hæc fecit. Nullus denique eorum audebat ea quæ volebat manifestè dicere, sed in ambiguitate: hi quidem propter improbabilitatem, alij verd propter amorem principatus. Sequitur: Et schisma erat inter eos. Hoc schisma primò incepit in populo, deinde in principibus, Aug. Dies enim erat Christus, qui inter lucem & tenebras diuidit. Chryso. Volentes autem qui dixerant. Homo peccator non potest talia signa facere, os aliorum obstruere, eum qui suscepit virtutis experientiam in medium ducunt, vt non videantur ipsi aduocatione vti. vnde sequitur, Dicunt ergo ceteri: Tu quid dicis de illo? &c. Theop. Vide duo quo beneuolè quærent, non enim dixerunt: Tu quid dicis de illo qui sabbatum non obseruat? sed miraculum commemorant: Quomodo aperuit tibi oculos, bene ipsum sanatum concitantes, quasi dicerent: Benefecit tibi: vnde debes eum prædicare. Aug. Vel quærebant quem admodum hominem calumniarentur, vt eum de synagoga eicerent, sed ille constanter quod sentiebat, expressit. vnde sequitur, Ille autem dixit, quia propheta est. Adhuc quidem inunctus in corde, nondum Dei filium confitebatur, non mé-

titur.

titur tamen. Ipse enim dominus de ipso ait, Non est propheta sine honore, nisi in patria sua. Non crederetis ergo Iudæi de illo quia cecus fuisset, &c. Chry. Quia pharisaei cæcum attonitum facere non valuerunt, sed videbant eum cum omni propalatione benefactorem suum prædicantem, per parentes putabant Christi miraculum annihilare. vnde dicitur, Non cre. ergo Iudæi, &c. Aug. i. cæcus erat & viderat. Chry. Sed hæc est veritatis natura, per quæ putatur infidias pati, per hæc fortior fit: mendacium enim sibiipsum quidem obuiat, & per ea quæ lædere veritatem videtur, per ea clariorem eam ostendit, quod & nunc factum est. Ne enim aliquis diceret quod vicini nihil certum dixerunt, sed per quandam assimilationem locuti sunt, Parentes in medium ducuntur qui maximè suum filium cognoscebant. Statuentes autem eos in medium, cum multo furore interrogant. vnde sequitur: Et inter eos, &c. Et non dicunt: Qui quandoque fuit cæcus, sed, quem dicitis quia natus est cæcus. O inquinati, quis pater eligeret talia mentiri de filio? Solum non dicunt, quem vos fecistis cæcum. Duobus autem his ad negationem eos inducere conantur: & in hoc quod dicunt, Quem dicitis quia natus est cæcus: & in hoc quod subdunt, Quomodo ergo nunc videt? Theop. q. d. Aut hoc falsum est quod nunc videt, aut primùm quod cæcus fuerit: sed constat hoc esse verum quod videt: falsum ergo fuit quod cæcum eum dicebatis. Chryso. Tribus ergo interrogationibus factis, si filius eorum est, si cæcus fuit, & qualiter vidit, duas confitentur. vnde sequitur, Responderunt ergo eis parentes eius, & dixerunt: Scimus quia hic est filius, &c. Tertiam autem abiiciunt. vnde subdunt, Quomodo autem nunc videt, nescimus, aut quis eius aperuit oculos, nos nescimus. Et hoc etiam pro veritate factum est, vt nullus alius, sed is qui curatus est & qui dignus fide erat, hoc confiteretur. vnde sequitur, ipsum inter. ata. habet. ipse de se loquatur. Aug. q. d. Iustè cogere loqui pro infante, quia ipse pro se loqui non posset. Cæcum à natiuitate nouimus, sed loquentem. Chryso. Qualiter ergo gratia fuerint parentes, qui eorum quæ sciebant, quædam tacuerunt propter timorem Iudæorum. Sequitur enim: Hæc dixerunt parentes eius quia time. Iudæos. Rursus & hic opinionem Iudæorum & mentem euangelista inducit. vnde sequitur: Iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis eum confiteretur, &c. Aug. Iam non erat malum fieri extra synagogam: illi expellebant, Christus suscipiebat. Sequitur: Propterea parentes eius dixerunt, quia atatem habet, ipsum interrogate. Alcu. In quo ostendit euangelista illos, non per ignorantiam, sed propter metum talia respondisse. Theop. Imbecilliores enim filio erant qui testis aderat intrepidus veritatis, illuminatos habens oculos intellectus à Deo. Vocauerunt ergo rursus hominem qui fuerat cæcus, &c. Chryso. Quia parentes miserunt pharisæos ad illum qui curatus est, rursus vocauerunt eum secundò. vnde dicitur, Voc. er. rur. ho. qui cæ. fuerat. Non autem manifestè dicunt: Nega quoniam Christus te curauit, sed sub pretextu religionis ad hoc eum inducere volunt. vnde sequitur: Da gloriam Deo. Quasi dicat. Confitere, quia hic nihil est operatus. Aug. Nega quod accepisti, hoc plane non est Deo gloriam dare, sed Deum potius blasphemare. Alcu. Sic autem volebant illum dare gloriam Deo: vt sicut & ipsi, Christum diceret peccatorem. vnde

sequitur, Nos scimus quia hic homo peccator est. Chryso. Qualiter ergo non arguistis eum dicentem: Quis ex vobis arguet me de peccato? Alcu. Sed ille vt neque pareret calumniæ, neque veritatem celaret, non dixit: Scio eum iustum, nam sequitur: Dicit ergo ill. Si pec. est nescio. Chryso. Qualiter qui dixit, Quoniam propheta est: nunc dicit, Si pec. est nescio. Nūquid modò timuit cæcus? Absit: sed voluit Christum à rei testimonio & non à sua voce ab incussatione eripere, & suam responsonem facere fide dignam ab accepto beneficio. vnde subdit: Pnum scio, quia cæcus cum essem, modo video. Quasi dicat. Nihil modò de hoc dico, vtrum sit peccator, sed iterum dico, quod manifestè noui. quia igitur nequiverunt euertere quod factum est, ad priores redeunt sermones, rursus modum curationis inquirentes, sicut canes quidem venationem nunc huc, nunc illuc inuestigantes. vnde sequitur, Dix. er. ill. Quid fecit tibi, &c. hoc est: Nunquid prælagio aliquo? Non enim dixerunt, qualiter vidisti, sed qualiter aperuit oculos tibi, dantes occasionem detrahendi contra eius operationem. Donec igitur res inquisitione indigebat, cæcus remisit loquebatur: quia verd iam vicerat, audacter de reliquo eis loquitur: vnde sequitur, Respondit eis: Dixi vobis, &c. Quasi dicat. Non attēditis ad ea quæ dicuntur: vnde ultra non respondebo vobis inaniter interrogantibus, & non volentibus addiscere, sed cauillari quæ dicuntur: vnde sequitur, Nunquid & vos vul. discipuli eius fieri? Aug. Quid est, nunquid & vos, Nisi quia iam ego sum, nunquid & vos vultistiam video, sed non inuideo. Hæc loquebatur iam stomachans aduersus duritiam Iudæorum, & ex cæco videns, nō ferens cæcos. Chryso. Itaque fortè quid est veritas, ita imbecille mendacium: nam veritas quidem etsi despectos assumpserit, claros eos facit vel ostendit. Mendacium autem etsi cum fortibus fuerit imbecilles eos monstrat. Sequi. Maledix. er. ei, & di. Tu discipulus sis. Aug. Maledictū est si cor discutias, non si verba perpēdas: tale maledictum super nos, & super filios nostros. Sequi. Nos autē Moysi discipuli sumus nos scimus, quia Moysi locut. est Deus. Sed tūc sciretis, quia per Moysen prædictus est Deus: habetis enim dominum dicentem, Si crederetis Moysi, crederetis & mihi, de me ille scripsit: itāc segnem seruum & dorsum ponitis contra dominum: nam subditis, Hunc autem nescimus vnde sit. Chry. Ea quæ per visum cognoscitis, auditu minora æstimate. illa enim quæ nosse vos dicitis, à progenitoribus audistis. Sed nōne fide dignior est qui certificauit quod à Deo venit per miracula, quæ non solum audistis sed vidistis: vnde sequitur: Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabilis est, quia vos nescitis vnde sit, & aperuit oculos meos. Vbi que signum inducit, quia hoc deprauare non poterant, sed ab eo conuincebantur: & quia dixerant, quod homo peccator non potest talia signa facere, de cetero illorum assumit iudicium propria verba eis in memoriam reducens: vnde subdit. Scimus autem quia peccatores Deus non audit. Quasi dicat. Opinio hæc mea & vestra communis est. Aug. Adhuc tamen vnctus loquitur. Nam & peccatores exaudit Deus. Si enim nō frustra publicanus diceret, Deus propitius esto mihi peccatori, ex illa confessione meruit iustificationem, quomodo ipse cæcus illuminationem. The. Vel dicendum est, quoniam quod dictū est Deum non exaudire peccatores, hoc significat, quod fa-

Bibl. Hom. tom. 2. M m 2 cere

cere miracula Deus peccatoribus non concedit. Cum verò veniam implorant de commissis, translati sunt de gradu peccantium ad statum pœnitentium. Chryf. Et vide quòd cum suprà dixit: *Si peccator est nescio*, non dubitans dixit, hic enim non solù à peccatis eum excusat, sed valde Deo placentem ostendit: nam subdit, *Si quis Dei cultor est, &c.* Non enim sufficit Deum cognoscere, sed voluntatem eius facere, deinde extollit quòd factum est di. *A seculo non est au. quis ape. oeu. ce. nati.* quasi dicat. Si confitemini quoniam Deus peccatores non audit, hic autem miraculum fecit, & tale quale nullus hominum fecit, vis manifestum est virtutem qua hoc fecit maiorem esse, quam qua est secundum hominem virtus: vnde subdit, Nisi esset hic à Deo, non posset facere quicquam. August. Liberè, constanter, veraciter. Hæc enim quæ facta sunt à domino, à quo fierent nisi à Deo? aut quando à discipulis talia fierent, nisi in eis dominus habitaret? Chryf. Quia ergo veritatem locutus est, in nullo confusus est, quando maxime admirari eum oportebat, tunc eum condemnant. Sequitur enim, *Responderunt, & di. ei. In peccatis natus es totus, & tu doces nos?* August. Quid est, totus? eum oculis clausis: sed qui aperuit oculos, saluat & totum. Chryf. Vel dicunt *Totus*, ac si dicerent: A prima ætate in peccatis es, hic igitur eius cæcitate exprobrant, ostendentes quòd propter peccata factus est cæcus, quòd rationem non habebat. donec ergo expectabant eum negaturum esse, fide dignum esse putabant, sed nunc eum eiiciunt: vnde sequitur, *Et ecce. eum so.* August. Ipsi illum magister fecerant, ipsi vt discerent toties interrogauerunt, & ingrati docentē proiecerunt. Bed. Solet enim maiorum consuetudo à minoribus aliquid discere dedignari. *Audiuit Iesus quia eiecerunt eum foras, &c.* Chr. Qui propter veritatem & Christi confessionem iniuria opprimuntur, hi maxime honorantur, quòd in cæco factum est: eiecerunt enim eum ex templo Iudæi, & inuenit eum dominus templi & eum suscepit, sicut agonothea atlethan multum laborantem, & coronauit, vnde dicitur: *Audiuit Iesus quia eiecerunt eum so. & cum inue eum di. Tu cre. in fi. Dei.* Ostendit autem euangelista, quoniam propter hoc venit Iesus vt ei loqueretur. Interrogat autem non ignorans, sed volens seipsum notum facere, & ostendens quoniam multum appreciatur eius fidem. *Quasi dicat: Plebs conuicta est mihi, sed nulla mihi est cura illorum, vnus cura est, vt tu credas: melior est faciens voluntatem Dei, quam decies mille iniqui.* Hila. 6. de tri. Si autem sola Christi qualiscunque confessio fidei esset consummatio, dictū fuisset: Tu credis in Christum. Sed quia hæretici pendè omnibus hoc nomen in ore esset futurum vt Christum confiterentur, & filium tamen negarēt: id quòd proprium Christo est, ad fidem poscitur, id est, vt credatur in Dei filium. Credi disse autem in Dei filium quid proficit, si credatur in creaturam: cum à nobis fides in Christo non creaturæ Dei, sed filij Dei postuletur? Chryso. Nondum autem cæcus Christum nouerat. Cæcus enim erat antequam veniret ad Christum: & post curationem à Iudæis circumtrahebatur. vnde sequitur: *Respondit ille & dixit, Quis est domine vt credam in eum? desiderantis & valde ingerentis animæ verbum est, pro quo tot disputauit.* Hunc ignorat, vt dicas in eo veritatis amorem, nondum dixit ei do-

minus: Ego sum qui curauit te, sed mediè adhuc loquitur. vnde sequitur: *Et vidisti eum.* Theo. Hoc autem dicit, vt reducat ei in memoriam sanitatem, & quia ab ipso virtutem viuendi acceperat. Attende autem quoniam qui loquebatur ex Maria natus est, & ipse idem est Dei filius, non alius & alius secundum errorem Nestorij. vnde sequitur: *Et qui loquitur tecum, ipse est.* Augu. Modò lauat faciem cordis eius. Denique iam facie lora cordis & mundata conscientia, agnoscit illum nò filium hominis tantum, quòd antè crediderat: sed iam filium Dei qui carnem susceperat. vnde sequitur: *At ille ait, Credo domine, Parum est credere, vis videre qualem credat? Et prociens adorauit eum.* Beda, In quo possunt sumere exemplum, vt nò erecta ceruice quis dominum roget, sed supplex in terram prostratus, eius misericordiam imploret. Chryso. Per hoc igitur eius diuinam virtutem ostendens, & verbo eius adiungens: dominus autem illum feruentiorem circa fidem fecit, & eos qui sequebantur erexit.

S. IO. CHRYSOSTOMI
Episcopi Constantin. in superius
Euang. Hom. 1.

ET prateriens Iesus, vidit hominem cæcum à natiuitate, &c. Humanissimus Dei filius, & nostræ cupidus salutis, & vt ingratorum ora obstrueret, neminem obuium omittit, quamuis nemo ei attenderet. Quòd propheta intelligens, dicebat, Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas, cum iudicaris. Propterea hoc in loco, cum sermonū ipsius altitudinem non acciperent, sed dæmonium habere dicerent, & interficere conarentur, egressus è templo cæcum fanauit, cum vt absentia sua eorum iram sedaret, tum vt miraculi beneficio eorum duritiem, & immanitatem placaret, tum vt suam confirmaret orationem. Neque paruam operatur miraculum, sed quòd tunc primū contingit. A seculo enim non est auditū, inquit, quòd aperuit quis oculos cæci nati. Cæci enim fortasse quispiam oculos aperuit, sed cæci nati adhuc nemo. Et quòd egressus è templo ad illud dedita opera venerit, inde perspicuum est. Ipse vidit cæcum, non ad ipsum cæcum accessit, & tam diligenter eum intuitus est, vt discipulos ad interrogandum conuerteret. Viso enim Iesu aded in illum conuerso interrogarunt: *Quis peccauit, hic, an parentes eius?* Absurda interrogatio. Quomodo enim peccauit, antequam natus esset? Quomodo parentum peccatis punitus est? Quomodo ergo ad hanc venerit interrogationem? Antea sanato paralytico, dixit: *Ecce sanus factus es, & noli amplius peccare.* Cognoscetes itaque discipuli illum propter peccatū in paralyticum incidisse, dicunt concedatur illi propter peccatum paralyticum: de hoc quid dicis? hic peccauit? quòd est absurdum, cum esset à natiuitate cæcus: an parentes eius? sed neque hoc, siquidem pro patre filius non punitur: Quemadmodum igitur puerum aliquo morbo affectum videntes dicimus; *Quid de hoc dicendum est? quid commisit puer? non rogando, sed dubitando: ita nunc discipuli dubitant potius quam percontantur: quid Christus? Neque hic peccauit, neque parentes eius.* Hoc non absoluit eos à peccato. Non enim simpliciter dixit; *Neque hic*

Hom. 55. in Ioan.

Psal. 50.

Hic infra.

Supra 5.

hic peccauit, neque parentes eius: sed addidit; *Vt cæcus nascereur, sed vt glorificetur filius Dei.* Peccauit nãq; hic & parentes eius, sed nò propterea cæcus est. Hæc autem dixit, non quòd hic propterea cæcus non esset, & alij quidam propter parentum peccata visum amiserint. Neque enim est, peccante alio, aliū puniri: nam, si hoc concesserimus, concedemus & ante natiuitatem peccasse. Vt ergo dicendo, *neque hic peccauit*: non intelligit à natiuitate peccare quempiam, & puniri. Ita dicendo; *Et parentes eius*: non est intelligendum, quòd propter patres puniendi sint filij, Nam Ezechielis testimonium hæc tollit dubitationem; *Viuo ego, dicit dominus, si erit parabola hæc, qua dicitur, Patres vestri, comederunt vnam acerbam, & dentes filiorum obtupefuerunt.* Et Moses inquit; *Non morietur pater pro filio.* Et de quodam rege inquit, quòd propterea id non fecit, seruans legem Moisi, quòd si quis diceret; *Et quomodo scribitur, qui reddit peccata patrum in filios, in tertiam, & quartam generationem?* Illi respondendum non esse communem omnibus sententiã, sed in quosdam, qui ex Aegypto egressi sunt: hoc est, ex quo ex Aegypto egressi, post signa, & miracula parentum peiores facti sunt, eadem quæ patres sui patientur, cum eadem audeant. Et quòd de his sermo habeatur, si quis diligentius leget, certo intelliget. Quia ergo gratia cæcus natus est? *Vt manifestetur gloria Dei:* Occurrit alia dubitatio, an aliter poterat gloria Dei manifestari. Quid ni? Neque enim dicit non potuisse, sed, *vt manifestaretur.* Ergo iniuriam propter Dei gloriam accipit. Quam iniuriam, dic quæso, si eum non contempsit, sed ex cæcitate beneficia contulit? Vidit enim interioribus oculis. Quid oculi Iudæis contulerunt? Maius supplicium cum videndo cæci essent. Quid cæcitas huic obsuit, propter quam vidit? Itaq; vt mala huius vitæ mala non sunt, ita neque bona, sed peccatum duntaxat malum. Cæcitas non est malum. Quid verò quòd non erat, vt esset effectus, poterat & sic dimittere. Quidam dicunt hanc particulam, *vt non esse causam, sed euentus: vt illud; In iudicium veni in hunc mundum, vt non videntes videant: & qui vident, cæci fiant.* Non enim venit, vt videntes fierent cæci, Et Paulus; *Quia quòd notum est Deo, manifestum est illis, vt sint inexcusabiles.* At non propterea manifestauit, vt priuarentur, sed vt consequerentur executionem. Et alibi; *Lex autè subintrauit, vt abundaret delictum.* Verum non propterea subintrauit, sed vt prohiberetur peccatum. Ecce his in locis euentus aduerbium, tanquam enim optimus quidam domus dispensator partim perfecit, partim imperfectum reliquit, vt per hæc de vniuerso donum quandam ruinam minantem, corpus nostrum conglutinatum, & perficit, manum aridam sanatur, dissoluta membra corroborat, claudos dirigit, leprosos mundat, ægroto excitat, debilia crura confirmat, mortuos ad vitam reuocat, lippos oculos purificat, non habentibus largitur: quæ omnia cum naturalis sint imbecillitatis, meliora Christus efficiens suam in dicat potestatem. Hanc autem particulam, *vt manifestetur gloria Dei, de se, non de patre dicit.* Patris enim gloria manifesta erat. Nam cum limo formatum à Deo hominem audissent, ideo Christus nunc oculum finxit. Si enim dixisset; *Ego ex terra formauit hominem, ar-*

dum visum esset auditoribus, re autem ostensum iam negari non poterat. Quamobrem ipse, in spuito, & puluere commixto, absconditam gloriam manifestauit: neque enim paruus erat, vt creaturæ opifex putaretur. Ab hoc enim & alia aggressus est, & à patre totum est creditū. Maioris namque fides, minus etiam confirmat. Vniuersæ enim creaturæ homo est præstantissimus, & inter mēbra oculus: propterea non simpliciter, sed hoc modo oculos effinxit. Nam, licet portione paruus sit, maxime tamen necessarius, vt inquit Paulus: *Et, si dixerit auris, non sum oculus, non sum de corpore, nū ideo non est de corpore? Quæcunque enim in nobis sunt, diuinæ sunt sapientiæ indicium: multo magis oculus, qui totum corpus gubernat, ac regit. Oculus ornat, non os tantum, sed totum corpus. Oculus lucerna est omnium membrorum. Quòd enim sol mundo, hoc oculi corpori. Extincto sole, omnia perduntur & perturbantur: ita amissis oculis, pedes inutiles sunt, & manus, & animus. Corruptitur enim cognitio, his Deū cognouimus.* Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi, per ea, quæ sunt, intellecta conspiciuntur. Non enim corporis lucerna tantum oculus est, sed animæ potius. Quare vt in regio quodam loco: in altiore corporis parte sedem sortitus est, & cæteris præferret sensibus. Hunc igitur formauit Christus, & ne materia eum nunc, neque in principio luto indiguisset arbitraretur: cum enim maiora, cum nihil essent, sine materia effecit, longè magis & hæc effecisset. Vt ergo intelligas non necessitatis causa hoc fecisse, sed esse eorum, quæ in principio facta sunt, opifex, illinito luto inquit; *vt a te, & lauare.* Vt intelligas nihil mihi luto opus esse ad fingendos oculos, sed vt manifestetur in eo gloria mea. Quòd autem de se dixerit; *Vt manifestetur gloria Dei: addidit; Me oportet facere opera eius, qui misit me.* Hoc est, manifestare meipsum, & facere eadem, quæ pater: non similia, sed eadem: quòd maioris est conuenientiæ, neque de his etiã, quæ vel minimum differunt dici potest. *Quis ergo contradixerit, cum eadem, quæ pater, operatus sit? Neque enim tantum finxit oculum, aut aperuit, sed visum largitus est, quòd sanè argumentum est etiam animam inspirandi, qua non operante, oculus etiam perfectus minimè videre potest. Quare & animæ vigorem, & membrum artibus, neruis, venis, sanguine, & cæteris omnibus, ex quibus corpus nostrum constat perfectum, largitus est. Me oportet operari, dum dies est. Quid hoc significat? quam habet consequentiam? Sanè magnum hoc est; *Dum dies est, dum licet hominibus in me credere, dum hæc durat vita, laborandum est. Venit nox.* Hoc est, futurum tempus. *Quando nemo potest operari.* Non dixit, quando non potero operari: sed, *nemo potest operari:* id est, quando non est amplius fides, neque labores, neque pœnitentia. Quòd enim opus fidem appelleret, dicunt ei; *Quid facimus, vt operemur opera Dei, Respondet? Hoc est opus Dei, vt credatis in eum, quem ille misit. Quomodo ergo hoc opus nemo potest tunc operari? quoniam fides non est, sed velint nolint, omnes acquiescent veritati. Verum, ne quis ad ambitionem hæc referret; eòtū gratia omnia facere proficitur, qui in hac tantum vita habent credendi potestatem, & nusquam alibi quicquam sibi possunt proficere, Ideo neque accedentem ad se cæcum curauit. Nam quòd curari**

1. Cor. 12.

Rom. 1.

Supra 6.

mereretur, & si vidisset, credidisset, & procurrisset ad Iesum: neque si presentem a quoquam audisset, accedere neglexisset, ex sequentibus constat, ex eius, videlicet fortitudine, & fide. Poterat enim secum cogitare, & dicere, Quid hoc lutum fecit, & liniuit oculos meos, & dixit; Vade lauare, non potuit me prius curare, & inde ad Siloam mittere: Sæp numero illic me laui, & multi mecum, & nihil profeci. Si quid posset, coram ostendisset, quemadmodum & Naaman aduersus Helisæum dicebat. Iussus enim lauare se in Iordane, non credidit, cum magna esset tunc Helisæi opinio. Cæcus autem non diffidit verbis Iesu, neque contradixit, neque quicquam cogitauit huiusmodi, Quid lutum illinere oportuit? hoc potius cæcum redderet: Quis vnquam hoc pacto curatus est? Nihil tale reputauit. Ecce fides firma, & prompta. *Venit nox.* Quo indicat post crucem, impios sibi curæ futuros, & multos alliciendos. Adhuc dies est, post quem penitus eos abscondit, vt statim significauit. *Quandiu in mundo sum, lux sum mundi.* Quod & alio in loco dixit; Credite, donec lux vobiscum est. Cur ergo Paulus noctem presentem vitam appellauit, Christus diem? idem dicit, non verbis, sed sententia: inquit enim; Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Noctem presentem vitam appellat, quoniam in tenebris versamur, vel propter eius ad diem illam comparationem, Christus autem noctem futurum tempus appellat, quoniam peccatores nihil operari poterant. Nox à Paulo præsens vita appellatur, quia in tenebris sunt, qui in peccatis, & incredulitate degunt. *Quamobrem fideles alloquens, ait; Nox præcessit, dies autem appropinquauit, ac si luce illa essent fruituri, & noctem veterem vitam intellexit.* Abiciamus, inquit, opera tenebrarum: Ecce quod illis noctem esse dixit: quare profectur; Vt in die honestè ambulemus, vt lucem illam consequamur. Nam, si huius seculi lux tam pulchra est, considera qualis illa futura sit: quanto enim solaris lux lucernæ lumen excedit, tanto, imo longè magis illa solarem; quod inde significauit: Sol obscurabitur ad illius, videlicet splendoris cõparationem, vt non appareat. Quod si in hac vita vt splendoras nobis domos, & salubres comparemus, magnam pecuniarũ vim edificando auxij consumimus: considera qui nobis subeundi sint labores, vt clarissimam nobis in cælis domum ædificemus, vbi lux illa ineffabilis. Hic enim & pugna, & contentiones de terminis, & parietibus; illic minimè, nulla inuidia, nullus liuor, nulla de limitibus cõtentio: & hæc sine dubio relinquenda, illa perpetuò permanfura sunt: hæc tempore consumitur, & multis subiecta est periculis, illa perpetuo manet: hanc pauper sibi comparare non potest, illam duobus potest obolis quibus emere, vt vidua illa. *Quamobrem quàm iam molestissimè fero, quod, tot nobis propositis, desideramus, animo deficiamus: & vt hic splendide habitemus, omnia faciamus: vt autè in cælo paruum vel comparemus, hospitium, nihil curamus, vel laboramus. Dic quæso, vbi hic domum habere velles, in deserto, an in aliquo paruo oppidulo? Non puto, sed in regiis, & magnis ciuitatibus, & rerum copia, & maior nobilitas. Ego tibi talem ciuitatem propono, cuius opifex, & author Deus est, in qua domum minori quàm hic sumptu, minori labore condere, atque ædificare poteris. Ac-*

4. Reg. 5.

Luc. 4.

Inf. 11.

Rom. 13.

Ibidem.

Luc. 11.

edificam eam manus pauperum, hæc optima ædificatio summa sapientia, sicut quam hic facimus summa dementia. Etenim, si quis te in Persidem visurum regionem illam, & mox reuersurum duceret, iuberetque vt illic domum strueres: nõnne eius amentiam reprehenderes, ac si in utilem suaderet impensam? cur non idem in hoc mundo facis, quæ paulò post relinques? Sed filius relinquam, inquit: at illi paulò post te etiam sequetur, nonnunquam præcedent, itidem & eorum posteri, quod etiam te anxium reddet, cum hæredes tuos non diutius possessuros videas: Illic autem nulla huiusmodi suspicio, sed immutabilis & tibi, & nepotibus manet possessio, sic eandem virtutem imitabuntur. Illam domum Christus ædificat, quo ædificante, non opus est alium opificem accersere, neque vterius laborare. Cùm Deus opus faciendum suscipit, quid amplius curandum? Ille necessaria colligit, ille opus erigit, neque hoc tantum mirandum, sed quod etiam satis, superque optimum, & supra quã optare possis ædificum, construit, quippe optimus opifex est, & maximè tuæ studet vtilitati. Et si pauper es, & volueris hanc domum ædificare, nullam tibi pariet inuidiam: nemo enim inuidus illud domicilium inuenerit, sed angeli tuis bonis lætantur, nemo illud contemnere poterit, nemo hoc morbo laborans illic habitat. Vicinos ibi sanctos, Paulum, Petrũ, prophetas, martyres, angelorum coetus, & archangelorum habebis. Quibus rationibus omnia nostra in pauperes conferamus, vt illa habitacula consequamur, gratiã, & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM IN IDEM
Homil. 2.

Hæc cum dixisset, expuit in terram, &c. Qui aliquam ex lectionibus vtilitatem consequi volunt, nihil his prætermittendum est, propterea feruari iubemur scripturas. Multa enim quamuis in his facilia videantur, magnam tamen sententiæ profunditatem habent latentem. Considera propositum textum; *Hæc cum dixisset, expuit in terram.* Cur hoc? Vt manifestetur gloria Dei. Et quia oportet me facere opera eius, qui misit me. Nõ enim ab re, quæ dixerat, reduxit nobis in memoriam Euangelista, & subdidit, expuisse: sed vt verba sua operibus confirmasse ostenderet. Et cur non aqua, sed sputo vsus est? Missurus eum erat in Siloam, ne quid ergo fonti adscriberetur, sed ex ore eius virtutem processisse intelligeretur, qui illius oculos effinxerit, & aperuerit, expuit in terram, hoc euangelista significans inquit, *Et fecit lutum ex spuro.* Inde ne ex terra eam processisse virtutem suspiraretur, lauare iussit. Propterea vt cæci fides pateret, & perfidiam Iudæorum argueret. Nam credibile erat, à pluribus abeuntem illitis luto oculis visum, & re insolita omnium in se oculos conuertisse. Cùm non facile esset creditu cæcum visum recuperasse multos via longitudine testes, & diligentiores spectatores rei insolentia comparat vt attentiores facti, iam non possent, an is esset, dubitare. Præterea veteri legi se nõ repugnare ostendit, cùm ad Siloam mittit. Neque illud

Hom. 56. in Ioan.

1. Cor. 10.

illud erat suspicandum an aquæ illius virtute visum acceperit. Multi enim sæpe illic oculos lauerant, nullam gratiam consequuti, sed tunc fuit virtus Christi, quæ id operata est: ideo interpretatus est euangelista Siloam, quod est missus, vt intelligas illic à Christo curatũ, vt Paulus inquit; Bibebat autem de spiritali cõsequente eos petra, petra autem erat Christus. Quemadmodum ergo Christus petra erat spiritalis, ita & Siloa erat spiritalis. Mihi autem videtur repentim aquæ efficaciam atcanum nobis significare mysterium. Quod nam? Admirabile, & præter omnium spem apparitionem. Sed intueri cæci animum in omnibus parentem, præbuit os, nihil sollicitus, an lutum esset, an sputum, & quid sibi Siloa opus esset, etsi hoc, cur illo? Nõ cur lutum liniret super oculos, aut cur lauari præceperit, nihil tale reputauit: illud duntaxat curauit, vt pareret in omnibus imperanti, & in nullo perturbatus est. Quod si quis rogaret, quomodo albedo luto viderit, me modum nescire profiteor: & quid mirum, si nescimus? Neque enim Euangelista, neque ipse, qui curatus est, norat: sed factum vidit, modum reprehendere non potuit, quod interrogatus respondit; *Lutum imposuit oculis meis, & laui, & vidi.* Rationem ignorauit, licet sæpius interrogatus. Itaque vicini, & qui viderant eum prius, quia mædicus erat, dicebant; *Nõnne hic est, qui sedebat, & mendicabat? Alij dicebant, quia hic est.* Magnitudo rei ad incredulitatem trahebat, licet tot modis essent ad credendum allekti. *Alij autem dicebant, Nõnne hic est, qui sedebat, & mendicabat?* Pape quòd Dei descendit humanitas? Benignissimè mendicos curat. Iudæis silentium imponit, quod nõ claros, & generosos viros, non principes, sed obscuros etiam sua dignes providentia ducebat. Venerat enim ad omnium salutem, & vt in paralytico, ita in hoc factum est. Neque enim ille, qui se curasset norat, neque hic; quod propter Christi discidium accidit, qui semper ad subueniendum indigentibus properabat, vt omnis signorum dubitatio tolleretur. Qui ergo eum non videbant, quomodo ad gratiam loquebantur? Si confirmabatur miracula: neque enim ostiarum hic cæcus mendicabat, sed sedebat ad templi ianuam. *Dubitantibus ergo omnibus de ipso, respondit; Ego sum.* Non puduit cæcitatibus, neque populi furorem veritus est. Nihil dissimulauit beneficium prædicare. *Dicunt ei; Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit eis, Ille homo, qui dicitur Iesus.* Quid dicitis, huiusmodi homo operatur? Sed nihil adhuc de eo magnum opinabatur. *Fecit lutum, & unxit oculis meis.* Verax sanè: nõ dixit vnde fecerit, quod non viderat, sensit autem vngi. *Et dixit mihi, Vade ad natatoriam Siloe.* Et vnde notat Iesum locutum? Ex sermone, quem ad discipulos habuerat. Rem testificatur, modum ignorat. Nam, si in iis, quæ sensu, & tactu percipiuntur, fide opus est, longè magis in iis, quæ videri non possunt. Et dixerunt ei; *Ubi est ille?* Clamantes iam contra ipsum. Intueri hic Christi humilitatè. Curatos dimittebat, quippe qui non gloriam, non populi plausum, non digito monstrari volebat. Et vide quoniam verè cæcus ad omnia respondet. Quærebant illi ipsum inuenire, vt eum ad sacerdotes adducerent, cùm non inuenirent, illum ducunt vt melius interrogaretur: deo euangelista sabbatum fuisse dicit, vt paruam eorum mentem ostendat, & cur Iesum quærerent, vt ansam aliquam haberent calum-

niandi miraculum propter legis transgressionem: & hoc constat quod statim, quomodo oculos ipsius aperuerit, interrogauerunt. Et considera eorum verba. Non dicunt, quomodo vidisti? sed, *quomodo aperuit tibi oculos?* vt darent ei materiam opus illud calumniandi. Ille autem tanquam non ignarus rei, breuiter respondet. Neque enim Iesu meminit, neque quod dixerit, *Vade lauare:* sed tantum; *Lutum fecit, & imposuit super oculos meos, & laui, & vidi.* ac si maximo in crimine Christum deprehendissent, ita mouentur: quasi dicerent, Ecce quæ Iesus operatur. Tu autem cæci constantiam intueri. Quod enim primum ab illis interrogatus dixerit veritatem, minimè mirum est: nunc verò admirandum, quod perterritus neque negat, neque prioribus verbis contradicit. *Quid Pharisei, vel alij porius? Adduxerunt eũ tanquam negaturum, sed contra euenit, manifestius, quod nolebant, intellexerunt, quod semper contingebat, vt apertius in sequentibus ostendemus.* Quid Pharisei? *Quidam* (non omnes, sed pertinaciores) *dicebant, Hic homo non est à Deo quia sabbatum non custodit, Alij autem dicebant, Quomodo potest homo peccator hæc signa facere?* Ecce quod signis alliciebantur. Nam, qui antea miserant, vt adduceretur: audi quid nunc, etsi non omnes, dicant. Etenim, licet principes gloriæ cupiditate in incredulitate persistenterent, multi tamen crediderunt, quamuis non confiterentur: populus autem inglorius erat, vt pote, qui nihil in synagoga poterat principes clariore difficilius acq̄iescebant. Hos igitur principatus amor, illos metus continebat: quare inquit, *Quomodo potestis credere, qui gloriam ab hominibus accipitis? Et ipsi quidem, qui iniuste interficere conabantur, Dei se esse dicebant.* Qui cæcos curabat, eum ex Deo esse non posse ed quod sabbatum non seruasset, quod alij negant: quoniam peccator hæc signa facere non potest. Illi, malignè omisso miraculo, quæ videbatur transgressio, adducunt in medium. Non enim dicunt, in sabbato curat: sed, *sabbatum non custodit.* Hi infirmè subtercent, probandum namque erat non soluisse sabbatum. Ex signis tantum consistant: neque immerito, adhuc hominem eum arbitrabantur. Quod si Deum nossent, aliter eum excusare potuissent, quod videlicet sabbati dominus esset, & illud fecerit: sed nondum hoc sentiebant. Nemo tamen an debet sententiam suam palam facere, sed dubitabant, partim timore, partim ambitione, Schisma ergo erat inter eos, quod prius in populo ortum est, inde in principibus: & alij quidem bonum esse dicebant, negabant alij, quod deciperet turbam. Vides stultiores multitudine principes etiam se sciendentes? Non tamen generosum quicquam præ se tulerunt, cùm Phariseos instare intelligerent. Quod si omnino se scidissent, cognouissent forrasse veritatem: potest enim quis rectè scindi, idcirco inquit: *Non veni mittere pacem in terrã, sed gladium.* Est & mala concordia, & discordia bona. Siquidè qui turrim ædificabant, concordantes erant in malo suo, inde etsi inuiti, ad bonum tamen disenserunt. Et socij Chore malè conueniebant, ideo bene diuisi sunt. Et Iudas cum Iudæis prauè cõsensit: est ergo bona discordia, & cõcordia mala. *Quamobrem ait: Si oculus tuus scandalizat te, erue eum: & si pes, absconde.* Quod si membrum malè coniunctum abscondendum est, nõnne longè magis praui amici?

Sup. 5.

Math. 10.

Gen. 11.

Nam. 16.

Math. 5.

ci? Quare concordia non semper bona, sicut neque discordia mala. Dico hoc, ut malos fugiamus, sequamur bonos. Nam, si membrum insanabile meum, ne reliqua corrumpat, incidimus, non quod illud negligamus, sed ut seruemus cetera: quanto magis in iis, qui male nobis iuncti sunt, ita faciemus? Quod si eos meliores reddere possemus, & nobis non officeremus, omnia essent facienda: sin incorrigibiles sunt, & nos laedimus, abscindendi sunt à nobis. Sæpe enim hoc pacto magno proficiunt: vnde Paulus; Tollite malum de medio vestrum: quod ut eiiceretur, ita fecisti. Gravis etenim, gravis est conuersatio malorum, sed non tantummodo contagium sequitur, aut detegitur, ut prauorum hominum malitia. Corruptum enim bonos mores colloquia mala. Et propheta; Egredimini ex medio eorum, & segregamini. Nemo malum amicum sibi conciliet. Nam, si perditos filios emancipamus, neque veremur naturam, neque eius leges, neque ullam necessitudinem: longè magis notos, & consuetudine deuinctos fugiemus, si mali erunt. Quamuis enim nullum inde nobis proueniat detrimentum, malas tamen suspiciones vitare non possumus: Alieni enim vitam nostram non perscrutantur, sed à sociis, & consuetudinibus iudicant. Hæc eadem nuptas, & virgines horror. Præuidentes, inquit, bona non modò in conspectu domini, sed & hominum. Totis ergo viribus adnitamur, ne per nos scandalizetur proximus: Vita enim etsi rectissima sit, si aliis erit scâdalo, totum amittit. Et quomodo potest recta vita scandalizare? Cùm pessimorum consuetudo non bonam homini inuit opinionem: cùm enim nobis ipsis fidentes, cum malis conuersamur, etsi nos non offendimus, alios tamen scandalizamus. Hæc viris, vxoribus, & virginibus dicta sunt, quorum conscientia, quæ inde mala proueniant, diiudicat. Ego nihil mali suspicor, neque alius fortasse perfectior: si simplicior frater in tua offendatur perfectione, oportet eius consulere imbecillitati. Quod si ipse non offenditur, offendetur tamen gentilis. Paulus autem iubet, ut simus sine offensione & Iudæis, & Græcis, & Ecclesiæ Dei. Ego nihil mali de virgine suspicor, diligo virginitatem. Dilectio malum non cogitat. Maxime hæc vestram amo consuetudinem, neque possum absurdum aliquid de ea cogitare. Sed quomodo externis id persuadebimus? Debemus eorum rationem habere. Quamobrem ita res nostras disponamus, ut nemo infidelium nostra causa iuste possit offendi. Nam sicut qui rectè viuunt, Deum glorificant: ita qui præuè, procliuè sunt ad blasphemiam. Sed absit, ut vestrum aliquis sit eiusmodi: verum ita luceant opera vestra, ut glorificetur pater vester, qui est in cœlis: & nos eius gloria perfruamur, gratiâ, & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amén.

EIVSDEM IN IDEM

Homilia 3.

Dicunt ergo cæci iterum; Tu quid dicis illo, &c. Scripturæ non simpliciter, neque temerè, sed quàm diligentissimè legendæ sunt, ne quis scrupulus oboriatur: etenim non immerito hoc in loco quispiam dubitaret, cur, quum dixerint;

Hic homo à Deo non est, quia sabbatum non custodit: inde eum interrogant; Tu quid dicis de illo, qui aperuit tibi oculos, & non qui soluit sabbatum? At excusationem pro accusatione posuerunt. Quid ergo dicendum? Non sum is, qui dicebant; Hic non est à Deo, sed qui dissentiebant, dicentes; Homo peccator non potest hæc signa facere. Quum ergo magis vellent illis silentium imponere, ne Christum defendere viderentur, eum, qui eius virtutem in se expertus erat, in medium adducunt, & interrogant. Tu autem intueri pauperis sapientiam, quæ ceteros superauit. Confessus est prophetam esse, neque prauum Iudæorum iudicium ipsum perterere potuit, quum dicerent, Quomodo potest esse hic à Deo, quia sabbatum non custodit? Et non crediderunt Iudæi quod cæcus fuisset, &c. Tu autem cõsidera, quomodo modis miraculum tegere, & abolere conantur. Verum huiusmodi est veritatis natura, vnde magis oppugnatur, inde magis confirmatur, & quo magis obtegatur, eò clarior euadit: aliter non esset hoc creditum miraculum, quod perinde ac si omnes id prædicare conati essent, & Christi studiosissimi fuissent, ita claruit. Etenim eum etiã postmodum calumniari tentarunt, dicentes; Quomodo aperuit tibi oculos? quasi dicerent, nunquid magia aliqua? Quod alibi quum sanandi modum intelligere nequiuissent, calumniati sunt, in Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia: hic ad sabbati solutionem confugiunt, & quod peccator est. Atqui, quum superius eum interficere, & opera eius arguere tentarent, audent eos interrogari; Quis ex vobis arguet me de peccato? & nemo respondit, nemo eum blasphemiam arguit, quum se sine peccato profiteretur. Quod si in aliquo argui potuisset, minimè tacuissent. Nam qui dicentem se ante Abraham esse, lapidibus petierunt, & à Deo non esse, & se à Deo esse gloriati sunt, quum essent homicidæ: & tot miracula facientem, Deo contrarium, & sabbatum non custodire obiecerunt: si vel vrbam aliquam criminandi habuissent, non sanè tacuissent. Quod si propterea peccatorem vocant, quoniam sabbatum soluere videretur, friuolum profectò hoc crimen, & multam eorum arguit temeritatem. Quamobrem his distracti rationibus, impudèntius quidam aggrediuntur: Non crediderunt inquit, quod cæcus fuisset, & vidisset: Quomodo ergo accusabant, quod sabbatum non custodiret? Certè tanquam credentes. Nonne multitudini, & vicinis, qui eum cognoscebant, credidistis? sed, ut dixi, mædaciū, etsi oppugnatè veritatem videatur, seipsum tamè detegit, & veritatem reddit clariorem, ut in præsentia contigit. Ne quis enim diceret, nihil certi vicinis, & qui eum viderant, attulisse, sed fuisse assimilem, aduocant parentes, & inuiti miraculum verum confirmarunt. Nam parentes maxime eum norant, & cum eum perterere non possent, quin audenter acceptum publicaret beneficium, per parentes infirmare miraculum arbitrati sunt. Et vide interrogationis prauitatem, aduocatis in medium parentibus; ut metum incuterent, vehementia quadam, & indignatione interrogant, Hic est filius vester? Et non dicunt, qui cæcus fuerat; sed, quem vos dicitis, quia cæcus natus est; ac si malè facerent, & opera Christi confirmarent. O scelestos, & plusquam scelestos! & quisnam pater ita de filio mentiri optaret? tantum non dicentes, quem vos cæcum fecistis, imò & vbi que cæcum prædicastis, quomodo

quomodo nunc videt? O mentiam! vestra hæc malignitas, vestrum commentum. Dupliciter ergo ad negandum eos impellere conantur, dicendo; Et quem dicitis, & quomodo videt? De tribus itaque parentibus interrogati, an filius eorum esset, si cæcus fuisset, & quomodo videt. Duo tantum consentunt, tertium se nescire dicunt, ut magis veritas probaretur, ut nemo præter ipsum curatum, & maxime ad id testandum idoneum, rem ipsam confiteretur. Et quoniam modo ad gratiam locuti essent parentes, qui eorum, quæ norant, aliqua conticebant propter metum Iudæorum? Quid ergo dicit? Quod hic est filius noster scimus, &c. Dignum fide ducunt ad sui excusationem, non est puer, neque desipit, potest de seipso testimonium perhibere; hoc autem dicebat propter metum Iudæorum. Ecce quomodo iterum euangelista eorum mentem, sententiamque exponit. Hæc dico, quia, quum superius dixerunt, quod æqualem se Deo faceret, quod si ea non Christi, sed Iudæorum fuisset sententia, addidisset sanè Euangelista ita Iudæos intellexisse. Quum ergo parentes rursum ad sanandum eos remisissent, iterum in clamant, & palam, atque impudenter. Non quidem dicunt, nega Christum te sanasse, sed pietatis vmbra id tentant. Da, inquit, gloriam Deo. Nam, si parentibus dixissent, negare filium vestrum esse, & cæcum natum, perquam ridiculum fuisset: itidem si huic negare suassent, manifesta fuisset impudentia: quare non sic dicunt, sed alia aggrediuntur via; Da gloriam Deo, confitere nihil Christum in te operatum. Nos scimus, quia hic homo peccator est, Quare ergo ipsum non reprehendistis, quum diceret; Quis me arguet de peccato? Vnde eum scitis peccatorem? Et cum illi dixissent; Da gloriam Deo, & iste responsum nõ dedidit, obuiam Christo factus, non propterea reprehensus est, sed rogauit eum Christus; credis in filium Dei? ut intelligas ita dari gloriam Deo. Quod si non esset æqualis patri, non esset æqualis gloria: sed quum idem, qui patrem honorat, honoret & filium, meritò non arguitur cæcus. Quum ergo expectarent Iudæi, ut parentes miraculum negarent, nihil tale dixerunt. Cùm verò nihil se ex eo consecutos vident, iam peccatorem esse calumniantur. Respondet ille; Si peccator est, nescio: vnum scio, quod, quum cæcus essem, nunc video. Nunquid timuit cæcus? minimè, Et quomodo, qui prophetam asseuerat, nunc dicit, si peccator est nescio? Non ita sibi persuadebat, sed volebat rei ipsius testimonio, non verbis suis purgare eum à crimine, & defensionem credibilem reddere, quod beneficij testimonium ipsos condemnaret. Nam, si post multa verba dicente eo quod nisi esset Dei cultor non potuisset hæc signa facere, ita indignari sunt, ut diceret; In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Si hoc à principio dixisset, in quam prorupissent insaniam? Si peccator est, nescio: quasi dicat, nihil de hoc in præsentia dico, nihil pronuncio: illud quidem manifestè noui, & affirmare possum, si peccator esset, non hæc faceret. Quibus verbis neque se, neque testimonium suum suspectum reddidit, quod ad gratiam loqueretur, sed rem ipsam iustificaretur. Neque enim efficere poterant, quin miraculum fecerit: illi autem iterum ad priora reuertuntur, modumque curationis diligentius percontantur, more canum venatione sibi propòsita, nunc illud discurrentes, & ad eundem redeuntes locum, ut

assidua percontatione eum ad suam trahant volentem: & aiunt, Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Ille confundens eos, acrius iam inuehitur, donec enim miraculū disquiri, & iudicari oportuit, veracundius locutus est: quum autem planè patuit, bona causa fretus, eos audacter aggreditur, aitque; Dixit vobis semel, & me non audistis: quid amplius vultis audire? Considera mendaci aduersus scribas, & Phariseos fiduciam: tam valida est veritas, tam imbecille mendacium: illa enim etiam imbecilles corroborat, & claros reddit, hoc etiam fortes deprimit, atque debilitat: quasi dicat mendicus; Verbis meis non attenditis, ideo nihil amplius dicam, neque respondebo, cum me sapius frustra interrogaueritis: neque ut rem sciatis, velitis audire, sed ut audita calumniemini. Nunquid & vos vultis discipuli eius fieri? Iam se discipulis adnumerat: hoc enim significat; Nunquid & vos? Eos præterea arguit, & vituperat, & meritò sanè. Cum enim intelligeret hoc eos maxime lædere, ita locutus est: indicium sane fidentis animi, & ad superna euolantis, & illorum contemnentis insaniam. Ad hæc eius maximam ostendit dignitatem, cui maxime fidet, & quod quem admittari & colere deberent, eum contumelia afficiunt, ille tamen non afficitur, sed quod ipsi ad contumeliam faciunt, honoris loco accipit. Tu discipulus illius, inquit, sis, nos autem Mosi sumus discipuli. Sed non sequitur, non enim Mosi, nec Christi estis. Si Mosi essetis, essetis & Christi. Idcirco superius inquit Christus; Si crederitis Mosi, crederitis & mihi, de me enim ille scripsit: Cum, enim ad hos semper sermones confugerent; Nos scimus, quod Mosi locutus est Deus. Cuius testimonio maiorum aucto-ritas: sed nonne maioris auctoritatis est, qui hæc per signa confirmat, quàm maiores vestri? nam à Deo venit, & cælestia loquitur. Et non dixerunt; Nos audiuimus, quod Mosi locutus est Deus: sed, scimus. Et audita vos Iudæi scire asseueratis, visa autem auditis, minora arbitramini. Atqui illa quidem minimè scitis, sed audistis, hæc non audistis, sed scitis. Cæcus autem; In hoc enim, inquit, est mirabile, quod vos nescitis, vnde sit. Et talia signa facit, quum non homo insignis apud vos, neque clarus, neque gloriosus hæc possit: ut sit vbi que manifestum Deum esse, neque ylo humano egere auxilio. Scimus autem, quod Deus peccatores nõ exaudit. Cùm enim antea dixissent; Quomodo potest homo peccator hæc signa facere, eorum innititur sententiæ, & eadem verba commemorat. Opinio mea, inquit, & vestra consentit, in ea permane, & intueri viri prudentiam, semper in ore haber miraculum, quod cum capere non posset, ab eo ratiocinatur. Vides illa verba; Si peccator est nescio, non esse dubitantis? Absit, norat enim nõ esse peccatorem: Ecce nunc temporis quomodo responderet; Scimus quod Deus peccatores non exaudit, sed si quis Dei cultor est, &c. Vbi non modo eum à peccatis absoluit, sed acceptissimum Deo & omnia Dei opera facientem demonstrat. Nam cum se Iudæi Dei cultores dixissent, ideo addidit, & voluntatem eius facit: quasi dicat, non satis est Deum cognoscere. Inde miraculum extollit, a seculo non est audierunt, quod aperuit quibus oculos cæci nati. Si ergo confitemini Deum non exaudire peccatores, & hic signum fecit, quale nemo vnquam alijs, constat omnia virtute assecutum, quæ humanum longè exuperat. Ad quem Iudæi; in peccatis natus es totus, & tu

Et tu doces nos? Donec eum negaturum sperarunt, dignum, cui crederent, exultarunt, & semel, atque iterum eum vocarunt. Quod si eis non credendum ducebatur, cur aduocatis? cur iterum interrogastis? Cum vera locutus est, & ideo maxima erat admiratione obseruatus, tunc accusans. Quid autem signat? *In peccatis natus es totus?* Exprobrant ei cecitatem: ac si dicant, A prima aetate in peccatis es: quasi ideo fuisset cecus, quod non sequebatur, quem consolatus Christus, ait: *In iudicium ego veni in hunc mundum, ut non videntes, videant: & qui vident, cæci fiant.* In peccatis natus es totus, *Et tu doces nos?* Ei quid dixerat, nunquid suam sententiam attulerat, & non potius communem, cum inquit: *Scimus quod Deus peccatores non exaudit: Et eiecerunt eum foras.* Ecce veritatis præconem, quomodo sapientiam non impedit paupertas. Vides quod audiuit à principio, & quod pertulit, & quomodo verbis, & operibus testatus est? Hæc scripta sunt ad imitationem nostram. Nã, si is, qui Christum non viderat, ante eius orationem tantum confirmatus est, ut in conspectu totius populi homicidæ, furentis, insani, & eius voce Christum damnare cupientis, nec assensus sit, nec acquieuerit, sed perquam fidenter eorum os obstruxerit: & expelli maluerit, quam subtrahere veritatem: quãto magis nos, qui tandiu in fide viximus, qui per fidem tot miracula intuiti sumus, qui maiora, quã illi, accepimus beneficia, virã tuam interioribus oculis arcana mysteria conspiciamus? Nos igitur in tantum vocatos honorem incredibilem pro Christo fiduciam præ nobis ferre oportet, contra eos, qui aliquid accusare, & loqui aduersus Christianos moluntur: eorum linguæ cohibendæ sunt, neque temere eis parcendum. Hoc autem facere poterimus, si confidemus, si scripturis operam dabimus, neque eas audire neglexerimus. Nam, si quis attentionem, huc ingressus adhibuerit, etiam sine domestica lectione, annuo spatio satis proficere poterit. Neque enim hodie vnum, cras aliud legimus, sed semper idem. Veruntamen nonnulli tam misere affecti sunt, ut diutius audiendo, ne nomina quidem librorum intelligant, nec pudet, nec verentur tam negligenter in Dei concionem ingredi. Quod si citharædus, vel saltator, vel mimus aliquis ad scenã aduocaret ciuitatem, omnes frequenter concurrerent, & admoniti gratias haberent, in quo spectaculo diei dimidium consumunt, nulli alij negotio vacantes: Deo autem nos per prophetas, & apostolos alloquente, oscitamus, desideramus, halucinamur. & plurimum fastidimus, quare in forum egredimur: in hyeme verò cum pluuia, & lutum impediret, domi sedemus, aut in theatris sine tecto, quo à pluuia defendamur. Maxima pars, imbre, vento, frigore, luto, viã longitudine contempta, insani persisterunt; nulla eos causa domi continet, nulla, quin ad spectacula frequenter confluant, prohibet: huc sub tectum sine frigoris, & pluuie iniuria, ad animæ suæ salutem nemo ea alacritate concurrat. Sunt ne hæc toleranda? Ideo in illis apprimè edocti, in necessariis quam pueruli imperitiores sumus. Quod si quis te aut aurigam, aut saltatorem vocaret, contumeliam id duceres, eamque pro viribus popullares; Ire autem ad eorum spectacula non recusas, & cuius artis nomen fugis, eam fere omnem, prosequeris: cuius autem & nomen, & res,

hoc est, esse, & vocari Christianum profiteris, quidnam sit, non intelligis. Quid hac dementia eius? Hæc frequenter vobis dicere statur, veruntamen veritus sum, ne frustra, & sine fructu mihi odium comparem. Video enim non iuuenes tantum, sed & senes insanire, quorum gratia maiorem in modum erubescam, cum video vitam canicie venerabilem, eam labefactantem, & filium secum trahentem. Quid hoc magis ridiculum: quid indignius: filius à patre impudèntiam discit, Mordent hæc vos verba: hoc & ego volo. Verba vos morore afficiant, ut per opera à turpitudine liberemini. Sunt enim nonnulli multo his frigidiores, quos illorum non pudet, sed pro re multa, verba faciunt: quos si rogaueris, quis Amos sit, quis Abdias, quot propheta: quid respondeant nesciant: de equis, aurigis, sophistis, rhetoribus; quamuis reddant rationem. Inde quæ hinc iactura, quod detrimentum sequatur, interrogat. Propterea ingemisco; quoniam quod sit damnum, quod malum, non intelligitis. Dedit tibi vitam Deus, ut se coleres: tu eam incassum, & inutiliter consumis. Queris quod sit damnum? Si vel parum argenti amiseris, id omnino damnum appellas: si rotos dies in diaboli operibus consumpseris, nihil omisisse opinaris. Opus est in sacrificiis, & precibus vitam omnem impendere: tu ad clamores, perturbationes, obscena verba, contentiones intempestiuas, voluptates magicas, vitã tuam temere consumis, & in tuum cõuertis detrimentum: & cum hæc commiseris, quod damnum acceperis, interrogas: neque intelligis omnia potius amittenda, quã tempus. Aurum amittis, poterit recuperari: amissum tempus difficulter. Breue nobis in præsentia vita præstat, quo nisi in necessariis utamur, quid illuc migrantes faciemus? Dic, quæso, si cui filiorum tuorum præciperes, ut aliquam artem disceret, ille autem vel domi, vel alibi tempus frustra cõtereret, possitne apud magistrum excusari? Nõne diceret, conuenimus, tempus statuis? Si tibi non curæ est, ut apud me arti incumbat filius, quomodo eum erudiemus? Hæc & vobis dicenda sunt. Nam exigit à nobis Deus rationem. Vobis, inquit, tempus dedi, ut pietatem, ut rectè viuendi artem erudiremini, cur incassum, & inutiliter hoc tempus consumpistis? Cur præceptoem frequenter nõ petiistis, neque doctrinæ vacastis. Quod autem doctrina sit Dei cultus, audi prophetam, cum inquit, Venite, filij, audite me, timorem domini docebo vos. Et iterum; Beatus vir, quem tu erudieris, domine, & in lege tua docueris. Cum verò tempus inutiliter consumpisti, quam habebis excusationem? Et qua gratia nobis breue tempus præscripsit Deus? O stultitiam! ô insipientiam! pro quo maximæ gratiæ habendæ sunt, quod labores nobis, & sudores minuit, quod requiem nobis, & æternitatem largitur, id & reprehendis, & modesto fers animo. Sed nescio quomodo in tam longum sermonem venimus, qui iam finem desiderat. Nostræ nanque imbecillitati, & miseræ tribuendum est, quod longiusculam fastidimus orationem: in spectaculis autem à meridie ad noctem immorati, cum funalibus domum reuertimur. Sed, ne semper vos accusemus, hoc nobis impendite beneficium, ut, his omisis omnibus, his incumbatis. Vestro enim lucro & nos lucrabimur gaudium, lætitiã, laudem, præterea, & remunerationem. Omne autem

*Psal. 33.
Ibid. 93.*

tem lucrum vestrum erit, quod tam stultè ante hac saltationibus dediti, propter timorem Dei, & hortationem nostram, vos morbo illo liberaueritis, & vinculis solutis, ad Deum festinaueritis. Neque illic tantum mercedem, verum etiam in hac vita veram consequimini voluptatem. Eiusmodi namque virtus est, ut cum futuro premio in præsentia quoque vitam nobis suauissimam suggerat. Pareamus ergo scripturæ diuinæ præceptis, ut & præsentibus; & futuris fruamur bonis, gratia, & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul, & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM IN IDEM

Homilia 4.

Ex Hom. 38. in Io. **E**T audiuit Iesus, quia eiecerunt eum foras: & cum inuenisset eum, dixit ei, &c. Qui propter veritatem, & Christi confessionem malo, & contumelia aliqua afficiuntur, hi maximè à Deo honorantur. Vt enim qui propter Deum pecunias dispergit, is maximè eas inuenit: & qui odit animam suam: is vel imprimis amat, ita contumelia affectus propter Deum, is plurimum honoratur à Deo, quod cæco vsu venit. Eiectus est à templo à Iudæis, & à templi domino inuentus est. A pestifero concilio liberatus, salutariferum est fontem cõsecutus. Contemptus à cõtempторibus Christi, ab angelorum rege honoratus est. Hæc sunt veritatis præmia, ita & nos, dispersis rebus, & pecuniis nostris, illuc fidenter proficiscemur. Si hic inopi largiemur, quiescemus in calis. Si propter Deum nobis maledicetur, & in hac, & futura vita laudabimur. Eiectum è templo inuenit Christus, quem Euangelista hac gratia venisse significat. Et cõsidera quibus eum præmiis remunerat, summo omnium bonorum. Se enim ei notum fecit, à quo prius ignorabatur, eumque discipulis suis annumerauit. Et intueri illius diligentia: dicente enim Iesu; *Tu credis in filium Dei?* Respondet, *Domine quis est?* Nondum enim ipsum viderat, quamuis sanatus: antea namque cæcus fuerat, sanatus ad Iudæos adductus est, ut enim munerarius athletam victoria insignem, & coronatum, ita hunc Iesus accipit. *Tu credis, inquit, in filium Dei?* Quid hoc? Post tantam cum Iudæis controuersiam, post tot verba, & contentiones an credat, interrogat: non quod eius ignoraret animum, sed ut notum aliis faceret, & eius se fidem plurimi facere demonstraret. Contumelia me tantus populus affecit, inquit, sed nihil impendo, fides tua mihi curæ est. Pluris enim faciendus est vnus, qui domini facit voluntatem, quã multi transgressores. *Tu credis in filium Dei?* ac si præsens, quæ dixerat, accepisset, rogat, & sui concitat desiderium. Neque primum ait, crede, sed interrogauit; *Quid ille?* *Et quis est, domine, ut credam in eum?* Desiderantis, & valde inquietantis animæ verbum, pro quo tanta locutus est eum ignorat: ut veritatis amatorem eum intelligas. Dicit ei; *Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ille est.* Non dixit, ego sum: sed remissius adhuc, *Et vidisti eum.* Dubium verbum, ideo manifestius subdit. *Qui loquitur tecum, ille est.* *At ille ait, Credo, domine; & prociens adorauit eum.* Neque dixit ego sum, qui te curauit: qui dixi tibi, Vade, lauare in Siloa: sed, his omnibus omisis, inquit; *Credis in filium Dei?* ille

affectum suum enestigio adorãdo prætulit, quod pauci curati fecerunt, ut leprosi illi, & alij: hoc pacto diuinam eius virtutem demonstrauit, ne quis verbo tenus dixisse arbitrari possit.

S. AVGVST. EPISCOPI

Hipponensis in superius Euang.

Homilia 1.

DE homine, quem dominus Iesus illuminauit, qui cæcus natus fuit, proluxa lectio recitata est, quam si vniuersam pertractare conemur, pro sui dignitate, sicut valemus, singula considerantes, nõ sufficit dies. Proinde peto, & admoneo charitatem vestram, ut in iis, quæ aperta sunt, sermonem nostrum non requiratis: nam nimis longum erit in singulis immorari. Breuiter ergo cæci huius illuminati commendando mysterium. Ea quippe, quæ fecit dominus noster Iesus Christus, stupenda, atque miranda, & opera, & verba sunt: opera, quia facta sunt: verba, quia signa sunt. Si ergo quid significet hoc, quod factum est cogitemus, genus humanum est ille cæcus: hæc enim cæcitas contigit in primo homine per peccatum, de quo omnes originem duximus, non solum mortis, sed etiam iniquitatis. Si enim cæcitas est infidelitas, & illuminatio fides, quem fidelem quãdo venit Christus inuenit? Quando quidem Apostolus natus in gente Prophetarum dicit: *Fuimus & nos aliquando natura filij iræ, sicut & cæteri.* Si filij iræ, filij vindictæ, filij pœnæ, filij gehennæ. Quomodo natura, nisi quia peccante primo homine, vitium pro natura inoleuit? Si vitium pro natura inoleuit, secundum mentem omnis homo cæcus natus est: si enim videt, nõ opus habet ductore: si opus habet ductore, & illuminatore, cæcus est ergo à natiuitate. Venit dominus. Quid fecit? Magnum mysterium commendauit. *Expuit in terram, de salua sua lulum fecit.* Quia verbum caro factum est, et inunxit oculos cæci. Inunctus erat, & nondum videbat. *Misit illum ad piscinam quæ vocatur Syloe.* Pertinuit autem ad Euangelistam commendare nobis nomẽ huius piscinæ, & ait, *Quod interpretatur missus.* Iam qui sit missus agnoscitis: nisi enim ille fuisset missus, nemo nostrum esset ab iniquitate dimissus. *Lauit ergo oculos in ea piscina, quæ interpretatur missus, baptizatus est in Christo:* si ergo quãdo eum in semetipso quodãmodo baptizauit, tunc illuminauit: quãdo inunxit, fortasse catechumenum fecit. Potest quidẽ aliter atque aliter tanti sacramenti exponi profunditas, & pertractari, sed hoc sufficiat charitati vestræ, audistis grãde mysterium. Interroga hominem, Christianus es; Respondet tibi, Non sum. Si paganus es aut Iudæus: Si autem dixerit, nõ sum, adhuc quæris ab eo: catechumenus, an fidelis? Si responderit tibi, catechumenus, inunctus est, nondum lotus. Sed vnde inunctus quære? Et responderit, *Quære ab illo, in quem credat, eo ipso quo catechumenus est, dicit in Christum.* Ecce modo loquor & fidelibus, & catechumenis. Quod dixi de sputo, & luto, quia verbum caro factum est, & hoc catechumeni audiunt sed non eis sufficit ad quod inuncti sunt, festinent ad lauacrum si lumen inquirunt. Iam ergo propter quãdam in hac ipsa lectione quæstiones, verba domini & ipsius vniuersæ lectionis percurramus potius quã tractemus.

*Ex Trac. 44.
in Ioan.*

Ephes. 2.

*Nota morem
antiqui, ca-
techumenos
inungendi.*

mus. Exiens Iesus vidit hominem cæcum, nō vicunque cæcum, sed à natiuitate. Et interrogauerunt eum discipuli eius, Rabbi. Scitis Rabbi quia magister est, magistrum appellabant, quia discere desiderabant, quæstionem quippe domino proposuerunt tanquam magistro. *Quis peccauit hic, an parentes eius vt cæcus nasceretur? Respondit Iesus: Neque hic peccauit, neque parentes eius, vt cæcus nasceretur. Quid est quod dixit? Si nullus homo sine peccato, nunquid parentes huius cæci sine peccato erant? Nunquid ipse vel sine originali peccato natus erat, vel viuendo nihil addiderat? An quia oculos clausos habebat, concupiscētiæ minime vigilabat? Quanta mala committunt cæci, à quo malo abstinent? Mens mala etiam clausis oculis non poterat videre, sed nouerat cogitare, & forte concupiscere aliquid quod cæcus non posset implere, sed in corde indicari à cordis perscrutatore. Si ergo & parentes eius habuerunt peccatum, & iste habuit peccatum, quare dominus dixit: Neque hic peccauit, neque parentes eius, nisi ad rem respondit de qua interrogatus est, vt cæcus nasceretur: habebat enim peccatum parentes eius, sed non ipso peccato factum est, vt cæcus nasceretur. Si ergo non peccato factum est parentum, vt cæcus nasceretur, quare cæcus natus est? Audi magistrum docentem; Querit credentem, vt faciat intelligentem. Ipse causam dicit, quare ille cæcus sit natus. Neque, inquit, hic peccauit, neque parentes eius, sed vt manifestetur opera Dei in illo. deinde quid sequitur? Me oportet operari opera eius, qui misit me. Ecce est ille missus, in quo faciē lauit cæcus, & videte quid dixerit, me oportet operari opera eius qui misit me. Donec dies est. Memento te quomodo vniuersam gloriam illi dat, de quo est, quia ille habet filium, qui de illo sit, ipse non habet de quo sit, sed quare dixisti, domine, donec dies est? audi quare. Veniet nox quando nemo potest operari. Nec tu domine? Itane tantum valebit nox illa, vt nec tu possis in ea operari, cuius opus nox est? Puto enim, domine Iesu, imò nō puto, sed credo atque cōfirmo te ibi fuisse, quando dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux: si enim verbo fecit, per te fecit: & ideo dictum est, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Dixisti Deus inter lucē & tenebras: lucem vocauit diem, & tenebras noctē. Quæ est illa nox, quæ cū venerit, nemo poterit operari? Audi quid sit dies, & tunc intelliges quare sit nox: vnde sumus audituri quifnam sit dies iste? Ipse dicat, *Quandiu in hoc mundo sum, lux sum mundi.* Ecce ipse dies est. *Lauat oculos cæcus in die, vt videat diem. Quandiu, inquit, in mūdo sum, lux sum mundi.* Ergo nescio quare nox erit, quando ibi Christus non erit, ideo nemo poterit operari. Restat inquirere, fratres mei, patienter accipite inquitentē me: vobiscum quæro, vobiscum inueniam à quo quæro. Constat expressum ac definitum diem cōmemorasse dominum hoc loco seipsum, id est, lumen mundi. *Quandiu, inquit, in hoc mundo, lux sum mundi: ergo ipse operatur, quandiu est in hoc mundo? Putamus eum, fratres, fuisse hic tunc, & modo non hic esse? Si ergo hoc putamus, iā ergo post ascensionem domini facta est nox ista metuenda, vbi nemo posset operari. Si post ascensionem domini facta est nox ista, vnde Apostoli tāta operati sunt? Nunquid ista nox erat, quando spiritus sanctus veniēs, & omnes qui in vno loco erant adimplens, dedit eis loqui omnium gentium linguis. Nūquid nox**

Gen. 1. 20. 1.

Acto. 2.

Acto. 3.

Acto. 5.

erat quando claudus ille ad verbum Petri saluus effectus est, imò ad verbum domini habitantis in Petro? Nunquid nox erat quando transeuntibus discipulis ægri cum lectulis ponebantur, vt vel vmbra transeuntium tangerentur? Dominus autem cum hic esset, neminem transiens, vmbra sua saluum fecit, sed ipse discipulis dixerat; Maiora horum facietis: sed non se extollat caro, & sanguis: audiat dicentem; Sine me nihil potestis facere. *Quid igitur? quid dicemus de nocte ista? quando erit, quando nemo poterit operari? Nox ista impiorum erit, nox ista eorum erit, quibus in fine dicetur; Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius: sed nox dicta est, non flamma, non ignis? Audi quia & nox est: de quodam seruo dicit, Ligat illi manus, & pedes, & projicite eum in tenebras exteriores. Operetur ergo homo, dum viuunt, ne illa nocte præueniatur, vbi nemo possit operari. Modo est vt operetur fides per dilectionem, & si modò operamur, hic est dies, hic est Christus: audi promittentem, & ne arbitreris absentem. Ipse dixit, Ecce ego vobiscum sum. Quandiu non sit in nobis sollicitudo qui viuimus, si fieri posset: de hac etiam voce posterius qui futuri sunt securissimos faceremus, Ecce inquit, ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Dies iste qui circuitu solis huius adimpletur, paucas horas habet, dies præsentis Christi vsque in consummationem seculi extenditur. Post resurrectionem verò viuorum, & mortuorum, cum positus ad dexteram dixerit; Venite Benedicti patris mei, percipite regnum: positus autem ad sinistram dixerit; Ite in ignem æternum, qui paratus est, diabolo, & angelis eius: ibi erit nox, ibi nemo potest operari, sed recipere quod operatus est. Aliud est tempus operationis, aliud receptionis: reddet enim dominus vnicuique secundum opera sua, cum viuus, & mortuus sic facturus est. * erit enim tunc nox valida, quæ inuoluat impios. Sed & modo omnis infidelis, quando moritur illa nocte suscipitur, & non est vt illic aliquid operetur. In illa nocte diues ardebat, & stillam aquæ de digito pauperis requirebat, dolebat, angebatur, facebatur, nec ei subueniebatur, & conatus est benefacere: ait enim Abraham; Pater Abraham, mitte Lazarum ad fratres meos, vt dicat illis quid hic agatur, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. O infelix! quando viuebas tunc erat tēpus operandi: modo iā in nocte es in qua nemo possit operari. *Hac cum dixisset expulit in terram, & fecit lutum ex spūto, &c.* Hæc quia manifesta sunt, transeamus erat, dicebant, *Nōne hic est qui sedebat & mendicabat? Alij dicebant, quia hic est, alij nequaquam, sed similis est ei.* Aperti oculi vultum mutauerant. *Ille dicebat, quia ego sum. Vox gratia, ne damnaretur ingrata. Dicebat ergo ei, quomodo aperti sunt oculi tui? Respondit, Ille homo qui dicitur Iesus lutum fecit & vnxit oculos meos, & dixit mihi, Vade ad natatoriam Siloe & laua, & abij, & laui, & vidi. Ecce annūciator factus est gratia: ecce euangelizat, confitetur videns: cæcus ille cōfitebatur, & cor impiorum frangebatur, quia non habebat in corde, quod iam ille habebat in facie. Dixerunt ei, Vbi est ille, qui tibi aperuit oculos? ait, Nescio. In his verbis animus ipsius adhuc inuncto similis erat, nondum videnti: si ponamus, fratres, tanquam il-**

Ioan. 14.

Ioan. 15.

Mat. 25.

Mat. 22.

Mat. 28.

Mat. 25.

Mat. 16.

Luca 16.

* alius est vni fac, si qd. clausus.

lam vnctionem in animo habuerit, prædicat, & nescit quem prædicat. *Dicebant ergo ex Pharisæis quidam: Non omnes, sed quidam iam enim inungebantur quidam. Quid ergo dicebant, nec videntes, nec inuncti? Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit.* Ipse potius custodiebat, qui sine peccato erat. Sabbatum enim spiritale hoc est, non habere peccatum. Denique, fratres, hoc admonet Deus, quando commendat sabbatū, Omne opus seruile non facietis in eo: hæc sunt verba Dei commendantis sabbatum, Omne opus seruile non facietis in eo. Iam superiores lectiones interrogat, quid sit opus seruile, & dominum audite, Omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati. Sed isti nec videntes, vt dixi, nec inuncti, sabbatum carnaliter obseruabant, spiritualiter violabant. *Alij dicebant, Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Ecce sunt inuncti. Et schisma erat inter eos. Dies ille diuisus erat inter lucem, & tenebras. Dicunt ergo cæco iterum, Tu quid dicis de eo qui aperuit tibi oculos? Quid de illo sentis? quid existimas? quid iudicas? Quærebant quemadmodum homini calumniarentur, vt de synagoga repelleretur, sed à Christo inueniretur. Sed ille cōstanter quod sentiebat, expressit. *Ait enim, Quia propheta est. Adhuc quidem inunctus in corde nondum Deum confiteretur, nec mentitur tamen. Ipse enim dominus de semetipso ait, Non est propheta sine honore nisi in patria sua. Non crediderunt ergo Iudei de illo, quia cæcus fuisse & vidisset, donec vocauerunt parentes eius qui viderat, id est, qui cæcus fuerat & viderat. Scimus quidem quia filius noster est: sed iuste cogere non loqui pro infante, si ipse pro se loqui non posset: olim loquebatur, modo videt, cæcum à natiuitate nouimus, loquentem olim scimus, videntem modo videmus: ipsum interrogat vt instruamini, quid nobis calumniamini? *Hæc dixerunt parentes eius, quia timebant Iudeos. Iam enim conspirauerant Iudei, vt si quis eum confiteretur Christum, extra synagogam fieret. Iam non erat malum fieri extra synagogam: illi expellebant, sed Christum excipiebant. *Da gloriam Deo. Quid est, da gloriam Deo? nega quod accepisti. Hoc planè non est gloriam Deo dare, sed Deum potius blasphemare. *Da, inquit, gloriam Deo. Nos scimus quia hic homo peccator est. Dixit ergo ille, Si peccator est, nescio: vnum scio, quia cæcus cum essem, modo video. Dixerunt ergo illi, Quid fecit tibi? Quomodo aperuit oculos tuos? Et ille iam stomachans aduersus duritiam Iudæorum, & ex cæco videns, non ferens cæcos, respondit eis, Dixi iam vobis, & audistis, Quid iterum vultis audire? Nunquid & vos vultis discipuli eius fieri? Quid est, Nunquid & vos, nisi quia ego iam sum, nunquid & vos vultis? Iam video, sed non in video. *Maledixerunt ei, & dixerunt, Tu discipulus eius sis. Tale maledictum super nos, & super filios nostrorum: maledictum enim est, si cor dicitur, non si verba perpendas. Nos autem Moysi discipuli sumus, nos scimus, quia Moysi locutus est Deus, ipsum autem nescimus vnde sit. Vtinam sciretis, si sciretis, quia Moysi locutus est Deus, sciretis quia per Moysen prædicatus est Deus: habetis enim dominum dicentem, Si crederetis Moysi, crederetis & mihi: de me enim ille scripsit. Irane sequimini seruum, & dorsum ponitis contra dominum? Sed nec seruum sequimini, nam per illum ad dominum duceremini. Respondit ille homo, & dixit eis, In hoc mirabile est, quia vos nescitis vnde sit & aperuit oculos meos? Scimus autem quia peccatores Deus non exaudit,******

Zoan. 23.

Ioan. 8.

Mat. 13. Marc. 6. Luca 4. Ioan. 4.

Ioan. 5.

sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. Adhuc inunctus loquitur. Nam & peccatores exaudit Deus: si enim peccatores Deus non exaudiret, frustra ille publicanus oculos in terrā demittens, & pectus suum percutiens diceret, Deus propitius esto mihi peccatori. Et ista confessio meruit iustificationem, quomodo iste cæcus illuminationem. *A seculo non est auditus, quoniam quis aperuit oculos cæci nati. Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quicquam. Liberè, constanter, & veraciter. Hæc enim, quæ à domino facta sunt, à quo fieret nisi à domino? Aut quando à discipulis talia fierent, nisi in eis dominus habitaret? Respondit, & dixerunt ei, In peccatis natus es? totus, quid est? Cum clausis oculis. Sed qui aperuit oculos, saluat & totum. Ipse dabit ad dexteram resurrectionem, qui in facie dedit illuminationem. *In peccatis totus natus es. Et tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Ipsi illum magistrum fecerunt, ipsi vt diceret totiens interrogauerunt, & ingrati docentem proiecerunt. Sed quod dixi iam dudum, fratres, illi pellunt, excipit dominus: magis enim quia expulsus est, Christianus factus est. *Audit dominus, quia eiecerunt eum foras, & cum inuenisset eum dixit ei: Tu credis in filium Dei? modo lauat faciem cordis. Respondit ille & ait, quasi adhuc inunctus. *Quis est domine, vt credam in eum? Et dixit ei Iesus. Et vindisti eum, & qui loquitur tecum ipse est. Missus est ille, iste lauās faciem in Siloë, quod interpretatur missus: denique iam facie lota cordis, & mundata cōscientia, agnoscens eum non filium hominis tantum quod ante crediderat, sed iam filium Dei, qui carnem susceperat: *Ait, Credo, domine. Parum est credo, vis videre qualem credat? Et procedens adorauit eum.*****

Luca 18.

Gen. 43. lib. 2. Rom.

Ibidem.

EIVSDEM IN IDEM Homil. 2.

Dominus Iesus, sicut audiimus cum Evangelii legeretur, aperuit oculos homini, qui cæcus erat natus. Fratres, si attendamus hereditariam pœnam nostrā, totus mundus cæcus est. Ideo venit Christus illuminator, quia diabolus fuerat excæcator. Omnes cæcos nasci fecit, qui primum hominem decepit. Currant ad illuminatorem, currant, credant, accipiant lutum de salina factum. Salina quasi verbum est, terra caro est. Lauent faciem in piscina Syloa. Pertinuit autem ad Evangelistam exponere nobis quid significet Syloa, & ait, *quod interpretatur missus.* Quis est ipse missus nisi qui dixit in ipsa lectione, Ego, inquit, veni vt faciam opera eius, qui me misit. Ecce Syloa, lauante faciem, baptizamini, vt & illuminemini & videatis quod ante non videbatis. Ecce primum ad hoc quod dictum est, oculos aperite. Ego, inquit, veni vt faciam opera eius, qui me misit. Iam hic existit Arrianus & dicit, Ecce videtis quia Christus non fecit opera sua, sed patris qui eum misit. Nunquid hoc diceret si videret, hoc est, si in ipso qui missus est, tanquam in Syloa faciem lauaret? Quid ergo dicis? Ecce ipse, inquit, quid dixit? Veni vt faciam opera eius qui me misit. Non ergo sua? Non, Et quid est quod ait? Ipse Syloa, ipse missus, ipse filius, ipse vnicus quem tu quæris esse degenerem. Quid est quod ait, Omnia quæ habet pater, mea sunt? Tu dicis, quia opera aliena faciebat, quia dixit, Faciam opera eius qui me misit. *Bibl. Hom. tom. 2. N n Ego*

Ego dico, quia pater res alienas habet, secundum cor tuū loquitur. Vnde mihi vis præscribere, quia dixit Christus, veni ut faciam opera eius, quasi non mea, sed eius, qui misit me? Interrogo te, domine Christe, solue quæstionem sine contentione, Omnia, inquit, quæ habet pater, mea sunt. Ergo patris non sunt, si tua sunt: non enim ait, Omnia quæ habet pater dedit mihi: quamuis si & hæc dixisset, æqualitatem ostendisset. Sed molestum est quod dixit, Omnia quæ habet pater, mea sunt, Si intelligis, omnia quæ habet pater filij sunt, omnia quæ habet filius patris sunt. Audi illum alio loco, Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt. Finita est quæstio, de his quæ habet pater & filius. Concordiam habent, tu litigare noli, opera patris quæ dicit opera sua, quia & tua mea sunt, quia illius patris dicit opera sui, quia & tua mea sunt, & opera tua mea sunt. Ergo opera mea tua sunt, & opera tua mea sunt. Quæcunque enim pater facit, ipse dixit dominus, dixit vnigenitus, dixit filius, dixit veritas. Dixit. Quid dixit? Quæcunque pater facit, hæc & filius facit similiter. Magna expressio, magna veritas, magna æqualitas. Omnia, quæ pater facit, hæc facit & filius. Sufficeret, omnia quæ pater facit, hæc facit & filius? Non sufficit, addo similiter. Quare addo similiter? Quia solent dicere non intelligentes, & nondum apertis oculis ambulantes, solent dicere, Pater fecit iubendo, filius obsequendo: ergo dissimiliter. Si autem similiter, quo modo ille sic, ille sic? Quæ ille, hæc & iste. Sed iubet pater, inquit, ut faciat filius. Carnaliter quidem sapit, sed sine præiudicio veritatis. Cedo tibi, Ecce pater iubet, filius obsequitur. Nunquid ideo non est eius naturæ filius, quia ille iubet, ille obsequitur? Da mihi duos homines, patrem & filium, homines sunt duo, qui iubet homo est, qui obsequitur homo est. Qui iubet, & qui obsequitur vnam habent eandemque naturam. Nunquid ille, qui iubet, non de natura sua genuit filium? Nunquid ille qui obsequitur, obsequendo naturam perdidit? Accipe ergo interim quo modo accipis duos homines, patrem iubentem, filium obsequentem, tamen Deum & Deum: sed simul isti duo sunt homines, simul ille vnus Deus, hoc est diuinū miraculum. Interim si vis ut tecum agnoscam obsequiū, prius mecum nosce naturam. Hoc genuit pater, quod ipse est. Sed si aliud genuit pater quam quod ipse est, non verum genuit filium, Pater dicit ad filiū, Ex vtero ante Luciferū genui te. Quid est ante Luciferum? Per Luciferum significatur tempora. Ergo ante tempora, ante omne quod ante dicitur: ante omne quod non est, vel ante omne quod est. Non enim ait Euāgelium, In principio fecit Deus verbum: quo modo dixit, In principio fecit Deus cælum, & terram: aut, In principio natum est verbum: aut, In principio genuit Deus verbum. Sed quid ait? Erat, erat, audis erat, crede. In principio erat verbum, & verum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Toties audis erat, noli quærere tempus, quia semper erat. Ille ergo qui semper erat, & cum filio semper erat, quia potens est Deus sine tempore generare. Ille dixit ad filium, Ex vtero ante Luciferum genui te. Quid est ex vtero? Deus habuit vterum? Putabimus Deum per membra corporalia esse dispositum? Absit. Et quare dixit, ex vtero, nisi ut intelligeretur de sua substantia genuisse. Ergo ex vtero hoc processit, quod erat

ipse qui genuit. Nā si aliud erat qui genuit, aliud autem ex vtero processit, monstrum est, nō filius. Ergo faciat filius opera eius qui misit eum, faciat & pater opera filij. Certe voluit pater, efficit filius. Ecce ostendo, quia vult filius & facit pater. Vbi ostēdis, inquis? Modo ostēdo. Pater volo. Iam ego si calumniari vellem, ecce filius iubet & pater facit. Quid vis? Vt vbi ego sum, & illi sint mecum. Euasimus, illic erimus vbi est. Quis dedit. Omnipotens volo: Audis voluntatem potestatis, potestatem voluntatis. Sicut pater, inquit, suscitatur mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Ne dices illos viuificat filius, quos iubet pater ut viuificet, quos vult viuificat. Ergo non quos vult pater, sed quos vult ipse, quia vbi est vna potestas, vna voluntas est. Habeamus ergo in corde non cæco, & forte multos non bene intelligentes naturā, quia verus est pater, verus est filius. Quod est hoc genuit, quia genitus non degenerauit. Nescio quid potest mouere in verbis illius qui cæcus erat, & forte multos non bene intelligentes facit desperare. Ait enim inter cætera sua verba, idem, cui oculi aperti sunt, *Scimus quia peccatores Deus non exaudit.* Audemus rogare Deū, si peccatores non exaudit? Date mihi qui roget, ecce est qui exaudiat. Date qui rogat, discite genus humanum ab imperfectis ad perfectos. Ascende à verno ad æstatem, hoc enim cantauimus, *Æstatem & vernum tu fecisti.* Iam spirituales, & adhuc carnales tu fecisti, quia & ipse filius dicit. Imperfectum meum viderunt oculi tui. Imperfectum quod est in corpore meo, viderunt oculi tui. Et quid deinde? Habent spem, qui imperfecti sunt. Habent planē. Audi quod sequitur. Et in libro tuo omnes scribentur. Sed forte fratres spirituales rogant & exaudiuntur, quia peccatores non sunt. Quid faciunt carnales, quid faciunt? Peribunt? Deum non rogabunt? Absit. Da mihi illum publicanum. Veni publicane, sta in medio, ostende tuam spem, ne infirmi perdat spem. Ecce enim ascendit publicanus cum Phariseo orare, & deiecit facie in terra dicebat, longe stans, tundens pectus, domine propicius esto mihi peccatori. Verum dixit, & descendit iustificatus magis quam ille Phariseus, quia dixit, propicius esto mihi peccatori. Verū dixit, an fallum? Si verū dixit, peccator erat, & exauditus est, & iustificatus est. Quid est ergo quod dixisti tu, cui dominus oculos aperuit, scimus quia peccatores Deus non exaudit? Ecce peccatores Deus exaudit. Sed laua interiorem faciem tuam fiat in corde tuo quod factū est in facie tua & videbis, quia peccatores Deus exaudit. Fefellit imaginatio cordis tui. Adhuc est quod tibi faciat. Certe proiectus est iste de synagoga, adiit ad eum, & dixit ei, Tu credis in filium Dei? Et ille, Quis est domine ut credam in eum? Videbat, & non videbat. Videbat oculis, sed adhuc corde non videbat. Ait illi dominus, Et vides eum, hoc est, oculis: & qui loquitur tecum, ipse est. Tunc prostratus adorauit eum. Tunc lauit faciem cordis. Incumbite ergo orationibus peccatores, cōfitemini peccata vestra, orate ut depellātur, orate ut minuātur, orate ut vobis proficiantibus ipsa deficiāt. Tamē nolite desperare & peccatores orate. Quis enim nō peccauit? à sacerdotibus incipe. Sacerdotibus dixit, Prius offerre sacrificia pro peccatis vestris, & sic pro populo. Sacrificia conuincebant sacerdotes, ut si quis se iustum

stum & sine peccato diceret, responderetur ei. Non attendo quod loqueris, sed quid offeras. Vltima tua conuincit te. Quare offers pro peccatis tuis, si nulla habes peccata? En offers sacrificium, an in sacrificio tuo mentiris Deo? Sed forte sacerdotes veteris populi peccatores erant, noui populi nō sunt peccatores. Certe, fratres, quia Deus voluit, sacerdos ipse sum, peccator sum, vobiscū peccus tundo, vobiscum veniam rogo, vobiscum Deū propiciū spero. Sed forte Apostoli sancti, primi, summi arietes, gregis pastores, membra pastoris, forte ipsi non habebant peccatum? Vere & ipsi habebant, non irascuntur, quia confitentur. Ego non audeo, ipsum primum dominum audire dicentem Apostolis, sic orate Quomodo illi sacerdotes sacrificiis conuincebantur, sic isti oratione. *Orate.* Et inter cætera quæ iussit orari, & hoc proposuit, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quid dicunt Apostoli? Quotidie sibi debita petunt dimitti? Debitoribus intrant, absoluti exeunt, & adorationem debitoribus redeunt. Ista vita non est sine peccato, ut quoties oratur, toties peccata dimittantur. Sed quid dicam? Illi forte quando dicerent orationem, adhuc infirmi erant. Forte dicit hoc aliquis, quando illos docuit dominus Iesus orationem adhuc paruuli erāt, infirmi erant, carnales, nondum erant spirituales qui non habent peccatum? Quid ergo fratres? Facti spirituales orate cessauerunt? Debit ergo Christus dicere. Modo talia orate, & daret spiritualibus alteram orationem: vna est, ipsa est, ipse est, qui dedit ipsam. Ergo orate pro Ecclesia. Sed tollamus cōtrouersiam, quando dicis spirituales esse sanctos Apostolos, quousque pateretur dominus carnales erant, hoc est dicitur. Denique quod verum est, illo pendente trepidauerunt & tunc desperauerunt Apostoli quando credit latro. Petrus ausus est sequi quando dominus ad passionem ductus est: ausus est sequi, quia domum peruenit & in atrio fatigatus est, ad ignem stabat & frigidus. Ad ignem stetit, timore frigido congelauit. Interrogatus ab ancilla, negauit Christum semel: interrogatus iterum negauit: interrogatus tertio, negauit: Deo gratias, quia cessauit interrogatio, si non cessaret interrogatio, diu repeteretur negatio. Ergo posteaquam surrexit, tunc eos confirmauit, tunc facti sunt spirituales. Iam ergo non habebant peccatum. Spirituales Apostoli scribebant spirituales epistolas, ecclesiis mittebant. Non habebant peccatum. Hoc dicis, Non tibi credo, ipso interrogo. Dicite sancti Apostoli, posteaquā surrexit dominus, & cōfirmavit vos spiritu sancto misso de cælo, cessatis habere peccata: Dicite nobis obsecro. Audiamus ne desperet peccatores, ne definat rogare Deum, quia non sunt sine peccato. Dicite nobis, Ait vnus ipsorum. Et quis? Quem dominus amplius diligebat, & qui supra pectus domini discumbebat & regni cælorum quod ructuaret feceretur bibebat. Ipse eum interrogo: Habebatis peccatum an non? Responderet & dicit, Si dixerimus quia peccatum nō habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Ioannes autem ille est qui dixit, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deū, & Deus erat verbum. Videre quanta transcenderat, ut perueniret ad verbum. Talis ac tantus qui volauit sicut aquila super nubes, qui mentis serenitate cernebat, In

principio erat verbum: ipse dixit, Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis, & iustus est ut dimittat nobis peccata nostra, & mundet nos ab omni iniquitate. Ergo orate, Amen.

BEDAE VENERABILIS presbyteri eiusdem Euang. expositio.

Postquam exisset dominus de templo Iudeorum, quid fecerit in populo gentium, imò totius humani generis, audiamus. Sequitur enim euangelista, & ait; *Præteriens vidi hominem cæcum à natiuitate.* Ea quippe, quæ fecit dominus noster Iesus Christus, stupenda, atque miranda, & opera, & verba sunt. Opera, quia facta sunt: verba, quia signa sunt. Si ergo quid significet hoc, quod factum est, cogitemus, genus humanum est iste cæcus. Hæc enim cæcitas contigit in primo homine per peccatum, de quo omnes originē duximus, non solum mortis, sed etiam iniquitatis. Si enim cæcitas est infidelitas, illuminatio est fides. quem fidelem, quando venit Christus, inuenit. ideo euangelista de Christo dicit; *Et præteriens.* Sic præterit enim Christus, & non in via peccatorum nostrorum stetit, sicut in quadam parabola ipse dominus ait; Venit enim Samaritanus secus viā. Qui venit sanare vulneratum semiuuium, præteriens cæcum illuminat. Qui vulneratus in parabola dicitur, hic in re gesta cæcus illuminatur. Vider ergo hominem cæcum, non vt cumque cæcum, sed à natiuitate cæcum. Omnes enim homines præter illum solum, qui ex virgine natus est, originali peccato cæci, id est, cum peccato nati sunt, quod ex radice peccatrice primi parentis traxerunt. Interrogauerunt eum discipuli eius, *Rabbi.* Scis quia Rabbi magister est. Magistrum appellabant, quia discere desiderabant. Quæstionem, quippe domino proposuerunt tanquam magistro. *Quis peccauit? hic aut parentes eius? Respondit Iesus,* Neque hic peccauit. Quid est quod dixit? Si nullus homo sine peccato, nunquid parentes huius cæci sine peccato erant? Nunquid ipse sine peccato originali natus erat vel viuendo nihil addiderat? Si ergo & parentes eius habuerunt peccatum, & iste habuit peccatum, quare dominus dixit; *Neque hic peccauit, neque parentes eius;* nisi ad rem respondit, de qua interrogatus est, cur cæcus nasceretur. Habebant enim peccatum parentes eius, sed non ipso peccato factum est, ut cæcus nasceretur. Si ergo non peccato parentum factum est, ut cæcus nasceretur, quare cæcus natus est? Audi magistrum docentem. Quærit credentem, ut faciat intelligentem. Ipse causam dicit, quare sit ille cæcus natus. *Neque hic peccauit,* inquit, *neque parentes eius, sed vt manifestetur opera Dei in illo.* Non solum quid in hoc tantummodo cæco acturus sum, sed vt manifestetur quid in cæcitate totius humani generis per me agendum sit, manifestetur. Deinde securus adiunxit, *Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est.* Memento te quomodo vniuersam gloriam illi dat, de quo est, quia ille habet filium qui de illo sit, ipse nō habet de quo sit. Quæ sunt opera domini, propter quæ venit filius Dei in mundum? nisi cæcitatē generis humani illum.

minare, vulnerata quæque sanare, perdita quæ-
 rere, deformia reformare? Sed quid est quod di-
 xit; *Me oportet operari opera eius, qui me misit, donec dies
 est; Venit enim nox, &c.* Constat expressum ac defi-
 nitum diem commemorasse dominum hoc loco
 seipsum, id est, lumen mundi. *Quandiu, inquit, sum
 in hoc mundo, lumen sum mundi.* Ergo ipse operatur.
 Quandiu est autem in hoc mundo? Putamus, fra-
 tres, eum fuisse hic tunc, & modo non hic esse? Si
 hoc putamus, iam ergo post ascensum facta est
 nox ista. Quid est, quod ait discipulis ascendens
 in cælum; Ecce ego vobiscum sum omnibus die-
 bus usque ad consummationem seculi? Qui tunc
 corporali præsentia fuit in mundo, nunc diuina
 potentia præsens est vbique in mundo. Audiui-
 mus diem, audiamus quæ sit nox ista. Quid igitur
 quid dicemus de nocte ista quædo erit, quan-
 do nemo poterit operari? Nox ista impiorum erit,
 nox ista eorum erit, quibus in fine dicitur; Ite in
 ignem æternum, qui paratus est diabolo & an-
 gelis eius. Sed & nox dicta est, non flamma, non
 ignis. Audi quia & nox est, de quodam seruo di-
 cit; Ligate illi manus, & pedes, & proicite eum
 in tenebras exteriores. Operetur ergo homo, ne
 illa nocte præueniatur, vbi nemo possit operari.
 Modo est vt operetur fides per dilectionem, & si
 modo operamur, hic est dies, hic est Christus. Au-
 di promittentem, & ne arbitreris absentem. Ecce
 ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad
 consummationem seculi, ibi enim erit nox, vbi
 nemo possit operari, sed recipere, quod operatus
 est. Aliud est tempus operationis, aliud receptio-
 nis. Redder enim vniqueque secundum opera sua.
 Audiamus sollicita mente Apostolum exhortan-
 tem nos operari dum tempus habemus, dicit
 enim; Dum tempus habemus, operemur bonum.
 Quid enim Christus dixerit admonendo bonos,
 terredo malos, audiuiimus. Sed videamus quid fe-
 cerit. *Hac cum dixisset, expuit in terram, &c.* Quid fe-
 cit dominus, perspicuum est. Illuminatio enim
 facta est in cæco, sed magnum mysterium com-
 mendatur in humano genere. Expuit in terram,
 de salua lutum fecit, qui verbum caro factus est,
 & vnxit oculos cæci. inunctus erat, & nondum
 videbat. Mittit illum ad piscinam, quæ vocatur
 Siloe. Perrinuit anrem ad Euagelistam com-
 mendare nobis nomen huius piscinæ, & ait, *quod inter-
 pretatur missus.* Iam quis est missus, agnoscitis. Nisi
 enim ille fuisset missus, nemo nostrum fuisset ab
 iniquitate dimissus. Lauit ergo oculos in ea pi-
 scina, quæ interpretatur missus, baptizatus est in
 Christo. Si ergo quando eum in seipso quodammodo
 baptizauit, tunc illuminauit: quædo inuixit, fortas-
 se catechumenum fecit. Potest quidē aliter atque
 aliter tanti sacramenti exponi, & pertractari pro-
 funditas; sed hoc sufficiat charitati vestræ. Vngi-
 tur catechumenus, id est, & docetur, vt credat in
 Christum. Mittitur ad piscinam baptismi, vt illu-
 minetur, vt lumen verum agnoscat, vt remissio-
 nem peccatorum accipiat, vt ex filio iræ efficiat-
 tur filius Dei, illuminatusque veniat prædicare
 Christum, itaque vicini, & qui viderant eum prius quia
 mendicus erat, dicebant; Nōne hic est qui sedebat & men-
 dicabat? &c. Aperti oculi vultum mutauerant. *Ille
 dicebat, quia ego sum.* Vox grata, ne damnetur in-
 grata. *Dicebat ergo ei; Quomodo sunt aperti oculi tui? &c.*
 Ecce annunciat factus est gratiæ. Ecce euange-
 lizat, confitetur videns. Cæcus ille confitebatur,

Matth. 23.

Matth. 25.

Rom. 2.

Galat. 6.

& cor impiorum ringebatur, quia non habebant
 in corde, quod iam ille habebat in facie. *Dixerunt
 ei; Vbi est ille? ait, Nescio.* In his verbis animus ipsius
 adhuc inuncto similis erat, nondum videnti. Sed
 ponamus, fratres, tanquam illum inunctionem in
 animo habuerit, & prædicat, & nescit, quem præ-
 dicat. *Dicebant ergo ex Phariseis quidam, non omnes,
 sed quidam, iam enim inungebantur quidam.*
 Quid ergo dicebant nec videntes, nec vncti? *Non
 est iste homo à Deo, qui sabbatum non custodit.* Ipse po-
 tius custodiebat, qui sine peccato erat. *Sabbat-
 um enim spiritale hoc est, nō habere peccatum.*
 Denique, fratres, hoc admonet Deus, quando
 commendat sabbatum. Omne opus seruire non
 facietis. Hæc sunt verba Dei sabbatum commen-
 dantis. Omne opus seruire non facietis. Iam supe-
 riores lectiones interrogate, quod sit opus serui-
 le, & à domino audite; Omnis qui facit peccat-
 um, seruus est peccati. Sed isti nec videntes, vt
 dixi, nec inuncti, sabbatum carnaliter obserua-
 bant, spiritualiter violabant. *Alij dicebant, Quomodo
 potest homo peccator hæc signa facere? Ecce sunt inun-
 cti, Et schisma erat in eis.* Dies ille diuinus erat inter
 lucem & tenebras. *Dicunt ergo cæco iterum, Tu quid
 dicis de eo qui aperuit oculos tuos? Quid de illo sentis?
 Quid existimas? Quid iudicas? Quærebant quem-
 admodum homini calūniarentur, vt de synagoga
 pelleretur, sed à Christo inueniretur. Sed ille con-
 stater quod sentiebat expressit. Ait enim, quia pro-
 pheta est. Adhuc quidē inunctus in corde, nondum
 Dei filium confiteretur, nec mentitur tamen. Ipse do-
 minus de seipso ait; Nō est propheta sine honore
 nisi in patria. Scimus quia hic est filius noster, &
 quia cæcus natus est: quomodo autem nunc vi-
 deat, nescimus, &c. Scimus autem quia filius no-
 ster est: sed iuste cogemur loqui pro infante,
 quia ipse pro se loqui non posset, olim loquitur,
 modo videt, cæcū à natiuitate nouimus, loquen-
 tem olim scimus, videtem modo videmus, ipsum
 interrogare, vt instruamini. *Hæc dixerunt parentes
 eius, quia timebant Iudæos, &c.* Iam non erat malum
 extra synagogam fieri. Illi expellebant, sed Chri-
 stus excipiebat; propterea parentes eius dixerūt,
 quia *atatem habet, ipsum interrogare. Vocauerunt ergo
 rursum hominem, &c.* Quid est, da gloriam Deo? Negā
 quod accepisti. Hoc plane non est gloriam Deo
 dare, sed Deum potius blasphemare. *Da, inquit, vt
 gloriam Deo. Nos scimus quia hæc homo peccator est, &c.*
 Et ille iam stomachas, aduersus duritiam Iudæo-
 rum, & ex cæco videns, nōn ferens cæcos; *Respon-
 dit eis, Dixi vobis iam, & audistis, quid iterum vultis au-
 dire? Nunquid & vos vultis discipuli eius fieri? Quid est,
 nunquid & vos? nisi, quia ego iam sum? Nunquid
 & vos vultis? Iam video, sed non video vos vide-
 re. Maledixerunt ei, & dixerunt, Tu discipulus eius sis.*
 Tale maledictum super nos, & super filios no-
 stros. Maledictum est enim, si cor discurtias, non si
 verba perpēdas. *Nos autem Moyse discipuli sumus, &c.*
 Vt ipam sciretis, quia Moyse locutus est Deus, sci-
 retis, quia Moyse locutus est Deus; sciretis quis
 per Moysem prædictus est Deus. Habetis enim
 dominum dicentem, Si crederetis Moyse, crederetis
 & mihi, de me enim ille scripsit. *Itane? sequi-
 mini seruum, & dorsum ponitis contra domi-
 num? Sed nec seruum sequimini, nam per illum
 ad dominum duceremini. Respondit ille homo, & di-
 xit eis, In hoc mirabile est, &c.* Adhuc inunctus loqui-
 tur, nā & peccatores exaudit Deus. Si enim pec-
 catores*

Leuit. 23.

Ioan. 8.

Ioan. 4.

Exch. 9.
Ezech. 7.

ca tores Deus non exaudiret, frustra ille Publica-
 nus oculos in terrā demittens, & pectus suū per-
 cutiēs, diceret; Domine, propitius esto mihi pec-
 catori; & ista confessione meruit iustificationem,
 quomodo iste cæcus illuminationē. Sed peccato-
 ribus lauandum est cor pœnitentiæ lachrymis, vt
 exaudiatur; & fiet in corde illorum, quod factū est
 in facie cæci huius; & sentiet Deū illos exaudire,
 qui vt peccatores saluaret, venit in hūc mundum.
A seculo non est auditum. Libere & constanter con-
 fessus est veritatem. Hæc enim quæ facta sunt à
 domino, à quo fierent, nisi à domino aut quando
 à discipulis talia fierent, nisi in eis dominus habi-
 raret? *Responderunt, & dixerunt, In peccatis natus es to-
 tus.* Quid est, totus? Cum oculis clausis. sed qui
 aperuit oculos, saluat & totum. Ipse dabit in eor-
 de resurrectionem, qui in facie dedit illuminationem.
*In peccatis totus natus es, Et tu doces nos? Et eiece-
 runt eum foras.* Ipsi illum magistrum fecerant: ipsi
 vt discerent, toties interrogauerūt, & interrogati
 docentem proiecerunt. Sed quid dixi iam dudum,
 fratres? Illi pellunt, dominus suscipit. magis enim
 quia expulsius est, Christianus factus est. Certe
 proiectus est iste de synagoga. *Audiuit Iesus, & venit
 ad eum, & dixit ei, Tu credis in filium Dei? & ille, Quis est
 dominus, vt credam in eum? Videbat, & non videbat.*
*Videbat oculis tantum, sed corde adhuc non vi-
 debat. Ait illi dominus; Et vides eum, hoc est oculis: &
 qui loquitur tecum, ipse est.* Audiuit ergo Iesus, quia
 eiecerunt eum foras, & cum inuenisset eum, dixit
 ei, Tu credis in filium Dei? Modo lauat faciem
 cordis. Respondit ille, & dixit; *Quis est, domine, vt
 credam in eum? Et dixit ei Iesus, Et vidisti eum, &c.* Nunc
 lauat faciem cordis. Denique iam facie lota cor-
 dis, & mundata cōscientia, agnoscens illum non
 filium hominis tantum, quod ante crediderat, sed
 etiam filium Dei, quem videbat, ait, *Credo, domine.*
*Sed parū est dicere, Credo. vis videre qualem crea-
 dat? Procidens adorauit eum.* Si eum Dei filium non
 credidisset, quem videbat; nullatenus adorasset
 eum. Incubite ergo orationibus, peccatores, con-
 fitemini peccata vestra, orate vt deleantur, orate
 vt minuantur, orate vt vobis proficientibus, ipsa
 deficiant: tamen nolite desperare: & peccatores
 orate. *Quis enim non peccauit? A sacerdotibus
 incipe. Sacerdotibus dictum est; Prius offerre sa-
 crificia pro peccatis vestris, & sic pro populo.*

ERICI IN SVPERIVS
Euang. Hom.

Venerat Dei filius ad solennitatem scenope-
 giæ, & nouissimo die eiusdem festiuitatis
 stans in templo, docebat populum, qui ad diem
 festum confluerat. Redarguebat Iudæos infide-
 les, & mysteriis diuinitatis suæ instruebat fideles.
 Sed miseri, & totius boni inimici Iudæi, verba il-
 lius ferre non valentes, ad lapides confugerunt,
 quærentes obruere, quem non poterant intelli-
 gere. Ipse autem transiens, per medium illorum
 ibat. Neccum quippe venerat hora, quam præfi-
 niuerat passioni: quia non in scenopegia, sed in
 pascha pati disposuerat. Præteriens ergo dominus, si-
 cut nunc sanctus E uangelista loquitur, *vidit homi-
 nem cæcum à natiuitate:* hoc est, cæcū natum, quem
 mater de tenebris vteri profuderat in noctem
 mundi. Vidit, inquit, illum, id est, miserus est il-

Ioan. 9.

lius. Videre enim illius, misereri est. Hinc scriptū
 est; Respexit dominus Petrum. *Et interrogauerunt
 eum discipuli eius, Rabbi, quis peccauit, hæc aut parentes
 eius, vt cæcus nasceretur?* Nouerant sancti Apostoli,
 ob multas causas dispensatione Dei dari infirmi-
 tates hominibus, aliquādo propter purgationem
 peccatorum, aliquando ad probationem, non
 nunquam ad virtutum custodiam; sed ignorabāt,
 quarū causa homo ille cæcus natus fuisset, ideōq;
 interrogauerunt dominum quasi magistrum; vt
 ab eo discerent, quod nesciebant. *Respondit eis Iesus;
 Neque hic peccauit, neque parentes eius.* Quid est quod
 dicit Saluator, neque illum, neque parentes eius
 peccasse? Si enim nullus hominum sine peccato;
 quomodo parentes cæci non peccauerant? aut
 nunquid ipse cæcus cum originali peccato natus
 non fuerat? Nunquid etiam viuendo, & conuer-
 sando in mundo, non plura peccata addiderat? Si
 ergo & hic & parentes eius peccatum habebant,
 quare dominus dixit; *Neque hic peccauit, neque pa-
 rentes eius?* Sed sciendum, quia dominus ad rem, de
 qua fuerat interrogatus, respondit. Illi enim in-
 terrogauerant, vtrum pro suo, vel parentum pec-
 cato cæcus natus fuisset. Ad hoc respondit domi-
 nus, neque illum, neque parentes eius peccasse,
 hoc nimirum, vt ille cæcus nasceretur. Habebant
 ergo & ipse, & parentes eius peccata innumera;
 sed nō propter illa ipse cæcus editus fuerat. Qua-
 re ergo? *Sed, inquit, vt manifestarentur opera Dei in illo.*
 Veritatis magister docet, quod ad hoc natus sit,
 vt opera Dei manifestarentur in eo: quatenus ab
 ingenta cæcitate illum liberando, & lumen re-
 stituendo filium Dei se esse omnibus aperte cla-
 resceret. *Me oportet operari opera eius, qui misit me, do-
 nec dies est.* Sicut vbique, ita & nunc omnem glo-
 riam Deo patri attribuit, eius se dicens opera fa-
 cere, cuius est filius. Ista erant opera Dei patris,
 propter quæ Dei filius venerat, illuminatio vide-
 licet, & sanatio generis humani. Nam per illumi-
 nationem huius cæci, illuminatio significabatur
 humani generis. Miracula denique nostri redem-
 ptoris, ita iuxta literam facta creduntur, vt mysti-
 cè considerata, aliquid inuant faciendum. Cæ-
 cus ergo iste genus humanum præsignat, quod in
 primo parente cæcatum est: quia ex illo omnes
 traximus non solum originem mortis, sed etiam
 iniquitatis. Et bene non solum cæcus, sed etiam
 cæcus à natiuitate dicitur: quia omnes homines
 (excepto illo, qui de virgine natus est) cum pec-
 cato originali nascimur, & grauissima cæcitate
 depressi, in mundum venimus: quam cæcitatē
 de radice primi parentis contraximus. Qui bene
 videns cōditus fuerat, sed diabolicis suasionibus
 obtemperando, cæcitatē incurrerat, quam in
 omnes suos posteros transmittēbat. Præteriens
 autem dominus, vidit cæcum. Non enim stans,
 sed præteriens vidit cæcum: quia in similitudine
 peccati apparuit, sed in via peccatorum non ste-
 tit: quoniam peccatum non fecit, nec intuentus
 est dolus in ore eius. Hinc est, quod secundum al-
 terius loci parabolā, Samaritanus secus saucium
 venit. Quod enim ibi per faucium; hoc signatur hic
 per cæcū. Et quod ibi dicitur, Venit hic, Præterit.
 Venit ergo dominus secus saucium, & præteriens
 vidit cæcum: quia appropinquauit vitæ immor-
 talitatis nostræ, non tamen fixit vestigium in via
 peccatorum. Venit enim, vt cæcitatē peccatorum
 nostrorum tolleret, non vt ipse eam susciperet.
 Bibl. Homil. tom. 2. N n 3 Hæc

Luc. 22.

1 Pet. 2.
Luc. 10.

Luc. 18.
catores

Hæc ergo opera patris se dicebat oportere operari, quia venerat querere perditam, restaurare corruptam. *Donec, inquit, dies est. Venit nox quando nemo potest operari.* Quam diem velle intelligi, definitè expressit, cum subiungit; *Quandiu sum in mundo, lux sum mundi.* Sed quid est quod dixit, *Me oportet operari, donec dies est?* Nūquid enim tantummodò operatus est, quando presentia corporali fuit in mundo? Si enim hoc receperimus, iam post eius ascensionem est ista terribilis, & metuenda nox in mundo, qua nemo potest operari. Et certè ipse alibi reprobis; Ecce ego vobiscū sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Si ergo est cū sanctis vsque ad finem seculi, utique semper operatur vsque ad finem seculi. Qui enim tūc presentia corporali fuit in mundo, nunc diuina potentia vbique presentis sub mundo. Quarendum ergo, quæ sit ista nox, qua nemo potest operari. Nox ista impiorum est, quibus dicitur; *Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo, & angelis eius.* Nox ista erit, quando damnatis omnibus reprobis, nullus iam locus penitentiae, nulla facultas veniæ restabit; quia in inferno nemo confitebitur domino. Operatur ergo dominus, donec dies est: quia dum hic viuimus, expectat, hortatur ad confessionem, & punire detrectat, adest omnibus inuocantibus se in veritate. Venit nox, qua nemo operatur: quia, finito mundo, receptis cælo electis, clauso ostio, vanus labor est, & fera pœnitudo. Clamantibus enim; *domine, domine aperi nobis, respondebit; Nescio vos; discedit ad me operari iniquitatis.* Proinde audiamus Apostolum dicentem; *Dum tempus habemus, operemur bonum. Nunc est tempus operandi, tūc verò recipiendi, quod fueris operatus.* Sed videamus quid dominus fecerit. *Hæc cum dixisset exiit in terram, &c.* Mirabilis, & ipsa sui nouitate stupenda cæci curatio, magnum, si intelligamus, commendat mysterium. Expuēs quippe in terram, fecit lurum, & oculos cæci inunxit. Sputum, quod à capite in os defluit, diuinitatem Christi significat, quia caput Christi Deus. Et sapientia loquitur: *Ego ex ore altissimi proditi, primogenita ante mundum creaturam.* Et Salomon de ipsa; *Vapor est enim virtutis Dei, & emanatio quædam maiestatis eius sincera.* Lutum de terra, caro Christi est. Expuēs ergo in terram, lutum fecit: quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Inunctus iam cæcus nondum videt, donec venit in natatoria Siloe, quod interpretatur, missus. Non vacat à mysterio, quod Euangelista huius nominis posuit interpretationem, *Quod, inquit, interpretatur missus.* Quis enim missus, nisi ille qui dicit; *Non veni à meipso, sed à patre missus sum?* Christus igitur verus est missus, quia nisi ille fuisset missus; nullus nostrum à peccato fuisset dimissus. Piscina ergo illa, baptisimus est Christi. Lauit cæcus in piscina Siloe, quod interpretatur missus, & illuminatus est: quia in Christo baptizati, illuminamur. Cum ergo inunctus est, quasi catechumenus factus est: sed egebat lauari, id est, baptizari, ut illuminaretur. Catechumenus enim inungitur, ut doceatur. Nam catechumenus Græcè, Latine instructus dicitur. Baptizatur verò, ut verum lumen agnoscat, & remissionem omnium peccatorum accipiat. *Itaque viuit, & qui nouerat eum prius, quia mendiculus erat, dicebant, Nonne hic est, qui sedebat, &c.* Hunc etiam

Matt. 28.

Matt. 25.

Psal. 6.

Matt. 25.

Luc. 13.

Gal. 6.

Eccl. 4.

Sap. 7.

Joan. 8.

rorem aperti oculi fecerant, illuminatus quasi mutauerat vultum. Sed ille nō ingratus; nec collati immemor beneficii, dicebat; *ego sum.* Confitebatur se esse, & laudabat eum, qui tã benè ipsum fecerat esse. *Dicebant ergo, Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit: ille homo, qui dicitur Iesus, cuius fecit, &c.* Benè iam videbat, qui sic gratiam sibi præstitam annunciabat. Iam ergo euangelizat Christum, prædicat illuminatorem suum. *Dixerunt illi, Vbi est ille? ait: Nescio.* Adhuc inunctus, necdum spiritaliter illuminatus erat. Prædicabat Christum, sed quem prædicare, ignorabat. Nam & suprâ; *Ille, ait, homo, nesciens Deum dicere, quia quasi catechumenus erat, & doceri necesse habebat. Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit.* Non omnes hoc dicebant, sed quidam. Iam enim inungebantur, iam veritas eorum cordibus subtrulare incipiebat. Isti verò qui dominum reprehendebant, potius cæci erant, nec inuncti erant, nec videbāt. Reprehendebant enim dominum, quod non custodiret sabbatum, cum ipse perpetuò ab omni seruili opere vacaret, qui peccatum non fecit. Hoc est nanque spiritaliter sabbatum obseruare feriatū esse à peccato, quod est opus seruile: quia omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati. Sed illis ista dicentibus, alij, qui iam illuminationi appropinquabant, dicebant; *Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos: Schisma Græcè Latine scissio. Scissi ergo erāt, quia pars veritati assentiebat, pars falsitati applaudebat.* Christus dies, inter lucem & tenebras diuisus est, *Dicit ergo cæcus iterum: Tu quid dicit de eo, qui aperuit tibi oculos? Interrogat quid de suo illuminatore sentiret, ut occasione inuenirent, qua eū de Synagoga proicerēt. Sed ille quid de eo existimaret, cōstanter aperuit. Ait enim; Quia propheta est. Necdum in corde illuminatus, sed inunctus tãtum nescit dicere filium Dei, sed confiteretur prophetā esse: nectamen errans per omnia fallebat. Ur. Ipse enim de se ait; Non capit prophetam perire extra Hierusalem. & Nemo propheta sine honore, nisi in patria sua. Responderunt eis parentes eius, & dixerunt; Scimus quia hic est filius noster, &c. Videbant enim & sibi, & illi calumniam strui, & idèd dicunt; *Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est.* Si autem vultis scire quomodò nunc videat, ipsum interrogare debetis, quia ætatem habet, olim loquitur. Iuste quippe pro infante loqui cogeremur, quia infans per ætatem loqui rationabiliter non potest. Hæc autem illos non ob ignorantiam, sed ob metum dixisse Euangelista ostendit, cum subdit; *Hæc dixerunt parentes eius, quia timebant Iudeos. Iam enim conspirauerant Iudei, ut si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret.* Pro magno apud illos tunc temporis dicebatur, si quem de Synagoga eiecissent. Sicut enim modò homicidæ, vel adulteri, vel ceteris capitalibus criminibus rei, ab Ecclesia pelluntur: ita tunc confessores Christi à synagoga Iudeorum eliminabantur. Hoc metuebant incurrere parentes cæci, idèdque dixerunt; *Ipse de se loquitur. Vocauerunt rursum hominem qui cæcus fuerat, & dixerunt ei; Da gloriam Deo. Gloriam Deo dare, est, veritatem de aliqua re quasi præsentem Deo loqui. Sed isti volebant, ut negaret Christum. Nam quid est aliud dicere; Da gloriam Deo, nisi, nega donum, quod accepisti? cum certè hoc non sit gloriam Deo dare, sed potius blasphemare Deum. Nos scimus, quia hic homo peccator est. Sic illum**

Luc. 11.

Matt. 13.

Joan. 5.

1. Reg. 17.

1. Reg. 16.

Luc. 18.

Joan. 15.

illum volebant dare gloriam Deo, ut sicut ipsi, Christū diceret peccatorē. Sed ille, ut neque parent calumniæ, neque veritatem subclaret, non dixit; Scio eum iustum: sed respondit; *Si peccator est, nescio: vnum scio, quia cæcus cum essem, modò video.* *Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi quomodo aperuit tibi oculos? Ille qui toties interrogatus, toties responderat, iam quasi quodam tadio affectaretur, propter illorum duritiã & incredulitatem, cum quadam aptoria respondit: Dixi vobis iam, & audistis: quid iterum vultis audire? Nunquid & vos vultis eum d se puli fieri? Quia enim ipse iam credebat, iam domini discipulus factus erat, idèd dicebat: Nunquid & vos, sicut & ego, vultis in eum credere, & discipularum eius inhærere? Maledixerunt ei, & dixerunt; Tu discipulus illius sis. Maledictum hoc veniat super nos Christianos. Si enim cor eorum intuearis, maledictū est, quia hoc maledictis affectu protulerunt. Si verò verba ipsa perpendas, exoptabilis est benedictio. Quis enim non desideret discipulus esse Christi? Nos, inquit, Moysi discipuli sumus. Falluntur, semetipsos decipientes. Nam, si discipuli Moysi essent, crederēt Moysi Christum: annunciant, & cognoscerent eum, qui per Moysen prænunciatus est. Sic enim ait dominus; Si crederetis Moysi, crederetis & mihi. Nos scimus, quia Moysi loquutus est Deus, hunc autem nescimus vnde sit. Despicuntur verba sunt. Nam quomodò nesciebant vnde esset, cum vbi natus fuisset, & de qua tribu esset, nosset? Hinc & suprâ dixerunt; Sed hunc scimus vnde sit. Tale quid & in libro Regum legimus. Cum enim Dauid adolescens Goliath viris fortibus formidabilem strauisset, ait Saul ad Abner; Cuius filius est iste puer Abner? Certè armiger eius fuerat, ciuiliam corã eo crebro percussisset, & nunc quis esset interrogabat. Quasi enim non agnoscebat, in vos nescire dicitis, & habitum pastorem contemnebat. Simili modo miserandi homines; Dei filium cernentes hominem, intantum contemptibilem & nouissimum indicabant, ut dicerent; *Nescimus vnde sit: consueto more hominum, qui quos abiiciunt, nescire se dicunt. Respondit illi, & dixi; In hoc mirabile est, quia vos nescitis vnde sit, & aperuit oculos meos.* Tanquam diceret; Hic, quem vos nescire dicitis, lateo humilitate, proditur signorum virtute. Nescitur vnde sit, & sicut Deus cæcos videre facit. *Scimus autem, quia Deus peccatores non audit, sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit.* Tanquam inunctus, & necdum illuminatus loquitur: exaudit nanque Deus etiam peccatores. Denique exauditus est publicanus, qui in templo Dei à longè stans, & oculos in terram demittens, pectusque pugnis percutiens, dicebat; *Deus, propitijs esto mihi peccatori.* Quia confessione sic exauditus est, ut iustificatus à templo rediret, qui iniustus venerat ad templum. Exauditur ergo, ut dictum est, peccatores, sed respiciunt à peccatis, si mala præterita lachrymis abluunt, & ex corde abnegant esse, quod fuerant. *A seculo non est auditum, quia aperuit quis oculos cæci nati.* Nisi esset hic à Deo, non posset facere quicquam. Ingens fiducia, libera constantia: Principes sauebant, ille indignatione eorum posthabita, confessus est veritatem. Quis enim alius tanta, & talia faceret, nisi Deus? Sed & si qui sunt, qui hæc aliquando fecerunt, ab ipso ut facere possent, habuerunt. Ipse enim dixit; Sine me nihil potestis facere. Responderunt, & dixerunt: in*

peccatu natus es totus: id est, cum clausis oculis. Impropere enim; quod propter parentum peccata sic natus sit. Sed qui oculos aperuit; totum saluauit: quique foris illuminauit, ipse cor illius ab omni iniquitatis nubilo purgavit. *In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Ipsi certè eum interrogauerant, ipsi eum coegerant, ut diceret quid de Christo suo illuminatore sentiret: & nunc confidentem arguunt, & de synagoga propellunt.* Nam sequitur; *Et eiecerunt eum foras.* Illi quidem eum eiciebant, sed Christus suscipiebat. Tunc magis meruit cognoscere Christum, cum eiectus est de consortio inimicorum Christi. *Auduit namque Iesus, quia eiecissent eum foras, & cum inuenisset eum, dixit illi: Tu credis in filium Dei? Sed ille, qui eum tantum corporeis oculis videbat, corde nondum intelligebat, respondit: Quis est dominus, ut credam in eum? Quibus verbis ostendit iam dudum paratum se cor ad credendum habuisse, sed in quem deberet credere, ignorasse. Ait illi dominus: Et vidisti eum, & qui loquitur rectè, ipse est. Iam dominus inuncti faciem lauauit, iam cordis oculos illuminat. Denique ille locus, & illuminatus spiritaliter, respondit: *redo domine.* Sed hoc parum fuit. Non sufficit credere: quin etiam procedens adorauit eum, per hoc quodammodò conrestans se Deum credere, quem adorabat. Sed inter hæc, quid nobis superest, qui ista legimus, propter quos etiam scripta sunt: Quæcunque enim scripta sunt, ut ait Apostolus, ad nostram doctrinam scripta sunt. Quid igitur nobis agendum est, nisi ut ea, quæ in scripturis legimus, velaudimus, imitari satagamus? Multum est dicere, ut imitemur Petrum Apostolum, cuius vestigijs mare se calcabile præbuit. Non igitur Petrum, non reliquos Apostolos nobis in exemplum proponere necesse est: hunc saltem, hunc ante modicum cæcum, iam benè illuminatum imitemur: quem non truculentorum minæ principum, non carenus gestæ cæcitatjs opprobrium, non solum sibi, sed & suis parentibus terribilis, ac formidabilis de synagoga eiectio, non hæc, neque alia potuerūt seducere, & à confessione suppressere veritatis. Audiamus prædicantem, & verè profitentem, quia, si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. Colamus ergo dominum, non thuris vaporibus, non taurorum mugientium iugulis, sed gratissimis fidei, & dilectionis victimis: faciamus, voluntatem eius, hoc est, mandata illius impleamus, & timorem illius, & sanctam spem promissionum eius in mentibus habeamus, quoniam beneplacitum est domino super timentes eum, & in eis, qui sperant super misericordia eius: Cui gloria per infinita secula, Amen.*

Rom. 15.

Psal. 146.

THEOPHYLACTI EPI-
scopi Bulgariae superioris Euang.
expositio.

ET præteriens Iesus, vidit hominem cæcum, &c. Exiit equidè de templo dominus, ut furor Iudeorum mitigaretur: ad sanandum autem cæcum conuertitur, etiam per hoc signum duritiã, & imper-suasibilitatem eorum frangere conans, tamen nihil illis prodesset. Insuper & ostendit eis, quod non sine causa, neque arrogater dixerit, Priusquam Abraham esset, ego sum. Ecce enim miraculum

facit, quale nullus vnquam prius. Nam, si quis aperuerit oculos cæci, non tamen cæci nati. Manifestum igitur, quod Deus sit, & ante Abraham qui fecit hoc, quod à seculo non factum est. Dedita autem opera ad cæcum venit, nõ ille ad ipsum. Proinde & discipuli, cū vidissent eum tam intente spectantem cæcum, interrogant, *quis peccauit, hic vel patres eius, ut cæcus nasceretur?* Neque enim apostoli gentiles nugæ receperunt, quod anima ante corpus in alio mundo versans peccet, ac deinde pœnam quandam recipiat in corpus descendens. Viscatores enim quum essent neque audierant tale quidquam, quia hæc philosophorum dogmata erant. Videtur igitur insipientis quæstio; sed ei, qui non attendit. Disce enim, quod Apostoli, dicente Christo ad paralyticum, ecce sanus factus es; nõ vltra pecces, vt ne deterius quiddam tibi fiat: vbi cæcum viderunt, dubitabāt, & quasi talia dicunt; esto ille propter peccata paralyticus fuerit: de hoc vero quid dixeris? Nūquid ipse peccauit? Sed hoc dicere non potes: nam à natiuitate cæcus est. Num parentes eius? Neque enim filius pro patre punitur: igitur non tam interrogant, quam dubitando hæc dicunt. Ar dominus soluens dubium illorū, dicit; *Neque hic peccauit* (nam quomodo peccasset, priusquam nasceretur?) neque parentes eius. Non dicit autem hoc, quod liberauerit eos à peccatis. Non enim simpliciter dixit, quod non peccauerint parentes, sed addidit, *ut cæcus nasceretur.* Nam peccauerant quidem parentes eius, sed non inde huic cæcitas. Neque enim iustum est, propter parentum peccata affligi filios, qui non iniuste agūt, & hoc Deus docet per Ezechielem, dicens; Patres comederunt vnam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt. Legem item ponit & per Mosen; Nõ morietur pater pro filio. Sed dixerit quis, Quomodo scriptum, quod reddat peccata patrum in filios in tertiā, & quartam generationem? Dicendum igitur, quod primum quidem non sit generalis hæc sententia, neque contra omnes dicta, sed solum cõtra eos, qui egressi sunt de Ægypto. Insuper attende mentem tententiam. Non enim hoc dixit, quod pro peccatis patrum puniantur filij, sed quod peccata patrum, hoc est, pœnæ pro peccatis, irrogandæ sint etiam filiis ipsorum, vt potius, qui similia deliquerint. Nam, vt ne putent ij, qui ex Ægypto egressi sunt, quod quamuis grauius peccauerint quam parentes, non iisdem supplicij puniantur, inquit; Non sic erit, sed peccata patrum, hoc est pœnæ, etiam ad vos peruenient, quia non facti estis meliores, sed eadem, ac deteriora peccastis. Quod autem sæpe vides pueros mori, idque propter parentum pœnam, scias, quod Deus propter misericordiam præcipiat illorum vitam, vt ne, quum superuixerint, deteriores parentibus fiāt, & in malum suarum animarum, & multorum viuant. Verū tamen hæc, abyssus diuinorum iudiciorum apud se continet. Nos ad sequentia pergamus. Respondit Iesus, *Neque hic peccauit, &c.* Ecce iterum alia dubitatio. Queret enim quispiam, quomodo hoc dictum sit iniuria affectus est homo priuatus luminis, vt manifestentur opera Dei? Num potuerunt illa aliter manifestari? Quali iniustitia affectus est? luce, inquit, priuatus est. Et quale damnum ex eo quod priuatus, oculis animæ illuminatus est? Sed ita cæcitas in bonum ei cessit, per sanationem cognoscit verum iustitiæ solem.

Joan. 5.

Intelligit de peccato proprio actuali dicto.

Exo. 20.

Sed tamē sepe filij subitū pœnæ huiusmodi patiuntur pro peccatis patrum, quicquid dicit auctor.

non igitur iniustitia affectus est, sed beneficium accepit cæcus natus. Insuper & hoc scias, quisquis diuina scrutaris, quod verbum, *ita*, & *scias*, hoc est apud nos, vt, sæpe in scriptura ponuntur non vt causam, sed vt euentum designent: sicut & apud David, Vt iustificeris in sermonibus tuis. Non enim peccauit David, vt iustificetur Deus: sed quia ex opere peccantis David contigit iustificari Deum. Nam, quum Deus quidem tanta illi dedisset, quanta accipere dignus non erat, ipse autem mandatum Dei transgressus esset, & cædem cum adulterio commisisset, & regno in contemptum Dei abusus esset, quid aliud ex facinore accidebat, quàm omnino vt Deus iudicabatur, & disceptabat eum David, iustificaretur, & victor appateret condemnato regi? Quia à quo regnum acceperat, illius leges reiecit propter regnum ipsum, quod rex erat. Nam, si priuatus fuisset, non duo illa mala facile simul committere potuisset. Vides quomodo hic, vt iustificeris, non causam, sed euentum dicat: & innumera alia etiam apud Apostolū. Manifesta enim Dei notitia est in gentibus ad hoc, vt sint inexcusabiles: quamuis non ideo Deus gentibus dederit scientiam, vt inexcusabiles peccent. Nam ipse quidem dedit, vt nõ peccent: deinde, quia peccauerūt, ex facinore cognitio cessit eis in hoc, vt sint inexcusabiles. Et iterum, Lex subintravit, vt abundaret condemnatio: quamuis propter hoc data sit, vt magis comprimeretur peccatum. Quia autem non voluerūt illud reprimere ij, qui legem susceperant: facta est eis lex in abundantiam peccati. amplius enim, & magis imputatum est eis, quod & legem habentes peccauerint. Sic igitur & hoc loco; *Vt appareant opera Dei in illo: non causa, sed euentus designatur.* Ex hoc enim, quod sanatus est cæcus, intelligit glorificari Deū. Nam, sicut sæpe architectus domum partim quidē elaborat, partim imperfectam relinquit: vt, si quis forte ei non credat, quod ipse sit ille, qui partem extruxerit, possit per hoc, quod conditum est, & imperfectum, ostendi, quod ipse extructi opifex sit: ita & Deus noster Iesus excæcata membra sanans, & in suam naturam constituens, ostendit, quod ipse sit, qui & alia membra condidit. Dicens autem, *vt manifestetur gloria Dei;* De seipso dicit, non de patre. Nam illius gloria manifesta erat, suam autem oportebat manifestare, quod ipse erat ille, qui ab initio fecerat hominem. & plane non parua erat gloria vt manifestaretur, quod ipse, qui nunc apparuit homo, sicut Deus condiderit hominem. Quod autem de seipso hoc dicat, audi sequentia: subdit enim; *Oportet me operari opera eius, qui misit me.* Oportet me, inquit, manifestare meipsum, & facere opera, quæ possunt me ostendere facere eadem; quæ pater. Vide autem, quomodo non dixerit, quod talia opera, quæ faciat pater, oportet & me operari, sed illa ipsa, quæ facit pater. Nam oportet me, inquit, operari opera illa. Opera illa ipsa, quæ is, qui misit me, facit. Hæc autem oportet me operari, *quandiu dies est,* hoc est, quandiu præsens vita agit, vt homines possint in me credere: quia ventura est nox, in qua nullus poterit operari, hoc est, credere. Opus enim fidem nominat. Itaque in futuro seculo nullus potest credere. Nam dies quidem præsens vita est, eo quod possumus nunc sicut in die operari: quamuis & Paulus hanc noctem nominet, eo quod in ea ignoretur quis virtutem, vel

Doctrina valde notanda ad soluendos plurimas difficultates in sacris literis, quæ nouiores excogitant.

Roma. 1.

Rom. 5.

Ephes. 6.

Voluntarij obedire beatis, inuoluntarij autem damnati.

Gen. 2.

peccatum operetur, & quod ad comparationem futuræ lucis minus circumfulgeat iustos. Nox autem est futurum seculum, eo quod nullus illic poterit operari: quamuis, & Paulus hoc diem vocet, eo quod tunc vt in luce resfulgebant iusti, & apparebunt vniuersi iustæ facta. Itaque in futuro seculo fides non erit, sed & voluntarij, & inuoluntarij obedient. *Quand u igitur in mundo ero, lux sum mundi,* propterque doctrinā, & miraculorum ostentationem illustro animas atque ita oportet me multorum animas illuminare, per hoc quod sano cæcum, & pupillas oculorum eius illustro. Nam, quia lux sum, oportet me & sensibilibus, & spiritaliter illuminare. *Hoc quem vixisset, expuit in terram, &c.* Dicens, inquit, hæc Iesus non his verbis cõtentus est, sed & opus addidit. Expuit enim in terram & lutum fecit, inunxitque oculos cæci: ostendens per lutum, quod ipse sit, qui & Adam de luto formauerit. Dicendo enim; *Ego sum,* qui Adam formauit, arrogantius visum fuisset audientibus: quod per opus monstratum non ita offendit: propterea & de luto oculos illi format more opificij, quo & Adam formatus est. Non formauit autem tantum oculos neque aperuit tantum, sed & videre concessit: vnde signum est, quod & Adæ animam inspirauerit. Nam, quum illa non operatur: etiam si oculus sit, non videt. Porro sputo inungit oculos, quia missurus erat eum ad Siloam, vt ne aquæ fontis ascribatur miraculum, sed discamus, quod virtus egressa ex ore eius, ipsa formauerit, & aperuerit oculos eius: propterea expuit in terram, & ex ore fecit lutum. Deinde, vt ne putes, quod terræ fuerit miraculum; iubet vt omne deponatur lutum. Quidam autem dicunt, quod & lutum non sit depositum, sed formatum in oculum. Cæterū iubet eum ad Siloam ire, partim vt discamus cæci fidem, & quam obediens fuerit. Non cogitauit, quum lutum, & sputum adhibitu oculis, quid opus mihi Siloa? quid vt lauer? sed obtemperauit præcipienti. Insuper vt & confundat Iudeorū ingratitude. Verisimile enim erat multos illū luto super oculos videri, quod & eum diligenter obseruasse, & ita non potuisse postea dicere; *Hic est, hic non est.* Et tertio ostendens se non esse iniquum legi veteri, mittit ad Siloam. Propterea & euangelista interpretationem Siloæ ponit, vt discas quod & illic Christus eum sanauit, & quod Siloa figura sit Christi. Sicut enim spiritualis petra est Christus, ita & spiritualis est Siloa. Et sicut totrens ille Siloæ: repentinus, & vehementior apparebat terribili quodam fluxu, ita & aduentus domini occultus, & angelis incognitus; omne peccatū virtute diluit. *Itaque vicini, & qui viderant eum prius, &c.* Percussit admirabili miraculo vicini, increduli erant: & quamuis ab initio ad Siloam oculis eius luto inunctis ad hoc erat, vt multi eum viderent, & non postea negarent, quasi nescientes vnde, at tamen adhuc increduli sunt. Non temere autem hoc adnotauit Euangelista, quod mendicus fuerit, sed vt ostendat ineffabilem domini misericordiam, quæ se ad infimos vsque demittat, ita vt & mendicum summa diligentia curaret; & vt inde etiam ipsi disceremus, ne contempnamus minimos. Cæcus autem neque priorem erubescens cæcitate, neque populum timens, confiteretur; Ego sum, prædicans benefactorem: & dicit; *Homo quidam, qui dicitur Iesus.* Hominem dominum

voeat; eo quod de illo nihil vnquam magni cognouerāt, fatetur autem, quantum tunc cognouit. Vnde autem cognouit illum, quod Iesus esset? ex colloquio ad discipulos. Nam quia discipuli quidam eum interrogauerant de illo, & ipse multa loqueretur eis, Nempe, Oportet me operari opera eius, qui misit me, & Lux sum mundi: talia autem nullus alius docebat, nisi solus Iesus, & illis verbis crebrò vsus est: inde agnouit eū cæcus, quod Iesus esset. Nam facientem lutum, & inungentem oculos, ex contractu agnouit, sputentem non item. Non enim sciebat, eo quod nondum admouisset, neque apposuisset. Ita erat vere homo. *Dixerunt ergo ei, Vbi est ille? At, Nescio, &c.* Quoniam dominus sanās, & miraculum faciens, confueuerat, eo quod alienus esset ab ostentatione, sededere: interrogatus cæcus dicit; *Nescio:* verum omnino loquens & in hoc. Ducunt autem illum ad pharisæos, vt diligentius, & exactius interrogaretur. Porro Euangelista assignauit sabbatum esse, vt ostendatur malitia illorum, quod contra Christum apprehenderint occasionem & arguerint illum propter violationem sabbati, & ita tentarint adambrare miraculum, propterea neque interrogant illum quomodo viderit, sed quomodo oculos eius aperuerit, per omnia calumniantes dominum, quod in sabbato operatus fuerit, cogentes illum cæcum commemorare, quod lutum fecerit, in sabbato scilicet. Ipse autem, sicut ad eos, qui audierant iam loquens, neque nominis Iesu memor est, neque quid ad ipsum dominus dixerit, sed solum; *luto iniecit super oculos meos, & laui, & vidi.* Verisimile enim fuit, quod audierit pharisæos ab iis, qui adducebant ipsum ad illos, quod forte accusauerint Iesum, & dixerint; Ecce qualia facit in sabbato Iesus. Oportet autem est videre cæci in dicendo libertatem, vt & pharisæos impauide alloquitur. Nam illi quidem cogebant eum, vt metu percussus negaret sanationem. At ille clarius exclamat, *Vide.* Dicebant igitur quidam ex pharisæis, non omnes, sed impudentiores; *Hic homo non est ex Deo. Alij autem dicebant; Quomodo potest homo peccator talia facere?* Vides multos à signis mulceri? Ecce & hi pharisæi, & principes erant, attamen à signo placantur, & defensionem suscipiūt. *Et dissensio erat in eis.* Hæc dissensio prius orta fuit in turba, nam alij quidem dicebant, alij autem non. Nunc autem & in principibus oritur, & multi ex pharisæis diuisi ab eis sunt, & patrocinantur miraculo. Verū tamen, quamuis diuisi fuerint, negligentius tamen instant pro Christo, & dubitando, & duplici animo magis quam firmiter. Audi enim quid dicant; *Quomodo potest homo peccator talia facere?* Vides quàm leuiter vigeant? Vide autem & malitiam eorum, qui criminantur. Non enim dicunt, *Hic nõ est ex Deo,* quia in sabbato sanatus, sed, quia sabbatū non seruat: sursum, deorsumque non beneficium; sed diuini violationem pronunciantes. Annota autem & hoc, quomodo principes segniores quàm turba sint in bono. Nam turba quidem prius diuisa erat sententiis, & non omnes dura loquebantur propter Christum: Principes autem posteriori in hanc laudabilem dissensionem venerunt. Est autem & bonum dissentire, sicut & dominus dicit; *Gladium veni mittere super terram, quo sententiæ in omni bono, & pietate diuidatur.* *Dicunt cæcorum; Tu quid dicis de illo qui aperuit tibi*

Matt. 10.

tibi

INCERTI CIVIS DAM

sub nomine Eusebii Emisseni eiusdem Euangelij expositio.

Ipsa Saluator noster apertissime ostendit, quod eius miracula aliquid significant, dum ea faciendo aliquid agit, quod ratione carere videatur. Nisi enim aliquid significaret, quid necessarium fuit in huius caeci illuminatione ut lutum faceret, quo oculos eius liniret, cui solum dicere sufficiens erat? Ipse enim dixit, & facta sunt ei omnia. Quare ergo hic significacionem, & videamus quid caecus esse significet. Caecus iste & a natiuitate caecus, genus humanum esse videtur. Sed quare a natiuitate, nisi quia a primo homine? Cum enim primo homini lignum vitium comedere diabolus suaderet, dicens, Comedite, & aperientur oculi vestri, nonne caecum eum esse monstrabat? Caecus tamen adhuc non erat, sed comedendo caecus factus est. Ab hoc ergo vno caeco, omnes homines nascuntur caeci. Haec autem caecitas, non corporis, sed animae est. Haec caecitas facit, ut homines non cognoscant creatorem suum. Sed audiamus quid discipulis interrogantibus dominus responderit. Neque hic peccauit, (inquit) neque parentes eius, ut propter hoc caecus nasceretur. Quare ergo caecus natus est? Ut manifestetur opera Dei in illo. Peccauerat enim & iste & parentes eius, sed non propter sua, vel illorum peccata caecus natus est, sed potius ut manifestetur opera Dei in illo. Sequitur: Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Venit nox, quando nemo potest operari. Quamdiu in mundo sum, lux sum mundi. Adhuc igitur operatur dominus, quia adhuc dies est. Operatus est enim per se, operatus est & per discipulos suos: operatur nunc quoque, & operatur vsque ad seculi consummationem per fideles suos. Postea vero sequetur nox, in qua nemo potest operari. Igitur dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Et ne putes hunc diem citò finiri, audi quid ipse dominus dicat: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi. Sed quamdiu in mundo est, lux est mundi. Est igitur & modò lux mundi, quia modò est in mundo. Si enim nobiscum est, & in mundo est: quia nos in mundo sumus. Haec cum dixisset, exiit in terram, & linuit lutum super oculos eius, & dixit ei: Vade, & laua in natatoria Siloë. Quid autem interpretatur Siloë, Euangelista subdit, dicens, Quod interpretatur missus. Diximus iam quid caecus iste significet: nunc autem quomodo, & quo medicamento caeci illuminentur, videamus. Sputum enim, quod naturaliter ex capite descendit, Christi diuinitas est: cuius caput (ut ait Apostolus) Deus est. Haec autem in terram descendit, quando in virginem venit. Et factum est lutum, quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Hoc est igitur illud medicamen (id est, incarnatio filij Dei) quo caeci illuminantur. Caeci enim sunt illi oculi, qui hoc luto non tanguntur. Hoc autem luto illi tanguntur, qui Deum, & hominem Christum esse credunt. Non sufficit tangere terram, non sufficit tangere sputum: sufficit autem tangere, & credere lutum, quod ex utroque factum est. Sic tamen si ille, qui lutum tetigit, & Deum & hominem Christum credidit esse, vadat

ad natatoria Siloë, festinet ad baptismum, ibique lauetur & regeneretur. Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei. Vtrumque enim necessarium est, & credere, & baptizari: neque alterum sine altero, valet. Nò autem vacat à mysterio, quòd Siloë interpretatur missus. In Iordane cepit baptismus, qui per apostolos regeneratis hominibus ubique gentium missus est. Respondit, ille homo, qui dicitur Iesus, lutum fecit, & linuit oculos meos. Quid est enim, lutum fecit, nisi verbum caro factum est? Tetigit autem oculos mentis nostrae, ut eum videamus, & veritatem intelligamus. Et dixit mihi: Vade ad natatoria Siloë, & laua: & abij, & laui, & vidi. Considera modò quanta laetitia haec verba plena sunt, quanta exultatione redundant. Dixerunt illi: Vbi est iste, ait, nescio. De homine illi interrogabatur, de homine ille respondit. Non est igitur inconueniens quod ait, Nescio: quia etsi iam Christianus erat, propheta tamen non erat. Adducunt eum ad phariseos, qui caecus fuerat. Erat autem sabbatum, quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. Qui igitur illuminari voluit, sabbatizent à peccato, à seruili opere requiem habeant. Tale namque sabbatum colit ecclesia, ex quo Deum cognouit, & vidit. Iterum ergo interrogabant eum pharisei quomodo vidisset. Ille autem dixit eis. Lutum mihi posuit super oculos, & laui, & vidi. Dicebant ergo ex phariseis quidam, Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Nondum enim isti illuminati erant, qui sabbati obseruanciam sic intelligebant. Nondum enim tetigerant lutum, nondum venerant ad lauacrum. Alij dicebant: Quomodo potest homo peccator haec signa facere? Ibi enim iam quodammodo appropinquant ad lucem, & videre incipiebant. Et schisma erat inter eos, dicens caeco iterum: Tu quid dicis de eo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit quia propheta est. Bene quidem dixit, sed melius dicere poterat, nisi timuisset. Nam ipse quoque dominus prophetam se esse ostendit, dicens: Non est propheta sine honore nisi in patria sua. Scimus quia hic est filius noster, &c. Haec autem quare illi dixerint, Euangelista exponens ait: Haec dicebant parentes eius, quia timebant Iudeos. &c. Da gloriam Deo. Quid est, da gloriam Deo? nega hunc esse Christum, nega te esse Christianum. Hoc autem non est dare, sed auferre gloriam Deo. Nos scimus quia homo peccator est. Dixit ergo ille, Si peccator est, nescio, vnum scio, quia caecus cum essem, modò vido, Ego, inquit, eius peccata ignoro, ego eum de peccatis nò accuso: vnum scio, illud dico & praedico, Caecus eram, & eo iubente, modò vido. Dixerunt ergo illi, Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? At ille indignatus quia toties eadè verba dicebant, ait: Dixi vobis iam, & audistis, quid iterum vultis audire? Quid toties eadem repetere iuuat? nunquid & vos vultis discipuli eius fieri? Si scirem vos quoque eius discipulos fieri velle, sicut ego sum, iterum atque iterum & adhuc multoties eadem dicere nò recusarem. Maledixerunt ergo illi & dixerunt: Tu discipulus illius sis? nos autem Moysi discipuli sumus. Beati illi, super quos talis maledictio cadit. Vtinam & super nos ista maledictio veniat. Sequitur: Nos scimus, quia Moysi laqueus est Deus: hunc autem nescimus vnde sit. Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc mirabile est quia vos nescitis vnde sit, & aperuit meos oculos? Vbi est ergo sapientia vestra? Vbi est doctrina quam praedicatis? Cur legem legitis, si non intelligitis? Dicitis peccatorem hunc esse inauditum, & inuisitum est ut peccatores

catores alia operentur. Scimus enim quia peccatores, Deus non audit, sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. Non est mirandum, si rudis adhuc nouiterque illuminatus, contra ecclesiae doctrinam aliquid ignoranter loquatur, neque enim verum est, ut Deus peccatores non audiat. A seculo non est auditum, quia aperuit quibus oculos caeci nati, nisi esset hic à Deo, non poterat facere quicquam. Respondunt & dixerunt ei: in peccatis natus es totus, & tu doces nos? Quia enim caecus natus fuerat, plus ceteris eum peccatorem esse putabant. Quod ipsos quoque discipulos Christi sensisse intelligi potest, qui dominum interrogantes dicebant: Quis peccauit, hic, an parentes eius, ut caecus nasceretur? Et eiecerunt eum foras. Multum ei profuit, quòd foras eiecerunt eum, quia foras eiectus Iesum videre, & cognoscere meruit. Non enim Iudaei possunt videre Iesum, nisi prius de synagoga exeant. Quis est, domine, ut credam in eum? Non de essentia dubitat, sed de persona interrogat. Nondum enim personaliter eum cognoscebat, quem tamen Dei filium esse credebat. Dixit ei Iesus: Et vidisti eum, &c.

EVTHYMII ZIGABONI superioris Euangelij expositio.

ET praeterea vidit hominem caecum à natiuitate. Confirmando, quod dixerat, fidemque faciens, quòd Deus esset, statim venit ad miraculum maximum, & vsque ad id temporis nunquam factum. Siquidem & alij caeci visum receperunt, verum, qui à natiuitate caeci fuerunt, nullus vsque ad id tempus. Ideo etiam, qui visum recepit, dicebat: A seculo non est auditum, quòd aperuerit quispiam oculos caeci nati. Et interrogauerunt eum discipuli eius dicentes, &c. Interrogat, nò quòd hoc aut illud omnino suspicarentur, quemadmodum insipientes Iudaei: nam hunc peccasse, antequam natus esset, impossibile erat: porro pro parentibus puniri iniustum: sed finis sermonis talis est. Paralyticus quidem propter peccata sua aegrotabat, sicut ibi didicimus: de hoc autem quid dicis: quis peccauit, hic an parentes eius? nos enim neque hoc, neque illud dicere possumus, omnino conurbati, consilioque destituti. Neque hic peccauit, neque parentes eius. Non omnino à peccatis hos dicit esse immunes, sed quantum ad id, ut caecus fieret, & illos, & hunc sine peccato esse asserit. Hinc itaque discimus, quòd pro parentibus qui peccauerunt, non puniuntur filij. Quanquam enim in libro Exodi de Deo scriptum est: Reddens peccata patrum in filios, in tertiam & quartam generationem: hoc tamen propter solos illos dictum est, qui ab Israelitis progeniti, essent idolis imolaturi. Nam, quia imitati fuerunt impietatem parentum suorum, qui in Aegypto idololatrae fuerant; merito supplicium illorum reddidit eis: siquidem, quorum aequalia fuerat delicta, horum aequalia quoque sunt supplicia. Postmodum vero legem statuens, ait per Moysen; Non morientur filij pro patribus, neque patres pro filiis. Et rursus per Iezeciel dicit, Quae vobis est parabola haec in terra Israel vt dicatis; Patres comederunt vnam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt? Vtuo ergo, dicit dominus, si erit deinceps parabola haec, sed eorum, qui comederint vnam acerbam, den-

tes obstupescerit: Sed vs manifestetur opera Dei in ipso; Opera Dei vocat formationem oculorum caeci de puluere. Quia enim in confesso erat opus fuisse Dei, formationem corporis Adam de puluere: hic etiam oculos caeci, pulcherrimam corporis partem format de puluere: vt hinc, indubie Deus appareat, vt potes & que potes vt Deus: nam, qui pulcherrimam partem ita formauit, posset & totum formasse. Aut opera Dei dicit occultam diuinitatis suae potentiam, quae tunc magis apparuit. Quid ergo nisi hic damno affectus fuisset, non poterat aliter manifestari Dei opera? Poterat quidem, sed neque hic damno affectus est, imo potius beneficium accepit: per caecitatem oculorum corporis, apertos habens animae oculos. Nam quae illorum est utilitas, si hi clausi sint? Licetum itaque fuit creatori caecum hunc create, non puniendo, sed dispensatorio modo, vt opera Dei manifestarentur, & hic ex eo apertos haberet animae oculos. Quidam vero dictionem Vt, non causale esse dicunt, sed eius, quod futurum erat, significationem, puta quòd opera Dei manifestanda erant in ipso. Et simile esse aiunt, quod dicitur: In iudicium ego in mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident, caeci fiant: aiunt enim significare, quòd qui non vident videbunt, & qui vident excacabuntur: siquidem non propterea venit, vt, qui vident, caeci fiant. Praeterea & Paulus dicit; Lex subintroiuit, vt abundaret delictum: neque enim propter hoc subintroiuit, sed ait, quòd subsequutum est, vt abundaret delictum, & multitudine. Siquidem & hoc scripturae idioma est, loquendique proprietates. Me oportet operari opera eius, qui misit me. Me oportet operari opera, quae me patris esse filium ostendant, & aequalem Deo: me oportet manifestare meipsum, quòd hominum sum amator, vt homines per huiusmodi opera ad fidem, quae in me est, attracti, non pereant: quandoquidem enim carnem assumpsi, impossibile est eos aliter saluos fieri, nisi per fidem qua in me credant. Donec dies est. Donec praesens durat seculum, donec vita haec consistit, donec hominibus operari conceditur. Venit nox, quando nemo potest operari. Venit futurum retributionis seculum. Quod autem operationem dicat hic, qua in ipsum crederetur, ex eo manifestum est, quòd superius dixerit: Hoc est opus Dei, vt credatis in eum quem ille misit. Christus namque praesens seculum vocauit diem, eo quòd operationi aptum est: futuram vero, noctem, quia in eo non fient opera. Paulus autem ediuerso; Noctem dixit praesens seculum, propter errorem, & ignorantiam, ac tenebras perturbationum animi: diem vero, futurum, eo quòd nihil horum habebit. Ait enim, Nox praecessit, dies autem appropinquauit. Quamdiu fuero in mundo, lux sum mundi. Et eos, qui obtenebrati sunt, oportet illuminari per fidem, priusquam à mundo transeant. Infra autem latius de hoc loquitur. Quid ergo quum in caelo est, non est lux mundi? Est vtique, sed nunc de conuersatione sua in terra dicit, simul & ad fidem adhortans, & propinquum esse mortem suam significans. His dictis exiit in terram, &c. Quare solum puluerem sumptum non illem? Quia solus puluis sine aliquo humore nò linitur. Et quam ob causam sputo, & nò aqua lutum fecit? vt sputo adscriberetur miraculum. Vade, laua in piscina Siloë. Lauari iubet, ostendens quòd nulla sit pulueris necessitas: sed eo vsus est solum.

Inj. 2. eod.

Matth. 9. Supr. 5.

Exod. 40.

Sed tamen Deus interdixit solum propter peccata patris filij, vel propter peccata filij patris in filio puniri. Deut. 24. 17. 18.

Inj. eod.

Rom. 3.

Supra 6.

Rom. 13.

10. 12.

solum, vt ostendat se esse, qui ab initio corpus Adam de puluere formauit. Mittit autem eum ad piscinam Siloe, quæ longe distabat, vt appareret fides, ac prompta cæci obedientia: neque enim vlla erat apparentia, quod piscina illum esset curatura. Quod si quis interpretetur, sonat Missus. † Quod vocabulum Siloe videlicet, quod est Hebraicum, interpretatione sonat Missus: ideo, vt opinor, quod tunc cæcus illò fuerit missus: præsignabat namque piscinæ appellatio id, quod futurum erat.

† Salach Hebrais significat Missus. Inde Siloach, id est, Missus.

Abijt ergo, & lauit, ac venit videns. Abijt nihil hæsitans, sed confestim obediens. At qui verisimiliter dicere poterat, Quid hoc sibi vult? non potuit me curare? num fortassis illudit me, frustra que mittit? nam frequenter ibi lotus, nihil accepi vtilitatis. Item & aliter. Si futurum est vt lutum me sanet, quid opus est vt in dicta piscina laueri? verò illa me curatura est, quæ fuit luti necessitas? Sed nihil huiusmodi aut dixit, aut cogitauit. Sed simpliciter credens, quod ea, quæ ad salutem suam conuenirent, & fecisset, & iussisset, obediuit, & abiit, & per talem fidem nõ est sua spe frustratus. Homo, qui appellatur Iesus, lutum fecit, ac inunxit oculos meos. &c. Quid ais? Homo talia facere potest: nondum enim cognoscebat, eum etiam esse Deum. Non dixit autem; Expuit in terram, nam tunc non viderat, sed; Lutum fecit, & inunxit oculos meos: hoc nam senserat, ac sensu tactus cognouerat. Sed vnde didicit, quod Iesus diceretur? Interrogauit proculdubio eos, qui tunc præsentis erant. Verisimile enim est, quod etiam prius de miraculis illius audierit, ideo etiam incunctanter illi paruit, vt dictum est. Vbi est ille? Nam requirebant illum, qui insaniam ipsorum aufererat: & quasi solum id audissent, inuestigant eum. Nescio. Nam, quum inunxisset, & ad piscinam abire iussisset, cõtinuo discesserat, fugiens plausum de miraculo. Adducunt ad phariseos eum, &c. Quum illum non inuenirent, hunc adducunt, vt demonstrant, quod sabbatum soluerit. Rursum itaque interrogauerunt eum & pharisei, &c. Non interrogauerunt, Quomodo visum recepisti, sed quomodo aperuit oculos tuos? captantes occasionem calumniandi eum de opere prohibito, scilicet in sabbato: ipse verò quasi ad eos loquens, qui iam audierant, sermonem abbreviat.

† Videtur indubie autor noster hoc loco legisse quod postea habetur, τὸς ἰνοῖστ' οὐ τοὺς ὀφθαλμοὺς, Vnde ibi etiam dicit illos ad primum quæsitum reuerti. Pari modo & Chrysostomus & Theophylactus legisse videntur. Aut hoc intellige de his, qui antea interrogauerunt eum, Quomodo aperti sunt tibi oculi?

Hic homo non est à Deo, quia sabbatum non obseruat. Non est à Deo, missus videlicet, vel non est ex Deo. Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? & dissensio erat inter eos. Nam quid ex Deo non est, ex diabolo est, & omnino peccator est. Dissensio itaque & tunc, & prius facta est: siquidem; Non veni, inquit, vt mittam pacem in terram, sed gladiũ. Sed non perseverauit, rursum enim vniti sunt instantibus phariseis. Tu quid dicis de eo, quia aperuit oculos tuos? Hoc aiunt non illi, qui dixerat; Nõ est à Deo, sed qui ab his diuisi erant: ne enim illi patrocinari viderentur, eum qui virtutis eius experimentum sumplerat cõstituunt ambiguitatis iudicem. Pro-

Matth. 10.

pheta est. Prophetas vocabat diuinos viros. Aperte ergo dicit, quod à Deo esset, nec ipsam timuit dicentium, quod nõ esset à Deo. Firmus enim erat, & veritatis amator, ac æquus homo: Non crediderunt ergo Iudæi de ipso, quod cæcus fuisset, ac visum recepisset. Quid dixerant? Non est à Deo. Sed, ò insensati, si non ita est, quod, quum cæcus esset, visum recepit, quo modo Christũ calumniarunt, quod illum sabbato sanauerit. Donec vocauerunt parentes eius qui visum receperat, &c. Vide malitiam, rigide interrogant putantes illos exterrere: vt, dum hi negassent, tenebris offunderetur miraculum: & aiunt; De quo vos dicitis, quod cæcus natus est? mētientes videlicet, & dolose simulantes, vt ipsi Iesu gloriam quæratis. Quomodo ergo non videt? Si cæcus natus est. Responderunt autem illis parentes eius, & dixerunt, &c. Quum de tribus interrogati fuissent: vtrum hic esset filius eorum, vtrum cæcus natus esset, & quomodo nunc videret: de duobus confitentur: quomodo autem nunc videat, ignorare se dicunt, timentes Iudæos, sicut in progressu manifestabitur. Ipse atatem habet, ipsum interrogat: ipse de se ipso loquitur. Sese extra periculum constituentes, ad eum, qui curatus erat, interrogationem remittunt, vt qui in eiusmodi quæstione fide dignior eis esset. Hæc dixerunt parentes eius, quia timebant Iudæos: iam enim conspirauerant, &c. Conspirauerant, pactum fecerant. Propter hoc parentes eius dixerunt, ætatem habet, &c. Rursum idem dicit, perstringens illos tanquam timidos, & qui ignorare se simulauerant, ne extra synagogam siue congregationem eicerentur: filio autem totius certaminis onus imposuerant. Da gloriam Deo. Glorifica Deum, vt pote ab eo sanatus, & non à Iesu. Nos scimus, quod hic homo peccator est. Absente illo, hoc dicitis scelesti: nam, quum ille præfens esset, & vos paulò ante interrogaret; Quis ex vobis arguit me de peccato, ne mutire quidem potuistis, ora à veritate obturata habentes. An peccator sit nescio, vnum scio, quod quum cæcus fuerim, modo video. Non dixit dubitando; An peccator sit nescio, sed nugas huiusmodi, more dubitantis repellens. Nam in progressu manifestius hoc ostendit dicens; Scimus quod peccatores Deus non audiat. Quid fecit tibi: quomodo aperuit oculos tuos? Quum ab omni parte repulsi essent, nec quicquã eorũ, quæ voluerant, effecissent, rursum ad primum quæsitum reuertuntur: ideo etiam is, qui curatus fuerat, arguens illos, non iam timide, sed liberius loquendo respondet, Dixi vobis iam, nec audistis. Nec credidistis. Quid rursum vultis audire? Quã ob causam rursum audire quæritis? Num & vos vultis discipuli eius fieri? Dicens, Non & vos, ostendit, quod ipse paulò ante factus esset, & confidenter id fatebatur, non metuens illorum insaniam: adeo fortis est veritas, vt eos libertate repleat, qui ipsam elegerint: mendacium verò adeo imbecille, vt eos quoque, qui fortes sunt, reddat timidos. Tu es discipulus illius: nos vero Moysi sumus discipuli. Neq; Moysi: nã, si Moysi essetis, vtique & Christi essetis. Si crederetis inquit, Moysi, crederetis vtique mihi. Nos scimus, quod Moysi loquutus est Deus: hũc autẽ nescimus vnde sit. Vnde missus sit. Atqui variis in locis docuit vos, qui sint feretes de se testimonium: puta Ioannes, opera, quæ facit, & pater, qui & Deus. At certe de Mose auditis, non autẽ videtis: huius verò opera non auditis solum, verum etiam videtis, & notis, quod oculi sint auribus fide digniores. In hoc sane

Supr. 3.

Supr. 5.

sine mirabilis e qui id. m est, quod vos nesciatis vnde sit, &c. Quid, quum vobis ignotus sit, & inglorius, meos aperuit oculos, talẽque edidit miraculum. Nam, si de insignibus esset, & gloriosus, nequaquam rãtum esset miraculum. Itaque magnus quispiam est, quanquam vos nesciatis, vnde sit. scimus, quod peccatores Deus non audiat, &c. Vide contexturam, & quomodo mirabiliter argumẽtur, ac sermonem angeat. Vere enim non exterioribus tantum oculis illuminatus est, sed & interioribus. Nam, quia in præcedentibus dixerat, Nos scimus, quod hic homo peccator est: tunc quidem more dubitantis sermonem repulit, nunc vero tanquam libertate plenus, ostendit hunc non esse peccatorem, sed potius Dei cultorem, ac Dei voluntatem adimplentem. Siquidem adhuc eũ hominem esse suspicabatur, vt diximus. Peccatores autem Deus non audit, in huiusmodi videlicet miraculis. Nisi esset hic à Deo, non potuisset facere quicquam. Quicquam simile. Cæci namque oculos alij etiam aperuerant, cæci vero à natiuitate, nullus. Magnitudo itaque miraculi diuinum quempiam esse eius effectorem ostẽdit. Nam, qui maius aliquod edidit miraculum, quàm sint vnũuersa humana miracula, vtique maior est cũctis hominibus. In peccatis omnino natus es, & tu doces nos; Non tulerunt manifestam redargutionem, ac præclaram victoriam: conuersa autem malitia in suum ipsorum caput, indignati sunt illi dicentes, Peccator omnino natus es, siue ab initio, à prima statim ætate. Insipienter namque opinabantur, propter pecca-

ta aliqua esse natum cæcum, vt ostenderetur eum esse peccatorem. Atqui, etiam si peccator erat, sermones eius probare oportuit, si veri essent: quid enim absurdi dixerat? Et eiecerunt eum foras. Ab ecclesia, & concione repulerunt præconem veritatis, tanquam Christi discipulum. Quum enim miraculum calumniari non potuissent, imo potius educto celebre illud vehementi, ac curiosa inuestigatione reddidissent, suum effundunt furorẽ aduersus eum, qui curatus fuerat. Audiuit Iesus, quod eiecerunt eum foras, &c. Venit vt maius conferret beneficium illi, qui propter se fuerat eiectus, quodque bonorum caput est, tribuit, sese illi præbens cognoscendum, ac verum efficiens discipulum. Quod autem ait; Tu, propter illos dixit, qui non credebant. Et quis est, domine, vt credam in eum; Spe bona ad sermonem erectus est, tanquam paratus ad credendum: & discere quærir quisnam sit: neque enim sciebat, quis esset. Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. Vidisti eum: non prius, sed nunc. Non dixit; Ego sum, qui aperui oculos tuos. Vult enim simplicitatem, ac præparationem fidei illius ostendere, ad eorum, qui præsentis erant, vtilitatem; ac confusionem eorum, qui, quum multa edocti essent, multaque signa conspexissent, non tamen adhuc credebant. Nam, hoc solo audito; Et, qui loquitur tecum, ipse est, statim credidit: sermo namque animam illius repente tetigit: quumque bonam illã inuenisset, ad cognitionem, ac fidẽ eam illuminauit: vide enim. At ille ait, &c. Adorauit confirmans se credere.



FERIA V. POST DOMIN. CAM IIII. QVADRAGESIMAE.

L V C. 7.



N illo tempore ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naim: & ibant cum illo discipuli eius, & turba copiosa. Cũ autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matri suæ. Et hæc vidua erat, & turba ciuitati multa cum illa. Quam cum vidisset dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum. Hi autem qui portabant steterunt: & ait: A dolens, tibi dico surge. Et refedit qui erat mortuus: & cepit loqui: & dedit illum matri suæ. Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebem suam.

^a Vidua est ecclesia quæ sponsi morte redempta, ab ipso peregrinatur tempore sui incolatus. ^b Misericordia mouetur. Ecce imitandæ pietatis exemplum. Post ea suscitatur, in hoc fides mirandæ potestatis attribuitur. ^c Mortuum quem mox resurgere vid. bis. ^d Interna compunctione reuiuiscens. ^e Eis qui peccatum luxerant, vitam reducere indicans. ^f Quanto desperatio mortis animæ ad vitam reuocatur, tanto plures eodem cor riguntur, & pietas domini maior intelligitur.

ET factum est, &c. Post sanatum infirmum suscitavit mortuum, quia infirmitas praecedit mortem. *Quis vocatur Naim.* Naim est ciuitas Galilaeae in secundo miliario à Tabor contra meridiem, iuxta Endor qui est vicus grandis. Naim autem interpretatur fluctus vel commotio. *Cum autem appropinquaret porta ciuitatis, &c.* Be. Cum verbum caro factum, gentilem populum per portas fidei ad caelestem Hierusalem induceret, ecce Iudaicus populus minor, propter perfidiam defunctus effertur; quem mater ecclesia nil in mundo quasi proprium possidens, multis populorum turbis circumseptis: pio affectu plorat: & ad vitam piis lachrymis reuocare laborat. Quod & interim in paucis Iudaeorum conuersis: & tandem in plenitudine impetrat. *Ecce defunctus efferebatur, &c.* Defunctus qui coram multis extra portam effertur: significat criminaliter peccantem: & peccatum non cordis cubili tegentem, sed indicio operi vel locutionis, quasi per ostia suae ciuitatis aliis propalantem: Quem sicut vnicum deslet mater ecclesia, quae licet ex multis collecta personis: vna est tamen virgo mater ecclesia, singuli autem filij: Porta qua effertur, aliquis est de sensibus quo aliquis in peccatum corruit: Vt qui videt ad concupiscendum, qui autem ociosis vel turpibus audiendis: qui linguam commodat litigijs. *Filius vni.* Amb. Adam de terra portatur à quatuor elementis, vnde homo constat. Tangitur locus à Deo, id est, lignum crucis, quia peritit Adam per lignum paradisi. Homo à terra portatur, quando sola terrena cogitat vel quando aeger est, & ambulare non potest. Ab aqua portatur, quando luxuriari cogitat, vel quando praenimio frigore corpus tangi non potest. Ab aere portatur, quando omnia pro laude humana facit, vel quando pro aegritudine flere non potest. Ab igne portatur, quando auariciam cogitat, vel quando pro nimia febre tangi non potest. *Et iur.* Multi cum domino, multi cum vidua: vt visio miraculo multi Dei laudatores & testes fiant. *Tangit locu.* Loculus quo effertur, secunda desperati peccatoris est conscientia, quem fert sepeliendum vel immunda desideria vel adulantium blandimenta, quae quasi agger terrae peccantes obruunt. Sed domino tangente conscientiam peccatoris, futuri metu iudicij turba carnalium voluptatum, & iniustarum laudationum coercetur, & mens ad se reuersa, Deo vocanti ad vitam occurrit, & respondet obediendo saluatori. Loculus quo defertur, corpus est humanum. Portatores, sunt mali mores, qui ipsum corpus ad mortem trahunt. Sed Iesus loculum tangit, cum fragilem naturam in ligno crucis erigit. Tunc stant funeris portatores, quia non valent sicut prius ad mortem trahere, tunc loquitur Iesus, id est, monita salutis infundit. Quo verbo audito languidus ad vitam erigitur, & loquitur de eo bonis actibus: & sic redditur matri. *Et resedit.* Tres mortuos suscitauit dominus. Filiam archisynagogi in domo, id est, in cogitatione. Filium vnicum matris in porta, id est, in verbo Lazarum in monumento, id est, in opere. *Vidua.* Dum & verbum semel incorporari constituit, & quotidie spiritum sanctum in corda hominum, vt suscitentur mittit.

Marc. 5.
Luc. 7.
Joan. 11.

ET factum est deinceps, ibat Iesus in ciuitatem quae vocatur Naim, &c. Cyril. Mira dominus miris annexit, & supra quidem accersitus occurrit, hic vero non vocatus accedit. vnde dicitur, *Et factum est deinceps, &c.* Be. Naim est ciuitas Galilaeae in secundo miliario montis Tabor. diuino autem nutu multa turba dominum comitatur, vt multi essent tanti miraculi testes. vnde sequitur, *Et ibant cum illo discipuli, &c.* Gregor. Nise. resurrectionis autem experimentum non ita verbis sicut operibus à saluatore didicimus: qui ab inferioribus inchoans opus miraculi, fidem nostram assuefacit ad maiora. Primo quidem in aegritudine desperata serui Centurionis, resurrectionis incipit potestatem: post haec altiori potestate ducit homines ad fidem resurrectionis, dum suscitauit filium viduae qui ferebatur ad monumentum. vnde sequitur, *Cum autem appropinquaret, &c.* Diceret enim aliquis de puero Centurionis, quod moriturus non erat. vt igitur temerariam linguam compesceret, iam defuncto iuueni Christum obuiare fatetur vnicò filio viduae. nam sequitur: *Et haec vi. & iur. i. mul. cum illi.* Arumnae molem breuibus verbis explicuit. Mater vidua erat, & non sperabat ulterius filios procreare, non habebat in quem aspectum dirigeret vice defuncti: hunc solum lactauerat, solus aderat alacritatis causa in domo, quicquid matri dulce ac pretiosum, hic solus extiterat. Cyril. Miseranda passio & ad fletum & ad lachrymas potens prouocare. vnde sequitur. *Quam cum vi. do. mis. motus super eam dixit illi: nolite flere.* Be. quasi dicat. Desiste quasi mortuum flere, quem mox viuum resurgere videbis. Chryl. Iubet autem cessare à lachrymis qui consolatur moestos, monet nos praesentibus defunctis consolationem recipere resurrectionem sperantes: tenet autem feretrum vita obuiam mortis, vnde sequitur, *Et accessit, &c.* Cyr. Ideo autem non solum verbo peragit miraculum, sed & feretrum tangit, vt cognoscas efficax esse sacrum Christi corpus ad humanam salutem, est enim corpus vitae & caro verbi omnipotentis cuius habet virtutem, sicut enim ferrum adiunctum igni perficit opus ignis, sic postquam caro vnita est verbo quod viuificat omnia, ipsa quoque facta est viuificatiua & mortis expulsiua. Tir. Non autem Saluator similis est Eliae, desenti filium Sareptanae: nec qualis Elisaeus, qui proprium corpus applicuit corpori defuncti: nec qualis est Petrus, qui pro Thabita orauit: sed ipse est qui non entia velut entia vocat, qui mortuos vt viuos alloqui potest: vnde sequitur, *Et ait, adolescens, &c.* Greg. Nisen. Qui dixit adolescentem, stentis significauit temporis horam primam producentem lanuginem, qui paulò ante muliebris erat maternorum oculorum aspectui, iam aspirans ad tempus sponsalium virga generis, successione ramus, baculus senectutis. Titus. Incunctanter autem erectus est, cui sunt mandata directa: diuina enim potestas est irrefragabilis, nulla mora, nulla orationum instantia. vnde sequitur, *Et resedit qui erat mor. & ca. lo. & dedit illum matri suae.* Indicia sunt haec verae resurrectionis: corpus enim exanime loqui non potest: nec reportasset mulier ad domum defunctum

sanctum filium inanimatum. Be. Pulchre autem euangelista dominum prius misericordia motum esse super matre, ac sic filium resuscitare testatur: vt in vno nobis exemplum imitandae pietatis ostenderet, in altero fidem mirandae potestatis astrueret, vnde sequitur, *Accepit autem omnia li. & magnificabant Deum, &c.* Cyrillus, Hoc magnum fuit in populo insensibili & ingrato: post modicum enim nec prophetam, nec ad vtilitatem populi procedere ipsum existimauit. Neminem autem habitantium Iudaeam hoc miraculum latuit. vnde sequitur, *Et exijt hic sermo in vniuersam, &c.* Amb. Idoneum autem est dicere, quod septem resurrectiones ante dominicam narratur: quarum prima est filij Sareptanae, secunda filij Sunamitis, tertia quae facta est in reliquijs Elisaei, quarta quae facta est in Naim, quinta filiae Archisynagogi, sexta Lazari, septima in Christi passione. Multa namque corpora sanctorum surrexerunt, octaua est Christi qui expertus mortis remanent, vltima in signum quod communis resurrectio quae futura est in octaua aetate, non tollitur morte, sed indissolubilibus permanebit. Beda. Defunctus autem qui extra portam ciuitatis factus est intruentibus elatus, significat hominem letali funere criminum soporatum, & animae mortem non cordis adhuc cubili tegentem, sed ad multorum notitiam per locutionis operisue indicium, quasi per ciuitates ostia propalantem. Portam enim ciuitatis puto aliquem de sensibus esse corporalibus, qui bene filius vnius matris suae fuisse perhibetur, quia vna est ex multis personis collecta mater ecclesia: viduam autem esse ecclesiam, omnis anima que se domini morte redemptam meminit agnoscitur. Ambrosius, Hanc enim viduam populorum turba circumseptam, plus video esse quam foeminam quae resurrectionem vnici adolescentis filij à pompa funeris reuocat ad vitam, suarum contemplatione lachrymarum, quae flere prohibetur cum cui resurrectio debebatur. Be. Vel Nouati dogma confunditur, qui dum penitentium mundationem euacuare conatur, matrè ecclesiam de natorum suorum spiritali extinctione plorantem, spe vitae reddendae negat consolari debere. Amb. Hic autem mortuus in localo materialibus quatuor ad sepulchrum ferebatur elementis, sed spem resurgendi habebat, quia ferebatur in ligno: quod & si nobis ante non proderat, tamen posteaquam Christus id tetigit, proficere cepit ad vitam, vt esset indicio salutem populo per crucis patibulum refundendam. In sercreto enim iacemus exanimis, cum vel ignis immodicae cupiditatis exaeruat, vel frigidus humor exundat, & pigra quadam corporis habitudine vigor habebatur animorum. Beda, Vel loculus in quo mortuus effertur male secunda desperati corporis conscientia est: qui verò sepeliendum portant, vel immunda desideria, vel blandimenta sunt sociorum: qui domino loculum tangente steterunt, quia superni formidine iudicij tacta conscientia, carnales saepe voluptates & iniuste laudantes coercens ad se reuertitur, vocantique ad vitam responder saluatori. Amb. Si ergo graue peccatum est quod penitentiae tuae lachrymis ipse lauare non possis, fleat pro te mater ecclesia, assistat & turba iam resurgens à funere, & incipies alia vita loqui, timebunt omnes, vnius enim exemplo omnes corriguntur. Laudabunt etiam

Deum qui tanta nobis remedia vitandae mortis indulserit. Beda, Visitauit autè Deus plebem suam non solum semel verbum suum incorporando, sed semper in corda mittendo. The. Viduam etiam potes intelligere animam virum amittentem, id est, diuinum sermonem. filius enim est intellectus qui extra ciuitatem effertur viuentium. Loculus eius est corpus eius, quod quidam dixerunt esse sepulchrum. Tangens autem eum, dominus eleuat ipsum, iuuenescere faciens eum qui surgens à peccato incipit loqui & alios edocere. Non enim prius eis crederetur.

S. AMBROSII EPISCOPI
Mediolan. eiusdem Euang.
expositio.

ET hic locus ad vtranque redundat gratiam, vt & cito flesti diuinam misericordiam matris viduae lamentatione credamus: eius praecipue quae vnici filij, vel labore, vel morte frangatur. Cui tamen viduae grauitatis meritum exequiarum turba conciliet, & hanc viduam populorum turba septam: plus videri esse quam foeminam, quae resurrectionem vnici adolescentis filij suis lachrymis metuerit impetrare: eo quod sancta ecclesia populum iuniorem à pompa funeris, atque à supremis sepulchri, suarum reuocet ad vitam contemplatione lachrymarum, quae flere prohibetur eum: cui resurrectio debeatur. Qui quidem mortuus in localo materialibus quatuor ad sepulchrum ferebatur elementis. Sed spem resurgendi habebat: quia ferebatur in ligno. Quod & si nobis ante non proderat: tamen posteaquam Iesus id tetigit proficere cepit ad vitam, vt esset indicio salutem populo per crucis patibulum refundendam. Audito igitur Dei verbo: steterunt acerbis illi funeris portatores: qui corpus humanum letali fluxu naturae materialis vrgebant. Quis enim aliud: nisi quasi in quodam feretro, hoc est, supremi funeris instrumento iacemus exanimis, cum vel ignis immodice cupiditatis exaeruat: vel frigidus humor exundat, vel pigra quadam corporis habitudine vigor habebatur animorum: vel concreta noster spiritus labe purae lucis vacuus alit metem? Hi sunt nostri funeris portatores. Sed quamuis suprema mortis spem vitae omnis aboleuerint, & tumulo proxima corpora iaceant defunctorum: verbo tamen Dei iam moritura resurgunt cadauera, vox redit, redditur filius matri: reuocatur à tumulo, eripitur à sepulchro. Quis iste est tumulus tuus, nisi mali mores? Tumulus tuus perfidia est: sepulchrum tuum guttur est. Sepulchrum enim patens est guttur eorum, vnde verba mortua proferuntur. Ab hoc sepulchro te liberat Christus, ab hoc tumulo resurges si audias verbum Dei. Et si graue peccatum est, quod pro te mater ecclesia: quae pro singulis tanquam pro vnici filij vidua mater interuenit. Comparitur enim quodam spiritali dolore naturae, cum suos liberos letalibus vitis ad mortem cernit geri. Viscera sumus de visceribus eius. Sunt enim & spiritalia viscera, quae habet Paulus dicens: Ita frater ego te fruor in domino: refice viscera mea in Christo. Nos ergo viscera sumus ecclesiae: quoniam membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus.

Ad Phil.
monem.
Eph. 5.

bus eius. Doleat igitur pia mater, assistat & turba, non solum turba, sed etiam multa, compatiatur bonæ parenti: iam resurgens in funere, iam liberaberis à sepulchro. Stabant illi ministri tui funeris: incipies vitalia loqui, timebunt omnes. Vnius enim exemplo plurimi corriguntur. Laudabunt etiam Deum, qui tanta nobis remedia vitandæ mortis indulsit.

TITI BOSTRORVM

Episcopi eiusdem Euang. expositio.

Et ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocabatur Naim. Cur Iesus, qui omnia nouit, vitæq; & mortis potestatem habet, post sanatum Centurionis seruum, à nemine accersitus, ad demortui adolefcens exuscitationem se confert? air enim Euangelista: *Et ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocabatur Naim.* Factum est hoc non casu, sed summo iudicio, summâque sapientia, ne videlicet nonnulli quandoque in medium prodirent, qui dicerent, Centurionis seruum omnino moriturum non fuisse. Et quâuis Euangelista oppositum scribat, dicere tamen poterant, magis illum spectasse ad gratiam, quàm ad veri narrationem. Christus itaque dominus infrenem, petulantemque illorum linguam compescere instituit, defuncto, qui iam efferebatur, obuiam prodit, accedensque loculum terigit, & verbo simul & tactu, cum solo alioqui verbo, tanquam omnipotens, facere id potuisset adolefcentem excitauit. Ob id autem loculum seu feretrum tetigit, quia voluit, vt hinc disceremus, corpus Christi Dei nostri, corpus vitæ esse, eiusdemque carnem, vnigeniti Filij Dei, verbique cuncti potentis carnem. Nam cum caro eius, illi effecta sit propria, qui viuificat omnia, fit vt ipsa quoque sit viuifica, mortemque & corruptionem interimere idonea. *Et resedit, qui erat mortuus, & loquebatur.* Resedit, & locutus est mortuus; ne cui secundum externam tantum faciem, & non verè resuscitatus videretur. Siquidem federe, & loqui verè exuscitationis argumenta sunt. Corpus enim exanime, neque federe, neque loqui potest. Quare etiam tradidit illum matri suæ, tanquam verè viuum, verèque exuscitatum.

PETRI CHRYSOL. EPI-

scopi Rauenn. in superius Euang. De filio viduæ excitato à mortuis, deque corporum resurrectione. Sermo.

Ser. 103

Hodie beatus Euangelista, quia viduæ matris vnicum iam funeris vinculis illigatum, lamentabili impositum iam pheretro, prosequētibus turbis, eūtem iam carceris ad sepulchrum, per Christum vitæ redditum nunciauit; omnium concussit corda, mouit mentes, stupefecit auditum. Sed hoc Gentes mirentur, Iudæi stupeant, mundus pauescat: nos autem, qui omnes à sæculis mortuos ad vnâ vocem Christi sepulchris excitandos credimus, cur miramur? Exurgent, inquit Isaias, mortui, & resurgent, qui in monumentis sunt. Et dominus; Veniet hora, quando mortui audient vocem filij Dei; & qui audierint, viuent. Ad hæc Apostolus; in momēto, in icū oculi, in nouissima tuba; canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti. Quæ est ista tuba, quæ infe-

Esai. 26. 19.
Et LXX.
Ioan. 5.
1. Cor. 15.

ris infert bellum, sepulchri resoluit moles, innat mortuis vitam, resurgentibus in lucem perpetem dat triumphum: Quæ est illa, quam superius dominus dixit; Mortui audient vocem filij Dei. Tuba non quæ arctato spiritu per concavum cornu, ligni, vel aris tristem bellancibus dat mugitum; sed quæ de corde patris, ore filij, vitalem simul & inferis, & superis dat clamorem. Et in nouissima tuba: tuba quæ in principio mundi vocauit ex nihilo, ipsa in nouissimo mundum reuocabit ex perditio: & quæ initio hominem suscitauit ex limo, ipsa in fine hominem resuscitabit ex puluere. Fratres; sic credimus, quia tuba diuinae vocis chaos diuisit, collegit orbem, mundauit elementa, distinxit mundum, suspendit cælum, fundauit terram, mare vinxit, merfit infernos, dedit ordinem vices, iussit rerum continuam seruitutem, ac, ne vacuus horreret orbis, aptauit habitatores, habitacula sic discreuit, in cælo posuit angelos, solo spiritu viuentes; in terra constituit vitas varias terrenorum; in aère dedit animas aligeras peruolare, in aquis tam pusilla quàm magna fecit, vt viueret animantium multitudo, ac miro modo sic ex diuisis partibus iuxit compaginem mundi, vt nec commixtio discreta confunderet, nec discretio rerum infunderet vnitatem. Hinc est, quod diei, ac noctis copula sic diuisa est, vt ex quiete labor, requies ex labore constaret. Hinc Sol, & Luna vicissim mundi circumeunt metas, vt Sol germinata luce amplificet claritatem diei; & Luna lumine suppari ex toto cæca noctis tempora non relinquat. Hinc stellæ suo cursu varios mutant ortus, vt noctibus & signent tempora, & vianibus dent ducatum. Hinc tempora cuncta veniunt, esse incipiunt, dum desistunt. Hinc semina nascuntur, crescunt, adolefcunt, iuuenescunt, senescunt, decidunt, moriuntur, & iterum vitalibus sepulta sulcis, resoluta patredine, salutari ex morte in vitâ suâ redeunt: de corruptione propria suscitatur in forma. Et, si hoc, fratres; Dei vox, tuba Christi, per dies, per menses, per tēpora, per annos, vocat, reuocat, ducit, reducit præcipit esse, facit nō esse, dat morti, vitæ reddit; quare, quod in omnibus semper facit, semel facere non possit in nobis? Aut in nobis solis virtus diuina latescit, propter quos solos totum, quod prædictum est, Dei est operata maiestas? Homo, si tibi omnia sua ex morte reuiuiscunt, cur tu Deo tua non reuiuiscas ex morte? Aut te in solo Dei creatura deperit, propter quem subsistit, agitur, mutatur, innouatur tota quotidie creatura? Fratres, hæc dico nō signorum Christi cupiens exinanire virtutes, sed horror, vt vnus resurgētis exemplo ad fidem resurrectionis omnium concitemur: & credamus, quod crux nostri corporis sit aratrum, fides semē, sulcus sepulchrum, resolutio germen, expectatio tempus, vt, cum Ver dominici aduentus arriiserit, corporum nostrorum matura tunc viriditas vitalem resurgat in messem, nescituram iam finem, nescituram caniciem, non passuram falces, nec flagella sensuram. Quia, depositis in morte verustatis paleis, nouum gloriosi corporis confurgit in fructum. Si ad vnus viduæ lachrymas temporales sic motus est Christus, vt occurreret in via, vt ex oculis stillantia dolorum fluente restingueret, vt * recurreret mortem, reduceret hominem, resuscitaret corpus, vitam reduceret, plantam verteret in gaudium, & exequias lugubres in festiuitatem natalitiam commutaret, & pheretro datum, matri viuum redderet ex morte; quid modò faciet, quando inardescet viribus suis ad Ecclesiæ suæ lachrymas diuturnas, ad sponsæ suæ sanguineos fudores? Nam * per supplicantes Ecclesiæ lachrymas fundit iuges, per martyres sanguinem sudat, donec vnicum suum, hoc est, populum Christianum, quem tot ad mortem ferunt tempora, occurrens Christus de mortali pheretro perpetuæ vitæ reddat in supernæ matris gaudium sempiternum. Verum, quia nascentis Christi venit tempus, & miraculum cælestis iam radiat paritura virginitas, atque ortum diuini regis nobis non stella iam nunciat, sed ipse Solis ascensus, adoraturi occurramus omnes; & muneribus sacris Deum, Regemque virgineo processisse fateamur ex templo; offeramus munera, quia nascenti regi semper publica paratur oblatio; offeramus munera, quia indeuotus satis est vacuus adorator. Hoc probat Magus, qui onustus auro, succensus thure, sacratu myrrha, Christi cunabulis inclinatur. Quale est, si, quod fecit Magus, non faciat Christianus? Quale est, si ad gaudium nascentis Christi fleat pauper, captiuus gemat, hospes lamentetur, eiulet peregrinus? Festa cælestia Iudæus decimis semper honorauit; Christianus quid de se sentit, si vel centesimis non honorat? Fratres, ne quis me hoc dicere existimet declamantis studio, nō dolentis affectu. Doleo, certe doleo, quando lego Christi cunabula Magos rigasse auro; & video altare corporis Christi Christianos vacuum reliquisse: & in tēpore hoc præsertim, quando se pauperum fames vastat; quando se fundit turba lamentabilis captiuorum. Nō habeo, nemo dicat, quando Deus ex eo, quod habes, non ex eo, quod non habes, quærat: quando duo æra viduæ in acceptum dignanter ascribit. Deuotus sumus creatori, vt nobis deuota sit creatura. Proximorum nostrorum sustentemur angustias, vt à nostris liberemur angustias. Repleamus altare Dei, vt nostra horrea repleat fructuum plenitudo. Certè, si non damus; quia non accipimus non queramus. Ipse autem Deus noster donet vobis tam præsentia, quàm futura bona, per dominum nostrum Iesum Christum: cui est omnis honor, & perpetua gloria, vnâ cū spiritu sancto, nunc, & semper, & per omnia secula seculorum, Amen.

* forte, retundere.

fideliū vniversalis se Ecclesiæ filios rectissime fateantur. Nam & electus quilibet quando ad fidem imbuitur, filius est. Quando alius imbuitur, mater. An non materno erga paruulos agebat affectu, qui ait, Filioli mei, quos iterum parturio, donec formeretur Christus in vobis? Portam ciuitatis, qua defunctus efferebatur, puto aliquem de sensibus esse corporeis. Qui enim seminat inter fratres discordias, qui iniquitatem in excelsum loquitur, per oris portam extrahitur mortuus. Qui viderit mulierē ad concupiscēdam eam, per oculorum portam suæ mortis indicia profert. Qui fabulis otiosis, obscœnisve carminibus, vel detractionibus aurem libenter aperit, hanc animæ suæ portam mortis efficit, cæterōsque, qui non seruat sensus, mortis sibi ipse reddit aditus. Obsecro, domine Iesu, cunctas meæ ciuitatis portas iustitiæ facias, vt ingressus in eas confitear nomini tuo, tuæque maiestati, cum ministris cælestibus eam crebrius inuisenti; non fecer elati cadaueris occurrat, sed occuper salus murōs illius, & portas eius laudatio. *Et hæc vidua erat, &c.* Viduam esse ecclesiā, omnis anima, quæ sponsi, dominique sui se morte redemptam meminit, agnoscit. Diuino autem nutu multa dominū turba, multa viduam comitabatur, vt, viso tātō miraculo, multi testes, multi Dei fierent laudatores. *Quam cū vidisset dominus, misericordia motus, &c.* Desiste, inquit, quasi mortuum flere, quem mox viuum resurgere videbis. Vbi mystice Nouati dogma confunditur, qui de sua munditia superbe gloriatus, humilem penitentium mundationem, euacuare conatur, veramque matrem Ecclesiā, de natorum suorum spiritali extinctione plorantem spe vitæ redondæ negat consolari debere. Et pulchre Euangelista dominum prius misericordia motum esse super matrem, ac sic filium suscitare testatur, vt in vno nobis exemplum imitandæ pietatis ostenderet, in altero fidem mirandæ potestatis adstrueret. *Et accessit, & tetigit loculum, &c.* Loculus, in quo mortuus effertur, male secuta desperati peccatoris conscientia est. Qui verò sepeliendum portant, vel immunda desideria, quæ hominem rapiunt in interitum, vel lenocinia blandientium sunt venenata sociorum, quæ peccata nimirum dum fauoribus tollunt, accumulānt, peccantēsq; contemptu quasi aggerē terræ obruunt. De quibus alibi dicitur, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Mortuos quippe mortui sepeliunt, cum peccatores quique sui similes alios nocuo fauore demulcent; congestaque pessimæ adulationis mole, ne qua aliquando spe resurgendi potiantur opprimunt. Domino ergo loculum tangente, funderis baiuli steterunt, quia superni formidine iudicij ad tacta conscientia, & carnalium sæpe affluentiam voluptatum, & iniuste laudatium turbam coercens ad se ipsam reuertitur, vocantique ad vitam festina responder saluatori. Vnde recte sequitur, *Et ait, Adolefcens, tibi dico, surge, &c.* Residet quippe, qui erat mortuus, cum interna compunctione reuiuiscit peccator. Incipit loqui, cum redducis indicia vitæ cunctis, qui peccatum luxerant, ostendit. Redditur matri, cum per sacerdotalis decreta iudicij communioni sociatur ecclesiæ. *Accepit autem omnes timor, &c.* Quanto desperata anima mors ad vitam reuocatur, tanto plures eodem corriguntur exemplo. Vide David Prophetam, vide Apostolum Petrum. Quorum

* Ecce, per supplicantes Ecclesiæ.

Matt. 2.

BEDAE VENERABILIS

presbyteri eiusdem Euang. expositio.

Et factum est deinceps, ibat in ciuitatem, quæ vocabatur Naim. Naim ciuitas est Galilææ in secundo miliario Tabor montis contra meridiem iuxta Aendor, qui est vicus grandis in quarto miliario eiusdem montis ad meridiem. *Et ibant cum illo discipuli eius, &c.* Defunctus hic, qui extra portam ciuitatis multis est intuentibus elatus, significat hominem letali criminum funere sporatum, eandemque insuper animæ mortem non cordis adhuc cubili tegētem, sed ad multorum notitiam per locutionis, operisve indicium, quasi per suæ ciuitatis ostia propalantem. Qui bene filius vnicus matri suæ fuisse perhibetur, quia licet è multis collecta personis vna sit perfecta, & immaculata virgo mater Ecclesiā, singuli quique tamen

quorum

vide Sacerdotalem ab-
solutionem à
peccatis.

probare in verbis ipsius, quibus dixit dominus discipulis Ioannis: Ite, dicite Ioanni: Mortui resurgunt. Tantum trium mortuorum resuscitatio, specialiter in Euangelio commemoratur. Filia, scilicet Archifynagogi, quam suscitauit dominus adhuc iacentem in lecto, & istius iuuenis quem resuscitauit extra ciuitatem, & Lazari quatuoriduanus, qui tres mortui propter mysterium introducuntur in euangelio. Significant nanque tria genera hominum peccatorum, qui mortui sunt in anima, quæ anima, quæ peccauerit ipsa moritur. Filia archifynagogi quæ necdum erat elata, sed in domo iacebat mortua, signat animam peccatricem, quæ in domo, hoc est, in cordis hospitio cogitat malum & delectatur, sed tamen adhuc non patefecit aliis illud peccatum, nec per verbum, nec per opus. Hos tales resuscitat dominus, si egerint penitentiam, sicut resuscitauit filiam Archifynagogi, Filius mulieris viduæ, qui extra portam ciuitatis, multis videntibus est elatus, signat hominem peccatorem, qui peccatum, quod cogitauit in corde, perfecit opere. Lazarus, qui quatuoriduanus iacebat in monumento, signat hominem peccatorem, qui non solum in cogitatione, & opere peccauit, verum etiam peccatum in malam consuetudinem tenuit. Et hos tales resuscitat dominus, si fuerint sorores, id est, piæ cogitationes, quæ talibus subueniant. Sed videamus qualiter resuscitauit dominus hos tres mortuos. Filiam Archifynagogi cum paucis resuscitauit, assumptis secum Petro scilicet, & Ioanne, & Iacobo, necnon patre, & matre puellæ, paucis etiam vsus est verbis in suscitacione eius, dicens: Puella surge, vt demonstraret, quia qui occultè, & leuiter peccat, occulta, & leui penitentia indiget. In resurrectione iuuenis, quia erat ad ductus extra portam ciuitatis, audiuit preces plorantis matris, audiuit & preces multorum rogantium pro resurrectione eius, tetigit loculum, pluribus verbis vsus est quàm in resurrectione puellæ, dicens: Adolefcens, tibi dico, surge. In publico eum resuscitauit, vt demonstraret, quia qui publicè peccant, & peccatum suum ad notitiam aliorum perducunt, publicè debent penitere, vt ecclesiam, quam contristauerunt peccando, lætificent satisfaciendo, & penitendo. Iam resuscitans Lazarum, clamauit voce magna: Lazare, veni foras, & ante quàm hoc clamaret, lachrymatus est coram Iudæis, turbauit semetipsum, vt demonstraret, quia, qui in consuetudine peccandi manet, difficile surgit ad veniam. Debet nanque talis lachrymas fundere, debet semetipsum turbare, & dicere: Hoc, & hoc feci, & pepercit mihi dominus illud, & illud perpetravi, & pepercit mihi Deus: quid faciam, miser, in die mortis meæ? quid faciam in die iudicij, quum tradar diabolo ad puniendum? Quum taliter agit Christus, in illo gemit, quid dixit dominus? Lazare, veni foras, hoc est, vnicuique peccatori dicere: Confitere peccatum tuum. Tunc etiam peccator egreditur, cum incipit confiteri secundum quod nequiter gessit. Sorores, quæ dominum interpellant pro fratre, piæ cogitationes sunt. Lazarus de monumento egrediens, adhuc ligatus erat, de quo præcepit dominus discipulis suis, dicens: Soluite eum, & finite abire. Hoc quotidie fit in ecclesia, quotidie debet peccator expelli ab ecclesia, vt ecclesiam, quam contristauit suo prauo opere, lætificet di-

gna penitentia. Et post peractam penitentiam per ministerium sacerdotum societur sanctæ ecclesie, sicut dominus præcepit dicens: Soluite eum, quod & alibi dicit: Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis. Quartus mortuus non est à Deo resuscitatus, quia defuerunt, qui pro illo rogarent. Tamen vnus ex discipulis eius dicit ei: Domine, dimitte me ire, & sepelire patrem meum. Ait illi dominus: Sine mortuos sepelire mortuos suos. Tu autem vade, & annuncia regnum Dei. Mortui ergo mortuos sepe liunt, quando vnus peccator alium peccatorem nociuo fauore demulcet. Per illum quartum mortuum designatur peccator, qui in ipsa consuetudine peccandi moriuntur. Talibus congruit illud Ioannis apostoli. Est peccatum ad mortem, pro quo dico, vt non quis roget, vt, qui non habuit vsque ad mortem terminum peccandi, non habeat post mortem terminum in pœnis inferni.

ERICI IN SVPERIVS
Euang. Hom.

Sermo euangelicus, qui præcedit, narrat quali-
ster Dominus centurionis puerum obtentu
magnæ eius fidei sanauerit, & quomodo ipse
centurionis, immò in eo gèrium extulerit fidem.
Illo igitur digesto miraculo, sequitur euangelista,
quia post hac ibat in ciuitatem, quæ vocatur Naim. De
miraculo proferatur ad miraculum, & quodam
profectu virtutis, de sanatione paralytici venit
ad resuscitationem defuncti. Beato namque Hie-
ronymo dicente didicimus, quia Naim ciuitas est
Galilææ prouintia: Iudæorum, duobus miliari-
bus distans à monte Thabor, in quo monte Do-
minus docuit octo beatitudines, & omnia pe-
nè mandata noui testamenti. Interpretatur verò
Naim fluctus, vel commotio. Cuius portæ ap-
propinquans Dominus, obuium habuit corpus
defuncti, quod tumulandum extra ciuitatem effe-
rebatur. In hac ciuitate ferunt chronographi esse
ecclesiam, quæ quondam fuerat domus viduæ,
cuius Dominus hic legitur filium suscitasse. Ibat
ergo Dominus virtutis euentui copiam præbitu-
rus, ibant cum illo discipuli, illi videlicet fidissimi
comites itinerum, comparticipes laborum, cuius
præsentia pascebantur, prædicatione instruebantur,
miraculis firmabantur. Cum autem appropinqua-
ret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus
matris suæ, &c. Non simplex hanc mulierem dolo-
ris anxietas stimulabat. Vidua erat, filij solatio
destituta fuerat, cuius vtunque mortem, leuius
tolerasset, si non vnicus fuisset, si alter, qui paren-
tis dolorem leniret, superfuisset. Verum hinc iam
beata erat, quòd Christi pietate mox eum recep-
tura erat, quem fortis humanæ inclementia ami-
serat. Nec illud sine diuina prouidentia gestum
est, vt & cum Domino, & cum hac muliere multa
turba esset, quòd ge rendi miraculi multi fierent
testes, multi etiam diuinæ potentia laudatores.
Quare autem multa turba ierit cum Domino,
Ioannes euangelista manifestat, cum dicit: Quia
videbant signa, quæ faciebat. Quia enim Domi-
nus quocunque ibat, miracula faciebat: id est,
euangelium prædicando, verba salutis annuncia-
bat: idcirco ibant cum eo discipuli eius, adharen-
tes ei, ibat & turba copiosa. Hæc autem virtus à
saluatore

Enc. 7.

Vide in locis
Hebraicis.
Matt. 5. 6. 7.

Ioan. 6.

saluatore mirabiliter patrata, iuxta historiã aper-
tissima est. Cæterum spiritualiter intellecta, non
modicam ædificationem audientium mentibus
subministrat. Defunctus enim iste iuxta spiritua-
lem, vel moralem intelligentiam, qui extra por-
tam suæ ciuitatis multis inuentibus, est porta-
tus, significat hominem peccatis mortuum, & le-
tifero criminum funere soporatum. Qui cum in
anima mortuus existat, ipsam tamen animæ suæ
mortem non iam occultis cogitationum latebris
contegit, sed sciat per ostia ciuitatis, ita per indi-
cium prauæ collocutionis, vel malæ operationis
suam pessimam vitã malo exemplo ad multorum
notitiam perducit: nec iam peccata sua erubescendo
abscondit, sed audacior in malum factus,
ea imitanda aliis proponit. De talibus propheta
dicit: Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt,
nec absconderunt. Et rursum ad peccatricem
animam; Fronus (inquit) meretricis facta est tibi,
noluisti erubescere. Per portam verò ciuitatis,
qua defunctus efferebatur, vnus de quinque sen-
sibus intelligitur corporis. Quinque enim sunt
notissimi corporis sensus, locis sibi convenientibus
à natura compositi, videlicet visus, auditus,
gustus, odoratus, & tactus. Cuiusque enim vnus-
cuiusque animæ corpus est eis, in quo tanquam
in ciuitate clausa inhabitat. Per huius ciuitatis
portas mortuus effertur, cum quis per aliquem
corporis sensum malæ voluntatis indicium ostendens
mortuū se esse in anima declarat. Qui enim
(verbi gratia) mulierem ad concupiscendum viderit,
qui sublimes oculos, & in fines terræ por-
rectos habuerit, iste per oculorum suorum por-
tas signa suæ mortis emittit. Dum quilibet auris
suam aperit clausa in oculos, & ad cantica turpia,
vel luxuriosa, siue ad suscipienda detractionis ver-
ba, hic talis aurem suam efficit portam mortis
animæ suæ. Qui odoribus meretricis, & petegri-
nariis pellicula illectus, post odorem vnguentorum
Dei currere negligit, hic per narium ianuam
extrahitur mortuus. Qui verò os ad proferendas
in Deum blasphemias, & disseminandas inter fra-
tres discordias aperit, cuius os loquitur vanitatem,
qui non solum ociosis, sed & nociuis sermonibus
linguam accomodat, nil aliud iste nisi mortem
suæ animæ foris per oris elatus ostium prodit.
Hinc & propheta quòd hi nostræ ciuitatis ad-
itus incautè pateant, deslet, dicens: Intrauit mors
per fenestras nostras, ingressa est domus nostras.
Rursumque propheta; Oculus, inquit, meus de-
prædatus est animam meam. Quemadmodum
enim si hostis per fenestras intra urbem iacula
intorqueat, intus clausos fauciat, & occidit: ita
malignus spiritus cum per aliquem de quinque
sensibus telum tentationis in mentem adegerit,
mox animã à suo statu deiicit, & pestifera inter-
necione perimit. Qui animæ penetralia irrumpe-
re querens, figuris se accommodat, permiscet se-
sonis, odoribus se ingerit, inserit saporibus, sic-
que dum minùs vigilanter cauetur, morti (quæ
secus delectationem posita est) aditum pandit.
Proinde diuina prouidentia à nobis est humili-
ter imploranda, vt cunctas nostræ ciuitatis portas
custodiat, quas ne sæuiens inimicus obfideat, ipse
eas cõtra machinas illius misericorditer claudat,
& in portis nostris laudem suam iugiter annun-
ciari permittat. Non autem transeuntur est intu-
endum, quòd iuuenis hic defunctus, filius vnicus

Esai. 3.

Hier. 3.

Hier. 9.

Thren. 3.

matris viduæ fuisse perhibetur. Licet enim Eccle-
sia, quæ est mater cunctorum credetium, ex mul-
tis sit collecta personis, rectissime tamen singuli
quique fidelium, qui fidei Christianæ caractere
attuluntur, filij sunt vnus matris, Ecclesie (di-
co) catholice. Quibus licet ætates diuersæ diuer-
sique sint sexus, vnus tamen in Christo gratia
regenerationis efficiuntur, cum fiunt per adop-
tionem fratres vnici filij. Sed & vnusquisque fidelis
cum rudimentis imbuitur fidei, filius est: cum ve-
rò alios educat, mater. Sic Paulus Apostolus ma-
terno affectu Gallatis loquebatur; Filioli mei,
quos iterum parturio, donec formetur Christus
in vobis. Quam cum vidisset Dominus, misericordia mo-
tus super eam, dixit; Noli flere. Quia duæ erant in Chri-
sto substantiæ, Dei videlicet & hominis: idcirco
pulchrè euangelista primò Dominum tanquam
verum hominem, misericordia motum fuisse de-
monstrat, ac deinde tanquam verum Deum com-
memorat mortuum suscitasse: vt & in compas-
sione qua viduæ miserus est, exemplum nobis
imitandæ pietatis tribueret, & in effectu miracu-
li, potentiam diuinitatè; illius, qua etiam mor-
tuum suscitauit, admirandam prædicandamque
proponeret. Noli, inquit, flere. Tanquam diceret:
Noli velut mortuum flere, quem protinus vide-
bis à morte resurgere. Et accessit & tetigit loculum,
hoc est, feretrum in quo mortuus ferebatur, quod
à ferendo nomen accepit. Tactu loculi, in quo
exanimis gestabatur, euidentis suæ dignationis de-
dit indicium. Et quidem cum posset solo verbo
eum vitæ restituere, maluit primò feretrum tan-
gere, vt per hoc & signum clementiæ suæ daret,
& matris viduæ deiectionem mœrore animum eri-
geret. Hi autem qui portabant, steterunt, virtutis effe-
ctum mirabilem sustinentes. Cum vidissent enim
Dominum appropinquantem, qui mortuum fe-
rebant steterunt, cupientes misericordiam illius
in resurrectione mortui cernere. Sed hæc cum ad
literam per se satis emineat, superest vt quid my-
sterij contineant, indagemus. Neque enim à sa-
cramento persona huius viduæ potest esse ociosa,
quæ & grauitatis honestæ, & continentia meri-
to, nec non & exequiarum frequentia commen-
data, resuscitationem vnici filij à Domino meruit
obtinere. Significat vtique sanctam Ecclesiam,
matrem omnium rectè credentium, quæ verbo
Dei facta, spirituales illi quotidie filios per lau-
acrum diuini fontis parere non desinit. Bene verò
vidua hæc mulier fuisse dicitur. Vidua quasi à vi-
ro diuisa dicitur: quia iduare Græci dicunt diui-
dere. Et sancta mater nostra vidua est, quia virum
suum Christum in carne præsentem non vider.
Postquam enim Christus vir illius, qui & redem-
ptor eius est, per assumptionem humanitatis abiit
in cælum, sancta Ecclesia tanquam vidua reman-
sit in terris. Vnde Salomon quoque in persona
mulieris adulteræ, hoc est, hæreticorum Ecclesie,
de Christi absentia sibi blandientis, dicit; Non
est vir in domo sua, abiit viam longinquam, sac-
culum pecuniæ secum tulit, in die plenæ lunæ
reuerfus est domum suam, Cuius sententiæ ta-
lis est sensus; Non est vir in domo sua, hoc est, per
humanitatem non est iam Christus in Ecclesia.
Abiit viam longinquam, quia surgens à mortuis,
cælorum sublimia, longè ab hac luce, & habita-
tione vasti aeris interiecta distantia, penetravit.
Sacculum pecuniæ secum tulit, hoc est, carnem
suam

Gal. 4.

Iduare lin-
gua Hebre-
orum, est
diuidere.

Prover. 7.

suam thesauro diuinitatis super caelos exaltatam; in patris dextera collocauit. In die plena luna reuersurus est domum suam, id est, impleto numero electorum in Ecclesia; in fine mundi rediturus est ad iudiciu, vt assumat sibi sponsam suam Ecclesiam. Per loculum vero, in quo defuncti cadaver baiulabatur, conscientiam hominis peccatoris accipimus, in qua iam desperando sopitus male quiescebat. Baiuli autem, qui exanimem in feretro, hoc est, supremo funeris instrumento ad sepeliendum ferebant, vel immunda desideria, quae hominem ad interitum pertrahunt, accipiuntur, vel colloquia mala sociorum male decipientium. Qui, dum blandis lenociis animam in securitatem mittit & male agētibz fauent, ac per hoc ad peiora promptiores efficiūt, quodammodo eos superiecta humo operiunt, & ne respirare valeant factio desuper telluris aggestu obrunt. De talibus Dominus dicit; *Sine mortuos sepelire mortuos suos. Mortui nāque mortuos sepeliunt, dum peccatores peccatoribus adulantur. Domino ergo loculum funeris tangente, baiuli subsistunt; quia dum Dominus cor hominis peccatoris per internam inspirationem compungit, carnalia, & immunda desideria, atque mala colloquia decipientiu sociorum continuū conqueiscunt, sicque in semetipso reuersi, Dominum ad vitam vocatē audiunt, vocantique dignis conuersionis suae operibus respondent. Qui dam magistorum per loculum, lignum primariae prauearicationis intelligunt, in quo omnes sub conditione reatus illius mortui portabamur à quatuor vectoribus, qui materialia quatuor significant elementa. Quasi his quatuor vectoribus ad interitum raptabamur, cum vel cupiditatu noxio feruore exestuaremus, vel frigidus luxuria humor inundaret, vel pigra habitudo corporis vigorem obrunderet animorum, seu cum concreta noster spiritus labe, & vacuum verax lucis aleret mentem. Verum Domino loculum tangente, acerbi huius funeris portitores gradum continuerunt: quia Domino mortalia tangente, & in similitudine carnis peccati apparente, nos, qui iam tumulo proximi eramus, cursu his portitoribus interdicto resurgere meruimus. Tumulus enim noster, mali mores erant: tumulus noster, perfidia erat. Guttur nostrum, sepulchrum erat, iuxta quod Psalmista de reprobis, Sepulchrum, inquit, patens est guttur eorum. Ab hoc sepulchro tactu Christi, & auditu vocis ipsius liberati sumus. Quid enim illi est tangere, nisi miserando subuenire? Quid nobis vocē eius audire, nisi pracepta illius alacriter implere? *Et ait, Adolescens, tibi dico, surge.* Mortuus quidem erat ille, sed quia Domino omnia viuunt mortuo velut viuo loquebatur, dicens; *Tibi dico, surge.* Inter dictum, & factu Domini nulla distantia est: Ipse enim dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Et omnia, quaecūque voluit fecit in caelo, & in terra. Audita ergo voce Domini, resedit, qui erat mortuus, & cepit loqui. Post resurrectionē suam mortuus loqui cepit: vt videlicet per hoc vera resuscitatio illius monstraretur, quatenus non phantasma, sed veritas crederetur. *Et dedit illum matri suae.* Resuscitato mortuo, & perfecte sanitati restituto, dedit illum Dominus matri suae. Spiritualmente vero mortuus fidei, cum per internam compunctionem à morte animae peccator ad vitam resurgit, & post letiferum pec-*

Vide supra Ambrosium in hunc locum.

2. Mc. 9.

Psal. 5.

Psal. 148.

Psal. 134.

cati somnum ad bona opera se erigit. Incipit loqui, cum fidem sanctae Trinitatis confitendo; indicia suae vitae aliis pandit: vel eum verbo exhortationis, atque exemplo suae conuersionis alios ad poenitentiam inuitat. Redditur matri, cum per sacerdotale ministeriu cōmunioni reformatur Ecclesiae. *Accepit autē omnes timor, & magnificabant Deum.* Nouum, & seculis antea inauditū miraculū iuste: magnus intuentium subsecutus est stupor, ita vt in laudes Dei prius ora tacentia repente laxaret. Quo loco morale aliquid datur aduertere: Sic enim resuscitatio istius mortui, quae visibiliter in corpore facta est, prouocauit homines vt exterius admirarentur: ita & resuscitatio spiritalis; quae quotidie in animabus fidelium fit, admonet nos, vt & interius à morte animae resurgere studeamus. Quanto enim periculosior ac desperatior est mors animae ad vitam redeuntis, tanto plures illius corriguntur exemplo, & ad vitam reuocantur. De gradu enim sublimiore deterius labitur: quo vero lapsus fuerit grauior, hoc fit subleuantis clementia gratior: sicque dum is, qui deterius ruerat erigitur, pluribus inde spes salutis generatur. Consideremus namque beatum Dauid, & Petru, quorum alter cum esset rex, & Propheta, in tantam perditionis descendit foueam, vt adulterium simul & homicidium perpetraret: alter de gradu apostolici culminis, ad praecipitium actus est trinae negationis. Qui dum poenitentes à morte animae citò surrexerunt, multi poenitentes salutem meruerunt. Qui quo maioris honoris & altioris gradus fuerunt, eo periculosius ceciderunt: & quo grauior fuit casus illorum, eo pietas domini etigentis gratior in eis emicuit. Quo vero amplior domini pietas in eis apparuit, eo firmior spes salutis cunctis ad poenitentiam venientibus creuit. *Quia propheta magnus surrexit in nobis.* Simples turbæ, ignorantes legem, & prophetas, aduentum filij Dei Iudaeis repromittentes, cum viderent Deum & hominem inter homines corporaliter conuersantem, & ex virtute diuinæ potentiae mirabilia opera facientem, putabant eum vnum esse ex prophetis, qui in populo Israël: inco mirabilia facere soliti erant: & idē errore decepti, clamabant dicentes; *Quia propheta magnus surrexit in nobis.* Magnam prophetam, non autem Deum, aut Dei filium appellabant, quia adhuc nubilo ignorantiae caecati erant, ac propterea in praecedentibus signanter tales turbarum sunt vocabulo nuncupati. Turbæ enim erant, quia necdum cum Apostolis diuinitatis ipsius intima penetrauerat. Sed quamuis cum quadam animi deuotione errarent ista turbæ, non in toto tamen errabant. In hoc enim errabāt, quod eum purum hominem tantum esse putabāt: in hoc autem nequaquam errabant, quod eum prophetam esse dicebant. Ipse enim verus erat propheta, quia quae ventura erant, verissima assertionē praedicabat. Nam & ipse dominus prophetam se testatur esse, cum dicit; *Non capit prophetam perire extra Hierusalem.* Et alibi; *Non est, inquit, propheta sine honore, nisi in patria sua.* Propheta ergo erat, cum dominus esset prophetarum; sicut rex regum, & dominus dominantium. Addunt etiam; *Quia deus visitauit plebem suam.* Per istum videlicet, qui talia miracula operatur, visitauit Deus pater plebem suam; mittendo verbum suum incarnatum in mundum, quod pia subuentione illum

2. Reg. 11.

Mat. 26.

Luc. 13.

Mat. 13.

illam redimeret, & à longa infirmitate, immodè à morte, qua diutius torpebat, liberaret. Nec solum tūc plebem suam visitauit, sed etiam quotidie fideles suos visitat per euangelium suum, per dicta prophetarum, atque exempla praecedentium patrum. Visitat etiam dominus plebem suam, cum vniciuique electorum per administrationem sancti spiritus, vel terrorem aeterni supplicij vel dulcedinem caelestis patriae intrinsecus demonstrat, & quemadmodum à morte animae resurgere valeat, occultā inspiratione edocet. Sicut aliter. Visitat quotidie plebem suam, eam quae praesentis, & praeterordinauit conformem fieri imagini filij sui, cum per internam verbi sui inspirationem, ad amorem inuisibilem excitat, eorumque mētibus ingerit, quanta sint, quae eis in caelo promissa sunt gaudia: Incolumitas sine debilitate, salus sine dolore, vita sine morte, facilitas sine impedimento, securitas sine fastidio: vbi electorum omnium societas sancta, solennitas certa, requies secura, pax vera, vita perpetua. Agamus ergo gratias domino Deo patri creatori nostro, qui prioribus nostris patribus merito suae iniquitatis in fidelitate relictis, nouissimis huius seculi temporibus super nos misericordiam suam confirmauit, mittendo filiu suum dominum nostrum ad redimendum genus humanum. Agamus etiam gratias filio eius domino nostro Iesu Christo, qui per assumptam humanitatem ad nos venire dignatus est, & praecipis mandatorum suorum obtemperantibus, caelestē beatitudinem repromittere. Ad quam vt peruenire quandoque, & cum ipso feliciter viuere mereamur, adiuet ipse, qui & praesentia suae incarnationis nos visitauit, & sanguine suae passionis misericorditer redemit. Interea collatis quatuor euangelistarum narrationibus, tres mortuos inuenimus à domino suscitatos, quauis plures eum resuscitasse dubium non sit, licet scriptum non legatur. Multi ergo sine dubio sunt corporaliter à domino suscitati, dicit beatus Augustinus, sed nō frustra tres commemorati, filia scilicet archisynagogi adhuc intra domū mortua iacens, & iuuenis iste extra portam ciuitatis elatus, & Lazarus quattuoriduanus iam foetens. Qui tres mortui significant tria genera hominum peccatorum, quos hodieque in sancta Ecclesia à morte animae suscitatur Christus. Sed videamus, quae sint ista tria genera mortuorum: Sunt namque nonnulli, qui malae cogitationi consentiunt, & peccatum quidem intus in corde habent, in facto tamen nondum ostendunt. Sed vt saluator peccatores huiusmodi in se viuificari posse significaret, suscitauit archisynagogi filiam adhuc intra domum iacentem, quasi nequitiam delicti in secreto cordis latentem. Alij peruersae cogitationi inhaerentes, post consensum peccati labuntur in factum, tanquam extra ferentes mortuum, vt quod latebat in secreto, iam appareat in publico. Sed ne isti quoque, si poeniteat, sint desperandi, quod in anima à domino non possint viuificari, dominus iuuenem extra portam ciuitatis delatum suscitauit, & matri reddidit: quia animam à peccato resurgere faciens, vnitati sanctae Ecclesiae restituit. Quidam vero non solum cogitando vel faciendo illicita peccant, sed ipsa etiam consuetudine peccandi se quasi sepeliendo obrunt. Sed vt etiam talibus spes veniae non deesset, si tamen ad sint cogitationes sollicitae, quae super eorum sa-

lute Christo inuigilent tanquam deuotae sorores, suscitauit Lazarum quatuor iam dies in monumento habentem. Simul etiam vt ostenderet dominus leuiora peccata, quae in corde & cogitatione sunt, leuioris poenitentiae remedio posse curari, puellam in conclauis iacentem, breui ac facillima iussione euocat, dicens: *Puella surge: quam & propter facilitatem resurgendi, iam mortuam fuisse negauerat.* Vt autem demonstraret grauiora peccata, quae absque verecundia aliis imitanda proponuntur, vel quibus longa consuetudine peccator ne resurgere valeat deprimitur, ampliori remedio poenitentiae indigere, elato foras iuueni, pluribus verbis vt resurgere valeat, dicit; *Adolescens, tibi dico, surge.* Lazarum vero resuscitaturus, claustra monumenti reuelli praecipit, fremuit spiritu, rursus fremuit, lachrymatu est, ac voce magna clamauit; *Lazare, veni foras.* Quartus vero mortuus domino à discipulis nunciatur, sed huic non resuscitauit, quia defuerunt viui, qui pro eius vita dominum precarentur. Quis mortuus eos significat, de quibus Ioannes ait; *Est peccatum ad mortem: non pro illo dico, vt roget quis. Peccatum enim ad mortem, est, in peccato usque ad mortem perseverare.* Quicumque ergo in aliqua ex supra dictis tribus mortibus animae, sese iacere cognouerit, poeniteat necesse est factorum: & fidelium preces sibi coniungens, diuinam iugiter precetur clemētiam, vt celeriter ad vitam resurgere mereatur aeternam, praestante domino nostro Iesu Christo.

Luc. 8.

Ioan. 11.

Mat. 8.

1. Ioan. 2.

THEOPHYLACTI EPI-
scopi Bulgar. superioris Euang.
expositio.

Et factum est, deinceps ibat in ciuitatem quae vocatur Nain, &c. Postquam Centurionis seruum etiā absens sanauit, aliud rariis facit miraculum; vt ne quis dicat; *Et quid noui in hoc seruo conrigit.* Fortassis alioqui non fuisset mortuus, propterea mortuum illum, qui esse rebatur, suscitatur. Non solum autem verbo facit miraculū, sed & loculum tangit: vt discamus, quod corpus eius corpus viuificum sit. Quonia enim caro eius facta est propria verbi omnia viuificantis; propterea viuifica & ipsa, tollitque mortem, & corruptionem. Porro *resedit mortuus, & cepit loqui;* vt ne apparenter tantum quibusdam suscitatus videatur. Nam vera resurrectionis signum fuit, residere, & loqui. Inanimatum enim corpus neque residere, neque loqui potest. Vidua autem intelligas & animatum, quae virum suum, verbum Dei, qui bonum seminat semen, misit: filius vero eius, mētē; mortua est, & effertur extra supernam ciuitatem Hierusalem, regio enim viuentium illa est. Proinde dominus misericordia motus tangit loculum: locus mētis est corpus. Sepulchrum enim, & locus corpus est. vnde & Graeci corpus *σῶμα* vocant, quasi *σῶμα*, hoc est sepulchrum. Tracto autem corpore, dominus suscitatur mentem iuuenem, & fortem illam faciens, quae residet, & vt suscitata fuerit à sepulchro peccati, incipit loqui, hoc est, docere alios. Quandiu enim in peccato detinetur, non audeat docere, & loqui. quis enim ei crederet?

Caro Christi viuificat.

No intelligat hinc Platonico more corpus non esse homini partē aut animā ex vrisse, sed ad id inhabitandū esse delapsū, sed animam esse in finis partibus corpore potorem.

INCERTI CIVIS DAM
sub nomine Eusebii Emisseni eius-
dem Evangelij expositio.

Hæc enim vidua, quam multa turba sequitur, sancta ecclesia est, de qua dicitur, Viduam eius benedicens benedicam. Vidua quidem est, non quod virum non habeat, sed quia videre eum non potest, quem adhuc post multa tempora veterum expectat. Dicitur enim vidua, quasi à viro diuisa. Idipsum autem & per viduam mulierem, & per hanc ciuitatem figuratur. Huic autem ciuitati dominus appropinquat, qui quotidie ecclesiam suam visitare non cessat. De hac ciuitate toties defunctus effertur, quoties aliquis in peccato mortuus ab ea separatur, quem tamen pia mater lachrymis prosequitur, quia nec fugientis filij ecclesia obliuiscitur. Luget enim (vt Apostolus ait) quotidie de omnibus illis, qui peccauerunt, & penitentiam non egerunt de peccatis suis. *Qua cum vidisset dominus, misericordia motus super illam, &c.* Mœrentium consolator Deus, illorum maxime lachrymas intuetur, qui illorum desunt peccata. Tangit loculum, sistit portitores, & mortuum suscitatur, dum suæ visitationis tactu ad penitentiam hominem reducit. Mali isti portitores, qui ad sepeliendum hominem ferunt; boni illi, qui à sepulchris ad vitam hominem reducunt. Isti enim portitores, vitia & maligni spiritus, hæretici, & seductores intelliguntur. Hos enim nisi dominus susteret, quoscunque semel acciperent, sepultura & æternæ damnationi traderent. Suscitatur igitur adolescens, sedet, loquitur, & matri redditur, quia ad penitentiam conuersus, iam non ad flagitia, & mortem ruit, sed in ecclesie pace quiescit. Dei magnalia loquitur, sua peccata confitetur, & Deo, & Ecclesie per omnia reconciliatur. Non autem vacat à mysterio, quod, cum plures mortuos dominus suscitauerit, tres tantum euangeliste eum suscitasse scripserunt. Suscitauit enim filiam Archisynagogi adhuc intra domum manentem, & in abditi penetralibus iacentem. Suscitauit autem & hunc viduæ mulieris filium, iam quidem extra ciuitatis portas elatum, sed nondum humatum. Suscitauit præterea Lazarum non solum sepultum, verum etiam foetentem quadriduanum. Isti ergo tres mortui, tria mortis genera significat. Moritur enim homo cogitatione, moritur operatione, & moritur peccandi consuetudine. Sed hæc tertia mors illis alijs duabus peior est, sicut & secunda valde prima deterior est. Peccat enim mala cogitando, sed plus peccat malè operando, & eo amplius in peccato perseverando. Qui enim cogitando illicita, & nefaria concu-

piscit, mortuus est, sed adhuc in domo manens, & peccatum interius celans, nondum ad sepulchrum effertur. Et iste quidem facile suscitatur, si eum visitauerit, vocauerit, & tetigerit Iesus. Talem enim animam, quia facile excitatur, non penitus mortuam, sed quasi dormientem dominus reputat, dicens, non est mortua puella, sed dormit. Si verò malum, quod intus cogitauit, foris ostendat, & in effectum perducatur, non solum mortuus est, verum etiam extra domum, imò extra ciuitatem elatus, & longè ab Ecclesia factus, iam sepulchro, & perditioni proximus est. Pro hoc igitur necesse est vt ploret, lachrymetur, & oret mater Ecclesia, quatenus ad perditionem ruenti occurrat Iesus, suscitetur eum, ad vitam reducat, portitores sistat, matri reddat, & ecclesie reconciliat. At verò si & cogitatione, & operatione, & longa consuetudine peccandi mortuus est, hic quasi Lazarus quadriduanus iam foetet. Suscitatur tamen & iste, sed non tam facile sicut illi. Quando enim amplius in peccato aliquis perseverat, tanto difficilius ab eo separatur. Hoc autem ex eo ostenditur, quod in morte Lazari lachrymatus est Iesus, & non qualicumque, sed magna voce vocauit eum, dicens, Lazare, veni foras. Qui quasi longis prauæ consuetudinis funibus irretitus, manibus pedibusque ligatis prodiisse refertur.

E V T H Y M I I Z I G A B O N I
superioris Euang. expositio.

Et factum est deinceps, ibat in ciuitatem qua vocatur Nain, &c. Condolebant enim illi, vt quæ non modo virum perdidit, sed nunc quoque filium, & hunc vnigenitum. Et intuitus eam dominus miseratione motus est super illam. Intuitus eam inconsolabiliter flentem. Si enim turba miserebatur, quanto magis qui fons erat misericordie: Et accedens tetigit loculum. Arculam, in qua iacebat mortuus. Qui vero portabant, substituerunt, &c. Quemadmodum ferrum, quod in igne aliquanto tempore permanfit, habet ignis operationes: ita quoque sancta ipsius caro diuinitati vnita, quæ diuinitatis sunt, operabatur. Ideo mans quidem mortuus, ac desertum corpus coniunxit: vox autem recedentem animam reuocauit. *Accepit autem timor vniuersos, &c.* Olim siquidem propheta Elias filium Sarephthanz viduæ suscitauit, sed deplorando erga Deum, ipsumque deprecando. Et propheta Elisæus filium Somanitidis, sed extensus super eum, totus super totum. Hic vero tangens solum, ac iubens, statim excitauit. Propter hoc itaque dicebant; *Propheta magnus*; sed ingrati postmodum ipsum occiderunt.

FERIA

FERIA VI. POST DOMINI-
CAM III. QVADRAGESIMAE.

I O A N . II.

In illo tempore Erat autem quidam languens Lazarus à Bethania de castello Mariæ & Marthæ sororum eius. ^a Maria autem erat quæ vnxit dominum vnguento, & exterfit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabatur. ^b Miserunt ergo sorores eius ad eum, dicentes: domine, ecce quæ amas, infirmatur: Audiens autem Iesus, dixit eis: Infirmitas ^d hæc non est ad mortem, sed pro ^e gloria Dei: vt glorificetur filius Dei per ^f eum. Diligebat autem ^g Iesus ^h Martham, & sororem eius Mariam & Lazarum. Vt ergo audiuit quia infirmabatur, ⁱ tunc quidem mansit in eodem loco ^k duobus diebus. Deinde post hæc dicit discipulis suis: Eamus in ^l Iudæam iterum. Dicunt ei discipuli: Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc? Respondit Iesus: ^m Nonne duodecim horæ sunt diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit: quia ⁿ lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit in ^o nocte, offendit, quia ^p lux non est in eo. Hæc ait: & post hæc dicit eis: Lazarus amicus noster ^q dormit: sed vado, vt à somno ^r excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius, domine, si dormit, ^s saluus erit. Dixerat autem Iesus de morte eius: Illi autem putauerunt, quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo Iesus dixit eis: ^t manifestè, Lazarus mortuus est: & gaudeo propter vos, vt ^v credatis: quoniam non eram ibi. Sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas qui dicitur ^x Didymus, ad condiscipulos: Eamus & nos, & ^y moriamur cum eo. Venit itaque Iesus & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. Erat autem Bethania iuxta Ierosolymam quasi stadiis quindecim. Multi autem ex Iudæis venerat ad Martham & Mariam, vt consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit, quia Iesus venit, ^z occurrit illi: ^a Maria autem domi sedebat. Dixit ergo Martha ad Iesum: domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio, quia quæcunque poposceris à Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Iesus: ^b Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quia resurget in ^c resurrectione in novissimo die. Dicit ^d ei Iesus: Ego sum resurrectio & ^e vita, qui credit in me etiam

Bibl. Hom. tom. 2. Pp 2 si mor

turamodo, *Eccē quem amas, infirmatur.* Quasi dicat, sufficit vt noueris: nō enim amas, & deseris. Chry. Per hoc enim ad miserandum volunt attrahere Christum, adhuc enim ei quasi homini intendebant. Ideo autem nō iuerunt ad Christum sicut Centurio & regulus, sed mittunt: quia vehementer confidebant de Christo, propter multam familiaritatem quam habebant ad eum; & quia à luctu detinebantur. Theo. Et quia mulieres erāt, quas non decet de facili domum exire. Multam autem deuotionem, & fidei magnitudinem exprimit, dicentes: *Eccē quem amas infirmatur, tantam enim potentiam in domino esse credebant, quod mirum videretur qualiter virum sibi dilectum infirmitas potuerit occupare.* Sequitur: *Audiens autem Iesus dixit eis: Infirmitas hac non est ad mortem, quia ipsa mors non erat ad mortem, sed potius ad miraculum, quo facto crederent homines in Christum, & vitarent veram mortem.* vnde sequitur, *Sed pro gloria Dei.* Vbi ex obliquo dominus Deum se dixit contra hæreticos qui dicunt, quod filius Dei non sit Deus. pro gloria ergo cuius Dei, audi quod sequitur, *Vt glori. si. Dei per eam.* Scilicet infirmitatem Chry. Hoc autem, vt, non est causale, sed euentus. Nā euenit quidquid aliunde infirmitas: vsus est autem ea in gloriam Dei. Sequitur: *Diligebat autem Iesus Martham, &c.* August. Ille languens, illæ tristes: omnes dilecti. Habebat ergo spem, quoniam diligebantur ab eo qui est dolentium consolator, languentiumque sanator. Chry. Per hoc etiam erudit nos euangelista, non tritari si qua infirmitas facta fuerit circa bonos viros, & Dei amicos. *Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidem mansit, &c.* Alcu. Dominus nunciata infirmitate Lazari, quousque quadriduanum compleretur, sanare distulit, vt mirabilis suscitaret. vnde dicitur, *Vt ergo audiuit quia infirmabatur, &c.* Chry. Vt scilicet expiraret, & sepeliretur, & dicant: Quoniam fuerit, vt nullus posset dicere, quoniam nondum defunctum eum suscitauit: sed stupor fuit & nō mors. Sequitur: *De post hac die, dis. su. Eamus in Iu. iterum.* Aug. Vbi penē fuerat lapidatus, quia propterea inde discessisse videbatur ne lapidaretur. Discessit enim vt homo. Sed in redeundo quasi oblitus infirmitatem, ostendit potestatem. Chry. Nusquam autem alibi dominus prædixit discipulis quod iturus esset, sed hinc prædixit: quia formidabant vehementer, vt non repente eos conturbet. Nam sequitur: *Dicunt ei discipuli, Rabbi, nunc querebant te Iudæi lapidare: & tu iterum vadis illuc?* formidabant enim & pro eo & pro seipso, nondum enim erant in fide firmati. Aug. Cum autem vellent dare cōsiliū homines Deo, discipuli magistro, corripuit eos. vnde sequitur, *Respondit Iesus: Nōne duodecim, &c.* Vt enim diem seie ostenderet, 12. discipulos elegit. In hoc autem verbo nō ipsum Iudam, sed successorem eius præuidebat. Iuda enim cadente, successit Matthias, & duodenarius numerus mansit. Hora: ergo illustrantur à die, vt per horarum prædicationem credat mūdus in diem. Me ergo sequimini, si non vultis offendere: vnde subdit, *Si quis ambulauerit in die non offendat, &c.* Chry. quasi dicat, Qui sibi nihil conscius est nequitie, nihil patietur veritatis. Qui verò mala agit, patietur. Itaque non oportet formidare, nihil enim dignum morte gestimus. Vel aliter: Si quis lucem huius mundi videt, securus est, multo magis qui mecum est: nisi amo-

uerit se à me. Theo. Quidam verò hunc diem intelligunt tempus præcedens passionem: noctem verò ipsam passionem. Dicit ergo eis, *Dum dies est, id est, dum nondum imminet tempus passionis, nō offendetis.* Non enim vos persequentur Iudæi. Cum autē nox venerit, passionem propriam dico, extunc noctem possidebitis angustiarum. *Hac ait, & post hac dicit eis: Lazarus amicus noster dormit, &c.* Chry. Posita vna cōfortatione discipulorum, hinc alio modo eos cōfortat: ostendens quoniam non Ierosolymam debent ire, sed in Bethaniam. vnde dicitur, *Hac ait, &c.* quasi dicat. Non eo rursus disputaturus contra Iudæos, sed amicū nostrum excitaturus, propter hoc ergo dicit, *Amicus noster*, vt ostendat necessarium suum aduentum. Aug. Quod autem dixit, *dormit*, verum dixit, domino dormiebat: hominibus mortuus erat qui eum suscitare non poterant. Nam dominus tanta facilitate excitabat de sepulchro, quanta tu excitas dormiētem de lecto. Ergo secundum potentiam suam dixit dormientem, sicut & Apostolus dicit: De dormientibus autem nolo vos ignorare: dormientes appellauit, quia resurrecturos prænuuntiauit. Sed quomodo interest in ipsis, qui quotidie dormiunt & exurgūt, quid quique videat in somnis: alij sentiunt læta somnia, alij torquentia: Sic vnusquisque cum causa sua dormit, cum causa sua surgit. Chry. Discipuli autem impedire voluerunt eius aduentum in Iudæam. vnde sequitur, *Dixerunt ergo discipuli eius: Dominus, &c.* Solet enim esse somnus ægrotantium salutis indicium, quasi dicat. Si dormit, non igitur vtile est, quod tu vadas ad excitandum eam. Aug. Quomodo ergo intellexerit discipuli, sic responderunt. vnde sequitur, *Dixerat autem Iesus de morte eius, &c.* Chr. Si verò quis dicat, quomodo nō cognouerūt discipuli mortuū esse ab eo quod dixit, Vado vt excitem illum. stultum enim erat eum ire per tot stadia vt Lazarus à somno excitaret. Itud dicemus, quoniam æstimabāt hoc enigma esse, qualia multa loquebatur. August. Quia ergo obscure dixerat: Dormit, manifestat quod dixerat. vnde sequitur, *Tunc ergo Iesus dixit eis, &c.* Chry. Non autem hinc adiecit, Vado vt resuscitem eum: non enim volebat verbis prædicare quod per opera debebat certificare, vanam gloriam vbi que nos fugere docens, & quod non oportet simpliciter promittere. Sequitur: *Et gaudeo propter vos, &c.* Aug. Eger enim non mortuus fuerat nunciatus, sed quid lateret eum qui creauerat, ad cuius manus anima morientis exierat. Ait ergo: *Gaudeo propter vos, &c.* vt iam inciperent admirari, quia dominus poterat dicere mortuum quod nec videbat, nec audierat. Vbi meminisse debemus, quod adhuc etiam ipsorum discipulorum miraculis ædicabatur fides, non vt esse inciperet, sed vt quæ cœperat, cresceret: quod ergo dicit, *Vt credatur: intelligendum est, vt amplius robusti usque credatis.* Theo. Intellexerunt autem quidam hoc sic: Gaudeo, inquit, pro vobis: nam cum illic non existerim, confert ad maiorem fidem vestram, quoniam si astutissimam ægrotantem curassem, quod esset modicum signum ad meæ virtutis indicium: quia verò me absente superuenit mors, potius in fide vestra corroboramini, cū videbitis me posse etiam defunctum putrescentem resuscitare. Chry. Igitur omnes discipuli quidem timebant Iudæos, super alios verò Thomas: vnde sequitur, *Dixit ergo Tho.*

Tho. qui di. Didymus ad condiscip. Eamus & nos, & mori eum eo. Infirmior enim erat aliis & infidelior, postea omnibus fortior factus est & irreprehensibilis, qui solus orbem terrarum percurrit, & in medijs plebibus volebatur volens eum interficere. Bed. Vel castigari discipuli superioribus domini verbis, non ausi sunt vltra contradicere. Sed Thomas præ omnibus, socios horratur, vt irer & moreretur cum eo. In quo magna eius videtur esse constantia. Sic enim loquebatur: quasi facere posset, quæ alios hortabatur, immemor suæ fragilitatis sicut & Petrus. *Venit inique Iesus, & inuenit eum quatuor dies, &c.* Alcu. Dominus ad hoc venire distulerat, vt quadriduum impleteretur, vt Lazarus gloriosus resuscitaretur. vnde dicitur: *Venit itaq; Iesus, & inuenit, &c.* Chry. Maserat enim dominus duobus diebus, & ante duos dies venerat nūcius. In qua die Lazarus est defunctus: ipse autem quarta die accessit. Aug. De quatuor autem diebus multa dici possunt. Diuersis enim modis vna res significari potest. Est enim vnus dies mortis, quem homo trahit de mortis propagine. Sed & legem naturalem transgrediuntur homines, ecce alter dies mortis. Lex etiam scripturæ data est diuinitus per Moysen, & ipsa contemnitur: adde tertium diem mortis. Venit euangelium, & ipsum transgrediuntur homines: ecce quartus dies mortis: etiam ad tales excitandos dominus non designatur accedere. Alcu. Aliter: Primum peccatum extitit, cogitatio in corde: secundum, consensus: tertium, factum: quartum, cōsuetudo. Sequitur. *Erat au. Be. iuxta Ierosol. quasi stadijs. i. s. Chry.* Quod erat miliaria duo. Hoc autem indicitur ad ostendendum quod congruum fuit multos Iudæorum à Ierosolymis adesse. vnde subditur: *Multi autem ex Iudæis, &c.* Sed quomodo Iudæi consolabantur dilectas à Christo: cū iam statuisent quod si quis Christum cōstiteret extra synagogam fieret: Sed propter calamitatis necessitatem, aut quasi nobiles has mulieres reuerentes eas consolabantur, aut quia hi aderant qui non mali erant: multi enim ex ipsis credebant. Hoc autem dicebat euangelista, ad ostendendum quod Lazarus verè mortuus erat. Beda. Nondum autem dominus castellum introierat: vnde adhuc extra castellum posito occurrit Martha. vnde sequitur, *Martha er. vt audi. quia le. ve. occur. illi. Maria au. do. se. Chry.* Non autem assumit fororem obuiam Christo vadēs. Vult enim singulariter Christo loqui: & quod factum est ei annuntiare. Cū verò eam in bonā spē duxit, tunc abiit & vocauit Mariā. Theo. Primum itaq; non pandit forori volēs hoc astantes latere, quoniā si percepisset Maria Christum accedere, obuiā iret & comitarentur eā præfentes Iudæi, quibus notum fore aduentum Iesu Martha nolebat. Sequitur: *Dixit au. Mart. ad se. Domine si tu hic frater meus non fuisset mortuus, Chry. Credebat enim in Christum, sed non vt oportebat: nondum enim cognoscebat quoniam Deus erat: & ideo dicebat, si fuisset hic, frater meus non fuisset mortuus.* Theo. Quasi diffidens, quoniam etiam absens si veller, posset prohibere mortem fratris sui. Chry. Nōdum etiam cognoscebat quod propria virtute, hoc faceret, quod apparet ex hoc quod subditur: *Sed & nunc scio, quia quacunque populus à Deo datur, Deus. vt de virtuoso quodam & approbato viro loquens. Aug. Non autem dicit ei, Rogato vt resuscites fratrem meum: vnde enim scie-*

bat si fratri eius resurgere vtile fuerat: hoc tantum dixit, Scio quia potes, si vis facere: vtum facias iudicij tui est, non præsumptionis meæ. Chry. Dominus autem vtraque quæ non cognoscebat eam docuit. vnde sequitur: *Dixit ei le. resur. fr. tuus.* Non dixit petam vt resurgat, sed si diceret, Non indigeo adiutorio, à me ipso omnia facio: valde fuisset graue mulieri, sed hoc dicere, *Resurget*: medium erat. Aug. Ambiguum autem fuit quod dixit, *Resurget*. Non enim ait, *Modò*, & ideo sequitur: *Dicit ei Mar. Scio quia resurget, &c.* De illa resurrectione securam sum: de hac incertam sum. Chry. Audierat autem mulier multa à Christo de resurrectione loquēte: dominus autem manifestius suam ostendit auctoritatem. Nam subditur, *Dixit ei le. Ego sum resur. & vi.* ostendens quoniam non indiget alio adiutorio: si enim alio adiutorio indigeret, qualiter erit resurrectio? Si verò ipse est vita, non loco circumcluditur: sed vbi que existens potest sanare. Alc. Ideo ego sum resurrectio, quia vita. Per quem tunc cum aliis resurget, per eundem potest & modò resurgere. Chry. Illa ergo dicentē, quæcunque petieris, ipse dicit, *Qui cre. in me. etiam si mor. fue. vi.* ostendens quoniam ipse est tributor bonorum, & ab ipso oportet petere: per hoc autem eius intellectum eleuat, nō enim hoc erat solum quod querebatur, vt solum Lazarum suscitaret, sed etiam oportebat eam & qui præfentes erant discere resurrectionem. August. Dicit ergo: *Qui cre. in me. etiam si mor. fue.* in carne, viuet in anima: donec resurget caro nunquam postea moritura. Nam vita animæ, fides est. Sequitur: *Et omnis qui vi. in carne, & cre. in me: etiam si moriatur ad tempus propter mortem carnis, non morietur in aeternum.* Alc. Propter vitam spiritus & immortalitatem resurrectionis. Sciebat autem dominus quem nihil latet, quod hoc credebat: sed confessionem qua saluaretur querit. vnde sequitur: *Credis hoc? An illi: Vtique domine, ego cre. quia tu es Christus filius Dei qui in hunc mundum venisti.* Chry. Videtur mulier non intellexisse mulier quod dictum est: sed quoniam magnum quid erat intellexit, non tamen cognouit quid est: propterea aliud interrogat, aliud respondit. August. Vel aliter: Quoniam hoc credidi quod filius es Dei, credidi quia tu es vita quia & qui credit in te, etiam si moriatur viuet. Et cū hoc dixisset, abiit, &c. Chry. Ex virtute sermonum Christi interim Martha lucrata est luctus dissolutionem: ea enim qua ad magistrum erat deuotio, non permittebat eam sentire præsentiam quæ luctum inducere poterant. vnde sequitur: *Et cū hoc dixisset, abiit, &c.* August. Aduertendum quod suppressam vocem silentium nuncupauit. Nam quomodo siluit, eam subdatur dicens, *Magister, ades, & vocat te.* Chry. Ideo autem occulte fororem vocat, si enim sciuissent Iudæi Christum aduenire, recessissent, & non fuissent testes miraculi. August. Aduertendum etiam quem admodum euangelista non dixerit, vbi, vel quando, vel quomodo Mariam dominus vocauerit, vt hoc in verbis Marthæ potius intelligeretur narrationis breuitate seruata. Theo. Sine etiam ipsam Christi præsentiam uocationem reputauit. Quasi dicat, Inexcusabile est vt eo præsentem non ex eas obuiam ipsi Christo. Omnibus autem assidentibus illa lugens & plangens non expectauit ad se venire magistrum, neque dignitatem seruauit, neque à luctu detenta est, sed surgens confestim obuiavit

in monumento animam terrenis peccatis obruta. Aug. su. Io. Et tamen Lazarum dominus amabat: si enim peccatores non amaret, de caelo ad terras non descenderet. Bene autem de illo qui peccare consueverat, dicitur, *Facet*: incipit enim habere pessimam famam tanquam odorem teterimum. Aug. lib. 83. Q. Recte etiam dicit, *Quatriduanus est*: vltimum enim elementorum terra est, significat enim puteum terrenorum peccatorum, id est cupiditatum carnalium. Aug. su. Io. Fremuit autem dominus, lachrymauit, voce magna clamauit, quia difficile surgit oves moles consuetudinis premit. Turba semetipsum Christus, vt tibi significet quomodo tu turbari debeas, cum tanta mole peccati granaris & premeris. Fides enim hominis sibi displicentis fremere debet in accusatione malorum operum, vt violentia penitentis cedat confuendo peccandi. Quando dicis, illud feci, & pepercit mihi Deus: euangelium audiui, & contempsi. Quid facio? Iam fremuit Christus, quia fides fremuit in voce frementis apparet spes resurgentis. Greg. 21. Mor. Dicitur autem Lazaro: *Veni foras*, vt ab excusatione & occultatione peccati ad accusationem suam ore proprio exire prouocetur: vt qui intra conscientiam suam abscondit iacet per nequitiam, a semetipso foras exeat per confessionem. Aug. lib. 83. quæst. Quod autem Lazarus exiit de monumento, animam significat recedentem a carnalibus vitiis: quod verò in istis obvolutus, hoc est quod etiam a carnalibus recedentes & mente seruientes legi Dei, adhuc tamen in corpore constituti alieni a molestis carnis esse non possumus: quod autem facies eius sudario tecta erat, hoc est quod in hac vita plenam cognitionem habere non possumus: quod autem dicit, *Soluite eum, & finite abire*, hoc est, quod post hanc vitam auferuntur omnia velamina vt facie ad faciem videamus. Aug. su. Io. Vel alit. Quando contemnis, mortuus iaces: quando confiteris, procedis. Quid est enim procedere nisi ab occultis velut exeundo manifestari? Sed vt cõfitearis Deus facit magna voce clamando, id est magna gratia vocando. Mortuus autem procedes adhuc ligatus est, confites adhuc reus: vt autem solueretur peccata eius, ministris hoc dixit, *Soluite eum & finite abire*: quod est, *Que solueritis super terram, erunt soluta & in caelis*. Alcuin. Christus ergo suscitatus, soluta interior per seipsum viuificat. Soluunt discipuli, quia per ministerium sacerdotum absoluuntur viuificari.

ORIGENIS PRESBYT. eiusdem Euang. expositio.

Ioac. Perionio interprete.

Dicit Iesus, *Tollite lapidem*. Quoniam hoc quidem loco impositum speluncæ lapidem non Iesus ipse aufert, sed ait, *Tollite lapidem*: in Genesi autem quando ingens saxum ostio putei impositum erat, eoque conueniebant omnes greges & armenta, ablatoque saxo a putei ostio, conueniebant oves, & aduabantur, saxumque tum in loco suo ad putei ostium reponeretur: & quia nondum hoc acciderat, propterea quod oves non conuenissent, cum vidisset Iacob Rachel Laban auunculi sui filiam, & Laban auunculi sui oves, accessit ipse, destrusoque saxo Laban auunculi sui

oues aduauit: libet nobis vt rumque lapidem inter se conferre, vt veram rationem intelligamus cur hoc quidem loco Iesus ipse lapidem a spelunca non amouerit, sed dixerit, *Tollite lapidem*, in Genesi autem, Iacob saxum a putei ostio destruxerit. Attende autem, & vide, possumusne dicere, lapidem quidem eum qui speluncæ appositus erat, id est, sepulchro quod in spelunca erat, a Iesu ipso tractari non oportuisse, sed tantummodo imperari iis qui apti essent ad opus, vt lapidē auferret: eum autem, qui putei ostio impositus erat, & impediēbat, quod minus oves biberent, a quibus insignes, quæ ipsius Iacob pars erant, Iacob sumere licuisse atque detrudere a putei ostio, vt Laban eius auunculi oves aquarentur: & debuisse Iacob ad putei quidem ostium accedere, Iesum autē stare extra speluncam. Quod si attendere potes, cur in spelunca, non destruxerit saxum, quod ei impositum erat, sed ablatum, in puteo autem, non penitus auferatur, sed tantum detrudatur: omnino quidem auferendum erat saxum a sepulchro, non etiam rursus detrudendum: quod autem in puteo erat, detrudendam tantummodo, Nam paulo ante dictum est.

Multi defunt, id est, ferè paginæ duæ quantum ex spacio, quod in exemplari vacuum est, intelligi potest.

cum Dei gloriam intellexerimus iustitiæ tuæ magnitudinem esse, quæ pro fide habetur, credemus. Quod si quis nondum putat gloriam esse eorum qui se credidisse existimant: is intelligat se reprehendi, quod cum non crediderit, nondum Dei gloriam vidit. Neque enim mentitur qui non Marthæ soli, sed etiam omni * dicit hæc, *Si credideris, videbis gloriam Dei. Tulerunt ergo lapidem*. Mora auferendi lapidis, qui speluncæ impositus fuerat, orta est a sorore eius, qui decesserat. Nam quodammodo eos morata est, quibus Iesus præceperat, *Tollite lapidem*, cum dixisset, *Iam faciet quatriduanus est enim*: ac nisi Marthæ incredulitas secuta esset, cum ei Iesus dixit, *Nonne dixi tibi, quoniam si credideris, videbis gloriam Dei?* ij qui audierant, cum dominus diceret, *Tollite lapidem*, lapidem non abstulissent. Fac enim ex hypothesi, cum Iesus dixit, *Tollite lapidem*, non respondisse sororem eius qui mortuus erat, aut non dixisse, *Iam faciet quatriduanus est enim*: cur tandem sequutum esset, Hoc scriptum est, aut, Hoc dicit Iesus, *Tollite lapidem, Tulerunt ergo lapidem*. Nunc verò inter hoc, *Tollite lapidem*, & illud, *Tulerunt ergo lapidem*, ea quæ a sorore eius qui exceßerat a vita, commemorata sunt, obfliterunt quo minus lapis ablatu fuerit. Nec vnamquam, ne principid quidem vel serò ablatu esset, nisi Iesus ad eius incredulitatem respondens dixisset, *Nonne dixi tibi, quoniam si credideris, videbis gloriam Dei?* Præclare ergo res habet, quod nihil interiectum est inter Iesu imperium, & opus eorum quibus Iesus iusserat. Atque hunc talem, vt mihi videtur, decebit dicere, Imitator Christi fui. Vt enim huic, dixit Deus, & facta sunt: mandauit, & creata sunt: sic fideli dixit quidem Christus, hic autem effecit: mandauitque Deus, hic præcepto paruit, sine mora, ac sine iactura temporis quod inter præceptum & opus interfuisset, nisi paruisset. Existimandum est enim, ei qui posterius præcepto obtemperat, esse tempus moræ, esse tempus quo imperata non facit. Ob eamque causam is qui

qui in Euangelij parabola iussus est a patre proficisci in agrum, eumque arare, nec continud paruit, sed postea quam eum penituisse, profectus est: paternæ voluntati morem non gessit eo tempore, quod penitentiam antecessit. Itaque illud memoriam mandandum est, Ne differas conuerti ad dominum: neque differas de die in diem. Atque hoc, Ne dixeris, Reuertere cras, & dabo, cum possis statim facere. Marthæ igitur accusationem existimare debemus, illud quod seruis scriptum est, *Tulerunt ergo lapidem*: cum post hoc, *Dicit Iesus, Tollite lapidem*, deinceps dici debuisset, *Iesus, autem eleuauit sursum oculos, & dixit quæ scripta sunt*. De Iesu oculis eorumque ad aliquos habitu & affectione diligenter obseruandum est, & considerandum. Velut in Lucæ euangelio cum beatitudines discipulis expositurus esset, & doctrinam quæ sequebatur, eleuatis oculis suis in discipulos suos, dicebat. Nunc verò oculos suos sursum sustulit & dixit. Docemur enim ex superiore, non esse infra, Iesu discipulos. Itaque attolluntur magistri oculi & coniuuantur in discipulos, ad quos æquum erat eum oculos suos attollere. Ex eo autē quod nunc tractamus; eum traduxisse mentem suam a sermone quem cum iis qui infra erant, habebat, & sursum transtulisse atque erexisse, eam precibus suis ad summum omnium patrem accomodando. Quinetiam, si Christi imitator est Paulus, eiusque similes, necesse est eum qui orationis Christi imitatione precaturus est, sublaris sursum animi oculis, iisque a rebus quæ hic sunt, reuocatis, & memoria, atque cogitatione & meditatione, ita denique Deo verba orationis exponere, de magnis celestibusque rebus magna & celestia. Quod si quis his opponat Publicanum qui ne oculos quidem attollere voluerit, sed pectus suum contuderit ac dixerit, Propitius esto mihi peccatori: ei respondendum est, quemadmodum non omnibus, neque semper assumenda est Deo consentanea tristitia, quæ penitentiam ad salutem stabilem efficit, sed soli & omni ei, qui digna eiusmodi dolore perfecit, & quæ eorum penituerit, estque in eadem suscipienda modus adhibendus, non exuperantia, ne nimia tristitia a Sathana absorbeat: sic haud scio, an non omnem deceat velle etiam oculos attollere, sicuti nec procul stare. Vnusquisque autem in his talibus rebus se ipse iudicet probetque se ipse homo: atque ita non solum ex pane edat, & ex poculo bibat, verum etiam oculos attollat, eosque sursum efferat in precibus, Deoque se subiiciens, atque se summis apud illum gerēs, dicat. Si existimemus decere quæuis, quancunque vitam degat, eodem modo quo Publicanum ne oculos quidem velle attollere: tempus erit cum dicemus eadē ratione, nō oculos velle attollere oportere, & procul stare. Quod verò templū erit, aut quæ Dei viui Ecclesia, quæ etiā oculus Dei apud Paulū nominatur his verbis, Si autem tardauero, vt scias, quomodo oportet te in domo Dei cõuerfari, quæ est Ecclesia Dei viui, columna, & firmamentū veritatis: Vt nō omnē decet non vti pane, nec bibere ex poculo, nec procul stare a domo domini & Ecclesia: sic quiuis debet nō velle oculos attollere, peccat autē si quis tū cum oculos attollere debet, non attollat: & si quis attollat tum cum non debet attollere. Ac publicanus quidem cuius in Euangelio fit mentio, ne oculos quidem attolle-

re volebat, idque recte faciebat. Recte verò eos attollebat discipulus, qui Iesu præfens erat, cui etiam præcipitur his verbis, Eleuate oculos vestros, & videte regiones, quia iam albæ sunt ad messem. Et propheta, Leuate, inquit, in altum oculos vestros. Quinetiam in centesimo & vigesimo secundo Psalmo, qui est quartus graduum, vt recte & ex officio, sublaris oculis ad Deū, propheta, Ad te, inquit, leuauit oculos meos, qui habitas in caelis. Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, & sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum, donec miseretur nostri. Quod si etiam apertius & planius docendum est, quem tandem Iesum imitari debeat, qui oculos sursum extulit, oculis etiam suis attollendis: & quisnam hoc facere non debeat, sed Publicani imitatione, non solum procul a templo stare, verum etiam non velle oculos attollere: proferemus ex libro Danielis ea, quæ de presbyteris scelestis & iniustis, qui Susannam perdidit amauerunt, narrantur, quæ ita habent, Et euerterunt sensum suū, & declinauerunt oculos suos, vt non viderent cælum, neque recordarentur iudiciorum iustorum. Ea etiam quæ de Susanna commemorantur, hoc modo, Illa autem flens in cælum suspexit, quia eius cor in domino confidebat. Obserua enim in his, illos quidem deprauata mente sua, oculos suos demisisse, ne cælum viderent: hanc autem domini humanitate fretam conuenienter spei quam in domino collocasset in cælum oculorum aciem intendisse. Debebat ergo hæc quidem, quæ ob continentia fiduciam precatura esset, cælum aspiceret, sursumque attollere oculos: presbyteri autem siue maiores natu duo ex hypothesi, postea quam mentem suam corruperissent, oculos etiam suos demittere ne cælum intuerentur, neque de iustis iudiciis cogitent. Eorum scilicet erat, quos penitebat, quod mulieri quidem periculum creassent, sed id quod concupiscerent: & non velle oculos attollere: aut etiam procul, Publicani imitatione stare, & tundere pectora sua ac dicere, Deus propitius esto mihi peccatori. At verò eius qui sursum oculos efferit, eosque recte attollit, forsitan etiam sit, tendere in cælum sanctas manus, præsertim quando sine ira & discepratione sursum mittit orationem. Sic enim & oculis sursum elatis cogitatione & contemplatione, manibusque erectis ad opera, quæ animum attollant & efferant, quemadmodum Moyses manus erigebat, si dicamus, Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum: & Amalecitas omnesque hostes, qui sub aspectum non cadunt, vincuntur: & Israelitæ, id est, cogitationes quæ in nobis insunt, superabunt atque vincunt. Hæc tam multa etiam in illud, *Eleuauit Iesus oculos sursum, & dixit*, ex hoc nobis cõsentanea visa sunt. Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quia me semper audis, sed propter turbam circumstantem dixi, vt credant quia tu me misisti. Si iis, qui digni sunt ex iis, qui in carne viuunt, nec carne militant, cum precantur & orant, hoc a Deo de eorum oratione promittitur, Et adhuc te loquente, dicam, Ecce adsum: quid de Seruatore & domino existimandum est, nisi illud, Antè quam loquaris, dicam, Ecce adsum? Simul enim atque oculos sursum sustulit, etiam dixit. Quid autem dixerit, si vt in eiusmodi

per sacerdotum ministerium peccata absoluntur.

eiusmodi rebus, cōiectura assequi possumus, congruenter his verbis, Antè quàm loquaris, dicam, Ecce adsum, amplius est id quod dictum est Seruatori, quàm quod iustis promissio facta in scripturis complectitur, Adhuc te loquente dicit, Ecce adsum. Quid ergo dixit? Orationem quidem adiunxit, sed præcurrente eius orationem eo qui ei dixerat, Antè quàm loquaris, dicam, Ecce adsum, pro oratione quæ per prophetin pronuntiata est, gratias agit ei, qui orationem præcurrerat: & quasi auditus in iis quæ cogitasset quidem, sed minimè protulisset, hæc ait, *Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me.* Erat ergo oraturus pro Lazari excitatione & resurrectione, & præcurrens atque occupans eius preces solus bonus Deus & pater, audiuit ea quæ in oratione dicenda erant, quorum causa audienti, circumstante eum populo, pro oratione gratiarum actionem mittit Seruator: in quo duo simul faciebat, dum & gratias agit pro iis quæ consequutus erat Lazari causa, & circumstantem populum ad fidem deducit. Eos enim approbare & credere volebat, se à Deo missum vitæ huius vsuram accepisse. Se autem auditum esse cognouit, quoniam Spiritu intellexit animam Lazari restitutam esse, cum ad corpus remissa esset ex animorum regione & loco. Neque enim existimandum est, Lazari animum post excessum in corpore fuisse, & quasi adesset præsensque esset, audiuisse Iesum, cum clamauit ac dixit, *Lazare veni foras.* Aut si quis hoc de Lazari animo existimat, & probat id quod de animo qui à corpore discesserat, absurdum est, eum ad cadaver situm fuisse: dicat, quomodo à patre auditus fuerit Iesus, si & mortuum etiam tum Lazari corpus manebat, & animus separatus erat, ut aliquis eorum qui hæc dicunt, putet, sed ad corpus situs erat. Nam ut hoc detur, non tamen Iesum auditum esse dicere possumus, si audiendus erat, quod animus in corpore versaretur. Idem quoque euenisse arbitror tum cum principis Synagoga filiam excitauit, cum eius rei causa precatas esset. Rogauit enim, ut animus rediret, atque in corpore rursus habitaret. Vtrum autem idem etiã de viduæ filio qui efferebatur, necne sit, ipse quæres, ut consentanea & congruentia loca omnia inuenias. Neque enim debemus nos tam magnas facere egressiones. Vidit etiã fortassis Iesus, qui tam magnus erat, ipsum Lazari animum, aut ab iis qui ei muneri præpositi sunt, duci, aut sibi patris voluntate esse obtemperaturum: & cum eum intrantem per eum locum vnde lapis sublatas fuerat, vidisset, dixit, *Pater gratias ago tibi, quia audisti me.* Sed quoniam antea etiam alia sexcenta petierat & impetrauerat, non solum pro Lazaro, sed etiã pro superioribus gratias agit, his quidem verbis de Lazaro, *Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me:* pro superioribus autem, *Ego autem sciebam quia semper me audis, Et hoc, inquit, dixi, propter populum qui circumstat, ut credant, quia tu me misisti.* Hæc quidem ad literam Lazarique excitationis explanatione diximus. Loci autem huius anagoge ex iis quæ antè explicata sunt, non est difficilis. Vt enim is qui post amicitiam quam cum ipso contraxerat, peccauit, Deoque mortuus est, iterum ut diuina ad vitam veniret, & petiuit, & impetravit: atque in eo qui eiusmodi est, vitales vidit motiones, pro quibus patri agit gratias. Eiusmodi autem hominem mortuum circumstat multitudo

eorum, qui nondum Iesum à Deo missum esse credunt, atque hoc Verbum à Deo ad homines venisse. Ac circumfusa hæc multitudo miretur, aliquem qui tam terri odoris peccatis qui mortem afferunt factus esset, mortuusque esset virtuti, eam recuperasse, & cum admirata est, credat tandem aliquando Verbo, quod ut à Deo profectum, vitam reddidit. *Hæc cum dixisset, voce magna clamauit, Lazare, veni foras. Et statim protulit qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus inuisis, & facies eius sudario erat ligata. Dixit eis Iesus, Soluite eum, & sinite abire.* Iesus sursum oculos sustulit, auditusque est cum etiam tum precaturus esset: atque preces ad gratiarum actionem traduxit, quod sensisset Lazari animum in corpus intrare, qui contentionis, quæ Iesu præceptum subsequutura erat, indigeret, quo ex sepulchro prodiret. Itaque postea quàm patri egisset gratias, magna voce vsus est, quæ Lazaro vim adhibuit, magnam desideranti, vti qui nondum clamorem se ex sepulchro euocatis acriter exaudisset. Hoc verò etiam Iesu dignum est opus, non orare modò, ut mortuus reuiuiscat, verum etiam ei inclamare, eumque qui in spelunca & sepulchro conclusus erat, ad sua, quæ extra erant, euocare. Scire autem nos oportet, nonnullos etiam nunc Lazaros esse, qui violata amicitia, quæ eis cum Iesu intercedebat, in morbum incidunt, & moriuntur, atque in sepulchro mortuorumque loco cum mortuis mortui manent: & postea Iesu precibus reuiuiscunt, & ex sepulchro magna eius voce ad ea quæ extra eius sunt, euocantur: cui qui parer, is prodit atque euadit ex morte dignis vinculis, superioribus peccatis circumdatus, velato etiam tum ore, non videt, nec incidere, nec quicquam propter mortis vincula facere vllò modo potest, quoad Iesus imperet iis qui eura soluere possunt, ut eum etiam abire patiantur. Det etiam operam omnis quidem qui potest illud dicere, An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus: ut eiusmodi enadat, cui Christus magno clamore dicat, cum post mortem falsis sepulchra vincus est, sed non acriter, ob eamque causam hoc Iesu clamore eget, *Lazare veni foras.* Finge esse apud inferos cum vmbri & mortuis, atque in mortuorum loco vel in sepulchris eum, qui post acceptam notitiam veritatis, semel illuminatus est, gustauit etiam donum cælestis, & patriceps factus est Spiritus sancti, gustauit nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque seculi venturi: cum à Christo descisisset, & se ad pristinam Gentium vitam institutumque retulisset. Cum igitur ad eius sepulchrum venit Iesus, atque extra illud stans orat, & auditus est, petens, ut vis ad vocem verbaque sua accedat: tum magna voce à vita quam Gentes agunt, reuocat & ex earum sepulchro atque spelunca euocat. Eum qui ita præclare amicus factus est, etiã tum licet videret Iesum sequentem, quoniam pacto eiusmodi Iesu voce prædeat, sed vincus etiam peccatorum funibus & constrictus, viuis quidem penitentia, & quod Iesu vocem audiuit, quod autem nondum à peccatorum nexibus solutus est, non iam potest liberis pedibus ingredi, quin nec agere penitus ea, quæ ad ipsum attinent, cum ligatos pedes habeat, & manus falsis sepultura: id est, mortuorum vinculis. Atque huic tali propter mortem quæ ei euenit, vna cum pedum manuumque nexibus quæ restant, os obvolutum est, & ligatum. Deinde

de quoniam eum Iesus viuere voluit, nec in sepulchro manere, cum ad ea quæ extra sepulchrum sunt prodiret, vincus est, ut antè diximus, à vita, nec prodire potest ex sepulchro, quoad est ligatus: tum præcipit Iesus iis qui ipsi ministrare possunt, Soluite eum, & sinite abire. Existimo eum, qui decretum de reuersione, & penitentia post peccatum non approbat, sed etiam debilitatur in ipsa vita, quod ipsius animi facultates incidendi, agendi & videndi impeditæ sint, ex sepulchro egressum esse, eique etiam tum pedes vincus esse, atque manus sepultura vinculis, & os sudario obuolutum: sed cum Iesus præcepit eis qui eum soluere possunt propter illud imperium Christi ut Domini, *Soluite eum, & sinite abire,* eius & pedes & manus soluuntur, velumque ab eius ore detraxitur, quo detracto, eo itinere abulat, ut ad vnum perueniat, sitque in numero eorum, qui cum Iesu accumbunt. Deinceps propter illud, *Prodiit qui mortuus fuerat ligatus pedibus & manibus,* dicendum est dissimilitudinem esse eorum quibus manus pedesque vincus sunt. Idem est principium vincendi sui à morte duxisse, quod vincula nomen mortis habere. Nunc enim *vespa* mortuorum sunt vincula, quod vincus sunt iudicio Domini, qui intravit, ut accumbentes videret, & vidit quandam qui veste nuptiis digna amictus non erat, ac de eo dixit, *Ligatis manibus & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores.* Est autè aliquid in * quod iudicio eget hoc loco, *Et facies eius sudario ligata erat,* atque illo, Et lamentum erat positum super faciem Moysi, cum alloqueretur populum. Sudarium enim quo Lazari os obuolutum erat, eius oculos mortuos operiebat & tegebat: Moysi autem velum mysticè eius ori appositum erat eorum causa, qui oris eius maiestatem intueri non poterat. Sed quæres de eo qui veste nuptiis digna amictus non erat, de quo dictum est, *Ligatis eius pedibus, & manibus, mittite eum in tenebras exteriores,* maneatne semper ligatus, & in tenebris exterioribus: non enim additum est, in seculum aut in seculum: tandem aliquando soluendus sit, neque enim declaratur verbis quæ de eo fiunt ea quæ de futura eius dissolutione scripta sunt. Mihi autem tutum non videtur, nisi accipiatur, aliquando, maxime quod non scriptum sit, de eo statuere. Quæres etiam propter illud, *Dixit eis Iesus, Soluite eum, ad quos illud, Eis, referatur.* Neque enim scriptum est eum dixisse discipulis, neque circumstanti populo, quin ne iis quidem qui Mariam comitabantur & Iudæi erant, eamque consolabantur. Suspiciabitur autem aliquis illo loco adductus, Angeli accesserunt, & ministrabant ei, & propter loci anagogen, eum non potuisse etiam illis dicere, *Soluite eum, & sinite abire.* Quæro etiã, num Iesus illud, *Sed vado, ut excitem eum,* quod subiicitur huic, Lazarus amicus noster dormit, perfecit. Diligenter igitur confidero, num tum cum magna voce clamauit, *Lazare veni foras.* Neque enim absurdè magnus ille clamor eum à somno excitasse dicatur: ac si necesse est, dici potest hoc loco magis illud completum esse, *Vado, ut excitem illum à somno,* quàm cum pater audita filij oratione, fecit, ut Lazari animus in eius corpus quod in sepulchro positum erat, reuertetetur. Aliquis enim dicat, patrem quidem, cum filium rogantem audiisset, à mortuis excitasse Lazarum; Christum autem cum dixit magna vo-

ce, & clamauit, *Lazare veni foras,* exoluisse hoc quod promiserat, *Sed vado, ut excitem illum à somno.* Atque is quidem qui hoc confirmat, repugnantiam dans huius loci, Lazarus amicus noster dormit, & illius, Lazarus mortuus est, dicit ad illud, *Dormit, pollicitum esse his verbis, Sed vado, ut à somno suscitè eum, & ad verbum hoc, Mortuus est, non respondisse illud, Vado, ut à mortuis eum excitem: sed is qui discrepantiam explicat, quæ his in locis esse videtur, & dat Lazari à mortuis excitationem, commune esse opus & filij qui orauit, & patris qui eum audiuit, vterque & verbo illo, quod à Domino Marthæ dictum est, *Ego sum resurrectio & vita: & hoc, Sicut enim pater suscitatur mortuos & viuificat, ita & filius quos vult viuificat. Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant quæ fecit Iesus, crediderunt in eum.* Eque non impulsissent, ut Iesu prædicationi crederent: idque verè, quasi ex morte & terro odore eorum qui à vitio obruti erant, maxima mutatione cariem situmque contraxerant, imperio auxiliòque Verbi, non solum à terro peccati odore, verum etiã à vinculis quæ ingrediendi, ac faciendi, & præterea videndi animi vim impediabant. Stupore enim & admiratione excitati ij qui Iesum tantum potuisse in his talibus viderant, cum gloriarentur quidem se Dei Verbo operâ dedisse, nondum tamè Verbi euentum & perfectionem probauisse, crediderunt maxime ij qui venerant, ut tanquam ob mortuum & comploratum, cum etiam ipsi de eius salute desperassent, eam quæ casum fratris doleret, consolarentur. Quorū causa fortasse magis, quàm eius cui hæc euenerat, cum ad speluncam mortui venisset, oculis sursum erectis, dixit, *Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me: ego autem sciebam, quia semper me audis.* Eum enim eorum causa magis, quàm Lazari hæc gratias patri egisse, ex his verbis constat, *Sed propter populum qui circumstat, dixi, ut credant, quia tu me misisti.* Lazarus ergo ei curæ fuit, populi causa qui circumstabat, ut multi Iudæi qui ad Mariam venerant, cum vidissent quæ fecisset, sibi crederent. Sed audi de his illud non solum corporis*

S. ZENONIS EPISCOPI Veronen. in idem Euang. Homil. de Lazaro resuscitato.

Grandi, fratres, stupore, grandique miraculo per ambiguas curas hincinde in cœcano vertiginis sinu pronis fluctibus torqueor. Lazarus mortuus est. Deo hic familiaris (ut ferunt) teste Euangelio: cū apud Ioannem quadragenariæ voluntatis gestu carnis detrimenta pensasset, nā sub occasu iam propèso quod terrenis artibus debebatur, hoc est ipsi homo, quam homini, ut nobis ipsis iuxta librum Genesis optimus luti liquor in cā est: longe alibi Christo censore, dum Iudææ finibus salutaria sceneraret, sepultus est, & humanus: hoc est ut inciperet esse, quod fuerat, lutū scilicet dū desinit esse, quod erat forma, vel fabula. Hic quippe per graues tenebrarū globos, & nigri horrois vmbracla, hoc est, per quatuor dierum circulos succidia incrementi, & decrementi vicissitudine renascentes, orto, ut ita dixerim, cum cerulis noctibus dies pendulo mandibularum

ritu elisis in ore dētibus irretito ore sic iacuit. Vere quia de terrena labe confectus putrens gleba marcesceret: & neruorum traduces cum corporis qualitate miserabili tabe infelix sepultura damnaret. Contractis igitur membris, inter ieiunas, & numerabiles coctas: pellis tetra distenditur: & humoris riuus, qui de gurgite viscerum relaxatur: fœtenti iā sentina per solū cadaueris teter, & ceruleus labebatur. Heu quādo nō poterat cadauer quatuor diebus & quatuor noctibus per totum oris, felis & flegmatis flumina sentinarum corruptis artubus, fœtētia pulmonis spiramenta cōflare: cū ipsa etiā rōsa pudoris & venustatis flagranti folio in suo sibi met parato balsamo, vt ita dixerim, preciosior cōca si fuerit de rosario falce pollicis vellicata marcenti morte tristis albefcat, ita vt & colore floris careat, & odore: Aqua ipsa si de flumine rapta sit, in quo viuit, perit natura, dum desinit esse, quod vixit. Mox ergo quia elementi sui dum rapitur substantia caret, vbi cumque iacuerit: limū liquor obduxit mox, & fœtore sordescit. Nemo ergo mirari debeat, si hominem, quem spiritus sapientiæ sale conditum redolenti aura seruauerat, & ex cæli suauitate anima viuacitate nectarea, & balsami generositate melliflua corpus rexerat: ne faceret diuortio recedentis spiritus lutea malis pigra glebositas caduca linea de functorum, repugnantibus fabricæ qualitatibus, corpus omne ad fœtoris maculā sui de putredine relaxatur. Inde est, quod per distantiam rerum in vnam glomerationem compacta, omnis membrorum natura torpescit. Recedēte igitur anima, quæ corpori floriarum redolebat, tota materies liuentigena in putredinem relaxatur: & pro voce cadaueris nigri fellis teter mortui fœtor hauriret. Terra igitur humore, frigore, & calore cōposita corporis fabricam, quæ quatuor partes semper sibimet repugnantes corpus criminū in procella subuertit. Calor frigus non amat: & frigus calore torquetur, contraria contrariis mancipantur. Terra nimio humore vitatur, humor de terra sordescit. His quadriformibus elementis in vnum quātipertita mole constātibz dissociato per diuortiuū mortis autiga, qui quatuor istis partibus loca dederat: ne quisque mobilitatē sui vehementius tolleret, dominante flagro diuisis in vnum concordanti iunctura sinibus agitabat. Hæc inquam quatuor partes recedenti anima in globum corporis viduati excusso societatis auctore miscerentur. Secundum quod istum iuuenem (Lazarum loquor) dominus in seculo dilexisset prælagis præcius futurorū apostolis suis dormisse Lazarum dixit: quem promissit, si ad illam ciuitatem accederet, protinus excitandum. Huic ergo Lazaro, cui liuenti errante connixu per ceruleas venas membra tabuerant, quem loculatus in specu incisæ rupis immani obiectus ex pōdere lapis perēni valua grauis libra detruserat, resurgere posse Lazarum, si ista crederent sacratissima veri Dei pietas intonabat. Mox sorores constipatæ turba miraculi, eiularu, æstu, ieiuniis, lachrymarum vbertatibus ebrietate Dei genibus stratu totius corporis miserandę iactantur: & Hebræas grecesfando voces fractis in vnum singulibus mixtas saluatoris in laudibus expiabant. Quantus illic, rogo, vox populi festinat? quæ spectantium turba? qualis tanti miraculi potuit esse concentus, vbi essent plangentes puellæ, mortuus frater, &

Christus hominē promitteret excitandum? Conueniunt credo ad hoc spectaculum seruandæ memoriæ sempiternum milites, Iudæi, gentiles, profelyti, clarissimi senatores, nobiles iudices, nautæ, serui, & omnis penē ciuitas certatim occurrat: vt viderent, an resurgere possit Lazarus: cuius fœtor iam longius de sepulchro populos, feriebat. Quo viso, tota ciuitas mirabatur: qualis illic eras Christe Iesu? Qui croceus, quā decorus? fonte purior, niue cādidior, sole cādentior, & luna septies clarior. Heu me, quid interrogo, quem tunc videre non merui? Nunc tamen quis quantūve sis, pietate cognoui. Ecce inter hæc Iesus Christus saluator humani generis fleuisse narratur. Age age Potami seruus Dei viui, si aliquid præuales de lachrymis domini, vel pauca narrato. Flebat Deus mortalium lachrymis excitatus: & cum Lazarum potestate sua fretus mortis de vinculo reuocaret, præstabat pietatis officium solatio lachrymarum. Flebat Deus, non quod ante se mortuum periisse cognosceret: sed quod sororum fletibus tēperaret. Flebat Deus, quod eos, quibus omnia dona uerbat, & in potestate redegerat, paradiso etiā floribus, & liliis sine villo labore præposuerat, diabolus docendo peccatum de omnibus penē fecit extorres. Flebat Deus, quod eos, quos fecerat innocentes, diabolus per malitiam suam fecit inueniri nocentes. Heu tenuis aura de cælo corpus, quod rexeras succiduis artubus deserebas. Sed non te pater, nō filius aliquando despexit, pro tua morte factus est & Christus ipse mortalis: Harum ad lachrymas sparsam crinis miserandę cæcariem saluator pietate commotus fletus fletibus recontabat. Et quod ipse sororū fletibus mouebatur, lachrymis filij sui saluatoris nostri inter ipsos cælos eius paternitas flecebatur. Mox ergo Iesus Christus ad sepulchru Lazarum accessit: iussione eius reuoluuntur saxa, secretarium patescit horroris curiosi affatim spe congementium populorum oculi mittebantur. Visus est Lazarus tecta facie, manibus, pedibusque contractus, & ad documēta virtutū ipse se, mortuus, & adhuc pedibus vincētus, vt Christus iusserat, suis manibus resolvebat. Quæ ergo nos, fratres, illic voces, quæ pressura videntium, quam curiosa mirantium lumina, qualis in ceruicibus præuenientium multitudo pendebat? Qui fletus, quæ gaudia, quale murmur, quam nouum & cæleste miraculum? mors vincitur: homo redditur, infernorum catenæ franguntur: & post quatrimum Lazarum lingua mouetur: officia præparantur: oculi suis in orbibus currunt: vestigia gressibus explicantur: auribus renouatur auditus: acies dirigitur in parentes: cognatio rediuiuis obtutibus muneratur: frigida poscitur: non respuitur panis: domus petitur: Christi miracula referuntur.

S. IO. CHRYSOSTOMI Episcopi Constantin. in superioribus Euang. Hom. 1.

ET erat quidam languens Lazarus à Bethania castello Maria, &c. Multi cum aliquem bonum, & Deo acceptum, & mali aliquid vt morbum, vt paupertatem, & huiusmodi perpeti vident, petuntur sane ignari, hoc maximè Dei amicis contingere. Nam

Hom. 61. in Ioan. Et tres Homilia de Lazaro habentur in quodā libello sub nomine Basilij Seleutiæ Episcopi.

Nam & Lazarus, & amicus Christo, & ægrotus erat, vt mittentibus intelligitur. *Ecce quem amas, infirmatur. Erat, inquit, quidam languens Lazarus à Bethania.* Non ab re patriæ eius meminit. Quam obrem in sequentibus dicit. Primum autem propositum aggrediamur, fororum eius nos vtiliter admonet; *Maria, inquit, erat, quæ vnxit dominum vnguento.* Hoc in loco nōnulli dubitarunt, cur Christus id tolerasset. Ad quod illud primum intelligendum non fuisse hanc meretricem illam, de qua apud Mathæum, & Lucam scribitur, sed aliam: illæ meretrices, & infames erant, hæc honesta, & studiosa: quippe quæ Christum recipere curabat, eumque cum sorore diligebat, & tamen permisit Christum Lazarum mori. Sed quam gratia non vt Centurio, & regulus, ipse ad Christum profectæ sunt, sed miserunt? Ob fiduciam, & familiaritatem, quam cum eo habebant: & mulieres erant infirmæ, & luctu detinebantur. Nam, quod non cōtemnerent, in sequentibus indicatur. Quod igitur hæc illa nō esset, constat. Sed & illa cur se tangere permisit? Vt eius mundaret malitiam, vt clementiam ostēderet, vt intelligas nullum morbum eius vincere bonitatem. Noli igitur id solum cōsiderare quod permisit, sed quomodo ad meliora conuerterit. Sed cur huius meminit historiæ Euangelista? Vt eius in Iesum amorem ostenderet: & frequenter dicit: *Amabat Lazarum & sorores eius:* erudiens nos non ægrè ferendum, si boni viri, & deo amici aliquo morbo laborent. *Ecce quem amas, infirmatur.* Ad misericordiam Christum volūt adducere. Adhuc tanquam hominem alloquuntur, quod & inde constat: *Si fuisset hic, non fuisset mortuus.* Neque dicit, *ecce Lazarus infirmatur:* sed, *quem amas.* Quid Christus? *Hæc infirmitas non est ad mortem, sed pro gloria Dei, &c.* Ecce quomodo iterum eandem suam & patris gloriā dicit. Nam cum dixisset, *Dei, subdidit, Vt glorificetur filius Dei, hæc infirmitas non est ad mortem.* Cum enim esset illic biduum moraturus, remittit nuncium, vt hoc significaret, in quo id admiratione dignum est, quod audientes sorores infirmitatem illam non esse ad mortem, inde mortuum videntes, non sunt scandalizate, cum contra accidisset quem dixerat: sed ei obuiam factæ sunt, neque mentium putauerunt. Et illa particula, *vt,* hoc in loco non casualis est, sed euentus: alia nanque fuit morbi causa, vltus est autem ad gloriā Dei. *Et hæc dicens, mansit in eodem loco duos dies.* Qua gratia? Vt expiraret, & sepeliretur, ne quis posset dicere, quod nondum mortuum suscitaret, quod sopitus esset, quod dissolutus, quod abalienatus, nō mortuus: ideo tandiu moratus est, vt dicerent iam fecerere. *Dicit discipulus, Eamus in Iudæam iterum.* Quid tandem præter solitum hoc prædixit Iesus? Valde timebant, ideo prius admonet, ne repentino discessu perturbarentur. *Dicunt ei, Modò illic eras, & quarebant te lapidare.* Timebant enim ei, vt debebant, & sibi: nondum enim erant perfecti. Dicit eis Thomas, *Eamus & nos & moriamur cum eo.* imbecillior enim erat cæteris, & magis incredulus. Quomodo ergo eos confirmat Iesus? *Nōne duodecim horæ sunt dies?* Aut hoc dicit, quod qui nullus sibi sceleris conscius est, nullo afficietur malo, sed qui male fecerit. Quare minimè timendum est, cum nihil dignum morte commiserimus: aut quod qui lucem huius mundi videt, securus est. Si autem qui mundi lu-

gem videt, multò magis, quia mecum est, nisi à me discesserit. His verbis eos confirmauit, & eundi necessariam causam exponit, neque se ituros Hierosolimam, sed Bethaniam dicit. *Dormit* (inquit) *Lazarus, & vado vt eum à somno excitem.* Hoc est, nō ad reprehendendum Iudæos, sed amici causa. *Dicunt, Domine, si dormit, saluus erit.* Ac si non necessaria esset profectio, Dicis, inquit, dormire: nihil ergo nos ire cogit. Atqui propterea ipse amicum appellat, vt necessariam profectioem ostēderet. Sed, cum pigriores deprehenderet, tunc mortuum dicit. Primum itaque humilitatem prætulit, cum verò non intelligerent, *Mortuus est* (inquit) *& gaudeo propter vos, vt credatis;* cum absens prædixerim: quod resurrectionis meæ magnum erit argumentum, ne quis dubitet. Vides adhuc imbecilliores, & adhuc eius potentia ignaros fuisse discipulos? quod metu accidebat, quo perturbabantur: & cum dormire eum dixisset, addidit: *Vado vt excitem eum.* Cum mortuum esse, non itidem. Nō enim verbis prædicere volebat, quod re erat confirmaturus. Semper enim nos admonet, vt inanem gloriam caueamus, & nihil de nobis temerè promittamus. Quod si Centurionem consolatus dixit, *Ego veniam, & curabo eum,* voluit eius fidem ostendere. Quod si quis roget, quomodo eum dormire putarint discipuli, neque his verbis mortuum intellexerunt, cum diceret, *Vado vt excitem eum?* Stultum enim erat, si iturum Iesum quinque & decem stadia putarent, vt illum excitaret. Responderem, putasse eum in ænigmatē, vt plerunque solebat, loquutum. Omnes enim Iudæorum imperum formidabant, in primis autem Thomas, ideo inquit, *Eamus, & moriamur cum eo.* Quidam autem dicunt, & eum mori optasse. Sed profectio timorem id verbum arguit, & imbecillitatem, inde fortior factus est, & insuperabilis: quod sanè dignum admiratione est, vt qui ante crucem tam timidus erat, post magistri mortem, & resurrectionis fidem præ omnibus tanto feruore flagraret. Tanta est Christi potentia: nam, qui cum Christo in Bethaniam ire non audebat, sine eo postmodum solus terrarum orbem peragrauit, & in medijs populis inelamātibus, & mortem minitantibus intrepidus versabatur. Quod si quindecim stadia aberat Bethania, quæ circiter duo milia passuum efficiunt, quomodo erat quatrimum Lazarus? *Mansit duos dies, quorum pridie venerat nuncius, quo die mortuus erat, ita quarto venit.* Ideo se vocari passus est, neque ipse sponte sua venit, ne qua oriretur suspicio. Neque ipse venerunt, quæ amabatur, sed alij mittuntur. *Erat autem Bethania iuxta Hierosolimam quasi stadiis quindiesim:* ob cuius vicinitatem, multos eas visitasse par erat: quare subdit, *Quod multi ex Iudæis venerant ad Mariam, & Martham vt consolarentur.* Quomodo consolabantur Iudæi à Christo dilectas? Edixerant enim, vt quicumque Christum confiteretur, extra synagogam fieret: vel propter vulneris magnitudinem, vel quia nobiliores reuerēbantur, vel quia non mali erant, qui ad eas venerant, multi nanque crediderūt. Hæc autem dicit euangelista, vt testimonijs Lazari mortem confirmet. Sed quid non aduocat sororem Martham, cum obuiam Christo proficiscitur? vult sola occurrere, & rem nunciare, quæ cum bonam spem habere iuberetur, tunc Mariam vocat, in medio fletu Christo fit obuiam. Vides amoris magnitudinem? Ipsa

est, de qua inquit; Maria optimam partem elegit. Quomodo ergo vehementior hæc, quæ nihil audiuit? Mattha imbecilior erat, quippe quæ cum tanta audisset, inquit tamen paulò post; *Iam sciet, quatuordecim est.* Illa autem, etsi nihil tale accepisset, tamen inquiens; *Domine, si fuisset hic, frater meus non fuisset mortuus.* Considerate mulierum sapientiam, quamuis imbecillæ essent. Viso enim Christo, non statim in plangitibus & lamentationibus proruperunt, ut visum venit, cum mœrore aliquo affectu, à notis visitamur: sed continuò magistrum venerantur, & crediderunt, licet non perfectè, ut decuit. Nondum enim norant, & quòd Deus esset, & quòd propria virtute, & autoritate hæc faceret, sed vtrunque hic didicerunt. Illud enim ignorabant, cum dicerent; *Si fuisset hic, non fuisset mortuus frater meus.* Hoc autem dicendo; *Quæcumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus.* Ac si de bono quodam, & probato viro loquerentur. Quid ad hæc Christus? *Resurget frater tuus.* Illud primùm confirmat; *Quæcumque poposceris à Deo.* Non enim inquit, poscam: sed, *resurget.* Nam si dixisset; *O mulier, adhuc humi iaces, non ego alterius auxilio, à meipso omnia facio: molestiora, & supra mulieris intelligentiam fuissent: dicendo autem; Resurget: medium tenuit, & insequentibus ea, quæ dixi, significauit. Dicente enim, Scio, quia resurget in resurrectione in nonisimo die: apertius suam ostendit auctoritatem. Ego sum, inquit, resurrectio & vita, quod alterius non egere auxilio indicat, quippe qui vita est. Quòd si alterius indigeret, quomodo ipse & resurrectio esset, & vita? Non ergo ita dixit, idem tamen significauit: & ad illam particulam; *Quæcumque poposceris, inquit; Omnis, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: se bonis abundare, & à se petendum ostendit. Et omnium qui viuit, & credit in me, non morietur in aeternum.* Intuere quòd eius erigat animum. Non enim tantum quæritur resurrectio Lazari, sed & hanc, & illam oportet intelligere resurrectionem. Propterea autem verbis philosophatur. Quòd si resurrectio ipse est, & vita, nullo in loco circumscribitur, sed vbique præfens sanare potuit. Quòd si dixissent, ut Centurio; Dic verbum, & sanabitur puer meus: itidem profectò respondisset. Cum autem ad se ut veniret, rogaret, ideo assensus est, ut eas à tanta humilitate erigeret, suam tamen absentis ostendit potestatem; ideo tardat. Non enim cognita esset gratia repente præstita, nisi corruptus esset, & fœteret. Et vnde mulier futuram norat resurrectionem? Audierat Christum multa de ea disputantem, quam iam videre cupiebat, & adhuc humi vertitur. Nam, cum audiret; *Ego sum resurrectio, & vita: non respondit, resuscita eum: sed, ego credo quia tu es Christus filius Dei.* Cui Christus; *Omnis qui credit in me, etiam si mortuus, hac scilicet morte, fuerit, viuet: & omnium, qui credit in me, non morietur in aeternum; illam videlicet mortem.* Nam ego sum resurrectio. Noli perturbari, si mortuus est frater vester. Hæc non est mors. Primùm eam ab euentu consolatur, & bene sperare iubet, dicendo, &, *Resurget frater: & Ego sum resurrectio.* Et quòd resurgens, etiam si moriatur, nihil patietur incommodi. Quamobrem non est huiusmodi mors dolenda: hoc est, neque ipse mortuus est, neque vos moriemini. *Credis hoc? Ait illi; Vtique domine, &c.* Videtur mihi Christi dictum mulierem non intellexisse: nouit tamen magnum esse, totum non*

Matth. 8.

respexit: propterea aliud interrogat, aliud respondet. Illud tamen primùm cõsecuta est, quòd fletum compescuit. Eiusmodi enim Christi sermonis virtus ideo illa præuenit, hæc secuta est. In magistrum nanque beneuolentia non multum præsentem calamitatem sentire permittebat. Itaque cum gratia etiam meus mulieris philosophabatur. Verum enim uero etiam cum aliis malis hic muliebris morbus iam præualuit, ostentant plangitibus, & dolores suos, cruentat brachia, scindunt capillos, laniat genas, partim ob dolorem, partim ad ostentationem, aliq̃ animo impudico in medio foro brachia nudat. Quid facis, mulier? Nudas te impudenter in medio foro, cum Christi mœbrum sis, cū viri adstent, & capillos vellis, & in miseris prorūpis eiulatus, & saltus & insanarū mulierum more iactaris? Nonne te Deum offendere arbitraris? Quænam hæc insania? Nonne ridebunt gentiles? Nonne fabulam nostram putabunt religionem? Dicent enim nullam esse resurrectionem, illusiones omnia Christianorum dogmata, & fallacias putabunt. Haud enim aliter, quam si nihil post mortem remaneat, mulieres lamentantur, non attendunt scripturis, omnia illa figmenta ipsæ credere videntur: siquidem si crederent mortuum non esse mortuum, sed ad meliorem vitam translatum, nõ vtrique ipsum tanquam nihil esse deplorarent, non adeo indignarentur, non tãtas afferrent voces incredulitatis indices. Nunquam te amplius videbo. Omnia fabulæ: nam, si principali bono ita diffidit, multò magis, aliis, quæ asserunt. Non ita gentiles effremantur. Multi apud eos philosophati sunt: & cum audisset mater filium in prælio cecidisse, mox rogauit, quomodo se respública haberet. Et alius philosophus coronatus, cum audiret pro patria cecidisse coronam deposuit: inde sciscitatus quomodo cecidisset, ut fortiter occubisset cognouit, in caput statim coronam reposuit. Multi & filios, & filias cædi, dæmonas reueriti, tradiderunt. Spartanæ autè mulieres hortantur filios, ut clypeum è prælio referant, aut super eo occumbant: Ideo pudet me gentiles hæc sapere, nos impudentes esse: qui de resurrectione nihil intelligunt, intelligentium opera faciunt: qui intelligunt, ignorantium: & quòd propter Deum non faciunt, homines reueriti faciunt sapienter. Opulentiores fœminæ capillos non soluunt, brachia non nudant, quòd & maximè reprehendendum: non quòd non nudent, sed quòd non propter Deum, sed ne turpes videantur. Pudor luctu cohibet, Dei metus non cohibet. Et quomodo hoc non summo opere reprehendendum? Quòd diuites diuitiarū gratia faciunt, diuino metu pauperes faciunt. Sed è contrà euenit: illæ propter inanem gloriã philosophantur, hæ propter humilitatem præferunt impudentiam. Quid hoc absurdum? Omnia propter homines, omnia propter præsentia facimus. Et stultè, & ridiculè loquuntur. Atqui dominus inquit; Beati qui lugent: peccata videlicet, quæ nemo luget, nemo animæ suæ curat perdicionem. Quòd lugere non iubemus, id lugemus? Quid inquit; cum homines simus, de mortè hominis non est dolendum? Nunquid ego hoc prohibeo? Minime lugere, sed impudenter lugere verò. Non sum immanis, atque crudelis. Video naturam dolere, & quotidianam requirere consuetudinem. Non licet nullo affectu moueri, quod & Christus ostendit:

Matth. 5.

EIVSDEM IN IDEM

Homil. 2.

Nondum enim venerat Iesus in castellum, sed erat adhuc in illo loco, ubi occurrerat ei Maria. Magnum bonum sapientia est. Sapientia nostra dico, non gentilium, quæ verba sunt duntaxat, & fabulæ, neque vllã habent sapientiam. gloriæ nanque causa omnia faciunt. Magnum, inquam, bonum sapientia, quæ nobis inde vicem reddit. Qui enim pecunias contemnit, iam hoc bonum consecutus est, quòd superfluis, & stultis curis liberatus est. Qui gloriam perfundat, præmium inde accipit, quòd nulli seruit, sed vera libertate perfruitur. Qui cœlestia cõcupiscit, remuneratione non caret, cum nihil præsentia arbitretur, & facillè dolorem omnè exuperet. Ecce nunc mulierem philosophantem inde præmium consecutam. Etenim, omnibus assidentibus, dolens, & plangens, non expectauit ad se venientem magistrum, neque decorum seruauit, neque luctu retentã est. Siquidem quæ in luctu sunt, cum aliis incommodis etiam tenentur affectu, quòd à præsentibus affectant laudari: quorum nihil Mariæ accidit, sed surgens euestigio, magistro obuiam facta est. Iesus autem nondum in locum venerat: lento enim passu ambulabat, ne ad signum faciendum festinare videretur, sed ab illis de eo iudicium fieri volebat. Aut igitur hoc significare vult euangelista, aut quòd citò accurrat, ut venienti occurreret. Venit autem non sola, sed omni Iudæorum turba subsequente, & perquam prudenter soror ei clam magistri aduentum significauit, ne confessum perturbaret: neque cur surgeret dixit: nam multi certè abiissent. Nunc verò tãquam fleturam ad monumentum secuti sunt, & ex his iterum mortuum Lazari confirmatur. Et prociat ad pedes eius, vehementius quàm soror amabat, neque turbam reuerita est, neque opinionem, quam de eo Iudæi habebant. Erant namque multi maleuoli, qui dicebãt; *Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere ut hic non moreretur?* Sed omnem humanum affectum expulit, magistro præsentem, cuius solius facta est honoris videlicet in dominum. Et quid, inquit? *Domine, si fuisset hic, frater meus non fuisset mortuus.* Sed quid? nihil ad eam loquitur Christus, ut ad sororem. Turba aderat, neque verborum tempus erat, sed moueretur humano affectu, quem tantum primo voluit estimari. Nam, cum signũ magnum, quale rarò fecit, esset facturus, ex quo multa erat prouentura utilitas, ne, turba absente, nihil lucraretur, doloris affectu multos testes allicit, ne prædam amitteret. Et primùm humanam præferraturam. Lachrymatur, & perturbatur. Notat enim lachrymas excitare, & affectum arguere. Illa enim particula; *Et infremuit spiritu,* motum illum cohibuisse signat: & ait; *Vbi posuisti eum? ne flendo interrogaret.* Sed quid rogat? Non vult festinare, sed omnia ab illis discere, & hortatus facere, ut omni suspitione careret miraculam. Dicunt ei, *Domine, veni, & vide.* Lachrymatur est Iesus. Nullum adhuc resurrectionis signum ostenderat, neque ut suscitatus, sed ut lachrymaturus venit, quòd mox significatur: ait enim; *Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex ipsis dixerunt, &c.* Nec in calamitatibus à malitia abstinebant. Atqui facturus erat

Hom. 62. in Ioan.

Vides eleemosynam & oblationibus defunctos inueneri, sed cautè legendum id, quod sentiri videtur, etiam in mortificatione peccatis decedentes post mortem suffragiis subleuari, cuius contrarium Florentina Synodus definit.

Feb. 9.

ostendit: lachrymatur est super Lazaro; eius sequere exemplum: lachrymatur, sed leniter, & pudenter, & cum Dei timore. Si hac ratione lachrymas fundes, nõ resurrectionis diffidentia argueris, sed ægrè ferre charissimi sciunctionem videberis. Nam & peregrè proficiscentes lachrymis prosequimur, non tamen ut mortuos: ita & tu lugeas tanquam præmiseris peregrinum. Hæc ego non ut præceptor, sed ut permissor, humanæ conscientie fragilitatis admono. Quòd si peccator, & qui sapenúmero Deum offenderit moritur, is deflendus est, vel potius minimè, cum nihil illi afferat utilitatis: sed ea faciendã, quæ ei aliquid conferre possint, eleemosynas, oblationes: in hoc latendum est, quòd malitia eius abscessa est: quòd si iustus, rursus latendum, quòd in tuto collocatur, quòd liberatus est futura formidine. Si iuuenis, quòd ex medio malorum ereptus est: si senex, quòd eo diutius vsus, quòd maximè desiderabile videbatur, vitæ sarietate migravit. Tu autem, horum omnia consideratione, ancillas cædis, ac si ita demum defunctum honoribus prosequaris: quod vltimæ est dementia. Honor enim mortuorum non fletus est, non eiulatus, sed hymni, & psalmi, & vita optima. Ille moriens cum angelis euolabit, etiam si nemo exequiis interueniat: perditus autem, & si in funere vniuersam habuerit ciuitatem, nihil lucrabitur. Vis mortuum honorare? alia via aggrediendum est. Fac eleemosynas. Quæ tibi ex multis fletibus utilitas? Ego & aliud malum audiui, quòd multæ etiam amatores per fletus alliciunt, maritalis amoris opinionem, lamentationum vehementia de se confirmantes. O diabolicam mentem! ô fathanæ cogitationem! Quandiũ & terra, & puluis, & quandiũ sanguis, & caro erimus? Cælum tandem suspiciamus, intelligamus spiritalem nostram partem. Quomodo gentiles arguimus? Quomodo, qui hæc faciunt, consolabimur? Quomodo cum his de resurrectione disputabimus? Quomodo de aliis sapientiæ partibus? Quæ securitate viuemus? Ex dolore enim prouenit mors. Considera vim perpetuam animæ, nihil finit videre necessariorum, inde multũ detrimentũ: nullo enim modo & Deum offendimus, neque nobis, neque defuncto profuimus: hoc autem & Deo placemus, & probamur ab hominibus. Nam si non succumbemus, continuò doloris reliquiæ abolentur. Si indignabimur, in miseria relinquimur. Si gratias agemus, nõ mœrebitur. Et quomodo potest, inquit, non dolere, qui filium, vel vxorem amisit? Non dico, ne doleat: sed ne immodicè. Nam, si intelligeremus, Deum illum abstulisse, quem mortalem viuum, ac filium habebamus, mox consolaremur. Indignari enim maius quiddam supra naturam quærentis est, Homo natus & mortalis, quid dolens, quòd secundum naturam contigit? Nunquid doles, quòd edendo nutritis? Num sine cibo viueret? Ita & in morte, nunquid quæris immortalitatem? Mortalis natus es. Semel hoc definitum. Noli dolere, noli te affligere, sed ama quæ communiter omnibus statuta sunt. Doleant tibi peccata tua, hic optimus fletus, hæc maxima sapientia. Hæc ergo perpetuò defleamus, ut cælestem assequamur lætitiã, gratia, & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui honor, & gloria, in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM IN IDEM

Homilia 3.

rem longè mirabiliorem. Longè enim maius est, post mortem in vitam reuocare, quàm instantem propellere: in quo ergo eius virtus erat admiranda, in eo Iesum calumniantur. Cõsententur autem aperuisse oculos cæci nati, & quod rursus debebant admirari, calumniantur, ac si nihil fecisset. Nec in hoc solum eorum ostendit malitiam, sed cum nondum ad monumentum venerit, eum criminantur, nõ expectantes rei finem. Intuere corruptum eorum iudicium. Venit ad monumentum, & rursus affectum arguit. Quid tandem tam diligenter quoties lachrymatus sit meminit Euangelista, & quod infremuerit? Vt intelligas verè naturam nostram induisse. Cum enim magna de eo loquatur, etiam in iis, quæ ad corpus spectant, hoc in loco multò humilior loquitur. Nihil, vt reliqui Euangelistæ, in passione quod in agonia esset, narrat, sed contrà, quod retrorsum supinus reiecerit. Quod ergo illic omisit, hic per lucum implerit. Nam de morte disputans, inquit, Potestatem habeo ponendi animam meam: & nihil submisisse loquitur. Ideo in humanitatis affectibus incarnationis veritatem ostendunt. Mattheus enim ab agonia, & tremore, & sudore, hic à lachrymis humanitatem confirmat. Neque enim nisi noluisse fuisse naturæ, & semel, & iterum lachrimari coactus fuisset: neque vllis responderit criminibus. Quid enim verbis imponere ei silentium oportuit, cum mox rebus ipsis ad tacendum cogerentur? quod grauius fuit, & maiorem inculcit pudorem. At ergo, tollite lapidem. Quid tandem absens non idem iusserat, atque perfecerat? Quid nõ dimisso lapide, suscitauit? Poterat enim qui corpus mortuum voce mouerat, & corrupto animam inspirarat, multò magis lapidem mouere. Sed cur non fecit? Vt eos testes fecisset miracula, ne dicerent, quod & de cæco. Hic est, non est. Manus enim, & præsentia illorum ipsum esse testabantur. Illi enim vel imaginationem, vel præstigium aliquod opinari potuissent, nunc, cum affuerint, eum lapidem tulerint, cum ligatus exierit, cum iustus sit solui, cū amici præsentem ipsum viderint, & ex vestibus agnouerint, cum sorores fecerent, & quadriduam esse dixerint, hæc omnia sufficientia erant, quæ vel impudentibus silentium imponerent, cum rei testes adessent. Ideo iubet vt lapidem tollant à monumento, ostendens seipsum suscitare. Ideo interrogat, Vbi posuisti eum? vt dicentes, Veni & vide: & ducentes ipsum, non possent dicere alium suscitatum, vt & vox, & manus testificaretur. Vox, dicendo veni, & vide. Manus, lapidem tollendo, & iustitias soluendo. Et visus, & auditus, hic vocem audiendo, ille, videndo exeuntem; & odoratus odore offensus. Inquit enim; Lam fetet, quadriduamus est. Merito ergo dixit, quod minimè notat mulier, quid Iesus diceret, eum inquit; Etiam si mortuus fuerit, viues. Considera ergo quid hæc dicat, tanquam iam impossibile esset. Erat enim admirabile, vt quadriduam, & factidum mortuum suscitaret. Discipulis enim inquit; Vt glorificetur filius Dei per eum. Hic gloriam Dei de patre, inquit, Animaduerte audientium imbecillitatem; diuersi sermonis esse causam. Rememoratur enim, quæ superius dixerat, arguens tanquam obliuam. Noluisti iam præsentem perturbare, ideo inquit; Nõne dixi tibi, quod, si crederis, videbis gloriam Dei? Magnum namque bonum fides est, magnam, inquam, & bonorum multorum cau-

imò vt Dei opera homines facere possint in homine illius. Si enim credideritis, inquit, & dixeritis monti huic, vt transferatur, fiet; Qui credit in me, maiora signa faciet quàm ego, in nomine meo. Quoniam maiora? Et enim vmbra ipsorum mortuos suscitabant. Sic enim prædicabatur Christi potestas. Nõ enim tam mirabile fuit, quod viuus miracula faceret, vt ipso mortuo, alij in nomine eius maiora operarentur. Neque dubitandum fuit de eius resurrectione, neque, si visa fuisset, ita esset confirmata. Qui enim resurgentem vidisset, dicere poterat fuisse phantasma, qui verò, solo eius nomine inuocato, maiora miracula videt, quàm cum in carne cum hominibus versatus est, non sanè incredulus esset, nisi maiorem in modum desperet. Magnum igitur bonum fides, cum à vehementi amore, & flagranti animo procedit: ipsa sapientes nos indicat, ipsa humanam detegit humilitatem, & inferius ommissis rationibus, de cælestibus disputat: & quod humana sapientia inuenire non potest, in quo deficit, hoc fides dirigat, hoc docet. Hanc igitur complectamur, neque rationibus distrahamus. Cur gentiles nihil inuenire possunt, dic quæso? Nõne externam omnem nouere sapientiam? Vnde ergo piscatores, & tentoriorum opifices, & indoctos superare non potuerunt? Quoniam illi rationibus, hi fide omnia persequebantur: ideo & Platonem, & Pythagoram & Philosphos omnes, necnon & Astrologos, & Mathematicos, Geometras, Arithmeticos, & omnis sapientiæ professores superarunt, & tanto meliores facti sunt quanto natura vtilis, & delirantibus, qui vere, & imperia sunt philosophi. Hi enim statim animam respirationem esse, non tantum dixerunt, sed & persuaserunt. Illi autè nihil norant, quid esset anima, postquam autem inuenerunt, & diuenerunt eam à corpore, iterum in errorem prolapsi sunt: alij corpus eam dixerit, alij compositum, nonnulli cum corpore dissolui: necnon cælum animatum, & Deum. Piscatores autem Dei opus professi sunt, & omnibus persuaserunt. Quod autem gentiles rationibus vti sint, minimè mirum: quod autem, qui fideles videtur, hi animales inueniantur, est sanè ridiculum, propterea decipiuntur. Et alij quidem * qui dicunt scire Deum, vt ipse seipsum nouit, quod nemo ne illorum quidem ausus est dicere. * Alij non posse Deum sine passione generare, neque ei quicquam amplius à nobis habere permittere. * Alij quod recta via nihil proficit. Sed tempus non est, hæc in præsentia reprehendendi. Quod autem nihil proficiat fides recta, si vita praua sit & Christus, & Paulus pluribus ostendit. Inquit enim; Nõ omnis, qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnũ cælorum. Et; Multi dicent mihi in illa die, domine, nõne in nomine tuo prophetauimus? & dicam eis; Nescio vos, & iterum; Nolite gaudere, quod dæmonia vobis obediunt. Qui hæc non attendunt, facile in vitia delabuntur, etiam si fidem rectam habeant, sed nõ hæc fugiamus, neque enim sine vita recta Deus videri potest. Pacem, inquit, persequimini, & sanctificationem, sine qua nemo videbit Deum. Sanctificationem continentiam appellat, vt vnusquisque sua contentus sit vxore neque alienam quærat. Qui sua contentus non est, saluus esse non potest: sed necessario peribit, etiam si innumera bona opera fecerit. Fornicando impossibile est intrare in regnum cælorum: imò

imò non fornicatio hæc, sed adulterium. Quem admodum enim alligata vxore, si alium cognoscit, adulteratur: ita alligatus vxori, si aliã habet adulterij reus est: hic non hæreticabit regnum cælorum, sed in gehennam intradetur. De his inquit Deus; Vermis eorum non morietur, neque ignis exstinguetur. Nullam enim veniam consequitur, qui, capta vxore, post hoc carnis remedium alienam iniuriatur, hoc iam lasciuia est: quod si ab vxore sua multi ieiunij, & orationis tẽpore abstinent, qui sua contentus nõ est, sed alienam introducit, quantum sibi malè accumulatur? Si suam repudiare, & alij vocare non licet (est enim adulterium) quantum ille accusandus est, qui suã aliã addit? Nemo igitur huic morbi animæ insidere permittat, sed radicem euellat. Neque enim tantum vxorem, quantum seipsum offendit: hoc enim aded apud Deum scelus videtur, vt, si vxor ab idololatra viro, ipso nolente, discédatur, puniatur: si ab adultero, minimè. Considera ergo huius morbi malitiam, nam, si qua fidelis, inquit, habet virum infidelem, & ipse consentit habitare cum illa non dimittit virum. De fornicatione autem, si quis dimiserit vxorem suam præter rationem fornicationis, facit ipsam mœcham. Nam, si consuetudo vnus corpus facit, si quis meretrici admiscetur, vnus cum meretrice corpus efficitur: quomodo ergo quæ pudica est, & Christi membrum talem suscipiet? Quomodo ei iungetur corpus meretricis? Et intuere excessum; Quæ cum infideli habitat, non est immunda: sanctificatus est, inquit, vir infidelis in muliere fidelis. In fornicaria autem, nunquid membra Christi faciemus membra meretricis? Illic sanctificatio manet, si cum vxore cohabitabit, hic discedit. Graue itaque malum fornicatio, graue inquam, & immortale afferens supplicium, & in hac vita innumera secum mala trahit. Cogitur enim vitam miseram, & infelicem viuere, qui hoc morbo afficitur. Neque meliori loco res suæ sunt, quàm eorum, qui supplicij distrahuntur. Alienam domum trepidus, & formidulosus ingreditur, omnia timet, & seruos, & liberos. Quare hortor hoc vos morbo dissoluatis: quod si non placet, nolite hæc sacra ingredi penetrabilia. Si quidem minimè oportet scabiosas, & morbidas oues in sanarium & bene valetium grege versari, sed ab ouili exigenda sunt, quoad bonam recipiant valetudinem; Membra Christi sumus, nolimus fieri meretricis. Non est locus hic lupanar, sed ecclesia. Si membra meretricis habes, abesto ab ecclesia, ne præsentia tua sordescat. Quod si nulla esset gehenna, nullum supplicium quo tamen animo post continentiam illam, & nuptiales faces, post iustum lectum, & liberorum susceptionem, post quotidianam consuetudinem patris aliã supponere? Cur non vereris, non erubescis? Qui post vxorum mortè alij admiscetur, hi reprehenduntur à multis, quamuis puniri non possint: tu, vinete vxore, aliam superducis? Quoniam hæc incontinentia? De his inquit; Vermis eorum non morietur, & ignis non exstinguetur. Perhorresce minas, formida supplicium, Non est tanta hic voluptas, quanta illic pena. Sed ab sit, vt aliquis sit huic obnoxius supplicio, sed per sanctificationem omnes Christum videant, & promissa bona consequantur, gratia, & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria in secula seculorum, Amen.

Iesus autem eleuatis sursum oculis, dixit, Pater, gratias. *Eccl. Hom. 61. in Ioan.*
 Iago tibi, &c. Quod sæpenumero dixi, id & in præsentia repetam, Deum, scilicet, nõ ad eam suam spectare dignitatem, vt nostram salutem: neque vt magnum aliquid loquatur, sed vt nos possit allicere. Propterea alta, & magna raro, & ea abscondita, sed humilia, & abiecta frequenter loquitur. Cum enim his populũ magis adduceret, magis etiam vtebatur, non tamen semper ne postea offenderentur: neque cõcitet, ne præsentem scandalizarentur. Illi namque, qui perfecti futuri erant, ex vno altè, & magnificè dicto totum poterat intelligere: hi autem, cum rudes essent, nisi sæpenumero eadem audissent, nullum cepissent momentum. Certè neque post tantam doctrinam perstant, sed eum lapidibus petunt, & persequuntur, & interficere conantur, & blasphemum appellant, cum æqualem se faceret Deo. Et nunc dicunt blasphemare. Cum autem dixisset; Remittuntur tibi peccata tua, iterum dæmonium habere dicunt. Et cum mortem superare, qui verba sua audierit, & se in patre, & patrem in ipso, & de cælo se descendisse diceret, eum relinquunt, & perturbantur. Quæ si raro dicta minimè ferebant, longè minus, si semper altè, & magnificè locutus esset. Nam, cum dicit, Sicut madauit mihi pater, sic loquor, & ego à meipso nihil loquor: runc credunt, Multi, inquit, crediderunt in eum. Quod si humilia fidem faciunt, sublimia auferunt: nõne vltimè amentia est, non intueri humiliter propter auditores locutum? Nam & alio in loco cum magnum quiddam dicere veller, & reticuisset, causam attulit, ne scandalizarentur, Proiecit hamum in mare: quod & in hoc loco. Cum enim dixisset; Ego sciebam quia semper me audis: profectus est, propter circumstantem populũ dixisse, vt crederent. Nunquid nostra hæc verba sunt? Num humana coniectura? Cum enim ex rebus ipsis nos credamus eos in magnis scandalizari, & ipse dicat se idè humilia loqui, ne scandalizarentur: quis deinceps à natura humiliter ipsum locutum suspicabitur, & non eorum indulgẽtem imbecillitati? Et alibi, voce cælitus delata, dicebat; Non propter me hæc vox facta est, sed propter vos. At qui magnum decet multa, dese humiliter prædicare, non autem humilem, & abiectum magnificè, indulget auditorum imbecillitati, & humilitatem eos, & se carnem nostram accepisse erudit, nõne Deo cõtrarium, & non venisse à Deo, & legem soluere arbitrantur, vtque odium populi auerteret, cum frequenter in veteri testamento dicatur, dominus Deus tuus, dominus vnus est. Quod enim humilis, & abiectus magnificè de se loquatur nulla est causa, nec ratione aliqua nititur, sed sola amentia est, & impietas, & audacia non toleranda. Qua ergo gratia humilia loquitur, qui arcana illius, & inenarrabilis est substantia? Et eorum, quæ diximus, gratia, & ne etiam putaretur ingenuus. Nam & Paulus quid tale tenuisse videtur cum ait; Præter eum, qui ei cõtra subiecit. Impium enim hoc suspicari. Nam, si minor patre, & alterius substantiæ aequali existimatus esset, nõne omnia fecisset, vt ea tolleretur opinio? Nunc contrà facit; inquit; Si non facio

Matth. 26. Luc. 22. Sup. 10. Matt. 30.

Sed vsu modo aliud fert. 1. Corinth. 7. Matth. 5.

1. Corinth. 7.

* Cnosita.

* Arian.

* Nicolaita.

* Cnosita.

Luc. 10.

Hebr. 12.

Eccl. Sup.

Matth. 17. Inf. 14. Act. 7.

Sup. 10.

Sup. 8.

Matth. 17.

Matth. 17.

Matth. 6.

1. Cor. 15.

Inf. 14.

opera eius, qui misit me nolite mihi credere. Et cum dicit; Ego in patre, & pater in me est, æqualitatem nobis signat. Erat hæc omnino tollenda opinio, si inferior fuisset, & nullo pacto dicendum, Ego in patre, & pater in me est, aut vnum sumus: aut qui videt me, videt & patrem. De virtute namque sermo erat, dicendo; Ego, & pater vnum sumus. Et de potentia; Sicut pater suscitavit mortuos, & viuificauit: sic & filius, quos vult, viuificat. Quod qui alterius esset substantia, minimè facere potuisset: quod si potuisset, non oportebat id dicere, ne quis vnus, & eandem esse substantiam arbitraretur. Si enim, ne suspicarentur Deo contrarium esse, etiam, quæ sibi non conueniunt, de se nonnunquam loquitur, longè magis tunc. Dicere namque, vt honorificent filium, sicut & patrem, & opera, quæ ille facit, & ego similiter facio: & se resurrectionem esse, & vitam, & lucem mundi: æquiparantis est sese patri, & illorum confirmantis suspicionem. Nunc autem, quod legem non soluat, tor rationibus excusat: opinionem autem æqualitatis ad patrem, non modò non tollit, sed confirmat: & dicentibus illis, blasphemias, quia te Deum facies: operibus æqualitatem demonstrauit. Et quid filium hoc fecisse dico, cum pater non indutus carne, multa de se humilia dici passus sit propter auditorum salutem? Ad hæc enim inquit; Vbi est? Et illud; Vt cognoscam, si fortè secundum aliam morem eorum perficiuntur, & Nunc cognoui, quia times Deum tuum. Et; si fortè audiant, & si intelligant: & Quis daret cor populi huius sic esse? & Non est similis tibi inter deos, domine. Et multa huiusmodi in veteri testamento, si quis notaret, diuina maiestate indigna inueniret. Et de Achab dictum est; Quis decipiet mihi Achab? Et quoties gentilibus diis per comparationem præponitur, semper indigna sunt Deo verba. Sed aliter digna efficiuntur, quoniam tam clemens est, vt propter nonstram salutem, etiam digna se verba contemnat. Nam & quod homo filius factus sit, & serui formam acceperit, quod humilia & loqueretur, & de se dici permiserit, indignum Deo: Indignum sanè, si quis eius consideret maiestatem: dignum rursus, si immensa eius benignitas, & clementia consideretur. Est & aliam humilium verborum causa, qua patrem norant, & venerabantur, filium autem ignorabant. Ideo ad ipsum frequenter confugit tanquam confessum, vt pote, cum non adhuc ipse eam haberet auctoritatem: non ex se, sed ex auditorum stultitia, atque imbecillitate. Ideo orat, & dicit; Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Quod si quos vult viuificat, & sicut pater, ita viuificat, quare orat? Sed vide iam in ipsum venisse locum. Vt ergo tulerunt lapidem, Iesus eleuatis sumis oculis, &c. Interrogemus hic hæreticum, num preces ei quid contulerint ad Lazarum suscitandum? Quomodo rogo alia sine precibus fecit miracula? Tibi, inquit, dico dæmonium, egredere ab isto: & Volo mundare: & Surge, tolle grabbatum tuum: & Remittantur tibi peccata tua: & mari; Tace, obmutescere. Quid autem præstaret Apostolis, si preces ei ad miracula optularentur? Imò neque illi precibus omnia faciebant, sed multa, Iesu nomine inuocato. Quod si eius nomen tantum poterat, quomodo ipse preces auxilio indigebat? Quo si indigebat, non vtique nomen eius eam habuisset potestatem. Quum autem hominem fecit, quid pre-

Idem. Sup. 10. Supr. 5.

Genesi. Genesi. 22. 27. 28. Psal. 83.

2. Par. 18.

Supr. 5.

Luc. 11. Matth. 8. Matth. 9. Luc. 11. Matth. 4.

catus est? Nónne magna deprehenditur æqualitas? Faciamus, inquit, hominem. Quid autem imbecillius, si ei orandum fuit? Sed videamus quid orat; Pater, gratias ago tibi, quia audisti me. Et quoniam vnquam ita precatus est, priusquam quicquam diceret; Gratias ago tibi, inquit, ostendens se non egere precibus. Omnia enim facis, quæ voluimus tanquam non posset, sed tanquam vna esset ipsorum sententia. Sed qua gratia orationis forma vsus est? Nō me, sed illum causam dicentem audi; Propter circumstantem populum, vt credant, quia tu me misisti. Nō dixit, vt credant me minore, & quod diuino indigeam auxilio, sine quo nihil facere possum, sed, quod tu me misisti. Hæc omnia preces ostendunt, si simpliciter eas accipiamus. Non dixit; Misisti me imbecillum, seruicium conscientiam, me ipso nihil potentes, sed, his omnibus omisis, ne quid horum suspicarentur, ponit veram orationis causam, ne me Deo contrarium arbitrentur, ne dicant non esse à Deo, vt secundum voluntatem tuam hoc me fecisse ostendam: tantum non dicens; Si essem contrarius Deo, res non processisset. Audisti me, & ad amicos dici solet, & æquales; Ego sciebam, quia semper me audisti: hoc est, vt fiat voluntas mea, non ego precibus ad persuadendum, vna enim voluntas est. Ad quid ergo preces? Propter infirmiores. Et cum hæc dixisset, clamauit voce magna. Cur non dixit? In nomine patris mei, veni foras, resuscita eum pater: sed, omnibus his omisis, orantis forma accepta, re ipsa suam præfert auctoritatem? quia & hoc sapientia: suæ est, vt verbis humilitatem, re potestatem præ se ferat. Quum enim nulla alia de re Christum possent accusare, quum quod non esset à Deo, & ita multitudinem deciperent, hæc gratia per excessum id refutat, & eo modo, quem imbecillitas exigebat. Poterat enim aliter ostendere inter se conuenientiam, sed eò populus peruenire non poterat, & ait; Lazare, veni foras. Hoc est quod dixerat; Venit hora, quando mortui audiunt vocem filij Dei, & qui audierint, viuunt. Vt enim non exillimares ab alio virtutem accepisse, superius te docuit, & nunc per opera ostendit. Et non dixit, resurges, veni foras, & mortuum tanquam viuētem appellat. Quid huic potestati par? Quod si non propria virtute hoc facit, quid in eo plus esset quam in apostolis, qui dicebant; Quid nobis attenditis, tanquam propria virtute faciamus? Similes vobis homines sumus. Præterea Apostoli, quod nihil ex se facerent, totis viribus persuadere conabantur: ipse autem cum eam de se conceitasset opinionem, nōne abstulisset, si falsa eius potestas crederetur? Quis hoc dixerit? Sed contra ait; Propter circumstantem populum, vt credat. Quod si crederent, non opus esset precibus. Si enim non erat indignum se precari, quare illis causam imputat? Quare autem non dixit, vt credat, quod tibi non sum æqualis? oportuit enim in hæc suspicionem venire. Sed, cum legem soluere existimaretur, nihil illis dicentibus; Nolite, inquit, putare, quia veni soluere legem: nunc autem confirmat opinionem. Omnino autem quid opus fuit tātis ambagibus, & obsecrationibus? Satis fuerat dicere, Non sum

Genesi.

Act. 3.

Mat. 5.

sum par. Quid ergo non dixit, inquit, non facio voluntatem meam? Et hoc obsecrè, & ob illorum imbecillitatem, & ea ratione, qua & orauit. Quid autem significat, quoniam audisti me? hoc est, nulla in te tibi contrarius sum. Quemadmodum igitur ea particula, quoniam audisti me: non signat quod ipse non potuerit: non enim tantum impotentia esset, sed stultitia, siquidem ante preces nescisset eum sibi assensurum, & nesciebat quomodo dixit; Vado vt à somno excitem eum: & non dixit, vado vt rogem patrem, vt exiret. Quemadmodum, inquam, non imbecillitatis, sed stultitiæ, ita & illa; Quia semper me audisti: aut idem signat, aut ad illorum locutus est suspitionem. Quod si neque ignorabat, neque imbecillis erat, cōstat propterea humiliter locutum, vt saltem id per excessum dictum cogaris confiteri, non secundum eius dignitatē, sed vt ad, auditorum descēderet imbecillitatem: ideo dixit: Quoniam me audisti. Minimè inquit, sed vt ostenderet excellentiam. Atqui hoc pacto & nimiam humilitatem, & tātum hominem esse indicabat. Neque enim precari Dei est, & eius, qui Deo assidet. Vides nulla alia causa ad hoc venisse, semper propter illorum incredulitatem? Intuere rem ipsam eius potestatem testantem. Prodiit ergo Lazarus ligatus, inde ne imaginationem quandam esse putares. Prodiere enim ligatum, non minus admirandum videbatur, quam suscitari. Insuper solui. Vt tangentes, & propius facti noscerent verè resurrexisse, & inquit, smite abire. Inruere, quod nullam gloriam expetat. Non ducit eum, non iubet secum esse, vt rem ostentet facto miraculo. Alij admirabantur, alij Pharisæis annunciantur.

EIVSDEM IN IDEM

De Lazaro resuscitato.

Homil. 4.

Grandi, fratres, stupore, grādi miraculo hinc, & inde fluctibus dolorū Lazarus mortuus est: vt terrenis artubus, vel membris fetentibus debebatur, sepultus est, & humarus. Contractis igitur membris inter ieiunas, & numerabiles costas, pellis terra distenditur, & humoris riuus, qui de gurgite viscerum laxabatur, ferenti iam sentina per solum cadaueris teter, & cœruleus labebatur. Sed quia iustum iuuenem Lazarum (quem loquor) dominus in seculo dilexisset, præfaga voce præfatus futurorum Apostolis suis dominare Lazarum dixit: & quem promissit, si ad illam ciuitatem accederet, protinus excitandum. Hinc ergo Lazarus, cui per cœruleas venas membra tabuerunt, quem locatum spelunca incise rupis; immani obiectus ex pondere lapis perenni valida detruerant. Bono Maiestatis munere serena auguista virtutis eternitas, saluatoris flecitur pietate, & ad fotores* puerit quas Lazarus cines sparsos per genas tristes capillos obduserant resurgere posse Lazarus, si isti crederent, sacratissima vera Dei pietas intonabat. Mox sorores, cōstipante turba, miracula euulari, ætū, ieiunij lachrymarum vbertatibus, ebrietate dehinc genibus à statū totius corporis miserandè iactantur. Heu luctus pius, precum pulsus tenuentē defectu carmine palpitans, sorores lachrymas pro germano fundebant, & Hebraeas grassitando voces fra-

Hæc Homilia non videtur esse Chrysostomi, sed Latini alicuius nec admodum vixit. Hæc locutur aut in post Homilia in Enchiridion.

* Locutur vixit.

dis in vnum singulibus, saluatoris in laudibus explebant. Quis illic, rogo vos, populi festinatus, quæ spectantium turba, qualis tanti miraculi potuit esse conuentus, vbi essent plangentes puellæ, mortuus frater, & Christus fratrem promitteret excitandum? Conueniunt, credo, ad hoc spectaculum seruandæ memoriæ sempiternæ milites, Iudæi, Gentiles, Christiani, prolelyti, nauæ, nobiles, serui, senatores, & iudices, an resurgere possit, sætor longius de sepulchro populum feriebat, tota ciuitas morabatur. Qualis illic eras, Iesu Christe, quā croceus, quam decorus fonte purior, niue candidior; luna clarior, septies Sole candentior. Ecce inter hæc, Christe Iesu domine Deus fleuisse narraris. Agè agè, serue Dei viui, si aliquādo præuales, de lachrymis domini, vel paucæ narrato. Flebat Deus mortalibus lachrymis excitatus: & cum Lazarus (potestate sua fretus) mortis de vinculis reuocaret, præstabat pietatis officium solatio latorum. Flebat Deus, non quod ante se mortuam perisse cognosceret, sed quod sororum fleatibus obtriperaret: flebat Deus, vt quod homines pro hominibus facerent, Deus lachrymis, & pietate monstraret: flebat Deus, cur vsque ad hoc mortalis deliquisset, & vt disculis de periculis, inferos adamasset: flebat Deus, quod eos, qui immortales esse potuerunt, diabolus fecisset esse mortales. Heu tenuis aura de celo, corpus, quod rexerat, succiduis artubus debebat; sed non te pater, non filius aliquando desepxit. Pro tua morte factus est & Christus ipse mortalis. Flebat Maria, & fratre ipso mortuo, soror Marcha plangebat. Hartum ad lachrymas saluator pietate commotus, fleus à fleatibus contrahebat, vt, quia ipse sorori lachrymis, filij sui etiam inter ipsos celos paternitas fleteretur. Renouantur saxa, secretarium patefcit, horrois curiosi, affatim * gentium populorum oculi mittentur in antrum. Ecce vox domini saluatoris, Lazare, inquit, veni foras. Et vt Christus doceret, & prænderet, exuente mortuo, qui curiosos oculos in antrum sollicitius prætendebant, veniente foras, expanscenti formidine longius recurrebant. Visus est tecta facie, manibus, pedibusque contractus, & ad documentum virtutis ipse mortuus adhuc vinculatus, vt Christus iusserat, suis manibus resoluebant. Quæ, rogo, voces illiæ, qualis pressura videtur, quam curiosa micantium lumina, qualis in cervicibus præuenientium multitudo pendebat: qui stertus, quæ gaudia, quale murtur, quam nouum, & cæleste miraculum. Mors vincitur, homo redditur, inferorum catenæ franguntur, & post quadrimum Lazari lingua mouetur, manus officio præparantur; oculis visus redditur; in orbibus currant, vestigia gressibus explicantur; auribus renouatur auditus; acies distinguntur in parentes; cognatio recidiuigis obitibus renouatur, vox profapæ currit in auribus saluatoris, vnde ad motus oscula recognoscant frigida, posticitur & panis, nec non & domus petitur, Christi miracula referuntur, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

* Forte, gentium. mentium. Joan. 11.

S. AVGVST. EPISCOPI
Hipponefis in idem Evang. Hom. 1.

Tract. 49.
19. lona.

Inter omnia miracula, quae fecit dominus noster Iesus Christus, Lazari resurrectio praecipue praedicatur. Sed si attendamus quis fecerit, delectari debemus potius quam mirari. Ille suscitavit hominem, qui fecit hominem: ipse enim est vnicus patris, per quem sicut nobis, facta sunt omnia. Si ergo per illum facta sunt omnia, quid mirum est, si resurrexit vnus per illum, cum tot quotidie nascantur per illum? Plus est homines creare quam resuscitare: dignatus est tamen & creare, & resuscitare: creare omnes, resuscitare quosdam: nam, cum multa fecisset dominus Iesus, non omnia scripta sunt, sicut idem ipse sanctus Euangelista refertur, multa dominum Christum & dixisse & fecisse, quae scripta non sunt: electa sunt autem, quae scriberentur, quae salutem credentium sufficere videbantur. Audistis enim quia dominus Iesus mortuum suscitavit, sufficit tibi, vt scias, quia si vellet omnes mortuos suscitaret, & hoc quidem sibi ad finem seculi reservauit: nam qua audistis magno miraculo quatuordecim mortuum suscitasse de sepulchro, veniet hora, sicut ipse ait, quando omnes, qui sunt in monumentis, audient vocem eius, & procedent. Resuscitavit putentem, sed tamen in cadauere putete adhuc erat forma membrorum: ille in nouissimo die, ad vnam vocem cineres est resuscitatus in carnem: sed oportebat, vt modo aliqua faceret, quibus datis velut suae virtutis indicia, credamus in eum, & ad illam resurrectionem praepareremur, quae erit ad vitam, non ad iudicium: ita quippe ait, Veniet hora, quando omnes qui in monumentis sunt, audient vocem eius, & procedent qui bona fecerunt ad resurrectionem vitae, qui mala egerunt, ad resurrectionem iudicij. Tres tamen a domino resuscitatos mortuos in Euangelio legimus, & forte non frustra: domini quippe facta non sunt tantummodo facta, sed signa: si ergo signa sunt, praeter id, quod mira sunt, aliquid profecto significant: quorum factorum significationem inuenire, aliquanto est operosus, quam ea legere, vel audire. Admittentes audiebamus, tanquam magni miraculi spectaculo ante nostros oculos constituto, cum Euangelium legeretur, quemadmodum reuixerit Lazarus. Si attendamus mirabiliora opera Christi, omnis, qui credit, resurgit: si attendamus omnes, & intelligamus, delectabiliores mortes, omnis, qui peccat, moritur. Sed mortem carnis omnis homo timet, mortem animae pauci. Pro morte carnis, quae sine dubio quandoque ventura est, curant omnes ne veniat, inde est quod laborant: laborat ne moriatur homo mortuus, & non laborat, ne peccet homo in aeternum victurus: & cum laborat ne moriamur, sine causa laborat. Id enim agit vt multum mors differatur, non vt euadatur: si autem peccare nolit, non laborabit, & viuet in aeternum. Quis possemus excitare homines mortuos, & cum ipsis pariter excitari, vt tales esse iam amatores vitae permanentis quales sunt homines amatores vitae fugientis. Quid non facit homo sub mortis periculo constitutus? Gladio impendente ceruicibus, prodiderunt homines quicquid sibi vnde viverent, reseruebant. Quis

1020 5.

non continuo prodidit ne percuteretur? Et post conditionem fortasse percussus est. Quis non vt viueret, continuo perdere voluit vnde viveret, eligens vitam mendicantem quam celerem mortem? Cui dictum est, nauiga ne moriaris, & distulit? Cui dictum est, labora ne moriaris, & piger fuit? Leuia Deus iubet, vt in aeternum viuamus, & obedire negligimus: non tibi Deus dicit, Perde quicquid habes, vt viuas exiguo tempore in labore sollicitus: sed da pauperi, vnde habes, vt viuas semper sine labore securus. Accusant nos amatores vitae temporalis, quam, nec cum voluit, nec quando uiuunt, habent, & nos inuicem non accusamus, tam pigri, tam tepidi ad capeendam vitam aeternam, quam si uoluerimus, habebimus: cum habuerimus, non amittimus. Hanc autem mortem, quam timemus, etiam si noluerimus, habebimus. Si ergo dominus magna sua gratia, & magna sua misericordia animas suscitaret, ne moriantur in aeternum, bene intelligemus tres illos mortuos, quos in corporibus suscitauit, aliquid significare, & figurare de resurrectionibus animarum, quae sunt per fidem. Resuscitauit filiam Archifynagogi adhuc in domo iacentem: resuscitauit iuuenem filium viduae, extra portam ciuitatis elatum: resuscitauit Lazarum sepulchrum quatuordecim annorum: intueatur quisque animam suam, si peccat, moritur, peccatum mors est anima: sed aliquando in cogitatione expectatur: delectantur quod malum est, consensisti, peccasti, consensio illa occidit te: sed intus est mors, quia cogitatum malum nondum processit ad factum. Talem animam resuscitare se significans dominus, resuscitauit illam puellam, quae nondum erat foras elata, sed quia in domo mortua iacebat, quasi peccatum latebat. Si autem non solum mala delectationi consensisti, sed etiam ipsum malum fecisti, quasi mortuum tuum extra portam iulisti, iam foras es, & mortuus elatus es: tamen & ipsum dominus resuscitauit, & reddidit viduae matri suae. Si peccasti, poeniteat te, & resuscitet te dominus, & reddet te Ecclesiae matri tuae. Tertius mortuus Lazarus est: genus mortis immane, mala consuetudo appellatur: aliud est enim peccare, aliud peccandi consuetudinem facere. Qui peccat & continuo corrigitur, cito reuiuiscit, quia nondum est implicatus, consuetudine non est sepultus: qui autem peccare consuevit, sepultus est, & bene de illo dicitur, fuerit: incipit enim habere pessimam famam, tanquam odorem teteritimum: tales sunt omnes assueti sceleribus, perditis moribus. Dicir ei, noli facere, quando se audit, quem terra sic premit, & tabe corrumpitur, & mole consuetudinis praegratur: nec ad ipsum ramen resuscitandum minor fuit virtus Christi. Nonimus, videmus quotidie, videmus homines pessima consuetudine permutata, vivere melius, quam uiuant qui reprehendebant, delectabaris hominem. Ecce ipsa soror Lazari, si tamen ipsa est, quae pedes domini unxit unguento, & terxit capillis suis, quos lauerat lacrymis, melius suscitata est quam frater eius: de magna male consuetudinis mole est liberata: erat enim famosa peccatrix, & de illa dictum est, Dimittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum. Videmus multos, non minus multos, nemo desperet, nemo de se praesumat, & desperare malum est, & de se praesumere,

Mar. 5.

Luc. 7.

5. tam Gregorius, & alij postiores non dubitant, nisi peccatrix illa soror Lazari fuerit.

Luc. 7.

Mat. 9.

Mat. 9.

3. Cor. 1.

fic noli desperare, vt eligas de quo debeas praesumere: ergo dominus & Lazarum suscitauit. Audistis qualem id est, quid significet Lazari resurrectionem. Legamus itaque eam, & quoniam multa in hac lectione manifesta sunt, expositionem in singulis non quaeramus, vt necessaria pertractemus. Erat autem quidam languens Lazarus a Bethania, de castello Mariae & Martha sororum eius. In superiori lectione meministis, quod dominus exiens de manibus eorum, qui lapidare illum uoluerant, discessit trans Iordanem, ubi Ioannes baptizabat. Ibi ergo domino constituto infirmabatur in Bethania Lazarus, quod castellum erat proximum Hierosolymis. Maria autem erat, quae unxit dominum unguento, & exersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. Miserrunt ergo sorores eius ad eum dicentes, iam intelligimus, quod miserunt, ubi erat Iesus, quoniam absens erat, trans Iordanem scilicet: miserunt ad dominum, nunciantes quod agrotaret frater earum, vt si dignaretur veniret, & eu ab aegritudine liberaret. Ille distulit sanare, vt postea resuscitare: quid ergo nunciauerunt sorores eius, D. mine, ecce quem amas, infirmatur: non dixerunt ueni: amanti enim tantummodo nunciandum fuit. Non ausa sunt dicere, ueni & sana: non ausa sunt dicere, ibi iube, & hic fiet: cur enim non & ista, si fides illius conceptionis inde laudatur? Ait enim, Non sum dignus vt intres sub tectum meum, sed tantum dic uerbu, & sanabitur puer meus: nihil horum ista, sed tantummodo, Domine, ecce quem amas infirmatur: sufficit enim vt noeris, non enim amas & deseres: dicit aliquis, Quomodo per Lazarum peccator significabatur, & a domino sic amabatur? Audiatur eum dicentem, Non enim ueni uocare iustos, sed peccatores: si enim peccatores Deus non amaret, de caelo ad terram non descenderet. Audientem autem Iesus, dixit eis, Infirmitas haec non est ad mortem, sed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei. Talis gloria ipsius non ipsum auxit, sed nobis profuit: hoc est ergo quod ait, non est ad mortem, quia & ipsa mors non erat ad mortem, sed potius ad miraculum, quo facto crederent homines in Christum, & uiderent veram mortem. Sanè videte, quemadmodum tanquam ex obliquo dominus Deum se dixit propter quosdam, qui negant filium Deum esse: nam sunt haeretici qui hoc dicunt, quod filius Dei non sit Deus: ecce audiant, infirmitas haec inquit, non est ad mortem, sed pro gloria Dei: qua gloriae infirmitas haec, inquit, non est ad mortem, sed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam. Per quam? Per illam infirmitatem. Diligebat autem dominus Iesus Mariam & sororem eius Mariam, & Lazarum. Ille languens, ille tristis, omnes dilecti, sed diligebat eos & languentium saluator, imò etiam mortuorum suscitator, & tristium consolator. Vt ergo audiuisset quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco quibus diebus. Nunciauerunt ergo illi, mandis illi ille, tandiu tempus ductum est, quousque quatuordecim compleretur: non frustra, nisi quia forte, imò quia certe & ipse numerus dierum intimat aliquod sacramentum. Deinde post haec dicit discipulis suis. Eamus in Iudaeam iterum, ubi penè fuerat lapidatus, qui propterea inde discessisse videbatur, ne lapidaretur: discessit enim vt homo, sed in redeundo quasi oblitus infirmitatem, ostendit potestatem. Eamus, inquit, in Iudaeam.

Denique hoc dicto, videte quemadmodum discipuli territi fuerint. Dicunt ei discipuli, Rabbi, nunc quare ab eis Iudaeis lapidare, & iterum vadis illuc? Respondit Iesus, nonne duodecim sunt horae diei? Quid sibi vult ista responsio? Illi dixerunt, modo te lapidare volebant Iudaei, & iterum illuc vadis vt te lapident? Et dominus, nonne duodecim horae sunt diei? Siquis ambulauerit in die non offendit, quia lucem huius mundi videt: si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo. De die quidem locutus est, sed in nostra intelligentia quasi adhuc nox est. Inuocemus diem vt expellat noctem, & cor lumine illustret: quid enim dominus dicere voluit? Quantum mihi videtur, quantum subluet altitudo, profunditatem sententiae, redarguere voluit illoium dubitationem & infidelitatem. Voluerunt enim consilium dare domino ne moreretur, qui venerat mori ne ipse moreretur: sic etiam quodam alio loco, Petrus sanctus diligens dominum, sed adhuc non plene intelligens cur venisset, timuit ne moreretur, & vitæ displicuit, id est, ipsi domino: nam cum indicaret discipulis quod esset Hierosolymis passurus ad Iudaeis, respondit Petrus inter ceteros, & ait, Abstine a te, domine: propitius tibi esto, non fieri istud: & continuo dominus, Redi post me satanas, non enim sapi, quae Dei sunt, sed quae hominum: & paulo ante cõfitebatur dominum laudè meruerat: audierat enim, Beatus es, Simon bar Iona, quia nō tibi reuelauit caro, & sanguis, sed pater meus, qui in caelis est. Cui dixerat, beatus es: illi dicit, redi retro me, satanas: quia beatus a se non erat. Sed vnde? Quia non tibi reuelauit caro, & sanguis, sed pater meus, qui in caelis est. Ecce vnde beatus es, non de tuo, sed de meo. Nō quia pater ego, sed quia omnia, quae habet pater, mea sunt: si beatus est ille Petrus de ipsius domini: satanas de cuius? ibi dicit, ratione quippe reddidit beatitudinis, & diceret, Non caro & sanguis tibi reuelauit hoc, sed pater meus, qui in caelis est: haec est causa beatitudinis tuae: quod verò dixit, Redi post me satanas, audi etiam huius rei causam: non enim sapi, quae Dei sunt, sed quae sunt hominum. Nemo ergo se palpet, de suo satanas est, de Dei beatus est: quid est enim de suo, nisi de peccato suo? Tolle peccatum, quod est tuum, iustitia, inquit, de meo est. Quid enim habes quod nō accepisti? Cum ergo vellent dare consilium homines Deo, discipuli magistro, serui domino, aegroti medico, corripuit eos & ait, Nonne duodecim horae sunt diei? si quis ambulauerit in die, non offendit. Me sequimini, si non vultis offendere, nolite mihi consilium dare, quos a me consilium oportet accipere: quod ergo pertinet, nonne duodecim horae sunt diei? Quia vt diem se esse ostenderet, duodecim discipulos elegit: si ego sum, inquit, dies, & vos horae, nunquid horae diei consilium dant horae diem sequuntur, non dies horas: si ergo illi horae, quid ibi Iudas? & ipse inter duodecim horas, qui si hora erat, lucebat. Si lucebat, quomodo diem ad mortem tradebat? Sed dominus in hoc verbo non ipsum Iudam, sed successorem ipsius praevidebat. Iuda enim cadente, successit Matthias, & duodenarius numerus mansit. Non ergo frustra duodecim discipulos elegit dominus, nisi quia ipse spiritalis est dies: sequantur ergo horae diem, praedicent horae diem, horae illustrentur a die, horae illuminentur a die, & per horarum praedicationem credat mundus in diem: hoc ergo ait de compendio, Me sequimini, si non vultis

Mat. 16.

1020 16.

1. Cor. 4.

* al. quae.

Act. 7.

vultis offendere. *Et post hac dicit eis, Lazarus amicus noster dormit, sed vado ut a somno excitem eum.* Verum dixit, fororibus mortuus erat, domino dormiebat: hominibus mortuus erat, qui eum suscitare non poterant: nam dominus tanta eum facilitate excitabat de sepulchro, quanta tu non excitas dormientem de lecto: ergo secundum potentiam suam dixit dormientem, etiam & alij mortui dicti sunt in scripturis sepe dormientes, sicut Apostolus dicit, De dormientibus autem nolo vos ignorare, fratres, ut non contristemini, sicut & ceteri qui spem non habent: ideo & ipsos dormientes appellavit, quia resurrekturos pronunciauit. Dormit ergo omnis mortuus, & bonus, & malus: sed quomodo interest in ipsis, qui quotidie dormiunt, & exurgunt, quid quisque videat in somnis, alij sentiunt leta somnia, alij torquentia, ita ut vigilians dormire timeat, ne ad ipsa iterum redeat vniuersique hominum cum causa sua dormit, cum causa sua surgit, interest: quali custodia quisque recipiatur, ad iudicem postea producendus: nam & receptiones in custodia pro meritis causarum adhibentur: alios iubentur custodire lectores, humano & miti officio atque ciuili: alij traduntur optionibus: alij mituntur in carcerem, & in ipso carcere non omnes, sed pro meritis causarum in ima carceris contruduntur. Sicut ergo diuersa custodiae agentium in officio, sic diuersa custodiae mortuorum, & diuersa merita resurgentium: receptus est pauper: receptus est diues, sed ille in sinu Abraham, ille vbi fuerit, & guttam non inueniet. Habent ergo omnes animam, vt ex hac occasione instruat charitatem vestram, habent omnes animam, cum de seculo exierint, diuersas receptiones suas, habent gaudium boni, & mali tormenta. Sed cum facta fuerit resurrectio, & bonorum gaudium amplius erit, & malorum tormenta grauiora, quando cum corpore torquebuntur. Recepti sunt in pace sancti patriarche, Prophete, Apostoli, Martyres, boni fideles, omnes tamen adhuc in fine recepturi sunt, quod promisit Deus: promissa enim est resurrectio etiam carnis, mortis consumptio, vita aeterna cum angelis, hoc omnes simul accepturi sumus: nam requiem, quae continuo post mortem datur, si ea dignus est, tunc accipit quisque cum moritur. Priores acceperunt Patriarchae, videre ex quo requiescunt. Posteriores Prophetae, recentius Apostoli, multo recentiores sancti martyres, quotidie boni fideles: & alij in ista requiem tandiu sunt, alij paucioribus annis, alij recenti tempore. Cum vero ab hoc somno euigilabunt, simul omnes, quod promissum est accepturi sunt. *Lazarus amicus noster dormit, sed vado ut a somno excitem eum.* Dixit autem Iesus de morte eius, illi autem putauerunt quod de dormitione somni diceret. Tunc ergo dixit eis Iesus manifeste, *subobscure enim dixit dormit: ait ergo manifeste, Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, vt credatis, quia non eram ibi.* Sed scio quia mortuus est: aeger enim, non mortuus fuerat nunciatus. Sed quia lateret eum, qui creauerat, & ad cuius manus anima morientis exierat: hoc est quod ait, *Gaudeo propter vos, vt credatis quia non ibi eram, vt iam inciperent admirari, quia dominus potuit dicere mortuo, quod nec viderat nec audierat. Vbi sane*

* al. dicit huiusmodi & misericordiam atque ciuilem. Lnc. 16. 4. Ioh. 11. 34. cap. 1.

meminisse debemus, quod adhuc etiam ipsorum discipulorum, qui in eum crederant, miraculis, edificabatur fides: non vt ea quae non erat esse inciperet, sed vt ea, quae iam esse ceperat, cresceret, quamuis tali verbo vltus sit, quasi tunc credere inciperent: non enim ait, *Pt credatis*: quod intelligendum est, vt amplius robustiusque credatis. *Sed eam ad eum. Dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus ad condiscipulos, eamus & nos & moriamur cum illo. Venit itaque Iesus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem.* De quatuor diebus multa quidem dici possunt, sicut se habent obscura scripturarum, quae pro diuersitate intelligentium multos sensus pariunt. Dicamus & nos, quid nobis videatur significare mortuus quatuoriduanus: quomodo enim in illo caeco intelligimus quodammodo humanum genus, sic forte & in isto mortuo multos intellecturi sumus: diuersis enim modis vna res significari potest. Homo quando nascitur, iam cum morte nascitur, quia de Adam peccatum trahit: vnde dicit Apostolus, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt: ecce habes vnum diem mortis, quod homo trahit de mortis propagine. Deinde quoscumque accedere ad rationales annos, vt legem sapiat naturalem, quam omnes habent in corde fixam. Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris. Nunquid hoc de paganis dicitur, & non in natura ipsa quodammodo legitur? Furtum vis pati? Vtique non vis: ecce lex in corde tuo, quod non vis pati, facere noli: & hanc legem transgrediuntur homines: ecce alter dies mortis. *Exod. 10.* Data est lex etiam diuinitus per famulum Dei Moysen: dictum est illi, Non occides, non mactaberis, non saluum testimonium dices, honora patrem & matrem, non concupisces tunc proximi tui: ecce lex scripta est, & ipsa contemnitur, ecce tertius dies mortis. Quid restat? Venit & euangelium, praedicatur regnum caelorum, diffamatur vbique Christus, minatur gehenna, vita promittitur aeterna, & ipsa contemnitur, transgrediuntur homines euangelium: ecce quartus dies mortis, merito iam fecerit: nunquid & talibus est neganda misericordia? Absit, etiam ad tales dominus excitandos non indignatur accedere. *Dixit ergo Martha ad Iesum, dominus si fuisset hic, frater meus non fuisset mortuus, sed nunc scio, quia quacumque poposcerit a Deo, dabit tibi Deus.* Non dixit, sed & modo rogo te, vt resuscites fratrem meum: vnde enim sciebat, si fratri eius resurgere vtile fuerit: hoc tantum dixit, scio quia potes, si vis, facies: vtrum enim facias, iudicij tui est, non praesumptionis mea: sed & nunc scio, quia quacumque poposcerit a Deo, dabit tibi Deus. *Dixit illi Iesus, Resurget frater tuus.* Hoc ambiguum fuit, non enim ait, modo resuscito fratrem tuum: sed resurget frater tuus. *Dicit ei Martha, scio quid resurget resurrectione, in nouissimo die.* De illa resurrectione secura sum, de hac incerta sum. *Dicit ei Iesus, Ego sum resurrectio & vita.* Dicit, resurget frater meus in nouissimo die: vtum dicis, sed per quem tunc resurget, potest & modo, quia ego sum, inquit, resurrectio & vita. Audite, fratres, audite quid dicat: certe tota expectatio erat circumstantium, vt reuiuiceret Lazarus, vnus mortuus quatuoriduanus: audiamus & resurgamus. Quam multi sunt in hoc populo, quos premit consuetudinis moles, forte audiunt me quidam, quibus dicitur,

Rom. 5.

Job. 4.

Exod. 10.

cunt, non possumus. Forte audiunt me aliqui immundi, lasciuus & flagitius inquinati, quibus dicitur, Nolite hoc facere, ne peccatis: & respondent, non possumus tolli de consuetudine nostra: o domine, istos resuscita. *Ego sum, inquit, resurrectio & vita, deo resurrexerit, quia vita. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit viuet.* Et omnia qui viuunt & credunt in me, non morietur in aeternum. Quid est hoc, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: sicut Lazarus mortuus est, viuit, quia non est Deus mortuorum, sed viuorum. De olim mortuis, patribus, hoc est, de Abraham & Isaac, & Jacob, tale responsum Iudaeis dedit: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob: non est Deus mortuorum, sed viuorum: omnes enim illi viuunt: crede ergo, etsi mortuus fueris, viues: si autem non credis, & cum viuus mortuus es. Probemus & hoc, quia si non credis & viuus, mortuus es: cuiusdam dominus differentiter loqui eum & dicens, Eam prius sepelire patrem meum: sine, inquit, inquit, mortuos sepelire mortuos suos, tu veni sequere me. Erat ibi mortuus sepeliendus, erat ibi & mortui mortuum sepulchrum: mortuus in carne, illi in anima, Vnde mors in anima: quia non est fides. Vnde mors in corpore: quia non est ibi anima: ergo animam tuam anima fides est. *Qui credit in me, inquit, etiam si mortuus fuerit in carne, viuet in anima, donec resurgat, & caro nuquam postea moritura, hoc est, qui credit in me, licet moriatur viuet: & omnis qui viuunt in carne, & credit in me, etsi moriatur ad tempus propter mortem carnis, non morietur in aeternum propter vitam spiritus, & immortalitatem resurrectionis: hoc est quod ait. Et omnia qui viuunt & credit in me, non morietur in aeternum. Credit hoc? ait illi, Vtique domine, ego credi, quia tu es Christus filius Dei, qui in hunc mundum venisti.* Quando hoc credidisti? Credidi quia tu es resurrectio, credidi quia tu es vita, credidi quia qui credit in te, & si moriatur, viuet: & qui viuunt & credit in te, non morietur in aeternum. Et cum haec dixisset, abiit & vocauit Mariam sororem suam silentio, dicens, Magister adest & vocat te. Aduertendum est, quemadmodum suppressam vocem silentium nuncupauit: nam quomodo siluit, quae dicit: Magister adest, & vocat te? Aduertendum etiam quemadmodum Euangelista non dixerit, vbi vel quando vel quomodo Mariae dominus vocauerit, vt hoc in verbis Marthe potius intelligeretur narrationis breuitate seruata. *Iudaei igitur qui erant cum illa in domo, & consolabantur eam, cum vidissent Mariam, quia cito surrexit & exiit, secuti sunt eam, dicentes, quia vadit ad monumentum, vt ploret ibi.* Quare pertinuit hoc ad Euangelistam narrare: vt videamus quae occasio fecerit, vt plures ibi essent quando Lazarus resuscitatus est. Purantes enim Iudaei prope terra illam festinare, vt doloris sui solatium lachrymis quaereret, secuti sunt eam, vt tam grande miraculum quatuoriduanum mortui resurgentis testes plurimos inueniret. *Iesus ergo vt vidit eam plorantem, & Iudaeos qui cum illa erant, plorantes, fremens spiritu, & turbatus semetipsum, & dixit, Vbi posuisti eum? Nescio quid nobis insinuaui fremendo spiritu, & turbando semetipsum. Quis enim eum posset nisi seipsum ipse turbare? Itaque, fratres mei, primo hic attendite potestatem, & sic inquirentis significationem. Turbaris tu nolens, turbatus est Christus, quia voluit: resursum Iesum, verum est, sed quia voluit dormiuit Iesus, verum est, sed quia voluit: con-*

Matth. 22.

Matth. 8.

Ioh. 11. Ioh. 10.

Ephes. 3.

Matth. 8.

tristatus est Iesus, verum est, sed quia voluit: mortuus est Iesus, verum est, sed quia voluit: in illius potestate erat, sic, vel sic affici, vel non affici. Verbum enim animam suscepit & carnem, totius hominis sibi coaptans in personae vnitate naturam: nam & anima Apostoli verbo illustrata est, anima Petri verbo illustrata est, anima Pauli & aliorum Apostolorum, ac sanctorum Prophetarum verbo illustratae sunt animae, sed de nulla dictum, Verbum caro factum est: de nulla dictum est, Ego & pater vnus sumus. Anima & caro Christi cum verbo Dei vna persona est, vnus Christus est, ac per hoc vbi summa potestas est, secundum voluntatis nutum tractatur infirmitas, hoc est, turbauit semetipsum: dixi potestatem, attendite significationem. Magnus reus est, quem mortis quatuoriduanus & illa significat sepultura. Quid est ergo quod turbat semetipsum Christus, nisi vt significet tibi, quomodo turbari tu debeas, cum tanta mole peccati grauaris & premeris? Attendisti enim, te vidisti te reum, computasti, illud feci, & pepercit mihi Deus: illud commisi, & distulit me: Euangelium audiui, & contempsit: baptizatus sum, & iterum ad eadem reuolurus sum: quid facio, quod eo, vnde euado? quado ista dicis, iam fremit Christus, quia fides fremit. In voce frementis apparet spes resurgentis, si ipsa fides est intrus, ibi est Christus fremens: si fides in nobis, Christus in nobis: Quid enim aliud ait Apostolus habitare Christum per fidem in cordibus vestris? ergo fides tua de Christo, Christus est in corde tuo. Hinc est illud, quod dormiebat in nauis, & cum periclitaretur discipuli, iam imminente naufragio, accesserunt ad eum, & excitauerunt eum: surrexit Christus, imperauit ventis, & fluctibus, & facta est tranquillitas magna. Sic & tu, intrant venti cor tuum, vtiq; vbi nauigas, vbi hanc vitam tanquam procellorum, & periculosum pelagus transis, intrant venti, mouent fluctus, turbant nauem. Qui sunt venti? Audisti conuicia, trasceris: conuicia ventus est, iracundia fluctus est. Periclitaris, disponis respondere, disponis maledictum maledicto reddere, iam nauis propinquat naufragio. Excita Christum dormientem, ideo enim fluctuas, & mala pro malis reddere praeparas, quia Christus dormit in nauis. In corde enim tuo somnus Christi, obliuio fidei: nam si excitas Christum, id est, recolas fidem, quid tibi dicit tanquam vigilans Christus in corde tuo? Ego audiui, daemonium habes, & pro eis orati: audit dominus, & patitur: audit seruus, & indignatur: sed vindicare vis. Quid enim? Ego iam sum vindicatus: cum haec loquitur tibi fides tua, quasi imperat ventis & fluctibus, & fit tranquillus magna. Quomodo ergo hoc est excitare Christum in nauis, excitare fidem: sic in corde hominis quem premit magna moles, & consuetudo peccati, in corde hominis transgressoris, etiam sancti Euangelij contemptoris & peccatorum aeternarum, fremat Christus, increpet se homo: audi adhuc, Fleuit Christus, fleat se homo. Quare enim fleuit Christus, nisi quia flere hominem docuit: Quare fremuit, & turbauit semetipsum, nisi quia fides hominis sibi merito displicentis, fremere quodammodo debet in accusatione malorum operum, vt violentiae penitendi cedat consuetudo peccandi? *Et dixit, vbi posuisti eum? Scisti quia mortuus sit, & vbi sit sepultus ignoras? & ista significatio est, quia sic*

perditum hominem quasi nescit Deus: non ausus sum dicere nescit, quid enim ille nescit: sed quasi nescit: unde hoc probamus? Dominum audi dicitur in iudicio: Non novi vos, discedite a me. Quid est, nō novi vos? Nō vos video in luce mea, non vos video in illa iustitia quam novi: sic & hic tanquam nesciens talem peccatorem, dixit, *Vbi posuisti eum?* Talis est vox Dei in paradiso postquam homo peccavit, Adam vbi es? *Dicit ei, domine veni, & vide.* Quid est vide: miserere, videt enim dominus quando miseretur: vnde, illi dicitur, Vide humilitatem meam, & laborem meum, & dimitte omnia peccata mea. *Et lachrymatu est Iesus, dixerit ergo Iudæis, Ecce quomodo amabat eum. Quid est, amabat eum?* Non veni vocare iustos, sed peccatores in penitentiam: *Quidam autem dixerunt ex ipsis, Non patet ad hunc qui aperuit oculos cæci, facere ut hic non moreretur: Quis noluit facere, ut non moreretur, plus est quod facturus est, ut mortuus suscitetur. Iesus autem rursus sumpsit in semetipso, venit ad monumentum.* Fremet & in te, si disponis reuiuiscere: omni homini dicitur, qui premitur pessima consuetudine, venit ad monumentum. *Erant autem Helanica, & lapis superpositus erat ei.* Mortuus sub lapide, reus sub lege: scitis enim quia lex quæ data est Iudæis, in lapide scripta est. Omnes autem rei sub lege sunt, bene viuentes in lege sunt: iusto lex posita non est. Quid est ergo lapidem remouete? gratiam prædicate. Apostolus enim Paulus ministrum se dicit noui testamenti, non litera, sed spiritu: nam litera, inquit, occidit, spiritus autem viuificat. Litera, inquit, occidens, quasi lapis est premes. *Remouete, inquit, lapidem. Remouete legis pondus, gratiam prædicate: si enim data esset lex quæ posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia, sed conclusit omnia scriptura sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus: ergo remouete lapidem. Dicit ei Martha soror eius, qui mortuus fuerat, domine, iam fuerat, quatuoriduanus enim est. Dicit ei Iesus, Nōne dixi tibi, quia si crederis, videbis gloriam Dei? Quid est, videbis gloriam Dei? quia & putentem, & quatuoriduanum resuscitat. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei & Vbi abundauit peccatorum, superabundauit & gratia. *Hæc cum dixisset, magna voce clamauit.* Fremuit, lachrymatu est, voce magna clamauit. Quam difficile surgit, quem moles malæ consuetudinis premit, sed tamen surgit, occulta gratia intus viuificatur, surgit post vocem magnam. Quid est factum? Voce magna clamauit, *Lazare, veni foras, & statim prodijt qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes instris, & facies illius sudario erat ligata.* Quomodo processit ligatis pedibus miraris, & non miraris quia surrexit quatuoriduanus? In vtroque potentia domini erat, non vires mortui. Processit, & adhuc ligatus, adhuc inuolutus, tamen iam foras processit. Quid significat? Quando contemnis, in ortus iaces: & si tanta, quanta dixi contemnis, sepultus iaces: quando confiteris, procedis. Quid est enim, procedere, nisi ab oculis velut exeundo te manifestare? Sed ut confitearis, Deus facit magna voce clamando, id est, magna gratia vocando: ideo cum processisset mortuus adhuc ligatus, confitens & adhuc reus, ut soluerentur peccata eius, ministris hoc dixit dominus, *soluite illum, & sinite abire.* Quid est, soluite & sinite abire? Quæ solueritis in terram, soluta erunt in celo. *Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam & viderant**

Matth. 7. 25.

Gen. 3. Psa. 24.

Matth. 9.

Exo. 31. 1 Tim. 1.

1 Cor. 3.

Galat. 3. * ad iustificare.

Rom. 8. 5.

Matth. 18.

qua fecit Iesus, crediderunt in eum: quidam autem ex ipsis abierunt ad pharisæos, & dixerunt ei, quæ fecit Iesus. Non omnes ex Iudæis qui conuenerant ad Mariam crediderunt, sed tamen multi.

EIVSDEM IN SVPERIUS EVANGELII HOMILIA 2.

Letet omnes virtutes quas in terris Dei filius maiestatem suam producipus implesit, mirari tantum homines valeat, & verbis definire non possint, excedit tamen omne miraculum quod Christus circa Lazarum fecit, cui non ægro reddidit sanitatem, nec debilitatis languore vitibus medelam protinus verbo restituit. Non denique reliquias animæ adhuc possidenti vitam rursus reddidit, sed iam sepulto, iam monumentis recondito, iam legitimis temporum spaciis ascripto inferis inquilino: ab ipsa sede pallente, destructa lege tartarea, mancipium mortis redire iussit ad superos: & post concilia frigiditatem vmbrarum, post profundas noctis æternæ caliginis vitæ ducere, in cõuiuio dicumbere, frui discumbentium colloquio, prandere & gaudere fecit: atque ut miraculū diuinæ virtutis accresceret, dum conuiuiis interrogantibus tristitia loea pœnarum, sed & que alta nocte semper obsecras, Lazarus indicat diligenti narratione per ordinem, diu quæstiti, longisque temporibus ignorati, inueniunt tandem inferi proditorum. Nec leues iam præcesserant in multis curationibus diuine virtutes. Neque enim leuia sunt vel ludicra præter Lazarum quæ Christus impleuit: quod claudi redeuntis gratisgressibus cucurrerunt, & accepto beneficio sanitate domino gratias retulerunt: quod manci vtraque manus ad celum cum laudibus leuaerunt, quod resoluta sunt mutis claustra linguarum: & post horificum vocis inarticulata mugitum, vinculo nodata lingue disrupto, ex ore diuiduo sensibilia verba processerunt: quod cæcus recepit lucem, quam violentus dolor nibe crassi humoris obsecrans ab orbium sede tapuerat, & noctem funeratæ frontis excutiens dum totum recipit visum, resurrectionem cæcus meruit oculorum. Recepit hic quidem oculos, alter accepit, & quod natura non dederat, manus Christi formauit. Imposuit enim fronti puluerem sputo conspersum, & ad tactum sacra manus operis disciplina festinans luciferas gemmas orbibus præparatis infixit, & quod natura non dederat, Christus artifex integravit. Hæc omnia cunctis fuisse miracula, dum fiebant. Quis enim protinus saxos mirari non cogatur, cum omnia damna membrorum non medicina pigmentis, nec arte aliqua, nec remediis, sed solo tantummodo videret sermonis imperio restituta? Parua hæc tamen ad Christi potentiam videbantur, nisi amicus Christi Lazarus moreretur. Quem ideo Christus vitæ naturæ restituit, ut mutaret naturam, & vitæ ordinem verteret: ut vnus homo semel natus, & bis morti disceret, ut conditionem mortis noua resurrectionis lege turbaret. Inuadit igitur Lazarum perniciem inimica languoris, & fornace febris anhelo corpus exurens, miserandæ hominis robur quotidie edax incendiis amandibet. Iacebat visceribus anhelis exæstus, crebrisque singultibus corpus excullum, migraturam de domo corporis citur; Nolite inebriari vino, in quo est luxuria: dicunt,

Serm. 51. de verb. domini. Louaniffes se locerunt.

Matth. 11. * aliter videtur egragris. Matth. 22.

Luc. 18.

Ioan. 9.

Ioan. 11.

Ephes. 5.

animam promittebat. Non amici, non consilia, non fomenta, non artis magisterio remedia prouisa succurrant. Omnia enim quæ pro salute data fuerant in cõtrarium vertebantur. Languor enim iste non aliquo remedio, sed sola morte fuerat finiendus, & mors ipsa per frustrationem Christi vincenda. Aderat autem diæ sorores languentis, & casum dolentes iuuenis, ægorantis lechulo iugiter inhærebant. Fonebant verò iacentem talibus frequenter alloquis: Patienter, inquit, sustine, fortiter dura, noli desperatione corruere. Dum enim languorem istum fortitudine toleras, cum sustines, cum foras, veni intrer hæc Christus, ut credimus, forsitan sanaberis. Sed quid vos, o Maria, & Martha pro germano tantus dolor exurit? Quid iugibus suspiriis optatis mori cum fratre? In contrarium potius vota pectoris imputate, precamini cetera languoris, augmenta febrium quatrite, & ut in extrema vitæ lumina tempestas morbi sanietis citius impingat optate. Frater enim vester Lazarus citius ingemiscitis tanto affectu languorem, nisi mortuus fuerit, non recipiet sanitatem. Vtebat igitur ægrotum febris affidua, edax flamma penetrabili vapore siccat. Incumbit quæstionarius corporis dolor, totus homo sanientium morborum oneribus premitur, ut corpitis vinculis anima resoluatur. Vicit tandem succum corporis ægriudo, & caminus februm extremo diuortio de sede corporis animam compulsi emigrare. Scindebant Maria, & Martha germanæ vestes, laniabant iratis vnguibz genas, spargebant cullis crines, vluatibus altra pulsabant: & tamen incumbentes funeri, amplexæque corpus exanime, inania surgentes oscula, sæpius hoc dicebant, Poteras mihi nec ægrotare, nec mori, si nulla ratio fecisset Christum absentem. Inter omnes enim quibus sermone medico desiderata concessisset, si te quoque languentem contingeret aut videret, non te frigidum corporis fopore oppressum, non spoliatum lumine videremus. Immo illo presente non tibi febris accederet, non inuaderet dolor, non ægriudo vastaret. Tanta est enim illius omnipotentia, ut etiam iam mortuus resurgeret, si veniret. Proccedit interea funus, lógóq; ordine tristibus obsequiis decoratum, inferitur sepulchris. Abscõditur cauato saxo, luduosisq; vocibus cõclamatur. Venit igitur ad Bethaniam Christus, claustra mortis diuina potentia destructurus. Occurrunt lachrymosæ sorores, funus hominis contestantes, Dei auxiliu querebant. Erat enim insitus amore Lazari, erat fororum eius quædam delectatio apud dominum, de seruitis amoris sui pignus intrinsecus deponentes in visceribus habere dominum videbantur. Sed interrogat de lachrymis Deus, & licet sciret quid cõgigerit, tamen ex illarum voce optat audire, *Lazarus, inquit, quem diligebas, mortuus est.* O inuidia, o infidelis cõuentio! Te adhuc posito in seculo, Lazarus amicus tuus moritur: Si amicus moritur, inimicus quid patitur? Parum est, si tibi non soli superi seruiunt, Ecce tuum dilectum inferi rapuerunt. Lazarus, inquit, quem diligebas, moritur. Excluit humanitatis consuetudinæ, & vox illa mortalis dicit, Amicus Dei plus debuit viuere, sed moritur. Dominus noster Christus intendens in lachrymas mulierum quæ iugibus suspiriis optabant mori cum fratre, ad mausoleum Lazari vna cum discipulis

fuis, vel prolixis turbis accelearat. Iam enim intra cauatum saxum quatuor dies habuit ut iacebat, iam fluescientium membrorum retentibus factor prohibebat accessum, iam in concavis orbibus tabido situ marcescentes refederant oculi, iam desiccabat narium mollitudo, iam rictus oris dentibus nudatis horrebat, iam nudata cute, laxa temporibus cerebri sedes tegmine attenuato pallens, capillis subinde rareficientibus apparebat, iam Martha, & Martha sorores Lazari, quæ Christum frequenter resuscitasse mortuos viderant, fratrem suum posse resuscitari penitus non credebant. Ibi vere Christus probatus est Deus, vbi tantum fecit, quantum ausa non est etiam ipsa fides optare. *Et commotus spiritu dixit, Vbi posuisti eum?* Non tamen locum sepulchri ignorare credit debuerat, sed fidem populi approbare volebat. Venit igitur Christus ad monumentum in quo Lazarus dormiebat, & non tanquam mortuum, sed tanquam sanum, tanquam viuum, tanquam audere paratum, de sepulchro protinus euocauit, *Lazarus, inquit, prodijt foras.* Ideo dicit nomē ne omnes mortui cogentur exire. Clamat tamen ad monumentum, turbant se inferi, expectant audientiam omnes mortui, quærebant sua nomina vocitari. Ne, inquit, & nos dominus suscitabit? Vbiunque Christus steterat, patebant inferi. Subito vna vox interceptit ceteros, *Lazarus, veni foras.* Non dilatio vlla retineret resurgentem, non tardant reditus animæ, non impediunt vincula sepulture. Inuolutus linteis, nodisque lineis irretitus, voce Christi citius egreditur. Surgit, ambulat, currit. Et ne quid quisquã deesse diceret resurgenti, presentibus cunctis agit gratias redemptori.

EIVSDEM IN IDEM De Lazaro resuscitato. Homil. 3.

Multis quidem signis, ac virtutibus dominus, ac Saluator noster Christus Iesus diuinitatis suæ potentiam declarauit, sed maxime in Lazari morte, ut in presenti lectione audiuit dilectio vestra, ostendens se esse de quo scriptum erat, Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Iacob. Quas tamen virtutes dominus, ac Saluator noster duplici genere operatus est, & corporaliter, & spiritaliter, id est, visibiliter, & inuisibiliter, ut per visibile opus inuisibilem virtutem ostenderet. Superius cæcum ad naturitatem lumine oculorum illuminauit visibili opere; ut inuisibili illa virtute cæcitatem Iudæorum cognitionis suæ lumine illustraret. In presenti verò lectione Lazaro mortuo vitam donauit, ut incredula corda Iudæorum de morte peccati suscitaret in vitam. Denique multi Iudæorum propter Lazarum Christo domino crediderunt. Cognouerunt enim in resurrectione Lazari manifestam filij Dei potentiam, quia morti potestate propria imperare non est cõditionis humanæ, sed diuinæ naturæ. Legimus quidem & Apostolos mortuos suscitasse, sed illi ut suscitarent, dominum orauerunt. Suscitauerunt autem non sua virtute, nec sua potestate, sed innocato nomine Christi, qui mortui ac vitæ dominatur: filius autem Dei Lazarum virtute propria suscitauit. Denique ut ait dominus, *Lazarus, exi foras,* statim ille egressus de monumento. *Bibl. Rom. tom. 2. R. 2. nomen*

Ser. 104. de temp. De to. Lonanienfes dubitanti.

numento est, neque mors tenere poterat, quem vita vocabat. In auribus humor sepulturae erat: Lazarus vivus astat. Non expectavit mors iteratam vocē saluatoris audire, quia virtutem vitæ ferre non poterat, sed ad vnam vocem domini mors & corpus Lazari de monumento & animam dimisit de inferno, & totus Lazarus de monumento vivus proceffit, qui totus ibi nō fuerat. Tardius quis de somno suscitatur, quam Lazarus de morte. Humor corporis adhuc erat in naribus Iudæorum, & Lazarus vivus astat. Sed iā caput lectionis ipsius videamus. Ait ergo dominus ad discipulos suos, vt audiuit in p̄senti lectione dilectio vestra: *amicus, inquit, noster Lazarus dormit, sed vado vt à somno suscitē eū.* Benedixit dominus, *amicus noster Lazarus dormit*, quia verē de morte, velut de somno erat surrecturus. Sed discipuli ignorantes, cur hoc dominus dixisset, aut ad illū, *Domine, si dormit, sanus erit. Tunc respondens ait illis manifestē: Lazarus mortuus est, sed gaudeo propter vos, vt credatis, quia nō ibi eram.* Sed si gaudere se dicit hic dominus propter discipulos de Lazari morte, quid est, quōd postea flectere refertur in Lazari morte? Sed advertamus rationē gaudij, & lachrymarum. Gaudebat dominus propter discipulos, flebat propter Iudæos. Propter discipulos gaudebat, quia per resurrectionem Lazari confirmari habebat fides ipsorum in Christo. Propter Iudæorum flebat incredulitatem, quia resurgente Lazaro, Christo domino fuerant credituri. Aut fortē idcirco fleuit dominus, vt lachrymis suis mundi peccata deleteret. Si Petrus potuit lachrymarum suarum fustione propria peccata abstergere, cur non credimus lachrymis domini mundi peccata deleta fuisse? Deniq; post lachrymas domini multi ex populo Iudæorum crediderunt. Vicit ex parte incredulitatem Iudæorum dominicæ pietatis affectus, & discordes mentes eorum mollivit prima fusio lachrymarum. Et idcirco fortē vtunque de domino in p̄senti lectione refertur, quōd & gaudius sit, & fleuit, quia qui seminat in lachrymis, vt scripsum est, in gaudio metet. Lachrymæ ergo domini gaudia mundi sunt, quia idcirco ille lachrymas fudit, vt nos gaudia mereremur. Sed redeamus ad ordinem. Ait ergo ad discipulos suos: *amicus, inquit, noster Lazarus mortuus est, sed gaudeo propter vos, vt sciat, quia non eram ibi.* Advertamus & hic mysterium, quomodo non se illic dominus fuisse dicit. Cū enim dicit manifestē, *Lazarus mortuus est*: p̄sente sem illic fuisse evidenter ostendit. Neque enim hoc dicere dominus potuisset, nullo sibi nuntiante, nisi p̄sens fuisset. Quomodo enim in loco, vbi Lazarus mortuus est, p̄sens non erat dominus, qui omnia loca totius mundi diuina potestate circumuenit? Sed hic quoque dominus, ac saluator noster sacramentum in se carnis, ac diuinitatis ostendit. Non erat ibi secundum carnem, hic erat secundum diuinitatem, quia Deus vbique est. Cū ergo venisset dominus ad Mariam, & Martham sororem Lazari, videns turbam Iudæorum ait, *vbi posuisti eum?* Nunquid nesciebat dominus vbi positus esset Lazarus, qui absens mortuum Lazarum pronuntiauerat, & qui diuinitatis suæ maiestate vbique erat, sed hoc dominus ex veteri consuetudine fecit. Nā & ad Adā similiter ait, *vbi es, Adam?* Non quia nesciret, vbi esset Adam, sed idcirco interrogauit, vt peccatum suum Adam ore proprio con-

Math. 26.

Psal. 125.

Genes. 31.

fiteretur, vt posset peccati veniam promereri. Interrogat & Cain, *vbi est frater tuus Abel?* Et ille dixit, *Nescio.* Non quia nesciret, vbi esset Abel, idcirco interrogat Cain, sed cū ille negaret, patricidium eius argueret, quod in fratre commiserat. Denique Adam, quod interroganti domino confessus est peccatum, quod comiserat, veniam reditus est: Cain, quia negauit patricidium, quod commiserat, æterna pena damnatus est. Sicut hic, cū dicit dominus, *vbi posuisti eum*, non idcirco interrogat, quia nesciret vbi positus esset Lazarus, sed vt turba Iudæorum ad monumentum Lazari sequerentur: vt videntes diuinam Christi potentiam in Lazari resurrectione, ipsi aduersus se testes existerent, si tanta virtuti non crederent. Dixerat enim illis superius dominus: *Si mihi non creditis, vel operibus credite, & cognoscite, quia pater in me est, & ego in illo.* Deinde cū venisset ad monumentum, ait ad circumstantes Iudæos, *Tollite hinc lapidem.* Quid dicitur? Nunquid lapidem dominus ad monumentum p̄cepto remouere non poterat, qui inferni claustra propria virtute remouit? Sed quod ab hominibus fieri poterat, homines facere p̄cepit: quod autem diuina virtutis erat, sua potentia demonstrauit. Lapidem enim ad monumentum reuocate, humanæ virtutis est: animam verò ab inferno reuocate, solius diuinæ potentia est. Verum facile, si voluisset, sola iussione verbi remouere ad monumentum lapidem potuisset, qui verbo mundum creauit. Cū ergo remouissent lapidem ad monumentum, ait magna voce, *Lazarus, veni foras*: ostendens se esse, de quo scriptum erat, *Vox domini in virtute, vox domini in magnificentia.* Et iterum, *Ecce dabit virtuti suæ vocem virtutis.* Virtutis planè & magnificentia vox ista est, quæ statim Lazarum de morte ad vitam reuocauit, & ante anima corpori reddita est, quàm sonum vocis miserat. Licet alibi esset corpus, alibi anima, tamen vox ista domini statim & animam corpori reddidit, & corpus animæ p̄senteauit. Deterrita enim mors est, audita voce tanta virtutis. Nec mirum sanè si ad vnam vocem domini resurgere Lazarus potuit, quando omnes, qui in monumentis sunt, ad vnam vocem solam resurrecturos in Euangelio ipse declarauit dicendo, *Veni hora, quando omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & resurgent.* Vnde sine dubio tunc mors audita voce domini, omnes mortuos à se potuisset dimittere, nisi propriè vocatum Lazarum cognouisset. Vt ait ergo dominus, *Lazarus, veni foras*, statim ille exiit ligatis manibus, & pedibus, & facies eius erat sudario cooperta. Quid & hic dicemus? Nunquid dominus in Lazaro sepulturae vincula tumpere non poterat, qui mortis vincula diruperat? Sed hic dominus, ac saluator noster duplicem virtutem in Lazaro suæ operationis ostendit, vt vel sic incredulitatis Iudæorum fidem credulitatis infunderet. Non enim minoris admirationis est Lazarum ligatum pedibus ambulare potuisse, quàm à mortuis resurrexisse.

Genes. 4.

Joan. 10.

Psal. 28.

Psal. 125.

Joan. 5.

PETRI CHRYSOL. EPI-
scopi Raven. in superius Euangel. De Lazaro à mortuis suscitato. Sermo 1.

Post Apostolicam lectionem cupientibus nobis ad Evangelicas redire virtutes, mox Lazarus

Ser. 63.

rus

Math. 5.

Sed illa erat vere, ac profecto mortua. Oratio ergo audet loqui.

rus ab inferis reuersus occurrat, apportans vincenda: mortis formam, deferens resurrectionis exemplum. Si ergo placet, priusquam ingrediamur pelagus lectionis, priusquam aggrediamur quæstionum fluctus, antequam facti talis altitudinem penetremus, resurrectionis tantum contemplemur aspectum: quia hoc signum videmus esse signorum, virtutum certum esse virtutem, mirabilem esse mirificamentum peruidemus. Suscitauerat dominus filiam Iairi principis synagogæ, sed adhuc funere calente, sed adhuc mediante morte, corpore adhuc p̄sente, adhuc inter homines homine morante, adhuc viante spiritu, adhuc anima claustra tartari nesciente, ac ne multis, sic mortuæ vitam reddidit, vt ius maneret inferni. Suscitauit & vnicum matris: sed sic, vt retineret pheretrum, vt anticiparet sepulchrum, vt corruptionem suspenderet, & p̄senerit festorem, vt ante mortuam vitam redderet, quàm tota mortuus iura mortis intraret: circa Lazarum verò quod geritur, totum singulare est: certius mors, cuius resurrectio cōmune nil habet cum p̄dictis: quem circa & vis tota mortis impleta est, & forma resurrectionis plena respicend: audeo, & dico totum rapuisse resurrectionis dominicæ sacramentum, triduanum ab inferis Lazarus si rediisset: nam Christus rediit triduanum vt dominus, Lazarus reuocatur quatruiduanum vt seruus. Sed ad probanda, quæ diximus, iam prælibemus aliqua lectionis. *Miserunt*, inquit, *sorores eius ad dominum dicentes: Domine, ecce quem amas, infirmatur.* Sic dicentes affectum pulsant, interpellant amorem, conueniunt charitatem, necessitudinem necessitudinis gestiunt submouere: sed Christus, cui plus est mortem vincere, quàm remouere languorem: cuius amare illud est, non vt dilectum alienet, sed ab inferis, vt reducat; dilectio non languoris medicina, sed resurrectionis gloriæ mox parauit: denique, vt audiuit infirmari Lazarum, sicut dicit Euangelista, *inquit in eodem loco duobus diebus.* Videtis quemadmodum dat locum morti, licentiam dat sepulchro, corruptioni posse permittit: negat nil putredini, nil factori: atque vt tartarus rapiat, trahat, habeat, admittit: atque agit vt humana spes tota pereat, & tota vis mundanæ desperationis accedat: quatenus, quod facturus est, diuinum sit, non humanum. Tantum autem in loco expectatione mortis residet, vt & mortuum ipse nunciet: & tunc ad Lazarum denunciet se venire. Ait enim; *Lazarus mortuus est, & gaudeo.* Hoc est amasse gaudebat Christus, quia morror mortis vertendus mox erat resurrectionis in gaudium. *Et gaudeo propter vos.* Quare, propter vos? quia in morte, & resurrectione Lazari figura tota mortis, & resurrectionis dominicæ pingebatur: & quod erat secretum mox in domino, iam p̄cedebat in seruo. Dicebat semel, & iterum discipulis suis; *Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur Principibus sacerdotum, & scribis: & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad deludendum, & flagellandum, & ad cruciandum: & ista dicens, videbat eos fieri satis dubios, satis tristes, satis consolationis extorres: & nouerat eos ita opprimendos esse ipso pondere passionis, vt nihil in eis ex vita, nihil in eis ex fide, nihil in eis remanere posset ex luce: sed tota penè perfidia nobis fuscandos. Et ideo mortem Lazari, vsque ad quatruiduanum tem-*

Math. 10.

pus protendit, vsque ad festorem p̄xtalere permittit, vt discipuli dubium non haberent, posse dominum post triduum adhuc recentem surgere, cū seruum vidissent post quatruiduum surgere iam festentem: & crederet illum facile posse sibi vitam reddere, qui alium taliter reuocarat ad vitam. Hinc est, quod dicit; *Gaudeo propter vos, vt credatis.* Necesse ergo erat, vt mors Lazari cum Lazaro, & discipulorum fides confurgeret cum sepulto. *Quoniam non eram ibi.* Erat locus, vbi non erat Christus; & quomodo non erat ibi, vnde mortuum Lazarum discipulis nunciabat? Fratres, erat ibi Christus Deus, sed ibi non erat homo Christus: erat ibi Christus Deus; cū moretur Lazarus, sed tunc ad mortuum venturus erat Christus, quando erat mortem Christus dominus subiturus: dicebat itaque. *Quoniam non eram ibi.* Hoc est in morte, in sepulchro, in inferno, vbi per me, & meam mortem potestas tota mortis est subruenda. *Martha, inquit, vt audiuisti, quia Iesus venit, &c.* Mulier, & Deum confiteris, & dicitis, *si hic fuisset?* Deum nec absentat loca, nec tempora reptæ sentant. Non moretur Lazarus, si dominus fuisset ibi, qui erat ibi, sed, si in Paradiso tu, mulier, nō fuisset: mulier, tu quæstisti lachrymas, tu inuenisti gemitus, tu mortem gulæ p̄cio comparamisti: & acculas absentiam Dei, quando causam mortis fuisse tuam p̄sentiam non recusas? Mors quando à te prouisa est, tunc lamentandi materia fuit: nunc verò facta est virtutis occasio, quia tūc ad penam peccantis data est; nunc permissa est resuscitantis ad gloriam: tūc tartarus inuenit hominem, nunc amittit. Sed iam quare per fidem, mulier, quod per perfidiam perdidisti? *Domine, si fuisset hic, &c.* Hæc mulier non credit, sed credere conatur, cuius credulitatem incredulitas confundit. *Quæcumque petieris à Deo, dabit tibi Deus.* Deus ex se dat, non à se petit. Quid affers moras, mulier, supplicandi, cū iam p̄staturus assistat? Mulier, iudex ipse est, quem tu desideras aduocatum: in hoc dantis potestas est non necessitas est rogātis. *Scio*, inquit, *quia quæcumque petieris à Deo, dabit tibi Deus.* Mulier, hoc credere, non est credere: hoc scire, nescire est: Probauit hoc Apostolus, quia homo, quando se putat aliquid scire tunc nescit. Sed iam quid dominus responderit, audiamus. *Resurget frater tuus.* Et mulier: *Scio quare resurget in resurrectione in nouissimo die.* Martha, iterum scis quod nescis: scis, quia in nouissimo die possit resurgere frater tuus: sed quod & hic possit, nescis: aut fortē Deus, qui tūc potest suscitare omnes, vnum modo mortuum non potest suscitare? Potest, potest Deus suscitare ad temporale signum mortuum vnum, qui tunc omnes mortuos ad vitam perpetem suscitabit. *Scio, quia resurget in resurrectione in nouissimo die.* Martha, ante est resurrectio, quæ tam longè mittis. *Ego sum, inquit, resurrectio.* Et quid est, *ego sum resurrectio?* & non, ego resuscito: quid est quia susceperit hominem, susceperit mortem, vt qui resuscitat iudæo vnum, resurgendo in se resuscitet omnes: & quibus Adam puteus mortis exitit, iis vitæ fons Christus exitit: & impleatur illud Apostoli; Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. *Ego sum, inquit, resurrectio & vita, &c.* Qui ad Lazarum venerat, quid sic occupatur in Martha: qui diu ante ista in fide surgeret, quàm ille resuscitaretur in carne. Sic facit qui vivus, & mortuis consultatur adu-

1. Cor. 18.

1. Cor. 15.

nit; nec pertimescit facienda moras, penes quem facti, & effectus permanet potestas. Fratres, patimini hodie differri verbum, si desideratis audire latius, quae sequuntur.

EIVSDEM DE EODEM

Serm. 2.

Ser. 64.

Singula scripturae verba si libris singulis mandarentur, nec sic mysteria, quae in ipsis sunt, audientibus perlucere; & quid faceret subitus, & brevis sermo, qui in modum fulguris, priusquam illustret oculos, iam refugit; nec dat lucem viventibus sed pauperem? Orate ergo, vti, quia in saeculi obscuritate versamur, & in carne positi noctis tempus agimus, non diei, lucernam nobis verbi sui Christus accendat, qua praevia mysterij celestis ingrediamur obscura; & gradu lento perveniamus ad scientiam divinae, quantum possumus claritatem: sicut illi Magi, qui mentis suae oculos merentes, non audent splendore solis, aut divinae se committere claritati, sed nocte tenerum stellae lumen tenerioribus oculis affumentes, ad cubile Christi tenerimur pervenerunt. Sed iam, sicut promissimus, Evangelicę lectionis, quod superest, exequamur. *Martha*, inquit, *vt audisti, quia Iesus venit, decessit illi*. Sic servus non fuit, non proximus, non amicus, certe qui aderat consolator, vt mulier sola media per turbas, per castrum totum, extra civitatem, & lucus tempore, venienti occurreret salvatori? Fratres, in his personis non causa currunt, sed sacramenta signantur. Mulier currit pro morte, quae cucurrit ad mortem, festinat ad veniam, quae festinavit ad culpam; ad redemptorem pium pervenit, seductor pessimus quam pervenit: resurrectionem quaerit, quae quaesivit ruinam, & ipsa quae mortem viro attulit, vt vitam viro referat, haec anhelat. Hinc est, quod in loco Christus restitit, quod expectavit Christus, quod non intravit? turbas, quod non contendit ad domum, quod d non ad sepulchrum diuertit, quod non ad Lazarum propter quem venerat, festinavit: sed mulierem sustinet, mulierem remoratur, mulierem primam suscepit, quam primam suam infecit: a muliere perfidiam fugat, ad mulierem reuocat fidem: vt, quae fuit perditionis * obsequium, salutis eadem sit ministra: & sit eadem per Deum viventium mater, quae per diabolum diu mater exitit mortuorum. Et, quia mulier fuerat mali caput, causam mortis agit, vt ante crimen diluat, quam veniam largiatur, ante causam tollat, quam sententiam soluat, & cauet, ne vir mulierem, per quam semel deceptus est, participem refugeret ad vitam: ac ne multis perisset mulier, si ante ad virum Christus, dominus pervenisset. Hinc est, fratres, quod per mulierem nascitur Christus: hinc est, quod virum mulier semper ventris sui suscitavit de sepulchro, vt doloribus reuocet, quem deplendo blandimentis: vt flendo reparet, quem perdidit manducando. Denique, vbi Martha confessa est Christo, & quicquid suae culpae non in persona mulieris pia confessione deleuit, mittitur ad Mariam, quia sine Maria nec fugari mors poterat, nec vita poterat reparari. Veniat Maria, veniat mater, hominis baiula, vt videat homo Christum, & virginis veteri habitasse secretum: quatenus procedat ab inferis mortui, mortui exeant de sepulchris. *Iesus*, inquit, *videtis Mariam ploran-*

Math. 2.

* forte, vti dicitur.

* forte, sequens.

Locum correptionis.

tem, &c. Plorat Maria, plorat Iudaei, plorat & Christus: putasne simili compassione? Eto, quod Maria soror fletet: quia nec fratrem retinere potuit, nec mori potuit obuiare: quae, licet esset de resurrectione secura, destitutione tamen solatii praesentis, mora absentiae tam longa, tristitia diuinae separationis non potuit non deflere, simul quia tam crux, tam funera, tam crudelissima imago mortis, quamvis fidelem mentem non potuit non tangere, non mouere: flebant Iudaei & conditionis suae memores, & futurae vitae desperatione possessi. Mors, cum satis viuentibus sit amara, satis turbat ipso exitu, plus conturbat exemplo: mortuum quotiens qui viderit, totiens se morti eiulat destinatum. Sic de morte non potest non dolere mortalit. Quid horum Christus? & si nihil horum, quare flebat? certe ipse, qui dixerat, *Lazarum mortuum est, & gaudeo*: de quo gaudet mortuo, ipsum cum resuscitaret lamentatur: qui cum amittit, non flet, cum recipit, tunc deplorat, tunc fundit mortales lachrymas, vti spiritum cum refundit. Fratres, habet hoc natura corporis humani, vt producat lachrymas vis gaudij, vis meroris. Quoties enim viscerata, aut laetitia, aut tristitia nimio arctatur impulsu, oculi in lachrymas mox erumpunt. Hinc est, quod Christus non dolores mortis, sed illius laetitia recordatione lachrymavit: qui voce sua, voce vna, omnes est mortuos perpetuum suscitaturus ad vitam. Frenit spiritu, & tota se viscerum commotione conturbat, quia adhuc solum Lazarum, & non iam omnes mortuos suscitabat. Quis ergo ex humana infirmitate exiit hic fleuille Christum, cum celestis pater luxuriosum filium non quando abiit, sed quando recepit, tunc deplorat? Christus recipiens fleuit Lazarum, non amittens: denique non quando plorantes videt, tunc plorat Christus, sed quando interrogat, & in respondentibus videt fidei nil manere, dixerat, *vbi posuisti eum? At illi responderunt, Domine, veni, & vide*. Putauerunt eum nescire, vbi positus esset in terra, qui sciebat vbi illum tartara dira retinerent. Ille sic interrogas exigebat fidem, scientia porrigebat, vt astantes scirent quod mors, quod sepulchrum, quod corruptio, quod putredo, quod faecor non ex conditione Dei, sed ex delicto hominis hominibus accessisset. Nam, cum dicit, *vbi posuisti eum*, mulieres increpat, mulieres arguit, hoc est, quem ego posui in Paradiso, in regione vitae, ecce vos vbi posuistis eum. Sed & Iudaei ad ignorantiam requirentis respondebant, *Domine, veni, & vide*. Quid illi iubere mortui? iubere illum inferis crederent, qui credebant eum, quod erat in oculis, non videre? qui de lachrymis eius taliter disputabant? *Qui potuit aperire caeci oculos, quomodo facere non potuit, vt & hic non moreretur?* Potuit facere, vt non moreretur, sed mori permisit, qui mortuum ad suam gloriam voluit suscitare: permisit ad inferna descendere, vt apparetet Deus, ab inferis hominem cum reducit. Sed Iudaei parebunt corda vestra obstruitoria inferis, viscera vestra duriora mortuis, oculi vestri tetriciores sepulchris, cum vox, quae patefecit tartara, vestra non patefecit arcana: cum iussio, quae exsuscitat mortuum, mentes vestras non suscitavit, cum lux, quae illustrat sepulchrum, vestram non illuminat caecitatem. Sed ista sufficiant, vt cum Christo resurgens Lazarum gloriā patientius videre possimus.

Luc. 15.

* forte, insufflat.

* forte, mortuos non audiverunt.

Exch. 11.

Math. 9.

EIVSDEM DE EODEM

Serm. 3.

Serm. 65

Quoniam mortem Lazari, Mariae fletus, lachrymas Martha, Iudaeorum planctus iam peritissimus sermone geminato, nunc exoneremus animos, abiliicamus curas, exoccupemus sensus, vt resurrectionis tanta gaudia totis mentibus & capere, & audire possimus, Euangelista venisse ad monumētum sic praedica saluatorem; *Iesus*, inquit, *risu su fremens in semetipso, venit ad monumentum, &c.* Frenit Christus, vt caro reuiuifcat: frenit vita, vt mors fugeat: frenit Deus, vt resurgat homo: frenit indulgentia, ne sententia contradicat: frenit Christus debellans mortem, quia non potest non fremere, qui singularem rapit de hoste victoriam: quod autem dixit, *Rursus fremens*. Frenit rursus, vt geminata resurrectionis demonstrat insignia: quia voce Christi sicut mortui corpore de sepulchris suscitantur ad vitam, perfidia mortui ad vitam fidei sic resurgunt. *Erax*, inquit, *spelunca*. Dixisse suffecerat, venisse ad monumentum: quid est, quod tantopere speluncam Euangelista commemorat? Spelunca planē, vbi hominem diaboli latrocinium collocavit: spelunca, vbi vitium fraudis condidit mulieris: spelunca, vbi Dei plasma mortis rapacitas includebat. *Es lapis superpositus erat ei*. Durae mortis ianua durior durissimo lapide claudebatur: sed plorans quid proficit ad sepulchrum; quando sic duos, & congestos obices non penetat vox plorantis? Christiani, ploremus Deo: pro peccatis nostris, & mortuis non audientibus, cum genibus non ploremus. *Ait Iesus, tollite lapidem*. Inter diuinas virtutes humanum Christus requirit auxilium: non sufficit amouere lapidem, qui mortem sufficit effugare? sepulchri claustra refertate non valet, qui portas tartari praetulerat aperire? Dixerat per prophetam, *Auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis carneum*: praecipit ergo, vt Iudaei ex se cor lapideum tollant, euoluant perfidiae saxum, gliscem dure incredulitatis excludant, quatenus anima per infidelitatem mortuae de sepulchro peboris profluerent: & non tantum surrexisset Lazarum, quātum se Lazaro non confurrexisset gauderent. *Tollite lapidem*. Tollite miserā humanitatis obsequium, vt diuinitatis beatę opera nunc clarescant. *Tollite lapidem*. Quem posuistis vos, vt hominem, quē ego posui, nunc reponam. *Respondit Martha, Domine, iam faecet*. Mulier, & quod faecet cuius est? *Iam faecet*. Modō ad te pertinet, quod ad te venit, ad sepulchrum non sentires faecetorem, si in Paradiso suaforem noluisse audire. *Iam faecet*. Quod perditore faecet, non faecet creatori. *Iam faecet*. Quod horret alieni operis euerfor, amator sui operis non abhorret. Sed, dicendo sic, testaris mortem, quam tu, mulier, intulisti: faecetorem clama, vt plena mors audientibus innotescat, quatenus, quod resurget Lazarus, redeuntis fit spiritus, non latentis: Diuina virtutis sit, non sit artis humanae: neque Iudaei, qui nos dicunt in principe dæmoniorum eicere dæmones, iterum dicant nos non imperio Dei, sed humano praesidio mortuos suscitare. *Iam faecet: quadriduus est*. Dicit & tempus, vt scias quia auctor est temporum, cui tempora nulla praescribunt. *Iam faecet, quadriduus est*. Di-

cedendo, & exaggerat desperationem, vt, qui ad sunt, videant: quia Deus est, qui sic vitam mortuis, desperatis salutem, faecetentibus dat vigorem. *Elevatis*, inquit, *oculis sursum*. Elevato culos sursum, vt nobis formā supplicandi tribuat, non sibi viam praeparat impetrandi: namque sursum respicit, qui semper est sursum cum patre, semper pater in ipso est, & ipse est semper in patre. Ego, inquit, in patre, & pater in me est. *Pater*, inquit, *tibi ago, quia audisti me*. De praesito agit gratias, & quod pater audierit, hoc dicitur, quod filius perierit, hoc taceat. Fratres, inter patrem, & filium audiendi est affectio, non est necessitas supplicandi: charitas assensus est, non est austeritas iustionis: ibi amore geruntur omnia, vbi non indiget obsequio: sicut ex sequentibus elucefcit. *Pater, gratias ago tibi, quia audisti me: ego autem sciebam, quia semper me audis, sed propter populum dixi, qui circumstant*. Videris, quia loquendo talia, suum, patrisque affectum extollit, prodit, pandit gratiam, loquitur vnitatem. Dixerat, *Omnia quae habet pater, mea sunt; & si sua sunt omnia, quomodo petit? Qui de suo petit quod petit, non necessitas est, sed amoris*. *Vt credant, quia tu me misisti*. Misitum se dixit, vt populi sciant, de caelo venisse Christum, non recessisse de caelo. Sic ergo mittitur, sic & quod habet, accipit, quomodo vnde venerat non recessit: sic ergo & filius, quod habet, accipit; & pater, quod dederit, non amittit. Fratres, & quod auditur, & quod mittitur, & quod venit, & quod accipit, & quod nascitur, & quod patitur, & quod moritur, & quod resurgit, non est hoc diuinitatis suae infirmitatis hoc nostrę est, nostrę est hoc naturę: quod tamen totū causa nostri tulit in nostro corpore, non propter se in sua perulit maiestate. Sed ad proposita redeamus. Quid est, quod dicit, *Pater, gratias ago tibi, quia audisti me? Quid est? Vbi Christus cepit inferi pulsare fores, portas tartari submouere, ianuas aperire mortis, gehēne soluere legem vetusta, deturbare antiquissimum ius peccatum, repositere Lazari animam, ab inferis viam reditus innouare, occurrit ei tartari tota furens potestas, praefereus edictum superni principis, excelsi regis portans decretum, gestans latam tor saeculis, Deo loquente, sententiam, & videns hominem, sciscitabat, quis ille esset, quid auderet, quid sibi veller, cur solus, aut sine tremore tremendos mortis laceffat & accessit. Cui dicenti quis, esset, responderunt Prophetica voce ministri resurrectionis angeli, Ipse est rex gloriae, ipse est fortis, & potens in praelio. Sed refert tartarus; Ego regem gloriae in caelestibus scio omnibus potestariis caelicis praesidere, cuius numum rota fuisse non potest creatura: hunc autem video de terrenis vnum, concretum limo, corpore mortali septum, & in ipso habitu hominis, hominibus viliozem, & ad summam cito dandum sepulchro, subdendum meae protinus esse ditioni. Sed, persistentibus angelis, & repentibus; Ipse est dominus virtutum, ipse est rex gloriae, ipse est cali praesul, ipse creator mundi, ipse saluator saeculi, ipse*

10an. 17.

Psal. 13.

redemptor omnium, & de qua furis tu, lator ipse sententia, ipse tuum calcaturus caput, ipse tuum contriturus imperium, ipse te suo iudicio perditurus, qui reos iustus capere, attrahis innocentes, sanctos diripis, ipsi Dei filio comminaris. Redde ergo vnum, priuquam multos cogaris exolueri. Sed tartarus adhuc ista non credens, per consuetos nuncios recurrit ad caelum, hac inuidiosa interpellatione deploratus, Ego, Domine, & si extremus creaturae tuae, & si tristi seruitio mancipatus praecipua tua inuolabili lege seruo, peruiolo; ne quis, sententiae tuae uersutu ius nouus temeratur immutetur: sed aperuit homo, qui dicitur Christus, tuum se filium iactans, sacerdos tuos notat scribas tuos arguit, sababatha tua violat, legem tuam soluit, & animas exoptas carne, & pœna iam, meaque custodia deputatas ad corpora, in quibus scelerate uixerant, redire compellit; & tantis quotidie procedit ausibus, ut Lazarum iam carcere nostro clausum, iam lege nostra uinctum, iam in iure nostro manentem, effractis claustris inferis, conerit eruere: aut citò subuenit, aut, si patefecerit semel ianuam, omnes, & quos tot saeculis seruauimus, nunc amittit. Adhuc filius de sinu patris respondit: Pater, iustum est, ut carcer non innocentes teneat, sed nocentes: pœna non iustos cruciet, sed iniustos. Quia, Diu sub uisus hominis culpa, propter Adæ solius noxam, Patriarchas, Prophetas, Martyres, Confessores, Virgines, Viduas, in castitate coniugij permanentes, omnes aetates, utrunque sexum, certe paruulos nescientes bonum, uel malum, hic carnifex ad se trahere crudeli infestatione non cessat? Pater, ego moriar, ut non moriantur omnes: Pater, ego Adæ debitum soluum, ut per me tibi uiuant, qui per Adam moriuntur in seruo: Pater, propter sententiam tuam ego meum sanguinem fundam: tantum est, ut ad te tua redeat creatura: precium chari tibi sanguinis mei redemptio sit omnium mortuorum. Ad hæc totius Trinitatis consensus, & Lazarum precepit exire, & tartarus ad reddendos omnes mortuos, Christo iustus est obedire: hinc est, quod filius clamat, Pater, gratias tibi ago, quia audisti me. Testatur Apostolus, quod Christus aduocatus noster sit apud patrem, denique, quando sedet, coniudicat patri; quando stat, officio fungitur aduocati. Tunc Christus, peracta aduocatione, elamet uoce magna, Lazare, ueni foras. Tunc tartarus, ligatis manibus, & pedibus, Lazarum retulit ad superna: timens, & tremens, ne, dum soluit, ne, dum motas facit, ne, dum tardius refert vnum: omnes cogere ut afferre: sic factus est uiuorum relator, qui raptor esse consueuerat mortuorum. Nam quare Christus vincula inferni dirupit, mortis ligamenta dissoluit, nisi ut nobis monstraret inferni tremendam seruitutem? Nam, si de Moyfi corpore diabolus angelo contradixit, quomodo non terratus Christo de uita, & de resurrectione Lazari contradiceret? Orate, fratres, ut, qui gustum resurrectionis, Lazaro propinante, suscepimus; redeunte Christo, uniuersalis resurrectionis uoces mereamur audire.

B E D Æ V E N E R A B I L I S
presbyteri eiusdem Euang. expositio.

Erat autem quidam languens Lazarus à Bethania de castello Mariae & Marthe. Plurima uero in hoc

Nam uisus eius discipulo.

33b.4.

In comment. ad Ioan.

miraculo Lazari manifestata sunt. Expositionem in singulis non queramus, ut liberius necessaria petrauemus. In superiore lectione meministis, quod dominus exiit de manibus eorum, qui lapidare eum uoluerunt, & discessit trans Iordanem, ubi Ioannes baptizabat. Ibi ergo domino constituto, infirmabatur in Bethania Lazarus, quod castellum erat proximum Hierosolymis. *Miserunt ergo fratres eius ad eum.* Iam intelligimus quia miserunt ubi erat dominus, quoniam abiens erat. Trans Iordanem scilicet miserunt ad dominum, nunciantes quod ægrotaret frater eorum: ut, si dignaretur, ueniret, & eum ab ægritudine liberaret. Ille distulit sanare, ut posset resuscitare. Quid ergo nunciauerunt forores eius? *Domine, ecce quem amas, infirmatur.* Non dixerunt, ueni amanti enim tantummodo nunciandum fuit. Non ausè sunt dicere, ueni, & sana. non ausè sunt dicere, ibi uibe, & hic fiet. Cur enim non hoc & ista, si fides illius Centurionis in de laudatur? ait enim; *Nô sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic uerbo, & sanabitur puer meus.* Nihil horum ista, sed tantummodo; *Domine, ecce quem amas, infirmatur.* Sufficit ut noueris, non enim amas, & deseris. Dicit aliquis, Quomodo per Lazarum peccator significabatur, & à domino sic amatur? Audiatur eum dicentem; Non ueni uocare iustos, sed peccatores. Si enim peccatores dominus non amaret, similitudinem carnis peccati non indueret. *Audiens autem Iesus dixit illis; Infirmus hæc, &c.* Talis glorificatio ipsius non ipsum auxit, sed nobis profuit. Hoc ergo ait, *non est ad mortem*, quia ipsa mors non est ad mortem, sed potius ad miraculum, quo factò credent homines in Christum, & uitarent ueram mortem. Sane uidete quem admodum tanquam ex obliquo dominus Deum se dixit, propter quosdam qui negant. Nam sunt hæretici, qui hoc negant, quod filius Dei sit Deus, ecce audiant; *Infirmus hæc, inquit, non est ad mortem, sed pro gloria Dei.* Quæ gloria? cuius Dei? Audi quod sequitur, *ut glorificetur filius Dei per eam.* per quam illam infirmitatem. *Diligebat autem Iesus Mariam, & sororem eius Mariam, & Lazarum.* Languens ille, tristes omnes dilecti: sed diligebat eos, & languentium Saluator, imò etiam mortuorum suscitator, & tristem consolator. *Ut ergo audiuit quod infirmatur, &c.* Nunciauerunt ergo illi, mansit illic ille. Tandiu tempus ductum est, quousque quatuoriduum completetur. Non frustra, nisi quia forte, imò quia certe & ipse numerus dierum intimat aliquod sacramentum. *Deinde post hæc dicit discipulis suis. Eamus in Iudæam iterum, ubi pene fuerat lapidatus, qui propterea inde discessisse uidebatur, ne lapidaretur.* Discessit enim ut homo: sed in redeundo quasi oblitus infirmitatem, ostendit potestatem. *Eamus, inquit, in Iudæam.* Denique hoc dictò uidete quem admodum discipuli terribi fuerint: *Dicunt ei discipuli, Rabbi, nunc quaerebant te lapidare, &c.* Quid sibi uult ista responsio? Illi dixerunt, modo te uolebant lapidare Iudæi, & iterum uadis illuc, ut te lapident? & dominus, *Nonne duodecim hora sunt dies? Si quis ambulauerit in die, &c.* De die quidem locutus est, sed ad nostram intelligentiam quasi adhuc nox est. Innocemus diem, ut repellat noscè, & cor lumine illustringat. Quid enim dominus dicere uoluit? Quantum mihi uideretur, quantum subiacet altitudo, profunditasque sententia, redarguere uoluit dubitationem illorum, & infidè

Matth. 8.

Matth. 16.

1. The. 4.

1. Cor. 15.

& infidelitatem. Voluerunt enim consiliata dare domino, ne moreretur, qui uenerat mori, ne ipsi morerentur. Sic etiam quodam in alio loco Petrus sanctus diligens dominum, sed adhuc non plene intelligens cur uenisset, timuit ne moreretur: & vitæ displicuit, id est, ipsi domino. Cum ergo uellent dare consilium homines Deo, discipuli magistro, serui domino, ægroti medico, corripuit eos, & ait; *Nonne duodecim hora sunt dies? Si quis ambulauerit in die, non offendit.* Me sequimini, si non uultis offendere. Nolite mihi consilium dare; quos à me consilium oportet accipere. Quo ergo pertinet se esse ostenderet, duodecim discipulos elegit. Si ego sum, inquit, dies, & vos hora: nunquid horæ diei consilium dant? Horæ diem sequuntur, non hora dies. Si ergo illi horæ, quid ibi Iudas, & ipse inter duodecim horas? Si hora erat, lucebat: si lucebat, quomodo diem ad mortem tradebat? Sed dominus in hoc uerbo non ipsum Iudam, sed successit ipsius præuidebat. Iuda enim cadente successit Matthias, & duodenarius numerus mansit. Non enim frustra duodecim discipulos elegit, nisi quia ipse spiritualis est dies. Sequantur ergo horæ diem, prædicent hora diem, horæ illustrentur à die, horæ illuminentur à die, per horarum prædicationem credat mundus diem. Ergo ait de compendio; *Me sequimini, si non uultis errare.* & post hoc dicit eis; *Lazarus amicus noster dormit: sed uado ut à somno excitem eum.* Verum dixit, fororibus mortuus erat, domino dormiebat. hominibus mortuus erat, qui eum suscitare non poterant. Nam dominus tanta facilitate suscitabat de sepulchro, quanta tu non excitas dormientem de lecto. Ergo secundum potentiam suam dixit dormientem, quia & alij mortui dicti sunt in scripturis sæpe dormientes, sicut Apostolus dicit; *De dormientibus autem nolo vos ignorare, fratres, ut nõ contristemini sicut & cæteri, qui spem non habent.* Ideo & ipse dormientes appellauit, quia resurrecturos pronunciauit. & in alio loco omnes quidem dormiemus, sed non omnes resurgemus. mortem nostram dormitionis nomine significas. Nam corpus dum deserit ab anima, dormit in sepulchro, resuscitandum in nouissimo die. Anima uero, dum deserunt corpora, diuersas receptiones habent, gaudium bonæ, malæ tormenta. Sed cum facta fuerit resurrectio, & bonorū gaudium amplius erit, & malorum tormenta grauiora, quando cum corpore torquebuntur. Dum dominus de dormitione amici diceret discipulis, responderunt quomodo intellexerunt. *Domine, si dormit, saluus erit.* Solent enim esse somni ægrotantium, salutis indicia. *Dixerat autem Iesus de morte eius, &c.* Tunc ergo dixit eis Iesus manifeste. sub obscure enim dixerat, dormit. *Ait ergo manifeste, Lazarus mortuus est, &c.* Æger enim, non mortuus fuerat hunciat. Sed quid lateret eum, quia creauerat, & ad cuius manus anima morientis exierat? Hoc est quod ait; *Gaudete propter uos, ut uestra fides augetur, siue firmetur, ut credatis: quod intelligendum est, ut amplius robustiusque credatis.* *Venit itaque Iesus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem.* De quatuor diebus multa quidem dici possunt, sicut se habent obscura scripturarum, quæ pro diuersitate intelligentiū multos sensus parit. Dicamus & nos quid nobis uideatur significare mortuus quatuoriduanus. Quo-

modo enim in illo cæco intelligimus quodammodo humanum genus, sic forte & isto mortuo multos intellecturi sumus. Diuersis enim modis una res significare potest. Homo quando nascitur, iam cum morte nascitur, quia de Adam peccatum trahit. unde dicit Apostolus; *Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: & ita in omnes homines pertulit, in quo omnes peccauerunt.* Ecce habes vnum diem mortis, quem homo trahit de mortis propagine. Deinde creuit, incipit accedere ad rationales annos, ut legem sapiat naturalè, quam omnes habent in corde fixam; Quod tibi fieri non vis, alij ne feceris. Nunquid hoc de paganis dicitur, & non in natura ipsa quodammodo legitur? Furtum vis pati? utique non vis. Ecce lex in corde tuo; Quod non vis pati, facere noli: & hanc legem transgrediuntur homines: ecce alter dies mortis. Data est etiam lex diuinitus per famulum Dei Moysem, dictum est illic; *Non occides, non moechaberis, non falsum testimonium dices, honora patrem & matrem, non concupisces rem proximi tui.* Ecce lex scripta est, & ipsa contemnitur. Adde tertium diem mortis, quid restat? *Venit & Euangelium, prædicatur regnum caelorum, diffamatur ubique Christus, minatur gehennam, vitam promittit æternam, & ipse contemnitur.* Transgrediuntur homines euangelium, ecce quartus dies mortis. Meritò iam puter, nunquid & talibus neganda est misericordia? absit. etiam ad tales dominus excitandos non dedignatur accedere. *Sed & nunc scio quia quacunque poposueris à Deo, dabit tibi Deus.* Non dixit; *Sed & modo rogo te, ut suscitares fratrem meum.* Unde enim sciebat, si fratri eius resurgere uile foret? hoc tantum dixit; *Scio quia potes, si uis, facis, utrum autem facias, iudicij tui est, non præsumptionis meæ.* *Sed & nunc scio, quia quacunque poposueris à Deo, dabit tibi Deus.* *Dicit illi Iesus, Resurget frater tuus, dicit ei Martha, Scio quia resurget, in resurrectione, in nouissimo die.* De illa resurrectione secuta sum, de hac incerta sum. *Dicit ei Iesus, Ego sum resurrexisti & uita.* Dicit, *Resurget frater meus in nouissimo die.* uerum est: sed per quem tunc resurget, potest modo resurgere, quia ego sum resurrectio & uita. Ideo resurrectio, quia uita: quia qui credit in me, non morietur in æternum. Quid hoc, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuut: sicut Lazarus mortuus est, & uiuit: quia non est Deus mortuorum, sed uiuorum. De olim mortuis patribus, hoc est de Abraham, de Isaac, de Jacob tale responsum Iudæis dedit; *Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob.* non est Deus mortuorum, sed uiuorum. omnes enim illi uiuunt. *Crede ergo: & si mortuus fueris, uiues.* si autem non credis, & cum uiuis, & mortuus es. Unde est ergo mors in anima? quia non est fides in ea. Unde est mors in corpore? quia non est ibi anima. Ergo anima tuæ anima, fides est, sicut anima corporis, uita est corporis: ita fides animæ, uita est animæ. *Qui credit in me, inquit, ætiam si mortuus fuerit in carne, uiuet in anima, donec resurgat caro nunquam postea moritura.* hoc est, qui credit in me, licet moriatur, uiuet: & omnis qui uiuit in carne, & credit in me, et si moriatur ad tempus propter mortem carnis, non morietur in æternum propter vitam spiritus, & immortalitatem resurrectionis: hoc est quod ait; *Ego credidi quia tu es Christus, &c.* Quando hoc credidi, quia tu es resurrectio, credidi

Exod. 10.

Matth. 22. Mar. 12.

didit quia tu es vita. Credidi, quia qui credit in te, est mortuus et uiuere: & qui uiuit & credit in te non morietur in æternum. Et cum hoc dixisset, abiit, &c. Aduertendum est quemadmodum superflam uocem silentium nuncupauit. Nam quomodo siluit quæ dixit, Magister nuncupat. Aduertendum etiam quemadmodum euangelista non dixerit ubi, uel quado, uel quomodo Mariam dominus uocauerit: ut hoc in uerbis Marthæ potius intelligeretur, narrationis ueritate seruata: Iudæi igitur qui erant cum illa in domo, &c. Quare hoc pertinuit ad euangelistam narrare: Ut uideamus quæ occasio fecerit, ut plures ibi essent, quando Lazarus resuscitatus est. Putantes enim Iudæi propterea illam festinare, ut doloris sui solacium lachrymis quaereret, secuti sunt eam: ut tam grande miraculum quadriuidui mortui resurgentis, testes plurimos inueniret. Iesus ergo ut uidit eam plorantem, & Iudæos qui cum illa erant, plorantes, fremitu spiritu, &c. Aliquid nobis inuinauit fremendo spiritu, & turbando seipsum. Quis enim eum posset, nisi se ipse, turbare: itaque primo hic attendite potestatem, & sic inquirete signite significationem. Turbaris tu nolens, turbatur Christus, quia uoluit. Esuriuit Iesus, uerū est, quia uoluit. Dormiuit Iesus, uerum est, sed quia uoluit. Contristatus est Iesus, uerum est, sed quia uoluit. Mortuus est Iesus, uerum est, sed quia uoluit. In illius potestate erat sic uel sic affici, uel non affici. Veram enim animam suscepit, & carnem totius hominis, sibi coaptans in personæ unius naturam, nam & anima apostoli uerbo illustrata est, & aliorum apostolorum, & sanctorum prophetarum uerbo illustrata sunt anima, sed de nulla dictum est; Verbum caro factum est, de nulla dictum est; Ego & pater unū sumus. Anima Christi, & caro Christi, cum uerbo Dei, una persona est, unus Christus est: ac per hoc ubi est summa potestas, secundum uoluntatis nutum turbatur infirmitas. Hoc est, turbatus semetipsum. Dixi potestatem, at tēde significationem. Magnus res est, quem mors quadriuidua & illa significat sepultura. Quid est ergo quod turbat semetipsum Christus, nisi ut significet tibi quomodo turbari tu debeas cum tanta mole peccati grauatis, & premeris? Attendisti enim, tu uidisti te eum, computasti tibi. Illud feci, & pepercit Deus. Illud commisi, & distulit me. Euangelium audiui, & cōtempsi. Dic, dic lachrymando, baptizatus sum, & iterum ad peccatum reuolutus sum. Quid facio? quod eorūde euado? Quando ista dicis, iam fremit Christus, quia fides fremit. In uoce frementis apparet spes resurgentis. Vbi ipsa fides est intrus, ibi est Christus fremens. si fides in nobis, Christus in nobis. Quid enim aliud ait Apostolus habitare Christum per fidem in cordibus nostris? Ergo si fides tua de Christo, Christus est in corde tuo: ergo fremat Christus in corde tuo. Fleuit ergo Christus amicum mortuū, quem uenit resuscitaturus. Quare enim fleuit, nisi quia hominem flere docuit oppressum pondere peccatorum? Quare fremuit, & turbauit semetipsum: nisi quia fides hominis sibi meritō displicentis, fremere quodammodo debet in accusatione malorum operum, ut uolentia penitenti cedat confitenti peccati, & dixit: Vbi posuisti eum? Scis quia mortuus sit, & ubi sit sepultus, ignoras? Et ista significatione est. Non aulus, sum dicere nescit, quid enim ille nescit. Vnde hoc probamus? dominum

Ioan. 1. Ioan. 10.

audi dictum in iudicio; Nō noui uos. Video in luce meam non uos video in illa iustitia, quam noui. Sic & hic tanquam nesciens tale peccatorem, dixit: Vbi posuisti eum? Talis est uox domini in paradiso, postquam peccauit Adam, Adam ubi est? Dicunt ei, Domine, ueni & uide. Quid est, uiderem? Videret enim dominus, quod claudiret principatum, quod circa Lazarum fecit. Et quidē singula opera eius admiratione dignissima sunt. Quis enim non uenerabiliter admiretur, quod claudi rectis gressibus inceserunt, quod mutis linguarum claustra soluta sunt, quod excoerum din clausa luminata, & tu sacræ manus eius refereta sunt? Quis hæc, & plura alia considerans, non diuinam potentiam stupens admiretur? Sed hæc omnia parua ad ingentem Christi maiestatem uidebantur, nisi amicus eius Lazarus moreretur, quem idcirco mori permisit, ut eum nouo, & omnibus seculis admirando ordine suscitando, sese uirg. mortisque Dominum esse declararet. Accessit etiam ad singularem dignitatem miraculi, speciale meritum dignissimi descriptoris. Nullus quippe alius omnium Euangelistarum hoc descripsit, sed soli dilecto Domini Ioanni, reseruatam est quia nimirum res tam uenica & tam egregia nullum alium, quam dilectissimum Christo uirginem habere debuit reatorum. Verū, quoniam hæc lectio ex maiore sui parte per se clara est, & per singula expositione non eget, capitulatum magis quam uerbatim eam explanandam suscepimus, ut ad ea, quæ magis necessaria sunt, ueniamus. Denique supra legitur, quod cū esset Dominus in templo, & in porticu, quæ Salomonis appellatur, doceret non perentes Iudæi uerba diuinitatis eius, sustulerunt lapides, ut lapidarent eum: Dominus uerō inter manus se lapidare uolentium illis exiuit de templo, & abiit trans Iordanem, ubi prius fuerat Ioannes baptizans. Cū ergo ibi esset, infirmabatur Lazarus in Bethania, quod erat castellum Marthæ, & Marthæ, proximum Hierosolymis. Maria autem erat, quæ uenit Dominum uenturo, & extersit capillis suis pedes eius. Quoniam tunc temporis plures erant huius nominis, ne erraretur ex nomine, ostenditur ex notissima actione. Ipsa enim est Maria, quæ quondam, ut Lucas Euangelista narrat superius, peccatrix ueniens pedes Domini uenturo perunxit, lachrymis rigauit, capillis deterit, sicque mortuorum criminum ueniam à Domino promeruit. Miserunt ergo ad illum, quoniam abfens erat trans Iordanem, nunciantes quod frater illarum Lazarus infirmabatur; ut tam sibi quam fratri succurreret, istas dolores, illi ægritudine liberaret. Sed uideamus, quid nunciantes dixerunt, Domine, ecce quem amas, infirmatur. Veni ut languentem sanes; non hoc certe ausa sunt dicere; sufficiebat illis, si tantum nosset, quod infirmaretur. Sciebant enim, quod non desereret, quem amabat. Ecce, inquit, quem amas, infirmatur. Tanquam dicerent; Sat est, ut hoc noueris, Domine, nec opus est, ut ad nos ueniens fatigeris. Ibi præcipe, & hoc quod iusseris fiet. Audiens autem Iesus, dixit: Infirmus hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur filius Dei per eam. Quare dicis Domine, ad mortem non est, cū Lazarus inuincibiliter sit mortuus? Nouerat & hoc Dominus, & sic fieret ipse uoluerat: sed post mortem eum suscitare decreuerat. Quod ergo respondit: Infirmus hæc non est ad mortem, tale est, ac si dicitur;

Matth. 7. Genes. 3. Psal. 24. Luca 5. Exod. 17. 34. 1. Cor. 3. Rom. 3. Ioan. 10. Luc. 7. Matth. 28. Sine uitate catholica ecclesia peccata non soluitur.

ERICI IN SVPERIUS Euang. Hom.

Inter omnia miracula, quæ Dei filius, ut suam panderet diuinitatē, operatus est, supereminet hoc, & quasi quodā obiter principatum, quod circa Lazarum fecit. Et quidē singula opera eius admiratione dignissima sunt. Quis enim non uenerabiliter admiretur, quod claudi rectis gressibus inceserunt, quod mutis linguarum claustra soluta sunt, quod excoerum din clausa luminata, & tu sacræ manus eius refereta sunt? Quis hæc, & plura alia considerans, non diuinam potentiam stupens admiretur? Sed hæc omnia parua ad ingentem Christi maiestatem uidebantur, nisi amicus eius Lazarus moreretur, quem idcirco mori permisit, ut eum nouo, & omnibus seculis admirando ordine suscitando, sese uirg. mortisque Dominum esse declararet. Accessit etiam ad singularem dignitatem miraculi, speciale meritum dignissimi descriptoris. Nullus quippe alius omnium Euangelistarum hoc descripsit, sed soli dilecto Domini Ioanni, reseruatam est quia nimirum res tam uenica & tam egregia nullum alium, quam dilectissimum Christo uirginem habere debuit reatorum. Verū, quoniam hæc lectio ex maiore sui parte per se clara est, & per singula expositione non eget, capitulatum magis quam uerbatim eam explanandam suscepimus, ut ad ea, quæ magis necessaria sunt, ueniamus. Denique supra legitur, quod cū esset Dominus in templo, & in porticu, quæ Salomonis appellatur, doceret non perentes Iudæi uerba diuinitatis eius, sustulerunt lapides, ut lapidarent eum: Dominus uerō inter manus se lapidare uolentium illis exiuit de templo, & abiit trans Iordanem, ubi prius fuerat Ioannes baptizans. Cū ergo ibi esset, infirmabatur Lazarus in Bethania, quod erat castellum Marthæ, & Marthæ, proximum Hierosolymis. Maria autem erat, quæ uenit Dominum uenturo, & extersit capillis suis pedes eius. Quoniam tunc temporis plures erant huius nominis, ne erraretur ex nomine, ostenditur ex notissima actione. Ipsa enim est Maria, quæ quondam, ut Lucas Euangelista narrat superius, peccatrix ueniens pedes Domini uenturo perunxit, lachrymis rigauit, capillis deterit, sicque mortuorum criminum ueniam à Domino promeruit. Miserunt ergo ad illum, quoniam abfens erat trans Iordanem, nunciantes quod frater illarum Lazarus infirmabatur; ut tam sibi quam fratri succurreret, istas dolores, illi ægritudine liberaret. Sed uideamus, quid nunciantes dixerunt, Domine, ecce quem amas, infirmatur. Veni ut languentem sanes; non hoc certe ausa sunt dicere; sufficiebat illis, si tantum nosset, quod infirmaretur. Sciebant enim, quod non desereret, quem amabat. Ecce, inquit, quem amas, infirmatur. Tanquam dicerent; Sat est, ut hoc noueris, Domine, nec opus est, ut ad nos ueniens fatigeris. Ibi præcipe, & hoc quod iusseris fiet. Audiens autem Iesus, dixit: Infirmus hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur filius Dei per eam. Quare dicis Domine, ad mortem non est, cū Lazarus inuincibiliter sit mortuus? Nouerat & hoc Dominus, & sic fieret ipse uoluerat: sed post mortem eum suscitare decreuerat. Quod ergo respondit: Infirmus hæc non est ad mortem, tale est, ac si dicitur;

Mors hæc non est ad mortem. Non enim moritur, ut sicut ceteri homines mortui, à morte tenentur; sed ut mirabiliter resuscitetur. Pro gloria Dei, ut filius Dei glorificetur per eam, subaudiendum, infirmitatem. Hæc autem glorificatio non ipsum auxit, qui summè perfectus est, & proficere non nouit: sed nobis profuit, quatenus per hoc tantum miraculum in eum crederemus, & æternam animæ mortem euaderemus. Sed uideamus diligentius, quid dixerit. At enim; Pro gloria Dei. Deinde adiūxit; Ut glorificetur filius Dei per eam. Ergo filius Dei, Deus. Hoc contra hereticos, qui dixerunt Christum nō esse naturam Deum, sed gratiā. Vnde quidam illorum dixit; Non inuideo Christo factō Deo: hoc & ego fieri possum, si uolo. Diligebat autem Iesus Martham, & sororem eius Mariam, & Lazarum. Ille langueret, ille dolebat; sed spem maximam habebat, quoniam diligebatur ab eo, qui & dolentium est consolator, & languentium sanator, ipsorum etiam mortuorum resuscitator. Ut ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus. Noluit tunc dominus uenire: distulit sanare, ut posset mirabiliter resuscitare. Mansit ergo illic, donec quadriuidū impleteretur. Deinde post hæc dixit discipulis suis: eamus in Iudæam iterum. Territi sunt discipuli, quod audiebant illum uelle iterum Iudæam uenire. Nouerat conspirationem immanissimam, qua illum Iudæi persequebantur, & morti traderelaborabant; idcirco dicebant ei; Rabbi, nunc quare uenit te Iudæi lapidare, & iterum uadit illuc? Respondit eis, qui humanam rabiem timere non poterat; Nonne duodecim hora sunt diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi uidet. Si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux in eo non est. Audierant sancti discipuli dominū in Iudæam iterum uelle uenire, & formidantes ne bonus magister à Iudæis cōprehenderetur, quasi consilium ei dare, & ab incepto reuocare uolebant. Nō adhuc perfectè intelligebant dispensationem, propter quam uenerat. Ad hoc enim Deus hominem induerat, ut pro salute hominum moreretur. Sic & B. Petrus, cū audisset dominum de passione sua loquentem, quasi reuocare eum uolens, dixit; Absit hoc à te, domine, non morieris. Cum ergo Apostoli domino cōsulerent & quodammodo consilium dare uellent, redarguit eos dicens; Nōne duodecim sunt hora diei? Se profectō diem appellauit, qui est dies ex die, lumen de lumine, quique de se alibi dicit; Ego sum lux mundi. Et ut se diem ostenderet, duodecim Apostolos elegit, de quibus nunc dicit; Nonne duodecim hora sunt diei? Ac si diceret, Vos, qui horæ estis diei, quare sic consilium dare uultis? Horæ diem sequuntur, & diē moderante peraguntur. Sed forte dicat aliquis; Iudas ex duodecim unus erat: nunquid & ipse hora diei erat, qui ipsam diem ad mortem traderet? Sed quando hoc dominus dicebat nō ipsam Iudam attendebat, sed Matthiam in locum illius eligebat. Denique Iuda in locum debitum abiecit, electus est Matthias Apostolus; & sic perfectus mansit Apostolicus numerus. Christus ergo dies est, & qui in hac die ambulauerit, errare non poterit. Illi enim adhæret, qui dixit; Ego sum lux mundi, qui sequitur me, nō ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Nam, qui sine hac luce est, errare potest, ambulare non potest. Hæc ait, & post hæc dixit eis; Lazarus amicus noster dormit, sed uado, ut à somno exsuscitem eum. Mortuus quidem erat, sed

Matth. 16. Ioan. 8. Act. 1.

7. 7. 15.

Christo vivebat. Nullus quippe tanta facilitate potest aliquem excitare à somno, quanta Christus Lazarum resuscitare valebat è tumulo. Denique & omnes defuncti, si potentiam Dei confideres, à quo in nouissimo sunt resuscitandi, dormientes possunt vocari, iuxta quod Apostolus dicit, Nolo vos ignorare, fratres, de dormitibus. Et alio loco; Omnes quidem dormimus, sed non omnes immutabimur. *Dominus si dormit, saluus erit.* Sicut verba nouissimi intellexerunt, sic responderunt. Si dormit, inquit, saluus erit. Solet enim somnus in ægrotante iuvene indicium esse salutis. *Et dominus quidem dixerat de morte eius: illi autem putauerunt, quia de dormitione somni diceret. Tunc dixit eis Iesus manifestè: Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, ut credatis, quia non eram ibi.* Lazarus languens, non mortuus fuerat nunciatus. Sed quid latere possit eum, cuius oculis omnia nuda, & aperta sunt? Quomodo ignoraret morte Lazari, qui ipsum Lazarum creauerat? Gaudebat igitur propter discipulos, qui mirabantur sic eum cuncta nosse, & per hoc verum Deum certius, & manifestius eum esse credebant. Licet enim iam crederent, talis tamen erat illorum fides, quæ adhuc proficeret, quæ miraculis ædificata crederet. *Sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad discipulos; Eamus & nos, & moriamur cum illo.* Quibus verbis verum prodit amantis affectum. Amabant quippe Apostoli incomparabiliter dominum: quia eorum vita ex illius præsentia pendebat, adeo vt aut cum eo viuere, aut certe cum eo mori iucundum haberent. *Eamus, inquit, & moriamur cum eo.* Quia, inquit, videmus eum ad inimicis & mortem properare, neque eum à tali consilio valemus reuocare, eamus & nos, & cum eo moriamur: ne potius eum necem deserti, & insolati remaneamus. *Venit itaque Iesus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem.* Sic ipse volebat, ad hoc antea venire distulerat, vt illud quatuoriduum impleteretur, & gloriosius ille resuscitaretur. Sed, quoniam ea, quæ sunt ad literam, satis per se patent, ad indagandum mysterium accedamus. Significatur ergo per hunc Lazarum peccator aliquis, qui iam non solum peccauit, verum etiam peccandi consuetudinem recepit. Sed forsatis aliquis tacitus dicat; Quomodo Lazarus typum peccatoris gerebat, quem sic Dominus amabat? Sed solent aliquando significationes rerum contrario accipi. Denique Dauid rex & propheta adulterium in Bethabeæ vxore Vræ admisit & ipsum fidelem, & innoxium militem suum gladio filiorum Ammon interfecit. In quo factò si respicias historiam, quis dubitet Vræ innocenter occisum, merito iustitiz, & innocentiz, Dauid adultero, & homicidæ præferendum? Sed si arcanum interrogos mysterium, per Vræm diabolus, per Dauid ex contrario intelligitur Christus. Verum cum hoc fit, non ideò merita diuersarum partium depreciantur. Et sæpe videtur nomen diaboli terribium auro, vel minio scriptum, nomen verò Christi splendidissimè atramento notatum. Ergo per Lazarum, vt præmissis, peccator aliquis figuratur. Amabatur à Christo, quia Christus pro peccatoribus suam dignitatem exhibere præsentiam. Ipse enim dixit; Non veni vocare iustos, sed peccatores. Quærendum nunc, quid designetur per quatuor dies, quibus mortuus in sepulchro iacebat. Omnis

7. 7. 4.

7. 7. 11.

7. 7. 3.

homo mortuus nascitur cum peccato originali. Hinc Apostolus dicit; Quia per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors. Hæc est prima dies mortis, quam dedit origo propaginis. Deinde crescèdo adolefcit homo, venit ad annos rationis capaces, incipit in se habere naturalem legem, quæ docentur naturaliter homines, vt quod sibi fieri nolunt, aliis non faciunt. Sed & hanc transgrediuntur, & qui patri furrum nolunt, furrum faciunt: ecce altera dies mortis. Accessit adhuc lex data per Moysen. Præcipitur nanque ibi; Non occides, non mœchaberis, non furrum facies: honora patrem tuum & matrem: Scripta est hæc lex, sed ipsa quoque contemnitur: & liciam quasi tertia dies mortis. Post omnia venit Christus, attulit Euangelium, prædicauit regnum cælorum, malefacientibus minatus est gehennam, bene viuentibus vitam promissit æternam: Quid plura? Etiam Euagelium contemnitur, & est hæc quarta dies mortis. Possunt & aliter hi quatuor dies exponi. Diximus nanque per Lazarum figurari peccatorem, quia mala peccandi consuetudine & desperatione sepultus est. Ad consuetudinem verò peccati quarto quodam progressu peruenitur. Primum enim est titillatio in corde, secundò consensus, tertio factum, quarto consuetudo. Quidam enim quum illicita cogitatione pulsantur, ita eam à corde repellunt, vt penitus nulla mali delectatione moueantur. Quosdam delectat quidem, sed non adducuntur, vt consentiant. Ad delectationem accedit consensus, & sic in opus erumpitur. Iam factum in consuetudinem vertitur, & impletur illud mortis quatuoriduum: & quasi quædam fit desperatio, vt dicatur; *iam sciet: quatuoriduum enim est. Dixit ergo Martha ad Iesum: domine, si fuisset hic frater meus non fuisset mortuus, &c.* Quam moderatis verbis vitur, quæ ita temperanter dolet interitum fratris? Non enim dixit, Rogo te vt suscites eum, sed tantum, *scio quia quacumque poposueris à Deo, dabit tibi Deus.* Tanquam diceret; Certa quidam sum, quia potes: scio potestiam in te esse indeficientem, sed, si vis, facis. Non ergo præsumo petere vt facias, quia nescio si velis. *Dixit illi Iesus; Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die.* Dominus quidem in præsentis fratris resurrectionem promittebat: sed Martha de ea resurrectione, qua omnes homines resurrecturi sunt, eum dixisse putabat. Viderant certè crebrò dominum mortuos suscitasse, sed hoc tantum erat, quantum nec ipsa ausa est fides optare. De illa ergo resurrectione secuta erat, de hac autem incerta manebat. *Dixit ei Iesus; Ego sum resurrectio, & vita.* Ac si diceret; Quare dubitas nunc fratrem posse resurgere, cum ego, qui sum resurrectio, & vita, illum resurrecturum promittam? Per quem resurget, quando resurrecturi sunt & ceteri homines, per eum potest & modò resurgere. Ipse ergo est resurrectio, & vita, quia per eum resurgimus à peccato, vt viuamus iustitiam. *Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet.* Hoc est, si mortuus fuerit carne, viuet spiritu: Nò est enim Deus mortuorum. De morte enim corporis hic loquitur. Quicumque enim in Christum credit, & secundum quod credit, viuit, etiam si carne moriatur, vniuersale cunctorum hominum perloquendo debetur, viuit tamen in anima, Christo, qui vita animæ est, inhæredo. *Et omnis, inquit, qui viuit, sub-*

Exod. 20.

Matth. 22.

aud

7. 7. 10.

Genes. 1. Enc. 13. Matth. 25.

audiendum, in carne, & credit in me, est mortuus fuerit ad tempus morte corporis, non morietur in æternum, propter vitam spiritus, & immortalitatem resurrectionis. *Credis hoc?* Sciebat hoc, quem nil latere potest, quòd crederet, sed confessionem qua saluaretur quærebat. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem. *Ait illi; Vtique domine. Ego credidi, quia tu es Christus filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti.* Cum autem credidit eum filium Dei, credidit etiam vitam & resurrectionem, quòdque omnis, qui in eum crederet, in æternum non moreretur. Nam supra dominus vtrum hoc crederet, interrogauerat. *Et cum hæc dixisset, abiit, & vocauit Mariam sororem suam silentio, dicens; Magister adest, & vocat te.* Silentium hic suppreffam vocem dixit. Neque enim fluit, quæ dixit; *Magister adest, & vocat te. Iudæi igitur, qui erant cum ea in domo, & consolabatur eam, cum videntes Mariam quia cito surrexit & exiit, secuti sunt eam, dicentes; Quia vadit ad monumentum, vt pleret ibi.* Putantes Iudæi, qui ad illà consoladàm còueniant, quòd ad fratris tumulù festinaret, lachrymis solatiù quæsitura, & dolori suo fleibus satisfactura, secuti sunt eam, diuina id agente providentia: vt plures tã præclarù miraculù quotidiani mortui resurgētis cernerent, sicque in Christi crederent. *Maria ergo cum venisset vbi erat Dominus, videns eum, cecidit ad pedes eius, dicens; Domine, si fuisset hic, frater meus non fuisset mortuus.* Ac si quæretur, dicens, Dum nobiscum præsens fuisti, nò morbus, non infirmitas aliqua nobis appropinquare ausa est, apud quas vitam hospitati nouerat. At vbi abcessisti, adfuit mors inuidia, quæ fratrem nostrum te adhuc posito in seculo, acerbo funere rapuit: quod si tu adfuisset, amicus tuus Lazarus mori non potuisset. *Iesus ergo vt vidit eam plorantem, & Iudæos, qui cum ea venerant plorantes, infremuit spiritum, & turbauit semetipsum, & dixit; Vbi posuisti eum? O fremuit pietatis, o turbatio turbatorum sublatuæ mortis, & æternam prerogaturam lætitiã. Turbatus ergo semetipsum Dominus potestate, quia nullus alius poterat eum turbare. Turbatus est, quia voluit: sciet mortuos est, quia ipse mortè ad se venire permisit. Sed magnum, aliquid in hac sua nobis innuit perturbatione. Diximus supra, per Lazarum quatuoriduum, peccatorem significari desperatum, & longa peccati consuetudine quasi mole sepulchri depressum, ac mala opinione forentem & tabidum. Suscitaturus eum Christus fremuit, & turbauit se, vt ostendat, eum qui talis est, perturbari, & ingemiscere, atque intimo cordis rugitu fremere debere, & attendere quæ fecit, & sic secum agere: Quid mihi misero contigit? Dimissa erant mihi in baptismo omnia peccata: sed ecce post sanctum lauacrum peius sordidatus sum, post medicinam grauius vulneratus. Peccati grauitate, nec vnaquæ peccatis meis terminum ponere volui, & semper me Dei clementia ad penitentiam exhortauit, & peccantem statim punire noluit: cum ego miser, peccantem, & æternis cruciatibus dignus, eius misericordiam, Iesum, semper nouis & subinde reuerendescens sceleribus irritare non timerim. Quando ista peccator secum plangit, iam fremuit, & turbatur in eo Christus. Ad hoc enim tunc fremuit, vt doceret peccatorem fremere, & peccata sua accusare debere, si vult ad vitam animæ redire, ergo Dominus discipulis, vt eum soluant, & abire*

gat, vt ostenderet ea solum se cognoscere, quæ iusta, & sancta sunt, peccatorem verò ignorat, quia reprobatur. Vnde Adæ post peccatum dicitur. Vbi es? Et reprobis in iudicio dicitur est. Nescio vos, vnde sitis. Quid est enim dicere? Nescio vos, nisi non vos in luce iustitiæ recognosco? *Dicitur ei; Domine, veni, & vide.* Vide, hoc est, miserere. Videre nãque eius, misereri est. *Et lachrymatus est Iesus.* Lachrymatus est, quia fons pietatis erat. Sed illa lachrymæ inexpressibile gaudiù erant paritura. Hinc pulchrè Sedulius, Lachrymis impleuit amicum, Maiestate Deum. Flebat enim eum pro parte humanitatis, quem resuscitare poterat per potestiam diuinitatis. Lachrymatus est etiam Dominus ea de causa, qua superius fremuit & turbatus est; vt peccatores doceret fleibus & lachrymis indigere profusis. *Quidam autem ex ipsis dixerunt; Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere, vt hic non moreretur?* Poterat hoc certè Dominus: sed permisit vt Lazarus moreretur, quatenus maiore miraculo suscitaretur. *Iesus autem iterum fremens in semetipso, venit ad monumentum: erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei.* Per lapidem, quo mortuus premebatur, figuratur lex, qua peccator reus còdemnatur. Et benc lex per lapidem accipitur, quia in lapideis tabulis scripta fuit. Mortuus ergo, sub lapide, reus est sub lege. Nam ij, qui bene viuunt, sub lege non sunt: quoniam iusto lex non est posita, sed iniustus, & peccatoribus. Hunc lapidem Dominus iussit remoueri, quando gratiam sancti Euangelij iussit per totum orbem prædicari. *Dicit ei Martha, soror eius, qui mortuus fuerat; Domine, iam sciet, quatuoriduum est enim.* Iam quasi desperabat, potiusque timebat remota lapide fetorem excitari, quam fratrem posse resuscitari. *Dicit ei Iesus, Nonne dixi tibi, quia si crederis, videbis gloriam Dei,* cum videlicet quatuoriduum, & putentem suscitauero? Sed & cum desperatus aliquis à sepulchro peccatorum eripitur, Dei potentia ab inuictibus prædicatur: quia vbi abundauit iniquitas, superabundat gratia. *Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me, Ego autem sciebam, quia semper me audis: sed propter populum qui circumstat, dixi, vt credant quia tu me misisti.* Quibus verbis quid aliud, quam gloriam Dei patris in hoc, sicut & in aliis operibus requirebat? Nam quia per humanitatem minor erat patre, ab illo Lazari quærebat resuscitationem, atque ab eo se dicebat exauditum, & hoc propter circumstantem turbam, vt eum vel sic crederet Dei filium, & ab eo missum, quem patrem chari filij compellabat affectus. Iam in feni turbabatur, iam sub pedibus Domini reuerterat patuit infernus. Omnes mortui expectabant nomina sua vocari. *Clamabat ergo Iesus voce magna, dicens; Lazarus, veni foras.* Vniuerso minatum vocato, ceteri intercepiti sunt: Sed quæsa in huius mortui resuscitatione facta esse dicatur? Fremuit Dominus, turbatus est, voce magna clamauit: quia videlicet difficile, & cum clamore à peccati morte resurgit, quem moles malæ consuetudinis premit. *Dixit ei Iesus; Soluite eum, & sinite abire.* Potuit quidem Dominus soluere mortuum, quem valuit resuscitare: sed noluit secreti gratia sacramenti. Ad magnam enim vocem Domini surgit mortuus, quando magna Dei gratia respicit peccator. Prodit de monumento, quando confiteatur peccata sua, sed tamen adhuc ligatus est, adhuc reus, nec suis viribus absolui potest. Præcipit ergo Dominus discipulis, vt eum soluant, & abire

* Et ost. app. etu feruili tã quam inuict non coguntur ad legem seruandam, sed ex charitate Dei et liberentur paxent.

Rom. 8.

Bibl. Hom. tom. 2. 58

finant: quia ipsi, & reliquis ministris sanctæ Ec-
clesiæ, successoribus eorum, data est potestas di-
mittendi peccata, ait enim, Quæcunque solueris
super terram, erunt soluta & in celo. Simul
etiam commendata est hoc loco unitas Christi,
& Ecclesiæ. Quia etenim Christus caput est, &
Ecclesiæ corpus eius, Christus suscitatur, discipuli
soluunt: ut liquidè mōstreretur, neminem sine unitate
fidei catholicæ posse à peccatorum morte suscitari.
Sanè non est omitendum, quòd in sancto Euangelio
tres tantum mortuos resuscitasse dominus legitur.
Plurimè quidem resuscitasse non dubitatur, quoniam
quidem beatus Ioannes dicit: Multa alia signa fecit
Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non
sunt scripta in libro hoc. Sed res tantum referuntur,
certi causa mysterij. Denique suscitavit filiam archisynagogi,
adhuc intra domesticos parietes constitutam: nec
permisit secum quenquam intrare, nisi Petrum,
& Iacobum, & Ioannem, & patrem, & matrem
puellæ. Suscitavit etiam filium viduæ mulieris,
extra portam suæ civitatis elatum, multis coram
positis & cernentibus. Suscitavit præterea Lazarum
iam sepulchrum, iam fœtidum. Ista tria genera
mortuorum, significant tria genera hominū peccatorum,
quos & hodie suscitatur Christus. Nam per filiam
archisynagogi, quæ intra domum, paucis videntibus,
resuscitata est, designantur ij, qui peccatum intus
in conscientia clausum habent, & necdum ad opus
erumpunt. Verbi gratia; Comotus est aliquis mala
concupiscentia, delibet, si ad sit facultas, implere,
quod illicite concupivit. Iam mortuus est, sed intra
domum clausus est. Dicit enim dominus; Qui videt
mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est
eam in corde suo. Necdum corpore ad eam accessit,
sed corde consentit: mortuus iam est, sed nondum
elatus est. Hic si aliquando divina inspiratione
reprehenderit pravam concupiscentiam, punit
nequam consensum, reviviscit ad salutem in se-
creto cogitationis. Sunt alij, qui post consensum
ad perpetrandum facinus exeunt, & quasi mortuum
de latebris animæ posuerunt, ut, quod latebat
in secreto, appareat in publico. Sed hi tales
plerumque diuinitus admoniti conuertuntur, & ad
vitam animæ resuscitantur. Sunt præterea nonnulli,
qui faciendo, quod malum est, etiam se mala
consuetudine implicant, adeò ut ipsa mali
consuetudo non permittat eos intelligere malum
esse, quo d facti sunt. Nonnunquam defendunt
malum, quod agunt; irascuntur cum reprehenduntur.
Hi tales iam quasi sepulti, & ingenti mole
hoc est, pondere malæ consuetudinis obruti sunt.
Ad hos quoque dignatur venire dominus occulto
sua misericordie instinctu, si tamen habuerint
forores, id est, spirituales animæ virtutes, quarum
interuentu possint revocari ad vitam. Verum
quasi quandam offendit dominus difficultatem;
eum fremis spiritus, eum turbat seipsum, eum clamat
voce maxima, ut ostendat magnæ oburgationis
clamore opus esse aduersus eum, qui peccandi
consuetudine intravit. Non ergo de his despe-
randum est. Ad vocem namque domini contremuit
infernus, iuxta quædam mortuus, ille
beratus est peccator etiam in consuetudine cotin-
mitendi reatus; Sed prius enim intrinsecus per
seipsum vivificatus, postea per sacerdotum ministrum
absolutus. Nullus quippe peccator absoluten-

Math. 18.

Matth. 20.

Luc. 8.

Luc. 7.

Matth. 5.

us est, antequam per dignam penitentiam cor-
rectus, & intrinsecus appareat vivificatus. *Multis
autem ex Iudæis, qui venerant ad Mariam, & Martham,
& videbant, quæ fecit, crederent in eum.* Facto tam
glorioso, & cunctis seculis prædicando miraculo,
non omnes, sed multi Iudæorum credidisse di-
cuntur. Quo loco durissima infidelitas, & incon-
vertibilis in malo pertinacia notata est. Et reuera
tantum erat peccatorum illorum, ut aliter non pos-
sent dignè fidè Christi suscipere, nisi prius filium
Dei interficerent. Hinc Palmista: Imple facies
eorum ignominia, & quærent nomen tuum, do-
mine. Prius enim cōfultio, & ignominia repleti
sunt, cum post Christi ascensionem, audientes
Apostolos eius resurrectionem prædicantes, ce-
perant erubescere, & pendere quantum scelus
in nece saluatoris admiserant: sicque nomen
eius quæserunt, cum percussis timore Apostolis
dixerunt; Quid faciemus, viri fratres? indicate
nobis. Quibus beatus Petrus: Penitentiam in-
quit, agite, & baptizetur unusquisque vestrum in
remissionem peccatorum. Sic enim ante secula
decreuerat, ut morte sua illum, qui habebat mor-
tis imperium, id est, diabolum, destrueret, ipsosq;
moris suæ ministros mortuus sibi subiugaret.
Quocirca tam insigni mortis triumphatori gra-
tias dignissima exultatione solvamus, illum die-
bus, & noctibus meritis laudum præconis extol-
lamus, & præcipue misericordiam illius implor-
emus: quatenus nos ita suis per omnia faciat
obedire mandatis, quò nullo in nobis regnante
peccato, ipsi mente & desiderio adhaerere, atque
ad gaudium beatæ eius visionis mereamur felicit-
er pervenire, Amen.

Psal. 84.

Matth. 2.

Matth. 2.

THEOPHYLACTI EPI-
scopi Bulgar. superioris Euang.
expositio.

A Grotabat autem quidam nomine Lazarus, &c.
Solutus quidem Ioannes huius de Lazaro me-
minit historia. Meminit autem, ut nos etudiat, ne
quis gravatim ferat, si boni, & Deo amici viri
morbo teneantur, quia & Lazarus, quum esset
amicus Christi, ægrotavit. Neque hoc ignoran-
dum est; quòd non erat ista Maria, quæ vixerat
dominum vnguento, meretrix, quæ apud Lucam,
vel Martham, sed alia nō meretrix, honesta au-
tem, & religiosa, & officiosa. Etenim diligenter
ministrabat suscepto Christo, sicut Ioannes testa-
tur, quin & bonam partem elegisset testimonium
habet. Ita autem clara, & admirabile fuerunt so-
roris, ut & Lazarus ipse notior factus sit per eas.
Erat enim, inquit, Lazarus Bethaniensis à casa Ioseph
Marthæ & Marthe. Quare autem mittentes accesserunt
Iesum, & nō ipsæ veniunt, sicut Centurio, & Re-
gius? Quia plurimum fidebant Christo: & quia
mulieres erant, non oportebat eas ita facile è do-
mō progredi, & quia in ludæa erant, occupatæ
circa fratrem. Nam, quòd hoc non fecerint ex
contemptu, manifestum est ex iis, quæ sequuntur.
Magnum enim honorem, & pietatem, & præcium
constantiam præ se ferunt. Dicentes autem, Ecce,
quem diligis, ægrotat, ad misericordiam dominum mo-
vere volebant, eo quòd memores erant nominis
amicitiæ. Declarat autem & fidem quandam ver-
bum hoc mulierum: Ita enim mirum domino
inesse

Matth. 23.
Luc. 7.
Ioan. 4.

Matth. 8.
Luc. 7.
Ioan. 4.

in esse virtutem cognoverunt, ut admirarentur,
quomodo infirmitate laboret vir ab illo dilectus.
Admirationem enim quodammodo habere vi-
detur, Ecce, quem diligis, ægrotat. Audienti autem Iesus,
dixit: infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria
Dei, &c. Quoniam illic māsirus erat duobus die-
bus eius gratia, inquit; infirmitas hæc non est ad mor-
tem, quamvis esset ad mortem. Sed, quod dicebam,
nuncios volens consolari, non nimium mererent,
dixit; infirmitas hæc non est ad mortem. Et aliter; Si be-
ne consideraveris, neque ad mortem fuit infirmi-
tas, qua motuunt, qui diu vixerunt, sed tempo-
ralis, & quadri-duana. Nam, quia surrexit quadri-
duanus, ad finem spectantes rei, dicimus non esse
ad mortem infirmitatem, sed pro gloria Dei: vnde
subdit, ut glorificetur filius Dei. Itaque gloria Dei,
patris dico, in nullo maiore est, quam filij. Deus
enim est & filius, sicut & pater, proprie ac ve-
re. Nam, cum vna gloria etiam vna est substantia.
Quocirca confundantur & hoc loco Ari-
ani. Verbum autem, ut glorificetur, ne putes causæ
significatum, sed enentus, ut sepe diximus. Non
enim ut glorificetur Deus, propterea ægrotavit
Lazarus, sed alia quadam de causâ infirmitas ac-
cessit, qua tamen dominus in gloriam Dei usus
est. Mansit autem diebus duobus, donec expira-
ret, & sepeliretur: ne quis dicere possit quòd gra-
vatio quædã fuerit, vel exstasis, & non fuerit mor-
tus. Et propterea tanto tempore manet, ut &
corrumperetur, diceretur foror, illum fecerit.
Deinde post hoc dicit discipulis, Eamus in Iudæam ite-
rum, &c. Nusquam alio loco prædicat, quò sit pro-
fecturus: hic autem solum prædicere videtur, quia
valde timebant discipuli in Iudæam ire. Et idcirco
prædicat, ut ne repentina ambitione turbetur, si
abduceretur in regionem, quam timebat. Igitur,
quia timebant & illi, & sibiipsis magis (nondum
enim perfectam de Christo scientiam habebant)
dicunt; Mado quærebant: te Iudæi lapidare, & iterum
vadis illuc? At ipse animat illos, & dicit: Sicut qui
videt lucem, non offendit: qui autem in nocte
ambulat, ille offendit: ita & qui bonum facit, &
in lucidis operibus ambulat, nihil graue experie-
tur: qui autē mala facit, patietur. Et ita non opor-
tet nos meticulosos esse. Nihil enim morte dignū
fecimus. Vel etiam aliter: Si is, qui videt lumen,
non offendit: multo magis is, qui mecum est, ni-
si à me defecerit, nō offendit. At que ita etiam vos
cum sitis mecum, qui lumen sum, frustra timetis.
Alij autem diem quidem intelligunt tempus an-
te passionem, noctem vero tempus passionis. Vos
igitur, inquit, quandiu dies est, hoc est, quandiu
nondum instat tempus passionis, non offendetis.
Non enim persequerentur patiemini à Iudæis,
neque aliud quid graue eveniet vobis. Quum
autem nos venerit, passio inquam mea, tunc
certe humiliabimini quidem, in vnam domun-
culam vos recipientes propter metum Iudæo-
rum. Ex ea autem tempore afflictiones, & tri-
bulationes, & multa offendicula, & aduersi-
tates habebitis: quum ego qui lux sum, non
vltro vobiscum corporaliter conuersabor, no-
ctem afflictionum habebitis. Hæc ait, & post hæc
dixit eis, Lazarus amicus noster dormit, &c. Quo-
niam illi formidauerant ire in Iudæam, dicit
eis dominus; Quænis quærebant me Iudæi lapi-
dare, & hoc faciebant, quia loquens illis argue-
bam eos: nunc autem non vado ut illis loquar,

sed ut amicum inuisam, atque ita non oportet
trepidare. Non enim ad ea abeo, ad quæ prius, ut
periculum ex Iudæis expauescam, sed amicum ex
somnia excitabo. At illi volentes eum ab itinere
impedire, Satis (inquiunt) est: si dormit, saluus
erit. Igitur non opus est, ut nos abeamus. non
enim necessarium est. Vnde ipse adiecit, Amicus
nostrus: ut ostendat necessarium iter illuc. verum
illi dicunt non esse necessarium, quandoquidem
saluus factus sit, eo quòd dormiat. Immo non so-
lum non necessarius est aduentus, eius, sed &
amico damnosus. Nam, si somnus esset ad salu-
tē (ut nos opinamur) tu autē profecturus ut es ex-
cites, saluti eius obstruere es. non igitur opus est
ut eas, & excites illum. damnosum enim hoc ei.
Itaque ubi vidit eos adhuc tardos, tunc manifeste
inquit, Mortuus est. Quis autem gratia etiam
prius non manifeste dixit, sed occulte, mortem
somnia nominans? Propter multa. Vnum qui-
dem, quia à fastu erat alienus, nōlebat enim ad
ostentationem facere, sed occulte resurrectionem
excitatio esse à somno nominavit. Quomodo au-
tem hac dictio ne usus fuisset, nisi mortem som-
num appellasset? Quod autem hoc verum, pro-
pter modestiam inquam occulte loquutum, ma-
nifestum est ex eo, quòd sequitur. Nam dicens,
mortuus est, non addidit, vado ut resuscitem illum.
Vides quomodo abhorruerit à fastu, quomodo
noluerit celebrari ea, quæ facturus erat? Interim
etiam docet nos, ne tam faciles simus ad promit-
tendum. Nam quamvis Centurioni hoc fecerit,
dixit enim; Ego veniens sanabo eum: illi tamen
hoc dixit, ut illius fidem ostenderet. Igitur hæc
vna quidem causa est, propter quam mortem ap-
pellavit somnum. Alia autem est, ut ostendat no-
bis quòd omnis mors somnus sit & requies. Ter-
tia vero, quamvis alius mors fuerit, Lazari tamen
defunctio somnus videtur, eò quòd eum domi-
nus resuscitaturus erat. Et sicut nobis facile est
excitare dormientē, ita illi, immo innumeris mo-
dis facilius est resuscitare mortuum. Gaudeo au-
tem, inquit, propter vos, ut credatis mihi magis
nunc ut deo, quia non eram illic: & quum longe
absum, prædico vobis mortem in Bethania, de qua
non audiui, sed sicut Deus video, quæ longe eue-
niunt. Intellexerunt autem quidam hoc etiam sic,
Gaudeo, inquit, vestri causa. Nam quòd ego illic non
sum, concludit fidei vestræ: quoniam, si adfuissetem,
ægrota'tem sanassem: parum autem hoc fuisset ad
ostensionem potentia meæ. Cæterum, quum ab-
sente me mortuus est, abiens autem ipsum susci-
taturus sum, id magis vestram firmabit fidem,
quum videritis me & hoc posse, quòd antea non-
dum ostendi, quòd mortuus iterum liberatur, &
qui fœtens fuit, apra sua membra recipit, &
resuscitatur. Hæc quum dixisset dominus, &
ostendisset dominus suum illic accessum ne-
cessarium, Thomas alius meticulosior, Eamus,
inquit, ut moriamur cum eo. Non fiducia, sed for-
midinis, & tristis animi verbum est. Nam, ut alios
condiscipulos moraretur, memores eos facit
mortis, & dedita opera hoc apponit, ut moria-
mur, quasi talia dicens: Eamus & nos stulti, & in-
spicientes, & non curantes propriam vitam, ut mo-
riamur cum eo. Est, inquit, ipse vitam suam non
magni faciat: nos autē curita stulti essemus? Hæc
timidi verba sunt, sed vide eum postea quomodo
pro veritate. ut Apostolus occisus sit ita illum di-
Bibl. Hom. tom. 2. Ss 2 uina

Matth. 8.

1. Cor. 3.

uina gratia roboratur, vt hoc Pauli de eo sit dictum; Sufficiens postea ex Deo, & Non ego, sed gratia. Origenes autem dicit de Thoma somnium quoddam. Thomas enim quum audisset prophetias de Christo, & didicisset, quod & cum anima in infernum descensus esset ad liberandas animas, postquam audiuit Christum dicentem, *Vado vt exsuscitem Lazarum.* putauit non aliter suscitari eum, hoc est, liberari animam eius, nisi & ipse corpore deposito, in infernum descendisset. Ideo vt verus Christi discipulus, neque in hoc volens a magistro auelli, vult & se & alios condiscipulos deponere sua corpora, vt descendant cum Iesu, qui postquam erat animam suam, sicut suscipiebatur, vt ex inferno reduceret amici animam. Hanc ridiculam enarrationem apposui, vt pudore suffunderet eos, qui Origenica commendant. Tu autem vide, quomodo dominus quamuis Lazaro mortuo, dixerit; Eamus ad eum, quasi ad viuentem, Etenim Lazarus vivebat Christo, vt Deo. *Veni itaque Iesus, & inuenit eum quatuor &c.* Dedita opera, expectant dominus, vt Lazarus fieret quatuoriduanus: deinde venit vt miraculum faceret, quod nulla ex parte calumniari posset quisquam. Quare autem apponit Euangelista, quod quindecim stadiis absterit Bethania a Hierosolymis? Vt ostenderet, quod multi Hierosolymitanorum mortuo affuerint. Non enim longe aberat Bethania. Consolabantur autem mulieres, non quod diligebantur a Christo (etenim conspiciantur, vt, si quis confiteretur Christum, extra synagogam fieret) sed propter calamitatis necessitatem, vel quod reuerentur eas vt nobiliores, vel quod non erant pessimi, qui adueniunt: vnde & multi crediderunt ex eis. Ceterum Martha sola occurrit primum, & non simul assumit secum sororem; quia scorum illi occurrere, & factum annunciare volebat. Vnde vbi illam in spem bonam adduxit, tunc abijt, & vocat sororem. Prius autem no dixit sorori Mariæ. Nam, si Maria audiuisset, quod Iesus veniret, surrexisset in occursum, & comites fuisset ei presentes Iudæi, quos nolebat Martha scire aduentum Christi. *Dixit ergo Martha ad Iesum, &c.* Fidem quidem habebat Martha in Christum, sed non quantum optotebat: ideo & dicit, *Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.* Quod sane dixit vt non credens absentem potuisset, si quidem voluisset depellere mortem fratris sui. Nam & in sequentibus maiorem infirmitatem declarat fidei. *Quacumque enim petieris, inquit, Deum dabit tibi.* Vides, quod illud sicut virum quendam virtute præditum, & Deo probatum habuerit. Non enim dixit, *Quacumque volueris, facies, sed, quacumque petieris, dabit tibi.* Ipse autem hanc eius suspicionem subuertit. *Resurget enim, inquit, frater tuus.* Non enim dixit ei etiam, petam Deum, & dabit mihi. Non cõsensit sermoni eius, sed medio quodam verbo vltus est: veritatem per sequentia auctoritatem, & potestatem suam clariorem facit. *Ego sum, dicens, resurrectio & vita.* Quoniam enim mulier adhuc incredula erat, & dictum, *Resurget frater tuus, non agnoscebat, sed in nouissima resurrectione intelligebat illum resurrecturum: sciebat autem, & vltimam resurrectionem futuram, & hoc quidem ex diuinis scripturis, & in primis ex continuis Christi sermonibus de resurrectione: igitur, quia adhuc mulier erat mulier, mentem*

1049.9.

eius excitat dominus, quia quodammodo mortuam fidem eius suscitauit, dicens manifestus: Tu quidem dicis, quod, quacumque petiero Deum, dabit mihi: ego autem manifeste hoc tibi dico, quod ego sum resurrectio, & vita: & ita virtus mea loco non circumscribitur, sed tam absens quam presens sanare possum, Ego enim bonorum supplicator sum, & non quasi alius det, sed ipse sum resurrectio, & vita, valeo que resuscitare, & viuificare. Et qui credit in me, etiam si mortuus fuerit naturali hac morte, viuet. Et omnis, qui vivit, & credit in me, non morietur morte naturali; & ita ne turberis. Nam, quamuis mortuus sit frater tuus, viuet. Et quid dicam de fratre tuo? Neque vos, siquidem creditis in me, moriemini, sed præualebitis grauiori animarum morti. Et qui a grauiore liberat, multo magis liberabit fratrem tuum, qui mortuus est, a minori, & corporali. Interrogauit autem & mulierem num credat. At illa, quamuis hæc audiuisset, attamen non intellexit, quid ei dixerat dominus, præ dolore, opinor, extra mentem constituta. Nam quum ille interrogasset aliud, aliud ista respondit. Nam ille quidem volebat, num credat, quod ipse sit resurrectio, & vita, & quod qui credit in ipsum, non moriatur in æternũ siue de corporis, siue de animæ morte intelligas. Nam fideles propter spem resurrectionis neque mori dicuntur. At illa quid responderet? Ego credidi, quod tu es Christus filius Dei, qui in mundum venisti. Bene quidem testata fuit, & vere: sed non interrogato congruè reddidit responsum; & tunc lucrata est, vt vehementiam doloris mitigaret, ac luctus nimietatem prohiberet. Clam autem vocat sororem, valde prudenter hoc faciens, propter eos, qui illic aderant Iudæos. Si enim cognouissent illi, quod occurrere esset Christo, abiissent, & caruissent testibus in signe miraculũ. Quia autem existimabat Mariã ad sepulchrũ lachrymarũ proficisci, propterea simul abierit eum ea, miraculũque spectatores fuerunt ac testes. Quomodo autem Martha inquit ad Mariam, *Magister vocat te: tamen si Euangelista non assignarit, quod vocat eam dominus: hoc scilicet latenter insinuat mandatum Marthæ a domino, vt vocet sororem, vel aduentum Christi, vocis loco habebat. Dicit igitur, Vocat te magister.* Quomodo enim, Christo presente, non debebat ad illum etiam illa venire? Itaque aduentum domini, qui necessario illam petebat, vt occurreret ei, vocem dicit Euangelista. *Magister, enim inquit, adest, istuc ipsum adeste, pro voce factum est ad te. Detrectare enim non potes, quin illum presentes & tu accedas. Illa vt audiuit, surgit cito, &c.* Quum primum audiuit adeste Iesum, non segnus fuit Maria, sed surgit, & ad eum venit. Vnde manifestum, quod non præuenisset illam Martha, neque prius, si quidem cognouisset ista Iesum veterum. Nondum autem Iesus venit in castellum. Tardius enim ibat, ne videretur ad miraculum properare, sed precibus illarũ exoratus hoc facere. Et quandoquidem magnum erat futurum miraculum, & quale rarius fecit, erant que multi acquirendi per illud, propter hoc dispensat, vt multi fiant miraculi testes. Dicit enim Euangelista, quod Iudæi, qui erant cum illa in domo, sequuti sunt illam. Maria autem maiori seruo quam soror sua Martha accessit ad Christum. *Vise enim illo, inquit, prociat ad pedes eius, non reuerita turbam, neque suscipiata*

Nescio, quomodo hæc facta verba, cum Christus habuit carnis spiritum respicientem, factus 900.

Luc. 12.

spiciata adesse nonnullos, qui inimico erga Christum essent animo. Ad nullum autem hominum respiciebat, presente magistro, idque vnum curabat, vt illi summum impenderet honorem. dicit enim, *Domine, si fuisses hic, non fuisset mortuus frater meus.* Martha autem nihil tale fecit. neque enim prociat, sed magis, Christo promittente ei de fratre meliora, apparuit incredula. Tamen ipsa Maria adhuc imperfecta videatur, dum dicit; *Si fuisses hic, non fuisset mortuus frater meus:* attamen Christus ad hanc nõ dicit, quod ad sororem eius, eo quod multa turba aderat, & non erat tempus eiusmodi verborum; sed se illi temperat, & denudat humanam suam naturam, & humanæ naturæ proprietatem indicat. Audi enim quid dicat Euangelista: *Iesus ergo, vt vidit eam plorantem, &c.* Ad lachrymas quidem natura mota est, & colubebatur propter Martham stentem, & illam, & eos, qui aderat. Dominus infremuit in affectione spiritu, hoc est, increpat per spiritum consolatione, & cohibet illam, & sic rogat, vt non cum vlulatu esset interrogat. Quia enim contristatus fuit (nomo enim erat vire) vt credibilis esset humana natura, permisit illi proprium operari, & asperere tractat carnem, increpatque eam spiritus sancti virtute. Itaque caron non ferens increpationem, turbatur, & fremit, & cum macore pugnat. Hæc autem omnia dominus naturam pati permittit, vt confirmet, quod vere, & non apparenter tantum sit homo, & vt doceat nos & terminos, & modum tristitiæ, ac mœoris ponere. Nam absque compassione; & lachrymis esse, bestiarum est: mulem autem lachrymari, plorare, & contristari, mulierum. Igitur, quum nostræ carnis, & sanguinis particeps esset, particeps quoque fuit humanarum, & naturalium affectionum. Interrogat autem; *Vbi posuisti, non vt ignorans: quomodo enim ignoraret, qui sciebat & mortuum, quum procul esset? verum vult omnia ab eis dicere, ne seipsum miraculo temere ingerere videatur, sed exoratus faceret, quod & omnis suspicionis signa tolleret. Quia autem nulla adhuc coniectura resurrectionis Lazari ostensa erat, neque illuc putabatur venisse, vt resuscitaturus illum, sed vt deploraturus, dicunt ei, *Domine veni, & vide.* Maligni autem Iudæi iterum malignitatem contexunt, tamen tanta calamitas ante oculos ipsorum sita erat, sed quid dicunt? *Non potuit hic, qui aperuit oculos caeci, facere vt hic non moreretur?* Velliebant autem miraculum egei illuminati, quum deberent signum illud admirari. Et hi a morte illius etiam illud quasi non esset factum, calumniantur, eleuandoque, ac taxando præoccupant, nõ expectantur finem rei, ita ipsorum mentes corrumperat inuidia. *Iesus ergo rursum fremens in semetipso, &c.* Quare Euangelista sursum deorsumque vertit quod lachrymaticus sit Iesus, & infremuerit passioni? Vt non os discamus quod vere natura nostra amicus fuerit. Nam quum super omnes Euangelistas sublimiora de domino loquatur, & magna diuitiarum eius mysteria tradat, eapropter & in corporalibus humiliora loquitur: vnde & in luctu dicit quod valde se hominem ostenderit, ex hoc monstras carnis veritatem: vt tu dicas quod quamuis dens fuerit, & fuerit et homo. Nam sicut hoc monstras carnis veritatem: vt tu dicas quod ita & hic a luctu credibile facit quod carnem vere gestauerit. At cuius gratia non superposito lapi-*

de resuscitauit Lazarum, sed dicit; *tolle lapidem:* Etenim, quum mouerit mortuũ corpus voce, & confirmatum animauerit, multo magis lapidem mouere potuisset voce. *Tolle (dicit) lapidem:* vt illi testes fiant miraculi, & ne iterum dicant sicuti de caeco: *Hic est, non est hic.* Nam & adesse in loco, & tollere lapidem suis manibus, sufficientia erant ad obturanda ingratorum ora, qui testes signi facti erant. Porro Martha male credula dicit; *Lazares, quatuoriduanus enim est, quasi impossibile existimans propter dierum multitudinem fratrem suscitari.* ita adhuc humi reptabat. At Christus eam recordari faciens, eorũ, que ante dixerat, & forme vt male memorem inerepans dicit; *Nonne dixi tibi, quod, si crederis, visura sis gloriam Dei?* Discipulis igitur dicebat, propter hoc mortuus est Lazarus, vt glorificetur filius Dei. Martha vero inquit; *gloriam videbis Dei,* de patre dicens. Infirmitas enim audientium in causa est, vt hæc vasiẽ dicantur. Nam, quum Iudæi adstarent ibi, non dignum erat dicere dominum, Videbis gloriam filij Dei. Alioqui vilis fuisset de seipso arroganter loqui. Nunc autem de patre caeli dicens, sermone facit modestiorem, minusque repandium. Quare autem precatus est, immo precantis figuram suscepit, ipsum dominum dicentẽ audiuius. Inquit enim, *Propter circumstantem turbam dixi, vt credant, quod tu me miseris.* Quod autem dicit, ita se habet; *Vt ne aduersarium Dei me putent, vt ne dicant, non est ex Deo, vt ostendã opus hoc fieri secundum tuam voluntatem.* Quod autem hoc sit, & non propter alium vsum, sed propter circumstantes videatur orare, vide orationem; *Gratias ago tibi, qui adisti me.* Quis autem orauit sic vnquam? Prius enim quam dixisset aliquid, inquit; *Audiui me.* Erit nõ oratio, sed figura orationis est, & indicium solum. Quod autem non opus habeat oratione, manifestum est ex multis aliis, quæ absq; oratione faciebat. Tibi dico, daemonium, egredere ab illo. & Volo, mundus esto. & Remittuntur tibi peccata tua, quod maximum omnium. Et, Mare file, & quiesce. Igitur, vt circumstantes credant, quod è supernis sit, & non contrarius Deo. Nam hæc faciens, orationibus modis ostendebat suam æga patrem gratitudinem, Et quum nihilominus dicerent, Non est ex Deo, quid non dixissent, si nihil tale fecisset? *Atque quum hæc dixisset, voce magna clamauit, Lazares, veni foras, &c.* Quum gratias egisset patri dominus potius quam orasset, vt dictum est (non enim egebat oratione, & orationis subsidio, vt pote æqualis patri potentia) clamat voce magna, vt auctoritatem, & potestatem habens. Non enim dixit, in nomine patris mei, Lazares, veni foras: neque, Resuscita eum, pater, sed cum auctoritate, vt dictum est, omnino ora eorum obturans, qui illum patre minore dicunt. Quid enim par potestati huic fuit vnquam, dum loquitur mortuo tanquam viuenti, & dicit; *Lazares, veni foras:* ecce nunc opere impletum est hoc, quod dixit, Venit hora, quum mortui audient vocem Dei: & qui audierint, viuent. Nam, ne quis existimet quod Iesus ab alio accepit operationem, prædicat, quod hoc per opera monstraturus sit. Ceterum magna vox saluatoris, quæ Lazarum suscitauit, symbolum est magnæ tubæ, quæ sonatur est in communi resurrectione. Magna autem voce clamauit dominus, & id propter hoc, vt obstrueret ora gẽtilium dicentium in sepulchris esse animas. Vocat enim

1049.9.

Luc. 4.
Matth. 8.9.
Luc. 12.
Matth. 8.
Luc. 8.

1049.6.

INCERTI CVIVSDAM

sub nomine Eusebii Emisseni eiusdem Evangelij expositio.

illam vt procul absentem. Quemadmodum autem resurrectio ista particularis, ita etiam vniuersalis in momento, & nictu oculi erit. Egressus autem est, inquit, qui mortuus erat, obuius manus, & pedes. Non minus enim videbatur esse mirabile vinculum egredi, quam suscitari. Et miraculum erat vere vinculum moueri, coniunctum miraculo resurrectionis. Iubet verò illum solui, vt propè facti, & accedentes videant, quòd ille ipse sit. Ire autem illum dicit, ad fugiendam ostentationem. Non enim ducit illum secum, neque iubet, vt secum ambulet, vt sic sese ostentet. Accipe autem & aliter miraculum hoc: est enim mens nostra amica Christo, sèpe autem ab humana vincitur natura, & incidit in peccatum, & moritur morte animæ miserabili, digna, cui miseretur Christus. Amicus enim est ei, quæ est mortua. Sorores igitur & cognatæ mentis mortuæ caro, vt Martha (crassior enim, & corpulentior est Martha) anima autem, vt Maria (quæ magis pia, & honesta) accedant ad Christum, & prociuant, habentes & confessionis cogitationes, quæ vt Iudæi illam sequantur; Iudas enim confessio dicitur. Et omnino dominus, vbi affiterit ad sepulchrum, & cæcitatem quasi lapidem quandam iacentem super sepulchrum tolli iusserit, in memoriam reducendo futura & bona, & supplicia, clamaueritque magna voce tubæ euangelicæ, Lazare, veni foras ex sepulchro: ne, si sepultus in tēporalibus distractionibus, & affectionibus, sicut & discipulis dicebat; Non estis ex mundo, sed ego vos elegi de mundo. Et iterum Paulus; Et nos exeamus ad eum extra castra, hoc est, mundum. Atque ita excitat à peccato mortuum, corruptæ enim fuerant malitia cicatrices, sed quæ propter hoc ferebant. Idcirco quadriuanus mortuus erat quatuor diurnis, & lucidis virtutibus priuatus, & ad illas immobilis, & otiosus existens. Veruntamen quamuis & immobilis fuerit, manūque, ac pedes vinculus, ac priorum peccatorum catenis confictus, & ad omne opus bonum inutilis declaratus, quamuis etiam faciem sudario obiectus, ita vt mihi diuinum videre queat à carnali velamento impeditus, & in summa pessime affectus, & secundum virtutem practicam, quæ per manus, & pedes: & secundum contemplatiuam, quæ per contactam faciem significatur: quamuis, inquam, sic misere habeat, audiat tamen; Soluite illum, boni & cooperarij salutis angeli, vel sacerdotes, & remissionem ei date peccatorum, ita vt ire, ac moueri possit ad operandum bonum. Quidam autem per Martham quidem intellexerunt synagogam Iudæorum: Mariam verò ecclesiam ex gentibus. Et synagoga Iudæorum turbatur circa plurima (multa enim sunt mandata legis, & operatu difficillima) at ecclesia ex gentibus non multis opus habet mandatis, sed paucis, in quibus tora lex, & propheta pendens, quæ de charitate posita sunt. Per fratrem autem illarum, qui ex mortuis surrexit animas, quæ propter peccatum in infernum descendunt iuxta illud. Conuertantur peccatores in infernum. Illas enim animas resuscitat dominus.

Joan. 11. Feb. 13.

Sacerdotes et operarij Christi, peccatores, remissionem dantur.

Psal. 9.

IN magnis laudibus Mariæ scripsit hæc Euangelista, quæ dominum vngere, eiusque pedes tangere meruit. Beatæ illæ animæ, quæ ad similitudinem huius Mariæ, cum aromatis, cum vnguento, & bono odore ad dominum accedunt. Hæc est illa, quæ in Canticis Canticorum loquitur, dicens: Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Tres mortuos dominum suscitasse legitimus: Filiam scilicet principis synagoge, in domo: Filium mulieris viduæ, extra portam ciuitatis: & hunc Lazarum, in sepulchro quadriuanum. Per hos enim tres mortuos, tria mortis genera significantur. Moritur enim homo praua, & illicita cogitatio, mortui male operando, moritur in peccatis perseverando. Cogitas aliquid agere, quod non licet, mortua est anima tua, sed in domo adhuc, & in occulto iacet mortua, quia later peccatum, & nondum diulgatum est. Si verò cogitationem ad affectum perducas, non solum mortua est, sed iam etiam extra ciuitatis portam elata, & per peccatum ab Ecclesia separata, & perditionis proxima est. At verò ille, qui peccatum aliquod magnum commisit, & multo tempore in eo perseverat, non solum mortuus est, & sepultus, verum etiam iam fœter, quia eius turpissimam famam circumquaque audire abhorret. Omnes tamen hos suscitauit Iesus, si à peccato cessent, & ex corde peniteant, & pro eis parentes, & sorores, & mater vidua deprecetur. Vnde scriptum est, Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro iniuicem, vt saluemini. Multum enim valet deprecatio iusti adfida. Sed quid per quatuor dies, quibus Lazarus in sepulchro mortuus iacuit, nisi quatuor arates intelligimus? Quatuor enim aratibus, quasi quatuor diebus fœrens, in peccatis sepulchro mortuus iacet ille, qui in pueritia, & adolescentia, in iuuentute, & senectute, in malo quod cooperat, perseverat. Infantia enim, quia ignorantia plena est, his diebus non annumeratur. Considerata igitur, quanta sit benignitas saluatoris nostri, qui post tantam perseverantiam in malo, putidum, & fœtentem resuscitare non dedignatur. Miserum ergo sorores eius ad eum, dicentes: Domine, ecce quem amas, infirmatur. Audis igitur quia dominus amat peccatores, peccatores vtique iam penitentem. Tales enim significat Lazarus, de quibus ipse dominus ait, Gaudeo magis super vno peccatore penitentiam agente, quam supra nonaginta nouem iustos, qui non indigent penitentia. Audiens autem Iesus dixit eis: infirmitas hac non est ad mortem, sed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam. Non ideo (inquit) moritur Lazarus, vt in morte maneat, sed vt pro gloria Dei à mortuis resurgat. Diligebat Iesus Martham, & sororem eius Mariam, & Lazarum. Diligit enim dominus & actiuam vitam, & contemplatiuam, & peccatores ad penitentiam conuersos. De his autem aliàs disputabitur. Rabbi nunc querant vt Iudæi lapidare, & iterum vadit illuc. Respondit Iesus, Domine duodecim horæ, &c. Quid est (inquit) quod dicitis me sequimini, post me venite, ego sum lux mundi: ego sum dies, vos horæ. Nonne duodecim sunt horæ diei? Ideo ego vos duodecim elegi, quia duodecim

decim sunt horæ diei. Quia igitur horæ estis, diem sequimini: hoc enim horarum proprium est. Si quis autem hunc diem sequatur, si quis in eo ambulauerit, si quis mihi crediderit, non offendet. Quare? Quia lucem huius mundi videt. Ego sum lux mundi. Si verò in nocte ambulauerit, si errorem & tenebrarum principem sequutus fuerit, (hoc est enim in nocte ambulare) offenderet & cadet. Quare? quia lux est in eo, quia erroris tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Hoc ait, & post dicit eis: Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt à somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius, Domine, si dormit, saluus erit. A solet in infernis somnus signum esse salutis. Dixerat autem (ait Euangelista) Iesus de morte eius: ibi autem putauerunt, quia de dormitione somni diceret. Et tale erat ac si diceret, dormit Lazarus, sed mihi aliis autem mortuus est, facilius ego eum de morte resuscitare possum, quam aliquis homo eum de somno excitare valeat. Vado igitur vt à somno excitem eum. Tunc ergo dixit Iesus manifeste: Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, vt credatis quoniam non eram ibi. Sed eamus ad eum. Gaudeo (inquit) quoniam non eram ibi. Si enim Iesus ibi esset, ille mortuus non esset. Vbi enim est vita, mors esse non potest. Ego (inquit dominus) sum resurrectio & vita. Gaudeo, inquit, sed propter vos. Quare propter vos? vt credatis, vt illius resurrectione fides vestra roboretur, cuius mortem ego abfens vobis annuntio. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus ad condiscipulos, Eamus & nos, & moriamur cum eo. Hoc enim dicit Thomas, quia tanto odio aduersus Iesum & discipulos eius Iudæos inflammatos esse sciebat, vt nihil nisi mortem, & poenam ab eis expectaret. Venit itaque, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. Quid quatuor dies significent, superius diximus. Martha ergo vt audisset quia Iesus venit, occurrit illi: Martha autem sedebat domi. Quare autem vbique Martha sollicita sit, & Maria quieta, illi sciunt, qui per eas actiuam & contemplatiuam vitam significari intelligunt. Dixit ergo Martha ad Iesum: Domine, si hic fuisset, frater meus non fuisset mortuus. Quomodo enim mori posset, si ibi vita fuisset? de se enim dominus ait, Ego sum via, veritas & vita. Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. De illa resurrectione certa sum: hanc autem te facere posse nō dubito: sed vtrum facias, certa non sum. Dixit ei Iesus: Ego sum resurrectio & vita: per me resurgit & viuunt, quicumque viuunt, & resurgunt. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuert. Qui igitur non credit, non viuert: viuert autem, sed in poenis. Talis autem vita, mors est potius dicenda quam vita. Vera enim vita mortis amaritudinem non habet. Qui igitur credit in Christum, quamuis temporaliter moriatur, viuert tamen in æternum. Similiter autem ille qui viuert, & credit in eum (credere enim viuere est, quia vita animæ fides est) nūquam morietur. Maria igitur cum venisset vbi erat Iesus, videns eum cecidit ad pedes eius, & dixit ei: Domine si fuisset hic, non esset mortuus frater meus. Ambæ sorores idem dicunt, idem intelligunt, & veram vitam: Christum esse credunt, quo præsentem, & volentem nemo moriatur. Iesus ergo videns eam plorantem, & Iudæos, qui venerant cum ea plorantes infremunt spiritu, & turbauit seipsum. Non aliunde turbatus est, sed ipse turbauit seipsum, & magnum aliquid significauit nobis per hoc ipsum. Ille enim fremuit,

& hæc turbatio nos docet, quid nos quoque in tali re agere debeamus, quando vel pro nobis ipsis, vel pro aliis in peccatis turpiter degenitibus & fœtentibus deum oramus. Nos enim (ait apostolus) quid oremus nescimus, sed spiritus sanctus orat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Vnde & Psalmista: Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum, & humilatum deus non spernit. Et dixit Iesus, Vbi posuisti eum? Sic enim & primo homini à deo dicitur, Adam, vbi es? Quod quidem tale fuit, ac si diceret: Considera modò de quanta gloria in quantam misericordiam deuolucus es. Et taliter quidem illi ponitur, qui per Lazarum significantur. Sed à quibus ponuntur, nisi à mulieribus? Mulierum namque consilio factum est, vt omnis homo moriatur, & in sepulchro ponatur. Et lachrymans est Iesus. Lachrymans igitur & nos pro omnibus illis, quos in fœtore vitorum iacere sentimus, si forte nostris lachrymis eos dominus resuscitare dignetur. Tollite lapidem. Nō enim possunt resurgere qui lapide præmuntur & clauduntur. Lapis iste litera legis est, quoniam in lapide scripta data est litera enim occidit, spiritus autē viuificat. Dixit ei Martha, soror eius qui fuerat mortuus: Domine iam fœter, quatuor diuani enim est. Quid enim fœtor & quid dies quatuor significet, superius diximus. Dixit ei Iesus, Nonne dixi tibi, quia si credideris, videbis gloriam Dei? Tulerunt ergo lapidem. Iesus autem sic sum eleuatis oculis, dixit, Pater gratias ago tibi quoniam audisti me: ego autem sciebam quia semper me audis. Quis enim secundum eam partem qua homo est fremuit, turbatur, lachrymans, orat, exauditur, & gratias agit. Hæc autem quare dixisset, quare orauerit & gratias egerit, mox reddidit causam, dicens, Propter populum, qui circumstat, dixi, vt credant, quia tu me misisti. Hinc est enim quod alibi ait: Ego à meipso non veni, sed pater meus misit me. Hæc cum dixisset, voce magna clamauit. Qui magno somno grauat, magna voce excitandus est. Magno enim somno grauat, qui in peccato sepultus, neque in pueritia, neque in adolescentia, neque in iuuentute, neque in senectute excitatur. Hoc enim significant illi quatuor dies, quibus Lazarus iam fœrens iacuit in sepulchro. Et statim produit qui erat mortuus, ligatus pedes, & manus iustitiam: & facies illius sudario erat ligata. Nulla desperationi datur occasio, cum Lazarus fœrens, & quadriuanus à mortuis resurgat. Et valde quidem mirabile, non solum quia mortuus resurrexit, verum etiam quia pedibus, manibusque ligatus, foras processit. Et hoc fortasse significatio est, vt intelligamus quia peccator quicumque hora conuersus fuerit, & ingenuerit, vita viuert, & non morietur. Ligatus tamen adhuc esse videtur, donec ab episcopo solutus, Ecclesiæ sacramentis reconcilietur. Ille enim talis, quamuis foris ligatus appareat, intus tamen ligatus nō est: quia peccatorum vinculis solutus, iam deo per penitentiam iunctus est. Vnde & Lazarus ac si penitus ligatus nō esset, de sepulchro liber exiit. Quam tamen dominus soluere iussit, quatenus & nos eos ostendamus esse solutos, qui audita voce euangelij, in anima per penitentiam suscitari meruerunt. Quædam autem ex his abierunt ad Phariseos, & dixerunt eis quæ fecit Iesus. Hoc autem vt uita eius gloriam prædicando, an eum accusando dixerint, dubitari potest.

EVTHYMII ZIGABONI in idem Euang.

A Egrotabat autem quidam nomine Lazarus, &c. Deinde etiam signum addit, quo Maria cognoscatur. *Erat autem Maria, quae vixit dominum, &c.* Huiusmodi opus notam ac celeberrimam effecerat. *Miserunt ergo sorores illius ad eum.* Non abierunt, sed miserunt, ut pote fiduciam habentes: nam multa illis erat cum eo familiaritas. Præterea tanquam mulieres debiles, & veluti luctu detentæ. Siquidem quod non despicientes miserint, postmodum significauerunt, quando venientes multa cum festinatione occurrerunt. *Domine, ecce, quem amas, egrotat.* Hoc dixerunt cupientes eum ad misericordiam attrahere. Nam adhuc tanquam hominem audiebant, magnum quidem, non tamen etiam Deum. *Mortuus hic non est ad mortem.* Non dirigitur ad eam, quæ proprie mors est; sed ad somnium aliquem, nam, quæ proprie mors dicitur, vsque ad communem omnium durat resurrectionem: hic vero & mors dici potest, & non mors: illud quidem propter diuisionem animæ, & corporis, hoc autem propter mox futuram resurrectionem. *Sed pro gloria Dei, Patris. Ut glorificetur filius Dei per eum.* Nā gloria patris, gloria filij est. Item & hic dictiones pro, & vt, non causales sunt, sed significatiuæ eius, quod euentum erat. Nam pater, & filius glorificati erant per eum. Quidam vero per gloriam intelligunt crucem, hoc est, pro crucifixione Dei, vt crucifigatur filius Dei per eum. Cognita namque à Iudæis Lazari resurrectione, huiusmodi magnitudine miraculi ad insanabilem exarserunt insaniam: & festini exurrexerunt vt illum occiderent. *Diligebat autem Iesus Martham, &c.* Non tantum propter fidem earum, verum etiam propter alias ipsarum virtutes. *Vt ergo audiuit, quid egrotaret, &c.* Prædictam misit responsum, quæ eas consolaretur: ipse vero adhuc permansit expectans, donec animam exhalaret, ac sepeliretur, vt nemo dicere posset, quod ipsum nondum mortuum excitasset, sed ebrium, aut viribus defectum, seu numine afflatum. *Eamus in Iudæam iterum.* Prædicat hoc, quo arguat illorum timiditatem ab infidelitate emanantem, & vt, hoc præcognito, non turbarentur subito re insperata. *Erat autem Bethania in Iudæa. Rabbi, nunc querebant te Iudæi lapidare, &c.* Nunc, id est, paulo ante. Nā & pro illo metuebant, & magis pro seipsis. *Nonne duodecim sunt hora diei? Siquis ambulauerit in die, &c.* Exemplo eos exhortatur, quod, quemadmodum, si quis ambulauerit in die, videlicet in vnaquauis duodecim diei horarum, non offendit, &c. ita etiam, si quis in luce virtutis ambulat, non offendit, incidens in aliquod periculum, quia lucem virtutis videt, & viæ ducem habet. Si quis autem ambulauerit in tenebris malitiæ, offendit, quia lux non est in eo. Vos itaque in luce ambulantes non offendetis. Atqui etiam ipsi offendunt, seu periculum passi sunt, sed non tunc. Dum enim comprehendere tur dixit: *Si me queritis, sinitis hos abire: nam de illo tempore nunc sermo est.* Intelligitur autem & alio modo. *Siquis ambulauerit in die, non offendit, &c.* Hoc est, si quis ambulauerit in me, aut mecum, qui sum lux, & dies: nam quando, inquit, in mundo sum, lux sum mundi, non offendit ad vllum periculum, potentia siquid-

Insa 8.

Supra 9.

dem, ac virtus mea deducit illum. *Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt ad somno excitem eum, &c.* Ipse dicebat; Amicus noster, ostendens necessariam esse ad eum profectionem. Illi vero dicebant, saluus erit, siue sanabitur, volentes eius consilio obstare: nondum enim metum abiecerant. Quod autem dicit; *Vt ad somno excitem eum,* facilitatem resurrectionis ostendit. Hinc itaque illos intelligere oportuit, quod de morte, & resurrectione eius diceret. Quomodo enim profecturus erat stadia quindecim, vt eum ad somno excitaret? sed opinabantur ænigma aliquod esse, qualia multa dicebat. *Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, vt credatis, quod non fuerim ibi.* Gaudeo quod non fuerim ibi: gaudeo autem propter vos, vt plenius credatis, quum videritis eum resurgentem. Nam, si ibi fuisset, vel non fuisset mortuus, vel non tantum apparuisset miraculum, vel suspitioni fuisset subiectum, vt prædiximus. *Sed eamus ad eum.* Ne maliuoli erga amicos videamur. Hæc autem, *Nos erant ibi: & Eamus,* ac similia, tanquam homo dicit. *Eamus & nos ad moriamur cum eo.* Apparet quidem magnæ sermo audaciæ, verum potius est timiditatis, ac infidelitatis: diffidebat namque, quod non offenderent, vt prædixerat, & propterea opinabatur omnes simul cum præceptore occidendos esse. Non tamen increpauit eum Christus, toleras adhuc eius imbecillitatem. Didymus vero quasi geminus dicebatur, quod simul cum fratre natus esset. *Quum igitur venisset Iesus, inuenit eum ante quatuor iam dies sepulchrum.* Ipse quidem mortuus fuerat postquam sorores ad Christum miserant eodem sane die: hic vero mansit in loco, vbi erat duobus diebus, illo videlicet, ac sequenti, tertio autem dicit discipulis; Lazarus amicus noster dormit, &c. In quarto abiit, quum expectasset, donec oleret, vt magis manifestaretur suæ magnitudo potentie. Sorores autem non amplius ad eum miserunt, de fratris vita iam desperantes. *Mulieres ex Iudæa venerant ad Martham & Mariam vt consolarentur eas de fratre suo.* Græce quidem dicitur *ἡ δὲ ἑστὴν ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ;* est autem Græcanici sermonis idioma, idem significans, quod ad Martham, & Mariam. Verum quo pacto consolabantur illas, quum indubie amarent Iesum? Aut propter nobilitatem illarum: aut propter alias virtutes: aut propter calamitatis magnitudinem. Præterea non erant hi ex eis, qui omnino mali erant, quod ex eo manifestum est, quia multi crediderunt in eum. *Martha ergo vt audiuit, quod venisset Iesus, occurrit ei.* Ipsa sola vt hoc audiuit. Non communicauit autem sorori, ne, illa quoque ex eunte, tumultum concitarent; qui ad consolandum venerant. *Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus &c.* Si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus; petiuisses namque à Deo ne ipse moreretur, & indubie auditis fuisses, ut pote Dei amicus. Nondum enim cognoscebat, quod, licet vt homo aberat, tamen vt Deus præuens erat. *Scio, quod resurget in resurrectione in nouissimo die.* Quod ergo dixerat, Scio, quod, quæcunque poposceris à Deo, dabit tibi Deus: non dixit, quod eum resuscitaturus esset, sed ne à Deo abiceretur. Siquidem nondum conuenientem de Christo habebat opinionem, sicut nec discipuli, qui tamen tot ac tanta, & audierant, & viderant. *Ego sum resurrectio, & vita.* Virtus resurrectionis, & fons vitæ, qui exsiccato, vitæque tribuo, tanquam Deus. Primum itaque modo

modeste loquutus est dicens, *Resurget frater tuus:* at illa non intelligente, detegit iam occultam suam potestatem, & attollit mentem eius. *Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet &c.* Etiam si nunc moriatur præsentī morte, viuet vitæ, qua in futurum viuatur, hoc est, beata. Et qui adhuc viuit præsentī vitæ, nequaquam morietur futura morte, hoc est, misera. Hæc dicens ostendit illam esse veram vitam, veramque morrem, vt pote inuariabiles, & omni inter se successionē carentes, & de illis maxime curandū esse. *Credis hoc? Me esse resurrectionem ac vitam, &c.* *Priusquam dominus ego credo, quod tu sis Christus filius Dei qui in mundum venturus erat.* Quod magna de seipso dixerit, cognouit: quomodo autē ea dixerit, ignorauit: & propterea vnum interrogat, aliud respondet. Sed vnde id sciebat, quod respondit Abiis, qui in eum credebāt. Nam & quod superius dixerat; Scio, quod resurget in resurrectione in nouissimo die, ab ipso Christo didicerat, & à discipulis ipsius. Nam frequenter cum illis apud eas hospitabatur. *Et hic dicit, Abiis & vocauit sororem suam Mariam &c.* Expectans magnum aliquid bonum à sermonibus eius, currit, & vocat clanculum sororem; ne, qui præsentem erant Iudæi cognoscerent, ac insidiatoribus fortassis eum proderent. Dixit autem vocare, vt illa citius occurreret. *Ille vt audiuit, surgit cito, & venit ad eum.* Præ vehementi quo eum prosequeretur, honore. *Nondum enim venerat Iesus in castrum, sed erat in eo loco, vbi occurerat ei Martha.* Erat adhuc ibi, docens eos, qui secum erant, & docendi prætextu expectabat illas, ne accedere videretur tanquam gloriam à miraculo captans. Aut hoc dixit euangelista, ostendens quod & quæ vocauit, & quæ vocata est, aded velociter cucurrerunt, vt eum illuc præuenerint. *Sequitur sunt eam dicentes: Vades ad monumentum, vt pleret ibi. Sequitur sunt eam. veriti, ne quid fortassis contra seipsum perpetraret.* Facti sunt autem testes miraculi, etiā non asciti. *Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus.* Quamquam sorore feruentior erat erga Christi honorem: siquidem ipsa prociat ad peccata eius; eadem tamen dicit, eandem de illo habens opinionem. *Præ ergo vt viderit eam plorantem &c.* Non ea dixit ad illam, quæ sorori dixerat: tum propter eos, qui simul aduenerant, tum etiam, quod sciret futurum esse, vt per ocium eadem ab illa disceret. Iam autem commota in ipso humana natura ad compassionem. (Solent namque, qui humani sunt, alios videndo lachrymantes, excitari ad misericordiam) *Infremuit spiritu,* hoc est, affectum cohibuit, ipsum reprimens: torue, ac austere præ turbatione intuitus est: ne cum lachrymis interrogaret. Nam spiritus dicitur hic turbationis affectus. Quum autem infremuisset, turbauit seipsum, siue concussit: contingit enim vt concutiantur superiores corporis partes eorum, qui ita infremunt. Quid vero spiritum intelligentes diuinitatem eius, interpretantur quod acriter humanæ naturæ comminatus est per diuinitatem: & concussit eam comminatione perterritam. *Vbi posuisti eum? Dicitur ei, Domine veni &c.* Tanquam homo & interrogat, & lachrymatur, aliāque facit quæcunque hominem esse ipsum confirmant: tanquam Deus vero quatuordecim annorum, ac olim iam mortuum suscitaret, ceteraque operatur, quæcunque testantur eum esse Deum. Vult enim vtramque sui naturam agnosci, & ideo nec

Non videtur
verisimilem
affectum in
Christo com-
mouebantur
ac voluntatis
impetu, non
ad obiectum, sicut
in nobis.

quidem humano more, nunc vero diuino, varia demonstrat. *Ecce quomodo amabat eum.* Videntes eum lachrymantem. *Non posuit hic, qui caci oculis aperuit, facere ne hic moreretur:* Impotentiam ei exprobrant, & ironice dicunt, *Qui caci oculos aperuit:* eo quod istud non fecerit, nec illud fecisse arbitrantes. Ignorant siquidem id, quod facturus est, illo maius esse: nam maius est, mortem, quæ iam aduenerit, ac dominata sit, repellere, quam accedentem prohibere. *Iesus ergo rursus fremens in seipso, venit ad monumentum.* Lachrymatus quidem est, sinens naturam, quæ sua sunt, ostendere: modicam lachrymandi super mortuos mensuram tradens nobis. Deinde rursus infremuit, ac affectum cohibet, vetans ne vltra modum progrediat. *Erat autem spelunca & lapis impostus erat super eam.* *Ait Iesus, Tollite lapidem.* Quare non suscitauit eum, imposito lapide? Vt, qui lapidem sustulisset, & primi grauem sensissent odorem, potissimum miraculo testimonium exhiberent. Siquidem etiam propter hoc non resuscitauit eum absens, sed cum multis venit ad monumentum, & reuinctum factis sepulchralibus, ac sudario excutauit, iussitque vt soluerent eum, ad infallibilem miraculi demonstrationem: vt ab his omnibus veritas testimonium acciperet: & ne rursus, quæ admodum de cæco, vlla remanere posset ambiguitas. *Domine, iam olet, quia triduanus est enim.* Iam olet, & ideo impossibile est eum resuscitare iam corruptum. Nam prædictum est, quod nondum de eo conuenientem habebat opinionem: nec ea, quæ sibi ille dixerat, intellexit. *Nonne dixi tibi, quod, si crederis, videbis gloriam Dei?* Verisimile est enim, hoc etiam eum dixisse illi; Aut hoc sibi volebant, quæ illi dixerat. *Sustulerunt ergo lapidem à loco, in quo iacebat mortuus.* Sustulerunt eum à loco, in quo iacebat. *Iesus autem, eleuatis super oculis dixit; Pater, gratias tibi ago, quia audisti me.* Vide dictiones *Sursum, &, Gratias ago:* vt à Deo missus esse credatur. Ipse siquidem in progressu docet hæc esse causam. Dicebat enim Iudæi; Non est hic à Deo, sed quomodo dixit, quia audisti me, quum precatus non sit: non est precatus, ostendens quod precatione opus illi non esset. Dixit autem, *Quia audisti me,* insinuans voluntatis identitatem: *Gratias tibi ago, quia voluisti, quod ego volo.* *Ego vero sciebam, quod semper me audis.* Sempes vis, quæ volo: nam eadem vtrique voluntas est, ac mens eadem. Deinde addit & causam huiusmodi gratiarum actionis, humiliumque verborum. *Sed propter turbam, quæ circumstas, dixit. Dixi; Gratias tibi ago, quia audisti me, propter imbecillitatem circumstantium. Vt credant, quod tu me miseris.* Nam hoc maxime necessarium erat; qui enim credit, quod Deus eum miserit, eius etiā credet sermonibus: quum aliis, tum iis, quibus se Dei esse filium ostendit: qui autem non credit, quod Deus eum miserit, is neque eius sermones suscipiet. *Et hic dicit, clamauit voce magna, Lazare, veni foras.* voce magna clamauit, ostendens, quod animam vocet non præsentem, sed procul absentem: vt que omnes, qui præsentem erant, audiret hæc autoritativæ potestatis iussione: & quū in opus deducta videret, sublimiter de eo tanquam de Deo sentirent. Non dixit autem; Resurge, sed, *Veni foras:* cum eo qui mortuus fuerat tanquam cum viuentem colloquens. Siquidem apud Deum etiam mortui viuunt. Hoc ergo est, quod dicebat; Venit tempus, & nunc est

est quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint vivent. Vide enim quid sequatur: *Et prodit, qui fuerat mortuus, manus & pedes habens reuinctos fascijs sepulchralibus.* Vinculis, quibus mortui obuincti solent. O maximum, ac duplum miraculum! Nō solum qui iam olebat resurrexit, sed etiam, qui obuinctus erat, exiit à monumento. Itaque gratiarum actio, dispensationis, erat iussio, ac opus auctoritatis illa propter præsentium imbecillitatem facta est: hæc autem propter eius potentiam, ac virtutem accedit. Propterea in præcedentibus dicebat: Si nō facio opera patris mei, nolite credere mihi: si autem facio

& si mihi non vultis credere, operibus credite. *Et facies eius sudario eras obuincta.* Patua fasciola, qua ad hoc vsque tempus vtuntur Hebræi ad tegmen capitis. *Soluite eum, & finite abire.* Vos eum soluite, vt & tactus ferat testimonium quoddam non phantasma, sed ipse vere sit. *Et finite abire,* ne cum eo ambulans, laudis, ac planus causa fiat: vt que per otium perfectius scrutentur eum, qui voluerint. Vtinam autem & mens mea in affectionum monumento sepulta, earumque fasciis alligata, ac insensibilitatis lapidem superpositum habens, & iam olida graui peccatorum odore; verbi sermone resurgeret.

SABBATHO POST DOMINICAM III. QVADRAGESIMAE.
I O A N. 8.

Ego sum lux mundi. Qui sequitur me nō ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. ^a Dixerunt ergo ei pharisæi: Tu de teipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum. Respondit Iesus & dixit eis: Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum: quia scio vnde veni, & quō vado. Vos autem nescitis vnde venio, aut quō vadam. Vos secundum carnem iudicatis: ego non iudico quemquam. Et si iudico ego, iudicium meum verum est: quia solus non sum, sed ego & qui me misit pater. Et in lege vestra scriptum est: quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me pater. Dicebat ergo ei: Vbi est pater tuus? Respondit Iesus: Neque me scitis, neque patrem meum. Si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis. Hæc verba loquutus est Iesus in gazophylacio docens in templo: & nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora.

GLOSSA ORDINARIA
in superius Euang.

Ego sum lux mundi, que nube carnis tegitur, & sic toleranda hominibus efficitur. vnde & peccata possum dimittere, & etiam hominem illuminare. Testimonium. Putant non credendum ei. Quasi dicat. Solus de se testatur oblitus præmissarum lucernarum, & ipsius Ioannis Baptistæ, qui de eo euidenter ostendit. Verum est te. Meū testimonium ideo verum est habendum, quia scio vnde venio:

hoc est, quia testimonio patris confirmatur, veni missus à patre, nō tamen eum deserens, & impleto ministerio ad patrem redeo, nec tamē midum relinquo. Vos secundum carnem iudicatis: ideo vos secundum carnem iudicatis. hoc est, hominem puratis, cui in laude sua credendum non sit, & tiam damnatis. Ego non iudico. Ego non iudico, quasi secundum carnem vt vos, ne penitus non iudico hoc primo aduentu, sed saluo: sed quia secundo aduentu iudicabit. subdit hoc: Et si iudico ego, quia solus. Aug. Ideo verum, quia nō solus, sed ego & pater. Ecce ergo duo in personis, licet vnum in substantia, quod est ideo verum est iudicium meum, quia verus

verus Dei filius sum, vnde probatur quoddam filius: quia non solus, sed pater mecum. *Et in la. August.* Dicto de iudicio quoddam suum, & patris testimonium verum sit probat ab autoritate legis. Dicitur enim in lege: In ore duorum vel trium stat omne verbum, non quoddam duo, vel plures non sint inuēti sæpe fallaces: sed trinitas in hoc commendatur, in qua perpetua veritas. Si ergo vis habere bonam causam, habe duos vel tres testes, patrem & filium simul, vel patrem & filium & spiritum sanctum, vt accusata Susanna habuit. Dicebant. Secundum iudicandum patrem Christi carnaliter acceperunt: sed erat homo in aperto, verbum patris in occulto. *Vbi est pater.* Quasi dicat. Te videmus, sed nō patrem tecum. Quibus econtra dicitur: sed nec me scitis: quia si hominem quem videris, non quoddam in occulto sum scitis, & ideo nec patrem scitis. Sed si me sciretis, quod est prius, me cognoscite: & sic patrem scietis, quia vnum sumus. Forsitan. Non dubitat, sed dubitantes quasi irridet, & increpat, vt & dominus seruo forsitan dominus tuus sum. *Hæc ver. lo. in Ga. Gazæ diuitia. Phylaxæ seruare. Typicè. Gazophylacium est mysteria scripturarum, quæ sunt in templo, id est, in Christo.* Hæc secreta post resurrectionem aperuit apostolis: sed in his modo loquitur per parabolas non intelligentibus Iudæis. *Et ne ap. eum.* ira loquentem, de deitate supplet. nemo etiam si veller apprehēdit, quia ipse necdum voluit. Dicit ergo de passione sua, quæ in sua potestate est, Iudæis capere volentibus.

CATENA AVREA
in idem Euang.

Iterum ergo locutus est eis Iesus, dicens: Ego sum lux mundi. Alci. quia mulierem absoluit à crimine: ne aliqui dabitarent an ille, quem videbant verum hominem, posset peccata dimittere, dignatur ipse apertius suæ diuinitatis potentiam demonstrare. vnde dicitur, iterum ergo locutus est eis, dicens, Ego sum lux mundi. Bed. Vbi aduertendum est, quia non ait: Ego sum lux angelorum, vel cæli: sed lux mundi, id est, hominum in tenebris commorantium: secundum illud, Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent. Chry. Vel aliter: Quia superius Galilæam ei obiciebant, & quasi de quodam prophetarum de eo dubitabant: voluit ostendere quoniam non vnus prophetarum est; sed dominator orbis terrarum. vnde dicitur, iterum ergo locutus est eis Iesus, & c. Nō Galilææ neque Palæstinae, neque Iudææ: Aug. Manichæi solem istum oculis carnis visibilem; Christum dominum esse putauerunt: sed ecclēsiā catholicā improbat tale commentum. Non est enim dominus Christus sol factus; sed per quem sol factus est. Omnia enim per ipsum facta sunt: & propter nos sub sole factam est lumen: quod fecit solem, carnis nube tegitur, nō vt obscuraretur, sed vt temperet. Loquens ergo per nubem carnis, lumen in deficiens; lumen sapientie ait hominibus: Ego sum lux mundi. Theo. Veris autem aduersus Nestorū hoc præsentī sermone: non enim ait, Quoniam in me est lux mundi: sed, ego sum lux mundi. Ipse nanque qui homo videbatur, idem & filius Dei, & lux mundi erat: non sicut nugebatur Nestorius, in simplici homine Dei filius habitabat.

Aug. Abstulit autem te ab oculis carnis, & renouauit ad oculos cordis, in hoc quod subdit: Qui sequi me non ambu. in tenebr. sed ha. lu. vi. Non enim sufficit dicere, Habebit lumen, sed addidit, *Via.* Hæc verba domini cum verbis Psalmi concordant. In lumine tuo videbimus lumen; quoniam apud te est fons vitæ. In istis visibus corporalibus aliud est lumen & aliud fons: Fontem fauces quarunt, lumen oculi: apud Deum quod lumen est, hoc est fons. Qui tibi lucet vt videas ipse tibi manat vt bibas. Quod promisit, futuri temporis verbum posuit: In eo quod facere debemus, præsens tempus posuit. Qui sequitur, inquit, habebit modō per fidem, post habebit per speciem. Sequere istum soleri visibilem; si ipse tendis ad occidentem quo & ille tendit: & si volueris tu illum deserere, ipse te deseret in occasu. Deus tuus vbique est totus, si non ab illo facies occasum, nunquam à te ille faciet occasum. Tenebræ satis metuendæ sunt, mortum, non oculorum: & si oculorum, non exteriorum, sed interiorum: vnde discernitur non album & nigrum, sed iustum & iniustum. Chry. Intellectu aliter enim dixit, *Non ambulat in tenebr.* id est, non manet in errore. Hinc & Nicodemum laudat & ministros: & ipsos occulte inuocat, dolos complicantes qui in tenebris & errore sunt, sed lucem non sperabunt. Chry. Dixerunt ergo ei pharisæi: Tu de teipso testimonium perhibes, & c. Quia dominus dixerat: Ego sum lux mundi, & qui sequitur me non ambulat in tenebris: Iudæi hoc euertere voluerunt. vnde dicitur, *Dixerunt ergo ei pharisæi, Tu de teipso testi. perhibes, & c.* Alci. Sic responderunt tanquam ipse dominus solus sibi testimonium perhiberet, cum constet quod antequam in carne appareret, multos testes præmisit qui eius sacramenta prædixerunt. Chry. Dominus autem euerit quod dixerunt. vnde sequitur, *Respondit Iesus & dixit eis, Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum.* Hoc iuxta eorum suspicionem locutus est; hominem eum nudam estimantium, & causam subiungit: *Quia scio vnde veni, & quō vado,* id est, ex Deo sum, & Deus & Dei filius. Non autem hoc dicit manifeste: quia semper humilia miscet altis: Deus autem ipse sibi fide dignus testis est: Aug. Verum est enim testimonium luminis; siue scilicet ostendat sua alia. Locutus est propheta verum: sed vnde haberet nisi de fonte veritatis hauriret? ergo idoneus est Iesus qui sibi testimonium perhibeat, dicens, autem, *Quia scio vnde veni, & quō vado,* patrem volebat intelligi; patri enim gloria dabit filius à quo est missus. quātum ergo debet homo glorificari eum à quo est creatus: nō autem videntem inde discessit, aut redeundo nos dereliquit; non potest hoc fieri ab isto solo; qui quando pergit ad occidentem, deserit orientem. Sicut autem sol iste & videtis faciem illustrat & cæci, sed videt ille, ille non videt: sic & sapientia Dei; verbum Dei vbique præsens est, etiam infidelibus; sed quibus eam vident oculos non habent cordis; vt ergo dominus inter fideles suos & inimicos suos Iudæos; tanquam inter tenebras & lucem distinguere subiungit: *Vos autem nescitis vnde venio aut quō vado.* Illi ergo Iudæi videbant hominem; ne credebant Deum, & ideo dominus subdit: *Vos secundum carnem iudicatis, dum scilicet dicitis, Tu de teipso testimonium perhibes, & testimonium tuum non est verum.* Theo. Ac si dicat: Vos quoniam in carne sum, carnem me solum

solum esse putantes, non autē Deum secundum carnem fallibiliter iudicatis. Aug. Quia enim Deū non intelligitis & hominē videtis, ideo vobis ar-rogans videor, quia ego de me testimoniū perhibeo. Omnis enim homo quando de se perhibere vult laudabile testimoniū, superbus & arrogās videtur. homines enim infirmi sumus, verum dicere & mentiri possumus, lux mentiri non potest. Chry. Vel aliter, sicut secundum carnem viuere, malē viuere est: ita secundum carnem iudicare, iudicare iniustum est. Et quia possent dicere, Si iustē iudicamus, propter quid non conuincis? propter quid non conuicis? subiungit: *Ego non iudico quenquam.* Aug. Quod duobus modis intelligi potest: vt aut hoc intelligamus. Non iudico quenquam, id est modo, sicut dicit alio loco: *Ego non veni vt iudicem mundum, sed vt saluum faciam mundum, non iudicium suum negando, sed differendo, aut certe quia dixerat, Vos secundum carnem iudicatis, ita coniunxit: Ego non iudico quenquam.* vt subaudiās secundum carnem Christum non iudicare, sicut ab hominibus iudicatus est: nam vt cognoscās iam iudicem Christum, subditur: *Et si uis, ego, &c.* Chry. quasi dicat. Propter hoc dixi, non iudico, quasi nō præsūmens iudicare: quia si iudicarem, iustē vos condemnarem, sed nunc tempus iudicij non est, sed de futuro iudicio infirmat cum subdit: *Quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater: ostendens quia non ipse solus eos condemnabit, sed & pater.* Hoc autē ad suspicionem illorum loquitur: non enim aestimabant dignum fide esse filium, nisi patris testimoniū assumptū. Aug. Si autem tecum est pater, quomodo te misit? Ergo domine, missio tua, incarnatio tua est. hoc ergo Christus erat secundum carnem, & à patre non recesserat, quia pater & filius ubique erant. Eubese Sabelliane, non enim dixit: *Ego sum pater, & ego ipse sum filius: sed solus non sum, inquit, quia mecum est pater.* Distingue ergo personas, distingue intelligentiam, agnosce quia pater, pater est: & filius, filius est. sed noli dicere: pater maior est, filius minor. Vna substantia est, vna coaeternitas, perfecta aequalitas. Ergo *verum est, inquit, iudicium meum, quia filius Dei sum.* vt tamen intelligas: quia mecum est pater, non sic sum: filius, vt ipsum deseruerim. formam serui accepi, sed formam Dei non amisit. De iudicio dixerat, de testimonio vult dicere: nam sequitur, *Et in lege v. scri. v. &c.* August. contra Fau. An. sordē Manichaei calumniantur, quia non ait, in lege Dei, sed in lege vestra scriptum est. Vbi vilitatem locutionem scripturam quis non agnoscat? lege enim v. v. tra dixit, vobis data: sicut Apostolus dicit euangeliū suū, quod vt mēnoneritis, tunc & patrem meum scietis: & hoc est quod subdit, *Si me scietis, &c.* Chry. Dicit autē hoc, vt ostendat quod nihil eis prodest dicere quod sciant patrem, filium nescientes. Orig. Contrariati autē videtur adiuicem quod hic dicitur, *Neque me scitis, neque patrem meum,* & quod supra dicitur, *Et me scitis, &c.* vnde sum scitis: sed tamen quod dicitur, *Et me scitis, ad quosdam dicit Hierosolymitarum dicentium, Nunquid verē intellexerunt principes quia hic est Christus? hoc, verō, quod dicit, neque me scitis, ad phariseos dicit. Hierosolymitis tamen in prioribus ait, Verax est qui me misit, quem vob nescitis. Querret itaque aliquis, quomodo verum est quod dicitur, *Si me scietis, & patrem meum**

scietis, cum Hierosolymitis quibus dicitur, *Et me scitis, patrem nescietis?* Dicendum autem est ad hoc quod saluator quandoque de se ipso, vt de homine loquitur, quandoque secundum diuinam naturam. hoc ergo quod dicit, *Et me scitis, de seipso homine dicit: hoc verō, Neque me scitis, de diuinitate.* Aug. Quid est enim, *si me scitis, & patrem meum* nisi ego & pater vnum sumus? Quomodo vides aliquid similem, quotidiana locutio est, *Si hunc vidisti, illum vidisti: propter similitudinem tale didisti responsum.* hinc & dominus, *Si me, inquit, scietis: & patrem meum scietis: est filius.* Theo. Erubescat Arrianus: nam si iuxta eum creatura filius sit, qualiter qui nouit creaturam & Deum nouit? neque enim qui substantiam nouit angeli, nouit & diuinam, cum itaque qui filium nouit & patrem nouit: igitur consubstantialis patri est filius. Aug. Hoc autem verbum forsitan increpauit dicitur, quod videtur esse verbum dubitationis: homines enim de rebus quas certas habent, aliquando verbum dubitationis ponunt: velut si indignis seruo tuo & dicas. Contemnis me. Considera, forsitan dominus tuus sum: sic & dominus dubitando increpat infideles: cum dicit: *Et patrem meum forsitan scis.* Orig. Oportet autem videre quomodo qui aliter scit & sunt, opinantur ex hoc probari manifestē Deum quem Iudaei colebant, patrem non esse Christi. Si enim, inquit, hoc pharisei Deum prouisorum mundi colentibus dicebat saluator: manifestum est quod patrem Iesu alterum à conditore mundi existentem, nequaquam pharisei nouerunt. Hoc verō dicunt non obseruantes consuetudinem locutionis in scripturis. Si enim aliquis vellet inducere ea quae de Deo sunt à parentibus eruditus, non autem bene viuat, hunc dicimus de Deo notiam non habere: vnde & filij Eli propter eorum malitiam Deum ignorasse dicuntur, sic igitur pharisei patrem ignorauerunt, non enim vebant secundum conditoris edictum. Est autem & aliud significatum cognoscendi Deum: altero existente cognoscere dominum quam simpliciter credere. Dicitur enim in psalmo: *Studete & videte, quoniam ego sum Deus.* Quis non constitetur hoc scribi populo in conditore credendi? Multum enim differt credendo cognoscere, & credere tantum: sed phariseis quibus ait, *Neque me scitis, neque patrem meum,* rationabiliter diceret. Neque creditis patri meo, qui enim negat filium, minimē patrem habet, scilicet neque secundum fidem, neque secundum cognitionem. Sed & aliter dicit scriptura illos, qui ad iudiciū sunt alii, cognoscere illud. Tunc enim Adam cognouit uxorem suam cum ei coniunctus est. Si ergo qui adhæret mulieri, mulierem cognoscit: & qui adhæret domino vnus spiritus est, & Deum cognoscit. Si verō sic se habet, pharisei nec patrem nouerunt, nec filium: Post hoc est quidem aliquem cognoscere Deum, non autem cognoscere patrem. Infinitis ergo orationibus editis in lege, non inuenimus aliquē orando dicentem Deum patrem: tamen orant eum tanquam Deum & dominum, ne praeuenirent gratiam per Iesum toti mundo effusam, vocantem nomen tuum filiationem, iuxta illud, *Narrabo nomen tuum fratribus meis.* Sequitur: *Hæc ver. lo. est in gazo. do. in templo.* Alci. Gaza, Perſica lingua diuitia: phylæ refer-

uare. Erat autē locus in templo vbi seruabantur diuitia. Chry. In templo loquebantur in ordine magistris, & hic loquebatur super quibus mordebant & accusabant, quoniam seipsum fecerant patri. Aug. Magna igitur fiducia sine timore: non pateretur quod noller. vnde sequitur: *Et me appro. eum, quia nondum, &c.* Nonnulli cum hoc audiunt, sub fato fuisse Christum credunt: sed si factum sicut nonnulli intellexerunt, à fando dictum est, id est, à loquendo verbum Dei quomodo habet factum? Vbi sunt fata? In cælo inquit, in ordine & conuersionibus syderum. Quomodo ergo factum habet per quem factum est cælum & sydera, cum tua voluntas si rectē sapias transcendat & syderata quia nostri Christi carnem fuisse sub cælo, ideo putas & potestatem Christi subditam cælo? Igitur nondum venerat hora eius, non quae cogere mori, sed qua dignaretur occidi. Orig. Vbi que autem additur: *Hæc verba locutus est Iesus in tali loco: si bene attendas, inuenies additionis opportunitatem.* Est autē gazophylacium locus numismatum, in honorem Dei & dispensationem pauperum oblatorum. Numismata autem sunt diuina verba imaginem regis magni impressam habentia: vnusquisque autem confert in ædificationem ecclesiae, portans ad intellectuale gazophylacium quicquid potest ad honorem Dei & vtilitatem communem. Omnibus autem offerentibus in gazophylacio templi magis oportebat Iesum munera portare, quae erant verba vitæ æternæ. Loquente ergo Iesu in gazophylacio, à nemine detentus est, quia sermones eius fortiores erant his qui eum capere volebant, cum non sit infirmitas in quibus verbum Dei loquitur. Bed. Vel aliter: In gazophylacio Christus loquitur quoniam in parabolis ad Iudæos sermones proferebat, tunc autem quasi gazophylacium aperiri cepit, quando discipulis suis caelestia reseruit, vnde etiam gazophylacium templo inherbat: quia quæ lex & propheta figuratiter prædixerant, ad dominum pertinebant.

ORIGENIS PRESBYT. eiusdem Euang. expositio.

104. Perionio interprete.

Respondit Iesus. Neque me scitis, neque patrem meum. Si me scieris, forsitan, & patrem meum scieris. Sexto quidem ad eisdem hic, Et me scitis vnde sum, qui ab eo habitus erat, & qui sequitur. Neque me scitis, neque patrem meum: planē contrarij videantur, in eo quod dicitur, sed nunc illud quidem, Et me scitis, quibusdam Hierosolymitanis dicit, qui dixerant, Nūquid verē cognouerunt principes quia ipse est Christus? Sed hunc, nescimus vnde sit. Christus verō cum venerit, nemo sciet vnde sit. Hoc autem, neque me scitis, & quod sequitur. Phariseis qui ipse dixerunt, Tu testimoniū perhibes de templo, testimoniū tuum non est verum. Veruntamen & Hierosolymitanis superioribus verbis, & phariseis iis quae nunc consideramus, ait, Patrem meum nescitis: Hierosolymitanis quidem, his, A me ipso non veni, sed verax est, qui misit me, quem vos nescitis. Ego autem scio eum, quia apud eum sum, & ille me misit: phariseis autem, illis, Neque me scitis, neque patrem meum. Si me

foris forsitam, & patrem meum sciretis; Quare autem recte aliquis, quomodo, si illud verum est, si me sciretis forsitam & patrem sciretis, Hierosolymitanis, quibus ait, Et me scitis, non nouerint patrem. Auger etiam dubitationem Ioannes in catholica epistola hæc dicens. Qui negat patrem, & filium. Omnis qui negat filium, nec patrem habet. Si enim is qui negat patrem, filium etiam negat, & qui confitetur filium, patrem quoque habet: per spicuum est, Hierosolymitanos, quantum ad literam, quod patrem non cognoscant, patrem negantes, filium etiam negare. Si verò filium negat, quomodo illud verum est, Et me scitis? Præterea idem si filium norunt, propter illud, Et me scitis: quoniam qui filium confitetur, patrem etiam habet: patrem confitentur. Si patrem confitentur, quomodo hoc verum est, sed est qui me misit, quem vos nescitis. Ad hæc respondendum est, Seruatorem de se interdum vt homine loqui, interdum vt de diuina natura, & que cõmunita, & vt ita dicam, vnita est cum ingentia natura patris. Cum enim ait, Nunc queritis me interficere, hominem, qui vobis veritatem locutus sum, hoc ait, quod intelligeret id quod ad interficiendum quæreretur, non Deum, sed hominem esse. Cum autem illud, Ego & pater vnus sumus, & Ego sum via, veritas & vita: & Ego sum resurrectio, atque his similia: non de homine, quem interficendum vellent, docet. Sic igitur in iis etiam quæ nunc querantur ex communi sermone collecto considerandum est, illud quidem, Et me scitis, & scitis vnde sum, ab illo de se homine dici: hoc autem, Neque me scitis, neque patrem meum de diuinitate. Illis enim, Et me scitis, & scitis vnde sum, hæc ordine priora sunt. Dicebant ergo nonnulli ex Hierosolymitanis, Nonne hic est, quem querunt interficere? & Ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid verò cognouerunt, quia ipse est Christus? Sed huc scimus vnde sit. Christus autem cum venerit, nemo scit, vnde sit. Ipse autem, Neque me scitis, neque patrem meum. Dixerunt ergo ei Pharisei, Tu de te testimonium dicis: testimonium tuum non est verum. Respondit Iesus, & dixit eis, Et si ego testimonium perhibeo de me ipso, verum est testimonium meum, quoniam scio vnde veni, & quid vado. vos secundum carnem iudicatis: ego non iudico quemquam. Et si iudico ego, iudicium meum est verum, quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater. Ex his igitur perspicuum est, à Hierosolymitanis quidem hæc dicta esse, Hunc scimus vnde sit, qui ea ad eum natum in Bethleem referebant, & sciebant hunc esse, cuius mater Maria diceretur, fratresque eius Iacobus, Ioannes, Simon, atque Iudas. Itaque iis, qui illud, Scimus vnde sit, dixerat, testimonium dicit his verbis, Et me scitis, & scitis vnde sum. Phariseis autem, Et si ego testimonium perhibeo de me ipso, verum est testimonium meum: quia scio vnde veni, & quid vado: cum ait, ea vt diuiniore natura dixit, atque vt aliquis dixerit, quatenus erat primogenitus omnis creature. Quocirca iis, qui ipsum adhuc interrogabant his verbis, Vbi est pater tuus, respondet vt si aliquis dicat, qui alius sit, atque is qui dicit, Et me scitis, atque ait, Neque me scitis, neque patrem meum. Tardi verò & abiecti animi Phariseorum erant, aut non intelligere, eum de Deo vnuerforum illud dicere, Testimonium de me perhibeo: qui misit me pater: aut si hæc de Deo dici accipiebant, in loco Deum esse existimare, ob eamque causam, Vbi est pater tuus, respondere. Scien-

dum est tamen, eos qui aliam sectam sequuntur existimare hinc planè, & apertè intelligi, non Deum, cui Iudæi seruiant, patrem esse Christi. Si enim Phariseis qui opifici seruirent, eumque cohererent, Seruatorem hæc dixisse confitentur, Neque me scitis, neque patrem meum: perspicuum est, Phariseos Iesu patrem, diuersum esse ab effectuore non cognouisse, quin nec Hierosolymitanos, quibus antea dixerat, Sed est verus, qui misit me, quem vos nescitis. Hæc dicunt, quod diuinas scripturas non legerint, nec verborum quæ in eis insunt, morem obseruauerint. Si quis enim percurrere euolueretque possit ea, quæ ad Deum pertinent, cum à patribus didicerit, huc vni seruendum esse, honestam autem vitam non traducatur: cum notitiam Dei & scientiam negant habere. Si quis enim alius ea quæ ad opificem, & sacerdotalem eius cultum pertinent, intelligebat, perspicuum est, Heli quoque sacerdotis liberos, qui in diuino cultu educati fuerat, habuisse cognita. Sed tamen quoniam peccauerunt, hæc de iis in primo Regnorum libro scripta sunt, Et filij Heli, filij Belial, non cognouerant dominum. Interrogemus enim eos, qui aliam sectam sequuntur, an non de opifice hoc scriptum sit. Non cognouerant dominum: ac si de opifice hæc scripta esse responderent, queramus, cur de Heli filijs scriptum sit. Non cognouerant dominum? verum propter Dei opificis verba, an propter eorum scelus? Perspicuum est autem, eos propter scelus dominum non cognouisse dici. Nec de Heli modò liberis hoc inueniri potest, sed etiã de alijs peccatoribus qui in Israele, & Iudæa regia potestate præfuerunt. Sic ergo Pharisei quoque patrem non cognouerunt. Neque enim ex opificis voluntate præceptisque debebant. Est autem alia etiam significatio huius verbi, Deum cognoscere, quod est diuersum à Dei cognitione, ex eo quod nuda in Deum credatur, quem admodum perspicit licet ex hoc loco, Quæcunque lex loquitur, iis qui in lege sunt loquitur. Ex quo perspicuum est, etiam prophetas, quorum verba, vt alio loco docimus, leges vocantur. Scriptum est igitur in Psalmis, Vocate & videte, quoniam ego sum Deus. Quis verò non fateatur, se credere hæc scripta esse populo, qui opifici crederet? quem cognoscere non liceat, nisi ei qui vocauerit, mentemque emundauerit eorum qui Deum intelligunt, diuini oribus oculis cernunt, quod mundum cor effecerint, atque hoc munere & gratia digni esse iudicantur, sicuti Seruator testatur his verbis, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Præterea ad locum illum, Nemo nouit patrem nisi filius, respondebimus, non esse idem nosse patrem & ei credere. Non pugnat igitur hoc, nemo nouit patrem, nisi filius, cum illo, Credidit autem Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiã. Si quis autem putat nos vim affectu, cum dicimus nõ esse idem credere, quod cognoscere, & fieri posse, vt credatur, & tamen non habere notitiam eius quod creditur: is ex ipso Iesu audiatur, qui Iudæis qui ipsi credebant hæc dicit, Si manseritis in sermone meo, cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Obserua enim ante hæc verba, Si manseritis in sermone meo, cognoscetis veritatem, scriptum est. Dicebat ergo Iesus ad eos qui in eum crederant Iudæos: & quæ dicebat, hæc esse, si manseritis in sermone meo, cognoscetis veritatem. Multum autem interest

interest inter hæc, cognouisse ad credendum, & solùm credere. Vni enim per Spiritum datur sermo sapientiæ, alteri autem sermo scientiæ secundum eundem Spiritum: alij fides in eodem Spiritu. Atque hæc quidem docendi causa, aliud esse Deum cognoscere, aliud credere. Sed vt idè subtiliter doceamus, hoc etiam ad ea quæ dicta sunt, addamus, Phariseis quibus hæc ait. Neque me scitis, neque patrem meum, aliquem iure posse dicere, Quin nec patri meo creditis. Ei enim qui missus erat à patre non crederunt. Qui autem filium negat, nullo modo patrem habet, & nullo modo intelligit, nec fide, nec notitia. Vide autem an nõ alio etiam modo scriptura eos qui cõmixti sunt cum aliquo, & vt ita dicam, vniti, cognoscere illum dicat, cum quo commixti sunt & communicauerunt: ita hanc talem vnionem & communionem etiam rationes comprehendant de aliquo, cuius illud cognoscant. Adam enim de Eua hæc dicens, Hoc nunc os est ossibus meis, & caro est carne mea, mulierem non cognoscebat. Cum enim cum ea congressus est, tum dictum est. Cognouit Adam Eua uxorem suam. Quod si quis occurrat quod nos de Dei cognitione exposuimus hoc exemplum, Cognouit autem Adam Eua uxorem suam: primum quidem illud, mysterium autem hoc magnum est, sciat, deinde opponat illud quod de mare & femina apud Apostolum scriptum est, qui iisdem verbis de homine Domini videtur, Qui adhæret meretrici, vnus corpus est: & qui adhæret Domino, vnus spiritus est. Sciat ergo is qui meretrici adhæret, meretricem: atque is qui cum muliere congregatur, eique adhæret mulierem: aut potius quàm hoc, sanctè etiam cognoscat Dominum, is qui Domino adhæret. Quod si ita est, Pharisei patrem non cognoscebant, nec filium: verumque erat, cum diceret, Neque me scitis, neque patrem meum. Si non ita, vt accipimus, id est, postrema interpretatione cognoscere pro commixtum esse, atque vnitum: interpretetur hoc aliquis, Nunc autem non cognoscentes Deum, sed magis cogniti à Deo: & illud, Nouit Dominus qui sunt sui. Nostra enim ratione & sententia, nouit Dominus eos qui sunt sui, commixtus cum eis, & eum participes eos fecit suæ diuinitatis, eòsque sumpsit, vt Euangelij verbum, ait, in manum suam, quod in manu patris sunt ij, qui ad salutem crederunt. Itaque nisi ex ea ceciderint, dum se ipsos abstrahunt, & vt ita dicam, elongant, ex Dei manibus non eripiuntur. Nemo enim ex manu patris rapit. Deinceps quæres in eodem loco, id est in hoc, Neque me scitis, neque patrem meum, num fieri possit, vt aliquis Deum cognoscat, nec cognoscat patrem. Si enim alia est eius intelligentia quatenus est pater, alia quatenus Deus, fortassis aliquis Deum quidem cognoscere potest, qui patrem nõ nouerit, nisi quatenus ipse est Deus, sed non patrem cognoscere. Itaque Seruator Matie ait post resurrectionem, Vade autem ad fratres meos, & dic eis, Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum: & Deum meum, & Deum vestrum. potest etiam dici iis qui aliam sectam sequuntur, & concedendo eis non cognouisse patrem Mosem & prophetas, propterea quod omnino & vnuerse qui patrem non nouit, non nouit etiam filium. Nam filius quidem patrem nouit, famulum autem dominum. Atque vt impidè non facient, qui filium dominum

nosse negabunt: cum enim filius sit, nunquam patrem dominum expertus est: sic seruantes ipsum Deum, nihil alienum absurdumque approbamus, cum dicebamus, filium quidem patrem nosse decere, seruum autem dominum: ac neque seruuni patrem, neque filium dominum nosse. Nam cum innumerabiles preces in psalmis & in prophetis scriptæ sint, atque etiam in lege, tamen nõ inuenimus quemquam precatum esse, aut dixisse Deum, patrem, aut Deo, Pater: fortassis propterea quod patrem non nouerant. Eum autem vt Deum & dominum precantur, expectantes Spiritum adoptionis filiorum, qui non minus in illos effusus est quàm in eos qui sequuti sunt aduentum in Deum propter eos qui credebant: nisi forte eis aduentus Christi intellectus est, habueruntque aliquando perfecti adoptionis Spiritum: obcurè autem non intelligenter omnibus dicebant aut scribebant Deum patrem, ne præcurrerent & præoccuparent effusam in totum mundum gratiam Christi benignitatis, qui omnes ad adoptionem vocabat, vt fratribus suis nomè patris nunciaret & in medio Ecclesiæ patrem laudaret, quem admodum scriptum est, Narrabo nomen tuum fratribus meis in medio Ecclesiæ laudabo te. Eum tamen prophetarum Deum esse, & mundi opificem, cum ex multis locis intelligi licet, tum hoc tempore satis erit Stephani ex Actis Apostolorum ad populum concionem considerate. Ait enim, Viri fratres & patres, audite, Deus gloriæ apparuit patri nostro Abraham, cum esset in Mesopotamia, prius quàm moraretur in Charan, & dixit ad illum, Egredere de terra, & de cognatione tua, & que sequuntur. Ex toto enim sermone planè intelligi potest, prophetarum Deum Iesu Christi patrem esse: & ex epistola Apostoli ad Romanos, his verbis, Paulus seruus Christi Iesu, vocatus Apostolus, segregatus in euangelij Dei, quod antè promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri, per quem accepimus gratiam & apostolatam ad obedientiam fidei in omnibus gentibus pro nomine eius, in quibus estis & vos vocati Iesu Christi: omnibus qui sunt Romæ, dilectis Dei, vocatis sanctis, gratia vobis & pax à Deo Patre nostro & Domino Iesu Christo. Ex his enim planè didicimus, prophetarum effectuorem atque Deum, & Christi patrem, Deum nostrum esse, ac patrem. Pharisei ergo non solum notitiam non habebant patris Christi qui legem dedit, nec quatenus pater, neque quatenus Deus est, sed nec ei credebant, sine dubitatione quidem quatenus pater erat Iesu atque eiusdem Deus, fortassis autem etiam quatenus Deus erat, qui creauit omnia: quin nec Christum nouerant, eòsque Seruator rectè reprehendit his verbis, Neque me scitis, neque patrem meum. Hæc quæro, idemne hoc efficiat, si me sciretis, forsitam sciretis & patrem meum, quod illud, si patrem meum cognouissetis, forsitam & me cognosceretis, an non. Equidem non idem ea valere existimo, quod à filij notitia ad patris notitiam delabatur is, qui patrem cognoscat, nec aliter pater videatur, nisi ex eo quod videatur filius. Qui enim, inquit, videt me, videt & patrem meum, qui misit me. Nec dixisset

Qui videt me, videt & patrem, nisi is qui Dei Verbum videt, Deum etiam à verbo ad Deum ascendens, videret. Fieri autem non potest, ut sine Verbo Deus videatur. Qui etiam videt sapientiam, quam ante secula Deus creavit ad opera sua: is à sapientia notitia ad patrem illius euehitur. Fieri verò non potest, ut sine Sapientia aditu & accessu, sapientia Deus intelligatur. Idem etiam dices de veritate. Neque enim quicumque Deum intelligit, aut videt, & postea veritatem: sed prius veritatem, ut ita demum eò perueniat, ut essentiam, & virtutem naturamque Dei quæ est ultra essentiam. Ac fortassis ut in templo gradus erant quidam, quibus in Sancta sanctorum aditus patebat: sic gradus nostri omnes, vngentus Dei est atque gradum vngentus est primus ad inferiora: hoc verò superioris & ita deinceps vsque ad altissimum omnes quidem gradus est Seruator; gradus autem quasi primus in scia est eius humanitas, in quam ascendentes, omnem viam in gradibus per ea etiam qua in ea sequuntur, concisimus, ita ut per eum qui est etiam angeli ceterarumque naturarum celestium, ascendamus. Atque per eius significaciones & intelligentias (si quidem aliud est via, aliud ostium) ad viam occurrendum est, ut postea ita demum aliquis ad ostium perueniat: eoque duce vtendum est, quatenus est pastor, ut aliquis eo etiam rege frui possit, & eo primam quasi agno, ut primum peccatum nostrum tollat, postque mundati & expiati, eius carnem quæ est verus cibus comedamus. Qui etiam his familia paulò diligentius & accuratius considerauerit, & acceperit, audiet, si me sciretis & patrem meum sciretis, Et, Quia me cognoscitis, cognoscitis & patrem meum. Hæc verba locutus est in Gazophylacio, docens in templo Salomonis: Et nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius. Nisi vile fuisset discere, hæc quæ antè dicta sunt loquutum esse Iesum in Gazophylacio, Evangelista ad ea quæ Iesus dixerat, illud, Hæc verba locutus est Iesus in Gazophylacio, non addidisset. Ac passim vbicunque hoc addit, Hæc verba loquutus est in hoc, vel illo loco, si des operam, consentaneam additionis rationem inuenies. Ut igitur intelligatur illud, In Gazophylacio verba hæc à Iesu facta esse, ea quæ à Luca & Marco qui Gazophylacium nominant didicimus, proferemus. A Luca quidem hæc, Respiciens autem eos, qui mittebant in Gazophylacium munera sua diuites, vidit quandam viduam pauperulam mittentem minuta duo: & dixit, Verè dico vobis, quia vidua hæc pauper plus quam omnes misit. Nam omnes hi ex abundantia sibi miserunt in munera Dei, hæc autem ex eo quod deest illi, omnem victum suum, quem habuit, misit. A Marco autem hæc, Et sedens Iesus contra Gazophylacium, aspiciebat, quomodo turba iactaret æs in Gazophylacium: & multi diuites iactabant multa. Cum venisset autem vidua vna pauper, misit duo minuta quod est quadrans. Et conuocans discipulos suos, ait illis, Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus misit, qui miserunt in Gazophylacium. Omnes enim ex eo, quod abundabat illis, miserunt: hæc verò de penuria sua omnia quæ habuit, misit totum victum suum. Quorsum autem verba hæc protulerim, qui Gazophylacium in templo fuisse obseruauerim, ut propòsita nobis Ioannis verba intelligamus, iam dicamus. Si

templum Dei anagogicè accipiamus, & intelligatur spiritale verbum, huic congruenter Gazophylacium etiam templi intelligemus locum esse pecuniarum & numerorum, qui ad Dei honorem, requiescuntque pauperum procuracionem offeruntur. Numismata autem quædam verba diuina erunt, quæ magis regis imaginem impressam continent, quæ à probatis petitisque mensuris inspicuntur, qui probata ab adulterinis quæ vera esse videntur, inter noscere possunt, parentque huic Iesu præcepto, Probati numularij estote: & Pauli doctrinam, qui ait, Omnia probate: quod bonum est tenete: Ab omni specie mala abstinet. Vnusquisque ergo sapiens & intelligens, offerat ad Ecclesiæ ædificiū, offerens ad spiritale Gazophylacium qui potest, ad Dei honorem & gloriæ utilitatemque publicam. Quoniam autem respicienda iuuari dicitur modis potest, & verbis, & actionibus, ut vir iustus prescribat honestè etiam hæc in Gazophylacium offeruntur. Sed quoniam nec par nec similis est omnino in via potestas & facultas: si quidem dedit paterfamilias vni quinquè talenta, alteri duo, alij vnum, vnicuique pro portione virium, & facultatis: recipit & probat animatum huius Verbum vim eorum intuens qui erogant mittuntque in id. Gazophylacium, quod explicauimus: quos, non eorum quæ conferunt multitudinem solum spectans, approbat. Itaque quoniam est aliquis, qui cum plura possit, pauciora quidem pro facultatibus facit, sed plura, si cum aliis qui minus possunt, compararetur: probat etiã eos qui pro facultatibus quantum possunt minora effecerunt, præ iis qui plura contulerunt ex viribus, quæ infinitis partibus plura conferre possunt. Scripta sunt, quæ ex Luca & Marco protulimus. Simul autem docent verba hæc cum qui illa spiritali sensu acceperit, nunquam eos qui excellere putantur, offerri oportere aduersus eos qui inferiores sunt hominum iudicio. Neque enim sibi obediuit, persuasit, & induxit in animum fidelium sententia, plura & meliora efficere, iis se comparans, qui hominum iudicio paucissima & minima præstant: propterea quòd que potuit, fecit omnia: ille autem non omnia, quæ à Verbo exigi poterant, reddidit. Reflexit ergo Iesus eos qui mittebant in Gazophylacium munera sua, diuites, & videns pauperem viduam minuta duo mittentem: fortassis parte ea quæ contèplatur, & ea quæ agit, simplicius de diuinis rebus sententem, & congruenter his viuentem, dixit, Verè dico vobis, quia vidua hæc pauper, plus quam omnes misit. Atque hoc dixit, cum cerneret quodam modo qui cum multo plura in commune conferre possent, & quantum ex facultatibus intelligebat, diuites essent, ex eo quod ipsis superabat, iactabant in Dei munera minimam partem eorum, quæ conferre potuissent. Considerat etiam ea quæ viduè deerant, eamque cum sibi vim attulisset, & oppressisset, omnem quem habebat victum in templum ætarnum conferentem, & omnes facultates suas Deo offerentem. Semper ergo Iesus Lucae quidem sententia intuens dâtes qui in Gazophylacium munera sua mittebant, videt etiam pauperulam viduam, quæ mittebat minuta duo. Sicut autem Marcus scribit, stas è regione Gazophylacii videt, ut omnis populus pro facultatibus spiritale æs in Gazophylacium cõferat, & ut qui solus diuites intruci potest, vidit num tãdem aliquando

quando pauper & cui deerant necessaria, quantum poterat, mitteret: ob eamque causam iustificata est præ diuitibus omnibus: quæ nõ quibusuis exponit, sed, ut ait Marcus, discipulis suis. Nunc enim etiam discipulos suos conuocans, ut eis narret, eos docet: non ut homo videt, sed quemadmodum Deus, cernere. Homo enim videt in facie, Deus cor intuetur. Amen dico vobis, quia vidua hæc pauper, plus quam omnes qui miserunt in Gazophylacium, misit, & quæ sequuntur. Quorsum hæc omnia, cum mihi propòsitum sit, ea verba explanare quæ loquutus est Iesus in Gazophylacio in templo docens, nisi vt doceam, cum in templi ætarnum quod respicitur, causa institutum erat, omnes ea quæ ad euentum victum pertinent, conferrent, Christum multo magis ea quæ conducerent conferre debuissent: Hæc autem erant verba vitæ æternæ, & doctrina, quæ de ipso & patre esset. Et profectò omni pecunia illud erat præstantius, Ego sum lux mundi, quod in Gazophylacio dictum est: atque hoc, Si me sciretis, sciretis & patrem meum, & omnia quæ in eo loco dixit. Quin omne etiam autè reliquorum qui semper in ætarnum conferebant, parua arenæ instar erant, præ Iesu verbis. Omnis enim eius sermo erat sapientia. Omne autem aurum præ sapientia exigua arenæ locum obtinet: atque cœni instar habebitur argentum, si ei comparetur. Atque hæc quidem planè intelliguntur ab iis, qui sciunt ac possunt audire sapientiam, quæ perfectis loquitur, & in mysterio abdita est, quam prædestinauit Deus ante secula ad iustorum ipsius gloriam, contemplatque possunt Dei sapientiæ excellentiam præ seculi huius sapietia, aut principum seculi huius, qui euacuatur, & quasi prophetis suis vtuntur quæcunque verba diuersa à veritate præterdant. Arena enim exigua reliquæ sapientiæ sunt, cum aurum esse indicentur, si cum sapientia comparetur, quam Deus initium viarum suarum ad opera sua creauit: argentumque ceterarum splendida, & probabilis oratio cœni instar habebitur, cum alta eloquia Domini igne examinata & mundata multo sæpius quam septies, atque probata à Verbo quod in principio apud Deum erat, profecta sint. Sed ea quæ sunt scripta probatæque sapientiæ aliter propòsimus, ut vim huius loci, Hæc verba loquutus est Iesus in Gazophylacio docens in templo, intelligamus. Obseruetur enim expositio quæ de diuitibus & paupere vidua induta est: eo modo quo eam explicauimus: quandoquidem aliquis est Christi imitator, oret in spiritali templo Dei qui non est in loco ambulans mente & sequens Spiritum, qui cum ad se manu ducere potest, & conferat probatos numos, id est, vitæ æternæ verba, in Gazophylacium, operaque eiusmodi verbis consentanea: Sed si nec pauper aliqua nostra, neque vidua sit, quæ non amplius quam minuta duo possit offerre: nec dices qui ex eo solo quod superat, conferat, sed omnes opes Deo conferat, Iesus autem nõ omnia verba, quæ habebat loquutus est in Gazophylacio docens, sed tot quod Gazophylacium capiebat. Nam ne ipsam quidem mundum totum Dei verba capere existimo. Veruntamen Iesus, qui tot verba in Gazophylacio loquebatur & in templo docebat, à nemine comprehendebatur. Eius enim verba valentiora erant iis, qui eum volebant comprehendere. Et quandiu quidem dicit nemo cum com-

prehendit eorum qui ei insidias parabant, sed si taceat, tum denique tenetur. Itaque quoniam constituebat pro mundo mortem perferre, dum in eum Pilatus inquit, eumque flagris cædit, taceat. Si enim loquutus esset, in crucem ex infirmitate sublatum nõ fuisset: quandoquidem imbecillitas in eis nõ est, in quibus Verbum loquitur. Cum autem in Gazophylacio esset, nondum hora eius prehensionis venerat, quin nec cum esset in templo. Torrens enim esse debebat locus, in quo Iesus comprehendi & volebat, & poterat. Quoniam etiam tempus eius prehensionis interdum esse non debebat. Iudas enim cum cohortem accepisset, & à pontificibus ac Phariseis ministros illic cum lateris, facibus, & armis venit. De hoc autem loco, Nondum venerat hora eius, antè pluribus quantum res postulabat, disputauius.

S. IO. CHRYSOSTOMI

Episcopi Constantin. in superius
Euang. Hom. 1.

Quid Christus, quem multifariam de Galilæa, & propheta locuti essent, ut hanc alienam tollerent suspicionem, quòd vnus prophetarum, & non mudi dominus putaretur: Ego inquit sum lux mundi. Non Galilæa, non Palestina, non Iudæa. Quid Iudæi: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. O Galilæam! scripturas ubique adducit, & dicunt, Tu de teipso testimonium perhibes. Quod autem perhibuit, testimonium? Ego sum lux mundi. Magnum dicit, & verè magnum, sed non nimium ipsi admirati sunt. Quoniam non se patri æquiparauit, neque se eius filium dixit, neque Deum, sed lucem: reprehendere tamen voluerunt: nõ maius hoc erat, quàm dicere: Qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Lucè, & tenebras intellectu perceptibiles dicit, hoc est, non manet in errore. Vbi & Nicodemum allicit, ut valde promptum, & fidèrem, & ministros laudat, qui id fecerint: hoc enim clamare significat, & eos ad audiendum cõfirmare vult: simul & eos dolos struere, & in tenebris, & errore verari, neque lucè attingere ostèdit. Nicodemus præterea in memoria reducit, quæ ante dixerat: Omnis, qui malè operatur, odit lucem: & non vadit ad lucem, ne opera eius appareat: Cum enim meminisset ex principibus in eum credere dicerent, ideo inquit, Qui malè operatur, in lucè nõ prodiret: nõ ex lucis defectu, sed mentis vitio. Respondent ei: Tu de teipso testimonium perhibes: ad quod ille; Etsi ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum, &c. Quod iam dixi, hoc Iudæi tanquam iam dictum proponunt; quod Christus arguit, sed id dixisse assueerat, propter eorum suspicionem, qui purum eum hominem suspicabantur. Ex Deo sum, inquit, & Deus, & Dei filius: Deus autem sibi ipsi idoneus testis, vos autem nescitis, & sponte vestra mali estis: & videntes dissimulatis, & omnia secundum humanam sententiam loquimini, neque quicquam amplius quam quod apparet, intelligere vultis. Vos secundum carnem iudicatis. Et quemadmodum secundum carnem viuere, malè viuere est: ita & secundum carnem iudicare, iniuste iudicare. Ego non iudico quemquam: est iudico, iudicium meum verum est. Hoc est, iniuste iudicatis: & si iniuste iudicamus, inquit, quid nos nõ arguis: quid Bibl. Hom. tom. 3. T t 3 non

non condemnas? Quia non veni ad hoc, ideo dicit se neminem iudicare: etsi iudicet, verum esse iudicium suum. Nam, si vellem, ex damnatorum numero essetis, hoc autem non quod iudicem dico, neque ideo non iudico, quod non fidam. Nam, si iudicarem, vos sane convincerem, quod iuste iudicarem: sed nunc iudicij tempus non est. Significat futurum iudicium. *Quia solus non sum, sed ego. & qui misit me pater.* Vbi innuit, non solum se iudicare, sed etiam patrem, quod subtextit in testimonium eius inducens. *In lege autem vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est.* Quid hoc in loco haeretici dicerent? Quid Christus hominibus praestaret, si hoc simpliciter acciperemus? In hominibus enim institutum est, quoniam nemo per se fide dignus est: in Deo autem quomodo hoc esset consentaneum? Quomodo ergo haec particula intelligenda est? Nunquid, quoniam duo, an quoniam homines, propterea duo? Nam, si quoniam duo sunt, qua gratia non confugit ad Ioannem? Non enim dixit, testimonium perhibeo ego de meipso, & de me Ioannes: cur non ad angelum, cur non ad prophetas. Invenisset enim & alia innumera testimonia, sed voluit hoc tantum significare, non quod duo, sed quod eiusdem substantiae. *Dicitur ei; Quis est pater tuus? Respondit Iesus; Neque me scitis, neque patrem meum.* Quum enim scientes tanquam insciji, & ut eum tentarent, percontarentur indignos, quibus responderetur, arbitratus est. Propterea iam omnia apertius, & audientius loquitur: quippe qui a signis, & sequentium se doctrina accipiebat testimonium, & quia iam crux appropinquabat. *No- ui,* inquit, *unde venio, quod non nimium eos offendit: quod autem add. dicit; Et quo ego vado,* magis eos perterruit, ac si non esset in morte perman- surus. Sed cur non dixit, se scire Deum esse: sed, *unde veniet?* Quia semper humilia magnis admisceat, eaque vicissim cohibet. Nam, quum dixisset, *ego testimonium perhibeo de meipso,* idque ostendisset: ad humilia descendit, quasi diceret, Scio à quo missus sum, & ad quem vado. Quibus verbis nihil habebant, quod contra dicerent. Nihil enim falsi locutus sum, inquit, quum inde venerim, & illud ad verum Deum vadam, quem vos nescitis, ideo secundum carnem iudicatis. Nam, si post tot argumenta, & signa adhuc verum non esse dicitis, & Moysen de aliis, & de se restantem fide dignum iudicatis, Christum verò minime, hoc est, secundum carnem iudicare. *Ego non iudico quengquam.* At qui etiam patrem neminem iudicare testatur, quomodo hic dicit; *Et, si iudicet ego, iudicium meum verum est, quia non sum solus?* Iterum ad illorum loquitur suspicionem, hoc est, iudicium meum patris est, neque aliter, quam ego, pater iudicat: neque aliter ego quam pater. Sed quam gratia patris meminit? Quia non dignum filium, cui crederetur, arbitrabantur, nisi patris praecipua testimo- nium. Aliter non itaret sententia. In hominibus enim, cum super alieno negotio duo testifi- cantur, tunc testimonium est verum: hoc enim est, duos testimonium perhibere, sed hic non sunt duo. Vides nulla alia ratione hoc dictum, quam ut patri consubstantialis, & alterius non egere testi- monio, & nulla alia ex parte patris inferior ostendatur? Anniaduertere praeterea quanta cum au- thoritate loquitur. *Ego sum, qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibeo de me, qui misit me*

pater. Quod si substantia minor esset, non sane dixisset. Nunc autem, ne numeri gratia id positum arbitris, nihilo inferiorum potestatem intueri. Testimonium perhibet homo cum fide dignus est, non cum testimonio indiget, & hoc in re alia: in propria autem ab alio accipit, ipsi in re sua non creditur: hic autem contra, in suo enim negotio testimonium perhibens, & ab alio se asse-rens, dignum se fide dicit, vndeque suam propo- nens auctoritatem. Sed qua gratia, cum dixit; *Non sum solus, sed ego & qui misit me pater:* ita duorum hominum testimonium est verum; addidit; *Ego sum qui testi- monium perhibeo de meipso?* ut scilicet, quantae esset auctoritatis ostenderet, & primum quidem se- ipsum posuit, ut aequalitatem indicaret, & nihil eos adepturos, qui se patrem scire, ipsum autem nescire dicerent: & hanc causam dicit quod ipsum cognoscere non velint. At enim impossi- bile sine sui cognitione quempiam nosse patrem, ut hoc saltem pacto ad se cognoscendum eos al- liciat, ipso enim contempto, patrem semper qua- rebant, quare inquit; Non potestis nosse patrem sine me. Itaque, qui filio maledicunt, non ipsi tantum, sed & patri maledicunt. Haec nos cauteamus, & glorificemus filium, quippe qui nisi eiusdem esset naturae, non ita dixisset. Quod si tantum ad- monuit, alterius autem erat substantiae, poterat etiam ignorans patrem cognoscere filium: neque fuisset omnino alicui impossibile, filium non cogno- scere, si patrem nosset. Neque enim qui hominem novit, novit & angelum: immo inquit; Etenim qui creaturam novit, novit & Deum? minime, multi enim, vel potius omnes homines creatu- ram norunt, norunt sanè, & Deum ignorant. Glo- rificemus ergo Dei filium, non oris tantum glo- ria, sed operibus, sine quibus ea nihil proficit. Vi- de tu, inquit, Iudaeus cognominaris, & requisicis in lege, & gloriaris in Deo, qui ergo alium doces, te ipsum non doces: qui in lege gloriaris, per praeva- ricationem legis Deum inhonoras? Vide ne quado & nos in recitidine fidei gloriantes, non exhi- bendo vitam fidei convenientem, Deum inhono- remus, mendacem eum facientes. Etenim orbis terrarum magister, fermentum, lucem, saltem vult esse Christianum. Quid significat lux? vite clari- tatem, nihil obscuritatis in se continentem: non lux sibi ipsi utilis est, neque sal, nec fermentum, sed in alios confert utilitatem: ita nobis non nostra tantum utilitas, sed aliorum exigitur. Sal, nisi sal- sum reddat, non sal, sed aliud esse deprehenditur. Nam, si ipsi benefecerimus, aliis erimus benefa- ciendi exemplum. Quouisque à bonis operibus desisteremus, nihil aliis conferre poterimus: ni- hil fatuum apud nos, nihil molle sit, & solu- tum, qualia mundi opera sunt, & curae seculares. Propterea virginis fatuae sunt appellatae, quonia circa fatuas mundi curas vacabant, hic congre- gantes, vbi minime est reponendum. Verendum sanè, ne id nobis accidat, ne fordosis vestibus eo accedamus, vbi mundas, & nitidas omnes induti sunt. Nihil enim peccato fordidius, nihil immun- dius, cuius naturam propheta interpretatus cla- mabat; Putruerunt, & corrupta sunt cicatrices meae. Quod si peccati placet cognoscere turpitu- dinem, commissum considera, cum liber non am- plius eius perturbaris affectu, nunc id cognosces. Considera iram, cum sedata est; avaritiam, cum ea non afficeris: intelliges profecto nihil turpiss, ni- hil

Rom. 2.

Fructus fides sine operibus.

Math. 25.

Pal. 37.

hil scelestus rapina, & avaritia. Ideo frequenter repetimus, non ut vos perturbemus, sed ut maio- rem in modum proficiamus. Nam, qui vna non cor- rigitur admonitione, corrigitur forsasse altera, & quem altera praeterit, non praeteribit tertia. Viti- nam autem omnes omnibus malis liberi, Christi suavitatem degustemus, cui gloria cum patre, si- mul & spiritu sancto, in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM IN IDEM
Homil. 2.

Ex Hom. 5. in Ioan.

Haec verba locutus est Iesus in Gazophylacio, docens in templo. Et nemo apprehendit eum, quia non vene- rat hora eius. O Iudaicam dementiae ante Pascha Iesum quarebant, & in medio inuentum, conati eum & per se, & per ministros frustra compre- hendere, non tamen eius virtutem iterum formi- darunt, sed in malicia persistebant. Quod autem id semper tentarent, inquit; *Hac locutus est Iesus in Gazophylacio, docens in templo, & nemo apprehendit eum.* In templo loquebatur more magistri, quod mag- is eos mouere debuisset, & ad eos, qui ipsum re- prehendebant, & calumniabantur, quod se patri aequalem faceret. Illud enim duorum hominum testimonium verum est, hoc significat. Veruntam- en hac, inquit, locutus est in templo, tanquam ma- gister, & nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius. hoc est passionis tempus. Quamobrem cum passus est, non eorum praestitit, sed diuina dispensationi adscribendum esse: tunc enim iam pridem voluissent, non tamen potuerunt: neque tunc potuissent, nisi ipse permisisset.

S. AVGVST. EPISCOPI
Hipponensis in idem Euang.
Homilia 1.

Tract. 34. in Ioan.

Quod modo audiimus, & intenti accepi- mus, cum sanctum Euangelium legeretur, non dubito quod omnes etiam intelligere cona- ti sumus, & quisque nostrum de re tam magna, quae lecta est, pro suo modulo cepit, quod potuit, & posito pane verbi, nemo est, qui se queratur ni- hil gustasse. Sed interim non dubito, quia diffici- le quisquam est, qui totum intellexerit: tamè etiam si est, qui omnia verba domini nostri Iesu Christi modo ex Euangelio recitata satis intelligat, to- leret ministerium nostrum, quouisque si possumus, illo adiuuante, tractando faciamus, ut vel omnes, vel multi intelligent, quod se pauci intellexisse laetantur. Quod ait dominus, *Ego sum lux mundi:* clarum puto esse eis, qui habet oculos, vnde hu- ius lucis participes fiant. Qui autem non habent oculos nisi in sola carne, mirantur quod dictum est à domino Iesu Christo; *Ego sum lux mundi:* & forte non desit qui dicat apud semetipsum, Nun- quid forte dominus Christus est sol iste, qui ortus, & Occasu peragrat diem? Non enim defuerunt haeretici, qui ista senserunt. Manichaei solem istum oculis carnis visibilem, expositum, & publicum, non tantum hominibus, sed etiam pecoribus ad- videndum. Christum dominum esse putauerunt. Sed catholicae Ecclesiae recta fides improbat tale commentum, & diabolicam doctrinam esse co-

gnoscit. Nec solum agnoscit credendo, sed in qui- bus potest convinci etiam disputando. Improb- emus itaque huiusmodi errorem, quem sancta ab initio anathematizavit Ecclesia. Non arbitre- mur dominum Iesum Christum hunc esse solem, quem videmus oriri ab Oriente, occidere in Occi- dente: cuius cursui nox succedit, cuius radij nu- be vmbrauntur, qui certa de loco in locum motio- ne commigrat. Non est hoc dominus Christus, non est dominus Christus sol factus, sed per quem sol factus est. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Est ergo lux, quae fecit hanc lucem, hanc amemus, hanc intelligere cupimus, ipsam sciamus, ut ad ipsam lucem ali- quando veniamus, & in illa ita viuamus, ut nun- quam omnino moriamur. Ista enim lux est, de qua prophetia olim praemissa ita in Psalmo ceci- nit; Homines, & iumenta saluabis, domine, sicut multiplicata est misericordia tua, Deus. Psalmi sancti ista verba sunt. Aduertite quid de tali luce antiquus sanctorum hominum Dei sermo praemi- erit. Homines, inquit, & iumenta saluos facies, domine, sicut multiplicata est misericordia tua, Deus. Quomodo enim Deus est, habes multipli- cè misericordiã, peruenit eadè multiplicitas mi- sericordiã tuã, non solum ad homines quos crea- sti ad imaginem tuam, sed etiam ad pecora quae ho- minibus subdidisti: à quo enim salus hominis, ab illo salus & pecoris. Non erubescas hoc sentire de domino Deo tuo, immò praefumas, & fidas, & ca- ueas ne aliter sentias. Qui saluum facit te, ipse saluum facit equum tuum, ipse ouem tuam, ad minima omnino veniamus, ipse gallinã tuã: do- mini est salus, & ista Deus saluat. Moue re, inter- rogas, miror quid dubitas, designabitur saluare, qui dignatus est creare: domini est salus, Anglo- rum, hominum, pecorum, domini est salus. Sicut nemo est à seipso, ita nemo saluus est à seipso. Proinde verissime Psalmus, atque optime ait; Ho- mines, & iumenta saluos facies, domine. Quare? Sicut multiplicata est misericordia tua, Deus: tu enim es Deus, tu creasti, tu saluas, tu dedisti esse, tu das sanum esse. Si ergo sicut multiplicata est misericordia Dei, ab illo homines, & iumenta sal- uantur, nõne homines habent aliquid aliud, quod eis Deus praestet creator, quod iumentis non praestet? Nullãne discretio est inter animal factum ad imaginem Dei, & animal subditum imagini Dei? Est planè. Praeter salutem istam com- munem nobis cum animalibus mutis, est quod nobis praestet Deus, illis autem non praestet. Quid est hoc? Sequere in eodem Psalmo; Filij autem hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt: habentes modo salutem cõmunem cõ pecoribus suis, filij hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt. Aliam habent salutem in re, aliam in spe. Salus ista, quae in praesenti est hominibus, pe- coribusque communis est: sed est alia, quam spe- rant homines, & accipiunt qui sperant, non acci- piunt, qui desperant. Filij autem hominum sub tegmine, inquit, alarum tuarum sperabunt. Qui autem perseveranter sperant: à te proreguntur, ne de spe à diabolo deficiantur, sub tegmine ala- rum tuarum sperabunt: si ergo sperabunt, quid sperabunt, nisi quod pecora non habebunt? Ine- briabuntur ab vbertate domus tuae, & torrente voluptatis tuae potabis eos. Quale vinum est, vnde inebriari laudabile est? Quale vinum est, quod

Ioan. 1.

Pal. 31.

Pal. 31.

Pal. 35.

non turbat, sed dirigit mentem: Quale vinum est, quod facit perpetuo sanum, non inebriando facit insanum? Inebriabimur vnde? Ab vberate domus tua: & torrente voluptatis tuae potabis eos. Vnde? Quoniam apud te est fons vitæ, ipse fons vitæ ambulabit in terra: ipse dicebat: Qui sitit, veniat ad me. Ecce fons. Sed nos de lumine loqui cœperamus, & proposuimus ex Euangelio quæstionem de lumine tractabamus: lecta est enim nobis dicente domino, *Ego sum lux mundi*. Inde quæstio, ne quis carnaliter sapiens solem istum intelligendum putaret: venimus inde ad Psalmum, quo considerato, inuenimus interim dominum fontem vitæ bibere, & viuere. Apud te, inquit, fons vitæ, ideo sub vmbra caluarum tuarum sperabunt filij hominum, inebriari isto fonte quærentes. Sed de lumine dicebamus, sequere ergo: nam Propheta cum dixisset, Apud te est fons vitæ secutus adiunxit, & in lumine tuo videbimus lumen, Deum de Deo, lumen de lumine: per hoc lumen factum est solis lumen, & lumen, quod fecit solem, sub quo fecit & nos, factum est sub sole propter nos. Factum est, inquam, propter nos sub sole lumen, quod fecit solem. Noli contemnere nubem carnis: nube tegitur, non vt obscuretur sol, sed vt temperetur. Loquens ergo per nubem carnis lumen indeficiens, lumen scientiæ, lumen sapientiæ: ait hominibus, *Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ*. Quomodo abtulit ab oculis carnis, & reuocavit ad oculos cordis? Non enim sufficit dicere, *qui me sequitur, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen*: addit enim, *vitæ*: sicut ibi dictum est, quoniam apud te est fons vitæ. Videre itaque, fratres mei, quomodo verba domini cum illius Psalmi veritate concordent, & ibi lumen positum est cum fonte vitæ, & a domino dictum est lumen vitæ. In illis autem vñibus corporalibus, aliud est lumen, aliud fons. Fontem fauces quærunt, lumē oculi, quando scimus, quærimus fontem, quando in tenebris sumus, quærimus lumen: & si forte nocte sciamus, lumen accendimus, vt ad fontem veniamus. Non est sic apud deum, quod lumen est, hoc est fons. Qui tibi lucet vt videas, ipse tibi manat vt bibas. Videtis ergo, fratres mei, videtis si intus videris, quale hoc lumen est, de quo dominus dicit, *Qui me sequitur, non ambulabit in tenebris, sequere istū solē, videamus si nō ambulabis in tenebris*. Ecce oriēdo exit a te, ille cursu suo ad occidentem pergir: tibi forte ad Orientem profectio est, nisi tu in cœteram partem pergas, nō quā ille tendit, sequēdo eum profectio errabis: nauta si eum in mari sequatur, errabit. Postremo videtur tibi sequendum esse solem, & tendis etiā ipse ad occidentem, quō & illo tendit. Videamus cum occiderit, si nō ambulabimus in tenebris. Vide quemadmodum & si nolueris eum deserre, tu ipse, te desere, seruitutis suæ necessitate peragens diem, Dominus autem noster Iesus Christus interim & cum per carnis nubem non omnibus apparebat, per sapientiæ potestatem omnia tenebat. Deus tuus ubique totus est, si non ab illo facias casum, nunquam a te ipse facit occasum. *Qui ergo me, inquit, sequitur, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ*. Quod promisit, futuri temporis verbo posuit, non enim ait, *habet: sed habebit*, inquit, *lumen vitæ*: non ait tamen, *qui sequentur me: sed, qui sequitur me*. In eo quod facere

debemus, præsens tempus posuit: quod autem promisit facientibus, futuri temporis verbo significauit. *Qui sequitur, habebit: modo sequitur, post habebit: modo sequitur per fidē, post habebit per speciē: quādiu enim sumus in corpore, ait* 1. Cor. 5. *Apostolus, peregrinamur a domino: per fidem enim ambulamus, non per speciē: quādo per speciē? Cum habuerimus lumen vitæ, cum ad illā visionem venerimus, quando nox ista transierit. De illo quippe die, qui exorturus est, dictum est,* 1. Petri. 5. *Mane astabo tibi, & contemplobor. Quid est mane? Transacta nocte seculi huius, transactis erroribus temptationum, superato illo leone, qui nocte rugiens circumit, quem deuoret quærens. Mane astabo tibi, & contemplobor. Nūc vero quid putamus fratres huic tempor congruere, nisi quod rursum in Psalmo dicitur? Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo. Per singulas noctes, inquit, flebo, in desiderio lucis ardebo. Videt dominus desiderium meum. Quomodo dicit illi alter psalmus? Ante te omne desiderium meū, & gemitus meus a te non est absconditus. Desideras aurum, videri potes: quærens enim aurum manifestas eris hominibus: desideras frumentum, interrogas qui habeat, & cupiens peruenire ad id, quod desideras, indicas te: Desideras deum, quis videt, nisi Deus a quo enim petis Deum, sicut panem, sicut aquam, sicut aurum, sicut argentum, sicut frumentum? A quo petis Deum nisi a Deo? Ipse perit in seipso, qui promittit seipsum. Extendat anima cupiditatem suam, & sinu capaciore quærat comprehendere, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Desiderari potest, concupisci potest, suspirari potest in illud: digno cogitari, & verbis explicari non potest. Ergo fratres mei, quod dominus breuiter ait: *Ego sum lux mundi, qui me sequitur, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ*. Quibus verbis aliud est quod iussit, aliud quod promisit. Faciamus quod iussit, ne impudenti fronte desideremus quod promissit, ne dicat nobis in iudicio suo: fecisti enim quod iussi, vt petas quod promissi? Quid ergo iussisti, domine deus noster? Dicit tibi, vt sequeris me. Consilium vitæ petisti cuius vitæ, nisi de qua dictum est. Apud te est fons vitæ? audiuit quidā, 1. Petri. 5. *Vade vende omnia quæ habes, & da pauperibus & habebis thesaurum in cælo, & veni sequere me, tristis abscessit, non est securus. Quæsiuit magistrum bonum, interpellauit doctorem, & contempsit docentem: tristis abscessit, ligatus cupiditatibus suis: tristis abscessit, habens grandem sarcinam auaritiæ super humeros suos, laborabat, æstuabat, & qui ab illo sarcina deponere voluit, non est sequendus putatus, sed deserendus. Postea vero quā dominus per Euangelium clamauit, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego vos resciam: Tollite iugum meum super vos, & discite a me quia mitis sum, & humilis corde: quam multi fecerunt auditu Euangelio, quod ex ore ipsius audierunt diues ille non fecit. Ergo modo faciamus, sequamur dominum, soluamus compedes, quibus impedimur sequi. Et quis idoneus soluere tales nō dos, nisi ille adiuerit cui dictū est? Dirupisti vincula mea? de quo alius Psalmus dicit? Dominus soluit compeditos, dominus erigit elisos. Et quid sequantur soluti, & erecti, nisi lumen a quo audiunt? *Ego sum lux mundi,***

1. Cor. 5.
1. Petri. 5.
Psal. 5.
Psal. 6.
Psal. 37.
Psal. 64.
1. Cor. 2.
Psal. 35.
Matth. 23.
Matth. 23.
Psal. 115.
Psal. 143.
di.

di, qui me sequitur, non ambulabit in tenebris, quia dominus illuminat cæcos. Illuminamur ergo modo fratres, habentes collyrium fidei. Præcessit eius salua cum terra, vnde inungetetur, qui cæcus est natus, Et nos de Adam cæci nati sumus, & illo illuminante opus habemus: misit saluam cum terra, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: misit saluam cum terra, ideo prædictum est, Veritas de terra orta est: ipse autem dixit, Ego sum via, veritas, & vita. Veritate perfruemur, cum viderimus facie ad faciem: quia & hoc promittitur nobis: nam quis auderet sperare, quod Deus non dignatus esset vel polliceri, vel dare? Videbitur facie ad faciem: Apostolus dicit, Nunc scio ex parte nunc, in ænigmatæ per speculum, tunc autem facie ad faciem. Et Ioannes Apostolus in epistola sua, Dilectissimi, nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbitur eum, sicuti est. Hæc est magna promissio: si amas, sequere: amo, inquit, sed quæ sequor? Si dixisset tibi dominus Deus tuus, Ego sum veritas, & vita, de siderans veritatem, concupiscens vitam, viam quæ ad hæc peruenire posses, profecto quæres & diceres tibi, Magna res veritas, magna res vita, si esset quomodo illuc perueniret anima mea. Quæris quæ? audi eum dicentem primo, Ego sum via: antequam diceret quod, præmisit quæ, Ego sum, inquit, via, quæ via? Et veritas, & vita. Primo dixit quæ venias, postea dixit quæ venias, Ego sum via, ego sum veritas, ego sum vita. Manens apud partem, veritas & vita, induens se carne, factus est via. Non tibi dicitur, labora quærendo viam, vt peruenias ad veritatem & vitam, non hoc tibi dicitur, piger surge, via ipsa ad te venit, & te de somno dormientem excitauit: si tamen excitauit, surge, & ambula. Forte conaris ambulare, & non potes, quia dolent pedes. Vnde dolent pedes? An iubente auaritia per aspera cucurrerunt? Sed Dei verbum inanuit, & claudos. Ecce, inquit, sanos habeo pedes, sed ipsam viam non video: illuminauit & cæcos: hoc totum per fidem quandoque perueniamur a domino manentes in corpore. Cum autem perambulauerimus viam, & ad ipsam patriam peruenierimus, quid erit nobis letitius? quid erit nobis beatus? quia nihil patietur: nihil enim aduersus hominem rebellabit. Nunc vero, fratres, difficile sine rixa sumus: ad concordiam quidem vocati sumus, iubemur pacem habere inter nos, ad hoc conandum est, omnibusque nitendum viribus, vt aliquando perueniamus ad perfectissimam pacem. Modo autem litigamus plerumque cum eis, quibus consuler volumus: ille errat: tu vis ducere ad vitam: resistit Paganus, disputas contra errores idolorum, & daemoniorum: resistit hereticus, disputas contra alias doctrinas daemoniorum. Malus catholicus non vult bene viuere: corripis etiam interiore fratrem tuum, tecum manet in domo, & perditas vias quærit, æstus quomodo illum corrigas, vt de illo bonam rationem domino amborum reddas: quanta vndique rixarum necessitates? Plerumque homo tædio affectus, dicit apud semetipsum, Quid mihi est parti contradictiones, pati eos, qui reddunt mala pro bonis? Ego volo consulere, illi volunt perire: confuso vitæ meam litigando pacem non habeo: inimicos insuper facio, quos amicos habere deberem, si beneo-

lentiā consulentis attenderent. Quid mihi est ista perpeti? Redeam ad me, mecum ero, Deum meum inuocabo. Reddi ad te ipsum, ibi inuenies rixam: si cœpisti Deum sequi, ibi inuenies rixam. *Quam rixam, inquit, inuenio? Caro cœcipit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Ecce tu ipse es, ecce tu solus es, ecce tecum es, ecce alium nulum hominem pateris: sed vides aliam legem in membris tuis, repugnantem legi mentis tuae, & captiuam te in lege peccati quæ est in membris tuis. Exclama ergo, & a rixa interiore clama ad Deū, vt tibi pacifecer: te miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Quia qui me, inquit, sequitur, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Finita tota rixa, immortalitas consequetur, quia nouissima inimica destruetur mors. Et qualis pax erit? Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem, quod vt veniamus, quia tunc erit in te, nunc sequamur in spe eum, qui dixit? *Ego sum lux mundi, qui me sequitur, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ.**

Galat. 5.
Rom. 7.
1. Cor. 5.

EIVSDEM IN IDEM

Hornil. 2.

DE verbis domini nostri Iesu Christi vbi ait, *Ego sum lux mundi: qui me sequitur, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ*. Hesterno die qui affuisti, diu disputatum esse meministi. Et si adhuc velimus de illo lumine disputare, diu loqui possumus: nam nō possumus explicare compendio. Itaque, fratres mei, sequamur Christum lumen mundi, ne ambulemus in tenebris. Tenebræ metuendæ sunt, mortum, non oculorum: & si oculorum, non exteriorum, sed interiorum: vnde discerneretur non album, & nigrum, sed iustum, & iniustum. Cum hæc ergo dixisset dominus noster Iesus Christus, Responderunt Iudæi: Tu de teipso testimonium dicis, testimonium tuum non est verum. Antequā veniret dominus noster Iesus Christus, multas ante se lucernas propheticas accendit, & misit. De his etiam erat Ioannes Baptista, cui tam magnū ipsum lumen, quod est dominus Iesus Christus, perhibuit testimonium, quale nulli hominum. ait enim, In natis mulierū non surrexit maior Ioanne Baptista. Hic tamen quo nemo erat maior in natis mulierum, dicit de domino Iesu Christo, Ego quidem baptizo vos in aqua, qui autem venit fortior me est, cuius non sum dignus calciamentum soluere. Videte quemadmodum se lucerna diei submitrat: lucernam vero ipsum Ioannem fuisse, dominus ipse testatur: Ille erat, inquit, lucerna ardens, & lucens, & vos voluistis ad horam exultare in lumine eius. Quando autem dixerit Iudæi domino: Dic nobis in qua potestate ista facis? Sciens dominus quia Ioannem Baptista pro magno habebat, & quod ipse quem pro magno habebat, eis de domino testimonium perhibuisset, respondit eis, Interrogabo & ego vos vnum sermonem, dicite mihi, Baptismus Ioannis vnde est, de cælo, an ex hominibus? Turbati illi intra semetipsos cogitabant, quia si dicerent ab hominibus, lapidati possent a turba, quæ Ioannem Prophetam esse credebatur, si dicerent, de cælo, responderet eis, Ille, quem confite-

Tract. 35. in Ioan.
Matth. 23.
Ioan. 1.
Ioan. 5.
Matth. 23.

mini de celo habuisse prophetiam, mihi testimonium perhibuit, & ab illo auditis in qua ego ista faciam potestate. Viderunt ergo, quodlibet horum respondissent, in laqueos se casuros, & dixerunt: Nescimus. Et dominus eis; Nec ego dico vobis, in qua potestate ista facio. Non vobis dico, quod scio, quia non vultis fateri, quod scitis; Insistissime vti que respulsi, confusi abscesserunt. Et implem est quod in Psalmo per Prophetam dicit Deus pater; Paravi lucernam Christo meo; id est, ipsum Ioannem. Inimicos eius induam confusione, super ipsum aurem efflorescit sanctificatio mea. Habebat ergo dominus Iesus Christus testimonium; Prophecatum ante se premissorum, praeronum iudicem praecedentium. Habebat testimonium a Ioanne, sed ipse maius testimonium erat quod sibi perhibebat. Illi autem infirmis oculis lucernas quarebant. quia diem ferre non poterant: nam Ioannes idem ipse Apostolus, cuius Euangelium in manibus habemus, in ipsius Euangelij sui capite ait de Ioanne; Erat homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per eum: non erat ille lumen, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: si omnem, ergo & Ioannem: vnde dicit & ipse Ioannes; Nos omnes de plenitudine eius accepimus. Discernite ergo ista, ut proficiat mens vestra in fide Christi, ne semper infantes sitis vbera quarentes, & a cibo solido resiliantes. Debetis apud matrem sanctam Ecclesiam Christi nutriti & ab lactari, & ad escas solidiores accedere mente, non ventre. Hoc ergo discernite, aliud esse lumen, quod illuminatur, aliud quod illuminatur: nam & oculi nostri lumina dicuntur, & vniuersi que ita iurat, tangens oculos super lumina sua, sic vniuersi lumina mea. Visitata iuratio est. Quae lumina si lumina sunt, desit lumen in cubilo tuo clauso, pareant & luceant tibi: non vti que possunt. Quomodo ergo ista in facie qua habemus, & lumina nescimus, & quando sana sunt, & quando patet, indiget extrinsecus adiutorio luminis: quo ablato, & non illato, sana sunt, aperta sunt, nec tamen vident: sic mens nostra, quae est oculus animae, nisi veritatis lumine radietur, & ab illo, qui illuminat, nec illuminatur, mirabiliter illustratur, nec ad sapientiam, nec ad iustitiam poterit peruenire: ipsa est enim vita nostra iuste viuere. Quomodo autem non offendit in via, cui non lucet lumen? Ac per hoc in tali via videre opus est, in tali via videre magnum est: na Tobias in facie oculos clausos habebat, & filius patri manum dabat, pater filio viam praecipiendo monstrabat. Responderunt ergo Iudei; Tu de te testimonium dicis, & testimonium tuum non est verum. Videamus quid audiant, audiamus & nos, sed non sicut illi: illi contententes, nos credentes: illi occidere Christum volentes, nos per Christum viuere cupientes. Inverim ista distantia distinguat aures, mentesque nostras & audiamus, quid responderit dominus Iudaeis, Respondit Iesus & dixit eis, Esi ego de me testimonium perhibeo, verum est testimonium: quia scio vnde veni, & quid vado. Lumen & alia demonstrat, & seipsum. Accedis lucernam, verbi gratia, ut queras tunicam, & praenat tibi ardens lucerna ut inuenias tunicam: nam quid accendis lucernam, ut videas ardentem lucernam? Lucerna quippe ar-

Psalm. 137.

Ioan. 1.

Ioan. 1.

dens idonea est & alia, quae tenebris operiebatur, nudare, & seipsum tuis oculis demonstrare: sic & dominus Christus, & inter fideles suos, & inimicos Iudaeos, tanquam inter lucem & tenebras distinguebat, tanquam inter illos, quos radio fidei perfundebat, & illos, quorum clausos oculos circumfundebat. Nam etiam sol iste & videntis faciem illustrat, & cacciambo patitur stantes, & faciem ad solem habentes, illustrantur in carne, sed non ambo illuminantur in acie: videt ille, sed non iste videt. Ambobus sol praesens est, sed praesente sole vnus est absens: sic & sapientia Dei verbu Dei, dominus Iesus Christus vbique praesens est, quia vbique est veritas, vbique est sapientia. Intelligit quis in Oriente iustitiam: intelligit alius in Occidente iustitiam, ni quid alia est iustitia, quam ille intelligit, alia quam iste; Separati sunt corpore, & in vno habent aeries merium suarum. Quam video iustitia hic constituta, si iustitia est: ipsam videt iustus nescio quot mansionibus a me carne se iunctus, & in illius iustitia luce coniunctus. Ergo testimonium sibi perhibet lux, aperit sanos oculos, & sibi ipsa testis est ut cognoscatur lux. Sed quid agimus de insidelibus: nunquid illis non est praesens? Est praesens & illis, sed quibus eam videant, oculos non habent cordis. Audi de illis ex Euangelio ipso prolata sententiam; Et lux lucet in tenebris, & tenebrae eam non comprehendunt. Ergo ait dominus, & verum ait, Esi ego de me testimonium perhibeo, verum est testimonium meum, quia scio vnde veni, & quid vado. Patrem volebat intelligi, patri gloriam dabat filius: aequalis glorificat eum a quo est missus, quantum debet homo glorificare eum a quo est creatus? Scio enim vnde veni, & quid vado. Iste qui in praesentia vobis loquitur, habet quod non deseruit, sed tamen venit: non enim veniendo inde discessit, aut redeundo nos reliquit. Quid miramini? Deus hoc non potest hoc fieri, sed ab homine non potest hoc fieri ab ipso sole, quando pergit ad occidentem, deserit Orientem, & donec oriturus redeat ad Orientem, non est in Oriente dominus autem noster Iesus Christus & venit & ibi est, & rediit & hic est. Audi ipsum Euangelistam alio loco dicentem, & si potes cape: si non potes crede. Deum, inquit, nemo vidit vnquam, nisi vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit non dixit, fuit in sinu patris, quasi veniendo deseruerit sinum patris. Hic loquebatur, & ibi se esse dicebat: qui & hinc discessurus, quid dixit; Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem saeculi. Ergo verum est testimonium luminis, siue se ostendat siue alia: quia sine lumine non potes videre lumen, & sine lumine non potes videre quodlibet aliud quod non est lumen. Si idoneum est lumen ad demonstranda ea, quae non sunt lumina, nunquid in se deficit ni quid se non aperit sine quo alia patere non possunt? Locutus est propheta verum, sed vnde haberet nisi de fonte veritatis haurire? Locutus est Ioannes verum: sed vnde locutus est, ipsum inextroga. Nos omnes, inquit, de plenitudine eius accepimus. Ergo idoneus est dominus noster Iesus Christus, qui sibi perhibeat testimonium. Sed plane, fratres mei, in nocte huius saeculi audiamus & prophetiam intentem: modo enim ad fragilitatem nostram, nocturnasque cordis nostri intimas tenebras humilis voluit venire dominus noster. Homo venit contemnac-

Ioan. 1.

Ioan. 1.

Matth. 23.

Ioan. 1.

contemendus, & negandus a Iudaeis, honorandus, & confitendus a nobis: iudicandus iniuste, iudicaturus iuste. Talis ergo venit, ut oporteret ei lucernam testimonium perhibere, ni quid opus erat, ut Ioannes tanquam lucerna perhiberet testimonium dici, si dies ipse ad infirmitate nostra posset videri: sed non poteramus. Infirmitas factus est in firmis, per infirmitatem sanauit infirmitatem, per mortalem carnem, carnis abstulit mortem: de corpore suo collyrium fecit luminibus nostris: Quia ergo dominus venit, & in nocte saeculi adhuc sumus, oportet ut & prophetias audiamus: nam de prophetia conuincimus contradicentes Paganos. Quis est Christus, dicit Paganus? Cui respondeamus, quem praenunciauerunt Prophetae? Recitamus Esaiam, Danielem, Hieremiam, alios sanctos Prophetas, dicimus quam longe ante illum venerint, quato tempore aduentum eius praecesserint: hoc ergo respondemus. Praeueniunt eum Prophetae, praedixerunt eum esse venturum. Respondet aliquis eorum, qui Prophetae? Nos recitamus, qui vobis quotidie recitantur. Et ille, qui sunt hi Prophetae? Nos respondemus, & qui praedixerunt ea, quae fieri videmus: & ille, vos, inquit, vobis illa finxistis: vidistis ea fieri, & quasi ventura, quae praedicta sunt essent, in libris quibus voluistis, conscripsistis. Hic contra inimicos Paganos, occurrit nobis aliorum testimonium inimicorum. Proferimus codices a Iudaeis, & respondemus, Nempe & vos & illi, fidei nostrae estis inimici, ideo sparsi sunt per gentes, ut alios ex aliis conuincamus inimicos. Codex Esaiae proferatur a Iudaeis, videamus, si non ibi lego; Sicut ouis ad immolandum ductus est, & sicut agnus coram tondeute fuit sine voce, sic non apperuit os suum, in humilitate iudicium eius sublatum est, liuore eius sanati sumus. Omnes ut oues erramus, & ipse traditus est pro peccatis nostris. Ecce lucerna vna. Alia proferatur, Psalms aperitur, etiam inde praedicta passio Christi recitetur; Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi vero considerauerunt, & conspexerunt me, diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestimentum meum miserunt sortem. Apud te laus mea, in Ecclesia magna confitebor tibi. Commemorabuntur, & conuertentur ad dominum vniuersi fines terrae. Adorabuntur in conspectu eius vniuersae patriae gentium: quia domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. Erubescat vnus inimicus, quia codicem mihi ministrat alius inimicus. Sed ecce de codicibus prolatis, ab vno inimico alterum vici, & ipse qui mihi codicem protulit, non relinquatur: ab illo proferatur, vnde & ipse vincatur. Lego alium Prophetam, & inuenio dominum loquentem ad Iudaeos; Non est mihi voluntas in vobis, dicit dominus, nec accipiam sacrificium de manibus vestris: quoniam ab ortu solis vsque ad occasum, sacrificium mundum offertur nomini meo. Non venis, Iudae, ad sacrificium mundum; conuisco te immundum. Ecce & lucerna perhibet testimonium diei propter infirmitatem nostram, quia diei claritatem, tolerare, & nos videre non possumus: & nos ipsi Christiani in comparatione quidem infidelium lux iam sumus: vnde dicit Apostolus; Fuisistis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino; sicut filij lucis ambulare. Et alibi dixit, Nox praecessit, dies autem appropinquit, abiciamus er-

Psalm. 137.

Psalm. 137.

Psalm. 137.

Malach. 1.

Psalm. 137.

go opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sic ut in die honeste ambulemus. Tamen quia in comparatione illius lucis, ad quam veteri sumus, adhuc nox est, etiam dies in quo sumus. Audi Petrum Apostolum, delatam dicit domino Christo vocem a magna potestate; Tu es filius meus dilectus, in quo bene complacui: hanc vocem, inquit, nos de celo audiuimus delatam, cum essemus cum illo in monte sancto. Sed quia nos non ibi fuimus, & istam vocem de celo tunc non audiuimus, ait ad nos ipse Petrus. Et habemus certiore prophetieum sermonem: prauidens enim dominus Iesus Christus impios quosdam futuros qui miraculis eius calumniarentur, magicis artibus ea tribuendo, Prophetas ante praemisit: nunquid enim si magus erat, & magicis artibus fecit, ut coleretur & mortuus, magus erat, antequam natus? Prophetas audi; o homo mortuus: & vermescendo calumniose: Prophetas audi, lege; audi quia ante dominum venerunt. Habemus, inquit, a postolo Petro, certiore prophetieum sermonem, cui beneficiis attendentes, sicut lucernae in obscuro loco, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Quando ergo dominus Iesus Christus venerit, & sicut dicit etiam Apostolus Paulus, Illuminauerit occulta tenebrarum, & manifestauerit cogitationes cordis, ut laus sit vniuersae a Deo, tunc praesenti tali die lucerna non erunt necessariae. Non legetur nobis Propheta, non aperietur codex Apostoli, non requiretur testimonium Ioannis, non ipso indigebimus Euangelio: ergo omnes scripturae tollentur de medio, quae nobis in huius saeculi nocte tanquam lucerna accendebantur, ne in tenebris remaneremus. Istis omnibus sublati, ne quasi nobis luceant indigentibus, & ipsis hominibus Dei, per quos haec ministrata sunt, nobiscum lumen illud verum, clarumque videntibus, remotis ergo his adiumentis quid videbimus? Vnde pascetur mens nostra? Vnde obtutus ille letabitur? Vnde erit illud gaudium, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit? Quid videbimus? Obsecro vos, amate mecum, currite credendo mecum, patriam supernam desideremus, supernae patriae suspiremus, peregrinos nos esse hic sentiamus. Quid tunc videbimus? dicat nunc Euangelium; In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Vnde tibi ros in persus est, ad fontem venies, vnde radius per obliqua, & per anfractuosa tibi ad cor tenebrosum missus est, nudus ipsam lucem videbis, cui videntem ferenda que mundaris. Dilectissimi, quod & hesterno die commemoravi, Ioannes ipse dicit; Filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quantum videbimus eum, sicuti est, sentio vestros affectus attolli mecum in superna, sed corpus, quod corrumptur, aggrauat animam, & depprimit terrona in habitatio sensum multa cogitantem. Depositarus sum & ego codicem istum, discessuri estis & vos quique ad sua. Bene nobis fuit in luce communi, bene gaudij sumus, bene exultauimus: sed cum ab inuicem recedimus, ab illo non recedamus.

Rom. 3.

1. Petri. 1. Math. 17.

1. Cor. 4.

Psalm. 64. 1. Cor. 2.

Ioan. 1.

1. Ioan. 1.

Sapient. 9.

E.I.V.S.

EIVSDEM IN IDEM

Homilia 3.

Fract. 16. in Joan.

IN quatuor Evangelis, vel potius quatuor libris vniuersi Evangelij sanctus Ioannes Apostolus, non immerito secundum intelligentiam spiritalem aequilę comparatus, alius, multoq; sublimius aliis tribus erexit prædicationem suam, & in eius erectione etiam corda nostra erigi voluit nam ceteri tres Evangelistę tanquam cum homine domino in terra ambulant, de diuinitate eius pauca dixerunt: istum autem quasi piguerit in terra ambulare, sicut ipso exordio sui sermonis intonuit, erexit se, non solum super terram, & super omnem ambitum aeris, & cęli, sed super omnem etiam exercitum angelorum, omnemq; constitutionem inuisibilem potestatum, & peruenit ad eum, per quem facta sunt omnia: dicendo: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Huic tantę sublimitati principij etiam cętera congrua prædicauit, & de domini diuinitate quomodo nullus alius est locutus, hoc ructabat quod biberat. Non enim sine causa de illo in isto ipso Euangelio narratur: quia & in conuiuio super pectus domini discumbebat. De illo ergo pectore in secreto biberat: sed quod in secreto bibit, in manifesto eructauit, vt perueniat ad omnes gentes, non solum incarnatione filij Dei, passio, & resurrectio, sed etiã quod erat ante incarnationem, vnicus patri, verbum patris, coæternus generati, æqualis ei a quo missus est, sed in ipsa missione minor factus, quo maior esset pater. Quicquid ergo humiliter posuit auditis de domino Iesu Christo, susceptę carnis dispensationem cogitate, qualis factus est propter nos, non qualis erat, vt faceret nos: quicquid autem sublime, & supra omnes creaturas excelsum atque diuinum, & patri æquale, atque coæternum de illo audieritis in Euangelio poni, vel legeritis, scitote vos hoc legere quod ad formam Dei pertinet: non quod ad formam serui: quia si istam regulam teneritis, qui capere potestis: non autem omnes capere potestis, sed omnes credere debetis: si ergo hanc regulam teneritis, aduersus calumnias tenebrarum hæreticarum, tanquam in lumine ambulantes securi pugnabit. Non enim desuerunt qui sola Evangelica testimonia legendo starentur, quæ de humilitate Christi posita sunt, qui aduersus ea testimonia, quæ de diuinitate eius locuta sunt, surdi fuerunt: ideo surdi vt male verbosi. Item quidam illa sola attendentes, quæ de domini sublimitate dicta sunt, etiam ipsi misericordiam eius, qua homo factus est propter nos, & si legerunt, non crediderunt, & ab hominibus inducta, atque falsa esse putauerunt, contententes Deum tantummodo fuisse dominum nostrum Iesum Christum, non etiam hominem: alij sic, alij sic, vtrique in erroris, Catholica autem fides ex vtroq; verum tenens quod tenet, & prædicans quod credit, & Deum Christum intellexit, & hominem credidit: vtrunq; enim scriptum est, & vtrunq; verum est. Si Deum tantum dixeris Christum, medicinam negas, qua sanatus es: si hominem tantum dixeris Christum, potentiam negas qua creatus

es. Vtrunq; igitur tene, anima fides, & cor catholicum: vtrunq; tene, vtrunq; crede, vtrunq; fideliter confitere: & Deus Christus est, & homo Christus. Qualis Deus Christus? æqualis patri, vnum cum patre. Qualis homo Christus? De virgine natus, trahens de homine moralitatem, non trahens iniquitatem. Isti ergo Iudaei videbant hominem, nec intelligebant, nec credebant Deum, atq; inter cętera audistis iam quem admodum ei dixerunt: Tu de teipso testimonium dicis, testimonium tuum non est verum: audistis etiam quid ille responderit, cum hesternio die lectum esset, & pro nostris viribus disputatum. Hodie verba eius hæc lecta sunt: Vos secundum carnem iudicatis. Ideo, inquit, mihi dicitis: Tu de te testimonium dicis, testimonium tuum non est verum, quia secundum carnem iudicatis, quia Deum nõ intelligitis, & hominem videtis, & hominem persequendo Deum latenter offenditis, ergo secundum carnem iudicatis. Ideo vobis arrogans videtur, quia ego de me testimonium perhibeo: omnis enim homo quando de se vult perhibere testimonium laudabile, arrogans & superbus videtur: ideo scriptum est, Non te laudet os tuum, sed laudet te os proximi tui: sed hoc domini dictum est: infirmi enim sumus, & apud infirmos loquimur, verum dicite, & mentiri possumus, & si verũ dicere debemus, & mentiri tamen possumus cum volumus. Lux mentiri non potest, absit vt in lucis diuinę splendore tenebrę mendacię reperiantur. Loquebatur ille tanquam lux, loquebatur tanquam veritas, sed lux in tenebris lucebat, & tenebrę eam non comprehendunt: ideo secundũ carnem iudicabant. Vos, inquit, secundum carnem iudicatis. Ego non iudico quemquam. Non ergo iudicat quemquam dominus Iesus Christus? Nonne ipse est quem confitemur resurrexisse tertia die, ascendisse in cęlum, ibi sedere ad dexteram patris, inde esse venturum ad iudicandos viuos, & mortuos? Nonne ipsa est fides nostra, de qua dicit Apostolus: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem? Ergo quando ista confitemur, contra dominum loquimur? Nos dicimus venturum iudicem viuorum, & mortuorum: ipse autem dicit, Ego non iudico quemquam. Quæstio ista duobus modis solui potest, vt aut hoc intelligamus, non iudico quemquam: id est modo, sicut dicit alio loco; Ego non veni vt iudicem mundum, sed vt saluum faciam mundum: non iudicium suum negando, sed differendo. Aut certe quia dixerat, Vos secundum carnem iudicatis, ita subiunxit, Ego non iudico quemquam: vt subaudiatur, secundum carnem. Nullus ergo nobis contra fidem quam tenemus & annunciamus de iudice Christo, scrupulus dubitationis in corde remaneat. Venit Christus, sed primo sanare, postea iudicare, eos iudicando in penam qui saluari noluerunt, eos perdendo ad vitam, qui credendo salutem non respuerunt. Prima ergo dispensatio domini nostri Iesu Christi medicinalis est, non iudicialis: nam si primo venisset iudicaturus, neminem inuenisset, cui præmia iustitię redderet. Quia ergo vidit omnes peccatores, & omnino neminẽ esse immanem a morte peccati: prius erat eis misericordia præroganda, & post exerendum iudicium, quia de illo cętauerat Psalmus: Misericordiam, & iudicium cantabo tibi, domine. Non enim iudicium ait, & misericordiam, nam si primo esset iudicium, nulla esset misericordia:

Præm. 27.

Rom. 10.

Joan. 3.

Phil. 100.

al. quod.

Phil.

Gravissima animi mors crucis.

Galat.

Signo Crucis & alim fidelium fons signabatur. Crucis suppletur Deus honorari volumus. Nota hæc cetera hæreticos, qui crucem Patrum excorantur.

Lucæ 23.

Exech. 1.

Apoc. 4. Exponitur locus de quatuor animalibus.

fericordia: sed primò misericordia, postea iudiciũ. Quæ est primò misericordia: Creator hominis, homo esse dignatus est, factus est, quod fecerat, ne periret, quæ fecerat. Quid huic misericordię addi potest? Et tamẽ addidit, Parũ fuit ei hominẽ fieri, sed voluit etiã ab hominibus reprobari: parũ fuit reprobari, & ex honorari: parum erat ex honorari, & occidi: sed & hoc parum est, morte crucis. Nam & cum eius obedientiam vsque ad mortem factam commẽdaret Apostolus, parum illi fuit dicere, factus obediens vsque ad mortẽ: non enim qualemcunq; mortem, sed addidit, mortẽ autem crucis. Illa morte peius nihil fuit inter omnia genera mortuum. Denique vbi dolores acerrimi exagitãt, cruciatus vocatur, a cruce nominatus: pendentes enim in ligno crucifixi, clausi ad lignum pedibus manibúque confixi, producta morte necabatur: nõ enim crucifigi, hoc erat occidi, sed diu vivebatur in cruce, non quia longior vita eligebatur, sed quia mors ipsa protidebatur, ne dolor citius finiretur. Mori voluit pro nobis, parũ dicimus, crucifigi dignatus est, vsque ad mortem crucis obediens factus. Elegit extremum & pessimum genus mortis, qui omnẽ fuerat ablaturus mortem. De morte pessima occidit omnem mortẽ: pessima enim erat, non intelligentibus Iudæis, nam a domino electa erat: ipsam enim crucem suam signum habiturus erat, ipsam crucem de diabolo superato, tanquam trophæum in frontibus fidelium positurus, vt diceret Apostolus: Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mũdo. Nihil erat tũ in carne intolerabilius, nihil est nunc in sorte gloriosius. Quid seruat fideli suo, qui talem honorem dedit supplicio suo? Denique modo in penis reorũ non est apud Romanos, vbi enim domini crux honorata est, putatum est quod & reus honoraretur, si crucifigeretur. Qui ergo ideo venit, neminẽ iudicauit, & mala passus est, per totum iniustitiam, vt ageret iustitiam: sed in eo quod pertulit iniustitiam, misericordię fuit. Denique ita humilis factus est, vt perueniret ad crucẽ: distulit quidem potentiam, sed publicauit misericordiam. Vnde distulit potentiam: Quia de cruce noluit descendere, qui potuit de sepulchro resurgere. Vnde publicauit misericordiam: quia pendens in cruce dixit, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Siue ergo propter hoc, quia non venerat iudicare mundum, sed saluare mũdum, dixit, Ego non iudico quemquam: siue quemadmodum comemorari, quoniã dixerat, Vos secundum carnem iudicatis addidit: Ego non iudico quemquam: vt intelligamus Christũ non secundum carnẽ iudicare, sicut ab hominibus iudicatus est: nam vt agnoscatissimũ & iudicem Christũ, audite quod sequitur, Et si iudico ego, iudiciũ meum verum est. Ecce habes & iudicẽ, sed agnosce saluatorem, ne sentias iudicem. Quare autem dixit iudicium suum verũ esse? Quia solus, inquit, non sum, sed ego, & qui misit me pater. Dixi vobis, fratres, quia Ioannes iste Euangelista sanctus multum altẽ volat: vix est enim mento cõprehendere. Mysteriũ autem altius volantis opus est, vt commemorẽ charitati vestrę: Et apud Ezechielẽ Prophetam, & in Apocalypsi: spũs Ioãnis, cuius est hoc Euangelium, comemoratur animal quadrupes, habes quatuor personas, hominis, vituli, leonis, aquilę. Qui ante nos scripturatur sanctũ mytheria tractauerũt, plerique in hoc animali, vel potius in his animalibus

quatuor Evangelistas intellexerunt. Leonem pro rege positum, quoniã videtur leo rex esse quodammodo bestiarũ, propter potentia & terribilẽ fortitudinẽ. Hęc persona tributa est Marthę, quia in generationibus Domini regiã ferẽ persecutus est, quemadmodum esset Dominus per stirpẽ regiã de semine David regis. Lucas autem quoniã cepit a sacerdotio Zacharię sacerdotis, faciens mentionẽ patris Ioannis Baptistę, vitulo deputatus est, quia magna victima vitulus erat in sacrificiis sacerdotum. Marco homo Christus merito assignatus est, quia neque de regia potestate aliquid dixit, neque de sacerdotali cõcepto, sed tantũ ab homine Christo exorsus est. Hi omnes propẽ de terrenis, id est de iis, quę in terra gessit dominus noster Iesus Christus, nõ recefferunt: de diuinitate eius per pauca locuti sunt, tanquã in terrarum illo ambulãtes. Restat aquila, ipse est Ioannes, sublimiũ prædicator, & lucis inuẽtę atque æternę fixis oculis cõtemplator: dicitur enim & pulli aquilãrũ a parentibus sic probari, patris sollicit vngue suspẽdi, & radiis solis opponi, qui firmẽ cõtempertus fuerit, filius agnoscat: si acie palpatuerit, tanquã adolterinus ab vngue dimittitur. Iã ergo videte, quãtũ sublimia loqui debuit, qui est aequilę comparatus, & tamen etiam nos humi repẽtes, infirmi & vix vilius momenti inter homines, audemus tractare ista, & ista exponere, & putamus nos aut capere posse, cum cogitamus, aut capi, dũ dicimus. Quare ista dixi: forte enim post hæc verba quisquam mihi instet dicat, Pone ergo codicem: Quod excidit mĩstram tuam, quid mĩmis in manum tuã quod ei committis linguã tuã ad hoc respõdeo; Multi hæretici abundãt, & ad hoc eos Deus abundare permittit, ne semper lacte nutriamur, & in bruta infantia remaneamus. Quia enim nõ intellexerunt, quomodo cõmẽdaretur diuinitas Christi, sapienter sicut voluerunt. Non autẽ rectẽ sapienter de talibus catholicis quæstiones molestissimas intulerunt: occiperunt exagitare, & fluctuare corda fidelium. Iam tũ necessitas facta est spiritualibus viris, qui aliquid secundum diuinitatem domini nostri Iesu Christi, non solum legerant in Euangelio, sed etiam intellexerant, vt cõtra arma diaboli, Christi arma proferrent, & de Christi diuinitate aduersus falsos, fallacesque doctores, quantis possent viribus, aperitissima conflictatione pugnãret, ne cum ipsi tacerẽt, alij perirent. Quicumque enim senserunt dominum nostrum Iesum Christum, aut diuersę substantiã esse, quã patet est, aut tantum esse Christum solum, vt ipse sit pater, ipse sit filius, ipse sit spiritus sanctus: quicquẽ etiã sentire voluerũt hominẽ fuisse solum, non Deũ factum hominem, aut ita Deũ, vt in sua diuinitate mutabilem, aut ita Deũ vt non & hominẽ, à fide naufragauerunt, & de portu Ecclesię proiecti sunt, ne inquietudine sua naues secũ positas frangerẽt. Quæ res coegit, vt etiam nos minimi, & quãtũ ad nos pertinet protus indigni, quãtum autem ad Illius misericordiam, in aliquo dispensatorum eius numero cõstituti, non vobis recamus, quod aut intelligatis, mecũque gaudeatis, aut si intelligere non dũ valetis, credẽdo secuti in portu maneat. Dicam ergo, capiat qui potest, credat qui non potest. Tamẽ dicam quod ait dominus: Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quemquam: aut modo, aut secundum carnem: sed & si ego iudico, iudicium meum verum est. Quare iudiciũ meum verum est? Quia

Cõseruũt rãne passio nemis per hominem, Mattheũ designãt, sicut etiã d. Hieron. in prefatio in Mattheũ scribit. Luca 1. Marco nõ homo minũ sed locũ d. Hieron. in sua adaptare silens. * al. fauiffic. * al. sacerdotio. D. Ioannis Evangelisti prædicatio.

* al. hunc.

Hæreticos cur Deus esse permittit.

Parti de Christi erroris, quos non autem, & vtrunq; remanent.

Augustini hunc mĩstras in sua cęntis scripũt arguit hæreticorum demeritũ, qui sibi ea pro libidine tractãt vt licere exãsumant.

* altum.

Quia solus non sum, inquit, sed ego, & qui misit me pater. Quid ergo, Domine Iesu: Si solus es, saluum es...

Videi mysteria prius credi debent, quod capi possunt.

Misio Christi est incarnatio.

Sabelliani haereticus dicitur qui Patrem suum dicit.

Pater non est incarnatus, sed filius.

Alqua dicitur ab Ioh. I. 13.

Deus 23. Deus est ubique.

Contra Sabellianum perfonam dicitur, quod non est personam.

lius, modo didicisti, solus non sum, sed ego, & qui misit me pater. Agnoscis quia pater, pater est, & filius, filius est. Bene agnoscis, sed noli dicere, pater maior est, filius minor est: noli dicere, pater aurum est, filius argentum est. Vna substantia est, vna diuinitas, vna coeternitas, perfecta aequalitas, dissimilitudo nulla. Na si tantummodo alteru credideris esse Christum, non eu qui pater est, & in alquo tamen distantem secundum naturam esse putaueris, & Charvdi quide euasisti, sed in Scyllaeis scopulis naufragasti. In medio nauiga, vtrunq; petenolosum laeas euita. Pater, pater est: filius, filius est. Ia dicitis pater, pater est, filius, filius est: bene periculum abforbens gurgitis euasisti, quid vis ire in altera parte, vt dicas, Aliud est pater, filius aliud? Alius est recte dicitis, aliud no recte: alius enim est filius, quia non est ipse, qui pater, & alius pater, quia non est ipse, qui filius: no tamen aliud, sed hoc ipsum est & pater, & filius. Quid est, hoc ipsum est? Vnus Deus est. Audisti quia no sum solus, sed ego & qui misit me pater: audi quomodo credas patrem & filium, audi ipsum filium. Ego & pater vnum sumus: no dixi, pater ego sum, aut ego & pater vni est: sed cu dicit, Ego & pater vnum sumus, vruque audi, & vnu & sumus, & Charvdi, & Scyllia liberaberis.

Contra Auid filii Patris non sunt blasphemantem.

Veritas Catholica in media est.

Agnoscenda est distinctio personarum, & vnitas essentiae.

Ioh. 20.

* al vnu

†

† Haec contra Sabellianum & Erisianus non tam adiecta sunt, qui hoc verbo de unitate voluntatis falso interpretantur, quibus Aug. ipse eas satis reuerat, qui esse hinc esse essentiae vnitatem, & personarum distinctioem reuera colligit.

Locum hunc de unitate essentiae intelligendum esse colligunt D. Basilius lib. 1. in Eumonianum & Chrysost. in hunc locum ex praecedentibus. Christus enim vt probet, non periturus suas oues fuit hoc argumentum. Ne mo potest rapere oues de manibus Patris mei, quia ipse maior omnibus est. Ergo nec de manibus meis potest eas rapere. Ego enim & pater vnum sumus. Quod argumentum nihil concludit, nisi illud vnum sumus signum fieri vnum & eandem esse manum, id est, potentiam Patris & filii. Quod si eadem est potentia, certe eandem etiam essentia. Nam in Deo non distinguuntur potentia & essentia.

In duobus istis verbis, quod dixit, vnum, liberat te ab Ario, quod dixit, sumus, liberat te a Sabellio. Si vnu, no ergo dixeris: si sumus, ergo & pater & filius: si sumus enim non diceret de vno, sed vnu no diceret de 2 dixeris: ergo ideo veru est, inquit, iudicium meum, breuiter vt audias, quia filius Dei sum: sed sic tibi persuadeo, inquit, quia filius Dei sum, vt intelligas quia meci est pater, non sic sum filius, vt ipsum deseruerim, no ita hic sum, vt eu ipso non sim, no ita tibi ille est, vt mecu non sit. Formam serui accepit, sed formam Dei no amisit. Solus ergo, inquit, no sum, sed ego, & qui misit me pater. Dixerat de iudicio, de testimonio vult dicere. In lege, inquit, vestra scriptum est, quia duoru hominu testimoniu veru est. Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimoniu perhibet de me, qui misit me pater. Expouit illis & legem, si ingrati no essent. Magna enim mysterio est, fratres mei, & valde mihi videtur in mysterio res esse constituta: vbi Deus dixit: In ore duoru, vel triu testiu stabit omne verbu. Veritas requiritur per duos testes: ita plane, sic se habet humani generis consensus: sed tamen fieri potest, vt & duo metiatu, Susana casta a duobus falsis testibus vgebatur: nuquid quia duo erant, ideo falsi testes no erant? De duobus dicitur, aut de tribus vniuertus populus metuus est contra Christu. Si ergo populus constans ex magna hominu multitudine, falsus testis inuertus est, quomodo accipiendu est; in ore duorum vel triu testimoniu stabit omne verbum, nisi quia hoc modo per mysteriu Trinitas commendata est; in qua est perpetua stabilitas veritatis.

Deut. 19.

Dan. 13.

Matth. 26.

Tract. 13. Ioh. 1.

Vis habete bonam causam? habeto duos, vel tres testes, patrem, & filium, & spiritum sanctum. Denique quando Susanna casta foemina, fidelisque coniu, duobus falsis testibus vrgebatur, trinitas illi in conscientia, atque in occulto suffragabatur, illa trinitas de occulto vnum testem Danielem excitauit, & duos conuincit. Ergo quia in lege vestra scriptum est, duorum hominum testimonium verum esse, accipite nostrum testimonium, ne sentiatu iudicium. Ego enim inquit, non iudico quenquam, sed testimonium perhibeo de me: differo iudicium, non differo testimonium. Eligamus nobis, fratres, contra linguas hominum, contra infirmas suspensiones generis humani Deum iudicem, Deum testem: non enim indignatur testis esse, qui iudex est, aut promouetur cum sit iudex, quoniam qui testis est, ipse iudex erit. Quare ipse testis quia non querit alium, vnde cognoscat qui sit. Quare ipse iudex quia ipse habet potestatem mortificandi, & viuificandi, damnandi, & absoluedi, in gehennam praecipitandi, & in caelos leuandi, diabolo coniungendi, & cum angelis coronandi. Cum ergo ipse habeat hanc potestatem, iudex est: quia veru vt te cognoscat, non querit alium testem, qui tunc iudicabit te, modo vider te. Non est vnde illum fallas, cu ceperit iudicare: non enim adhibes tibi aliquos falsos testes, qui iudicem illi possent circumuenire. Quando ceperit te iudicare Deus, hoc tibi dicit. Quando contemnebas, ego videbam: & quando non credebam, sententiam meam non frustrabam: differabam, non auferabam: nolui tibi audire quod precepi, senties quod praedixi: si autem audias, quae praecipio, non inala senties, quae praedixi, sed bona percipies, quae promisi: ne aliquem sane moueat quod ait, Verum est iudicium meum, quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater: cum alibi dixerit, Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Iam in eisdem verbis Euangelij disputauimus, & nunc admonemus no hoc ideo dictum, quia pater non erit cum filio iudicante, sed quoniam bonis, & malis in iudicio solus filius apparebit in ea forma, in qua passus est, & resurrexit, & ascendit in celum: discipulis quippe tunc aspicientibus ascendentem, vox angelica sonuit. Sic veniet quemadmodum vidistis cum euntem in caelum, id est in forma hominis: in qua iudicatus est, iudicabit, vt etia illud propheticum impleatur, Viderunt in quem pupugerunt. Cum vero euntibus iustus in vitam aeternam, videbimus eum sicuti est, non erit illud iudicium viuorum, & mortuorum, sed primum tantummodo viuorum. Item ne moueat quod ait, In lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est, & ideo quispiam existimet no fuisse illam legem Dei, quia non dictum est in lege Dei: sciat ita dictum esse, in lege vestra, tanquam diceret, in lege quae vobis est data a quo nisi a Deo? Sicut dicitur, Panem nostrum quotidianum, & tamen dicimus, Da nobis hodie.

EIVSDEM IN IDEM Homilia 4.

Quod in sancto Euangelio breuiter dicitur, non breuiter oportet exponi, vt quod auditur, intelligatur. Verba enim pauca domini, sed magna sunt: non numero aestimanda, sed pondere: nec ideo contemnenda, quia pauca, sed ideo quaerenda quia magna. Qui affuitis hesterno die audistis: vt potuimus disputauius ex eo quod ait dominus; Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quenquam. Sed & si iudico ego, iudicium meum verum est, quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater. In lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de me, & testimonium perhibet de me qui misit me pater. Ex his verbis hesterno, vt dixi, die redditus est sermo auribus, & mentibus vestris. Hac cum dominus dixisset, illi, qui audierant, vos secundum carnem iudicatis, manifestauerunt quod audierunt. Responderunt enim domino loquuti de Deo patre suo, & dixerunt; Vbi est pater tuus? Patrem Christi carnaliter acceperunt, quia verba Christi secundum carnem iudicauerunt. Erat autem qui loquebatur in aperto caro, in occulto verbum: homo manifestus, Deus occultus. Videbant indumentum: & contemnebant indutum: contemnebant, quia nesciebant: nesciebant, quia non videbant: non videbant, quia caeci erant: caeci erant, quia non credebant. Videamus ergo, & ad haec dominus quid responderit, Vbi est, inquit, pater tuus? audiuimus te dicere, Solus non sum, sed ego & qui me misit pater. Nos solum te videmus, patrem tuum nescimus non videmus: quomodo te dicis solum non esse, sed cum patre tuo esse? Aut ostende nobis tecum esse patrem tuum. Et dominus: Nunquid me videtis, vt patrem ostendam vobis? Hoc enim sequitur, hoc suis verbis ipse respondit, quorum verborum expositionem nos ante praemisimus. Videte enim quid dixerit, Neque me scitis, neque patrem meum: si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis. Dicitis ergo, vbi est pater tuus, quasi iam me sciatu, quasi totum hoc sim quod videtis. Ergo quia me no nostis, ideo vobis patrem meum non ostendo. Me quippe hominem videtis, ideo patrem meum hominem quaeritis, quia secundum carnem iudicatis. Quia ergo secundum quod videris, aliud sum, & aliud secundum quod non videtis: patrem autem meum loquor occultum occultum, prius est vt me noueritis, tunc & patrem meum sciretis: si enim me sciretis, & patrem meum forsitan sciretis. Ille, qui omnia scit, quando dicit, forsitan, no dubitat, sed increpat: attende enim quomodo increpatu dicatur ipsum, forsitan, quod videtur esse verbum dubitationis. Sed dubitationis verbum est quando dicitur ab homine, ideo dubitante, quia nesciente: cum vero dicitur a Deo verbum dubitationis, cum Deum nihil vti que lateat, illa dubitatione arguitur infidelitas, no opinatur diuinitas. Homines enim de his rebus, quas certas habent aliquando increpatu dubitant, id est, verbum dubitationis ponunt, cum corde non dubitent: velut si indignis seruo tuo & dicas, Contemnis me, coesidera, forsitan dominus tuus. I. Cor. 7. sum: hinc & Apostolus ad quosdam contemptores suos loquens ait; Puto autem, quod & ego spiritum Dei habeo. Qui dicit puto, dubitare videtur: sed ille increpabat, non dubitabat. Et ipse dominus Christus alio loco increpans infidelitatem futuram generis humani: Cum venerit, inquit, filius hominis, putas inueniet idem in terra. Iam quantum existimo, intellexistis quomodo sit passum, forsitan, ne quis verborum appensor, & syllabarum examinador veluti Latine loqui scies, Bibl. Hom. tom. 2. V v 2 repr.

I. Cor. 7.

Luce 18.

prehendat verbum, quod dixit Dei verbum, & reprehendens Dei verbum, non eloquens, sed mutus remaneat. Quis enim loquitur sic quomodo loquitur verbum, quod erat in principio apud Deum? Noli verba ista considerare, & ex his verbis affueris illud verbum metiri velle, quod Deus est; audis enim verbum & contempnis audi Deum, & time: In principio erat verbum. Tu reuocas ad vsum sermoneationis tuæ, & dicis apud te, Quid est verbum? Quid magnum est verbum; Sonat, & transit: verberato aëre, aurem percutit, postea non erit. Audi adhuc, verbum erat apud Deum; manebat, non sonando transibat. Adhuc forte contēnis: Deus erat verbum. Apud reipsum, ô homo, cum est in corde tuo verbum, aliud est quam sonus: sed verbum, quod est apud te vt transeat ad me, sonum quasi vehiculum quærit, assumit enim sonum, imponit se quodammodo in vehiculum, transtulit aërem, venit ad me, non recedit à te: sonus autem vt veniret ad me, recessit à te, nec perstitit apud me, verbum enim quod erat in corde tuo, nūquid sono prætereunte præterit? Quod cogitabas dixisti; sed vt ad me perueniret quod apud te latebat, syllabas sonuisti, sonus syllabarum perduxit ad aurem meam cogitationem tuā, per aurem meam descendit in cor meum cogitatio tua, sonus medius trāsuolauit: verbum vero illud quod assumpsit sonū, antequā sonares, erat apud te quasi sonuisti, est apud me, & non recessit à te. Hoc attende, quisquis es examinatore sonorum: verbum Dei contempnis, quia verbum hominis non comprehendis. Scit ergo omnia, per quæ facta sunt omnia, & tamen dubitando inceperat: Si me sciretis forsitan & patrem meum sciretis. Increpat infideles, nam talem sententiam dixit discipulis suis: sed ibi non est verbum dubitationis, quia non fuit causa increpandæ infidelitatis: nam quomodo dixit Iudæis: si me sciretis forsitan & patrem meum sciretis: dixit & discipulis suis, quando eum Philippus interrogauit immo postulauit & ait; domine, ostēde nobis patrem, & sufficit nobis: quasi diceret & ipse, te iam nouimus, apparuisti nobis, vidimus te, dignatus es eligere nos, secuti sumus: temerabilia tua vidimus, verba salutis audiuius, præcepta suscepius, promissa speramus, multum nobis conferte præsentia tua ipse dignatus es: sed tamen cum te nouerimus, quia patrem nondum nouimus, inflamamur desiderio illius videndi, quem nondum nouimus: ac per hoc quia te nouimus, sed non nobis sufficit, donec & patrem nouerimus, ostēde nobis patrem & sufficit nobis. Et dominus vt scirent non se nosse quod se putabant se nosse, tãto tempore vobiscum sum, & me nescitis? Philippe, qui me videt, videt & patrem meum. Nunquid habet ista sententia verbum dubitationis? Nunquid dixit, qui me videt, forsitan videt & patrem. Quare? Quia fidelis audiebat, non fidei persecutor, ideo non erat dominus increpator, sed doctor, Qui me videt, videt & patrem meum: & hic, si me sciretis, & patrem meum sciretis. Tollamus verbum, quo notata est infidelitas audientium, & ipsa sententia est. Iam hesterno die commendauimus charitati vestræ, & diximus sententias Ioannis Euangelistæ, quibus nobis narrat, quod à domino didicisti, nec discutiendas fuisse si fieri posset, nisi hæreticorum comenta compellerent. Breuiter ergo hesterno die insinuauimus

charitati vestræ esse hæreticos, qui vocantur Patripassiani, vel à suo auctore Sabelliani, hi dicunt ipsum esse patrem qui est filius, nomina diuersa, vnam verò esse personam: cum vult pater est, inquit, cum vult filius, tamen vnus est. Iterum sunt alij hæretici, qui vocantur Ariani: constituntur quidem vnicum patris filium dominum nostrum Iesum Christum, illum patrem filij, istum filium patris: eum qui pater est non esse filium: eum qui filius est, non esse patrem: constituntur generationem, sed negant æqualitatem. Nos, id est, catholica fides, veniens de doctrina Apostolorum, plantata in nobis, per seriem successione accepta sana ad posterorū transmittenda, inter vtroque, id est, inter vtunque errorem tenuit veritatem. In errore Sabellianorum vnus est solus, ipse pater qui filius: in errore Ariatorum, alius est quidem pater, alius filius, sed ipse filius non solum alius, sed etiam aliud est: tu in medio quid? Exclusisti Sabellianum, exclude & Ariatum: Pater, pater est: filius, filius est, alius, non aliud: Quia ego & pater, inquit, vnus sumus, sicut etiam hesterno die quantum potui commendauimus. Cum audit, sumus, abscedat confusus Sabellianus: eum audit, vnus, abscedat confusus Arianus. Gubernet catholicus inter vtroque fidei suæ nauigium, quoniam iam cauendum est in vtroque naufragium. Dic ergo tu quod dicit Euangelium, Ego & pater vnus sumus: non ergo diuersum, quia vnus: non vnus, quia sumus. Paulò ante dixit, Iudicium meum verum est, quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater: itaquam diceret, ideo iudicium meum est verum, quia filius Dei sum, quia verum loquor, quia ipsa veritas ego sum. Isti carnaliter intelligentes dixerunt: Vbi est pater tuus? Mòdo audi, Ariane, neque me scitis, neque patrem meum: quia si me sciretis, forsità & patrem meum sciretis. Quid est, si me sciretis, & patrem meum sciretis: nisi, ego & pater vnus sumus? Quando vides aliquid alicui similem, intendat charitas vestra, quotidiana locutio est, non sit vobis arduū, quod esse aduertitis vsitatum: quando ergo vides aliquid alicui similem, & nosti tu cui similis sit, admittans dicit: quomodo iste homo similis est illi homini? Hoc non diceret, nisi duo essent. Hic ille qui eum ignorat, cui tu istum similem dicit, Itane, inquit, similis est? Et tu ad eū, Quid enim? Tu illum non nosti? At ille; Non noui, inquit. Jam tu vt illum quem nescis, ei notum facias, ex presentē quem cernis, respondes & dicit, Hunc vidisti, illum vidisti: nō vtique quia hoc dixisti, vnus esse asseuerasti, & duos negasti, sed propter similitudinem tale dediti responsum: istum nosti & illum nosti, valde enim similis est, & nihil distat omnino. Hinc & dominus: Si me, inquit, sciretis, & patrem meum sciretis, non quia pater est filius, sed quia patri similis est filius. Erubescat Arianus. Gratias domino, quia & ipse Arianus recessit ab errore Sabelliano, & non est Patripassianus, non dicit ipsum patrem indutum carne venisse ad homines, ipsum esse passum, ipsum resurrexisse, & quodammodo ad se ascendisse, hoc nō dicit: agnoscit mecum patrem, patrem esse, & filium, filium esse: sed, ô frater, euasisti illud naufragium, quare tēdis in alterum? Si pater pater est, filius filius est, quare dicit dissimilem? quare dicitur sum? quare aliam substantiam? Si dissimilis esset, nunquid diceret disci pulis

discipulis suis; Qui me videt, videt & patrem: Nunquid diceret Iudæis: si me sciretis, & patrem meum sciretis? Vnde hoc verū esset, nisi illud verū: Ego & pater vnus sumus. Hæc verba locutus est in Gæzophylacio, docens in templo. Magna fiducia sine timore: nō enim patretur quod nollet, qui nec nasceretur si nollet: denique quod sequitur: Et nemo apprehendit eum, quia nōdum venerat hora eius. Hoc item nonnulli cum audiuimus, sub sacro fuisse dominum Christum & credunt, & dicunt: Ecce Christus habebat fatum. O si cor tuum non esset fatuum, non crederes fatum: si fatum sicut nonnulli intellexerunt, à fando dictum est, id est, à loquēdo, verbum. De quomodo habet fatum, quando in ipso verbo omnia sunt quæ condita sunt? Non enim aliquid Deus constituit, quod ante nesciuit. In verbo ipseus erat quod factum est. Mundus factus est, & factus est, & ibi erat: quomodo & factus est, & ibi erat? Quia domus, quam edificat structor, prius in arte erat, & ibi melius erat sine vestustate, sine ruina: tamen vt ostendat artem, fabricat domum, & processit quodammodo domus ex domo, & si domus ruat, ars manet: ita apud Dei verbum erant omnia, quæ condita sunt, quia omnia in sapientia fecit Deus, & cuncta nota fecit: non enim quia fecit didicit, sed quia nouerat fecit. Nobis quia facta sunt, nota sunt: illi nisi nota essent, facta non essent. Præcessit ergo verbum, & quid ante verbum Dei? Nihil omnino, nam si esset aliquid ante, nō dictum esset. In principio erat verbum: sed, in principio factum est verbum. Denique de mundo quid ait Moyses in principio fecit Deus cælum & terram: fecit quod non erat: si ergo fecit quod non erat, ante quid erat? In principio erat verbum. Et vnde cælum & terra? Omnia per ipsum facta sunt: tu ergo ponis Christum sub sacro. Vbi sunt fata? In cælo, inquit, in ordine, & cōuersionibus syderum: quomodo ergo fatum habet, per quem factum est cælum, & sydera, cum tua voluntas, si recte sapias, transeat & sydera? An quia nosti Christi carnem fuisse sub cælo, ideo putas & potestare Christi subditæ cælo? Audi, Iulite, nondū venerat hora eius, non qua cogere mori, sed qua dignaretur occidi: nouerat enim ipse, quando deberet mori. Intendit omnia, quæ prædicta sunt de illo, & expectabat finiri omnia quæ prædicta sunt ante eius passionē futura, vt, cum impleta essent, tūc veniret passio dispositionis ordine, nō fatali necessitate. Deniq; audite vt probetis, inter cætera, quæ de illo prophetata sunt, scriptum est etiam hoc: Derunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Quomodo facta sint in Euangelio nouimus, prius deruntur fel, accepit, gustauit, & despit: postea in cruce pendens, vt omnia prædicta complerentur, ait, Sitio: accepertit spongiam aceto plenam, in arundine ligauerunt, & admoerunt pendenti, accepit ille, & ait, Perfectum est. Quid est, perfectum est? Impleta sunt omnia, quæ ante passionem meam fuerant prophetata: ergo adhuc quid hic facio? Denique posteaquam dixit, perfectum est, inclinato capite, tradidit spiritum. Nūquid illi latrones iuxta confixi, quando voluerunt, expirauerunt? Tenebatur vinculis carnis, quia non erant creatores carnis, clavis confixi diu cruciabantur, quia infirmitati non dominabantur. Dominus autem quando voluit, carnem in vtero virginali accepit, quando

voluit ad homines processit, quando voluit inter homines vixit, quando voluit à carne discessit, hoc est potestatis, non necessitatis. Hæc ergo horam ille expectabat, non fatalem, sed opportunitatē, & voluntariam, vt prius omnia complerentur, quæ ante passionem ipsius cōpleri oportebant: quomodo sub sacro necessitate positus erat, qui alio loco dixit; Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Nemo tollit eam à me, sed ego ipse pono eam à me, & iterum sumo eam: Ostendit hanc potestatem quando eum Iudæi quærebant: quem quæritis, inquit? Et illi, Iesum: & ille, Ego sum: qua voce audia, redierunt retro, & ceciderunt. Dicit aliquis: si hęc in illo potestas erat quare eum Iudæi insultarent pendenti, & dicerent, Si filius Dei est, descendat de cruce, non descendit, vt eis suam potestatem descendendo monstraret? Quia patientiam docebat, ideo potentiam differebat: si enim quasi commotus ad eorum verba descenderet, victus cōuictorum dolore putaretur. Prorsus non descendit, fixus permansit, quando voluit abscissurus: nam quid ei magnū fuit de cruce descendere, quā potuit de sepulchro resurgere? Intelligamus ergo nos quibus hoc ministratum est, potestatem domini nostri Iesu Christi occultam tūc, manifestam futuram in iudicio: de quo dictum est, Deus manifestus venit, Deus noster & non silebit. Quid est, manifestus venit? Quia venit oculus, venit manifestus Deus noster, hoc est Christus, & non silebit: quid est, non silebit? Quia vnus filius, vbi filius quando indicatus est, vt etiam hoc impleteretur quod & propheta prædixerat, Sicut ovis ad immolandum ductus est, & sicut agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum. Si ergo pati nollet, non pateret, si non pateret, sanguis ille non funderetur: si sanguis ille non funderetur, mūdus non redimeretur. Agamus itaque gratias & potestati diuinitatis, & miserationi infirmitatis eius, & de occulta potentia, quam Iudæi non nouerant, vnde illis modo dictum est, neque me nostis, neque patrem meum, & de carne suscepta quam Iudæi nouerant, & eius patriam sciebant. Vnde illis alio loco dixit, Et me scitis, & vnde sim scitis: vtunque nouerimus in Christo, & vnde æqualis est patri, & vnde illo maior est pater. Illud verbum est, illud caro, illud Deus est, illud homo: sed vnus est Christus Deus, & homo.

BEDAE VENERABILIS
presbyteri eiusdem Euang. expositio.

Verum, quia poterat dubitare aliqui, an posset Iesus, quem verum hominem nouerant, dimittere peccata, dignatur ipse aperitus quid diuinitas valeat ostendere. Post repulsum nanque tentatorum nequitiam, post solutam peccatricis culpam, iterum locutus est; Ego sum lux mundi &c. Vbi manifeste docet, non solum qua autoritate mulieri peccata dimiserit, sed etiam quod ipse sit vera lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Cuius perpetuum splendorem humana fragilitas videre non potuisset, nisi nube carnis tegetetur, per quam quasi per quoddam lucidissimum speculum, diuini luminis

Joan. 14.

Joan. 10.

Ibidem.

Joan. 14.

Genes.

Psal. 68.

Joan. 16.

Joan. 10.

Joan. 13.

Math. 27.

Psal. 49.

Psal. 53.

Joan. 7.

Ex comm. in Joan.

Junctate natus est, voluntate passus est. Si ergo pati nollet, non pateretur, sanguis ille non funderetur; mundus non redimeretur. Agamus itaque gratias & potestati diuinitatis, & miserationi infirmitatis eius, de occultis potentia, quam Iudaei non nouerant, unde illis modo dictum est; Neque me nostis, neque patrem meum, & de carne susceptus, quam Iudaei nouerant, & cuius patriam sciebant, unde illis alio loco dixit; Et me nostis, & unde sim, scitis. Vtrumque nouerimus in Christo, & unde æqualis est patri, & unde illo maior est pater. Illud uerbum est, illud caro illud Deus est, illud homo; sed unus Christus, Deus, & homo.

**THEOPHYLACTI EPI-
scopi Bulgar superioris Euang.
expositio.**

Iterum igitur eis loquens est Iesus dicens, Ego sum lux mundi. Et Christus, quia Iudaei tunc, & alii crebro Galilæam ei obiectabant, & quasi de vno propheta rari dubitabant, ostendens eis, quod non sit vnus ex illis prophetis, dicit; Ego sum lux mundi. proprie lux, non prophetica, que particularem, & paruum splendorem habet, sed vera lux, que non Galilææ, vel Palæstinae terminis circumscribitur, sed mundi lux sum, & omnium hominum dominus, & de me propheta dixit; Ecce posui te in lucem gentium. Vtrius autem, & contra Nestorium, etiam presentis dicto, non enim dixit; In me est lux mundi, sed, ego sum lux mundi. Ipse enim, qui appareret, homo erat, & filius Dei, ac lux mundi; non sicut Nestorius delirat, quod in puro homine habitet filius Dei, absit. Vnus enim (sicut dictum est) erat Mariae, & Dei filius. Qui autem sequitur, inquit, me, non ambulat in tenebris, hoc est, non manebit in errore, sed liberabitur ab errore, & tenebris. Interea & Nicodemum laudat, & ministros, quod tam libere dixissent, nempe quod in luce essent. Taxantur autem & pharisæi, quod in errore, & tenebris essent, & clam dolos struerent. **Dixerunt ergo ei pharisæi, Tu de teipso testaris, &c.** Quia dixerat; ego sum lux mundi, criminantur eum quasi de seipso testaretur. O insipientiam! Ipse sursum, deorsumque scripturas trahit, quæ testentur, & ipsi arguunt eum, quasi de se testaretur. ideo ad malignitatem ipsorum etiam respondet illis, Et tu ipse de me tester, quamuis hoc non faciam, sed vres habeant testes, patrem meum, & opera, ac scripturas, sicut & supra dictum est: atramen ponamus, quod ipse de me tester: igitur, licet etiam ego mihi ipsi testarer, testimonium meum esset verum, quia scio me esse filium Dei, & non hominem purum, sed superne venientem vt Deum. Quomodo igitur mendax erit testimonium meum, quam Deus sim, & propterea dignus, cui credatur? Nam omnino Deus sibi ipsi testis maxime idoneus est: sed & volens ire ad Deum verum, quomodo mentitur ad non mendacem abiturus? **Secundum carnem iudicatis, &c.** Ego quidem, inquit, equum Deum, & e supernis venerim: vos solum spectatis ad hoc, quod apparet: & quia in carne hunc carnem contempnam me esse suspicamini, & non Deum, ac à Deo venisse secundum carnem iudicatis, hoc est, periculose. Nam, sicut qui in carne viuunt, improbe viuere dicitur: ita & qui secundum carnem iudicant, iniuste iudicant

dictus est. Deinde quemadmodum dixisset quispian, si nos Iudaei iudicamus iniuste, quare non punis? quare non condemnas? dicit; Non ad hoc veni, vt iudicem: ego enim nullum nunc iudico. Et, si iudicem, iudicium meum verum est. Etenim condemnati essetis, si quidem voluisset iudicare: sed, quia nunc non est tempus, in aduentum secundum differam condemnationem vestram: quemadmodum & alio loco dicit; Quia non veni, vt iudicem mundum, sed saluum. Quod autem ipse sit omnium iudex, audi os quod mentiri nescit: Pater iudicium omne dedit filio. Atque ita, quando audis, quod ego nullum iudico: nō de futuro aduentu, sed de presenti dictum intellige. Dicendo autē: *Non sum solus, sed & pater meus mecum est*, ostendit quod non ego solus condemo no vos, sed & pater. Nō enim aliter quidem ego iudico, aliter vero pater: sed sicut ego, ita & ille: & sicut ille, ita & ego. *Quia & in lege scriptum est, &c.* Dicant hoc loco Ariani, & Eunomiani dicentes non esse consubstantialiam patri filium: nisi fuisset eiusdem substantiæ; quomodo ausus fuisset dicere, eiusdem authoritatis sum cum patre, & similiter dignus, cui fides habeatur? Nam, quemadmodum, quum duo homines de eadem re testantur, & verum est illorum testimonium, manifestum est, quod vtriusque eadem est idoneitas in testando: ita & hoc loco nihil minus habere declarat suum testimonium patris testimonio. Audi enim, quod consequenter magna authoritate dicitur; *Ego sum, qui testimonium fero de meipso, & testimonium fero de meo patre.* Vides æqualem authoritatem, & quomodo se æque ad testimonium facit idoneum, atque patrem? Id quod non ausus fuisset dicere, si quidem dignitate patre fuisset inferior, & nō æqualis illi, ac consubstantialis. Nam, si voluisset subiectionem, & imminutionem quandam ostendere, non sese patri connumerasset, nec suum cum patris testimonio locasset, sed, seruus quum esset (vt blasphemant hæretici) in vni confessorum respexisset, & illum contestari fecisset, vt Ioannem dico, vel prophetas: & in summa, si quidem tale voluisset testimonium, testimonium inuenisset: nunc autem volens se ostendere consubstantialiam patri, se patri connumerat. Ne mireris autem, si alio loco & Ioannem, & Moysen, & prophetas adducit de se testantes. Hoc enim facit ad auditorum sententiā. Et, quoniam illi Ioannem, & Moysen suum præponebant, eius gratia eos, qui apud illos magni, & nobiles existimabantur, in testimonium trahit: & ita quia de Deo, & patre magnam habebant opinionem (quid enim aliud glorificabāt vt Deum?) adducit nunc & illum ipsum in omnibus testē. Et quia se ipsum ad talem testem, qui nec falli, nec mentiri potest, ad ordinat, manifestissimum, quod authoritatem, & potestatem, eandem cum patre habeat. Confundantur, qui seruum illum, & per omnia minorem patre dicūt. *Dicitur ergo ei, Vbi est pater tuus, &c.* Quia, vt tentantes interrogabant eum de patre, & non discendi gratia, propterea neque responso dignatur illum, sed dicit; *Neque me nosti neque patrem meum*, hoc est, non potestis scire patrem absque me: atque ita, si putatis colere Deum, nō creditis autem ipsum patrem esse meum, qui verus sum filius: nihil proderit vobis: neque nouistis, vt oportet agnoscere: quia, si cognosceretis, & honoraretis, etiā me: nunc autem, quia me nescitis,

nec honoratis, illum quoque nescitis, nec honoratis, etiam si puteris. Quod autem me nescitis, non alia vobis causa est, sed vos vobis ipsis. Audis, qui filium impie patri subiciis? nisi consubstantialis esset patri, quomodo dixisset; *Si me sciretis, & patrem meum sciretis, utique?* Si enim (vt vos dicitis) creatura est filius, quomodo, qui nouit creaturam, nouit & Deum? Non enim, qui nouit substantiam angeli, nouit & substantiam Dei. Quia igitur, qui scit filium, & patrem scit: sequitur eiusdem substantiæ esse patrem cum filio. Etiam, inquit, & is, qui creaturam nouit, nouit Deum. Minime. Multi enim, immo omnes creaturam quidem & vident, & sciunt, Deum autem neque vidit quis, neque nouit. Hæc autem loquebatur Iesus in gazophylacio in medio templo, & ita libere loquebatur. Atramen, qui occidere illum quærebant, & in manibus illum habebant, non audebant apprehendere eum. Et neque sic intellexerunt, quod reuera diuinæ virtutis erat opus, si parum hostibus in medio illorum illatum manere ac intactum, maxime cum illi ante pascha eum quæserint, & insidiari ei fuerint. Quem igitur, cum non adesset, quærebant, contra quem ferociebant vel absentem, hunc in mediis rebus habentes habere nequeunt, & virtutem eius neque sic agnouerunt: quia nondum venerat hora eius: hoc est, idoneum tempus mortis, quo se traditurus erat, nondum urgebat. Etenim neque tunc potuissent aliquid aduersus eum, nisi fuisset tempus opportunum, quod ipse sibi delegerat. Non enim impotentia erat crucifigi, sed permissionis. Permisit enim, quando voluit: quia illi iam pridem desiderabant occidere illum, sed tenebantur inuisibilibus vinculis virtutis suæ. Oportebat enim eum diutius versari in vita secundum carnem, vt hominibus maioris utilitatis fieret author, monstrando signa, & sermones, & doctrinas. Quidam autem illud; *Vbi est pater tuus?* sic intelligit dictum à Iudæis ad dominum, quasi ad iniuriam, & probum: Opprobriabant enim ei quasi ex fornicatione natus esset: & quasi non cognosceret patrem suum, hæc dicebant. Et aliter, Patrem eius vt vilem habebant Ioseph: & dicunt; *Vbi est ille pater tuus?* quasi dicerent, obscurus est, & ignobilis pater tuus, quid illum tantopere iactas?

**ERICI IN SVPERIVS
Euang. Hom.**

Postquam dominus, & redemptor noster mulierem in adulterio deprehensam, à seuitia Iudæorum eam lapidate volentium eripuit, & à reatu adulterij misericordissimè absoluit, & alicui fortassis in dubium veniret, vtrum nam is, quem verum hominem videbant, posset peccata dimittere, dignatur aperitissimè, quid sit, ex diuinitatis potentia demonstrare. Ait enim; *Ego sum lux mundi.* Lux quippe erat incomprehensibilis, & incircumscripita diuinitas, quæ sub velamine assumptæ carnis latebat, cuius authoritate & huic mulieri, & cuiusque volebat, peccata dimittebat. Hæc est illa vera lux, quæ illuminat omnē hominem venientem in hunc mundum, Dei videlicet sapientia, que de illo lumine æterno, & indeficienti processit. Cuius splendorem humana fragilitas aliter sufferre non potuisset, nisi se illa maiestas

nube carnis circumdisset, per quam veluti lucidissimum speculum diuini huius luminis claritas humanis mentibus innotesceret. Ergo purganda est interioris hominis acies, & ab omni viciorum labe, quasi humore noxio, immunitis custodienda, vt veri huius luminis aspectu digna reddatur. *Quis sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vna.* Ac si quis verbis aliis manifestius diceret; *Qui in presenti meis iustis obsequitur, & mea, in quantum sufficit, exempla imitatur, in futuro nō timebit tenebras æternæ damnationis, sed lumine vitæ æternæ perfruatur, vbi sublato metu mortis, de sola dabitur perennitate gaudere.* Hæc sunt metuendæ tenebræ, omni nocte retriores: non exteriorum oculorum, quibus alba & nigra videmus, sed interiorum, quibus iusta, & iniusta discernimus, quibus non corporeas, & visibiles formas aspiciamus, sed ipsam veritatem intelligibiliter contemplantur. *Respondenti ei Pharisæi; Tu de teipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum.* Sic ista respondent, tanquam solus ipse sibi testimonium perhiberet, atque verum nō esset eius testimonium, cum constet, quia, antequam veniret Dominus, & per carnem visibilis appareret, multos testes præmisit, & quasi lucernas spiritu prophetiæ accendit, qui eius natiuitatem, passionem, resurrectionem, necnon & ascensionem prædixerunt. Ex quibus præcipuus, & maximus fuit Ioānes Baptista, cuius magnitudini ipse saluator attestatur, dicens; *Inter matos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.* Quem alibi idem Dominus lucernam vocat, dicens; *Ille erat lucerna ardens, & lucens.* Hic ergo testimonium Domino nostro Iesu Christo perhibens, dixit; *Ego vos baptizo: sed ille, qui post me venit, fortior me est, cuius non sum dignus corrigiam calceamenti soluere.* Sed Iudæi ista non attendentes, & horum facti immemores, quasi solus sibi ille testimonium daret, dicebant; *Tu de teipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum.* Sed audiamus, quid eis Dominus responderit. *Et si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum est verum: quia scio vnde veni, & quid vado.* Quibus verbis se simul & Deum patrem ostendit, cui omnem gloriam dabat vnigenitus filius. *Sic, inquit, ego perhibeo testimonium de me, verum est meum testimonium, quod patris testimonio confirmatur.* Scio enim vnde veni, quia ab eo missus sum: & quid vado, quia peracto mysterio meæ incarnationis, reuertar ad patrem. Non autem quando ad nos venit, patrem deseruit: nec rursus quando ad patrem rediit, terras perimplentem omnia diuinitatem reliquit. Neque nō tale lumen est Christus, quod locis, temporibusque comprehendatur: sicut sol iste corporeus, qui non potest accedere ad occidentem, nisi recedat ab oriente. Non ita de illo vero lumine, quod est Christus, sentiendum est, quod vbique totū est, & vbique ineffabiliter lucescit. Ipse etiam alibi dicit; *Deum nemo vidit vnquam.* Vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. In tertis loquebatur, & apud patrem se esse dicebat: sed per ascensionem iam recessurus de mundo, promittit fidelibus, dicens; *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.* Verum ergo erat testimonium, quod de se perhibebat: quia a patre missus, eius testimonium habebat: atque hoc impleto, eō vnde venerat, redibat. *Vos secundum carnem iudicatis,*

Mat. 7.

Mat. 4.

Ioan. 7.

Ioan. 5.

Ioan. 5.

Mat. 11.

Ioan. 5.

Luc. 3.

Ioan. 1.

Mat. 28.

nec

dicatis: ego non iudico quenquam. Hoc de primo eius aduentu accipi debet. Duo siquidem sunt Domini aduentus: Primus misericordie, secundus iudicij: pera ille factus est, iste in fine seculi futurus est. Si enim primo Dominus iudicare venisset, omnes puniendos reperisset. Prius ergo preteroganda erat misericordia, post iudicium exercendum: Quia & Psalmista dixit: Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Prius misericordiam, post iudicium se dixit Domino cantaturum. Per hanc misericordiam factus est pro hominibus homo, op-probria, irrisiones, spura, flagella, postremo ipsam crucem sustinuit, ut hominem perditum saluaret. De hoc ergo primo aduentu suo, quo misericorditer venerat genus humanum redimere, ait: *Ego non iudico quenquam.* Nam de secundo, quo iudex venturus est, subiungit: *Et si iudico ego, iudicium meum verum est.* Vnde autem verum esset iudicium eius, aperit cum subdit: *Quia solus non sum: sed ego, & qui misit me, pater, id est, incarnari me constituit.* Missio enim ista, incarnatio est. Missus ergo a patre filius fuerat, sed a patre non recesserat. In mundum namque venit per humanitatem, sed mansit cum patre per coeternam illi diuinitatem. Inde ergo verum erat iudicium eius, quia ipse verus erat Dei filius. *Et in lege, inquit, vestra scriptum est: Quia duorum hominum testimonium verum est.* In vestra, dicit, lege, quae vobis data est. Sic quotidie dicimus orantes: Panem nostrum, id est, quem nobis dati exposcimus. Querendum verò, quomodo duorum hominum testimonium verum sit. Nūquid enim duo falsi testes non fuerunt, qui in passione Domini falsum testimonium protulerunt? Aut nūquid illi duo presbyteri falsi testes non fuerunt, qui in libro Danielis contra Sufannam castissimam, falsi criminis testimonium tulerunt? Sed hoc modo in lege cum diceretur: In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum: Trinitatis commendatum est mysterium, quae etiam Sufanne castitati intus in conscientia suo testimonio suffragabatur, cum a duobus presbyteris falso accusaretur. Et est sensus: Si duorum hominum testimonium verum esse, vestra lex approbat, qui non nunquam falsum dicere possunt, etsi non studio mentiendi, tamen errore decepti, dum putant vera esse, quae falsa sunt: Si ergo horum testimonium improbare, vel rescire non audetis, quare ratione meum, & Dei patris, & spiritus sancti testimonium, quod summa veritate stabilitum est, verum non esse dicere praesumitis? Accipite potius nostrum testimonium, ne sentiaris iudicium. *Ego sum, qui testimonium perhibeo de meipso.* Ipse de seipso testimonium perhibet, nec requirit alium testem, quam seipsum: quia omnia nouit etiam antequam fiant, & quicquid ex quo fonte procedat, euidentissimè considerat. Omnia enim nuda; & aperta sunt oculis eius: nec ab aliquo requirit, qualis sit vita singulorum, qui index est omnium hominum, quique reddet unicuique secundum opera sua. Sequitur: *Et testimonium perhibeo de me, qui misit me pater.* Non solus, inquit, de me testimonium perhibeo, quia pater, qui misit me, ipse testimonium reddit mihi. Sed Iudaei verba Christi carnaliter accipientes, patrem Christi carnaliter intellexerunt, ideoque dixerunt: *Vbi est pater tuus?* Videbant namque in apertum hominem, sed non intelligebant in occulto Deum. *Vbi est, inquit, pater tuus?* Audiuimus, aiunt, te dicentem, quia non esses so-

lus, sed qui te misit pater, tecum esset. Te autem solum videmus, patrem tecum videre non possumus. Ostende igitur nobis patrem tuum. Et Dominus; *Neque me scitis, neque patrem.* Ac si diceret: Sic vultis ut patrem vobis ostendam, quasi me iam sciatis: sed adhuc neque me scitis, neque patrem meum. Nam quia me ignoratis, idcirco patrem meum scire non potestis. Prius est ut me cognoscatis, & tunc ad patris mei notitiam peruenire poteritis. *Si enim me scieritis, forsitan & patrem meum scieritis.* Vna est enim cognitio patris, & filij, quorum vna est substantia, nec alter sine altero cognosci potest. Nouerat igitur Christum secundum carnem, secundum quam alibi eis dixit; *Et me scitis, & vnde sim scitis: sed ignorabatis eius diuinitatem.* Dicit autem, *forsitan*, non dubitando, sed infidelitatem illorum increpando. Hoc enim aduerbium cum ab homine dicitur, dubitationem significat: cum a Deo, cui nihil occultum esse potest, increpationem. Nam & Apostolus cum diceret: *Puto quia spiritum Dei habeo, non se spiritum Dei habere dubitabat, sed dubitantes, & incredulos arguebat.* Cum ergo dicit, *Si me scieritis, forsitan & patrem meum scieritis,* increpat infideles, qui nesciebant vnam esse cognitionem patris, & filij, nec alterum sine altero posse cognosci. Hinc alibi Philippo precens, ut eis ostenderet patrem, respondit: *Qui me videt, videt & patrem meum.* Quia enim vnum sunt pater, & filius, idcirco eorum vna est visio, vna & scientia. *Hae verba locutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo Gazophylacium locus erat in templo, vbi thesauri recondebantur.* Gaza quippe lingua Persica diuitia, *poli* & *to* Graecè dicitur seruo. Gazophylacium ergo composito nomine vocatur, quod ibi diuitiae seruauerunt. Magna porro constantia, igens fiducia loquentis domini demonstratur, qui in ipsis templi penetralibus, coram scribis & pharisaeis inimicis suis, diuinitatis suae verba impeterritus loquebatur. Mysticè verò gazophylacia, mysteria designant scripturarum, quae bene templo adhaerebant. Christus namque templum est, cui omnia legis, & prophetarum adhaerent mysteria, & ad eum pertinent, atque non nisi in eo implenda erant. Hae Gazophylacia spiritualia, post eius resurrectionem aperienda erant, ipso Apostolis intelligentiam tribuente, & cuncta in se impleta monstrante. Vnde euangelista dicit, quia resurgens a mortuis, illis aperuit sensum, ut intelligerent omnia, quae de ipso scripta erant. Sed tunc Dominus in Gazophylacio locutus est, quia Iudaeis in parabolis non intelligentibus, & non credentibus loquebatur. *Et nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius:* hora videlicet voluntatis, & dispositionis ipsius. Sicut non voluntate natus est, sic & voluntate passus est: quique si voluisset, nunquam pateretur: si non pateretur, nunquam genus humanum redimeretur: si non redimeretur, nullus hominum saluaretur. Ad hoc ergo Deus homo factus est, ut ex infirmitate humanitatis redimeret, quos ex diuinitatis potentia creauisset. Vnus ergo, idemque est filius Dei, & filius hominis, Deus, & dominus noster Iesus Christus: non confusus, nec verbo diuisus, perfectus Deus, & perfectus homo, cuius beneficiis aeternis sit sempiterna gratiarum actio: *Qui cum patre, & spiritu sancto viuunt, & regunt, Amen.*

INCERTI CVIVSDAM
sub nomine Eusebii Emisiani eiusdem Euangelij expositio.

Habetur in homilij Doct. I. 10.

Et Go (inquit) sum lux mundi: ego sum illa lux, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: ego sum illa lux, quae soli splendorem, oculis visum, & menti tribuit intellectum: per me sol splendet, oculi vident, & anima intelligit. Ego igitur sum vera lux, per quem illuminantur cuncta, & sine quo tenebrescunt omnia: hac luce illuminantur caeci, resurgunt mortui, & ad videndum Deum mentis oculi aperiantur. Merito itaque, hac luce abeunte, tenebrae factae sunt in vniuersa terra. *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.* In quibus tenebris? Sunt enim tenebrae noctis, sunt & tenebrae ignorantiae, & erroris. Si enim de noctis tenebris intelligamus, nemo in nocte sequitur lucem, qui vero hanc lucem non sequitur, non est Christianus. Nūquid igitur in nocte Christiani non sumus, quia in nocte ambulamus in tenebris, & nemo, qui Christum sequitur, ambulat in tenebris? Non est igitur hoc intelligendum de tenebris noctis, sed potius de tenebris ignorantiae, & erroris, Christus enim & sapientia, & veritas est. Vbi autem sapientia, & veritas, ibi error, & ignorantia esse non potest. Non ambulat igitur in tenebris ignorantiae, & erroris, qui Christum sequitur. In his autem tenebris totus mundus sedebat, quando lux mundi Christus apparuit. Vnde scriptum est: *Populus, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam.* Dicit igitur saluator noster, *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae.* Sequi autem, imitari est: ita verò lumen vitae est, quod vitam praestat aeternam. Per quod nimirum doctrinam & agnitionem veritatis intelligimus. *Dixerunt ergo ei Pharisaei: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum.* Miseri Pharisaei, qui testimonium veritatis, verum non esse dicunt. Veritas enim mentiri non potest. Sed fortasse hoc ideo dicebant, quia scriptum est: *Laudet te os alienum, & non tuum.* Non enim ad laudem sui, neque pro vana gloria talia Dominus loquebatur. *Et ipse ait: Si ego gloriose meipsum, gloria mea nihil est. Sequitur: Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum.* Vnde hoc? Quia scio, vnde venio, & quò vado. Mirabilis argumentario. Ideo ergo verum est testimonium tuum, Domine, quia scis vnde venis, & quò vadis. *Exiit (inquit) a patri & venit in mundum: iterum relinquit mundum, & vado ad patrem.* Si enim a patre exiit, & ad patrem vadit, filius Dei est: si filius Dei est, mentiri non potes. Verum est igitur testimonium tuum, quia scis vnde venis, & quò vadis, id est, quia filius Dei es. *Vos autem nescitis, vnde venio, & quò vado.* Quare nescitis? Quia non creditis me esse filium Dei. Illi enim soli hoc sciunt, qui Deum me esse credunt. Scimus igitur nos, quòd a patre exiuit, & ad patrem vadit: qualiter tamen a patre exiuit, & qualiter ad patrem iuit, nescimus. Quomodo enim vadit vel venit, qui vbiq; est? *Qui enim vadit, illic vadit, vbi non est: aut quomodo exiit a patre & redit ad patrem, qui semper est in patre, & in quo semper est pater? hoc enim*

Ioan. 14. ipse ait: Ego sum in patre, & pater in me est. Vos

secundum carnem iudicatis: ego non iudico quenquam. Quid est ergo quod alibi dicit, Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio? sic filius quoque non iudicat quenquam. Iudicat igitur filius, sed non sicut Pharisaei: non secundum carnem. Vnde & subditur: *Et si ego iudico, iudicium meum verum est: quia solus non sum, sed ego, & qui misit me, pater.* Eadem argumentatione iudicium suum verum esse probat, quo testimonium suum esse probauit, videlicet quia Dei filius est. Ideo (inquit) verum est iudicium meum, quia solus non sum, quia homo solummodo non sum: omnis enim homo mendax: sed Deus, & homo sum, & cum patre simul vnum idemque sum, quamuis in persona alius sum. *Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est.* Alioquin inanis damnatus sunt illi duos senes, quos Daniel occidit. Iustitiam. Quid igitur? Mentitur lex, quae duorum hominum testimonium verum esse dicit? Absit. Si enim tales fuerint testes, quales leges, & canones fuerint, duorum hominum testimonium verum est. Quod si spiritualiter intelligatur, per duos homines duorum testamentorum viri catholici figurantur, quorum utriusque testimonium verum est. Si verò duorum hominum testimonium verum est, quis contradicere audeat, quod pater testatur, & filius? Hoc est enim quod ait: *Ego sum, qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibeo de me, qui misit me pater.* Perhibet enim pater de filio testimonium, vbi ait: *Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui.* Dicebant ergo ei, *Vbi est pater tuus?* Respondit. *Neque me scitis, neque patrem meum.* De patre (inquit) me interrogas, quasi iam mei notitiam habebis: prius me, quem videtis, agnoscite, & sic postea, si poteritis, ad patris notitiam peruenite. Nemo enim nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. *Si me scieritis, forsitan & patrem meum scieritis.* Quod enim forsitan dicit, non dubitando, sed increpando dicit. Malus enim seruus Dominum suum non cognoscit, nisi cum iratum videat. Verum est igitur quod dicitur: Cognosceatur Dominus iudicia faciens. Sic enim propter suos discipulos magister dicere solet: *Si ea, quae tibi parantur, scires, tu forsitan luges.* *Hae verba loquitur est Iesus in gazophylacio, docens in templo.* Respondimus igitur haec verba in gazophylacio penetralibus nostris, seruemus hunc thesaurum in secretario cordis nostri, quatenus cum Apostolo dicere possimus, Habemus thesaurum istum in vas fictilibus. Ideo enim in gazophylacio haec verba dicta sunt, quia valde custodienda, seruanda, & memoriae commendanda sunt. *Et nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius.* Quare nondum veniat quia ipse nolebat. Nō igitur ipse horam, sed hora ipsum expectabat. Omnia enim in eius potestate posita sunt. Erat igitur & hora eius in eius potestate tunc, ut non antea veniret quam ipse iuberet.

EVTHYMII ZIGABONI
superioris Euangelij
expositio.

Termin ergo loquitur est illis Iesus dicens, Ego sum lux mundi. Vt pote mentem hominum illuminans, & ab errore ducens ad veritatem, ac peccato ad virtutem: & tanquam illustrans, ac exhilarans animas eorum

Ioan. 5.

Psal. 115. Christi & Deus & ho-

Dan. 13.

Matth. 3. &

Matth. 11.

Psal. 9.

1. Cor. 4.

corum. Hoc autem dixit propter diversas de se opinioniones illorum. Qui sequitur me non ambulat in tenebris. In errore, & peccato. Sed habebit lumen vitæ.

Æternæ. Etsi ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum. Alibi dixit, si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum. Quid dixerunt, quod illud tanquam homo dixerit, hoc autem tanquam Deus: ostendens se non nudum esse hominē, prout ipsi suspicabantur.

Quia ego scio, unde venerim. A patre Deo. Et quo vado. Ad eundem ipsum, post finem huius dispensationis.

Quia verò scio, quod à patre Deo venerim, & ad eum ipsum vado, utique filius Dei sum, & Deus.

Itaque fide dignus sum, & ipsa fides, sicut & ipsa veritas. Vos autem nescitis, unde venio, & quo vado. Nescitis, sicut ostenditis, sicut simulatis, hoc est, nescite videri, in veritate tamen scitis: ideo etiam superius dixit. Et me scitis: & unde sim scitis. Vos secundum carnem iudicatis.

Carnaliter, sensualiter, crasso modo, ad id solum, quod apparet, intuentes, nihilque sublimius, ac spirituale cogitantes. Sciens autem eos dicuros; Et quare, si potes, non punis nos, qui ita iudicemus; ait: Ego non iudico quemquam. Non iudico nunc. Nam & in superioribus dixit: Non enim misit Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. Ne autem iterum dicant; Propterea dicit; Non iudico, quia nos condemnare non audes, infert. Quod si etiam ego iudicem, iudicium meum verum est. Verum est, siue rectum, & iam verè condemnabo vos. Deinde etiam dicit, quomodo verum sit iudicium suum. Quia solus non sum, sed ego, & qui misit me pater. Quia solus non sum, qui iudico, sed ego, & pater: siquidem omnia nobis sunt communia: & quia quod ego iudico, hoc & pater: vna enim amobus est voluntas, ut prædictum est: & pater vos condemnat, qui non credatis filio suo, què misit. Porro in lege vestra scriptum est, quod duorum hominum testimonium verum est. Veltra, quemadmodum vos iactatis: nam me transgressorem dicitis. Quod si duorum hominum testimonium verum est, inde colligere ipsi potestis, quod multo magis duorum iudicium verum est, & maxime talium. Huiusmodi autem obsecra frequenter loquitur propter eorum imbecillitatē: ut illis quidem occulta, robustioribus vero Christianis manifesta. In omnibus ergo similibus causam hæc agnoscite. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso.

Rursum ad id, quod dixerant: Tu testimonium perhibes de teipso, hunc facit sermonem dicens; Ego testimonium perhibeo de meipso, etià si nemo perhibeat de seipso, ego siquidem tanquam Deus:

Christus Deus perhibet de se bonum testimonium.

Supr. 7. Iam. 7.

Supr. 3.

Petri & filio dicitur est vobis facta, quia iambo vultus sunt natura, ut sita dicitur, & proximo vultus Deus sunt.

Petri & filio dicitur est vobis facta, quia iambo vultus sunt natura, ut sita dicitur, & proximo vultus Deus sunt.

Petri & filio dicitur est vobis facta, quia iambo vultus sunt natura, ut sita dicitur, & proximo vultus Deus sunt.

Petri & filio dicitur est vobis facta, quia iambo vultus sunt natura, ut sita dicitur, & proximo vultus Deus sunt.

Petri & filio dicitur est vobis facta, quia iambo vultus sunt natura, ut sita dicitur, & proximo vultus Deus sunt.

Petri & filio dicitur est vobis facta, quia iambo vultus sunt natura, ut sita dicitur, & proximo vultus Deus sunt.

Petri & filio dicitur est vobis facta, quia iambo vultus sunt natura, ut sita dicitur, & proximo vultus Deus sunt.

Petri & filio dicitur est vobis facta, quia iambo vultus sunt natura, ut sita dicitur, & proximo vultus Deus sunt.

Petri & filio dicitur est vobis facta, quia iambo vultus sunt natura, ut sita dicitur, & proximo vultus Deus sunt.

nemo autem tanquam homo. Et testimonium perhibet de me, qui misit me pater. Si ego vobis fide dignus non videor. Fert autem testimonium dicens per prophetam. Posui te in lucem gentium: siue, ut lux sis gentium. Dixerunt ergo ei; Vbi est pater tuus? Dicebant hoc fingentes se ignorare, quemnam diceret patrem, ac tentantes. Neque me nostis, neque patrem meum. Quemadmodum simulatis: nam in veritate nostis, quemadmodum superius ostensum est. Aut hoc dixit, quia simulabant se scire, quod filius esset Ioseph. Dicit ergo; Si meita cognovissetis, ut fingitis, neque me nostis: non sum enim filius Ioseph: neque patrem meum; nam Ioseph non est pater meus: Si me cognovissetis, & patrem meum utique cognovissetis. Nam vnus sumus ambo naturæ. Alibi dixit ad Philippum. Qui vidit me, vidit & patrem, siue cognovit, intellexit. Nam visionem, & cognitionem dicit non sensibilem, sed intelligibilem.

† Euthymius textus Græci lectionem secutus, per præteritum enunciauit, quæ dicitur Latine in tempore presenti legimus. Nam Ioan. 14. Vbi nos habemus. Tanto tempore vobiscum sum & nunc cognovistis me; Philippe qui videt me, videt & patrem meum. Græcus codex habet. τὸς ἐμὲ ἰδὼν μετὰ τὸν υἱὸν ἐστὶν ὁ θεὸς ὁ πατήρ & τὸ πνεῦμα.

† Gazophylacium thesauri sacri repositorium dici potest, sed si in verbi interpretari velis, pecuniæ custodia dici debet, Gaza enim Persica vox opes & divitias significat. πολυλῶν vero Græcè custodiam, à verbo φυλάσσειν est, custodia designat. Erat autem locus in templo, ubi donaria, quæ religionis ergo offerebantur, immitti & afferri consueverant. Hebraicè autem חֲבוֹרָן Chorbân, dictum est, quod & donum sacrum, & ipsum donariorum locum, seu sacri ærarium designabat. Matth. 27. Mar. 12.

Et nemo apprehendit eum. Quum ita liberè loqueretur. Quia nondum venerat hora eius. Quæ comprehendendi, & capi posset. Adhuc enim oportebat eum miracula operari, ac docere, multosque ad fidem attrahere. Continè autem hoc dicit, ostendens quod frequenter id tentantes non potuerunt, & quod nunquam potentiores ad eum apprehendendum fuissent, nisi ipse voluisset.

† Gazophylacium thesauri sacri repositorium dici potest, sed si in verbi interpretari velis, pecuniæ custodia dici debet, Gaza enim Persica vox opes & divitias significat. πολυλῶν vero Græcè custodiam, à verbo φυλάσσειν est, custodia designat. Erat autem locus in templo, ubi donaria, quæ religionis ergo offerebantur, immitti & afferri consueverant. Hebraicè autem חֲבוֹרָן Chorbân, dictum est, quod & donum sacrum, & ipsum donariorum locum, seu sacri ærarium designabat. Matth. 27. Mar. 12.

Et nemo apprehendit eum. Quum ita liberè loqueretur. Quia nondum venerat hora eius. Quæ comprehendendi, & capi posset. Adhuc enim oportebat eum miracula operari, ac docere, multosque ad fidem attrahere. Continè autem hoc dicit, ostendens quod frequenter id tentantes non potuerunt, & quod nunquam potentiores ad eum apprehendendum fuissent, nisi ipse voluisset.

Et nemo apprehendit eum. Quum ita liberè loqueretur. Quia nondum venerat hora eius. Quæ comprehendendi, & capi posset. Adhuc enim oportebat eum miracula operari, ac docere, multosque ad fidem attrahere. Continè autem hoc dicit, ostendens quod frequenter id tentantes non potuerunt, & quod nunquam potentiores ad eum apprehendendum fuissent, nisi ipse voluisset.

Et nemo apprehendit eum. Quum ita liberè loqueretur. Quia nondum venerat hora eius. Quæ comprehendendi, & capi posset. Adhuc enim oportebat eum miracula operari, ac docere, multosque ad fidem attrahere. Continè autem hoc dicit, ostendens quod frequenter id tentantes non potuerunt, & quod nunquam potentiores ad eum apprehendendum fuissent, nisi ipse voluisset.

Et nemo apprehendit eum. Quum ita liberè loqueretur. Quia nondum venerat hora eius. Quæ comprehendendi, & capi posset. Adhuc enim oportebat eum miracula operari, ac docere, multosque ad fidem attrahere. Continè autem hoc dicit, ostendens quod frequenter id tentantes non potuerunt, & quod nunquam potentiores ad eum apprehendendum fuissent, nisi ipse voluisset.

Et nemo apprehendit eum. Quum ita liberè loqueretur. Quia nondum venerat hora eius. Quæ comprehendendi, & capi posset. Adhuc enim oportebat eum miracula operari, ac docere, multosque ad fidem attrahere. Continè autem hoc dicit, ostendens quod frequenter id tentantes non potuerunt, & quod nunquam potentiores ad eum apprehendendum fuissent, nisi ipse voluisset.

Et nemo apprehendit eum. Quum ita liberè loqueretur. Quia nondum venerat hora eius. Quæ comprehendendi, & capi posset. Adhuc enim oportebat eum miracula operari, ac docere, multosque ad fidem attrahere. Continè autem hoc dicit, ostendens quod frequenter id tentantes non potuerunt, & quod nunquam potentiores ad eum apprehendendum fuissent, nisi ipse voluisset.

Et nemo apprehendit eum. Quum ita liberè loqueretur. Quia nondum venerat hora eius. Quæ comprehendendi, & capi posset. Adhuc enim oportebat eum miracula operari, ac docere, multosque ad fidem attrahere. Continè autem hoc dicit, ostendens quod frequenter id tentantes non potuerunt, & quod nunquam potentiores ad eum apprehendendum fuissent, nisi ipse voluisset.

Et nemo apprehendit eum. Quum ita liberè loqueretur. Quia nondum venerat hora eius. Quæ comprehendendi, & capi posset. Adhuc enim oportebat eum miracula operari, ac docere, multosque ad fidem attrahere. Continè autem hoc dicit, ostendens quod frequenter id tentantes non potuerunt, & quod nunquam potentiores ad eum apprehendendum fuissent, nisi ipse voluisset.

Et nemo apprehendit eum. Quum ita liberè loqueretur. Quia nondum venerat hora eius. Quæ comprehendendi, & capi posset. Adhuc enim oportebat eum miracula operari, ac docere, multosque ad fidem attrahere. Continè autem hoc dicit, ostendens quod frequenter id tentantes non potuerunt, & quod nunquam potentiores ad eum apprehendendum fuissent, nisi ipse voluisset.

Et nemo apprehendit eum. Quum ita liberè loqueretur. Quia nondum venerat hora eius. Quæ comprehendendi, & capi posset. Adhuc enim oportebat eum miracula operari, ac docere, multosque ad fidem attrahere. Continè autem hoc dicit, ostendens quod frequenter id tentantes non potuerunt, & quod nunquam potentiores ad eum apprehendendum fuissent, nisi ipse voluisset.

Et nemo apprehendit eum. Quum ita liberè loqueretur. Quia nondum venerat hora eius. Quæ comprehendendi, & capi posset. Adhuc enim oportebat eum miracula operari, ac docere, multosque ad fidem attrahere. Continè autem hoc dicit, ostendens quod frequenter id tentantes non potuerunt, & quod nunquam potentiores ad eum apprehendendum fuissent, nisi ipse voluisset.

Et nemo apprehendit eum. Quum ita liberè loqueretur. Quia nondum venerat hora eius. Quæ comprehendendi, & capi posset. Adhuc enim oportebat eum miracula operari, ac docere, multosque ad fidem attrahere. Continè autem hoc dicit, ostendens quod frequenter id tentantes non potuerunt, & quod nunquam potentiores ad eum apprehendendum fuissent, nisi ipse voluisset.

Et nemo apprehendit eum. Quum ita liberè loqueretur. Quia nondum venerat hora eius. Quæ comprehendendi, & capi posset. Adhuc enim oportebat eum miracula operari, ac docere, multosque ad fidem attrahere. Continè autem hoc dicit, ostendens quod frequenter id tentantes non potuerunt, & quod nunquam potentiores ad eum apprehendendum fuissent, nisi ipse voluisset.

Et nemo apprehendit eum. Quum ita liberè loqueretur. Quia nondum venerat hora eius. Quæ comprehendendi, & capi posset. Adhuc enim oportebat eum miracula operari, ac docere, multosque ad fidem attrahere. Continè autem hoc dicit, ostendens quod frequenter id tentantes non potuerunt, & quod nunquam potentiores ad eum apprehendendum fuissent, nisi ipse voluisset.

Finis primæ partiæ huius secundi Tomi.